THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM.

THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM
COMPLECTENS
SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

IN QUIBUS

VETERUM HEBRÆORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

OPUS

Ad illuſtrationem utriuſque Teſtamenti, & ad Philologiam ſacram, & profanam utiliſſimum, maximeque neceſſarium.

VOLUMEN VIGESIMUMPRIMUM.

AUTORE

BLASIO UGOLINO.



VENETIIS

MDCCLVIII.

APUD JOANNEM GABRIELEM HERTHZ, ET SEBASTIANUM COLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

MARCO FOSCARENO
EQUITI
ET
D. MARCI PROCURATORI

BLASIUS UGOLINUS
FELICITATEM.

CUM *nulla Tibi,* VIR PRÆSTANTISSIME, *vel a natura vel a fortuna præsidia defuerint, quibus maximam autoritatem & gratiam Tibi comparares, permagni mea interesse pu-*

putavi, id maxime curare, ut Tuis Auspiciis, ANTIQUITATES SACRÆ, *adversus eam, qua sive hominum sive temporum injuria, conflagrarunt, invidiam, munirentur. Genus, vetustate, opibus, nobilitate, doctrina, autoritate, imperiis, legationibus, civili & militari gloria, rerum domi bellique gestarum magnitudine, non in Italia solum, sed in tota ferme Europa celebratur: ita ut Tibi aliunde quærendi non fuerint, qui Te ad decus ac dignitatem excitarent, cum domi Tibi adessent longo ordine dispositæ Majorum imagines, qui Te domesticam gloriam admonere possent. Aderat Tibi Nicolaus Pater, Eques & D. Marci Procurator, vir consilio, eloquentia, autoritate, constantia, integritate, præconsultoris munere, & Gallica Legatione insignis, qui Tibi quotidie Avorum res domi bellique gestas memorabat: Singulorum nomen, ætatem, virtutes, honores, dignitates pari integritate partas ac gestas Tibi referebat. Ostendebatur Tibi a Patre in altera ædium parte præconsultorum jamdiu continuata series, qui difficillimis, seu potius desperatis temporibus, Reipublicæ summa cum felicitate præfuere, curantes in tanta rerum perturbatione, suo consilio & constantia, nequid detrimenti pateretur: In altera Legati & Oratores, qui vel fœderibus sanciendis, vel pace concilianda cum potentissimis Regibus magnopere celebrati sunt. In his Ludovicus excellebat, doctrina & XXIV. Legationibus insignis. In altera Duces & Imperatores, qui vel tuendis vel amplificandis Imperii finibus, Græcis, Illyricis, atque Italicis bellis claruere. Jacobus præ ceteris a Patre commendabatur, militari*

militari

litari virtute, & Imperatoria laude clarissimus: Inprimis inspicienda Tibi a Patre proponebatur Sebastiani Patrui recens imago, qui summam apud Legatos potentissimorum Regum, a quibus in rerum gravissimarum tractatione consulebatur, autoritatis & consilii famam in Ultrajectino Conventu sibi comparavit. Gratulabatur sibi Pater, cum videret Te puerum tantorum Virorum adspectu, & memoria, præsertim Patrui recenti gloria ita commoveri, ut speraret pro Tui ingenii præstantia fore ut Nepotibus posterisque Tua quoque imago clara & insignis aliquando esse posset. Cum tanti Tibi puero monitores adessent, nulla abs Te cura prætermissa est, ut Majorum gloriæ, & Patris expectationi responderes. Adolescens, cum Præconsultor singulari doctrinæ & prudentiæ fama celebrarere, lege Annali solutus, cum per ætatem non liceret, Legatus ad CAROLUM VI. *Cæsarem, ad* CLEMENTEM XII. *ad* BENEDICTUM XIV. *Pontifices, & in Interregno ad Comitia Pontificia (quibus Legationibus semper summi in Republica viri pro rerum agendarum gravitate, & difficultate perfuncti sunt) tantam Tibi gloriam, atque existimationem comparasti, ut Procuratoris D. Marci dignitate, quæ post Principatum in Republica amplissima, honorificentissimaque semper habita est, nullo usus ambitu, & prehensatione, sed una præeunte virtute, & muniente viam fueris insignitus, tanta animorum & suffragiorum consensione, quantam unquam neque vidimus neque meminimus. Præterea, ne ullus Tui illustrandi ornandique locus prætermitteretur, Patriæ Historiæ scribendæ, & Bibliothecæ, quæ amplissimis in Republicæ viris*

sem-

ſemper demandata fuit, altera Decemvirum, Senatus altera honorificentiſſimo decreto, Tibi non petenti ſolum, ſed ne cogitanti quidem, utraque cura delegata eſt. Procurator pari ſplendore & dignitate extra ordinem Legatione Taurinenſi perfunctus es, qua amicitia, quæ Romæ abs Te Legato conciliata fuerat, publica autoritate cum CAROLO EMANUELE *Sardiniæ Rege confirmaretur; Ubi a tanto Principe nullum eſt prætermiſſum officii & honoris genus, quo ſuæ in Te exiſtimationis, & benevolentiæ argumenta teſtatiora Tibi eſſent. Cum tanta Tibi foris gloriam, & dignitatem comparaveris, mirari nemo debet, quod pro rerum geſtarum memoria tanta domi flòreas gratia atque autoritate, præſertim cum eloquentia, quæ ſemper in Republica maxime potuit, tanta polleas, ut eo plauſu & admurmuratione, qua Athenæ & Roma Demoſtheni & Ciceroni Senatum aut populum alloquentibus acclamarunt, peroranti ſæpenumero gratulati ſint Tibi cives. Accedunt reliquæ, quæ in gerenda Republica requiruntur virtutes, prudentia, integritas, conſtantia, quæ Te vel metu, vel ſpe, vel compendio, a recta via deflectere, & ab officio, & honeſtate deduci ac dimoveri non patiuntur. Singularem doctrinam teſtatur Hiſtoria Literaria Veneta tot honorificentiſſimis judiciis & teſtimoniis in tota Europa celebrata, opus, eruditione, judicio, præſtantia, utilitate, elegantia maximum, & immortale, cum incredibile videatur Tibi, qui aſſidua rerum publicarum cura diſtineare, tot monumentis perſcrutandis conſulendiſque, in tanta rerum vetuſtate, obſcuritate, & varietate, vacare licuiſſe. Utinam alterum, quod promiſiſti,*

vo-

volumen quamprimum prodeat, quod omnium votis & studiis expectatur, ut cum Tuæ, tum Civium Tuorum, qui, cum reliqua Europa adhuc barbara & indocta omnino esset, doctrinæ & sapientiæ laude claruere, gloriæ consulatur! Quantum gratulari sibi credendi sunt Avorum manes, cum sciant gloriam, quæ Nepotum incuria plane interierat, Tui unius studio & cura sibi esse restitutam! Singulari in Deum pietate, ex qua tantquam ex fontæ ceteræ derivantur virtutes, maxime celebraris, cui gratias maximas & immortales agendas habendasque esse censes, quod honores, quod opes, quod integritatem, quod tanta præsidia in administranda Republica Tibi impertierit; quod hæredem nuper ex Fratris Filio maxima universæ civitatis lætitia natum, qui nomen & gentis gloriam perpetuare possit, Tuis & cognatorum votis sit elargitus; quod ejus beneficentia factum sit, ut Sebastianus Fratris filius, qui me doctore summa mea cum dignitate aliquando usus est, postquam præconsultoris munere tanta cum laude perfunctus est, Legatus ad FERDINANDUM VI. *Hispaniarum Regem designatus, ea doctrina & prudentia sit, ut tanti nominis gloriam continuare possit: Humanitas præ ceteris virtutibus prædicatur, facta omnibus tui adeundi conveniendique potestate, præsertim iis, qui a doctrina & honestate commendantur: Ædes tuas, quæ amplitudine, nobilitate, magnificentia, supellectili, Bibliotheca, Tabulis, Pinacotheca celebrantur, virtuti & probitati patere gloriaris. Literis, & bonis artibus abs Te semper amplissima affuerunt præsidia, & ornamenta, quæ* SACRIS ANTIQUITATIBUS, *quæ vetu-*

state,

ſtate, præſtantia, utilitate, & divina qua gloriantur, origine ceteras antecellunt, confido non defutura. Jamdiu barbararum gentium imperio, a Palæſtina, ubi Theocratia, Regno, Templo, Sacerdotio, opibus, gloria, autoritate, inprimis JEHOVA *Legislatore, Rege, Imperatore, tantopere in Oriente claruere, extorres erranteſque in Tuis ædibus, ubi liberaliter ceteræ exceptæ literæ tanto cum ſplendore, & dignitate diverterunt, patere a longo errore recreatas aliquando conquieſcere, & diverſari. Recordare, quanto me ſtudio diffidentem excitaveris, ut eas ornandas illuſtrandaſque ſuſciperem, ut nullum prætermiſeris mei hortandi & admonendi locum. Memini, quantum mihi conſilio, gratia, atque autoritate affueris, cum eſſem ab omnibus præſidiis imparatus. Qua de cauſa pro Tuis maximis, atque immortalibus in me promeritis gratias Tibi ago, habeoque maximas, & immortales, Teque oro, obteſtorque, ut hæc, quæ a me jampridem pro Tuis in me ſingularibus beneficiis Tibi debebantur, quæcunque ea ſint, meæ in Te obſervantiæ & pietatis argumenta, æqui bonique facias: Vale*

BLA-

BLASIUS UGOLINUS
LECTORI.

NON erat prætereunda in illustrandis Antiquitatibus Sacris vetus Synagoga, quæ nostræ Lyturgiæ plurimum lucis impertiri possit; etenim ex Synagogæ ruderibus a Christo Servatore, & ab Apostolis Ecclesia Christiana exstructa, atque ædificata est: Hoc maxime doluimus Celeb. VITRINGA Archisynagogum frustra adhuc conquisitum præteriisse, quem tamen in supplementis edendum pollicemur. Neque erant negligendæ Scholæ & Academiæ tantopere a vetustate, & doctrina commendatæ, ex quibus Ægyptus & Græcia, ceteræque finitimæ gentes magnopere profecisse dicuntur. In reliquis, quæ consequentur, voluminibus, postquam Hebræorum sectas recensuerimus, in quibus tres præcipue, sc. Pharisæorum, Sadducæorum, & Essæorum famam sibi compararunt, Politia, sc. Theocratia, Jus Regium, Leges a Deo latæ jussæque Judicia, Synhedria, supplicia, pœnæ, nummi, sicli, servi, bella Jehova Imperatore indicta, gestaque, varia armorum genera, oppugnandi, propugnandi, castrametandique ratio, qua Græci Romanique, ceteræque gentes orientales ab Hebræis edocti instructique tantopere celebrati sunt, dabitur opera, ut uberrime illustrentur.

INDEX
OPUSCULORUM,
Quæ in hoc volumine continentur.

JA-



JACOBI RHENFERDII
DISSERTATIO PRIMA
DE
DECEM OTIOSIS SYNAGOGÆ.

I. CUM omnes illi præclare de re Christiana merentur, qui varia eruditione instructi curas & cogitationes suas ad sacræ scripturæ illustrationem conferunt, atque ita quasi gentium spolia ad ornatum regni Christi congerunt: tum haud scio an ulli melius, quam qui linguæ & Juris Hebræorum periti, inde, ceu ex propria sede, historiæ & phrasi Novi Testamenti lucem fœnerantur. Habet multum Græcia, habet & illa quondam gentium domina Roma multum, quo neglecto, vel non satis dextre percepto frustra Novum Testamentum intelligere labores: quantumcunque tamen illud est, quod sane magnum est, est כמו טיפה מן הים, seu ludum jocumque dicas præ iis, quæ Hebræorum monumenta in eundem usum non modiis vel trimodiis, sed integris plenisque horreis affundunt.

II. Cum enim, ut a summis Viris jam pridem est animadversum, (1) *omnes libri N. T. a* Judæis *scripti sint, atque inter, & ad* Judæos, *cumque omnes orationes in eo habitæ a* Judæis *pariter, atque ad, & apud Judæos fuerint habitæ:* cum item (2) *certis argumentis, & doctorum virorum testimoniis comprobetur, Christi & Apostolorum seculo in usu fuisse eam linguam, quæ apud Talmudicos est, ipsosque illos non alia locutos esse:* nemo, opinor, nisi forte ab omni humanitate prorsus alienus, inficias ibit, *non posse istud Testamentum non* Judæorum *stylum, idioma, loquendi formam normamque sapere ubique, & retinere;* atque adeo *linguæ jurisque Hebræi cognitionem & collationem ad phrasin N. Testamenti illustrandam* maximum momentum adferre.

III. Et hinc adeo Viri Doctissimi, quibus illud probe perspectum erat, in id omni studio incubuerunt, ut Hebræorum mores & phrases sedulo investigarent, & cum N. Testamento diligenter conferrent: sive id sparsim facerent, ea ἐν παρόδῳ pro eo atque sese offerebant, passim notantes, quæ ad loci cujuscunque illustrationem pertinerent, sive ex professo omnia, & certo ordine ad N.

T. referrent, notasque Rabbinicas in illud conscriberent. Et hos inter suo merito sibi primas vindicat Vir Clarissimus *Johannes Lightfootus*, quo, nostro quidem judicio, nemo neque diligentius neque felicius *Horas Hebraicas & Talmudicas* Historiæ Evangelicæ & Apostolicæ impendit, tam vasta & per omne genus antiquissimos scriptores diffusa viri lectio, prudens rarissimarum observationum delectus, & in illis mirum ingenii acumen, & limatum politumque judicium, in plerisque omnibus observatur. Et cum jam olim Clarissimum par virorum, *Johannes Drusius*, & *Ludovicus Capellus*, ejusdem generis observationes in N. T. conscripsissent, tanquam omnia acta essent, & messis jam præteriisset, ille suum librum *Præterita* inscripsit, hic *Spicilegium*; post quæ *Lightfootus* tantam eruditissimarum observationum segetem convexit, ut illa hoc respectu jam *Primitiæ* verius, quam *Præterita* vel *Spicilegium* sint dicenda.

IV. Verum enim vero quanto major deprehenditur hujus collationis utilitas, tanto etiam majorem curam & diligentiam adhibendam esse manifestum est, ut Hebræorum formulæ ritusque quam clarissime perspiciantur & intelligantur, nihilque nisi probe exploratum & perspectum cum phrasi N. Testamenti conferatur: quandoquidem fieri nullo modo potest, quin, si quid rerum Hebraicarum prave acceptum sit, atque ad N. T. applicetur, id hujus quoque genuinum sensum pervertat, atque in ipsam adeo Theologiam gravissimos quandoque errores invehat.

V. Cujus rei cum alia præclara exempla edi possent, tum illud memorabile est in eodem Cl. *Lightfooto*, quando ad Matth. IV. vers. 23. ubi prima *Synagogarum* mentio occurrit, *quo clarius mores atque instituta synagogarum cognoscas, ut plurima, quæ eo referuntur in N. T. intelligas, sese earum historiam ἐν ἐπιτομῇ expediturum* promittit: expedit autem ita, ut universam ejus gubernationem lectori suo prorsus impeditam atque intricatam sistat. Nimirum primo loco de *Synagogæ Gubernatoribus* agit, eosque *in literato isto*, si Diis placet, *decemviratu* הבטלנים, seu *virorum otiosorum* quærit, quos etiam existimat fuisse *corpus synagogæ repræsentativum*. Dicam clarius. Memorantur in scriptis Hebræorum עשרה בטלנים של בית הכנסת i. e. *Decem otiosi synagogæ*. Hos Cl. *Lightfootus* Synagogæ præfectos vel gubernatores fuisse censet; atque adeo quinam, qualesque illi fuerint, quibus singuli muneribus functi sint, anxie disquirit. Horum vero tres primos facit ב״ד של שלשה. *Judices triumviros:* unum *publicum synagogæ ministrum*, שליח *Angelum Ecclesiæ*, eundemque חזן הכנסת *Episcopum congregationis*. Tum tres גבאים *Diaconos* vel *Eleemosynarios*, quos etiam פרנסים *Parnassim* vel *Pastores* dictos fuisse existimat. His porro, ad numerum denarium conficiendum, addit תורגמן *Interpretem Ecclesiasticum*, & denique ne quid desideretur, *Scholarcham* quem dicit *Theologicum*, *ejusque Interpretem*. Ita Vir Clarissimus synagogæ officia inter illos *decem otiosos* dispertit, quo modo & illis bonis decemviris, & sibimet ipsi, & lectori suo plus satis negotii facessit. Sed illud nobis minime mirum videri debet, virum doctissimum, cetera in Talmudicis omnique antiquitate Hebræorum versatissimum, & eruditissimis scriptis de re sacra meritissimum, in tanta rerum varietate & multitudine observationum aliquid humani passum esse. Id magis mirandum, minusque ferendum existimamus, Viros doctos, qui & ipsi in harum antiquitatum studiosis nomen suum profitentur, quique expressam & politam Veteris Synagogæ effigiem, ceu Ecclesiæ Christianæ typum, nobis exhibere student, vel eosdem errores optima fide, nulla ne levissima quidem suspicione ductos, describere; vel si quid tandem a *Lightfooto* aberratum animadvertunt, tamen animum inducere non posse, ne quidem si admoneantur, ut sua his *Otiosis* otia faciant, quin omnia potius in synagoga turbent, ut illos ad gravissima synagogæ negotia, & summam Pastorum, Episcoporum Presbyterorum dignitatem provehant, & vel invitis rei summam obtrudant.

VI. Qua re paullo diligentius considerata, minime committendum putavimus, ut vel bonos viros, moderati honestique otii amantes, decem, inquam, illos *Batlanim* diutius turbari, vel Synagogæ Rectores, viros sane gravissimos, & civitatis suæ facile principes, gradu suo dejectos ad infimum ordinem, & hominum pauperculorum subsellia detrudi, vel denique, quod palmarium in hac causa esse debet, orbem eruditum in hoc errore diutius hærere pateremur, qui a Cl. *Lightfooto* in Christianas scholas invectus, a novis descriptoribus vel interpolatoribus in dies confirmatur, & vires acquirit eundo.

VII. Quod itaque Magni *Lightfooti* fiat, cæterorumque Clarissimorum Virorum, qui hactenus, in eandem similemve sententiam concesserunt, negamus,

mus, *Decem Otiosos Synagogæ*, עשרה בטלנים של בירת הכנסת, *ullam apud Hebræos dignitatem præfecturamve gessisse;* negamus, inquam, ullum eorum aliud officium fuisse, quam ut *sese quotidie in synagoga præsentes sisterent, ut quicunque etiam singuli illam ingrederentur ad precandum, semper* מנין i. e. numerum, *sive legitimum cœtum denarium invenirent, cum quo preces suas ad Deum rite funderent.*

VIII. Quæ nostra tractatio ut recto ordine procedat, Cl. *Lightfooti* & reliquorum vestigia sequemur, ut illorum erroribus detectis, tenebrisque quas Synagogæ offuderunt discussis, sua Synagogæ nativa lux redeat, & suæ quisque dignitati & loco in illa restituatur.

IX. Cl. *Lightfootus* itaque de *Rectoribus Synagogæ* acturus pauca quædam de loco præmittit, ubi olim Synagogam condere licuit, vel forte etiam oportuit.
„ *Non* formata est, inquit, alicubi Sy-
„ nagoga, nisi ubi essent decem litera-
„ ti, ex professo studiosi legis. 1. Ob-
„ servetur illud Talmudicum *Megillah*
„ cap. 1. hal. 3. ואיזהו עיר גדולה.
„ *Quænam est civitas magna?* כל שיש
„ בה י' בטלנין *En, in qua erant decem*
„ *homines otii.* פחות מכאן הרי זה כפר
„ *si hoc numero minus, ecce, est villa.*
„ 2. Illud *Maimonidæ*, *Tephillah* Cap.
„ xi. *Ubicunque sunt decem ex Israele,*
„ *ibi necesse est ut ædificaretur domus,*
„ *ad quam se recipiant ad orationes tem-*
„ *pore precum: & domus hæc vocatur*
„ *Synagoga*. Non quod quilibet decem
„ ex Israele constituerent Synagogam;
„ sed, ubicunque sunt decem literati
„ & studiosi legis: vocabantur hi בטלנין
„ *viri otii*: qui non pro desidibus at-
„ que otiosis sunt habendi, בטלין
„ ממלאכתן ועוסקין בצרכי ציבור, sed *qui-*
„ *bus* (ut pote qui rebus mundanis non
„ perplexi fuerunt) *vocavit res synago-*
„ *gæ tantum curare, atque incumbere*
„ *studio legis*. Hactenus Lightfootus.
Quæ verba dum vel apud ipsum lego, vel ab aliis bona fide repeti video, nescio sane quid bonos viros egisse vel passos esse credere debeam, quando ex illis verbis canonem elicere, vel admittere possunt, qui non tantum in illis non continetur, sed iisdem etiam solide & diserte refutatur.

X. *Non formata est*, inquiunt, *Synagoga, nisi ubi essent decem literati, ex professo studiosi legis*. Ad hunc canonem probandum adducitur locus ex *Megilla*, quem si superiori effato subjicias. *Atque decem ejusmodi literati* (id est בטלנים) *non fuere nisi in urbibus majoribus*: vide quid sequatur; *Ergo non nisi in urbibus majoribus fuit formata synagoga, nequaquam in oppidis aut villis*. Major Lightfooti est, & eorum qui Cl. Virum sequuntur: minor Talmudis, & ipsi Lightfooto laudata: Conclusio judicio omnium recta ratione utentium falsa, & historiæ atque institutis Judæorum e diametro adversa. Etenim quis animum inducat credere, in *Oppidis* & *Agris* ubi *decem Otiosi* non erant, propterea etiam nullas Synagogas fuisse, atque adeo Sabbatho reliquisque seu festis seu profestis diebus cultum nullum publicum obtinuisse, sed horum locorum incolis non sine magnis incommodis ad majores urbes fuisse assidue abeundum, pari rei familiaris & temporis jactura? quorum utrumque tam ab omni ratione alienum est, quam certum nobis est contrarium, nim. quod & כרכין *oppida*, & כפרים *pagi* seu *villæ* suas Synagogas habuerint, earumque Rectores, etiam si omnibus בטלנים destituerentur.

XI. Sed prius loca citata accuratius excutere juvabit, ut videamus, an sententia Lightfooti ulla specie inde probari aut defendi possit. *Urbs magna ea est*, inquit Mischna, *in qua sunt decem Batlanim* i. e. *Otiosi*: *Ergo*, inquiunt Viri docti, *Synagoga nullibi est formata, nisi ubi essent decem Batlanim*. At quæ hæc consequentia? aut quæ ratio illius? itane ab *Urbe* concludere liceat aut transilire ad *Synagogam*? ego ita semper hanc Mischnam convertendam existimavi, *Ergo quæcunque urbs non habet decem Batlanim; ea non est Urbs Magna;* quemadmodum ipse textus illam etiam inculcat, פחות מכאן ה"ז כפר *si his pauciores sint, ecce tantum villa est*, non vero urbs magna.

XII. Sed age integrum textum producamus, ne quis ulli scrupulo locus supersit. Megilla Cap. 1. מגילה נקראת
באחד עשר בשנים עשר בשלשה עשר
בארבעה עשר בחמשה עשר לא פחות
ולא יותר כרכין המוקפים חומה מימות
יהושע בן נון קורים בחמשה עשר כפרים
ועיירות גדולות קורים בארבעה עשר אלא
שהכפרים מקדימין ליום הכניסה: ב כיצד
חל יום ארבעה עשר בשני כפרים ועיירות
גדולות קורים בו ביום ומוקפות חומה למחר
חל להיות בשלישי או ברביעי כפרים
מקדימים ליום הכניסה ועיירות גדולות
קורים בו ביום ומוקפות חומה למחר חל
להיות בחמישי כפרים ועיירות גדולות
קורים בו ביום ומוקפות חומה למחר חל
להיות ערב שבת כפרים מקדימים ליום
הכניסה ועיירות גדולות ומוקפות חומה
קורים בו ביום חל להיות בשבת כפרים
ועיירות גדולות מקדימין וקורים ליום
הכניסה

הכניסה ומוקפות חומה למחר חל להיות אחר השבת כפרים מקדימין ליום הכניסה ועיירות גדולות קורין בו ביום ומוקפות חומה למחר: ג איזו היא עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנין פחות מכאן הרי זה כפר באלו אמרו מקדימין ולא מאחרין וגו׳ *Volumen* (libellus Ester) *legitur die undecimo , duodecimo decimo tertio , decimo quarto & decimo quinto* (mensis Adar) *serius ociusve nunquam. Oppida quæ jam tempore Josuæ filii Nun munita fuerunt, legunt die decimo quinto , villæ autem , majoresque civitates decimo quarto , nisi quod villæ anticipent* (lectionem) *die quo ad urbes commeant*, (id est die secundo vel quinto septimanæ) §. 2. *Quomodo vero anticipant* (lectionem? *si dies decimus quartus in secundam feriam incidat , villæ majoresque civitates eopse die legunt, at munita oppida postridie: si* (dies decimus quartus) *in tertiam quartamve feriam incidat , villæ pridie vel postridie legunt , eo scilicet die , quo ad urbes oommeare solent , majores civitates eopse die ; oppida postridie : si* (dies decimus quartus) *in quintam feriam incidat, villæ urbesque majores eopse die legunt, oppida iterum postridie: si* (decimus quartus) *si pridie sabbathi , villæ pridie legunt , die quo ad urbes commeare solent, urbes vero & oppida eopse die : si denique in ipsum Sabbathum incidat , villæ & urbes anticipant , & legunt die quo ad urbes commeare solent, oppida vero postridie: si Sabbathi , villæ anticipant lectionem in diem quo ad urbes commeant, urbes eopse die legunt, & munita oppida postridie*. §. 3. *Quænam vero* Urbs Magna *dicitur ? omnis ea in qua sunt* decem otiosi, *si minus eo , ecce villa est*, &c. Hactenus Mischna . Unde liquet , quam immerito hæc adducantur, ut inde quicquam de *Synagoga formanda* statuatur, cujus in toto textu nec vola nec vestigium occurrit : Agitur hic solummodo de *lectione libelli Ester*, cui certi dies tributi sunt , sed pro diversa feria in quam dies decimus quartus mensis Adar incidit , & locorum varietate , etiam ipsi diversi . Loca autem illa in triplici differentia sunt . Sunt עיירות גדולות *Urbes Majores* , sunt כרכין *Oppida*, ac deniquæ כפרים *Villæ* suburbanæ. Cum vero mox ipsa *Halacha* prima dictum esset, quid per כרכין intelligitur , nim. *oppida jam inde a temporibus Josuæ munita*, *Halachah* tertia quæritur , quid sit עיר גדולה *Urbs magna?* eaque ita definitur , כל שיש בה עשרה בטלנים פחות מכאן הרי זה כפר *quæ habet* Decem Otiosi; adeo quidem , ut si quæ *decem otiosos* non habeat , illa respectu lectionis libelli Ester eodem loco habeatur quo villa , quemadmodum id clarius in Gemara dicitur, fol. 3. col. 2. fine, ואמר רבי יהושע בן לוי כרך שאין בה עשרה בטלנין נידון ככפר *Er R. Josua filius Levi dixit*, *oppidum in quo non sunt decem otiosi* , æstimatur *villa* . In quibus omnibus nihil est , quod Synagogam iis solis locis includat , ubi *decem otiosi* inveniuntur . Quid quod contrarium inde satis liqueat , quod hic loca esse supponantur , quæ non quidem *decem* , quibus impares sint , sed tamen aliquot *otiosos* habebant, פחות מכאן *pauciores quam decem?* & quod lectio historiæ Ester etiam in oppidis obtineat ? quorum neutrum sane absque Synagoga esse potest .

XIII. Alter locus a Cl. Lightfooto ex Maimonide adducitur , Hilch. Tephil. cap. XI. §. I. כל מקום שיש בו עשרה מישראל צריך להכין לו בית שיכנסו בו לתפילה בכל עת תפילה ומקום זה נקרא בית הכנסת *In quocunque loco sunt* Decem Israelitæ, *ibi necesse est domum condere , in qua conveniant ad precandum omni tempore precationis , & hic locus vocatur Synagoga*. Sed quæso te, Lector quid clarius dici poterat in nostram sententiam , Cl. Lightfooto autem cæterisque Viris Doctis magis adversum? Probandum erat Lightfooto, *Non formatam esse Synagogam , nisi ubi decem Otiosi* , id est *literati* , *ex professo studiosi legis* cujusmodi homines in majoribus urbibus tantum inveniuntur , non item in oppidis & vicis . At Maimonides *omni loco* Synagogam non modo concedit , sed etiam necessariam facit , qui modo decem Israelitas habet. *In quocumque loco* (nullo discrimine , sive Urbs sit , sive oppidum , sive denique Vicus,) *decem Israelitæ sunt , ibi Synagogam condere oportet* . Lynceus sit oportet, & literatis omnibus literarior , qui hic decem literatos sive otiosos viderit; mihi certe non contigit esse tam acuto , ut vel unicum deprehendam. Verba generalia sunt , & simpliciter quoslibet *decem ex Israele* designant: docti , indocti, divites an pauperes sint , nihil interest ; modo decem sint , qui מנין , f. *legitimum cœtum* , a Magistris numero denario definitum , conficere possint , Synagogam condere debent , in eaque frequentes convenire, ne cultus publicus, qui in legis lectione & numinis divini invocatione consistit , in Israele intermittatur . Et hinc adeo cogunt se inter se ad Syuagogam dedicandam , Librum legis cæteraque comparanda , quibus in Synagoga usus esse solet . *Lebusch* , *Orach chaij. Tit.* CL §. I. תקנת חכמינו זכרונם לברכה הוא במקום

שיש

שיש בו עשרה בני חורין וגדולים בעיר שכופין זה את זה לבנות להם בית הכנסת ולקנות להם תורה ונביאים וכתובים שלא תשכח חס ושלום התפילה והתורה מישראל *Est ex institutis Sapientum nostrorum, f. m. ut ubicunque decem ingenui iidemque Majorennes habitant*, (Cl. Buxtorffius alicubi *decem lautioris fortunæ & conditionis* homines requirit, sed præter mentem Hebræorum, ut infra dicetur) *ibi sese inter se cogant Synagogam condere, & comparare Legem; Prophetas & Hagiographa, ne quando, quod Deus clementer avertat, Oratio & Lex oblivioni tradantur in Israele*. Eodemque modo R. Moses Maimonides l. c. ex *Hilchoth Tephilah*. Neque hoc solum, sed Chassanem, vel potius שליח ציבור *Ministrum Synagogæ*, hi decem constituere vel sibi conducere debent, qui preces ipsis præeat, Legemque recitet: Imo, quod majus est, si quis horum decem sub anniversarium quoddam festum ab urbe abesse debeat, ære suo alium conducere debet, qui durante festo absentis vice fungatur ad מנין conficiendum. *Lebbusch, Orach Chaij. Tit.* LV. §. 21. עיר שאין בה אלא עשרה ואחר מהם רצה לצאת משם והוא סמוך לימים נוראים או אפילו עדיין זמן ארוך לימים נוראים אלא שיודעים שלא יחזור קודם היום ט״ט כופין אותו לישאר בביתו או להשכיר אחר במקומו ואם הם אחד עשר ורוצים שנים לצאת ישכירו שניהם אחד בשותפות במקומם ושניהם יפרעו בשוה במה דברים אמורים כששניהם אמורים בשוה בממונם אבל אם אחד עני ואחר עשיר יש פנים לכאן ולכאן יש לומר הואיל וחיוב המצוה מוטלת על גופם בשוה יתנו השכירות להשלים המנין גם כן פלי הגלגולת בשוה ויש לומר גם כן לאידך גיסא הואיל ושניהם הולכים להרויח ממון ודאי אין עסק הליכת העני כעסק הליכת העשיר ויתנו לפי הממון לכך עושין כעין פשרה ונותנים חציו לפי נפשות וחציו לפי ממון ושכר החזן הוא על היוצאים כמו על הנשארים לפי מנהגם שם בשאר השנים: *Si quæ urbs sit, in qua non nisi decem sunt, eorumque aliquis inde proficisci velit proxime ante solennia festa, aut si illa adhuc procul absint, sciant tamen illum ante festum non esse rediturum, cogunt illum, ut vel domi maneat, vel alium in locum suum substituat. Quod si vero undecim fuerint, eorumque duo iter parent, ambo illi societate inita unum in locum suum conducent, eique ex æquo mercedem persolvent. Id quod tamen ita intelligendum est, si ambo fuerint æquali censu: si enim unus eorum pauper, alter vero dives fuerit, res diversimode considerari potest. Nam cum præceptum utriusque corpus æqualiter obliget, dicendum videtur, etiam utrumque teneri æqualem mercedem conferre ad numerum conficiendum. Rursum vero etiam ab altera parte dici potest, cum ambo quæstus causa proficiscantur, atque in confesso sit, negotiationem pauperis nullo modo comparandam esse negotiationi divitis, æquum esse, ut pro suis quisque facultatibus censeatur. Propterea igitur rem ex æquo & bono componunt, & dimidium mercedis in capita imperant, dimidium vero in censum. Stipendium autem Chassanis ab absentibus æque pendendum est, atque a præsentibus, pro eo atque reliquis annis obtinet. De Chassane* vero vocando Ibid. §. 32. fine ואם יש מנין בעיר כופין לשכור חזן ואם אינם באים כולם תדיר לבית הכנסת באופן שמבטלין המנין כופין זה את זה בקנסות שיבואו תמיד כדי שלא יבטלו התמיד: *Et quando numerus* (denarius) *est in civitate, obligant sese inter se de Chassane vocando; Quod si vero non frequentarint assidue Synagogam, adeo ut numerus ille denarius cesset, multas absentibus imponunt, ut omnes semper adsint, neque sacra quotidiana intermittant.*

XIV. Quæ omnia satis arguunt, locum Maimonidæ nihil habere, quo novus ille canon de formanda Synagoga stabiliri possit, quin potius contraria omnia illo juberi. Quod cum ipse Cl. *Lighfootus* animadvertere cœpisset, glossemate quodam difficultatem tollere, & verba in suam sententiam detorquere conatus est. Hinc addit: *Non quod quilibet decem ex* Israele *constituerent Synagogam*, (quem sensum verba Maimonidæ præ se ferunt, & re ipsa habent,) *sed, ubicunque sunt decem literati & studiosi legis: vocabantur hi* בטלנין viri otii, *&c.* At sic manifesta vis fit verbis, dum quæ generalia sunt, & quemcunque Israelitam (majorennem & liberum) designat, ad solos literatos restringuntur. Exemplum cape ex *Hilch. Mattenoth Aniim*, cap. IX. §. I. כל עיר שיש בה ישרא׳ חייבין להעמיד מהם גבאי צדקה *In quacunque urbe sunt* Israelitæ, *tenentur ex se constituere collectores Eleemosynarum*; quæ verba sic generaliter prolata quis est, qui ad *Otiosos* vel *literatos* restringere audeat? Judæorum certe nemo fecerit: neque si quem Christianorum hæc confidentia interpretandi ceperit, id impune tulerit, ceu in pauperes nimis injurius atque inclemens, quibus facilius gulam præcluseris, quam istam tuam interpretationem approbes. Neque tamen dici potest, quid vel tantillum inter ista duo loca intersit, nisi quod definitus numerus in altero cernatur.

XV. Sed neque illud nobis negligendum

dum est, quod Cl. *Lightfootus decem illos Otiosos* perpetuo *Literatos* vocat, & *Legis studiosos*, quod quo jure fiat infra diligentius inquiremus. Sed fac tantisper verum esse; quid ergo miseris illis fiet, in quorum Synagoga vix unus & alter invenitur, qui legem rite legere sciat? Synagogam habebunt, annon? si quid novus ille Virorum Doctorum canon valere debeat, certe non habent, nam decem בטלנין i. e. *decem literatos* non habent, cum ne legem quidem satis expedite legere valeant, nedum ut in *Mischna* & *Gemara* aliquid possint, quod tamen requiritur ad id ut *Viri Literati* nomen inter Hebræos tueri queas. At habent tamen Synagogam, Legemque singulis Sabbathis legunt, ceteraque præstant quæ in Synagoga sunt agenda, si quid saltem Hebræis credimus, *Lebbusch*, *Orach chaiim*; Tit. CLII. §. 2. יישוב שיש שם מניין ואין שם מי שיורע לקרות בתורה כהלכה בדקדוק ובטעמים אפ״ה יקראו מתוך התורה ויברכו עליה ויפטורו בנביא דבשעת הדחק כזה התירו להם שלא לבטל הקריאה: *Si quando alicubi numerus* (cœtus, vel Synagoga) *fuerit*, *neque tamen quisquam sit*, *qui sciat legem rite legere secundum puncta & accentus*, *nihilominus tamen legere debent e libro legis*, *& super illa benedicere*, *atque etiam lectione Prophetica dimittere*, *quoniam calamitosis temporibus*, *qualia nunc vivimus*, *id illis Sapientes permiserunt*, *ne lectionem legis plane abrogarent*. Rursum *Ibid.* Tit. CXLIII. §. 5. ב״ה שאין בה מי שיורע לקרות אלא אחד אותו האחד עולה ויברך ברכה ראשונה ויקרא קצת פסוקים ויברך לאחריהם וגו׳: *Si quando tantum unus sit*, *qui legere sciat*, *ille unus adscendit* (in suggestum) *& recitat primo benedictiunculam*, *legitque aliquot versus*, *iterumque post lectionem benedicit*, *&c.* In cujusmodi locis etiamsi defectus aliquis erat, non tamen illico vetitum Synagogam dedicare & stata sacra celebrare, ad quæ nihil aliud requirebatur præter *legitimum cœtum*, numero denario a Magistris definitum, qui quocunque loco inveniebatur, ibi illico Synagoga dedicanda.

XVI. Cum igitur loca hæc ex *Mischna* & *Maimonide* producta, singula per se considerata nihil faciant ad illius canonis confirmationem, nemini mirum videri debet, eadem etiam juncta atque inter se collata nihil prodesse. Quod si enim hæc inter se contuleris: *Omnis urbs in qua sunt decem Otiosi*, *est Urbs Magna*; & *In quocunque loco sunt decem Israelitæ*, *ibi Synagoga est condenda*, quid est quod inde ulla specie in rem præsentem colligi possit, termini sunt diversi; hic in genere de quibuscunque *decem Israelitis* agitur, ibi in specie de *decem Otiosis*; hic de *Synagoga dedicanda*, ibi de *Urbe Magna*; quæ quomodo inter se cohæreant, aut quodnam tertium axioma gignere valeant, nullus video. Sed repetamus: *Decem Batlanim faciunt Urbem Magnam*, *Decem Israelitæ faciunt Synagogam*, *Ergo*. Parturiunt montes, sed quid tandem nascitur? Age itaque, alia via aggrediamur; *Decem Israelitæ constituunt* (vel possunt constituere) *Synagogam*, atque *Decem Otiosi constituunt Urbem Magnam*; *Ergo*: Tantundem valet, nam sunt utrobique quatuor termini. Quid si sic? *Decem Israelitæ constituunt Synagogam*; *Decem Batlanim sunt ad minimum decem Israelitæ*, *Ergo Decem Batlanim constituunt Synagogam*. Vel si mavis: *Ubicunque sunt decem Israelitæ*, *ibi dedicanda est Synagoga*: atque *ubicunque sunt decem Batlanim*, *ibi sunt decem Israelitæ*; *Ergo ubicunque sunt decem Batlanim*, *ibi dedicanda est Synagoga*: Et rursum, *Atque in Urbe Magna sunt decem Batlanim*: *E. in Urbe Magna est dedicanda Synagoga*. Optime. Nam sic demum recte concluseris, & bene sese habebit argumentatio; sed qua æquo animo carere quivis possit, cum neutra harum conclusionum ulli Hebræo, aut moris Hebræi non imperito dubia sit aut ignorata, ut tantis ambagibus ad illarum investigationem minime opus sit futurum. Illud tamen omne est, quod ex datis propositionibus rite concludi queat; sed quid illud tandem ad rem faciat, non intelligo. Si quis tamen aliud quidpiam inde extorquere queat, equidem non invidebo, sed mirabor magis cujusmodi illud futurum sit, & quantum ponderis ad præsens argumentum allaturum.

XVII. Supra §. x. cum primum canonem illum de *Synagoga non formanda*, *nisi ubi essent decem Batlanim*, examinare aggrederemur, & *Mischna* excutienda esset, qua Viri Docti ad illius canonis confirmationem abutuntur; non abs re nobis facere videbamur, si Mischna ipsa ipsa pro minore uteremur, qua cum superiori illo canone rite juncta hæc conclusio necessario sequebatur, *Synagogas olim antiquis temporibus in solis* Urbibus Magnis *fuisse conditas*, *nequaquam vero in Oppidis & Vicis*. Cujus sententiæ absurditas etiam canonis istius falsitatem satis evidenter arguere videbatur; nisi si cui leve videatur & Oppidis & Vicis omni cultu publico interdicere, eaque jure dedicandi Synagogas pror-

prorsus privare. Parum tamen effecerimus, si hoc solum incommodo sententiam illam premamus, neque claris & disertis Hebræorum testimoniis suum vicis oppidisque jus adferamus; eoque minus, quo sæpius vehementiusque Vir Clarissimus contendit, in *Pagis* atque etiam *Oppidis* Synagogas non fuisse. Ita diserte *Centuria Chorographica Matthæo præmissa*, Cap. XCVIII. de *tripartita urbium & oppidorum distinctione*, Num. 3. „ כפרים *villæ*. Istæ sc. ubi „ non erat Synagoga. Imo, inquit *Piske Harosch*, כרך שאין בו עשרה בטלני׳ „ נידון ככפר *Oppidum munitum*, *in quo* „ *non sunt decem homines otii* (vel *cessationis a mundanis*, hi autem constituerunt Synagogam) *reputatur ut villa*, *&c.* Et rursum, ad Marc. I. „ vers. 38. num. 2. „ כפרים ergo erant „ villæ, vel pagi, in quibus, non erat „ Synagoga. Hinc illud *Piske Harosch* „ in Megill. Cap. 1. כרך שאין בו י׳ בטלנין „ נדון ככפר *Kerak*, (Civitas) *in qua* „ *non sunt decem viri, qui constituant* „ *Synagogam*, *reputanda est pro villa*. „ Et num. 3. עיר quæ vox vulgo *urbs* „ vel *civitas* redditur, generaliter & urbes munitas denotavit, & oppida etiam non munita, ubi erant Synagogæ, & villas ubi non erant. Hinc „ distinctio illa, עיר גדולה, *Urbs magna ea erat, ubi erat Synagoga;* עיר „ *Urbs parva, ubi non erat*. Id vult Vir Clarissimus, primo כפרים i. e. *pagos* vel *villas* Synagogas nullas habuisse; deinde etiam כרכין *Oppida* fuisse, quæ Synagogas non haberent, nim. illa omnia, quæ *decem Otiosos* non habebant, unde etiam כרך שאין בו י׳ בטלנין vertit, *Civitas in qua non sunt decem viri, qui constituant Synagogam*, prorsus ac si *non habere decem Batlanim*, & *non habere Synagogam*, idem esset. Quæ quam falsa sint, & ab institutis veterum Hebræorum aliena, ex eodem Codice *Megillah* liquet, ex quo Vir. Cl. argumenta ducit ad sententiam suam comprobandam. Capite בני העיר, (quod alii Codices tertium, alii quartum caput faciunt,) §. 1. ita tradunt. בני העיר שמכרו רחובה של עיר לוקחין בדמיו בית הכנסת בית לוקחין הכנסת תיבה תיבה לוקחין מטפחות וגו׳ *Si quando cives vendant plateam, pretio ejus emunt Synagogam; si Synagogam vendant, redimunt arcam, redimunt lintea*, (quibus lex involvi solet) &c. Hic quod de *vendenda Synagoga* dicitur, in Gemara hoc modo limitatur: אמר ר׳ שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן לא שנו אלא בית הכנסת של כפרים אבל בית הכנסת של כרכין כיון דמעלמא אתו ליה לא מצו מזבני ליה דהוה ליה דרבים: *Dixit R. Samuel F. Nachmani, R. Jonathan dixisse*: quod hic tradunt de (vendenda Synagoga) *non tradiderunt, nisi de* Synagoga villarum, *at* Synagogam Oppidorum, *quandoquidem ad illam ex universo terrarum orbe frequentant, non possunt vendere, quoniam publica est*. Vides hic *Synagogas oppidorum*, vides & *villarum*, quarum has vendere licet, illas non item: ratio discriminis est, quod hæ privatæ essen, & paganorum propriæ, illæ publicæ, in quas singulis Israelitis jus erat. Ita Glossa plenius explicat: לא שנו דיכולין למכור בית הכנסת אלא של כפרין אבל של כרכין הוא להו בתי כנסיות דרבים והכל בעליהם ואין בני העיר לבדם בעלים להם. *Non docent, posse vendi Synagogam, nisi tantum* Synagogam villarum; *Verum in* Oppidis *erant Synagogæ publicæ, adeo ut omnes* (etiam peregrini) *proprietatem in illis haberent, nequaquam autem soli cives*. In eundem sensum commentatores omnes scriptum reliquerunt. Maim. ad h. l. ואסור לסכור בית הכנסת אלא בכפרים אבל בית הכנסת של כרכין אי אפשר למוכרו לפי שהרבים יש להם בה זכותם: *Vetitum est vendere Synagogam alibi quam in villis: Synagoga vero Oppidorum, quia publica est*, (vel *omnibus & singulis idem in illam jus est*,) *vendi nullo modo potest*. Idem plenius Hilch. Tephill. cap. XI. §. 16. כדא שמותר למכור בית הכנסת בבית הכנסת של כפרים שלא עשו אותה אלא על דעת בני הכפר לבדם שתהיה להם להתפלל בה שאם רצו כולם למוכרה מותרין אבל בית הכנסת של כרכין הואיל ועל דעת כל העולם נעשה שיבא ויתפלל בו כל הבא אל המדינה נעשה של כל ישראל ואין מוכרין אותו לעולם: *De qua autem intelligendum est; quod dicitur licitum vendere Synagogam? de Synagoga Villarum, quam non condiderunt nisi in usum solorum paganorum, ut horum propria sit, in qua orent; quam si omnes unanimi consensu vendere velint, facultatem habent. Oppidorum vero Synagoga, quoniam in gratiam omnium incolarum mundi condita est, ut quicunque eo commigraverit illam frequentet, atque in ea oret, hoc ipso publici juris facta est, adeo ut illam in æternum alienare non liceat*. Eodem modo *R. Moses Bartenorius*, & *Rabbenu Ascher* verba *Gemaræ* repetunt. Vide illum ad *Misch.* cit. & hunc ibidem fol. 37. col. 2. princ. & med. & rursum pag. 93. col. 4. med. & adde inprimis *Lebbusch*, *Orach chaij. Tit.* CLIII. §. 7. cujus verba etiamsi infra etiam producemus, hic negligere non possumus,

mus, cum inde constet has, de quibus agimus, Synagogas villarum non minus suos septem presbyteros habuisse, quam Synagogas maximarum civitatum. Sic verba habent: והא דבית הכנסת נמכרת ה״מ של כפרים שאין באין שכ״ה ממקומות אחרים ואף על פי שבנו אותה משל אחרים שנדבו ונתנו להם צרכה לא נעשית אלא לבני הכפר לבדם ולכן יכולין למוכרו ומ״מ המעות נשארים בקדושתן ואינן רשאין להורידן מקדושתן ודוקא כשמכרו אותה בני העיר שלא מדעת פרנסיהם שהם טובי העיר או שמכרו אותה ז׳ טובי העיר שלא במעמד אנשי העיר: *Hoc autem, quod Synagoga vendi possit, intelligendum est de Synagoga villarum, ad quam ex aliis locis solent convenire. Et licet illam aliorum sumtibus exstruxerint, qui liberaliter in hunc usum de sua contulerunt, tamen paganorum propria est, & hinc eam pro lubitu suo vendere possunt. Nummi vero nihilominus sacri manent, eosque in rem minus sanctam insumere non licet; si nim. vel soli cives (incolæ loci illius) eam vendiderint absque consensu Seniorum suorum, qui sunt Boni Viri Civitatis; illam vendiderint, neque cum populo egerint.* Ubi *Villis* non tantum *Synagoga*, sed & *Pastores*, vel si mavis, *Seniores* tribuuntur.

XVIII. Certum itaque est & manifestum, non tantum in *majoribus urbibus* sed ubivis locorum condendas fuisse Synagogas, ubi saltem מניין inveniebatur. Quo jure *Villis Oppidisque* contra *Lighfooti* cæterorumque Doctorum Virorum sententiam adserto, fas erit limine relicto absque ulteriori mora ipsam *Synagogam Majoris civitatis* ingredi, ut *Batlanim*, sive *Otiosos* illos *Decemviros* investigemus, & obscuros homines ex tenebris in conspectum protractos in plena luce omnibus contemplandos sistamus. Id quod minus difficile erit, si Hebræorum Magistros nobis duces legamus, eorumque indicium & vestigia sequamur. Quis enim dubitet, quin Jarchius, Maimonides, Asscher, Bartenorius, cæterique Clarissimi Viri, inde a teneris in Synagoga versati, & in Academia docti atque educti, horum *Batlanim* non modo locum quem in Synagoga obtinebat, exploratum, sed & omnia illorum officia habuerint perspecta?

XIX. Sed primo loco atque ante omnia ipsi *Gemarici* Doctores audiendi erunt, ut ætate ita & dignitate cæteris omnibus superiores. Quod itaque Cod. *Megillah*, *Cap.* 1. *halach.* 3. legitur. איזהו היא עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנים *Quænam est urbs magna? omnis ea in qua sunt decem Otiosi:* id in *Gemara* hoc modo explicat: תנא עשרה בטלנין שבבית הכנסת Trad. *Decem otiosi* qui sunt *in Synagoga*. Cod. *Sanh. Cap.* 1. *In Gemara halachæ ultimæ*, fol 17. 2. fine, ועשרה בטלנין של בית הכנסת, & *Decem Otiosi Synagogæ*. Sed pleniorem eorundem descriptionem nobis commentatores exhibent. *R. Salomo Jarchi* ad *Gemaram Sanh.* l. c. ועשרה בטלנים עשרה בני אדם בטלין מכל מלאכה להיות מזומנין לבית הכנסת שחרית וערבית דאמרינן בברכות כיון שבא הקדוש ברוך הוא לבית הכנסת ולא מצא שם עשרה מיד כועס וגומר *Et decem otiosi: decem homines vacantes ab omni opere, ut mane & vesperi semper præsto sint in Synagoga, juxta id quod est Cod. Beracoth, quando Deus T. O. M. ingreditur Synagogam, neque invenit in illa decem, illico indignatur, &c.* Idem ad *Gem. Meg.* l. c. fol. 2. col. 2. עשרה בטלנים שבטלין ממלאכתן שיהיו מצויין תמיד בבית הכנסת שחרית וערבית וגומר *Decem Otiosi, qui vacant ab opere proprio, ut se semper mane & vesperi præsentes sistant in Synagoga &c.* Rursus ad *Gemaram Constitutionis tertiæ*, fol. 8. col. 1. med. עשרה בטלנין שבבית הכנסת שהם בטלים ממלאכתם וניזונין משל ציבור כדי להיות מצויין בתפילה בבית הכנסת *Decem otiosi, qui sunt in Synagoga, qui prorsus vacant ab omni opere suo, & aluntur ex publico, ut tempore precum sint in Synagoga.* Et denique quam plenissime ad *Babh Kama* f. 82. col. 2. sic describit: בני אדם כשרים בטלין ממלאכתם לעסוק בצורכי ציבור ולבוא קודמין לבית הכנסת כדי שיהו מצויין עשרה לעת התפילה ומתפרנסין משל ציבור, *Homines probi, qui rebus omnibus relictis, unice negotia cœtus procurant, & primi semper sunt in Synagoga, ut tempore precum ibidem decem inveniantur: aluntur autem ex publico. R. S. Jarchium* sequatur *Maimonides*. Is ad *Megillah; Cap.* 1. *halacha* 3. sic commentatur; עשרה בטלנים הוא שיהו בבית הכנסת עשרה בני אדם שלא תהיה להם שום מלאכה אלא עסקי צבור ותלמוד תורה וקביעותן בבית הכנסת *De Decem Otiosis ita sese res habuit. Erant in Synagoga decem homines, quibus nihil omnino operis erat, nisi ut curarent negotia publica, & legi operam darent: Statio autem illorum erat in Synagoga.* Idem ad *Sanh. cap.* 1. *hal.* 6. ועשרה בטלנין של בית הכנסת הם בני אדם שאין להם עסק אלא מלאכת שמים רוצה לומר לעשות בתורה וישיבת בבתי כנסיות *Et decem homines, qui nihil curabat nisi res cœlestes, (vel divinas) i. e. ut legerent legem & sederent in Synagogis.*

R. Oba-

R. Obadias Bartenorius ad Cod. *Megillah.* cap. 1. §. 3. עשרה בטלנין של בית הכנסת שבטלין ממלאכתם וניזונין משל ציבור כדי להיות מצויין תמיד בשעת התפילה בבית הכנסת Et rursum ad *Sanhed.* cap. 1. §. 6. ועשרה בטלנין עשרה בני אדם שבטלין מכל מלאכה שיושבים תמיד בבית הכנסת *R. Nathan in Aruch*, עשרה בני אדם יושבים בבית הכנסת ובטלין ממלאכתם ועוסקים בצרכי צבור *Piske Tosaphoth*, עיר גדולה היא שיש בה עשרה בטלנין שמתפללין במנין וקורין בספר תורה *Urbs magna est, in qua sunt decem Otiosi qui erant in cœtu* (denario illo) *& legunt librum legis*.

XX. Atque hæc potissima sunt, quæ de *Decem Otiosis* hactenus apud Hebræos vel Christianos *invenire potuimus; quæ si quis ita ut decet attente consideret, sequentia indubiæ veritatis axiomata inde facile observabit,

א. *Hos Decem Otiosos omnes ejusdem ordinis & dignitatis fuisse, eandem omnium rationem, idem officium neque ulla ratione inter se distinctos.*

Id inde satis liquet, quod Hebræi nullum ne minimum quidem discrimen agnoscant, sed idem omnibus nomen, eadem officia, privilegia eadem adscribant.

ב. *Illos nulla negotia tractasse, artam nullam exercuisse, nihil denique egisse, quo sibi victum quærerent, & familiam sustentarent.*

Id iterum uno omnes ore testantur, & hæc sola nominis ratio, nam בטלנים *Otiosi*, dicti sunt, כי בטלים הם מכל מלאכתם, *quia ab omni omnino proprio opere vacabant*. Ubi etiam forma nominis notanda venit, siquidem non בטלים dicuntur, sed בטלנים, ceu non *otiosi* tantum, sed *otio prorsus dediti*, ceu quibus ipsum ab omni mundano opere otium negotium sit; quemadmodum גמלן גזלן קפרן קמצן רחמן aliaque in ן. exeuntia, rei aut qualitati a qua nomina illa derivantur, *deditum* significant.

ג. *Fuisse addictos Synagogæ, in qua statio illis assignata fuit, & ipsi munere suo functi sunt, adeo ut extra illam nihil illis agendum curandumve esset.*

Ita Gemara, עשרה בטלנים של בית הכנסת או בבית הכנסת Maimon. & קביעותן בבית הכנסת & ישיבתן בבית הכנסת עוסקין בצרכי ציבור *curarunt negotia Synagogæ*.

ד. *Munus autem illorum nullum aliud fuisse, quam ut sese quotidie, mane & vesperi, tempore precum in Synagoga præsentes sisterent, ad numerum denarium, qui legitimum demum cœtum constituit, conficiendum.*

ה. *In specie vero, debuisse primos & assiduos semper esse in Synagoga, ut simul alius quisquam etiam solus ingrederetur, legitimum cœtum inveniret, cum quo preces suas ad Deum funderet.*

Utrumque ex superioribus definttionibus manifestum להיות תמיד בבית הכנסת & להיות קודמין בעת או בשעת התפילה & מתפללין במניין *orabant in cœtu*, quæ etiam sola atque unica eorum constituendi causa fuit, uti mox infra pluribus ostendemus.

ו. *Fuisse autem Synagogæ stipendiarios, seu ære publico ad id conductos, & liberaliter sustentatos.*

Ita enim tradunt: והם ניזונים משל ציבור vel מתפרנסות משל ציבור, *Alebantur vero ex publico*. Neque sane aliter fieri poterat vel decebat. Quid enim æquius fingi dicive potest, quam ut is qui publici commodi causa, non ad breve temporis momentum, sed per omnem vitam sua commoda negligit, ex publico etiam accipiat, quo & se & familiam suam honeste alere queat? Nisi quis ita existimare malit, fuisse hos homines divites agris & positis in fœnere nummis, quibus domi satis, imo abunde esset, quod ederent, ut gratis hoc munere fungerentur. Sed viderit is, quomodo hanc suam sententiam non modo cum *R. Salomone Jarchio*, (in Talmudicis scriptis versatissimo, cuique adeo nos quoque fidere oportet, eoque magis, quo majoris fidei est & auctoritatis apud gentiles suos) & *Obadia Bartenorio*, sed & cum moribus hominum potentiorum, quorum ingenium plerumque ad quodvis potius otium quam ad hoc sacrum proclive esset solet, conciliare possit.

ז. *Porro fuisse probos & pios homines, qui rebus omnibus relictis, precibus tantum & lectioni scripturarum vacarent.*

Ita כשרים *probi* dicuntur *Jarchio*, & *studio scripturarum operam dare*, *Maimonidæ* & Auctori *Piske Tosaphoth*.

Idque ratio ipsa dictat in his hominibus necessario requisitum fuisse. Cum enim eum in finem tantum constituti sint, ut cum cæteris quibuscunque Dei laudes canant, illumque invocent; Deus autem ad improbrum orationem non attendat; manifestum est fuisse ab hoc munere arcendum profanum vulgus, eique adhibendos homines integros vitæ sce-

ſcelerisque puros, quorum preces Deus exaudit, uti non modo SS. iſtud paſſim docet, ſed & ipſa cœca gentilitas id olim recte obſervavit. Quod vero legem privatim legere & meditari debuerint, id non minus manifeſtum eſt; cum homini pio, eidemque a rebus gerendis alieno, honeſti otii commode fallendi nulla convenientior ratio dari poſſit lectione & meditatione ſcripturarum.

ח. *Tandem denique, hos decem* בטלנים *fuiſſe proprios Urbibus Magnis, adeo ut in minoribus oppidis, pagiſve non invenirentur.*

Id liquet ex definitione *Urbis Magnæ, in qua ſunt, decem otioſi, ſi enim pauciores ſint ecce cenſetur pagus.*

XXI. Hiſce itaque præmiſſis, & vera horum בטלנים ratione ex antiquiſſimis fidiſſimiſque Hebræorum monumentis eruta atque illuſtrata, age ad eos revertamur quos Cl. *Lightfootus* ad hunc decemviratum conſtituendum undique, ex ipſa etiam Civitate & Academia evocatos, in Synanogam pertraxit; Quorum dignitatem, officia, & locum denique ſi quis paulo accuratius perpenderit, & cum *decem otioſis* contulerit, facile, opinor, perſpiciet, eorum neminem ad hunc ordinem eſſe referendum, quemadmodum etiam Hebræorum nemo, quod hic in genere monemus, neque cum hos *Otioſos* deſcribunt, quemquam eorum commemorat, qui a Cl. *Lightfootho* adducuntur, neque cum ex profeſſo de *Judicibus*, *Miniſtris Synagogæ*, *Diaconis*, *Interpretibus*, vel denique *Profeſſoribus* agunt, eorum ullus בטלן *Otioſus* appellatur.

XXII. Quod itaque בית דין של שלשה ſive *Judices Triumviros* attinet, quos Cl. *Lightfootus* primo loco recenſet, in eos parum eorum convenit, quæ ab Hebræis de *decem Otioſis* prædicantur. Hi erant omnes ejuſdem ordinis; illi vero a *Chaſſane*, *Eleemoſynariis*, *Profeſſore*, & *Interpretibus*, uti munere ita & dignitate plane diverſi. Hi in *Synagoga* munere ſuo fungebantur, illi vero in *foro*: hi *ſacra* tractabant, illi *civilia*: hi *aſſidui* erant in Synagoga, iidemque *primi & ultimi*, *totum diem* in ea deſidentes, *illi non item*: hi prorſus *otioſi*, illi vero ſæpe ſic ſatis *negotioſi* erant, ſive publice jus dicerent, & civitatem ordinarent, ſive forte etiam rem familiarem curarent.

XXIII. Sed hæc paulo diſtinctius explicanda erunt, atque ea quæ de *Judicibus* dicimus, idoneis teſtibus firmanda. Et cum diſcrimen quod inter *Judices*, cæteroſque qui a *Lightfootho* recenſentur, intercedit ingens ſit, & cuivis per ſe manifeſtum, non eſt cur huic rei probandæ vel minimam operam impendamus, ut ejus ſecuri ad cæteras oppoſitiones pergere liceat.

XXIV. Atque hic quis dubitet, quin *Judices triumviri negotioſi* ſint, quibus id negotii datum eſt, curent ne quid R. P. capiat detrimenti; ne quis proximum quocunque modo lædat, ejus bona, pudicitiam, &c. impune violet, qui forum agunt, ſontes pœnis addicunt; qui alios ordinant, multa item alia præſtant, quæ *Cod. Sanhedr.* cap. 1. recenſentur.

XXV. An vero, uti Judices *publica negotia* curare debuerunt, ita etiam iiſdem *privatim* opus artemve quamcunque exercere licuerit, difficilioris conjectationis eſſe videtur: ſiquidem rem accuratius perpendenti non deeſt, quod in utramque partem dici poſſit. Si quid recentioribus Hebræorum credimus, Judices privatim opus exercere fas & jura ſinunt, nullaque religio prohibet, niſi quod cautio ſit, ne id publice fiat in plurium conſpectu, ut ne quid ſc. hac ratione illorum dignitati atque exiſtimationi decedat. Veterum Magiſtrorum ſcitum de populi præfectis in Cod *Kidduſchin* fol. 70. col. 1. fine, hujuſmodi legitur אמר רב הונא בר אידי אמר שמואל כיון שנתמנה אדם פרנס על הציבור אסור בעשיית מלאכה בפני שלשה: *Auctor eſt Rab Huna filius Idi, Samuelem dixiſſe: Poſteaquam quiſquam præfectus eſt civitati, vetitum illi eſt tribus aliis inſpicientibus opus facere.* Non itaque plane vetitum Magiſtratibus opus facere, ſed in publico vetitum; at ſoli cum ſolo, & intra privatos parietes omnino licet. Quod ſi enim omni omnino labore populi rectoribus interdictum vellent, ſupervacanea prorſus, imo inepta Magiſtrorum reſtrictio eſſet. Si non licet coram tribus laborare, coram duobus tamen licebit; id quod de *Batlanim* nunquam opinor, legeris. Quod vero hic generaliſſime de quovis populi præfecto dicitur, id recentiores ſingulatim *Judicibus* tribuunt. *Schulch. Aruch, Choſch. hammiſchp.* Tit. VIII. §. 4. ubi de decoro Judicibus obſervundo agitur: ומצות על הציבור לנהוג כבוד בדיין ויהיה אימתו עליהם וגם הוא לו יתבזה ולא ינהג קלות ראש לפניהם שכיון שנתמנה אדם פרנס על הציבור אסור לו לעשות מלאכה בפני שלשה כדי שלא יתבזה בפניהם וקל וחומר שאסור לו לאכול ולשתות (ולהשתכר) בפני רבים (כל דיין שאין לו מי שישמשנו) אסור לו לקבל להיות דיין) *Civium autem*

offi-

officium est debitum Judici bonorem exhibere, ejusque reverentia duci. Ipse vero Judex etiam caveat, ne sese ipse contemtui exponat, aut immodeste sese gerat. Nam ex quo aliquis multitudini gubernandæ est præfectus, illi illicitum est in trium aliorum conspectu opus facere, ne quo ab illis vilipendatur: multo minus in publico edito bibitove, nedum inebriator. Et omnis Judex, qui non habet qui ipsi famuletur, ei vetitum est judicem agere. Tantundem *Maimonides* habet, *Hilchoth Sanhedrin*, cap. xxv. §. 4. Hæc igitur quando legimus, facile in eam sententiam adducimur, *Judices*, si privata illorum negotia consideres, non posse jure בטלנים sive *Otiosos* dici; neque minus licuisse illis laborare, quam edere & bibere, modo illud ita facerent, ut & suæ dignitati consulerent, & honori universæ civitatis.

XXVI. Est tamen, neque illud leve sane, quod huic opinioni opponi possit, Cod. *Kethubboth* cap. ult. fol. 105. col. 1. med. גוזרי גזירות שבירושלם היו נוטלין שכרם תשעים ותשע מנה מתרומת הלשכה *Æstimatores litium qui erant Hierosolymis, accipiebant stipendium suum, nonaginta novem minas, ex oblationibus conclavis*, Gazophylacio templi. Qui hic גוזרי גזירות dicuntur, in *Mischna* דייני גזירות appellantur, *judices æstimationum*; in Gemara vero etiam דייני גזילות proprie *Judices rapinarum*, vel *de raptis*. *Cl. Otto*, *Lex Rabb.* pag. 228. alteram lectionem sollicitat, & pro גזירות forte גזילות legendum existimat. Ita scribit: גוזרי גזירות Judices *etiam* de rebus raptis (*vel, ut mihi videtur, viri mandata & decreta publica constituentes, nisi forte legendum sit* גזילות) *qui erant Hierosolyma, stipendium suum 99. minas ex reditu conclavis habuerunt*. Sed plane præter omnem rationem, cum דייני גזילות & דייני גזירות iidem sint, & disputatio Gemaræ utramque lectionem diserte satis confirmet. גמרא ורמינהי: שלשה דייני גזילות היו בירושלם אדמון בן גדאי וחנן המצרי וחנן בן אבישלום קשיא תלת אתרין קשיא גזירות אגזילות בשלמא תלת אתרין לא קשיא דחשיב ליה קאתני דלא חשיב ליה לא קאתני אלא גזירות אגזילות קשיא אמר רב נחמן בר יצחק שהיו גוזרין גזירות על הגזילות כדתניא קיטמה נטיעה רבי יוסי אומר גוזרי גזירות שבירושלם אומרים נטיעה בת שנתה שתי כסף בת שתי שנים ארבע כסף *Gem. Sed objicio, alibi in Mischna tres Judices de rapto Hierosolymis fuisse dicuntur, Admon Filius Gaddai Chanan Ægyptius, & denique Chanan Filius Abischalomi. Duplex itaque contra hanc Mischnam difficultas oritur, quod ibi Tres dicuntur fuisse, hic tantum* Duo; *& rursus, quod hic Judices Æstimationum dicantur, ibi vero Judices de rapto. Resp. Hæc omnia bene inter se conveniunt, neque in eo, quod modo Tres, modo* Duo *dicantur, ulla difficultas est, cum nostra Mischna præcise de duobus nobilioribus agat, de tertio vero ignobiliore non agat. Inst. Nibilominus altera difficultas manet, quod hic Judices Æstimationum dicantur, alibi Judices de rapto: Resp. R. Nachman filius Isaaci dixit, illos solitos fuisse æstimare litem in causa Rapti, quemadmodum in Barajetha traditum est* (*Bubba Kamma* fol. 58. col. 2. fine) *si quadrupes arborem læserit, R. Jose dicit: Judices qui litem æstimabant Hierosolymis ita statuerunt, arborem unius anni duobus, quæ vero duorum annorum est quatuor argenteis æstimari*. Constat hinc, דייני גזירות & דייני גזילות eosdem esse; nequaquam autem eos intelligi, uti Cl. Ottoni visum, *qui mandata & decreta publica constituerent*, sed qui post rei condemnationem etiam *litem æstimabant*; quæ litis æstimatio utique ad Judices pertinet. Unde non minus certum atque evidens est *Judices triumviros* intelligi, ad quorum forum causæ omnes pecuniariæ, & cognitio de furto & rapina &c. pertinebant. His itaque *Triumviris* stipendia ex Gazophylacio templi persolvebantur: iidemque suis rebus relictis, totum diem in foro sedebant, & de causis cognoscebant; quam solam rationem Interpretes reddunt, cur illis stipendia ex ærario publico sint assignata. *R. Salomo Jarchi* ad l. c. נוטלים שכרם ומתפרנסים ממנו לפי שלא היו עסוקים במלאכתם *accipiebant mercedem suam, ut sc. inde viverent, quandoquidem propria negotia non curabant*. Plenius Auctor *Tosaphoth*, l. c. atque inde *R. Mosche Mikkorzi*, *S. M. G.* Parte I. quæ est de *Interdictis* Tit. CCVIII. princ. ורבי מפרש דהא לאו בתורת שכר היו נוטלים אלא הכא כל שעה היו יושבין בדין ולא היו עוסקין בשום מלאכה ולא היה להם במה להתפרנס והיה מוטל על הציבור לפרנסם *Et R. interpretatur, quod ecce* (Judices de vi bonorum raptorum) *non acceperint ceu mercedem, sed quod hic omni bora in judicio sederint, nullique alii rei vacarint; atque adeo, cum non esset illis aliud ex quo victum quærerent, universitati incubuerit illos sustentare*.

XXVII. Evidens itaque est, & gravissimorum virorum testimoniis comprobatum, *Judices triumviros* privatim otiosos esse, suisque negotiis relictis tantum publica curasse. Quæ res, ut ingenue

nue fateamur, non parum nos torsit; si quidem illius generis est, ut eum qui soli veritati sacramentum dixit, cuique non sedet τὴν ὑπόθεσιν φυλάττειν, facile ab altera illa sententia dejectum in assensum rapiat. Nisi forte ita existimare liceat, quod l. c. ex *Kethubboth* de Judicibus atque æstimatoribus dicitur, id de solis *Hierosolymitanis* esse accipiendum: quæ solutio nobis quidem inprimis placet, & verissima esse videtur. Verba textus in hanc sententiam diserta sunt: גוזרי גזירות שבירושלם *Æstimatores litium, qui erant Hierosolymis, accipiebant stipendia sua* מתרומת הלשכה *ex Oblationibus Conclavis*. Non itaque cæteri omnes Judices, qui passim per universam Judæam vicatim atque oppidatim habitabant, sed soli *Hierosolymitani* ex Gazophylacio templi alebantur: Nam si illi etiam, cur soli Hierosolymitani a R*abh Ase* memorantur? additio sane vocis שבירושלם, hos judices a cæteris omnibus sic satis sollicite distinguere, iisque aliquid singulare adscribere videtur.

XXVIII. Sed quiquid id est, quod pro solutione afferimus, conjecturæ loco esto, cui tantum quisque tribuat, quantum veri falsive in ea inesse deprehendet; facileque non modo patimur, sed & optamus, Viros Doctos, quibus plus olei atque operæ his studiis impendere datum est, atque acrius acetum in pectore, accuratius hoc argumentum examinare, & veritatem, quam nos minus simus assecuti, eruere & nobiscum communicare: Nobis nunc, dum omnia excutere non vacat, liberalius esse lubet, & Cl. *Lighfooto* utraque manu tantisper largiri, quod illi vel maxime videtur esse expetendum; nim. Judices Triumviros non modo *Hierosolymis*, sed passim locorum per universam Judæam ex publico stipendia habuisse; atque adeo rerum suarum securos nihil eorum egisse, quæ Patresfamilias ad conjugis liberorumque sustentationem curare solent, sed ab omni privato labore, arte, negotio vacuos, otio suaviter litasse.

XXIX. Hæc tamen omnia ita illi concedimus, ut nihilominus Judices Triumviros propterea בטלנים sive *Otiosos* dictos esse, dicive potuisse pernegemus. Neque enim ad id, ut aliquis in illos *Batlanim* jure meritoque referri queat, sufficit quod sit בטל מכל מלאכתו sive *ab omni proprio negotio vacet*, sed ut etiam assiduam operam det Synagogæ, & solum atque unice sacra seu cœlestia curet. Ita enim supra ex Traditione Exotica vidimus, quod sint בטלנים שבבית הכנסת, *Otiosi in Synagoga*, vel של בית הכנסת *Synagogæ*, nec non ex Maimonide, עוסקים במלאכת שמים *curent Cœlestia*, vel *Divina*: quorum nihil est, quod de *Judicibus* vere dici possit.

XXX. Nam quod prius illorum attinet, notum est, Judices officio suo בבית דין i. e. *in foro* functos esse, non vero בבית הכנסת *in Synagoga*: quæ loca distincta esse, ne cui hac in re dubium relinquatur, clare erit demonstrandum; etsi nemo, nisi rerum Judaicarum imperitus, illud audebit negare.

XXXI. Cum itaque trium, illi vero in *foro*: hi *sacra* tractabant, סנהדרי גדולה *Synedrium Magnum*, quod erat septuaginta virorum & unius; סנהדרי קטנה *Synedrium Minus*, quod viginti & trium erat; & denique בית דין של שלשה *Triumvirale*, de quo nos jam agimus: atque in confesso sit, priora duo sua sibi peculiaria loca habuisse a Synagogis distincta: quis de tertio dubitare sustineat? De *Synedrio Magno*, nemo est qui nesciat illud בלשכת הגזית ἐν τῷ λιθοστρώτῳ consedisse; neque minus de *Minori* constat, illud in portis urbium coactum fuisse. De utroque *Maimonides*, *Hilchoth Sanedrim* cap. 1. §. 3. כמה בתי דינים קבועים יהיו בישראל וכמה יהיה במניינן קובעין בתחילה בית דין הגדול במקדש והוא הנקרא סנהדרי גדולה ומניינן שבעים ואחד שנאמר אספה לי שבעים איש מזקני ישראל ומשה על גביהם שנאמר והתיצבו שם עמך הרי שבעים ואחד וגומר ומעמידין בכל עיר ועיר שיש בה מאה ועשרים או יותר סנהדרי קטנה ויושבת בשער העיר שנאמר והציגו בשער משפט: *Quot stata collegia Judicum debent esse in Israele, & quis singulorum numerus? Primo quidem atque ante omnia constituunt Collegium Majus in Templo, & hoc est quod vocatur Synedrium Magnum, estque septuaginta virorum & unius, q. d.* (Num. XI. 16.) *Collige mihi septuaginta viros ex senioribus Israelis; quibus omnibus cum Moses præesset, q. d. Et consistant ibi tecum: ecce* LXXI. *fuere, &c. Præterea vero in quacumque urbe* CXX. *cives, aut eo amplius erant, ibi Synedrium Minus constituebant, quod sedebat in Porta urbis, q. d.* (Amos V. 15.) *Et constituite in porta judicium.*

XXXII. Idem itaque de *Triumvirali confessu* existimamus, illius tribunal fuisse a Synagoga diversum. In quam rem, ut alia loca prætereamus, elegans atque insigne dictum in *Kethubboth Babyl.* occurrit, loco modo citato, f. 105. col. 1. med. והאמר רבי פנחס אמר רבי אושעיה שלש מאות ותשעים וארבעה בתי דינין

דינין היו בירושלם כנגדן בתי כנסיות וכנגדם בתי מדרשות וכנגדן בתי סופרים דיינין רובים היו *Et ecce dixit R. Pinchas R. Hosaiah dixisse : trecentas nonaginta quatuor Domos judiciorum fuisse Hierosolymis ; totidem Synagogas ; totidemque Academias ; ac denique totidem etiam Ludos literarios* , vel *pedagogea* . *Adeo ut Judices plurimi fuerint* . Alibi eadem , sed nonnihil immutata leguntur, (videsis *Lightf. Cent. Chorag. ad Matth.* cap. XXXVI.) inprimis numeri ratione , qui etiam a recentissimis Rabbinis ex hoc ipso loco non eodem modo adducitur. At hoc in cardo rei non vertitur. Nos hinc citare maluimus , ubi , modo numeros alibi etiam sic satis confusos excipias , lectio integerrima plenissimaque occurrit, quæ etiam de aliis non temere negligendis nos edoceat . Operæ autem erit commentarium *Jarchii* adscribere , qui sequentia ad hunc locum notavit . בתי דינין של עשרים ושלשה בתי כנסיות להתפלל בתי מדרשות למשנה ולתלמוד בתי סופרין ללמוד תינוקות: Domos judiciorum ; *viginti trium virorum* . Domos congregationum ; *ad orandum* . Domos disquisitionum : *ad discendam Mischnam & Talmudem* , seu *Gemaram* . Domum librorum , vel potius, scribarum; *ad institutionem puerorum* .

XXXIII. Sed hæc paulo diligentius excutienda sunt . Ac primo quidem *Elias Levita* ex hoc loco temeritatis convincitur, quando negat בית דין unquam *locum judicii* significare . Ita ex professo in *Tisbi* , Tit. *Beth din.* בית דין אין מקום מושב הדיינים נקרא בית דין אלא קיבוץ הדיינים עצמם נקרא כן וגו׳ : Id est, ex doctissimi *Fagii* interpretatione, *Nequaquam locus* , *ubi Judices sedent* , Beth din *vocatur ; quin potius congregatio ipsa Judicum sic nuncupatur &c.* At enim cum cetera omnia , בתי כנסיות , בתי סופרים & בתי מדרשות loca denotent ; quid causæ sit , cur non etiam quartum quod additur , בתי דינין , loca judiciorum sive tribunalia notet ? Porro vero hinc etiam discimus , quid sit בית ספר vel , uti hoc loco rectius scribitur, בית סופר *Domus scribæ* ; nimirum , uti *Jarchius* explicat , ללמוד תינוקות *institutioni puerorum* dicata, παιδαγωγεῖον. Quod ideo observandum censuimus , quoniam alii Viri Docti *domum libri* explicant . Vide Lightfootum , *Cent. Chorog. Matthæo præmissa* , cap. XXXVI. Est igitur ludus literarius ubi minorennes prima elementa discunt atque etiam legem , & opponitur לבית המדרש *Academiæ* , ubi *Mischna* & *Gemara* docentur: vocatur autem alias בית רב *schola magistri* ; & inde discipuli תינוקות בית רבן *pueri scholæ Magistri. Schabb. Babyl.* fol. 119. col. 2. fine . אמר ר׳ יהודה אמר רב מאי דכתיב אל תגעו במשיחי ובנביאי אל תרעו אל תגעו במשיחי אלו תינוקות של בית רבן ובנביאי אל תרעו אלו תלמידי חכמים אמר ריש לקיש משום רבי יהודה נשיאה אין העולם מתקיים אלא בשביל הבל תינוקות של בית רבן אמר לו רב פפא לאביי דידי ודידך מאי אמר לו אינו דומה הבל שיש בה חטא להבל שאין בו חטא ואמר ריש לקיש משום רבי יהודה נשיאה אין מבטלין תינוקות של בית רבן אפילו לבנין בית המקדש ואמר ריש לקיש לרבי יהודה נשיאה בך מקובלני מאבותי ואמרי לה מאבותיך כל עיר שאין בה תינוקות בית רבן מחריבין אותה רבינא אמר מחרמין אותה : *Dixit Rabi Jehuda, dixisse Rabbum : quid est quod scriptum est* (1. Chron. 16. 22.) *Ne attingatis unctos meos , & prophetis meis ne male faciatis . Ne attingatis unctos meos : hi sunt pueri ludi literarii* , (prop. domus magistri) *& prophetas meos ne lædatis : hi sunt discipuli sapientum* (qui in Academia Gemaram discunt .) *Dixit Resch Lakisch nomine R. Jehudæ Principis : Mundus non consistit , nisi propter halitum puerorum domus magistri . Rab Papa ad Abbæum , meus , inquit , igitur & tuus halitus quorsum ? Halitus , inquit Rabba Papa , qui cum peccato conjunctus est , non est similis illi in quo non est peccatum . Atque iterum Resch Lakisch dixit nomine R. Jehudæ Principis : Non cogunt* (vel *sinunt*) *pueros ludi literarii feriari , nequidem exstruendi Sanctuarii gratia . Rursus Resch Lakisch ad R. Jehudam Principem , ita, inquit , accepi a majoribus meis, (alii dicunt , a majoribus tuis) Omnis urbs, in qua non sunt pueri qui frequentent ludum literarium , ea vastatur : Rabina dixit ; eam anathemari devovent* .

XXXIV. Tandem denique & hoc manifesto hinc probatur , cujus causa præcipue hunc locum produximus , nimirum *Tribunalia Triumvirorum* a *Synagogis* distincta esse : atque adeo Judices , si vel maxime *otiosi* fuerint, tamen nullo jure בטלנים dici posse, cum non fuerint בטלנים של בית הכנסת *Otiosi Synagogæ* , vel בטלנים שבבית הכנסת *Otiosi in Synagoga* ; sed בטלנים של בית דין i. e. *Otiosi domus Judicii*, seu in gratiam judiciorum, seu qui ideo aliis omnibus negotiis vale dixerint, ut soli foro & juri dicundo vacarent; non iis rebus, quæ in Synagoga fiunt .

XXXV. Ne quis vero miretur , nos , cum de Triumvirorum foro agimus , locum adducere qui ad Synedrium minus

nus viginti-trium-virorum attinet ; cum Glossa *Jarchii* ita diserte habeat : בתי דינין של עשרים ושלשה *Tribunalia viginti trium virorum* : scias, Lector, lectionem illam nobis erroris semper suspectam fuisse, atque etiamnum esse ; sive illum ab ipso Jarchio profectum dicas, quod tamen pro summa tanti viri eruditione nobis vix fit verosimile; sive potius ab imperiti temerariive alicujus librarii manu, qui pro של ג׳ posuerit של כ״ג, quod levi unius elementi additione fieri potuit, qua a novissimis editoribus non observata, nunc של עשרים ושלשה habemus. At undecunque hanc lectionem ortam credas, vitiosa est, & numerus vicenarius illi detrahendus, legendumque בתי דינין של שלשה *Tribunalia Triumvirorum*. Nam quotus quisque est, qui animum inducat credere, in una sola urbe Hierosolymorum *trecenta nonaginta quatuor fora* fuisse, ubi de capite civium ageretur? quorum cum singulis viceni & terni præessent, numerus judicum ad novem millia & sexaginta duos excreverit ; quibus si addas ternos ordines candidatorum, qui singulis consessibus adjungebantur, jam triginta sex millia Judicum & Jurisconsultorum fuerint, eoque amplius : quod credat Judæus Apella, non sane ego. Qui numerus adhuc multo major futurus est, si alteram lectionem de 480. tribunalibus sequamur, quæ in Codice Hierosolymitano occurrit, & alibi ex voce מלאתי Es. I. 21. eruitur atque confirmatur; quomodo soli judices 11040. fuerint, præter triginta tria millia candidatorum, & centum & viginti. At ne hoc solo argumento utamur; neu quis nobis objiciat, Judæos pro more ad amplificandam illius urbis dignitatem atque gloriam, quæ sedes religionis erat, gentisque metropolis, illud de Synedriis minoribus intellectum voluisse : textus ipse diligentius considerandus erit, ex quo luce meridiana clarius apparet, non de consessu viginti triumvirali, sed de Triumvirali tantum agi. Quippe jam supra §. 26. dictum est, דייני גזירות de quibus agitur, esse דייני גזילות *Judices qui de rapto*, ceterisque causis pecuniariis, cognoscebant, quod utique Triumvirorum erat, quemadmodum ipsa Gemara illud objiciebat; quæ objectio hoc ipso dicto *R. Phineasi* vel *Uschajæ* confirmatur, quando dicunt, non solum tres Judices de rapto, atque æstimatores litium fuisse, sed *longe plurimos consessus triumvirales*, ad *trecentos nonaginta quatuor*, vel, secundum aliam lectionem, ad *quadringentos octoginta* usque. Quos consessus si quis de סנהדרי קטנה seu minoribus Synedriis accipere velit, Gemara admodum confuse egerit, & μετάβασιν ἐς ἄλλο γένος commiserit ; etsi nemini dubium erat, Synedrium minus plures duobus tribusve Judices habere ; eodemque, immo etiam majori jure Gemara Synedrium Magnum in partes vocare poterat, quod tamen nequaquam facit. Ut adeo de aliis quam Triumvirorum judiciis locum accipere non possimus, & sua hisce tribunalia, a Synagogis omnino distincta, sic satis solide sint adserta.

XXXVI. Quemadmodum vero diversis locis agebant, ita etiam diversa plane negotia tractabant, ut adeo, licet Judices fuerint privatim otiosi, nihilo tamen magis ad *Batlanim* pertinuerint, quam ceterorum quisquam, qui publice privatimque negotiosi erant. Nam cum *Otiosi Synagogæ* vacarint tantum rebus Synagogæ, עוסקין בצרכי ציבור, neque aliud quicquam egerint quam מלאכת שמים *sacra* vel *divina* ; Judices e contrario *civilia* tractarunt, uti jam sæpe ex *Cod. Sanh.* Cap. I. §. I. monuimus. Verba Mischnæ hæc sunt : א׳ דיני ממונא בשלשה גזילות וחבלות בשלשה נזק וחצי נזק תשלומי כפל ותשלומי ארבעה וחמשה בשלשה האונס והמפתה והמוציא שם רע בשלשה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים מוציא שם רע בעשרים ושלשה מפני שיש בו דיני נפשות : Id est, interprete Cel. *Coccejo*, I. *Judicia pecuniaria a tribus : de rapinis & læsione, a tribus : de damno, vel dimidio damni, de restitutione dupli, & quadrupli, & quintupli, a tribus : de vi, de seductione, de diffamatione, a tribus* peraguntur, *ex sententia R. Meir. At sapientes ajunt, diffamatorem a tribus & viginti,* judicari; *quippe quia in hoc genere capitale judicium incidere potest*. ב׳ מכות בשלשה משום רבי ישמעאל אמרו בעשרים ושלשה עיבור החדש בשלשה עיבור השנה בשלשה ונו׳ §. 2. *Flagellatio a tribus : verbis Rabi Ismaelis refertur ; a viginti tribus : mensis intercalatio, ut & anni, a tribus* decernitur, &c. §. 3. *Impositio manuum seniorum, itemque decollatio junicis a tribus* peragitur : *sententia Rabi Simeonis. R. Jehuda quinos assignat. De calcei extractione & recusatione tres judicant : totidem de planta anni quarti, item de secundis decimis, quarum ignotum pretium est : de sacris : de taxis ex suppellectili solvendis. Rabi Jehuda ait ; unus horum sacerdos est*. Quæ omnia alienissima sunt ab iis, quæ *decem otiosi* in Synagoga præstabant.

XXXVII. Minime vero omnium id

in

in *Judicibus* verum est, quod in *Otiosis Synagogæ* palmarium est maximeque necessarium, & cujus solius causa res ipsa inventa, & *Batlanim* instituti sunt; ut scilicet, *quotidie primi* & *ultimi in Synagogis* essent, & si non solidum diem, tamen maximam ejus partem in iis exigerent, & cum aliis orarent. Debebant enim *Batlanim* non tantum esse תמיד בבית הכנסת *quotidie in Synagoga*; sed etiam לבוא קודמין לבה״כ *primi illam ingredi*, ut tempore precum semper legitimus cœtus in Synagoga inveniretur. Quod autem totum diem, vel minimum maximam ejus partem in Synagoga debuerint sedere, etsi ex superioribus nondum æque constat, (nisi alicui huc referre lubeat vocem תמיד, quæ non minus per *assidue* quam *quotidie* verti posse videtur) neque hactenus alibi satis clare dictum invenimus; tamen hodierni Hebræorum Doctores, Viri sane Clarissimi, quibus cum nobis de hoc argumento conferre licuit, ita constanter illud nobis tradiderunt, ut nisi illis omnem fidem derogare velimus, de eo non multum dubitare debeamus.

XXXVIII. Cum tamen hactenus idonea veterum testimonia desint, atque ita statuerimus, nihil temere definire, nihil aliis persuasum velle, nisi quod clare & distincte cognoverimus; rem non inutilem, neque lectori nostro injucundam facturos existimavimus, si quibus argumentis hæc sententia probari possit, diligentius inquiramus, ut recto ordine & ad lineam, quod ajunt, incedentes, eo tandem perveniamus, quo doctissimos quosque non invitos adducere possimus. In quam rem sequentes propositiones, e media Synagoga & ex ipsis Hebræorum scitis desumtæ, ordine observentur.

XXIX. א. *Cultus sacri præcipua quædam pars est invocatio Nominis divini*.

Ita quando Hebræi distincte hominis pii officia enarrant, Orationem quoque præter cetera laudant atque efferunt. *Berech. Babyl.* fol. 32. col. 2. med. אמר רבי חמא בר חנינא אם ראה אדם שהתפלל ולא נענה יעזור ויתפלל שנאמר קוה אל יהוה חזק ויאמץ לבך וקוה אל יהוה ת״ר ד׳ צריכין חזוק ואלו הן תורה ומעשים טובים תפילה ודרך ארץ תורה ומעשים טובים מניין שנאמר רק חזק ואמץ מאוד לשמור ולעשות בכל התורה חזק בתורה ואמץ במעשים טובים תפלה מניין שנאמר קוה אל יהוה חזק ויאמץ לבך וקוה אל יהוה דרך ארץ מניין שנאמר חזק ונתחזק בעד עמנו וגו׳. *Rabi Chama fil. Chaninæ dixit: Quod si videat homo se orasse quidem, neque tamen exorasse hactenus, iterum iterumque sese ad preces convertat*, *q. d.* (Psal. XXVII. 14.) *Exspecta Dominum. Firmus esto; & roboretur cor tuum; iterumque*, inquam, *exspecta Dominum. Magistri nostri tradiderunt: Quatuor sunt, ad quæ forti constantique animo opus est*, (*Jarchius*, צריכין חזוק שתחזק בהן אדם תמיד בכל כוחו *quibus homo fortiter instare*, vel, *quæ homo continuo omnibus viribus urgere debet*,) *Nim. Lex*, (studium legis, & meditatio scripturarum) *Bona opera*, (erga Deum hominesque exercenda) *Oratio*, *& denique mandato munere fungi*, (*Jarch.* דרך ארץ אם אומן הוא לאומנו׳ אם סוחר הוא לסחורתו אם איש מלחמה הוא למלחמתו Via terræ. *Ut si artifex sit, artem suam excolat; si mercator, mercaturam exerceat; si miles, militiam sectetur*) Reliqua, quæ sequuntur, vertere nihil attinet; & dabitur de hisce forte alibi commodior dicendi locus, si quando de תורה ומצוה, i. e. *Lege & Præceptis*, seu fide & operibus: vel ut alias loqui solent, עול מלכות שמים ועול מצוה, *Jugo regni cœlorum, & jugo præcepti* agemus. Ceterum constat hinc, inter ea quæ homini inprimis urgenda sunt, *Orationem esse*, eamque cum *Fide* & *Bonis operibus* conjungi; quemadmodum Apostolus etiam assiduitatem inprimis precum requirit, 1. Thess. V. 17. ut & bonorum operum, Gal. VI. 9. & studii scripturarum, 1. Tim. IV. 13. seq. Et, ut alios missos faciamus, *Maimonides Hilchoth Tephilla* cap. 1. §. 1. א׳ מצות עשה להתפלל בכל יום שנאמר ועבדתם את יהוה אלהיכם מפי השמועה למדנו שעבודה זו היא תפלה שנאמר ולעבדו בכל לבבכם אמרו חכמים אי זו היא עבודה שבלב זו תפלה ואין מנין התפלות מן התורה ואין משנה התפלה הזאת מן התורה ואין לתפלה זמן קבוע מן התורה 1. *Præceptum affirmativum est, de precibus quotidie fundendis*, q. d (Exod. XXIII. 25.) *Et ut colatis Dominum Deum vestrum. Per traditionem a majoribus acceptam didicimus cultum hunc non esse alium quam Orationem*: *q. d.* (Deut. XI. 13.) *Et ut colatis illum toto corde vestro. Nam dixerunt sapientes nostri: Quisnam est ille cultus cordis? Oratio. At numerus formularum recitandarum non est ex lege, neque etiam formulæ ipsæ, aut tempus illarum recitandi*. ב׳ ולפיכך נשים ועבדים מחוייבין בתפלה לפי שהיא מצות עשה שלא הזמן גרמה אלא חיוב מצוה זו כך הוא שיהא אדם מתחנן ומתפלל בכל יום ומגיד שבחו של הקדוש ברוך הוא ואחרי כן שואל צרכיו שהוא צריך בבקשה ובתחינה ואחרי כן נותן שבח והודייה ליהוה על הטוב שהשפיע לו כל אחד לפי כחו:

כהו : §. 2. *Et propterea mulieres etiam & servi obligantur hoc præcepto orandi, quia absolutum præceptum est, quod a certo tempore non dependet. Obligatio autem hujus præcepti hæc est, ut homo Deum O. M. quotidie supplex adoret, ejusque laudem enarret; tum vero ea, quibus ipse quotidie indiget, humiliter petat: ac denique debitas Deo pro collatis in se beneficiis grates laudesque reddat: Unumquemque vero id pro viribus suis agere oportet.*

XL. ב. *Preces publicæ sunt potiores privatis.*

Maim. Hilch. Teph. Cap. VIII. §. I. תפלת הציבור נשמעת תמיד ואפילו היו בה חוטאין אין הקב״ה מואס תפלתן של רבים : *Preces cœtus* (vel *publicæ*) *semper exaudiuntur: & licet inter illos peccatores sint, D. O. M. tamen preces publicas non spernit.*

XLI. ג. *Adeoque unusquisque id studiose agere debet, ut semper in Synagoga cum cœtu publico oret.*

Idem, ibi. לפיכך צריך אדם לשתף עצמו עם הציבור ולא יתפלל יחיד כל זמן שיכול להתפלל עם הציבור ולעולם ישכים אדם ויעריב לבית הכנסת שאין תפלתו נשמעת בכל עת אלא בבית הכנסת וכל מי שיש לו בית הכנסת בעירו ואינו מתפלל בו עם הציבור נקרא שכן רע: *Propterea unusquisque sese debet publico cœtui socium addere, neque privatus orare, quandocunque potest cum cœtu. Adeoque quotidie mane & vesperi Synagogam frequentabit, quia preces ejus quovis tempore alibi non æque exaudiuntur, atque quidem in Synagoga. Et quicunque habet in urbe sua Synagogam, neque tamen in ea cum cœtu orat, is vocatur* Vicinus malus. *Et Schulch. Aruch. Orach. Chaij.* Tit. XC. §. 9. ישתדל אדם להתפלל בב״ה עם הציבור ואם הוא אנוס שאינו יכול לבא לב״ה יכוין להתפלל בשעה שהציבור מתפללים : *Unusquisque debet operam dare, ut oret cum cœtu publico in Synagoga: quod si vero necessitate aliqua impediatur quo minus ad Synagogam adire possit, attendet ut ea hora oret, qua cœtus publice precari solet.*

XLII. ד. *Cœtus autem legitimus non est, nisi qui minimum e decem constat, iisque majorennibus & liberis.*

Ita placuit priscis Hebræorum Magistris, ut compendio *Maimonides* tradit, *Hilch. Teph.* cap. VIII. §. 4. וכיצד היא תפלת הציבור יהיה אחר מתפלל בקול רם והכל שומעין ואין עושין כן בפחות מעשרה גדולים ובני חורין ושליח ציבור אחד מהם : *Preces publicæ quomodo peraguntur? Unus ex omnibus elata voce preces recitat, ceteris omnibus attendentibus. Id autem non faciunt, nisi ad minimum* decem majorennes & ingenui *convenerint. Et Legatus cœtus unus ex illis,* (*decem*, vel *decimus*) *esse potest.* De numero denario res clara est: quod vero גדולים *majorennes* vertimus, & בני חורין *ingenuos*, forte non omnes æque crediderint, inprimisque illi, qui Cel. *Buxtorffii Synag. Jud.* legerint, ubi Cap. X. pag. 190. editionis ultimæ ita scribit: *In quacunque urbe sunt decem lautioris fortunæ & conditionis, ex statuto Rabbinorum coguntur exstruere vel conducere locum aliquem pro Synagoga &c.* Unde hæc verba Vir Celeberrimus transcripserit, ignoramus, neque multum nostra interest: *Maimonides* certe, quando hunc canonem producit, simpliciter *decem Israelitas* requirit, *Hilc. Teph.* Cap. XI. §. I. quos tamen non sufficere, vel ex præsenti loco satis liquet; ubi illi decem, qui cœtum legitimum constituere possunt, adeoque sibi Synagogam condere debent, præterea גדולים ובני חורין debent esse, i. e. si quid Buxtorfio credimus, *lautioris fortunæ & conditionis*, tanquam, si verbum de verbo reddas, sint *magni & nobilium filii*; qui sensus menti Hebræorum plane repugnat. Nam גדולים ובני חורין non opponuntur pauperibus, atque infimis de plebe hominibus, quod si esset, multæ civitates jure condendi Synagogas iterum privandæ essent, cum non ubivis facile decem nobiliores, vel lautioris conditionis Judæos invenias: sed גדולים *majorennes* sunt, qui בני מצוה, *filii præcepti* dicuntur, nati annos tredecim & diem unum; opponunturque *minorennibus*, קטנים, qui illam ætatem nondum sunt assecuti: בני חורין vero *ingenui* sunt, ut opponantur servis, qui ab hoc numero prorsus excluduntur. *R. Jacob, Arba Turim, Orach Chaij.* Tit. LV. אומר קדיש ואין אומרי׳ אותו בפחות מעשרה וגו׳ ואלו העשרה צריך שיהו כולם בני חורין וגדולין שהביאו שתי שערות ויש מתירין קטון עם התשעה על ידי חומש שנותנין בידו וא״א ז״ל כתב שאין לצרפו עד שיביא שתי שערות לא לתפלה ולא לברכת המזון : *Recitat formulam Kaddisch. Hanc vero non recitant nisi in cœtu qui minimum decem constet, &c. Oportet autem illos decem esse ingenuos, & majorennes, qui jam duos pilos produxerint. Sunt quidem etiam, qui permittant unum parvulum reliquis novem addere, idque Pentateuchi ope quod ei in manus tradunt: At Pater meus l. m. scriptum reliquit, non esse parvulum adsciscendum, priusquam signa pubertatis produxerit, neque ad preces* (publicas,) *neque ad consecrationem cibi;*

cibi ; ad quam minimum tres majorennes requirebantur, qui זמון constituebant, quemadmodum decem illi מניין. Et *R. Joseph Karo*, in *Beth Joseph*, ad loc. cit. וכ׳ דעת ה״ר יונה דלקדיש ולקדושה ולברכו צרך שיהיו כולם בני מצוה וכן כתב הרשב״א בתשובה וז״ל אין מצרפין קטון לתפלה ולקדיש ולברכו עד שיהא בן י״ג והוא שהביא שתי שערות או לפחות שהוא מפריח כלומר שהפריח שתי שערות אף על פי שלא נגמרו וגו׳ : *Et hæc est sententia Magistri Jonæ, ad recitationem formularum* Kaddisch *&* Keduscha, *&* Barechu *requiri, ut omnes sint filii præcepti. In eundem sensum scriptum reliquit Vir Clarissimus R. Schelomo ben Addereth in Responsis Juris; Non admittunt minorennem ad Preces, itemque ad* Kaddisch *&* Barechu, *priusquam natus sit annos tredecim; atque is est, qui jam produxit duos pilos perfectos, vel minimum cui illi jam crescere incipiunt, seu cui jam duo pili efflorescunt, etiamsi nondum sint perfecti, ut illorum extremitates jam inflecti, ipsique evelli possint*, *&c.* Plura describere piget, cum satis superque ex adductis constet, גדולים ad ætatem referri, non vero ad statum; notarique ea voce majorennes, filios præcepti, natos annos tredecim diemque unum, in quibus signa pubertatis jam conspiciantur. Porro vero de בני חורין s. *ingenuis*, eundem audi in *Keseph Mischne* ad *Hilc. Teph.* cap. VIII. §. 4. ומ״ש אסר ובני חורין מראמרין בפרק השולח שרבן גמליאל נכנס לבית הכנסת ולא מצא עשרה ושחרר עבדו להשלים לעשרה: *Quod vero dicit* (Maimonides, illos decem debere esse) בני חורין, *id ex eo est, quod cap.* IV. *Codic. Gittin legitur, R. Gamalielem, cum aliquando Synagogam ingressus, decem homines in illa non inveniret, e vestigio servum suum manumisisse ad numerum denarium supplendum*. Id autem Cod. *Gittin*, fol. 38. col. 2. princ. non *Rabban Gamalieli*, de quo tamen alibi idem legisse meminimus, sed *Rabi Elieseri* tribuitur: quemadmodum etiam Cod. *Berachoth* fol. 37. col. 2. fin. ubi eadem historia occurrit. At sive is *Rabban Gamaliel*, sive *R. Eliesér* fuerit, certum est, ad מניין conficiendum homines liberos vel *ingenuos* requiri, nihilque interesse divites illi an pauperes sint; quemadmodum præsens exemplum satis declarat, ubi herus & servus, sed jam manumissus, ad eundem cœtum rite constituendum simul adhibentur. Quo jure autem, quave injuria, Veteres Hebræi ad sacra sua rite & legitime peragenda ad minimum decem requisiverint, nostra quidem parum interest, qui thesin probandam gravissimis atque omni exceptione majoribus testibus dedimus confirmatam. At quoniam Viri quidam docti, qui ex professo in causam inquirunt, cur denarius hic numerus *congregationi sacræ* ex mente Hebræorum necessarius sit, nobis rationem dant admodum macilentam; non abs re forte existimavimus, veram & genuinam hujus rei rationem, saltem ex mente Hebræorum, hac occasione in medium proferre. Cl. *Lightfootus* igitur hoc modo scriptum reliquit: *Ratio numeri denarii* sacri sc. in Synagogis,) *macilenta quidem satis & inanis, redditur in Sanhedrin Cap. 4. halac. 6. eaque hæc est*, עדה היא עשרה *Congregatio constat e decem, quod inde probant, quod dicatur* עד מתי לעדה הרעה הזאת *Usque quo congregationi huic malæ, &c.* (*Num.* XIV. 27.) *Josuam deme & Calebum, & restant tantum decem, nempe, ex exploratoribus terræ*. Præter ea vero, quæ doctissimus *Lightfootus* adduxit, alii aliud testimonium proferunt ex tractatu *Sanhedrin* cap. 1. §. 6. Quod tamen aliud non est, sed ipsissimum illud *Lightfooti*; aliud autem visum est, quia apud *Lightfotuum*, (& hinc pariter apud Cl. *Ottonem*, *Lex. Rab.* p. 624.) typothetarum vitio Caput *Quartum* citatum est pro *Primo:* cum tamen Caput quartum nunquam sex *halachoth* habeat, sed quinque tantum. Vide sis Cel. Cocceji *Sanhedrin;* Editionem Venetam cum *Caph Nachath*, apud Petrum Bragadinum, anno 1614. & elegantissimam illam Amstelodamensem, accurante Josepho ben Israel, Manassis fil. anno 1646. & adde Livornensem, cum *Etzhachaiim*, aliasque si forte habes. Sed age verba ipsa producamus: מניין לקטנה שהיתה של עשרים ושלשה שנאמר ושפטו העדה והצילו העדה עדה שופטת ועדה מצלת באן עשרים ומניין לעדה שהיא עשרה שנה עד מתי לעדה הרעה הזאת יצאו יהושע וכלב : *Unde probas, Synhedrium minus constare debere viginti tribus? Ex eo, quod scriptum est: & judicabit congregatio, & liberabit congregatio. Habes hic congregationem judicantem, & congregationem liberantem. Ecce viginti. Verum unde adstruis congregationem ex decem constare? Scriptum est; Usque quo congregatio illa mala murmurat adversus me? Excipiuntur Josua & Caleb*. Sed quid hæc ad *congregationem sacram*, de qua agimus? aut congregatio illa, de qua Num. XIV. 27. agitur, *sacra* fuit? immo vero sacerrima, &

- - - *pesti devota futuræ*.

quis. Et recentiorum Hebræorum sacrum illum numerum denarium ex loc. cit. *Sanhedrin* probatum ivit? Neminem certe temere inventum iri confido. Omne autem illud, quod citato loco agitur, eo spectat, ut probetur numerus *Synedrii minoris*, ad quod viginti tres judices adsciscі solent; non autem numerus *cœtus sacri*. In eam vero rem primo dictum illud Num. XXV. 24. 25. adducitur; *& condemnabunt cœtus, & absolvent cœtus*; ubi cum vox *cœtus*, עדה, bis occurrat, jam *viginti* judices inveniunt, siquidem illis pro certo est, vocem עדה ad minimum *decem* notare. Cujus rei dum probatio exigitur, alter locus ex Num XIV. 27. producitur, ubi pariter vox עדה occurrit; quam cum de exploratoribus accipiunt, qui populo murmuris adversus Deum principes atque auctores exstiterant, e quorum numero Josua & Caleb. excipiendi erant, *decem* fuisse intelliguntur: Unde tandem colligunt, uti vox עדה hic præcise *decem* significat, ita etiam altero loco totidem notare, atque adeo repetitam *viginti* conficere; quibus quomodo tres reliqui addantur, apud *Seldenum* vide, *de Synedr.* Lib. II. cap. V. §. 2. Ubi, ut hoc *ἐν παρόδῳ* dicam, textus Talmudicus corrigendus, cum vitiose expressum sit, שנה עד מתי, pro שנאמר, *quod dictum est*, *&c.* Unde etiamsi id in genere constet, vocem עדה numerum denarium denotare, nihil tamen omnia illa conferunt ad numeri sacri probationem, cum neutro loco de *sacro cœtu*, vel Synagoga agatur. At ubi igitur, inquis, & quomodo Hebræorum magistri numerum denarium ad sacra publica rite peragenda necessarium esse probant? Id in *Megilla* habes, capite *Hakkore Omedh*, initio *Gemaræ* ad §. 3. גמרא מנא הני מילי אמר רבי חייא בר אבא אמר רבי יוחנן דאמר קרא ונקדשתי בתוך בני ישראל כל דבר שבקדושה לא יהא פחות מעשרה מאי משמע דתני רבי חייא אתיא תוך תוך כתיב הכא ונקדשתי בתוך בני ישראל וכתיב התם הבדלו מתוך העדה ואתיא עדה עדה דכתיב התם עד מתי לעדה הרעה הזאת מה להלן עשרה אף כאן עשרה: *Gem. Unde vero hæc probantur* (quæ in Mischna dicta sunt indigere decem hominum præsentia) *R. Chija bar Abba auctor est*, *R. Jochanan dixisse*, (id inde probari) *quia scriptura dicit*, (Lev. XXII. 32.) *Et sanctificabor in medio filiorum Israelis*: Unde colligitur, quod) *Omnis res, quæ conjuncta est cum sanctitate*, (vel sanctificatione nominis divini) *non debeat peragi a paucioribus quam decem*. *At quomodo id inde colligitur? R. Chija tradidit: Ex locis parallelis, ubi occurrit vocula* תוך. *Hic* (Lev. XXII. 32.) *scriptum est*; *Et sanctificabor* בתוך *in medio filiorum Israelis*: *istic vero* (Num. XVI. 21.) *scriptum est*; *Separamini* מתוך *e medio cœtus*. *Et rursus ex locis parallelis, ubi occurrit vox* עדה. *Nam iterum alibi* (Num. XIV. 27.) *legitur*; *Usque quo cœtui huic malo? Quemadmodum igitur ultimo loco vox* עדה *decem notat, ita etiam hic decem notabit* (ubi מתוך עדה, *e medio cœtus*; & per consequens etiam Lev. XXII. 32. (ubi ונקדשתי בתוך & *Sanctificabor in medio*,) *medium* illud decem designat; ut sanctificatio nominis divini, & quicquid denique sanctum est, ad minimum debeat fieri in cœtu denario. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.) His gemina leguntur Cod. *Berach* fol. 21. col. 2. pr. Quam eleganter & solide hæc procedat argumentatio, non est quod dicam; vel me tacente quivis intelligit. Hoc tamen dicendum nobis est, numerum denarium in sacris requisitum probari ex Lev. XXII. 32. ubi de *sanctificando* Deo agitur; quæ *sanctificatio* cum debet fieri בתוך in *medio* filiorum Israelis; porro vero תוך *medium* connotet עדה *cœtum*, vel minimum alibi illi jungatur; & denique עדה *cœtus* alibi *decem* designent: hinc concludunt, etiam בתוך, *in medio* idem esse atque *inter decem*; atque adeo *sanctificationem nominis divini*, *omnemque rem sanctam non debere fieri a paucioribus quam decem*. In qua argumentatione locus Num. XXV. 24. 25. qui in *Sanhedrin* primarius erat, plane in censum non venit: at Num. XIV. 27. utrinque adhibetur, ad probandum vocem עדה numerum denarium complecti.

XLIII. ה. *Preces vero etiam suo quoque tempore, seu statis de die horis sunt recitandæ.*

Maimonides, *Hilch. Teph.* cap. I. §. I. posteaquam dixerat, Deum quotidie invocandum esse, tandem addit: ואין לתפלה זמן קבוע מן התורה: *neque tamen certum aliquod tempus precibus lege definitum est*. Est igitur nihilominus statum precibus tempus nim. מדרבנן *ex Magistrorum instituto*. Ita expresse auctor libri *Col-bo*, cap. XI. *de precibus earumque tempore*. יש זמן לתפלות מדרבנן לאו מדאורייתא *Est suum precationi tempus ex instituto Magistrorum*, *non vero ex præcepto legis*. Quot vero illa tempora sint, & quænam præcise, e re nostra erit paulo fusius explicare. *Maim. Hilch. Teph.* cap. I. §. 5. ובן חקנו שיהא

מניין

מניין התפלות כמניין הקרבנות שתים תפלות כנגד שתי תמידין וכל יום שיש קרבן מוסף תקנו בו תפלה שלישית כנגד קרבן מוסף ותפלה שהיא כנגד תמיד של בקר היא הנקראת תפלת השחר ותפלה שכנגד תמיד של בין הערבים היא הנקראת תפלת מנחה ותפלה שכנגד המוספין היא הנקראת תפלת המוספין : ו וכן התקינו שיהא אדם מתפלל תפלה אחרת בלילה שהרי איברי תמיד של בין הערבים מתאכלין והולכין כל הלילה שנאמר היא העולה וכו׳ כענין שנאמר ערב ובקר וצהרים אשיחה ואהמה וישמע קולי ואין תפלת ערבית חובה כתפלת שחרית ומנחה ואף על פי כך נהגו כל ישראל בכל מקומות מושבותיהם להתפלל ערבית וקבלוה עליהם כתפלת חובה : ח נמצאו התפלות בכל יום שלש ערבית ושחרית ומנחה ובשבתות ובמועדים ובראשי חדשים ארבעה ונגמר *Eodemque modo ordinarunt* (Esras & collegæ ejus, Viri Synagogæ) *ut numerus precum quotidianarum responderet numero sacrificiorum : nimirum ut singulis diebus binæ essent, pro numero sacrificiorum, quæ quotidie offerebantur. Quo die autem statis sacrificiis aliud addi solebat, eo die etiam tertias preces ordinarunt, quæ responderent sacrificio quod cæteris superaddebatur. Precatio, quæ respondet sacrificio quotidiano matutino, illa ipsa est, quæ vocatur matutina. Quæ vero respicit sacrificium pomeridianum, ea est, quæ vocatur precatio Minchæ*, vel *oblationis: Et qaæ Epimetra respicit, illa est qua vocatur* Tephillat *Musaphin*, sive *precatio additamentorum*. §. 6. *Porro vero etiam instituerunt, ut quivis etiam noctu semel preces fundat, quoniam membra sacrificii quotidiani pomeridiani consumuntur per totam noctem : q. s. e. hoc est holocaustum &c. quemadmodum dicitur*: (Ps. LV. 18.) *Vespere, & mane, & meridie meditabar, & fremebam ; & exaudivit vocem meam. Ad precationem autem vespertinam non æque tenemur, atque ad matutinam & pomeridianam : Nihilominus tamen omnes ubique Israelitæ solent vespertino tempore orare, illasque preces tanquam necessarias in se susceperunt.* §. 8. *Sunt itaque preces quotidie ternæ, vespertinæ, matutinæ, & Pomeridianæ. Diebus autem Sabbathicis, festisque & neomeniis, quaternæ ; ternæ ordinariæ, & quæ tum fit accessio.* De præciso autem tempore, horarumque momentis, quibus singulæ preces sint recitandæ, idem Maimonides fusius agit, *Hilch. Thep.* cap. III. ac primo quidem de *Matutinis* precibus ita scribit §. I. תפלת השחר מצותה שיתחיל להתפלל עם הנץ החמה וזמנה עד סוף שעה רביעית שהיא שלישית היום: *De precibus matutinis* (Sapientum nostrorum) *institutum est, ut illæ recitentur inde a primo solis ortu, usque ad finem horæ quartæ, quæ est triens diei*, De *Pomeridianis* vero §. 2. כבר אמרנו שתפלת המנחה כנגד תמיד שבין הערבים תקנו זמנה ולפי שהיה תמיד קרב בכל יום בתשע שעות ומחצה תקנו זמנה מתשע שעות ומחצה והיא הנקראת מנחה קטנה ולפי שבערב הפסח שחל להיות בערב שבת היו שוחטים את התמיד בשש שעות ומחצה אמרו שהמתפלל מאחר שש שעות ומחצה יצא ומשהגיע זמן זה הגיע זמן חיובה וזו היא הנקראת מנחה גדולה: *jam supradiximus, tempus orationis pomeridianæ constitutum esse ut respondeat sacrificio quotidiano, quod* (offertur) *inter duas vesperas. Quoniam igitur hoc quotidie hora nona & dimidia offerebatur, Sapientes nostri etiam precationis tempus constituerunt in horam nonam & dimidiam, & hæc est quæ vocatur Mincha parva. Quia vero, si quando vespera Paschatis incidebat in vasperam Sabbathi, sacrificium quotidianum mactabatur hora sexta & dimidia: sanxerunt, ut qui inde ab hora sexta & dimidia orat, officio suo rite functus censeatur. Et simul atque ille temporis articulus adest, adest etiam ligitimum illius orationis tempus. Et hæc est, quæ vocatur Mincha magna.*

XLIV. Ex quibus omnibus rursum sequitur ;

ה *Debere unumquemque etiam statis de die horis Synagogam frequentare, ad preces publice fundendas.*

Id ex antecedentibus sponte sequitur: Nam cum omnes quotidie Synagogam frequentare debeant, ad preces publice recitandas ex §. XII. lit. ג. & tempus definiri oportuerit, quo universa multitudo in unum cogi posset, uti etiam factum est, §. XXIII. lit. ה. sequitur, unumquemque illud tempus debere observare, quod publico conventui est statutum : si quidem ante post illud populus in unum cogi non solet. Et hinc Maimonides, Hilc. Thep. cap. XI. §. I. כל מקום שיש בו עשרה מישראל צריך להכין לו בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת : *In quocunque loco*, inquit, *sunt decem Israelitæ, ædem aptare oportet, in qua conveniant in oaationem omni tempore orationis; & hic locus vocatur Synagoga.*

XLVI. ו. *At potest aliquis vel nrgligentia tempus orationi publicæ coastitutum prætermittere, vel gravibus causis impediri, quo minus in Synagogam veniat.*

Utrumque fieri posse & solere, cum per se notum est, tum ipsi etiam Hebræi observant: qnare ut errorem corri-

gerent, atque illis ſuccurrerent, quos ſingularis caſus atque neceſſitas e Synagoga abeſſe cogebant, ſequentem legem tulerunt; qua

XLVI. 7. *Tempus precibus fundendis ſtatutum aliquo uſque prorogatur.*

Caſus ſuperiori theſi memoratos hoc modo exprimunt טעה או נאנס ולא התפלל *ſi quis erraverit, aut impeditus ſit, quo minus orare potuerit: Orach Chaij.* Tit. CVIII. §. I. ſ. unde rubrica illius tituli hæc legitur: מי שלא התפלל לסבת טעות או אונס או במזיד: *De eo, qui non oraverit per errorem, aut impedimentum, aut denique contumaciam.* Sed ſcias velim, Lector, nos hic proprie de illis non loqui, quorum cauſa illo titulo agitur, atque etiam apud *Maimonidem, Hilch. Teph.* cap. III. §. 8. ſq. quandoquidem illi non ſolum horam ipſam precibus conſtitutam præterlabi paſſi ſunt, ſed etiam omne illud tempus, quod ad preces recitandas prorogari ſolet. Hactenus formulam tantum ſpectamus Hebræis hoc caſu uſitatam, atque iſtoc loco quam clariſſime expreſſam. Conſiderentur itaque ſequentia. *Maim. Hilch. Teph.* cap. III. §. I. ואם עבר או טעה והתפלל אחר ארבע עד חצות היום יצא ידי חובת תפלה אבל לא יצא ידי חובת תפלה בזמנה שכשם שתפלה מצוה מן התורה כך מצוה מדבריהם להתפלל אותה בזמנה כמו שתקנו לנו חכמים ונביאים: *Quod ſi vero negligentia aut errore inde demum ab hora quarta uſque ad meridiem oret, officio ſuo functus eſt, quantum quidem ejus ad preces ipſas attinet: At quod ad præciſum tempus orationi definitum, non ſatisfecit. Nam quemadmodum oratio ipſa Lege divina injuncta eſt, ita tempus illius inſtituendæ Magiſtrorum lege eſt definitum, quemadmodum Sapientes & Prophetæ de eo conſtituerunt.* Subjicit Maimonides hæc immediate illis, quæ ſupra §. XLIII. de *Precibus Matutinis* adduximus, ſummo mane cum ipſo ſolis exortu fundendis. Sed & illud repetendum eſt, quod jam ſupra ex *Schulch. Aruch.* laudatum eſt, Tit. XC. §. 9. ישתדל אדם התפלל בבית הכנסת עם הציבור ואם הוא אנוס שאינו יכול לבא לב״ה יכוין להתפלל בשעה שהציבור מתפללים ואם כן נאנס ולא התפלל בשעה שהתפללו הציבור והוא מתפלל ביחיד אף על פי כן יתפלל בב״ה: *Debet unuſquiſque id operam dare, ut in Synagoga cum cœtu oret: ſi vero impediatur quo minus ipſi ad Synagogam ire liceat, tum id aget, ut eodem momento, quo cœtus publicus, preces ſuas fundat:* Porro, *ſi etiam ita impeditus fuerit, ut qua hora cœtus oravit, prorſus orare nequiverit, adeoque jam ſolus orare debeat, nihilominus orabit in Synagoga.* Quod itaque incuria neglectum, aut neceſſitate aliqua impeditum erat, reſarciri poterat, modo ne contumacia etiam acceſſiſſet; atque ita exiſtimarunt Veteres Hebræorum Sapientes, ſatius eſſe ſero officium ſuum præſtare, quam nunquam. Ut autem in illo neglectu, ita quoque in compenſatione varii gradus obſervantur. Preces *Matutinæ* ſummo mane recitandæ ſunt, & tum quoque ſerius ociuſve pro varia anni tempeſtate in Synagogis conventus agi ſolet; cui ſi quis intereſſe, aut eodem tempore etiam prorſus orare non poſſit, poſtea licebit, uſque ad horam quartam finitam, (non *tertiam*, uti quidam ſcribunt.) Si vero ne ad illam quidem horam preces fuderit, ſpatium datur orandi inde uſque ad meridiem. Si ne tum quidem, tempus prorſus elapſum eſt, neque matutinas amplius integrum eſt recitare; poteſt tamen adhuc fieri aliqua compenſatio, ſi ſcilicet preces pomeridianæ bis recitentur. Priora duo ex citatis intelliguntur, de poſtremo non abs re erit *Maimonidem* audire: ex *Hilch. Teph.* cap. III. §. 8. כל מי שעבר עליו זמן תפלה ולא התפלל במזיד אין לו תקנה ואינו משלם בשוגג או היה אנוס או טרוד משלם אותה תפלה בזמן תפלה הסמוכה לה ומקדים תפלה שבזמנה ואחריה מתפלל את התשלומין ט׳ ביצד טעה ולא התפלל שחרית ועבר חצי היום יתפלל מנחה שתים ראשונה תפלת מנחה והשנייה תשלומי שחרית: *Quicunque tempus precationis præterlabi paſſus eſt, & per contumaciam non oravit; illius peccatum corrigi non poteſt, neque ipſe neglectum compenſare. Qui vero per errorem* (oblivionem) *aut vim, aut denique neceſſarium aliquod negotium* (ſtatis temporibus orare non potuit,) *is preces illas compenſat hora precationis proxime ſequentis, ita ut primo preces illa hora fundendas recitet, tum alias ſubjiciat ad priorem defectum ſupplendum. §. 9. Quomodo? Si quis oblitus ſit, neque preces matutinas dixerit, antequam medius dies elapſus eſt; is preces pomeridianas bis recitare debet: primo quidem ipſas illas ceu pomeridianas, tum eaſdem ad neglectæ orationis matutinæ compenſationem.* De pomeridianis & veſpertinis, ſi intermiſſæ ſint, idem habendum; ut Maimonides l. c. docet. Sed de hac ratione intermiſſum officium compenſandi, uti jam diximus, minime agimus; etſi ob eam, quam habet cum ceteris affinitatem, negligere non debui-

buimus. Quod ad nos propius attinet, id eſt, quod preces illæ quæ ſummo mane recitandæ ſunt, & a cœtu in Synagoga funduntur, ſi qua interveniret calamitas, differri poſſent uſque ad ultimum horæ quartæ momenum; ante quod ſi dicerentur, rite & in tempore ſactæ cenſerentur. Si vero ne tum quidem præſtitæ eſſent, rite adhuc uſque ad ſextam elapſam recitari poſſent, etſi non ita tempore fuſæ erant.

XLVII. ח. *Ergo poteſt quis etiam Synagogam ingredi, poſteaquam preces publicæ jam ſunt abſolutæ.*

Nam cum preces ad conſtitutam horam ab univerſo cœtu fundantur; atque poſt illam ad aliquot horas adhuc rite peragi poſſint, uti §. XLVI. probatum eſt; atque is qui illo momento quacunque de cauſa non oravit, id tamen poſtea facere teneatur; Ibid. potiuſque in Synagoga & cum cœtu id agere debeat, quam privatim; §. XL. & XLI. Sequitur, eum qui cum univerſa multitudine orare non potuit, poſſe nihilominus, immo etiam debere preces ſuas in Synagoga dicere. Vide quæ modo §. XLVI. ex *Orach Chaij.* produximus, Tit. XC. §. 9. Id autem etſi ſatis evidens eſſe exiſtimamus, tamen ne quis hoc noſtrum potius figmentum, quam ipſorum Hebræorum conſuetudinem fuiſſe credat, ſequentia velim animadverti. Cod. *Megilla*, Cap. *Hakkore Omedh.* §. 3. אין פורסין על שמע ואין עוברין לפני התיבה וגו׳ מעשרה: *Non inſtituunt* Periſa *ſuper* ſchema (ita tantiſper vertere liceat, dum nondum liquet, quid ſit פורס, quod infra diſquiremus) *neque tranſeunt ante arcam, &c. ſi ſint pauciores quam decem.* Ad hanc Miſchnam *R. S. Jarchi* ita commentatur: מניין הבא לבית הכנסת לאחר שקראו הציבור את שמע עומד אחד ואומר קדיש וברכו וברכה ראשונה שבקירית שמע וגו׳ : *Si numerus* (denarius ille, qui in Miſchna definitur; *R. Iitzchak Gabbai* in *Caph Nachath* expreſſe י׳ שבאו לבה״כ *decem, qui Synagogam ingrediuntur*; eodemque modo *R. Obad. Bartenorius*) *in Synagogam veniat, poſteaquam cœtus jam recitavit* Schema; *unus eorum ſurgit, & recitat* Kaddiſch, *&* Barehu, *& primam benedictionem quæ eſt in* (*Bartenorius*, לפני קריאת שמע, *quæ eſt ante lectionem*) Schema. Eodem modo, quos jam laudavimus, Auctor *Caph Nachat*, & *Bartenorius*, atque hic etiam paulo plenius. Et in eandem ſententiam reliquos omnes commentatores concedere, teſtatur Auctor *Toſaphoth* ad loc. cit. ואין פורסין על שמע הקונטריק פי׳ בני אדם שבאו בבית הכנסת אחר שהתפללו הציבור ורוצין לומר קריש וברכו צריך י׳ *Commentatores explicant: Illos, qui in Synagogam veniunt, poſteaquam cœtus jam oravit, voluntque dicere* Kaddiſch, *&* Barechu, *decem eſſe oportet*, vel *decem indigent*. Ergo certum eſt & manifeſtum, poſt preces publicas abſolutas, alios, & aliquando complures veniſſe, qui ſacris rite operarentur. Quod ſane minus infrequens fuiſſe oportet, cum illi rei limitandæ memorato canone cautum ſit. Et ne veterum tantum fidem imploremus, idem etiamnum obtinet, ceu in numeroſioribus Synagogis videre eſt, & ante hos ipſos quatuor menſes ipſi Amſtelodami vidimus. Quippe cum Judæi, quos ſalutatum iveramus, nobis aliquot horas operam dediſſent, atque adeo interceſſiſſemus, quo minus orationem *Minchæ* vel pomeridianam dicerent; ſub veſperam, dum reliqua multitudo jam in atrio conveniebat, *Beth hammedraſch*, ſ. Academiam ingreſſi, (nondum enim Synagoga patebat) ibi preces fundebant. Non autem illico orabant, ſed plenum numerum exſpectabant: quo coacto idem ille, qui nos adduxerat, preces publice recitabat. Quando præterea מניין הולך ומניין בא, ſeu *cœtum cœtui* aliquoties *ſuccedentem* obſervavimus: poſſintque hic aliquo modo applicari verba, quæ ſunt Cod. *Peſachim*, cap. v. §. 6. יצתה כת ראשונה ונכנסה כת שנייה יצתה שנייה נכנסה שלישית : *Exeunte prima turma, ingreditur ſecunda; exeunte ſecunda, intrat tertia.* Etſi ibi de alia re agi, nulli ignoramus.

XLVIII. ט. *Qui vero ſic ſerius in Synagogam venit, non invenit illico* מניין *ſive legitimum cœtum, cum quo preces fundat.*

Id evidentius eſt, quam ut prolixa demonſtratione indigeat. Nam ad מניין decem requiruntur; quot non ſemper in Synagoga præſentes eſſe, cuivis notum & perſpectum eſt. Exemplum ſi quis ex antiqua hiſtoria deſiderat, factum *R. Elieſeris* repetat, quod ſupra §. XLII. produximus.

XLIX. י. *Adeoque ille vel recitationem* τῶ Schema *cum annexis, item* Kaddiſch *&* Barechu, *plane intermittere debuit; vel ceteros ad decem præſtolari: vel denique certos quoſdam homines conſtitutos fuiſſe neceſſe eſt, qui in Synagoga ſemper adeſſent, & ſingulis ſero venientibus præſentiam ſuam accommodarent.*

Duo priora hujus theſeos membra tam evidenter ex antecedentibus ſequuntur, quam quæ evidentiſſime; neque, niſi nos omnis ratio fugit, quicquam dici

dici fingive poteſt, quod illis ulla ſpecie opponatur. Nam cum *Schema*, *Kaddiſch*, & *Barechu*, non poſſint a paucioribus quam decem recitari, uti ex iis conſtat, quæ §. XLII. fuſius dicta ſunt: jamque nondum decem adſint, quod hic vi §. XLVIII. ſupponimus: vel recitatio illarum formularum neceſſario erit omittenda, vel aliorum aliquot adventus erit exſpectandus. Quorum utrumque quam incommodum illis moleſtumque acciderit, nemo eſt qui non perſpiciat. Id enim illi veniunt, ut cum *Periſa τῦ Schema*, *Kaddiſch*, & *Barechu* recitent, quemadmodum nuper ex *Toſaphoth* audivimus (לומר קדיש באין ורוצין וברכו *Veniunt*, inquit, *ut Kaddiſch & Barechu recitent*) quod ſi rite præſtare nequeant, fruſtra ſunt, *ϗ εἰς κενὸν ἔδραμον*. Neque ſane minus incommodum fuerit, reliquos ad numerum denarium tandem conficiendum præſtolari, quod ſine tædio, & ſæpe ingenti temporis reique familiaris jactura fieri non poteſt. Fac enim tempore æſtivo, vel ſi mavis circa æquinoctium,

> *Libra die noctiſque pares ubi fecerit horas*,

unum atque item alterum circa horam ſecundam ad Synagogam acceſſiſſe, concione jam prorſus dimiſſa; hi quid agant, quid conſilii capiant? reliquis formulis recitatis ſanctiores illas omittant? non ſane putem, nam id ipſum veniunt, etſi ſerius ut publice nomen Domini ſanctificent. Igiturne operiantur, dum alii octo accedant, quo מנין, *legitimam concionem* habeant? Ita, opinor, faciendum erit, ſi quo animo acceſſerunt, officio ſuo rite & pie fungi velint. At qua ſpe ceteros præſtolentur? quis plures adfuturos fidem dederit? Et ſi vel adhuc aliquot venturos ſciant, qui de decem certis eſſe liceat? Et denique, ut hoc largiamur, facile decem inveniri, qui cum ad horam condictam non venerint, ſerius tamen accedant; qui ſcias, quando illi venturi ſint? eademne hora, an ſequenti demum, aut ſub horam quartam jam exeuntem, quouſque abſque ſummo rei familiaris detrimento moras ducere non poſſis? Unde tandem facile eſt tertium colligere, nim. ut hiſce incommodis commodum remedium inveniretur; ut, inquam, qui ad condictam horam ſacris publicis intereſſe non potuerant, vel forte neglexerant, tamen *Kaddiſch*, ceteraque eodem pertinentia, rite & in legitima concione dicere poſſent; certos quoſdam homines debuiſſe conſtitui, qui in Synagoga ſemper præſto eſſent, ſuamque præſentiam illis accommodarent, qui etſi ſero, eo tamen animo in Synagogam veniebant, ut nomen Domini in publico cœtu ſanctificarent.

L. Ex hac ratione עשרה בטלנין, *Decem* illos *Otioſos* in Synagoga ortos eſſe exiſtimamus, hancqne ſolam atque unicam cauſam fuiſſe illorum conſtituendi. Nam quin his *Batlanim* exactiſſime illa omnia conveniant, quæ theſi præcedenti diximus, ea nos dubitare vetant, quæ ſupra §. XIX. & ſeq. de illorum natura ex ſententia Hebræorum diſſeruimus; quorum pauca quædam breviter erunt repetenda. Scilicet *Batlanim* ſuis rebus relictis tantum ea curabant, quæ cœtus erant, (nam *ceſſabant ab omni proprio opere*, בטלין ממלאכתן, *ut curarent ea, quæ ſunt univerſitatis*, לעסוק בצרכי ציבור) & quidem in Synagoga, (unde etiam denominati בטלנים של ב״ה *Otioſi Synagogæ*,) in qua ſeſe quotidie præſentes ſiſtere debebant, (להיות תמיד בב״ה, & quidem omnium primi, (לבא קודמים. Immo & ultimi, uti mox demonſtrabimus,) idque ideo, ut aliis Synagogam orandi cauſa ingreſſis præſentiam & operam ſuam accommodarent, (nam hoc proprium illorum officium erat, להתפלל במניין, *ut cum aliis quibuſvis cœtum conſtituerent, preceſque recitarent*,) quam in rem publice erant conſtituti,) quoniam *ex publico* etiam *alebantur*, מתפרנסין משל ציבור.)

LI. Sic itaque tandem ad id, quo §. XXXVIII. nos collineare diximus, lento quidem, ſed, uti arbitramur, firmo certoque greſſu, proxime acceſſimus, & quæ *Decem Otioſorum* origo fuerit, quæ indoles, novo argumento evictum dedimus. Ita igitur hactenus ſentimus, itaque ſcribimus: *Decem Otioſos ſeſe quotidie primos in Synagoga ſiſtere debuiſſe, ut quicunque illam ingrederentur, mox juſtum cœtum invenirent, in quo ſanctiſſimas preces rite & decenter, ex inſtituto Sapientum, ad Deum fundere poſſent*. Si quis ſit, qui aliud, idque melius conjicere, & idoneis teſtibus probare poſſit; hic divinus, non invideo, hic vates eſto.

LII. Necdum tamen ſic omne illud aſſecuti ſumus, quod §. XXXVIII. Lectori noſtro promiſimus, cum hactenus nondum probatum ſit: *Decem Otioſos maximam diei partem in Synagoga ſedere debuiſſe*, quod *Judicibus Triumviris* convenire negamus. Id autem minus difficile erit demonſtrare, ſi eorum, quæ jam ſupra & proxime diximus, bene memores, porro recto ordine procedamus. Primo itaque illud ratum certumque

que esto, quod uti *Maimonides* disertis verbis inculcat, nosque nuperrime evicimus, debuerint cum aliis מניין *sacrum cœtum* constituere, & cum illis statas preces, quæ sanctificationem Dei continebant, recitare. Hinc enim illud sequitur, qua hora univesa multitudo cultus publici causa ad Synagogam confluit, illorum Otiosorum præsentiam minime necessariam fuisse. Nam quandoquidem tum plerique omnes gregatim ad Synagogam convolabant; quotus quisque est, qui non perspiciat, ea hora satis, imo abunde hominum ingenuorum & majorennium fuisse ad מניין, seu sacrum cœtum, ad quem tantum decem requirebantur, constituendum?

LIII. At si quis ineunte hora precibus publicis constituta, illico Synagogam adire, & publice preces fundere vellet, antequam reliquus cœtus convenisset, hos Otiosos jam præsentes esse oportebat. Id cum ex antecedentibus liquido fluit, tum ipsi Hebræi nobis attestantur, quando dicunt; Otiosos primos & ante alios in Synagoga debuisse inveniri, לבא קודמין uti supra §. XIX. totidem verbis a *Jarchio* traditum intelleximus. Eodem modo, si qui vel temporis obliti, vel gravi negotio impediti, stata hora cum cœtu publico orare non potuissent; nec tamen debitum Deo suo officium negligere plane vellent, sed omnino Deum in publico cœtu celebrare & sanctificare, (id quod contingere potuisse, & sæpius contigisse, jam supra probatum est: quis non videt rursum, præsentiam *decem otiosorum* reqisitam fuisse, siquidem non semper illico decem sero venientes adessent? ut adeo non minus post preces publicas jam peractas, quam ante illas, *Otiosi* nostri in Synagoga præsto esse debuerint.

LIV. Hinc itaque jam facile cuivis attendenti constare potest, quot & quibus horis *Otiosi* in Synagoga sedere debuerint. Nam cum tempus *Orationis matutinæ* incipiat עם הנץ החמה, id est, uti *Jarchius* explicat ad Cod. *Berach* fol. 9. 2. כשהשמש יוצא *inde a primo solis ortu*, & ad finem extendatur horæ quartæ, §. XLIII. quæ teria diei pars est; *Batlanim* necessario toto illo tempore in Synagoga præsto esse debuerunt. Porro cum tempus *Orationis pomeridianæ* inde ab hora dimidia decima incipiat, & duret usque ad horæ undecimæ quadrantem tertium elapsum, tradente *Maimonide*, *Hilch. Teph.* cap. III. §. 4. ex *Berach*, cap. IV. §. I. *Batlanim* etiam illa hora adesse debuisse liquet. Rursum, cum ab illo momento *Oratio vespertina* incipiat, quam Israelitæ tanquam necessariam in se susceperunt; jam etiam residuum diei in Synagoga permanere debuerunt, minimum usque ad solem occasum.

LV. Quod quo magis liqueat, præter ea quæ jam supra ex *Maimonide* adducta sunt, non abs re erit *Mischnam* cum commentariis Rabbinorum hoc loco exhibere. Illa itaque Cod. *Berach* cap. IV. §. I. sic habet: תפלת השחר עד חצות רבי יהודה אומר עד ארבע שעות תפלת המנחה עד הערב רבי יהודה אומר עד פלג המנחה תפלת הערב אין לה קבע ושל מוספין כל היום רבי יהודה אומר עד שבע שעות: *Precatio matutina* (durat) *usque ad dimidium diei: Rabbi Jehuda dicit, usque ad horam quartam. Precatio pomeridiana, usque ad vesperam: at R. Jehuda dicit, usque ad dimidium Minchæ. Precatio vespertina statum tempus non habet. Additamenta* (recitantur) *toto die: at R. Jehuda dicit, usque ad horam septimam.* Ad hunc paragraphum *R. Obadias Bartenorius* sequentia notavit: תפלת השחר עד חצות שכן תמיד של שחר קרב עד חצות לרבנן ולרבי יהודה אינו קרב אלא עד ארבע שעות ביום ועד ארבע שעות היינו עד סוף שעה רביעית שהוא שליש היום בזמן שהיום שנים עשר שעות וכן זמנה לעולם עד סוף שליש היום לפי אורך הימים וקטנן כרכתיב לעיל גבי קרית שמע: והלכה כרבי יהודה: Precatio matutina usque ad meridiem: *quoniam sacrificium juge matutinum pariter usque ad meridiem offertur, uti quidem Magistri sentiunt: at ex sententiæ R. Jehudæ non offertur nisi usque ad horam quartam. Quod vero* usque ad horam quartam *dicitur, intelligendum est de hora quarta finita, quæ, quando dies præcise duodecim horas habet, tertia diei pars est. Et sic semper tempus ejus* (orationis matutinæ) *producitur usque ad finem tertiæ partis cujusque diei, pro eo atque dies longiores brevioresve esse solent, quemadmodum jam supra, cum de Lectione* Schema *ageremus, dictum est. Decisio autem est secundum R. Jehuda.* תפלת המנחה עד הערב עד שתחשך. Precatio pomeridiana usque ad vesperam, id est, *donec jam tenebræ ingruant*. עד פלג המנחה. זמן מנחה קטנה הוא מתשעה שעות ומחצה עד הלילה שהם שנים שעות ומחצה נמצא פלג המנחה שהוא חצי שיעור זה שעה ורביע ופסק ההלכה בזה דעביד כמה עביד ודעביד כמה עביד והרוצה לעשות כדברי חכמים ולהתפלל תפלת המנחה עד הערב יעשה ובלבד שלא יתפלל ערבית בזמן זה שכיון שמחשיב אותו יום לעניין שמתפלל בו מנחה אינו יכול

יכול להחשיבו לילה ולהתפלל בו ערבית ואם בא לעשות כדברי רבי יהודה שלא להתפלל מנחה אלא עד פלג המנחה שהוא שעה ורביע קודם הלילה עושה ומשם ואילך יוכל להתפלל ערבית: Usque ad dimidium Minchæ. *Tempus Minchæ parvæ est inde ab hora nona & dimidia usque ad noctem, quæ sunt horæ duæ & dimidia: adeo ut* פלג מנחה, *quod est dimidium hujus mensuræ, sit horæ unius & quadrantis. Decisio autem constitutionis hæc est; quod qui secundum hunc Magistrum facit, rite faciat & qui secundum illum Magistrum facit, rite faciat* (vel *possit facere.*) *Adeo ut qui secundum sententiam Sapientum facere vult, & preces pomeridianas recitare usque ad vesperam, id rite facere possit; modo ne etiam vespertinas preces eodem hoc tempore recitet. Nam cum illud tempus diei accenseat, eo quod tum preces pomeridianas recitet; non potest idem accensere nocti, eoque durante vespertinas preces dicere. Eodemque modo si velit judicio R. Jehudæ stare, ut preces pomeridianas non recitet, nisi usqae ad dimidium Minchæ tantum, id est, usque ad horam unam & quadrantem ante noctem, facit: atque inde & porro potest recitare vespertinas. Maimonides* ad h.l. דברי רבי יהודה עד ארבע שעות רוצה לומר עד סוף השעה הרביעית הזמניים והוא שליש היום כמו שביארנו בתחלת המסכתא והלכה כרבי יהודה ופירוש פלג חצי המנחה ונקראת התפלה השנית מנחה מפני היות תחלת זמנה בעת ההיא ופלג המנחה כשישאר מן היום שעה ורביע שעה זמנים ומי שהתפלל עד הערב והוא עד ביאת השמש כבר התפלל מנחה ואינה תפלה גמורה כי פסק ההלכה במקום זה מאן דעביד כמר עביד ומאן דעביד כמר עביד ומה שאמר תפלת הערב אין לה קבע מפני שאין חובה בשחרית ומנחה אבל היה רשות רוצה לומר התנדבו בה בלבד ועל כן לא הפקידו על תחלת זמנה וסופה ויכול אדם להתפלל אותה עד עלות השמש ואם עברה שעת תפלה מאלו השלש תפלות יוכל להשלימה אחר זמנה עם התפלה הבאה אחריה אבל יאחר התפלה שעבר זמנה ויקדים תפלת השעה שהוא בה ומה שאמר של מוספין כל היום ואין זמנה אלא עד סוף השעה השביעית הזמנים ואם התפלל אחר שעה שביעית יצא ידי חובתו כמו שאמרו כל היום אבל נקרא פושע: *Verba R. Jehudæ sunt*, usque ad horam quartam, *id est, ad finem horæ quartæ planetariæ, quæ est tertia pars diei, quemadmodum explicuimus initio hujus Codicis. Decisio autem est secundum R. Jehuda.* פלג *autem est pars dimidia Minchæ. Secunda autem precatio* Mincha *vocatur, quia initium temporis ejus est illo ipso momento.* Dimidium *vere* Minchæ *est, quando superest de die hora una cum quadrante horæ planetariæ. Qui vero orat usque ad vesperam, id est, occasum solis, is jam Mincham crasse censetur. Non tamen est perfecta oratio,* (Est hic quod non satis intelligam) *quoniam decisio juris hoc loco hæc est, quod qui fecit secundum hunc Magistrum, recte fecerit, & qui secundum illum, pariter. Quod vero dicit*, precationi vespertinæ non esse fixum tempus, *id inde est, quia non est æque debita atque quidem Matutina & pomeridiana, sed libera, sive, ut clarius dicam, quoniam* (Israelitæ) *illam tantum sponte sua in se receperunt: unde Sapientes de temporis illius initio & fine minus solliciti fuerunt, atque aliquis illam* (licite per totam noctem) *recitare potest usque ad solis exortum. Si quis porro horam alicujus harum trium precationum prætermiserit, postliminio compensare potest hora precationis sequentis: ita tamen ut neglectarum precum compensationem postremo loco instituat, statas autem horæ illius preces præmittat. Quod denique dicit;* preces additamentorum toto die *quidem durare, tamen statutum tempus non est nisi ad finem horæ septimæ planetariæ; quod si tamen post illam horam adhuc oraverit, functus est officio suo, quemadmodum dixerunt.* toto die. *Sed appellatur* פושע.

LVI. Liquet hinc iterum, ut alia mittamus, quæ de horis Hebræorum hac occasione dici possent, & prudens lector per se facile observabit quænam horæ precibus datæ sint, & quodnam præcisum illarum initium, qui finis, quæ tempora a *Batlanim*, sive *Otiosis* nostris suere observanda, ut tum in Synagoga sederent, aliisque operam suam commodarent. Sed & hoc præterea inde cognoscimus, dissensum aliquem hac de re fuisse inter Sapientes, & R. Jehuda, atque illos tempus precationis multo longius produxisse, quam quidem hic fecerit; nimirum matutinæ usque ad meridiem, pomeridianæ vero usque ad vesperam. Ubi etsi decisio secundum sententiam R. Jehudæ facta est, qua tempus orationis multo arctius statuitur; tantum tamen Sapieutum sententia valet, ut quod illi temporis alteri superaddunt, eo preces adhuc dici possint. Id quod alicui novam suspicionem movere queat, annon *Batlanim* etiam illis horis in Synagoga sedere debuerint, nempe inde ab ineunte hora quinta usque ad meridiem, quæ integri bihorii accessio esset. Neque minus etiam illud considerari meretur, quod quidam *Minchæ parvæ* etiam *Magnam* addere soleant,

quæ inde a ſexta & dimidia uſque ad dimidiam decimam fluit . Vid. *Maim. Hilc. Taphil.* cap. III. §. 3. 4. Quam in rem ſi ſemper Synagogum orandi cauſa adierint , mirum ſit , ni etiam tum *Batlanim* adeſſe debuerint. Sed hæc, uti nobis hactenus minus explorata ſunt ita neque lectori noſtro pro certis obtrudere velimus ; ſaltem paucis monere viſum eſt, ut quibus otium, ingenium, atque animus ad hæc ſtudia eſt , diligentius perpendant; quoniam, ſiquidem illa aliquid veri habeant, non exiguum cauſæ noſtræ pondus & momentum adferunt.

LVII. Atque hanc continuam Otioſorum ſeſſionem in Synagoga , quam nos inde a prima ſua origine repetere conati ſumus , Hebræorum Magiſtri ſatis clare & diſerte confirmant illis locis, quæ ſupra §. XIX. a nobis ſunt producta. Quæ cum validiſſime noſtram ſententiam probent , non poſſumus non hoc loco repetere, & Lectori noſtro de novo proponere conſideranda . Ad id itaque *Jarchius* hos *Otioſos* inſtitutos tradit : להיות מזומנים לבית הכנסת שחרית וערבית *ut eſſent parati in uſu Synagogæ mane & veſperi* . שיהיו מצויין תמיד בבית הכנסת שחרית וערבית. *Ut invenirentur quotidie* (vel *aſſidue*) *in Synagoga* M. & V. כדי להיות מצויין בתפלה (או בעת התפלה) בבית הכנסת *Ut præſto eſſent in precibus* (vel *tempore precationis*) *in Synagoga*. *Maimonides*: קביעותן בבית הכנסת, *Statio illorum* , (proprius , ſtatus , fixuſque locus) *in Synagoga* . וישיבת בתי כנסיות & *ſeſſio in Synagogis* . Quæ *ſeſſio* non de ſitu modo accipienda venit, (nam quid cauſæ , cur illi magis ſedere debuerint in Synagoga , quam cæteri omnes?) ſed de aſſiduitate & commoratione illorum in ea . *Bartenorius :* כדי להיות מצויין תמיד בשעת התפלה בבית הכנסת . *Ut quotidie præſto eſſent hora precationis. I. S.* atque iterum שיושבים תמיד בבית הכנסת *Qui ſedebant quodidie I. S.* Eodemque modo *R. Nathan*, יושבים תמיד בבית הכנסת , *Sedebant Q. I. S. Piſke Toſaphoth:* שמתפללין במניין *Qui orabant cum cœtu denario* . Dum igitur hi præſtantiſſimi viri uno omnes ore atteſtantur , Otioſos *quotidie* , *mane* , & *veſperi* , *tempore* , *horare*, *precationis* , *in*, *ſynagoga* , *præſentes* , *fuiſſe* , *conſediſſe* , *illique quaſi affixos fuiſſe* , *idque ideo*, *ut orarent cum cœtu* , mirum ſane , quid ſibi dictum velint ; ſi non id, quod nos hactenus probatum ivimus . Sed tu , velim B. L. attentius hæc conſideres, & æquo animo perpendas. Nobis nunc non lubet eſſe prolixioribus , jamque ad *Judices* redire animus calamuſque geſtit , ut videamus , quam bene illis hæc provincia in Synagogis deſidendi ſedeat.

LVIII. Sed quis eſt , qui non illico perſpiciat , quam hæc omnia a munere & dignitate *Judicum Triumvirorum* ſint aliena ? Judices enim ex officio in Synagoga ſederint? imo ſemper primi fuerint ? ſolidum diem , maximamve ejus partem in ea exegerint ? Judices , inquam , ad id inſtituti , ut cum aliis quibuſcunque orarent ? neque ſolum feſtinantes expedirent ; ſed & negligentes & ſero venientes ad aliquot horas exſpectarent? Judices omnia hæc , vel ſaltem aliquid eorum , egerint ? Id quis , quæſo , credat ? quis intelligat ? & ſi quis denique ſit, qui ita animum inducat credere , quemnam ille ſuæ ſententiæ auctorem & teſtem laudet , quem approbatorem inveniat ? Neminem fore certus ſum. Et quo videas , an potuerint quidem , perpende ſis illud Maimonidæ , *Hilch. Sanh.* cap. III. §. I. עד איסתי יושבים דיינים בדין כנהררי קטנה ובית דין של שלשה יושבין מאחר תפלת השחר עד סוף שש שעות ביום: *Quamdiu Judices in judicio ſedent? Synedrium minus , & Conſeſſus Triumviralis ſedent inde a precatione matutina finita , uſque ad horam ſextam diei* . Ubi ſi per תפלה ipſa publica precatio intelligatur , vel ſtricte hora publico conventui conſtituta, quod proclive eſt exiſtimare: clarum eſt, quam non potuerit fieri , ut *Judices Triumviri* in Synagoga ſederint , quo tempore illorum præſentia neceſſaria erat in tribunali. Etſi hoc argumentum hactenus ejus generis eſſe fatemur, ut illo ſolo cadere & ſtare nolimus : cum multo validiora ſint , quæ initio hujus theſeos adduximus a dignitate *Judicum* deſumta; cui ea , quæ *Otioſis* incumbebant, nulla ratione convenire poſſunt.

LIX. Atque hæ rationes noſtræ ſunt, quibus adducti *Judices Triumviros* exiſtimamus ex ordine *Otioſorum* eſſe eximendos. Præter has ſi quis etiam diſerta teſtimonia exigat , quibus Hebræi negent , *Judices in Otioſos* eſſe referendos: næ is iniquus ſit , qui ab Hebræis diſerte negatum velit , quod illis forte nunquam nequidem in mentem venit. quemquam ſequentibus ſeculis ſurrecturum , qui vel per ſomnium cogitaret , nedum vigilans , ſciens , videnſque auderet adſeverare . Nequid tamen etiam in hoc genere deſideres, amice Lector, ſequentia rite perpende . Cod. *Sanhed.* cap. I.

cap. 1. fol. 17. col. 2. f. מאה ועשרים מאי עבידתייו עשרים ושלשה כנגד סנהדרי קטנה ושלש שורות של עשרים ושלשה הרי תשעים ותרתי ועשרה בטלנים של בית הכנסת הרי מאה ותרי ושני ספרים ושני חזנים ושני בעלי דינים ושני עדים ושני זוממים ושני זוממי זוממים הרי מאה וארבסר ותניא כל עיר שאין בה עשרה דברים האלו אין תלמיד חכם רשאי לדור בתוכה בית דין מכין ועונשין וקופה של צדקה נגבית בשנים ומתחלקת בשלשה ובית הכנסת ובית המרחץ ובית הכסא רופא ואומן ולבלר וטבח ומלמד תינוקות משום רבי עקיבא אמרו אף מיני פירא מפני שמיני פירא מאירין את העינים : Quæ verba, interprete doctissimo *Seldeno*, sic sonant: Centum & viginti. *Qualisnam heic ejusmodi numeri usus? Viginti tres, qui faciant Synedrium minus, & tres Ordines viginti triumvirales : sic fiunt 92. Et Decem qui domui Synagogæ*, seu *conventus publici vacent : sic fiunt 102. Et Duo Scribæ, & duo Inspectores* seu *Lictores, & duo Litigatores, & Duo testes, & Duo* (qui possent esse) *ut testes falsarii, & duo qui eos convincere possint. Ecce centum & quatuordecim. Receptum etiam est, urbem qualemcunque, cui deessent hæ decem res, habitationem habere illicitum fuisse Discipulo sapientis: Synedrium judicum, Lictores & pœnarum ministri, arca Eleemosynæ, a duobus collectæ & a tribus erogandæ, & Domus Synagogæ, Domus ad lavandum*, seu *balneum, Latrina, Medicus, Artifex* seu *Chirurgus, Libellarius, Lanio, Pædagogus. Etiam ex sententia R. Akiba fructuum copia; quoniam fructus oculorum lumini prosunt*. His accedat Glossa *R. Salomonis* Jarchi : שלשה שורות לקטן תנינן להו באחר דייני ממונות שאם הוצרכו לסמוך ולהוסיף על הדיינים סומכים מהם ונומר Tres ordines. *De his infra traditur, in eorum uno fuisse Judices civiles, ut si quando necesse esset aliquem promovere, & in ordinem judicum* (consessus viginti-triumviralis) *adlegere, ex illis aliquem promovere possent, &c.* Habemus hic עשרה בטלנים של בית הכנסת, *Decem otiosos Synagogæ*; habemus item בית דין מכין ועונשין *Consessum Judicialem flagellantem & punientem*; qui utique est *concessus Triumviralis*, sed ab *Otiosis* plane distinctus. *Seldenus* quidem בית דין *Synedrium Judicum* a מכין ועונשין *Lictoribus & pœnarum ministris* distinguit; sed minus recte: si quidem hoc pacto non *decem* solum requisita fuerint ad locum, quem *Sapiens* aliquis licite incolere posset, sed jam undecim, uti calculus recte positus demonstrat. Quare potius conjunctim accipimus בית דין מכין ועונשין de *Judicio triumvirali*, cujus erat sontes verberibus addicere, aliasque pœnas irrogare non capitales. Id quod *Jarchius* in Glossa docet : *Infra*, inquit, *legimus, in eorum uno esse Judices causarum civilium, ut si quando necesse sit aliquem promovere, & in Judices* (viginti-triumviros) *allegere, ex illis aliquem legant*. Qui dum *infra* de *Triumviris* agi dicit, procul omni dubio ad hæc verba בית דין מכין ועונשין respexit, quoniam reliquo capite nihil est, quod eo ulla specie referri queat. Quod si tamen בית דין divisim accipere malis a מכין ועונשין & tam de Judicio *viginti triumvirali*, intelligere; nequidem id nostræ sententiæ obesse potest, etsi datam a nobis explicationem veriorem existimamus. *Judices* autem hoc loco ab *Otiosis* distingui, id nobis argumento est, quod cum *Otiosi* nostri *Synagogæ* attribuantur, *Jarchius triumviros* illos non in Synagoga aut inter *Otiosos* quærat, sed in *Judicio* & quidem primo Ordine Juris consultorum, in quo Triumviri jam, ceu sublimioris dignitatis Candidati, sedent.

L X. *Judicibus* igitur, spectatissimis civitatis suæ viris, ex infimo illo *Otiosorum* subsellio ordini & dignitati suæ restitutis, fas erit ad reliquos pergere, quos Cl. *Lightfootus* in eosdem adscripsit. Inter illos vero alterum a *Judicibus* locum *Chazoni* tribuit, *Synagogæ custodi*, sive, uti ipse mavult, *Episcopo* de quo ita scribit : *Præter hos* (Judices Triumviros) *erat publicus Synagogæ Minister, qui oravit publice, & curavit de lectione Legis, & conciones aliquando habuit, si non esset alius, qui hoc munere fungeretur. Hic vocabatur* שליח ציבור *Angelus Ecclesiæ*, & חזן הכנסת *Episcopus congregationis. Rationem nominis reddit Aruch; Chassan* (*inquit ille*) *est* שליח ציבור *Angelus Ecclesiæ* (vel *publicus Minister*) *& Targum reddit vocem* שהוא צריך לראות היאך יקרא: חזה *per vocem* רואה והיאך קורא בני אדם לקרות בתורה : *Nam ei incubuit supervidere, quomodo Lector legit, & quosnam ille evocaret ad legendum in Legē. Publicus Synagogæ Minister non ipse Legem publice legit, sed unumquemque Sabbatho septem e Synagoga evocavit* (*aliis diebus pauciores*) *quos ille idoneos judicabat ad legendum. Legenti ipse adstitit, summa cura observans, ne quid falso aut incongrue legeretur, revocansque corrigensque si quid lapsum: hinc ejus denominatio* חזן, *id est* ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, *vel Supervisor. Leniori certe sursum determinatum esset de significatione vocis Episcopi, atque Angeli*

li Ecclesiæ , si ad proprios fontes fuisse recursum , & non inaniter disputatum de significatione vocum , nescio unde desumta. Abrogata templi liturgia & culta , utpote ceremoniali , cultum atque publicam Dei adorationem in Synagogis , quæ quidem moralis erat , Deus in Ecclesiam transplantavit Christianam , publicum sc. ministerium , orationes publicas , lectionem verbi divini , & prædicationem , &c. Hinc ipsissima nomina ministrorum Evangelii , Angelus Ecclesiæ , atque Episcopus , quæ ministrorum in Synagogis.

LXI. Hactenus *Lighfootus* ; quomodo dum commentatur , certa dubiis , & vera falsis miscet . Nam ut certa sint , quæ de officio *Chassanis* in precibus publice fundendis , & lectione Legis procuranda breviter & nervose tradit : quod de *concionibus habendis* dicit , nobis non fit verosimile ; quia etsi id ab aliis Doctissimis viris pariter traditum novimus , hactenus tamen nusquam idoneis testibus vidimus comprobatum . Neque minus illud suspectum est , quod hunc *Ministrum Otiosis* annumerat : Quod vero de *Origine Episcoporum* in Ecclesia Christiana ab his *Azanitis* repetenda , etiam prorsus falsum .

LXII. Sed ut ordine agamus , atque aliqua horum , quibus examinandis infra locum suum dabimus , nunc prætereamus , neque etiam *Angelo cœtus* controversiam moveamus , an olim semper fuerit *Chazan* , sive *Minister Synagogæ* : primo loco de *Otiosis* videndum erit , an his recte accenseri queat . Id autem etsi eadem confidentia , atque de *Judicibus* fecimus , negare non audemus ; ita tamen existimamus , non deesse nobis argumenta , quæ *Chazanem Otiosorum* ordine jubeant excludendum.

LXIII. Cur vero hic tam timide ac dubitanter agamus , id causæ est , quod non pauca illorum , quæ supra §. xx. de *Otiosis* prædicavimus , *Chazani* nostro conveniant , ut , si quisquam reliquorum hic certe *Otiosis* debeat accenseri . Nam cum *Otiosi* , de quibus agimus , *Synagogæ addicti essent , in qua munere suo fungebantur* , (§. xx. lit. ב.) & *quotidie mane & vesperi tempore precum in Synagoga præsentes esse deberent* , (Ibid. lit. ד.) & *ex publico alerentur* , (lit. ו.) *ut precibus vacarent* ; (lit. ה. & ו. *Chazan* pariter Synagogæ dicatus fuit ; & in ea munere suo functus ; debuitque quotidie mane & vesperi sacris interesse ; neque nomine stipendium meruit , ut cum cœtu oraret , aliaque in Synagoga munia obiret.

LXIV. Nam Synagogæ consecratum fuisse , atque in illa ministerio suo functum esse , id inde satis liquet , quod fere constanter חזן הכנסת dicitur , sive *Chazan congregationis* , id est , ut nostra quidem fert opinio , חזן בית הכנסת *Custos domus congregationis* ; quoniam , uti mox probabimus , ædem sacram *custodire* , claudere , & recludere debuit , mundare item , cæteraque omnia curare quæ ad cultum ejus pertinent . Cum itaque ad hæc omnia rite curanda quotidie justo tempore præsto esse debuit , tum etiam ad preces publice fundendas , librum legis ex arca promendum iterumque recondendum , ad lectores legis evocandos , & in ipsa lectione juvandos , &c. Adeo quidem , ut æque ac summi quique Synagogæ Gubernatores , titulum obtinuerit , הממונה על צרכי ציבור *Præfecti negotiis cœtus* , uti hæc aliaque infra pluribus ostendemus.

LXV. At quantamcunque speciem hæc habeant , ut multis modis arguere videantur , *Chazanem s. Custodem Synagogæ* in *Otiosos* esse referendum : tamen si omnia recte perpendantur , nihilo magis ad illos pertinere videtur , quam cæterorum quisquam , quos Cl. *Ligfootus* in illum ordinem adscripsit . Nam *primo* , cum , ut jam supra jecimus , *Otiosi* universi & singuli ejusdem ordinis & dignitatis , idem omnes egerint , neque ullo modo inter se fuerint distincti : *Chazan* prorsus singularis fuit , neque quemquam sibi similem in Synagoga habuit . Erant enim in singulis Synagogis singuli , vel ad summum bini , siquidem publicus & ordinarius *Chazan* filium suum , vel alium quemcunque adsciseret , qui , si tempus ad eam rem ferret , vice ejus fungeretur. Plures vero in una Synagoga fuisse non temere legeris . At plures tamen , & quidem decem fuisse oportet , eosque omnes ejusdem ordinis & muneris , si *Chazan* etiam inter *Otiosos* fuerit censendus.

LXVI. *Secundo* vero ' uti *Chazan* iis locis , ubi fuse & ex professo de illo agitur , nunquam *Batlan* vel *Otiosus* dicitur , (Vide Cod. *Taanith* cap. II. §. I. *Maim. Hilc. Tephil.* cap. VIII. §. II. 12. *Orach chaij.* Tit. LIII.) ita etiam nullo jure dici potuit , cum nulla religio illum quodcunque opus facere prohibuerit . In illo sane sene , qui die jejunii שליח ציבור *Minister cœtus* constituebatur , ad solennes preces publice fundendas , inter cetera etiam hoc requirebatur , ut opus in agris haberet , vel agriculturam exerceret. Cod. *Taanith* , cap. II. §. I. in Gemara , fol. 16. I. fine . תנו רבנן עמדו בתפלה אע״פ שיש שם זקן

וחכם אין מורידין לפני התיבה אלא אדם הרגיל איזהו רגיל רבי יהודה אומר מטופל ואין לו ויש לו יגיעה בשדה וביתו ריקם וגו׳ : *Tradiderunt Magistri Nostri : Cum starent in oratione, etsi ibi præsto erat vir senex & sapiens, tamen non jubebant descendere ante arcam* (ad preces publice fundendas) *nisi hominem idoneum. Sed vero cujusmodi sit oportet, ut idoneus sit? R. Jehuda dicit : Qui habet numerosam prolem, cuique nihil est, & qui opus in agro habet, cujus domus vacua, &c.* Requiruntur hic omnia ea, quæ studium, attentionem, & zelum hujus Ministri in precibus dicendis quam maxime accendant; ut numerosa proles, & res angusta domi, & futuræ messis anxia exspectatio supplicanti calcar addant. Ita *R. Salomo Jarchi* : מטופל ואין לו יש לו טפלין ואין לו במה להתפרנס שלבו דואג עליו ויש לו יגיעה שמתכוין יותר בתפלת הגשמים : *Cui parvuli sint, neque sit quo hi alantur, adeo ut inde animi angatur*. Et si illi molestia, vel labor : *quo magis attentus sit in precibus pro pluviis impetrandis*. Scilicet non tantum unum & commune periculum, atque una salus, quæ utrosque manent, vota hujus ministri augent; sed & tanto majori animi laterumque contentione illum oraturum verosimile est, quanto magis urget res angusta domi, & duris in rebus egestas. Quod cum de eo, qui ex publico satis liberaliter sustentatur, minus certo sperare liceat, ejusmodi pro illo tempore ministrum constituunt, qui cum & ipse agros habeat, in periculi salutisve publicæ partem sit venturus. Ac ne quis nos ab illo argumentum ducere miretur, qui præter ordinem, ac לפי שעה, uti Hebræi alias vulgo loqui solent, hoc munere fungitur; sciendum est, eandem omnium ministrorum rationem esse, quorum constituendi qualitates ex hoc ipso, quem citavimus, loco peti solent. Ita enim *R. Jos. Karo*, in *Keseph Mischneh*, ad *Hilch. Teph.* cap. VIII. §. 11. הכי תניא בפרק שני דתעניות לגבי תענית ציבור ולמד משם רבינו לכל יום : *Ita Traditio Exorica habet Capite secundo Cod. Taanith, de Jejunio publico, unde Magister noster argumentatur ad id quod quotidie fit*, s. quod ordinarium est. Si itaque ille qui in tam gravi causa Minister cœtus constituebatur, non debuit esse homo *Otiosus* : nihil causæ est, cur non idem de ordinariis quoque concludamus. Atque illud inde porro confirmatur, quod Hebræi, alius etiam artis, seu forte laboris mavis, expressam mentionem faciunt. *Schulch. Aruch*, *Orach chaij* : Tit. LIII. §. 25. in *Animadversionibus Rabi Mosis Iserlæ* ושליח ציבור שהוא שוחט ובודק לא יתפלל בבגדי הצואים ומסריחים וגו׳ *Et Minister cœtus, qui mactat & explorat, non orabit* (publice) *habitu sordido & fœtido*; Quod satis arguit, publicum cœtus ministrum etiam aliud agere posse, quam quod Synagogæ usus postulat, atque adeo non esse *Otiosum*.

LXVII. Sed *tertio* neque illud nobis nunc est negligendum, etsi modo præterire constitueramus, quod cum Cl. *Lightfootus* חזן *Chassanem*, *Custodem*, & שליח ציבור *Ministrum Synagogæ*, eandem personam in Veteri Synagoga egisse existimet, illi toto genere in eadem fuerint diversi. Nimirum uti in nostris Ecclesiis, saltem mediocribus illis, *Æditui* & *Prælectores* distincti sunt; quorum ille ædem ipsam curat, hic caput Biblicum populo prælegit; & cantum moderatur: ita & olim antiquis temporibus *Chassan* ædituum agebat, at *Angelus Synagogæ* populo preces præibat. Id alibi pluribus probatum ibimus; nunc sequens saltem testimonium in hanc rem consideretur. *Tosephot Berach.* f. 34. col. 1. ad cap. IV. §. 4. וחזן לאו היינו ש״צ דחזן היינו המתעסק בצרכי צבור וכן משמע נמי בסוט׳ דלאו אש״צ דמעיקרא קאמר אין הכהנים רשאין להתחיל בברכה עד שיכלה הדבור מפי הקורא והקורא פי׳ הקורא כהנים ואח״כ אומר אין שליח צבור רשאי וכו׳ משמע דשנים הם : *Chassan vero non est Legatus cœtus : quia Chassan est is qui procurat negotia Synagogæ. Atque ita etiam est in Cod. Sota* (cap. VII. f. 39.) *illum non esse Legatum cœtus; Nam primo dicit : Sacerdotibus non licet incipere benedictionem, priusquam sermo absolutus sit ex ore vocantis, id est, illius qui Sacerdotes evocat* (vel *monet*;) *tum postea rursum dicit : Non licet legato cœtus, &c. Quo pacto docet, illos esse duos* (distinctos.) Si igitur duo fuere, non unus, uti Cl. *Lightfootus* existimat, id rationes numeri illius, quem quærit, denarii conturbet necesse est : Siquidem tum non decem amplius, sed jam undecim Otiosi fuerint statuendi. Sed de hac re alibi pluribus agemus.

LXVIII. Quod vero Cl. Lightfootus, eundem *Chazanem Episcopum* facit, ab eoque Episcoporum, quorum in N. T. frequens adeo mentio occurrit, originem derivat, id prorsus alienum ac pene ridiculum est. Nam cum *Episcopi* illi principem in Ecclesia locum obtinuerint, ceu illius Doctores ductoresque, atque ipsius Dei Oeconomi, uti cuivis notum est; quid cum illis commune habuerit חזן noster, qui Synagogæ tantum mini-

ſter erat, ſeu potius famulus, viliſſima quæque munia in Synagoga obiens, neque alio fere loco habitus, quam vulgo apud nos æditui, ædis ſacræ Cuſtodes, eſſe ſolent? Quod cum jam ante ipſum annum pluribus publice victum dediſſemus, quando de גבאים ſeu *Eleemoſynariis* agebamus; tum idem argumentum non ita multo poſt a Cl. Viro, *Camp. Vitringa*, occupatum deprehendimus, qui *Lightfooti* errore tandem obſervato, illum in *Archiſynagogo* ſuo, cap. IV. ſic ſatis ſolide & prolixe refutavit, nobiſque adeo hac parte otia fecit.

LXIX. Interea vero illud nobis hoc loco minime prætereundum eſt, quod ſententiæ illius jugulum petit, ipſamque funditus evertit. Quod enim Cl. *Lightfootum* in hunc errorem induxit, id eſt, quod vocabulum חזן aliqua ſui parte cum verbo חזה conveniat, & ab ipſis etiam Hebræorum Magiſtris eo referatur. *R. Nathan* in *Aruch.* פירוש הוא שליח צבור ותרגום רואה חוזה שהוא צריך לראות היאך יקרא והיאך קורא בני אדם לקרות בתורה *Significat* Miniſtrum cœtus. *Et* רואה *Chaldaice explicatur* חוזה. *Quoniam debet videre quomodo legat*, (aut forte *legatur*,) *& quomodo alios ad Lectionem legis evocet*. *Sic R. Elias in Tisbi*; ונקרא חזן מלשון ראייה שהוא צריך לראות היאך יקרא וגו׳ *Et vocatur* חזן *ex ſignificatu videndi*, *quia videre debet*, *quomodo legat*, &c. ונקרא אם כן חזן לפי שהוא צריך לראות מה הם צורכי הציבור שיעשה המוטל עליו Chazan *itaque dictus eſt*, *quia debet videre*, *quænam ſint neceſſaria cœtui*, *ut faciat id quod ipſi præſcribitur*. In eundem ſenſum etiam *Aquinas*. Hinc *Buxtorffius*, in *Lexico Talm.* col. 730. חזן reddit, *Speculator*, *Inſpector*, *Cuſtos*, *qui proviſionem & curam alicujus rei habet*. *Miniſter*, *& ſtricte Inſpector*, *Miniſter Synagogæ*. Et *Seldenus*, de *Syned.* Lib. II. cap. 5. §. 4. ושני חזנין reddit, *& duo Inſpectores ſeu Lictores*. Ita etiam eruditiſſimis hiſce Viris impoſuit Hebræorum auctoritas, qui חזן a חזה derivarunt. Unde porro *Lightfootus*, cum etiam in N. T. *Inſpectorem* quendam inveniret, ſ. ἐπίσκοπον; duos illos inter ſe comparare ſuſtinuit, & alterius originem ab altero repetere. Id itaque cum illius ſententiæ fundamentum ſit, hoc everſo, etiam quicquid ei ſuperſtructum eſt, corruat neceſſe eſt. Negamus igitur חזן a חזה derivari, cum quod inſolens prorſus ſit a verbis quieſcentibus tertia radicali He deducere nomen officii in ן terminatum; tum quod ex illo principio latior ſit futura ſignificatio, quam ut tam arctis miniſterii limitibus commode finiri poſſit. Nam quod attinet nomina a verbis formæ גלה derivata, ac in ן exeuntia, illa in ון finiuntur, uti חזון, חרון, הזיון, הריון, רצון, aliaque complura, quæ ut plurimum abſtractam ſignificationem habent, rarius concretam, ut אביון, *egenus*. Vel ſi ן habeant, ה inſuper movent, ſed in Jod mutatum, uti קנין, בנין, מנין quæ tum pariter abſtracta ſunt, non concreta. Neque ex reliquis horum nominum formis ullam temere inventum iri exiſtimo, ad quam præſens vocabulum ratione derivationis commode referri poſſit. Porro vero neque ſignificatio ipſa convenit. Cum enim Viri Docti חזן *Inſpectorem* vertant, ceu qui *inſpectionem*, id eſt, curam rei alicujus habeat: vox חזה nunquam, quod ſciam, neque apud Hebræos, neque apud Chaldæos ejuſmodi *inſpectionem* notat cum cura alicujus rei conjunctam, ſed tantum ſimplicem *viſionem*, *adſpectum*; neque ullum derivatum occurrit, quod vel leviſſimum illius ſignificatus indicium præ ſe ferat: Quod tamen neceſſe eſt, ſiquidem חזן ſignificatum *Inſpectoris* ab illo verbo ducere debeat.

LXX. Undenam igitur, inquis, derivandus erit חזן, ſi non a חזה, a *videndo*, cum nulla alia Hebræis vox ſit, ad quam ceu propriam originem ullo modo pertinere poſſit? Ex Arabum theſauris, inquam ego, qui ceu optimæ fidei theſaurarii acceptam ab Hebræis vocem ſedulo aſſervarunt. Habent enim illi etiamnum verbum חזן *He* vel *Cha* punctato, quod Schindlerus & Golius per *recondere* & *aſſervare* reddunt, atque unde non tantum מחזן *Machſen*, *Apotheca*, *horreum*, (quo nomine primo Hiſpanis, nunc etiam reliquis Europæis armamentaria appellantur) ſed etiam חאזן *Chaſin*, quod Golio *Theſaurarius*, *condus*; Schindlero vero etiam *Oeconomus*, *Cubicularius* &c. vertitur; atque illi denique etiam in ſpecie Cuſtos Paradiſi. Unde firmiter nobis perſuademus, vocem חזן primo & proprie *cuſtodem* notare, cujus fidei atque curæ aliquid eſt commiſſum, & in ſpecie cui loca cuſtodienda committuntur, ut horti, & loca publica. Et hanc noſtram obſervationem mirum quantum ipſius vocis receptus apud Hebræos uſus confirmat, ſiquidem hi varios *cuſtodes* hac voce deſignant, eamque etiam per שומר explicant. Ita quod eſt *Babba Metzia*, f. 93. col. 2. pr. החם בחזני מתא, *iſtic agitur de Chaſſane Civitatis*; *R. Sal.*

R. Sal. Jarchi explicat שומרי העיר בלילה *nocturni civitatis Custodes*. Operæ pretium est adscribere verba Cl. *L. Empereur*, ex *Notis ad Itin. Benjam.* pag. 148. *Codice Bava Metzia*, inquit, *c.* VII. *f. ed. Ven.* 93. *facie secunda*, *Custodes civitatis ea voce insigniuntur: prout Glossa S. Jarchi enarrat ad illa verba, quibus de ejus reatu disputatur, qui non satis suæ curæ commissa servasset. Ibi Civitatis Custode minime culpa vacare, si aliquod infortunium accidisset, traditur his verbis*, התם בחזני מתא *istic*, *sc. agitur*, *de Custodibus civitatis: ac si diceret, etsi alii, hi tamen excusari nequeunt. Ubi S. I. &c.* Ac sequitur ibidem exemplum Jacobi, qui Labani *Custos* fuerit. אל אתן יעקוב אבינו חזן מתא הוה דאמר ליה ללבן נטרי לך נטירותא כחזני מתא: *Dixit illi, etiam Jacob Pater noster Custos civitatis fuit, ex eo quod dixit Labani; custodivi te custodia diligentissima, ut Custodes urbis solent*. Qua re semel recte observata ratio liquet, cur ministri publici, sive Synagogæ, sive Academiæ, sive denique etiam Judicii, communi voce חזנים appellentur.

LXXI. Nimirum uti שומרי העיר בלילה *nocturni civitatis Custodes* חזני מתא dicuntur; ita & ministri cœtus, quibus Synagogæ cura est commissa, quam statis temporibus aperire & claudere, cujus libros & tapetes, ac quæ sunt reli- qua ejus supellectilia vel ornamenta, depromere, recondere, atque omni fide ac diligentia asservare debent, pariter חזנים vocantur; eodem prorsus modo, eademque ratione, qua hodieque inter Christianos, qui similia in Ecclesia ministeria obeunt, ab *Æde* sacra *custodienda Æditui*, vel *Custodes*, appellantur. Ovum ovo non est similius, quam Christianorum *Custodibus* Hebræorum *Azanitæ*. Nam si addere lubeat, *Custodes* nostros aliquando etiam prælectorum præcentorumve vice fungi, aliquando vero etiam ab iisdem esse distinctos; idem in *Azanitis* Hebræorum, minimum hodiernis, deprehendes.

LXXII. Porro cum *ministri academici* in בית המדרש f. *Academia* eadem omnia agere debeant, quæ *Æditui* in Synagoga; cum, inquam, illam custodire debeant, mundare, aperire, claudere, &c. hinc & illi pariter חזנים, sive *Custodes*, dicti sunt. Præclara hanc in rem est glossa *R. Sal. Jarchii* ad dictum *R. Jose*, quod inter alia elegantia ejusdem apophthegmata legitur, Cod. *Schabb.* f. 118. col. 2. ואר׳ יוסי יהא חלקי ממושיבי בית המדרש ולא ממעמידי בית המדרש *Præterea R. Jose dicere solebat: sit portio mea cum iis qui considere faciunt Academiam, non vero cum illis qui eandem surgere jubent. Ubi Jarchius*, ממושיבי בית המדרש חזנים מאספי תלמידים בכל יום לבא: Cum iis, qui considere faciunt Academiam: *Hi sunt*, inquit, *Chassanim, qui Studiosos quotidie congregant, ut conveniant* ממעמידי מזונים לעת האוכל לומר הגיע עת לאכול: Cum iis qui surgere jubent: *Qui constituti sunt, ut tempore cibi capiendi dicant, tempus est edendi*; quemadmodum sc. in nostris Academiis custos, quem vulgo *Pedellum* dicunt, clara voce, signove dato, *horam auditam* monet.

LXXIII. Denique, cum Judicia locis instituantur a Synagogis & Academiis diversis, uti jam supra evictum est §. XXXII. seq. quibus harum ædium, Hebræi vulgo בתי דינים vocant, cura & custodia est commissa, pariter חזנים f. *Custodes* dicti sunt; plane uti in Belgio iidem a *custodia* Deurwaardes, vel Kamerbewaarders appellantur. Ita Cod. *Maccoth*, cap. III. §. 12. כיצד מלקין אותו כופת שתי ידיו על העמוד הילך והילך וחזן הכנסת אוחז בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהוא מגלה את לבו והאבן נתונה מאחריו חזן הכנסת עומד עליה ורצועה של עגל בידו כפולה אחת לשנים ושנים לארבעה וב׳ רצועות עולות ויורדות: Quæ verba Cl. Coccejus olim ita vertit: *Quomodo fit flagellatio? adstringit* (quis) *ambas ejus manus ad columnam. Tum Minister Publicus vestem ejus arreptam* (detrahit) *sive rumpatur sive dissuatur, usque dum denudet pectus. Lapis pone illum collocatus est, in quo Lictor, manu tenens lorum bubulum complicatum primo, ut ex simplici fit duplex, iterum, ut ex duplici fiat quadruplex. In illo duo lora sunt, quæ adscendant & descendant*. Hic qui sententiam Judicum exsequitur, & reum cædit, חזן dicitur, quem Cel. Coccejus per *Ministrum publicum & Lictorem* reddit, & satis feliciter, siquidem nulli dubium esse possit, quin is, qui reos cædit, & *Minister publicus* sit, & *Lictoris* officio fungatur. Sunt enim satis noti in scriptis Hebræorum שליחי ב״ד, *Ministri judicii*, qui Judicibus adsunt, eorumque mandata exsequuntur. Neque difficultatem cuiquam movere debet, quod hic insolentius חזן הכנסת dicitur, (uti & apud *Maimon. Hilch. Sanh.* cap. XII. §. 8. & *Hilch. Schebhuoth* cap. XI. §. 13.) cum satis notum sit, *Judicii Ministros* a *Ministris Synagogæ* fuisse diversos. Hinc *R. Obad. Bartenorius* diserte, חזן שמש שליח ב״ד Chassan, inquit, *famulus*, *Minister judicii*.

dicii. Et Cod. *Sanhed.* cap. 1. Gemara ad §. *6.* fol. 17. col. 2. ministri judicum, שני סופרים ושני חזנים *Duo scribæ, & duo Chassanim:* id est, inquit *Jarchius*, שמשי ב״ד להלקות את החייב ולהזמין בעלי דינין לדין, *Ministri Synedrii, ad cædendos reos, & litigantes citandos*. Quod si porro accuratius perpendatur, forte hinc solutio peti poterit illius dicti Servatoris nostri, ubi Apostolis suis fore prædicit, ut flagellentur ἐν ταῖς συναγωγαῖς Judæorum Matt. x. 17. Nam cum Ministri Judicum, apparitores, חזני הכנסת *Custodes* vel *Ministri Synagogæ* vocentur, non difficile est existimare, vel collegia ipsa Judicum, vel forte loca judicii aliquando כנסת *Synagogam* esse appellata. Quorum istud eo etiam facilius existimes, quo certius est, atque inter omnes constat, Synedrium maximum, summum illud totius populi consilium, frequenter nomine כנסת הגדולה *Synagogæ Magnæ* appellari. Sed hoc saltem verbo monuisse sufficiat, neque enim hanc disputationem hic loci ingredi lubet.

LXXIV. Ceterum ex iis quæ de variis חזנים diximus, sic satis constat, non tantum quæ ratio fuerit *Chassanis Synagogici*, & quam ille in Synagoga personam egerit, spectatine alicujus præfecti, uti *Lightfooto* placet, an inferioris ordinis ministri; uti reliqui *Chassanim*, qui in Civitatibus, Judiciis, & Academiis inveniebantur; sed & ratio nominis liquet, quod a *custodia* desumtum esse cum ex Arabismo, & interpretatione atque auctoritate *R. Salomonis Jarchii*, tum ex ipso illo, quod præstat ministerio, putamus esse manifestum. Unde tandem ultro sequitur, *Chassanem* non esse dictum ab *Inspiciendo*, uti Hebræi & cum illis alii summi Viri existimarunt; atque adeo ipsa fundamenta *Episcopatus Azanitici* in Synagoga, & quicquid illi inædificatur de origine Episcoporum Christianorum inde arcessenda, sponte sua collabi funditusque everti. Et hæc de *Angelo Ecclesiæ*, & *Episcopo congregationis*, vel potius *Custode Synagogæ*, hoc tempore monuisse sufficiat.

LXVV. Pergimus igitur ad *Diaconos*, vel *Eleemosynarios*, quibus Clarissimus D. *Lightfootus* tertium locum in illustri ordine *Otiosorum* adsignat. *Tertio*, inquit, *Tres etiam erant Diaconi, vel Eleemosynarii, quibus cura pauperum, atque hi vocabantur* Parnasim *vel* Pastores. *Atque hi septem forte reputandi sunt* טובי העיר Septem boni viri civitatis, *de quibus frequens memoria apud Talmudicos*. Tria hic Vir Clarissimus inculcat. 1. *Diaconos* fuisse *Otiosos*. 2. Eosdem (ordinario) vocatos fuisse *Parnasim*. 3. Denique conjicit, hos *Diaconos* junctos tribus *Judicibus*, & *Chassani*, constituisse celebre illud collegium *Septemvirorum Civitats*. Quæ omnia singulatim examinari merentur.

LXXVI. Quod itaque primo loco *Diaconos* in *Otiosos* refert, id nihilo majore jure fieri putamus, quam in superioribus de aliis factum vidimus. Hos *Diaconos* Hebræi vulgo גבאי צדקה appellant, quasi *Exactores* dicas, vel *Collectores Eleemosynæ*, a Chald. גבי, quod est, *Exigere, colligere*; ut adeo pars muneris illorum tantum exprimatur, quandoquidem eleemosynas non tantum colligere, sed etiam rite administrare & distribuere debent. Id quod cum ex re ipsa liquet, tum ex Apophthegmate illo R. Josis, quod legitur Cod. *Schabb.* f. 118. col. 2. יהא חלקי מגבאי צדקה ולא ממחלקי צדקה: *Sit portio mea cum collectoribus Eleemosynarum, non cum diribitoribus earum*. Ubi *Jarchius*: מחלקי צדקה לעניים דאמרי׳ בב״ב פ״ק צדקה נגבית בשנים ומתחלקת בשלשה והמחלקים אותה עליהם לבדוק לפי הצריך לכל אחד ואחד ופעמים שקרובי׳ דעת׳ לרחם על זה ולחלוק יותר מן הצורך שאומרין אותו בהרווחה ואומרין את חברו בצמצום: *Qui distribuunt, sc. pauperibus, eleemosynam: Id quod dicunt in Babba ultima, cap. 1. Eleemosynæ* (cistæ) *colliguntur a duobus, & distribuuntur a tribus. Illis vero, qui eas distribuunt, probe etiam atque etiam inquirendum est, quantum cuique opus sit: At fit aliquando, ut singulari quadam in hunc illumve benignitate ferantur, atque adeo plus justo illi largiantur, dum hujus indigentiam liberalius æstimant, & rursum necessitatem proximi ejus avarius*. A *colligendis* itaque eleemosynis nomen גבאים *Gabbaim*, *Collectorum*, nacti sunt; (quod alias etiam exactoribus tributorum dari solet. Ita *Bechor.* f. 35. חבר ונעשה גבאי רוהין אותו מחברותו: *Si quis collegarum* (in Academia) *fiat exactor, illum privilegiis collegii privant*) Etsi iidem collectas etiam distribuere debent.

LXXVII. Horum *Gabbaim*, sive *Diaconorum*, necessitas, variæ species, munus, numerus, ac ratio denique universa, a Juris Judaici atque rituum scriptoribus passim inculcantur; quæ omnia nos aliquando peculiari Dissertatione de *Eleemosinys*, si Deo visum fuerit, pluribus exponemus. Si vero omnia illa cum iis contendantur, quæ supra §. xix. xx. de *Otiosis* ex mente præstantissi-

tissimorum inter Hebræos interpretum jecimus; ipso sole meridiano clarius evadet, *Diaconos* hosce nullatenus ad decantatum illum ordinem *Otiosorum* pertinere.

LXXVIII. *Primo* enim, cum *Otiosi* omnes ejusdem inter se ordinis & dignitatis fuerint, (§. xx. lit. א.) *Diaconi* Synagogæ non modo ab illis, quos Cl. *Lightfootus* recenset, *Judicibus*, *Chassane*, *Scholarcha Theologico*, & *Interpretibus*, toto cœlo differunt; sed & ipsi inter se in diversas classes sunt distincti. Sunt גבאי קופה *Collectores cistæ*, vel quæstores ærarii; & גבאי תמחוי *Collectores patinæ*, διάκονοι τῶν τραπεζῶν ministrantes mensis. Illi pecuniam colligunt, iterumque distribuunt, hi cibos; illi semel in septimana, pridie Sabbathi, hi quotidie; illi bini colligunt, hi terni; illi pauperes civitatis suæ curant, hi peregrinos; illi denique ubique in omnibus omnino locis necessarii, hi non item. Vide *Maim. Hilc. Matten. anij.* cap. ix. §. 1. 2. 3. 5. 6. Præterquam quod alii rursum sint præfecti administrationi פריון שבויים illarum eleemosynarum, quæ *redimendis captivis* destinatæ.

LXXIX. *Secundo*, *Batlanim* illi ita otio erant addicti, ut nihil agerent, quo victum quæritarent, sed rerum omnium securi a cœtu alerentur: §. xx. ב.) Id quod de *Diaconis* hactenus nusquam legimus, neque, nisi nos multum fallimur, alius quisquam temere legerit, & idoneis testibus dederit probatum. Quando Juris Hebræi Scriptores *Diaconos* describunt, fidem & prudentiam desiderant, & præterea nihil. Requirunt אנשים ידועים ונאמנים *ἄνδρας μεμαρτυρημένους καὶ πλήρεις πίστεως*, *viros spectatæ fidei & probitatis*, nec non חכמים aut נבונים *πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας*, *Sapientes* vel prudentes; sed de *otio* illorum nihil occurrit, ne *γρῦ* quidem. Et quæ ratio *Diaconos Otiosos* esse jubeat? quæ cogat necessitas? annon ipsius muneris ratio atque indoles *Otiosos* omnes respuat, atque eos ex adverso postulet, qui vel mercatura, vel arte, vel labore quocunque propriam familiam alant, *τέκνων καλῶς προϊστάμενοι, καὶ τῶν ἰδίων οἴκων*? quique longo usu prudentiam acquisiverint, & in rebus gerendis sint versati, inprimisque gnari pecuniæ tractandæ, cujus rei jam in proprio periculum fecerint? Quo & illud accedere potest, quod jam ab aliis Viris Doctis etiam est observatum, *Otiosorum* nomen illis minus convenire, qui pecuniam tractant, & ærario populi sunt præfecti.

LXXX. *Tertio*, Cum *Otiosi* illi in sola Synagoga munere suo functi sint adeo ut illis extra Synagogam nihil neque publici, neque privati negotii esset: (§. xx. ג.) Quis non rursum videt, quam hæc nullo modo Diaconis conveniant, qui munere suo non in Synagoga fungebantur, sed ubivis potius extra illam. Ostiatim & vicatim obibant, stipemque & cibos colligebant pauperibus alendis, eademque procul dubio non in Synagoga, sed extra illam distribuebant. Non patiebatur illud loci sanctitas, neque ex בית הכנסת *Synagoga* facienda בית המשתה *caupona* aut triclinium. Perpendatur solummodo illud *Maimonidæ* ex *Hilch. Tephil.* cap. xi. §. 6. בתי כנסיות ובתי מדרשות אין נוהגין בהם קלות ראש כגון שחוק והיתול ושיחה בטלה ואין אוכלין בהן ואין שותין בהן ואין ניאותין בהן ואין מטילין בהן ואין נכנסין בהמה מפני החמה ובגשמים מפני הגשמים. וחכמים ותלמידיהם מותרים לאכול ולשתות בהם מדוחק: *in Synagogis & Scholis nulla immodestia utuntur, risu, lusu, aut inepta confabulatione. Neque edunt aut bibunt in illis, iisve* (aliqua ratione ad usum non sacrum) *utuntur; imo nequidem deambulant in illis, iisve tempore æstivo succedunt ut se æstui subducant, aut pluviæ tempore pluviæ. Doctoribus tamen illorumque discipulis, rebus ita exigentibus, in illis edere & bibere licet.* Addatur vero & §. 7. ואין מחשבין בהם חשבונות אלא אם כן היו חשבונות של מצוה כגון קופה של צדקה ופריון שבויים וכיוצא בהן: *Neque rationes in illis ineunt, nisi illæ sacræ sint, uti ærarii eleemosynarum, illorumque nummorum, qui ad redimendos captivos sunt collecti, & quæ sunt hujus generis alia.* Nihil hic de Eleemosinis aut cibis in Synagoga pauperibus distribuendis, nihil de officio *Diaconorum* in illa, nisi quod accepti atque expensi rationes Senioribus, aut forte aliis, publice in Synagoga reddant, cum Hebræi & Diaconorum & cætus ipsius interesse putent, illorum in peculio populi administrando summam fidem constare. De ipsa vero collectione eleemosynarum, earumve distributione in Synagoga instituenda nihil est, ejusque contrarium ex his verbis facile perspicitur; quemadmodum de collectione illarum satis liquet ex *Maim. H. Matt. dnij* cap. ix. §. 1. 2. ubi Diaconi מחזרים על העם, *circumeunt apud populum*, & מכל חצר וחצר *ab unaquaque domo* cibos accipiunt.

LXXXI. *quarto*, cum munus *Otiosorum* nullum aliud fuerit, puam ut sese quo-

quotidie, mane & vesperi, tempore precum in Synagoga sisterent ad sacrum illum numerum denarium conficiendum; cum item primi & ultimi, atque assidui in Synagoga esse debuerint. (§. xx. ד. ה.) Quotusquisque est, qui non illico animadvertat atque perspiciat, summam *Diaconis* injuriam fieri, si quis illos in hunc *Otiosorum* ordinem redigere velit, & spectatissimos Viros Civitatis ita Synagogæ addicere, ut simul eadem concludat, & totum diem desidere cogat?

LXXXII. *Quinto*, neque enim necesse arbitramur singulis argumentis, quæ per se clara atque evidentia sunt, diu immorari; quis Hebræorum usquam tradidit, aut somniavit unquam, *Diaconos* ad id institutos, ut precibus præter cæteros vacent, ut aliis sero venientibus in Synagogam, aut etiam negligentibus inserviant, suamque præsentiam illis accommodent? quod tamen in *Batlanim* primarium fuisse, cujusque solius rei causa illos institutos esse, in superioribus disertis Hebræorum testimoniis, & gravissimis rationibus dedimus evictum. Vide §. XXXVIII. inprimisque XLIX. L. & sequentibus.

LXXXIII. *Sexto*, *Batlanim*, quia rebus omnibus relictis in solidum Synagogæ vacabant, ex ærario populi stipendia accipiebant, והם ניזונים או מתפרנסים משל ציבור, (vide §. xx. lit. ו.) At *Diaconi* non item. Nobis certe hactenus de stipendiis *Diaconorum* nihil in Judæorum scriptis occurrit. Ex quo Hebræorum silentio proclive est contrarium colligere. Nam cum de stipendiariis Synagogæ agunt, *Doctoris* solum meminerunt, *&* *Chassanis*; *Diaconorum* non item. *Schylchan Aruch*, *Orach chaij.* cap LIII. §. 24. ציבור שצריכין לשכור רב ושליח ציבור ונומר *Cœtus qui debet mercede conducere Doctorem* (Archisynagogum) *&* *Ministrum cœtus*, *&c.* Nulla hic *Diaconorum* mentio, quos tamen minime neglectos oportebat, siquidem hi perinde atque *Doctor* & *Minister Synagogæ* stipendia mererent. Et sua gravissima huic instituto videtur ratio constare. Neque enim æquum erat, ut qui ærario populi, inprimisque pauperum, præfecti erant, ipsimet illi oneri essent, atque illud attenuare & exhaurire juvarent. Id quod olim adeo sollicite cavendum rati sunt, ut ne quidem ex nummorum ciborumve necessaria permutatione ullum emolumentum ad illos voluerint redundare *Maimonides*, *Hilch. Matt. Anij.* cap. IX. §. II. גבאי צדקה שאין להם עניים להלק מצרפין המעות דינרים לאחרים אבל לא לעצמן גבאי התמחוי שאין להם עניים לחלק מוכרין לאחרים ולא לעצמם. *Cl. Prideaux* sic vertit: *Collectores Eleemosynæ* (sc. cistæ) *si pauperes non adsint quibus distribuant*, *commutent nummulos*, (quos collegerunt) *pro denariis cum aliis*, *sed non pro semet ipsis*. *Collectores Catini*, *si pauperes non adsint quibus distribuant*, (quod collegerunt) *vendant aliis*, *sed non sibimet ipsis*. Ita omnis suspicio, & vel species proprii commodi captati sollicite erat evitanda; nedum ut ullum ex officio stipendium ceperint.

LXXXIV. *Septimo*, *Decem* illi *Otiosi* majoribus civitatibus proprii erant, adeo quidem, ut sicubi non invenirentur, locus ille *Urbis magnæ* nomen tueri non posset. §. xx. lit. ז.) At *Gabbaim*, ubique in omnibus omnino urbibus constitui debebant, ubi aliquis saltem Israelitarum numerus incolebat. *Maimonides*, libro sæpius laudato, cap. IX. §. I. כל עיר שיש בה ישראל חייבין להעמיד מהם גבאי צדקה אנשים ידועים ונאמנים שיהיו מחזירין על העם מערב שבת לערב שבת ונומר *Israelitæ in unaquaque civitate*, *quam incolunt*, *tenentur ex se constituere Collectores Eleemosynæ*, *viros notos & fideles*, *qui apud populum circumeant pridie Sabbathi &c.* Et ne quis hoc ad *urbes* solummodo, & illas forte *majores* restringat, observetur, quod *Ibid.* tradit, §. 3. מעולם לא ראינו ולא שמענו בקהל מישראל שאין להן קופה של צדקה אבל תמחוי יש מקומות שנהגו בו ויש מקומות שלא נהגו בו והמנהג הפשוט היום שיהיו גבאי הקופה מחזירין בכל יום ומחלקין מע״שׁ לע״שׁ: *Nunquam neque vidimus*, *neque audivimus*, *cœtum ullum fuisse in Israele*, *cui non esset Cista eleemosynaria*, *quod vero Catinum attinet*, *quibusdam locis ille in usu est*, *aliis non item*. *Hodie vero ubique locorum obtinet*, *ut Collectores cistæ sint*, *qui quotidie ostiatim obeant*, (eleemosynasque colligant) *& pridie Sabbathi distribuant*. Quibus verbis *Maimonides* satis aperte docet, non tantum in civitatibus, sed & aliis omnibus cœtibus Judæorum *Diaconos* fuisse, etsi in iisdem non modo *decem Batlanim* non essent, sed etiam plane nulli, uti hodie plerisque omnibus locis obtinet.

LXXXV. Ut vero etiam ex natura *Diaconorum* horum unum & alterum argumentum repetamus, *octavo* loco notandum est, officium eorum fuisse שררה על הציבור *Magistratum*; cum e contrario *Otiosi* universitati mere ministerialem operam solummodo præstarent. Sic in illo pervulgato, אין ממנין שררה על הציבור בממון בפחות משנים *Non consti-*

tuunt supra cætum præfectos ærarii pauciores duobus. Locus nunc non occurrit, mox indicabimus. Sic etiam Codice *Peah Hierosol.* fol. 21. col. 1. m. רבי חניי כד הוה מקים פרנסים הוה מטעין לון אוריתא לומר שכל שררה שניתנה מתורה ניתנה: כי מלכים ימלוכו. כי שרים ישורו. *R. Haggai, quoties Parnasim constituebat, tradebat illis legem, dicens: omnis Magistratus, qui datur, a lege datur*. (Quemadmodum traditur Prov. VIII. 15.) *Per me reges regnant*. (& vers. 16.) *Per me principes dominantur*. Est itaque illa pauperum cura præfectura quædam, quæ *R. Haggæo* vel cum regno & principatu conferenda videbatur: quo pacto illos ab *Otiosis* multis modis diversos esse, quivis facile perspicit, qui saltem nobiscum observavit, quo munere illi functi sint; quod si non infimum in Synagoga fuit, certe proxime ab illo abfuerit necesse est.

LXXXVI. *Nono*, Gabbaim illi, sive *Diaconi* ad nummos cibosque in usu pauperum colligendos & erogandos constituti erant, atque inde etiam nomen גבאים *Collectorum*, & פרנסים *Pastorum* vel *Dispensatorum* nacti sunt; Quorum nihil est, quod *Otiosi* illi unquam præstitisse legantur, quippe qui tantum precibus publice fundendis in Synagoga vacabant.

LXXXVII. *Decimo*. Si vero numerum ipsum *Diaconorum* paullo accuratius consideremus, mirum quantum illud numerum hunc denarium, & rationes quas Cl. *Lighfootus* instituit, sit turbaturum. Etenim, uti jam supra innuimus, duum generum Diaconi olim erant, alii nummos ostiatim exigebant, alii cibos. Hos si conjungas, uti sane Vir Doctissimus conjungit & confundit, non *tres* modo, sed jam *sex* statuendi erunt, vel minimum *quinque*. Si vero saltem alterutros illorum in *Otiosos* adscribere lubeat, quæ causa, vel salrem species dari poterit, cur illos alteros excludas? Nam quæ ratio erit, cur *rei cibariæ præfectos* solos huc referamus, cum ne quidem in omnibus cœtibus olim locum invenerint, uti nuperrime ex *Maimonide* intelleximus; præsertim quum Codice *Sanhedrin* cap. 1. fine, ubi locus describitur, quem Viro Docto incolere liceat, nulla eorum mentio occurrat, sed solum גבאי צדקה sive eorum, qui *nummos colligunt* & distribuunt? Si vero alteros illos, *ærarii pauperum præfectos*, eo referre malis; non minus impeditæ rationes erunt, quandoquidem sic *duos* tantum invenies, cum *tres* requirantur, ad numerum illum denarium conficiendum. Stati enim Diaconi tantum *duo* erant, quibus tertius quivis ex reliqua multitudine adjungebatur, ad collectas cum duobus illis distribuendas. *Sanhedrin* f. 16. 2. f. וקופה של צדקה נגבית בשנים ומתחלקת בשלשה *Et cista eleemosynaria, quæ colligitur a duobus, & distribuitur a tribus* Quod *Maim.* in comment. ad *Mischam* illius Codicis sic explicat: ושני גבאי צדקה ושלישי לחלק צדקה *Et duo Collectores Eleemosinarum, & tertius*, (quidam, qui cum illis duobus) *easdem distribuat*. *Gabbaim* ergo ipsi *duo* tantum erant, tertius vero certus non erat, unde neque nomen *Diaconi* gerebat. Id quod clarius dicitur in *Keseph Mischneh* ad *Hilch. Sanh.* cap. 1. fine, ubi *R. Mosis Kotzensis* sententia si explicatur: אלא שנראה שתיקן לזה שלא מנה השלישי שמצטרף עם גבאי צדקה שכך כתב וכשיגיעו לחלק נוטלין אחד מן העם משמע אחד מן המנויין לעיל ודוחק לפ' כן ונומר *Sed videtur ita* (hunc numerum) *instituisse, quia tertium, qui Collectoribus Eleemosynæ adjungitur, non numerat, nam sic scribit: Et cum eleemosynas distributum eunt, adsciscunt unum ex populo, id est, unum aliquem ex illis, qui supra memorantur. Atque ita explicare necesse est, &c.*

LXXXVIII. Denique *undecimo*, *Diacones* ab *Otiosis* distinctos esse sic satis diserto testimonio probatur, quod utrorumque, ceu diversorum, apertam mentionem facit. Est id autem idem illud, quod jam supra, cum de *Judicibus* ageremus, in medium produximus. Repetamus paucis ex *Maim. Hilch. Sanh.* cap. 1. §. ult. *Et quare*, inquit; *Synedrium* (minus XXIII. virale) *non obtinet nisi in civitate in qua centum & viginti* (minimum incolæ) *sunt? Ut ex iis cum ipsum Synedrium viginti trium virorum constitui possit, tum tres ordines* XXIII. *virales* (Candidatorum) *& porro decem otiosi Synagogæ; duoque scribæ, totidempue Apparitores; duo item litiganoes, duoque testes; & qui testes hosce falsi convin cant, duo; iterumque duo qui postremos hosce falsi revincant; Nec non duo collectores Eleemosynarum, atque insuper adhuc unus, ut tres distribuant: Et tandem denique Medicus, Chirurgus, Notarius, ac Ludi Magister. Ecce* CXX. Satis manifestum est hic loci *Diaconos* ab *Otiosis* distingui; nam si veteres aliter putassent, & *Diaconi* ex *Otiosis* fuissent, singulorum singulatim non meminissent.

LXXXIX. Posteaquam itaque sic etiam *Gabbaim* sive *Diaconos*, ab illo infimo ordine *Otiosorum* vindicavimus; proximum est, ut videamus, an iidem vul-

vulgo etiam פרנסים *Parnasim* sive *Pastores* appellentur. Ita enim Clarissimus *Lightfootus*: *Tres*, inquit, *etiam erant diaconi, vel Eleemosynarii, quibus cura pauperum, atque hi vocabantur Parnasim vel Pastores. De his Parnasim hæc tantum adducemus. Duo erant qui Eleemosynam exigebant ab oppidanis, atque hi vocabantur* שני גבאי צדקה *Duo exactores eleemosynæ, quibus etiam addebatur tertius ad ejus distributionem. Maim. in Sanedr. cap.* 1. His addit locum ex *Peah Hierosol.* fol. 21. 1. ubi vox *Parnasim* aliquoties occurrit, quam Vir Doctissimus de iisdem *Diaconis* accipiendam putat.

XC. Etsi vero, quæ hic Vir meritissimus tradit, non æque ac cetera falsa, tamen neque omnia vera sunt, sed minimum plane confusa atque indistincta. Neque enim temere quemquam probaturum confidimus, גבאי צדקה *Collectores Eleemosynarum*, de quibus *Maimonides* loquitur, פרנסים *Parnasim* dici: cum hoc nomen vulgo illis tribuatur, qui Synagogam tanquam Seniores gubernant atque moderantur, vel summum rei cibariæ præfectis tantum. Et certum est, quod Cl. *Vitringa* alicubi in *Archisynagogo* suo observat, in *Joreh Dea*, ubi de *Eleemosynis aarumque administratoribus* ex professo agitur, illos nunquam *Paruasim*, sed constanter גבאים appellari; Cui *Maimonidem*, aliosque complures de eodem argumento agentes, si ita opus esset, addere possemus.

XCI. Neque tamen nihili est locus ille, quem Cl. *Lightfootus* ex *Peah Hieros.* producit, f. 21. col. 1. ubi, quum de *Eleemosynis* agitur, τῶν *Parnasim* frequens mentio occurrit Cl. *Lightfootus*, quæ convenere, in Latium sermonem librumque suum transtulit; Cl. *Vitringa* eadem etiam Hebraice exhibuit, & *Lightfooti* lapsum notavit. Cum vero insignis locus sit, & intellectu difficillimus (qualis quidem nobis semper visus est) non abs re facturos putavimus, si illum integrum produceremus, cum post Cl. Virorum diligentiam aliquis spicilegio locus sit relictus.

XCII. Textus sic habet: רבי חלבו בשם רבי בא בר זבדא אין מעמידין פרנסין פחות משלשה אנא חמי דיני ממונות בשלשה דיני נפשות לא כל שכן ויהיו עשרים ושלשה עד דהוא מצמית לון הוא מסכן רבי יוסי בשם רבי יוחנן אין מעמידין שני אחין פרנסין רבי יוסי עבר חד מן תרין אחין עאל ואמר קומיהון לא נמצא לאיש פלוני דבר עבירה אלא שאין מעמידין שני אחין פרנסין רבי יוסי עאל לכפרה בעא מוקמה לון פרנסין ולא קבלין עליהון על ואמר קומיהון בן בבי על הפקיע ומה אם זה שנתמנה על הפתילה זכה להמנות עם גדולי הדור אתם שאתם מתמנים על חיי נפשות לא כל שכן ר' חגיי כד הוה מקים פרנסין הוה מטעין לון אוריתא לומר שכל שררה שניתנה מתורה ניתנה בי מלכים ימלוכו בי שרים ישורו רבי חייא בר בא מקים ארכונין ר' ליעזר הוה פרנס חד זמן נחית לביתיה אמר לון מאי עבדיתון אמרו לו אתא חד סיעא ואכלון ושתון וצלון עלך אמר לון ליכא אגר טב נחת זמן תיניין אמר לון מאי עבדיתון אמרו לו אתא חד סיעא חורי ואכלון ושתון ואקלונך אמר לון כדין איכא אגר טב: *Rabi Chelbo nomine R. Ba, fil. Zebedæi, dixit: Non constituunt Parnasin pauciores tribus. Video enim Judicia pecuniaria administrari a tribus, nonne itaque multo magis quæ vitam hominis spectant?* (Objectio) *Ergo tres & viginti esse debebant*, (quod sunt judices in caussis capitalibus. Resp. Nequaquam vero) *nam priusquam aliquis illos omnes in unum cogere posset, jam extrema ageret, in extremum vitæ periculum adductus. R. Jose nomine R. Jochanan: Non constituunt* (inquit) *duos fratres Parnasin. Idem cum aliquando unum ex duobus fratribus* (Parnas) *crearet, adiit & dixit ad illos: non in* τῷ δεῖνα *crimen ullum inventum* (cur illum non constituerim Parnas) *sed quia non creant duos fratres Parnasim simul. Idem Rabi Jose aliquando Kepharam abiit, ut ibi Parnasim ordinaret; sed non recipiebant in se* (hoc munus.) *Dixit itaque illis, ben Bebbai præfectus fuit flagellationi; quod si itaque is qui flagello tantum præfuit, summis seculi sui viris annumerari meruit, nonne vos multo magis, qui vitæ hominum præficiendi estis? Rabi Chaggai quando Parnasim creabat, arguebat illis ex lege*, (vel, si commentarium ad h. l. sequimur, *librum legis illis in manum tradebat*) *dicens*: πάντα ὅσα Ἡγεῖα *a lege data est*; (*ex illo Prov.* VIII. 15. 16.) *Per me reges regnant; &, per me Principes dominantur. R. Chija, fil. Ba, constituebat* ἄρχοντας. *R. Lazarus Parnas fuit. Is cum aliquando domum suam ingrederetur, quærebat ex illis*, (domesticis.) *Quid egerunt illi* (pauperes?) *Cui hi, venit, inquiunt, cœtus quidam, ederunt, biberunt, ac denique pro te vota fecerunt. Tum ille: non erit bona merces. Cum rursum alio tempore domum rediret, eodem modo, quodnam fuit, inquit, institutum illorum? Cui domestici: Venit alius quidam cœtus, ederunt & biberunt, tibique tandem maledixerunt. Tunc, inquit ille, mihi bona merces expe-*

ſpectanda. *R. Akibam aliquando Parnas conſtituere volebant*, *&c.*

XCIII. Hic integer locus eſt, ex quo Cl. *Lightfootus* particulas quaſdam, quæ in rem eſſe videbantur, decerpſit. Locus, qui, ſi verum fateri licet, nobis ſemper difficilimus & intricatiſſimus viſus eſt. Quotuſquiſque enim eſt juris & moris Hebraici paulo peritior, qui non illico multa obſervet, quæ cum aliis Hebræorum inſtitutis, ſaltem ad ſpeciem, vehementer pugnent? Præterquam enim, quod, cum *Diaconi* alias paſſim נבאים, & נבאי צדקה vocantur, uti jam monuimus, hic פרנסים dici videantur: cetera quoque omnia ſunt diverſa. Nam *primo*, hic *tres Parnaſim* conſtituuntur, cum *Gabbaim*, ſive *Collectores Eleemoſynarum* tantum *duo* ſint, uti ex ſuperioribus abunde conſtat. *Secundo*, Officium horum *Parnaſim* confertur cum Judiciis capitalibus, cum Officium *Diaconorum* alibi paſſim ſimile dicatur Judiciis pecuniariis. *Peah Babyl.* f. 11. fac. 1. pr. והקופה נגבית בשנים ומתחלקת בשלשה *Et pecunia colligitur a duobus*, *diſtribuitur vero a tribus*. Ad quæ verba R. Moſes Maimonides inter alia ſic commentatur: ועל כן אל יעסקו בקבוץ אותה פחות משנים כי העקר בידינו שאין עושין שררה על הציבור פחות משנים וכשיחלקוה יהיו שלשה מפני שהוא דין מדיני ממונות לתת לזה הרבה כפי צרכו ורוב בניו ויתנו לזה מעט כפי הראוי לו כמו כן והעקר בידינו דיני ממונות בשלשה: *Et propterea ac illi* (pecuniæ) *colligendæ pauciores operam dent duobus*. *Hæc enim rata traditio eſt in manibus noſtris*, *quod non præficiatur cœtui magiſtratus*, *niſi minimum conſtet ex duobus*. *Quando vero diſtribuunt illam*, *tres debent eſſe*, *quia eſt de genere judiciorum pecuniariorum*, *ut huic plus tribuatur*, *pro ratione indigentiæ ejus*, *&* *multitudine liberorum*; *illi vero minus*, *pro eo atque ipſi pariter convenit*. *Sed & illud apud nos certum eſt*, *judicia civilia peragi a tribus*. Vide eundem etiam *Hilch. Matten. Anijm.* cap. IX. §. 5. *R. S. Jarchi* ad Cod. *Peah* l. c. *Joreh Deah*, CCLVII. & alibi paſſim. *Tertio*, hic duo fratres non creandi ſimul *Parnaſim*; at poſſunt ſimul eſſe *Gabbaim*. Sic *Turim*, *Joreh Deah*, cap. CCLVI. הלכך אפילו שני אחין יכולין לגבותה: *Et hinc etiam duo fratres poſſunt illam* (ciſtam) *colligere*.

XCIV. Hinc adeo, cum hæc ita e diametro pugnare videantur, nulli fateri erubeſcimus, præſentem locum Codicis Hieroſolymitani nos diu multumque torſiſſe; & aliquando quidvis potius ſuſpicatos fuiſſe, quam ut illum omnibus partibus ſanum atque integrum crederemus: præſertim cum eadem in Babylonico Codice, qui alias multis modis plenior eſt, & ob frequentiſſimum uſum minus corruptus, non inveniantur. Accedebat vero, quod in *Beth Joſeph*, & *Sepher hammuſar*, & forte alibi, quædam inde citata legere meminiſſemus; quæ rurſus locum hunc ſaltem recentioribus pro genuino habitum eſſe ſatis indicabant.

XCV. Sed neque ſoli ſumus, quibus hic locus negotium faceſſivit. Sunt præſtantiſſimi commentatores, qui illo etiam contra ea, quæ ex certiſſimis Hebræorum traditionibus adduximus, abutuntur. Ita *R. Joſeph Karo* in *Beth Joſeph*, ad *Joreh Deah*, Tit. CCLVI. כתב המרדכי בפ״ק דב״ב דבירושלמי בסוף פאה מוכח דאין מעמידין פחות משלשה גבאים ואין מעמידין שני אחין וכן היה נכון לעשות מיהו נהגו בכל המקומות להעמיד גבאי אחד עד כאן לשונו: *Scripſit Mordechæus*, *ad cap.* 1. *Cod. Baba Batra*; *In Talm. Hieroſ. fine Cod. Peah probatur*, *quod non conſtituant Gabbaim pauciores tribus*, *neque duos fratres ſimul creent*. *Atque ita etiam æquum erat*. *At hodie nihilominus in omnibus locis tantum unum Gabbai conſtituunt*. *h. t.* Vides, Lector, utbhic *R. Mordechai* locum Codicis *Hieroſolymitanu*, ubi *Parnaſim* memorantur, accipiat de *Gabbaim*; atque etiam Talmudi *Babylonico* opponat, ubi tantum duorum *Gabbaim* mentio occurrit: nec non ceteris Magiſtris, qui duos fratres ſimul *Gabbaim* creari permittunt.

XCVI. Poſteaquam vero locum hunc ſæpius, ſed qui noſter ſtupor erat, fruſtra tentaſſemus, jamque ferme haberemus in deſperatis; tandem nuperrime aliquid deprehendere viſi ſumus, quo illum quam commodiſſime exponere queamus. Quod ſi tamen rem ipſam minus aſſecuti ſimus, neque, quod ajunt, acu tetigerimus; veniam infelicibus conatibus noſtris petimus, quam vel eo nomine ſperare licebit, quod aliorum diligentiam in re nobis difficili imus provocatum.

XCVII. Sic itaque de hoc loco tandem ſtatuimus; cum omnia in illo genuina, ſana atque integra eſſe; tum etiam reliquis Hebræorum inſtitutis eundem nihil adverſari. Scilicet agitur hic, quod pridem non adverteramus, non de *nummorum* collectoribus, ſed *ciborum*: quo unico ſolum obſervato difficultas omnis tollitur & evaneſcit. Notum enim eſt, & jam ſæpius a nobis inculcatum, duplices olim *Diaconos* fuiſſe, qui לקופה

ciſtæ

cistæ eleemosynariæ præerant, & qui לתמחוי *Catino*, sive cibis. Horum postremi semper tres esse debebant; *Babba Batra*, fol. col. 2. m. תמחוי נגבית בשלשה ומתחלקת בשלשה שניבויה וחילוקה שוים *Cibi colliguntur per tres, & per tres distribuuntur, quia collectio & distributio illorum æquales sunt*. De ciborum itaque collectoribus accipiendum est, quod de *tribus Parnasim* dicitur.

XCVIII. Neque minus de iisdem intelligendum, quod sequitur de *judiciis capitalibus*. Nam cum *Collectores nummorum* pridie Sabbathi suam cuique certam pecuniæ summam in singulas septimanas distribuerent, similes erant Judicibus triumviris: cum vero alteri illi in singulos tantum dies cibos darent, quotidie quasi de vita & capite pauperum judicium ferebant, atque adeo non incommode cum Judicibus causarum capitalium poterant contendi. Quam in rem observandum est, Hebræos procul dubio experimento didicisse, ab horum *Parnasim* festinato dilatove judicio sæpe pauperum vitam esse suspensam. Unde statutum, ut si quis cibum posceret, illi mox absque ulla ulteriore inquisitione præberetur. Sic *Babba Batra*, f. 9. col. 1. m. & inde *Joreh Dea* Tit. CCLI. §. 10. מי שבא ואומר האכילוני אין בודקין אחריו אם הוא רמאי אלא מאכילין אותו מיד: *Si quis veniat, & dicat, cibate me: non inquirunt in illum, num forte impostor sit* (qui cibo præsenti non indigeat) *sed e vestigio illi cibum præbent*. Est ibi quidem hac de re controversia inte Rabh *Houna*, & Rabh *Jehudah*, sed secundum hunc posteriorem decisio a Magistris facta, quia Traditio ab illo stat. Causam alibi addunt, quia periculum esse possit, ne forte, dum illi inquirunt, ipse fame & inedia confectus pereat. Quæ etiam in textu nostro ratio redditur, cur, si sint דיני נפשות *judicia quæ de vita & capite* hominis feruntur, non etiam XXIII. adhibeantur ad hunc consessum constituendum; Ratio, inquam, hæc redditur, quoniam עד דהוא מצמית לון *priusquam ille omnes* (XXIII.) *convocare queat*, הוא מסכן *interea in præsens vitæ periculum possit adduci*. Ut adeo hi, qui ταῖς τραπέζαις διακονοῦσι, quasi de vita & nece hominis judicium ferant, neque immerito cum Judicibus causarum Capitalium conferantur.

XCIX. Cum itaque hæ duæ differentiæ inter duplices *Diaconos* intercedant, nemo mirabitur, his tertiam accedere de *duobus fratribus*, qui uno diaconatu licite simul fungi queant, altero non queant. Etsi nobis loca non suppetunt, præter hunc textum, quibus hoc discrimen probemus.

C. Nihil itaque difficultatis restat, si vocem פרנסים hic loci toties repetitam de *Diaconis* accipiamus, non quidem illis ærarii pauperum præfectis, sed διακόνοις τῶν τραπεζῶν. De quibus etiam solis accipiendam esse antecedentia & sequentia satis arguunt.

CI. Agitur enim hic de duplici genere Eleemosynarum, *Cista* sive pecunia, & *Catino* seu cibis. תמחוי בכל יום קופה מערב שבת לערב שבת · תמחוי לכל אדם קופה אינה אלא לאנשי אותה העיר בלבד · רב הונה אמר תתחוי בשלשה שהוא על אתר: *Catinus, vel cibi exiguntur quotidie, pecunia semper pridie Sabbathi: Cibi cuicunque homini, pecunia non nisi in usum civium ipsius urbis tantum. Rabh Huna dixit, Cibi a tribus, quia illi* על אתר. Tum sequitur, *Rabi Chelbo*, & reliqua, quæ Cl. *Lightfootus* produxit: ut liqueat, Gemaram pergere in natura תמחוי *Catini*, de quo ultimo loco locuta erat, pluribus explicanda. Hunc a tribus colligi dixerat. Id ergo confirmat testimonio *R. Chelbo*, nomine *R. Ba fil. Zebedæi*, dicentis: *Non constituunt Parnasim pauciores tribus*. Ubi *rei cibariæ* pauperum *præfectos* פרנסין, vocat, qs. *Pastores*, vel *Dispensatores* dicas, a פרנס *pavit, aluit, sustentavit*: quia pauperes quotidie cibant & sustentant. Tum porro exempla quædam adducit, cum eorum, qui aliis hoc munus obtulerint, tum illorum qui illud gesserint. Hos inter memorabilis est R. *Eleazar*, *Leazar*, *Lazarus*, qui domi suæ pauperibus victum præbebat, eorumque maledictionem præferebat benedictioni & votis, quæ pro salute ejus nuncupabant.

CII. Ex his itaque, & reliquis, quæ, ne nauseam lectori nostro moveant, repetere omnia non lubet, satis patet, voce פרנסים *Parnasim* illos *Diaconos* notari, qui cibis colligendis, cibandisque pauperibus erant præfecti.

CIII. Unde porro liquet, Cl. *Lightfootum* non immerito hos *Parnasim* appellare *Diaconos*; sed in eo a vero aberrare, quod eosdem esse putet, qui גבאים, quorum *Maimonides* l. c. mentionem facit; atque adeo illos confundere, qui toto genere sunt diversi.

CIV. Necdum tamen illud omne est, quod ad hunc locum dicere habemus. Causam, cur Cepharitæ quidam hoc munus suscipere noluerint, Glossa marginalis hanc reddit: לרוב ענוותם לא רצו להימנות פרנסים *pro insigni sua modestia*

destia Parnasim constitui noluerunt. Quod si verum sit, quanti ponderis & quam oportunum argumentum R. Jose fuerit, nullus intelligo. Is quo facilius illis persuadeat, ut hanc provinciam suscipiant insignem muneris illius dignitatem adfert, judiciis capitalibus illud conferens; & contrarium exemplum cujusdam *Ben Bebhai*, qui cum in summis seculi sui viris numeraretur, tamen infimi ordinis munus in templo non detrectavit; seu potius, cum flagellationi tantum præfectus esset, tamen meruit maximis seculi viris adscribi. Quare facilius animum inducimus credere, Gepharitas hosce diaconatum, quo *R. Jose* illos sive ornatos sive oneratos volebat, ceu a dignitate sua alienum despexisse; non vero, uti Glossator ille, & *Alii* cum eo nobis persuasum velint, præ nimia sua modestia in se suscipere recusasse.

CV. Sed & illud quæritur, quid obnæ rei *Ben Bebhai* in templo egerit, unde dictus fuerit ממונה על הפתילה או על הפקיע Clarissimus *Lighfootus filatum* vertit, sive ellychium, cujus in lucernis templi usus erat. Id Cl. *Vitringa* rejicit, & *flagellum* indicari contendit, quo *Ben Bebhi* Sacerdotes & Levitas in Templo excubias agentes, sed dormitantes, solitus fuerit excitare. Res sane dubia & obscura, sive ambiguum vocum usum spectes, sive interpretum in illis explicandis dissensum: adeo ut non minori specie in hanc quam illam partem disputari possit, nisi ipsorum Veterum Magistrorum auctoritas in partes veniat, remque decidat, & extra omnem controversiæ aleam ponat.

CVI. Cl. *Vitringa* itaque observat, פתילה idem esse quod פקיע, quia in præsenti loco alternant: פקיע autem *flagellum* notare, cum ex Glossa ad cap. v. Tractatus *Sekalim* constet, quod præpositum esse על הפקיע sit præfectum esse *flagellationi*. Utrumque verissimum, sed quorum neutrum *Lighfooto* hactenus persuadere queat, *Ben Bebhai* non fuisse præfectum *filato lampadum*. Hactenus enim prora & puppis hujus explicationis est testimonium *Maimonidæ*, cujus glossa est, ad quam Vir Clarissimus provocat. At hujus explicationi aliorum obtendi potest auctoritas. Sic enim *R. Jitzchak Gabbai in Caph Nachath* ad illum locum Cod. *Sekalim*: על הפקיע להלקות הכהנים והלוים שנמצאו ישנים במשמרתם . או הפקיע פתילות המנורה ובית השאבה. Super Pakeah: *Ad cædendos Sacerdotes & Levitas, qui cum excubias agunt dormire deprehenduntur. Vel* Pakeah *etiam filatum lampadum notare potest, aut domus haustionis*, in festo Tabernaculorum, de qua re Cod. *Succah*, fol. 23. fac. 1. Eodemque modo R. *Baternorius* ad l. c. postquam similiter alteram illam significationem pluribus adstructum iverat, tamen addit: ובירושלמי מפרש מפקיע הפתילות של מנורה ושל בית השואבה כדאמרינן בפרק החליל מבלאי מנכסי כהנים ומהמייניהם מפקיעים פתילות. *Et in Talmude Hierosolymitano explicant* Pakeah *de ellychnio lampadis, & contorto filo domus haustionis, quemadmodum dicunt cap. v. Succah ex detritis femoralibus Sacerdotum illorumque baltheis disscissis funes ducebant*. Ita scilicet hi interpretes unam explicationem adducunt, ut tamen non dissimulent alteram illam, non prorsus omni fundamento destitutam, quod in Codice *Schabbath* occurrit, fol. 21. fac. 1. fine & *Succah* f. 23. fac. 1. Ex quibus locis liquet, vocem פקיע etiam de *filatum lampadum* usurpari, & de funiculis illis, quorum in festo tabernaculorum, in solenni illa lætitia haustionis aquarum, usus erat. Illorum itaque interpretum auctoritate, atque his rationibus *Lighfootus* sese facile tueri potest.

CVII. Quid itaque tandem, inquis, פקיע erit, cui *Ben Bebhai in Templo præfectus* erat? & quid statuendum in re obscura, neque ipsis Hebræorum Magistris, uti quidem videtur, satis certa atque explorata? Non sane, inquam, *filatum* lampadum, etsi id alibi significat, atque eo modo etiam ipsi Talmudici sese hunc locum aliquando intellexisse fatentur: Sed *flagellum scuticam*, ut Ἐξυπνιςὼ ageret, dormientes Sacerdotes loris bubulis excitaret. Sed id malim, Lector, ex ipsa Gemara intelligas, ubi res hæc definita legitur. Cod. *Succah*, f. 23. fac. 1. posteaquam dictum erat, eum qui dolo malo aliquid ageret in sortitione Sacerdotum, vapulare בפקיע, hac occasione quæritur, quid sit פקיע, atque ita definitur: מאי פקיע אמר רב מדרא מאי מדרא אמר רב פפא מטרקא דטייעי דפסיק רישיה אמר אביי מריש הוה אמינא הא דתנן בן ביבאי ממונה על הפקיע אמינא פתילתא כדתנן מבלאי מכנסי הכהנים ומהמייניהן מהן היו מפקיעין ובהם היו מדליקין כיון דשמענא להא דתניא ולא עוד אלא שלוקה מן הממונה בפקיע אמינא מאי פקיע נגרא . *Quid est* Pakiah? *Rabb dixit esse* Madra. *Quid vero* Madra? *Rabb Papa ait esse scuticam equitum* (R. S. J. מטרקי דטייעי רצועות ישמעאלים העשויה שוט לסוסים *Sunt loramenta Ismaelitarum* (Arabum) *unde scuticæ factæ ad incitandos equos: cujus extremitas acuta est. Abbai di-*

dixit: quodnam existimavi (legendum est הוית pro הוה, quod in textu corrupte legitur) *id quod tradunt* (Cod. Schek cap. 5. *Ben Bebhai præfectus erat Pakiæ, esse filatum* (lampadum) *quemadmodum traditur* (Cod. Schbbath f. 21. f. fine) *Ex detritis caligis Sacerdotum, & balteis illorum discissis filamenta ducebant, illisque* (lampades in Templo) *incedebant: Posteaquam vero audivi, quod in Exotica traditur; Neque hoc solum, sed vapulabant a præfecto* בפקיע *scutica, sic statuo*, פקיע *esse flagellum*.

CVIII. Quod vero *R. Haggæus*, si quando *Parnasim* constitueret, præter cæteros observasse legitur, ut esset מטעין לון אוריתא, ab aliis aliter accipi videmus Cl. *Lighfootus* vertit, *arguebat illis ex Lege*, ex metaphorico usu vocis טען, *arguere, objicere*; At Glossa marginalis multo aliter, sic enim explicat: היה נותן ספר תורה על ידם *Librum legis ipsis in manus dabat*, ex primo & proprio significatu vocis טען, *onerare onus imponere*. Utra explicatio verior sit, incertum habemus, neque in præsenti operose inquirere lubet. Illud saltem observandum existimavimus, si Glossam sequi liceat, insignem ritum ex hoc loco erui, quo *R. Haggæus* in Diaconis illis initiandis usus sit, non absimilem hodiernis moribus, quando qui facultatum, quas vocant, Doctores creantur, præter cætera Libro aliquo, qui artis principia continet, adhibito officii sui admonentur: quemadmodum olim quoque apud Hebræos, qui solenniter *Rabbini*, sive *Doctores*, renunciabantur, certis quibusdam Symbolis & cæremoniis initiabantur, de quibus legi meretur Viri celeberrimi. *J. Altingii* elegantissima *Oratio*, qua *Historiam promotionum Academicarum apud Hebræos* exhibet.

CIX. Sequitur tandem, ut de שבעה טובי העיר *Septem bonis Viris civitatis* agamus, quorum Collegium Cl. *Lighfootus* ex *tribus Judicibus*, totidemque *Diaconis* & *Chassane* conflatum fuisse conjicit, de quo §. LXXV. *tertio* loco dispiciendum diximus. Cum vero Vir Cl. hanc suam sententiam dubitanter proponat, nobis quoque minus prolixe & operose agere lubet, eoque minus, quo melior alibi de iisdem agendi occasio nascetur, quando ex professo de illis dicendum erit. Illud saltem vellemus, magnique mercaremur, cum horum *Septemvirorum* frequens in Talmude mentio occurrat, ut Vir Clarissimus aliquot loca produxisset; vel saltem indicium illorum fecisset, cum nobis pro exigua nostra Talmudica lectione minus multa offendere licuerit.

CX. Sed rem ipsam agamus. Codice *Megillah* cap. בני העיר, quod aliis III. alii IV. esse solet, ubi de *jure Synagogarum* agitur, שבעה טובי העיר *Septem Boni Civitatis* sæpiuscule memorantur. Hi quales fuerint, *R. Salomo Jarchi*, quod sciam, non explicat; etsi Judæus Francofurtensis, Vir Doctissimus, cujus alibi meminimus, hos *Septemviros* ab illo in hoc capite de *Parnasim*, Gubernatoribus Synagogæ, explicari monuit, quem locum tamen hactenus non potuimus observare. Nihilominus cum ex ipso textu, tum commentariis recentiorum certum est, hos *Septemviros civitatis* nullos alios esse quam *Seniores Synagogæ*.

CXI. Verba Gemaræ hæc sunt, fol. 26. fac. I. fine אמר רבא לא שנו אלא שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אבל מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אפילו למשתא ביה שיכרא שפיר דמי *Dixit Rabba: non docent illud, nisi de Synegoga quam septem boni civitatis in comitiis populi non vendiderunt. Si vero septem boni civitatis in comitiis populi illam vendiderint, etiam Siceram* (potum quemvis inebriantem) *ejus pretio bibere licet*. Agitur de Synagoga vendenda, ejusque pretio in rem certam convertendo. Hæc autem venditio non tantum ipsi cœtui adscribitur, sed & *Septemviris Civitatis*, qui Synagogam aliquando soli pro auctoritate sibi concessa, aliquando in comitiis populi vendant. Unde proclive est colligere, illos cœtus cujusque præfectos esse, ad quos cura rei publicæ pertinet. Horum ibidem, & fol. 27. col. I. adhuc aliquoties mentio occurrit, non alio tamen nomine, quam *Septemvirorum Civitatis*.

CXII. Recentiores vero Magistri illos passim פרנסים appellant, *Gubernatores*, & aliquando זקנים *Seniores*. Ita *Rabbenu Nissim* ad *Epitomen Fessani*, Cod. *Megillah* f. 365. fac. I. fine. ובני העיר דקאמרינן במתניתין היינו שמכרו בני העיר שלא מרעת פרנסיהם וכל כי האי נונא בעיא עילויא וכן מוכח בתוספתא דתניא התם בפרק בתרא דמכילתא רבי מנחם בר רבי יוסי אומר בני העיר שמכרו בית הכנסות לא יקחו את הרחובה אמר רבי יהודה במה דברים אמורים שלא התנו עמהם פרנסי העיר אבל התנו עמהם פרנסי העיר רשאין לשנותן לכל דבר שירצו הפוסק צדקה עד שלא זכו בה פרנסים רשאי לשנותן לדבר אחר משזכו בה פרנסים אינו רשאי לשנותן לדבר אחר אלא מרעתם והיינו דאמר רבא בגמרא לא שנו אלא שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד

במעמד אנשי העיר כלומר שמכרו אנשי העיר שלא מדעת הפרנסין אבל אם הסכימו שבעה טובי העיר באותו מכר והיו במעמד אנשי העיר רשאין להוציא המעות לכל מה שירצו Et cives) *Quod in Mischna dicunt, hujusmodi est, ut si cives vendiderint absque consensu suorum Parnasim ; & his similia, adscendere debeat* (a minori sanctitate ad majorem) *atque ita probatur in additamentis hic loci tradi in Exotica. Cap. Ultimo Mekiltæ ; R. Menachem fil. R. Jose dicit: Si cives vendiderunt Synagogam, non rediment* (ejus pretio) *plateam. Dixit R. Jehuda: Qua conditione illud proprie dicitur? Si Parnasim civitatis cum illis non fuerint pacti. Nam si Parnasim civitatis cum illis transegerint, omnino facultatem habent* (pretium venditæ rei Sacræ aut Synagogæ) *in quamcunque rem pro lubitu suo impendendi. Qui destinavit aliquid pro eleemosyna, quamdiu in potestatem Parnasim non pervenit; in aliam quamcunque rem commutare potest: At simulatque Parnasim eo jam potiti sunt, non amplius habet facultatem illud cum re alia permutandi, nisi illorum consensu. Et hoc est quod Rabba in Gemara* (fol. 27. 1. fine,) *dicit: Non docent nisi de eo, quod septem boni civitatis non vendiderunt in comitiis populi: quasi dicat, quod vendiderunt cives absque consensu Parnasim ; Si vero septem boni civitatis in illam venditionem consenserint, & quidem in comitiis populi; facultatem habent nummos*, (ex re sacra vendita confectos,) *in quamcunque rem voluerint, expendendi*. Pro eo, quod Gemara, quam etiam ipse adducit, habet *Septemviros Civitatis*, *Rabbenu Nissim* constanter vocat *Parnasim ;* ut adeo illi *Septem Boni Civitatis* non sint alii, quam qui hodie in Germania & alibi vulgo *Parnasim* audiunt, id est *Gubernatores*, *Seniores* Synagogæ. Id quod diserte tradit *R. Mordechai Japheh*, in *Lebbusch*, *Orach chaijm* Tit. CLIII. §. 7. ודוקא כשמכרו אותה בני העיר שלא מדעת פרנסיהם שהם טובי העיר או שמכרו ז' טובי העיר שלא במעמד אנשי העיר: *Scilicet solummodo quando cives illam vendiderunt absque consensu Parnasim suorum, qui sunt* (NB. sic hodiernum in Gallia simpliciter *Tobbim* audiunt) *Boni Civitatis aut quando Septem Boni Civitatis eam vendiderunt, neque tamen in comitiis populi*. Ita *Alfesius*, aliique plures, alibi producendi.

CXIII. *Maimonides* vero eosdem *Seniores* appellat, Comment. ad Mischnam tertiam, cap. *Cives qui vendunt* &c. זהו כשלא מכרו אותו אנשי הכפר כולם בהסכמה אבל אם מכרוהו זקני המקום כולם במעמד אנשי המקום כולם יכולים למכור ואפילו לעשות ממנו דיר לשתות בו יין : *Id obtinet quando incolæ pagi alicujus non vendiderunt illam omnes communi consensu: Verum si omnes Seniores loci illam in comitiis universi populi vendiderunt, possunt illam ita vendere, ut etiam œnopolium* (vel cauponam) *inde facere liceat*.

CXIV. Cum itaque ex adductis locis abunde constet, *Septem Bonos Civitatis* esse *Parnasim*, Synagogæ *Præfectos* & *Seniores*, qui hodieque Metis in Lotharingia, & alibi *Tobbim* appellantur ; facile est existimare, neminem eorum, quos Cl. *Lightfootus* huic ordini adscribit, ad illum pertinere. Nam quis *Judices* Politicos, *Chassanem* Synagogæ ministrum, & denique *Diaconos* eleemosynarum collectores, credat esse *Seniores* Synagogæ ? Quod etsi ex superioribus facile colligi posse existimamus, tamen minime nobis committendum videtur, ut ne etiam singulos horum a *Septemviris* illis demonstremus distinctos.

CXV. Quod itaque *Judices Triumviros* attinet, illos non esse de numero *Septemvirorum* inde satis liquere arbitramur, quod supra §. XXX. & seq. satis clare & prolixe ostendimus, illorum officium ad Synagogam non pertinere ; quemadmodum etiam cap. I. Cod. *Sanhedrin*, ubi prolixe de illis agitur; nihil eorum illis adscribitur, quæ ad hos *Septemviros* ulla ratione possint pertinere. Tolerabilius tamen esset *Judices* hosce, spectatissimos viros, quandoque etiam *Synagogæ Seniores* facere, nisi alia speciali lege a Veteribus Magistris cautum esset, ne quis duobus diversis muneribus simul fungi posset.

CXVI. Illud vero nullo modo concipi potest, quod Vir. Clarissimus *Chassanem*, Custodem Synagogæ, vel ש״צ huic Ordini *Septemvirali* adscriptum eat: nisi id ea ratione quodammodo excusari possit, quod jam supra hunc *Chassanem Episcopum* statuerat, ut uno absurdo dato sponte sua plura alia sequantur. Quo magis vero *Chassanem* a *Septemviris Civitatis* distinctum arbitrari possis, sequentem locum perpendo, qui est in *Schylchan Aruch*, *Orach chaij*. Tit. LIII. §. 19. אפילו יחיד יכול לעכב ולומר איני רוצה שפלוני יהיה חזן אם לא שכבר הסכים עליו מתחילה : *Etiam privatus quivis intercedere potest, & dicere: Ego* τὸν δεῖνα *Chassanem esse vero. Nisi si jam ante in ejus electionem consenserit*. Ad quod comma *Rabi Moses Iserles* sequentia observat : ודוקא שיהיה לאותו יחיד טעם הגון על פי טובי העיר אבל בלאו

בלאו הכי אין היחיד יכול למחות בש״צ : *Modo ut ille privatus justam & prægnantem rationem afferre possit, quæ ipsis Bonis Civitatis probetur. Sin vero, privatus iste non potest impedire, quo minus alter ille Minister Synagogæ fiat.* Hic distincta *Cassanis* & *Septemvirorum* mentio. Quod vero proprie hic non de *Custode* agitur, sed *Ministro Synagogæ*, vel *Legato cœtus*, id parum moramur; quandoquidem nobis cum *Lightfooto* res est, qui eosdem illos ipse minus sollicite distinguit.

CXVII. *Diaconos* vero pariter ab iisdem *Septemviris* distinctos esse, cum alia multa arguunt, tum distincta eorundem mentio, & potestas. *Beth Joseph*, *Hilch Zedakah*, §. CLVI. 303. fac. 1. col. 2. ומיהו ה״מ ביחיד דפסק צדקה ומסרה לפרנסים או לגבאים הממונים על הציבור דכיון דליד ממונה שלהם נתן על דעתן התנרב וכו׳ : *Nihilominus intelligendum est de privato, qui eleemosynam promisit, eamque tradidit Gubernatoribus,* (*Parnasim* est in textu,) *aut Diaconis,* (*Gabbaim*) *qui cœtui sunt præfecti. Posteaquam enim tradidit in manum alicujus Præfecti, ad illorum arbitrium vovit,* &c. Hic *Parnasim*, qui sunt *Septemviri* illi, a *Gabbaim*, Diaconis diserte distinguuntur. Quod discrimen inde magis liquet, quod ibidem *Septemviris* facultas est eleemosynarum in certum definitumque usum collectarum reliquias in alium quemcunque pium usum convertendi: qua auctoritate *Gabbaim* ex quorundam sententia non æque pollent. Ac ne omnia producamus, quod prolixum nimis foret, *R. Mordechai* loquatur; qui in *Domo Josephi* testis producitur, l. c. והמרדכי כתב בפרק בני העיר דהא דאמרינן דשאין בני העיר לעשות קופה תמחוי וכו׳ ולשנותן לכל מה שירצו ה״מ בז׳ טובי העיר במעמד אנשי העיר כדאיתא בפרק בני העיר אבל בע״א לא ובפ״ק דב״ב כתב אהא דרשאין בני העיר לעשות קופה תמחוי וכו׳ פי׳ בני העיר ודאי רשאי רשאין אבל גבאי אינו רשאי לשנות אפילו לדבר מצות וה״מ דבני העיר רשאין לשנות לדבר מצוה אבל לא לדבר הרשות : *Et scribit R. Mordechai ad cap.* Incolæ Civitatis: *Quod dicitur licere civibus pecuniam mutare in cibos &c. & in quemcunque usum convertere; id intelligendum est de Septemviris Civitatis in comitiis populi, quemadmodum legitur Capite Incolæ Civitatis: Sed alia conditione non item. Et cap. 1. Cod. Babha Batra scribit: Quod vero liceat civibus ex pecunia cibos facere &c. id R. I.* (*R. Iitzchak*, opinor, auctor *Tosaphoth*; vid. Buxt. Abbrev. pag. 102.) *ita explicat: Cives omnino facultatem habent, Gabbai vero non habet facultatem, nequidem convertendi in usum sacrum. Atque inde liquet, cives quidem convertere posse in usum sacrum, non vero in usum profanum.* In sequentibus quidem occurrunt; qui hanc auctoritatem etiam *Diaconis* assertum eunt, sed tamen ita, ut inde nihilominus constet, eos a *Septemviris* esse plane diversos.

CXVIII. Hisce itaque de *Gabbaim*, Synagogæ Diaconis; & *Septem Bonis Civitatis*, ejusdem Senioribus & Præfectis, expeditis; ad *Scholarcham Theologicum*, & duos *Interpretes* pergere licebit, & quo jure illi *Otiosi* fiant, porro, etsi non eo quo cœpimus ordine, examinare. Posset quidem adhuc alia quæstio institui, an sc. *Septem Boni Civitatis* etiam sint *Otiosi*? quod Cl. *Lightfootus* quidem hypothesi suæ convenienter statuit. Sed cum fundamenta omnia, quibus ista conjectura nititur, jam pridem subruta sint atque eversa; cum, inquam, probatum dederimus, *Judices Triumviros*, *Ministrum Synagogæ*, & *Diaconos*, neque ex *Otiosis* esse, neque ex *Septemviris*: minime necesse arbitramur multis ostendere, etiam *Septemviros* non esse *Otiosos*, & Lectori nostro, nobisque adeo ipsis negotium præbere.

CXIX. Et ut verum fateamur, piget nos tandem omnium ineptiarum, quas hic Vir. Cl. de literis nostris reque Christiana meritissimus, quod factum nollemus, imprudens adeo congessit. Et processit jam hæc nostra dissertatio ultra quam putaveramus. Ut vela nobis contrahenda sint, litusque legendum, præsertim quum etiam *Aliorum* sententia de hisce *Otiosis* lustranda atque examinanda restet, quæ nihilo plus veri habet illa, quam nunc excutimus, hypothesi *Lightfooti*. Quare ea, quæ adhuc restant, quam brevissime fieri poterit, expediemus; ut quod Lectori forte oboriri possit tædium, nobis certe jam obortum est, sequentis argumenti novitate & varietate abstergamus.

CXX. Ut itaque ad rem redeamus, *Octavum*, inquit *Lightfootus*, *ex hoc decemviratu*, תורגמן *reputare possumus, id est Interpretem in Synagoga, qui linguarum peritus, atque legenti in lege adstans, versiculatim ea vernacule reddidit, quæ lecta sunt e fonte Hebræo.* Ex quibus verbis, ut id ὡς ἐν παρόδῳ moneamus, illico liquet, Viro Clariss. aquam hærere, & jam sic satis laborare in numero illo denario conficiendo. Nam

quum in superioribus de *Judicibus Triumviris*, *Chassane* item & *Diaconis* audacter pronunciasset; nunc dubitanter agit, & *Octavum*, inquit, *reputare possumus*. Faciles itaque credulosque sese Lectores præbeant oportet, ut rationes numeri illius denarii conficiat, atque omnibus modis expediat.

CXXI. Citat quidem Clar. Vir Cod. *Megillah*, cap. IV. *Maim. Hilch. Tephilloth*, cap. XII. *Massecheth Sopherim*, cap. X. ubi *Interpretis hujus officium*, *officiique ejus regulas copiose legas*. Sed sive hæc omnia, sive alia ejusdem generis, (uti *Orach chajim*; Tit. CXLV. &c.) sedulo atque attente legeris atque relegeris; quid est in illis, unde aliqua specie colligi possit, hunc *Interpretem* fuisse ex ordine *Otiosorum*? Facilius certe ex pumice aquam expresseris, quam ex illis omnibus sententiam *Lightfooti*.

CXXII. Ecquis enim Hebræorum, sive locis modo laudatis, sive usquam alibi docuit; *hunc Interpretem Synagogicum fuisse ejusdem, atque reliqui, ordinis & dignitatis; eandem ejus atque ceterorum rationem; idem denique officium, ut adeo nulla ratione a reliquis novem esset distinctus*? At plane singulare hujus hominis in Synagoga munus fuisse, & nomen ejus & res ipsa satis evincunt. Quis vero illud tradiderit; *Interpretem Otiosum fuisse, ut nulla negotia tractaret, artem nullam exerceret, nihil denique ageret, quo sibi suisque victum quæreret*? Quis item cetera: *fuisse ita addictum Synagogæ, ut illi extra eam nihil agendum curandumve esset*? *Munus vero etiam hoc fuisse, ut quotidie mane & vesperi tempore precum in Synagoga præsto esset, ad sacrum illum numerum denarium conficiendum*? Immo vero *etiam assiduum fuisse, ut aliis preces dicturis operam & præsentiam suam accommodaret*? Numquis vero etiam illud; *Interpretem statum fuisse in Synagoga, ejusque stipendiarium; qui rebus omnibus relictis, tantum Precibus & Lectioni vacaret*? Ac denique, *proprium fuisse Urbibus magnis, ut adeo in minoribus oppidis pagisve haud temere locum inveniret*? Quis Hebræorum, inquam, usquam existit, qui, non dicam universa hæc de *Interprete* scripta reliquerit, sed vel singula eorum illi attribuerit; cum tamen hæc omnia & singula in illo inesse debeant, ut jure *Otiosus* haberi & dici possit; quemadmodum pridem §. XIX. & XX. pluribus evictum dedimus.

CXXIII. Ut vero nihil in illis est, quod in sententiam *Lightfooti* sit, ut produci atque excuti mereatur; ita non deest ibidem, quod eandem solide refutet. Codice *Megillah*, cap. *Hakkore Omedh*. §. 6. קטן קורא בתורה ומתרגם אבל אינו פורס על שמע ואינו יורד לפני התיבה ואינו נושא את כפיו פוחח פורס את שמע ומתרגם אבל אינו קורא בתורה ואינו עובר לפני התיבה ואינו נושא את כפיו סומא פורס את שמע ומתרגם וכו' *Minorennis legit in Lege & interpretatur; sed non recitat benedictiones super pericopam* Audi, *neque transit ante arcam, neque elevat manus suas. Qui nudis brachiis incedit, recitat benedictiones ad pericopam* Audi, *& interpretatur: Sed non legit in Lege, neque transit ante arcam, neque elevat manus suas. Cæcus recitat benedictiones ad* Audi, *& interpretatur*, &c. Agitur toto hoc capite, occasione Lectionis libelli Ester de ritibus quibusdam sacris in Synagoga & alibi receptis: & hoc commate sexto, qui qualesve illos ritus administrare queant. Inter alia vero etiam de *Interpretatione Legis* agitur, quæ non tantum *male vestito* & *cæco* conceditur, sed & *puero minorenni*. Unde luce meridiana clarius evadit, *Interpretem* Synagogæ non debere, immo aliquando non posse esse *Otiosum*. Nam cum *Otiosi* omnes *majorennes* esse debeant, cujusmodi soli admittuntur ad עדה *cœtum sacrum* constituendum: *Interpretatione* hac etiam *minorennis* defungi potest. Res clara est, neque prolixa demonstratione indiget. Conferantur saltem, quæ supra §. XLII. de *cœtu sacro* dicta sunt.

CXXIV. Quin ex eadem *Mischna* etiam illud concludi posse videtur, *Interpretem* statum non fuisse; sed quemadmodum *Lectio* Legis liberrima fuit, ad quam omnibus & singulis idem jus erat, modo illi exercendæ idonei essent; ita liberam etiam fuisse *Interpretationem*. De legendi libertate res nota & certa est, unde in nostra *Mischna* etiam *minorenni* conceditur. At interpretatio eidem tribuitur. קטן קורא בתורה ומתרגם *Minorennis*, inquiunt, *legit Legem & interpretatur*. Neque vero *minorennis* solum, sed & *cæcus*, & qui *nudis brachiis* incedit, publice interpretari possunt; cum tamen duo posteriores Legem populo prælegere, vel ante pulpitum descendere non possint. Unde illa interpretandi libertas facile perspicitur; siquidem non est credibile, Veteres Hebræos, decoris publici observantissimos, *pueris*, aut *male vestitis* statum in Synagoga munus fuisse commissuros; cum illud plane contra כבוד הציבור *honorem Ec-*

Ecclesiæ fuisset futurum, cujus tamen illi homines ad superstitionem usque erant studiosi.

CXXV. Faciamus autem ita esse, & certus aliquis homo *Interpretis* munus in Synagoga sustinuerit; non tamen is inde *Otiosus*, & quotidie primus & ultimus, nedum assiduus in Synagoga fuit, aut esse debuit. Interpretatio enim illa tantum ter in septimana instituebatur, quoties scilicet Sacrum Codicem publice prælegebant, diebus Sabbathi, Lunæ, & Jovis: ut adeo reliquis diebus ejus præsentiam & operam cœtus non desideraret. *Otiosi* vero quotidie primi & ultimi, atque etiam assidui in Synagoga esse debeant.

CXXVI. Sed non lubet per singula ire, ne promissi immemores rursum prolixi fiamus. Illud præterire non possumus, quod *Lightfootus* tandem addit, *Hebræos hujus Interpretis originem inde a temporibus Esræ deducere*, idque *merito* factum ait. Nam in eo Hebræos, & quotquot Christianorum illos sequuntur, falsos esse, jam pridem prolixe & solide a Clarissimo *Altingio* ostensum est in duabus dissertationibus de *Constantia Linguæ Hebrææ in Captivitate Babylonica*; & *Tempore cœptarum*, *&* *modo usurpatarum in Ecclesia Versionum S. Scripturæ*, quæ in *Heptade Dissertationum Philologicarum primæ sunt*: ubi hanc sententiam, & quam illi substruunt *oblivionem Linguæ Hebrææ in Captivitate Babylonica*, multis invictis argumentis evertit; ad quas Lectorem nostrum remittere satis habemus.

CXXVII. Pergimus itaque cum *Lightfooto* ad reliquos duos, qui agmen *Otiosorum*, & hanc nostram primam Dissertationem proxime claudant. *Nonum & Decimum*, inquit Vir Clarissimus, *e triumviratu* (lege *decemviratu*) *quem nominemus, non est in promtu*: Scholarcham Theologicum, ejusque Interpretem, *eos esse supponamus*, *de quibus alibi copiosior erit ansa disquirendi*. Hic jam tandem sese desperata, sive *Otiosorum*, sive *Lightfooti* causa prodit. Dum enim sua hisce *Otiosis* insignia & distincta munia assignare laborat, adeo illi *Tribunal* & *Synagoga* non sufficiunt, ut etiam *Academiam* sollicitare debeat, quæ *Rectorem* suum, illiusque *Interpretem*, ad quæsiti numeri complementum suppeditet. *Rectorem* enim *Academicum* a Viro Clarissimo intelligi, quando *Scholarcham Theologicum* nominat, inde satis liquet, quod illi *Interpretem* comitem dat, cujus opera ille in institutione publica utebatur: de quo nos quoque alibi, si Deo visum, pluribus agemus; nisi forte Cl. *Lightfootus* alibi extra *Horas Talmudicas*, quod quidem hic promittere videtur, illud argumentum occuparit, quod nobis hactenus est incompertum.

CXXVIII. Etsi vere hic ראש ישיבה *Rector Accademiæ*, sæpe etiam esset ראש הכנסת *Archisynagogus*, ceu supremus Ecclesiæ cujusque Doctor; tamen nullo suo merito in ordinem rejicitur *Otiosorum*. Neque istud Cl. *Lighfootum* vel hilum juvare possit. Nam cum Vir Cl. supra *Judices Triumviros*, ceu summam potestatem habentes, *Archisynagogos* esse jusserit: manifestum est *Rectorem Academiæ* hoc nomine ab illo non considerari.

CXXIX. Sive autem hunc *Scholarcham Theologicum* absolute consideres, qua talem; sive etiam simul qua *Archisynagogum*: ordine *Otiosorum* prorsus venit excludendus. Eo ipso enim, quod in בית המדרש *Schola*, sive *Academia* (quam a *Synagoga* distinctam esse, non minus atque tribunalia, ex superioribus abunde constat, vide §. XXXII.) munere suo fungitur, in qua totum diem docendo & disputando exigit; apparet, illum non potuisse esse *Otiosum*; non potuisse, inquam, primum & ultimum nedum assiduum in Synagoga esse, ut negligentibus vel serio venientibus operam daret, & cum illis quandocunque ingressis preces funderet.

CXXX. Accedit quod nulla ratio *Doctorem* hunc בטלן *Otiosum* esse jubeat, sive ab omni labore, artisve aut mercaturæ excercitio abstinere. Hanc licentiam veteres Hebræi certis limitibus quidem circumscriptam voluerunt, sed non prorsus *Doctoribus* ademtam. *Abstinendum quoque* (verba sunt Cl. *Altingii*, in Oratione de *Doctore Hebræo*, fine,) *non tamen pari jure ac religione, ab omni opere mechanico, aut saltem parce illi vacandum inspectantibus aliis, curiosos oculos in alienas areas immittentibus. Licet enim honestum sit, ac divinæ institutioni consentaneum, manuum suarum labore victum quærere; (quamobrem Doctor Gentium Paulus subinde ad σκηνοποιΐαν rediit, non obstante functione sui ministerii: tamen si τὰ βιωτικὰ aliunde suppetant, in primis ex gratitudine publica præstitam institutionem remunerante, laboris hujusmodi exercitium intermittere ad dignitatem muneris pertinet; simul etiam otium largitur ad ea meditanda, quæ aliis utiliter communicentur*. Non ergo

ergo labor omnis prohibitus, sed certis legibus ita restrictus, ut ne quid dignitas muneris, vel commodum publicum inde capiat detrimenti: eadem ratione atque supra de *Judicibus Triumviris*, atque omnibus ἐν ὑπεροχῇ constitutis, cautum vidimus.

CXXXI. Quid quod frequentia memorentur & laudentur exempla Doctorum, qui labore manuum sibi victum pararunt. *Maimonides* de his generaliter, in *Hilchoth Torah* cap. 1. §. 9. גדולי חכמי ישראל היו מהם חוטבי עצים ומהם שואבי מים ומהם סומים ואף על פי כן היו עוסקים בתלמוד תורה ביום ובלילה. *Ex maximis Sapientibus Israelis quidam fuere lignicidæ, alii hauserunt aquas, alii etiam cœci fuere; nihilominus dies noctesque operam dederunt studiis legis*. Ac ne quis hos privatos fuisse existimet, ac non doctores publicos, consideret, quinam sint חכמי ישראל διδάσκαλοι ἐν Ἰσραήλ: atque istud, quod mox subjicitur, והם מכלל מעתיקי השמועה איש מפי איש מפי משה רבינו: *Atque illi etiam ex iis, qui Traditionem oralem continua serie inde a Mose Mag. N. ad posteros transmiserunt*. *Juchasin* f. 43. 1. 2. וזה רבי יוסי היה מעבר עורות שרוב החכמים היה להם אומנות כדי שלא יתהנו מאחרים: *Et hic R. Joses pellio fuit; Nam plerique omnes Sapientes artem aliquam exercebant, ne ab aliis quicquam commodi caperent*. Quod *R. David Gans* in suo *Tzemah* repetit ad Millenarii quarti an. 881. *Vorstius* vero pro more obscurat, quando sic reddit: *Atque pelles (vel membranas quibus lex inscribebatur) curavit (seu pellio fuit) quibus multi Sapientum fidem habebant*. Quasi אומנות *fidem* notaret, quam non quidem omnes, sed tamen multi illi *R. Jose* tribuissent. Sed hæc prolixa refutatione non indigent. Aliud exemplum ibidem occurrit *R. Joannis Sandalarii*, vel *Calcearii*, ita dicti שהיה עושה סנדלין *quia calceos conficiebat*, vel ut alii voluut, שהיה נוקב מרגליות *quia margaritas* vel *coralia perforabat*. Sic Codice *Megilla* f. 26. 1. m. *R. Elieser* memoratur, qui Hierosolymis Synagogam Alexandrinorum emit, in qua *omnia sua negotia* faciebat. Ex quibus omnibus, aliisque multis, abunde liquet; *Doctores Academicos* non fuisse coactos ab omni opere abstinere.

CXXXII. Eadem vero ratio *Interpretis* est, qua hic Doctor Academicus publice utebatur. Nam cum ille *Doctori*, ad discipulos reliquumque populum loquenti, adstare & vocis usum commodare debuerit; manifestum est; illum non potuisse operam dare Synagogæ uti *Batlanim* debebant. Quæ sola atque unica ratio sufficit, ad *Interpretum* illum *Otiosorum* ordini eximendum; ut huic rei diu immorari nihil sit necesse.

CXXXIII. Unicum adhuc monendum restat. Cl. *Lighfootus* tandem hos *Batlanim* etiam *literatos* facit. *Tantum*, inquit, *de Capite Synagogæ*, *literato isto decemviratu*, *qui & corpus etiam erat Sinagogæ repræsentativum*. Quod quidem de plerisque eorum, quos Vir Cl. *Otiosos* fecit, nemo temere negaverit: quis enim dnbitet, quin *Judices* illi *Triumviri*, שליח ציבור *Minister Synagogæ*, *Rector Academiæ ejusque Interpres*. omnes Viri *literati* esse debuerint, & *Diaconi* etiam sæpe fuerint? At si quis de ipsis genuinis *Batlanim* idem credat, næ is vehementer fallitur, & ab hoc errore nobis in viam erit reducendus.

CXXXIV. Quam in rem illud saltem observari velim, neque ex natura muneris illorum sequi, neque ex Hebræorum testimoniis ullo modo liquere, illos debuisse esse *literatos*.

CXXXV. Quod enim *Munus* illorum attinet, illud non aliud fuit, quam ut quotidie in Synagoga præsentes essent, ad numerum denarium, legitimum illum cœtum, conficiendum. Ad illum vero nihil literatum studium facit, sed tantum sexus, ætas, & status; quemadmodum de eo supra §. XLII. fuse egimus, atque disertis Hebræorum verbis ostendimus, eo requiri עשרה גדולים ובני חורין *decem majorenes & liberos*; quos omnes *masculos* esse tum indidem liquet, tum ex aliis locis, quæ nunc non occurrunt, ubi illos diserte זכרים *mares*, appellant, ut fœminæ hic nullatenus censeantur.

CXXXVI. Est tamen in verbis *Maimonidæ*, & *R. Ascher* supra §. XIX. productis, quod non exigua specie in hanc rem trahi posse videatur. Dicunt sc. officium illorum inter alia esse לקרות בתורה *legere in lege*, & תלמוד תורה *Studium Legis*. Ex quarum phrasium priori facile suspiceris, illos *Lectionem Legis* publicam in Synagogis instituisse; ex posteriori vero, quod *Lighfootus*, aliique cum illo velint, eosdem etiam debuisse esse *literatos*. Quorum cum nobis hactenus neutrum persuadere possimus, ratio exponenda erit, cur aliter existimemus; illorumque verborum sensus paulo diligentius eruendus. Quia vero in sequenti dissertatione de *Lectione publico* plurimus agemus, nunc id saltem probare conabimur, illud de quo hic

hic agitur, תלמוד תורה ſive *Studium Legis*, non facere illos Decemviros *Literatos*.

CXXXVII. Id autem quo melius conficiamus, ante omnia diſpiciendum erit, qui qualeſque *Literatorum* nomine apud Hebræos veniant intelligendi. Atque hi procul dubio ſunt, quos illi חכמים *Sapientes*, vel modeſtiori nomine תלמידי חכמים *Diſcipulos Sapientum* ſalutant, & a עם הארץ *populo terræ*, illiterato vulgo, τῷ μὴ γινώσκοντι τὸν νόμον, diſtinguunt. Hi duo ordines enim ſæpe diſtingui, ſibique inter ſe opponi ſolent.

CXXXVIII. Quis autem ſit תלמיד חכם, *Vir literatus*, quis item עם הארץ *plebejus*, egregie docent in Codice *Sota* f. 22. a. m. אחרים אומרים אפילו קורא ושונה ולא שמש תלמידי חכמים זהו עם הארץ קרא ולא שנה הרי זה בור לא קרא ולא שנה עליו הכתוב אומר וזרעתי את בית ישראל ואת בית יהודה זרע אדם וזרע בהמה: *Alii dicunt* (*R. Meir*,) *Etſi quis in Scriptura & Miſchna verſatus eſt, neque tamen Sapientibus operam dedit, is plebejus eſt: Qui tantum Scripturam legit, neque etiam Miſchnam, ecce ille bardus eſt: Qui neque Scripturam neque Miſchnam novit, de eo Scriptura dicit* (Jer. XXXI.) *Et conſeram domum Iſraelis, & domum Jehudæ, ſemine hominum, & ſemine beſtiarum.* Tres hic ſtudiorum gradus dantur; *Scripturæ*, *Miſchnæ* ſ. Deuteroſεων, & denique *Gemaræ*, qui ſummus eſt, & demum Virum *Literatum* facit; abſque eo enim ſit, non eſt niſi עם הארץ *Plebejus*, quantumvis in *Scripturæ* & *Miſchnæ* lectione ſit verſatus; ſi vero hujus ignarus ſit, *bardus*; ſi utriuſque, plane *brutus* eſt. Tertius itaque gradus, שמוש תלמידי חכמים, *Studium Talmudis* aliquem a עם הארץ diſtinguit, & *Literatum* facit, argumento illius, quod eſt Cod. *Schabbath* f. 114. a. f. ואמר רבי יוחנן איזהו תלמיד חכם כל ששואלין אותו הלכה בכל מקום ואומרה *Et dixit R. Jochanan; Quis eſt Vir Literatus? quicunque, ſi rogetur de conſtitutione aliqua juris in quocunque loco* (quacunque materia,) *de ea reſpondere novit.* Unde liquet, quantum ſit, quod ſcire debeat, qui *Literati* nomeu & locum tueri velit.

CXXXIX. Nolumus tamen diſſimulare, alibi minus rigide agi, atque etiam illum *Literatis* accenſeri, qui tertium illum & ſummum gradum nondum ſunt aſſecuti. Cod. *Megillah* fol. 26. 2. f. ואמר רבא ספר תורה שבלה גונזין אותו אצל תלמיד חכם ואפילו שונה הלכות: *Et dixit Rabba. Veterem, vel detritum librum legis recondunt apud Virum literatum, etiamſi tantum operam det Miſchnæ.* Ubi *R. S. I.* ואפילו שונה הלכות כלומר אפילו לא שמש תלמידי חכמים בתלמוד ובגמרא אלא במשניות ובבריתות: *id eſt, etiamſi nondum operam dedit Sapientibus in Talmude & Gemara, ſed hactenus tantum verſatus eſt in Miſchna & Traditionibus exoticis.* Illum vero etiam *Literatum* dici, qui tantum *Scripturam* legerit, nuſquam, opinor, inveneris.

CXL. Videamus itaque tandem, an boni noſtri *Otioſi* ſummum, vel forte ſaltem medium illum eruditionis gradum conſcendiſſe debeant. Sane uti in re ipſa nihil eſt, quod illos, qui cœtum ſacrum conſtituunt, *literatos* ejuſmodi eſſe jubeat, qui in *Miſchna*, & quod majus eſt, in *Gemara* probe ſint verſati: Ita in omnibus locis citatis nihil eſt, quod iſtud perſuadere poſſit. Præcipuum quod in hanc rem aliqua ſpecie produci poteſt, eſt תלמוד תורה *Studium Legis:* quod ſi ſolum ſit, *Virum Literatum* nequaquam facit. At illud ſummum eſſe quod in *Otioſis* exigatur, loca parallela ſuadent, in quibus cum *Rabbenu Aſcher*, tum ipſe etiam *Maimonides*, quicquid illius rei eſt, ſimpliciter *Lectionem Legis* vocant, qua ſola omne *Otioſorum* ſtudium & eruditio abſolvitur: quæ immane quantum infra *Viri Literati* dignitatem ſubſidit, uti ex iis jam abunde conſtare arbitramur, quæ modo de tribus ſtudiorum gradibus ex ipſis Hebræis ſunt allata.

CXLI. Hinc itaque hactenus nulli exiſtimare poſſumus *Decem Otioſos* debuiſſe eſſe *Literatos*. Quod tamen nolumus eo quiſquam accipiat, quo putemus illos nunquam potuiſſe eſſe tales; quod nunquam animum induximus negare: Viri *Literati* enim ad illud miniſterium æque adhiberi potuerunt: atque illiterati quivis; & poſteaquam ad id muneris vocati erant, pingue otium temporiſque opportunitatem nacti, nihil cauſſæ dari poteſt, quominus, modo animus illis ingeniumque ad eam rem eſſet, ſeſe vel privatim vel in Synagoga inter ſe mutuo in ſtudio *Miſchnæ* & *Gemaræ* utcunque exercerent. Quo tamen etiam illud accedit, quod priuſquam *Inſtitutiones* juris Judaici a *R. Juda Sancto*, & *Pandectæ* a *Rabb Aſſe* & & *Rabb Amme* in ordinem redactæ atque in unum volumen congeſtæ eſſent; qui illa tempora anteceſſerunt, non potuerint privatim per ſe illis ſtudiis operam dare, quæ non niſi a traditione, & orali pen-

pendebant institutione Magistrorum. Interim si quis sit, qui vel ex natura muneris, vel ex disertis Hebræorum testimoniis illam summæ *eruditionis* laudem *Otiosis* valide asserere queat; adeo hanc illis non invidemus, quin hoc titulo eos in posterum libenter simus honoraturi; quemadmodum jam modo concessimus, iterumque utraque manu largimur, nihil obstare, quominus *Literati* esse potuerint, & forte aliquando etiam quidam tales fuerint. At illos *universos & & singulos necessario debuisse esse Literatos*, *semperque fuisse*, id ejusmodi est, ut nobis hactenus nulli possimus persuadere.



JACOBI RHENFERDII
DISSERTATIO SECUNDA
DE
DECEM OTIOSIS SYNAGOGÆ.

CAPUT I.

Sequentis Dissertationis argumentum. Rationes rejectæ ab Aliis *sententiæ Lightfooti examinantur*. Rector Academiæ *ex Synagoga non excludendus*. *Multo minus* Collectores Eleemosynarum. *De* Diaconis N. T. *& hodierno illius vocis usu*.

I. CUM veritas omnis simplex est, & cujusque rei non nisi unica dari potest: tum error multiplex & sæpe circa eandem rem varius esse solet. Id quod tunc maxime contingere videas, quando plures, qui in eandem rem indagandam incumbunt; rebus nondum satis exacte perpensis, neque iis omnibus adhibitis quæ oportebat: præcipiti judicio feruntur, & conjecturis suis, novis quidem illis & ad speciem ingeniosis, sed infirmis tamen & sæpe ineptis, certatim indulgent, easdemque ceu totidem demonstrationes μετὰ πολλῆς παῤῥησίας incauto Lectori obtrudunt.

II. Atque id causæ est, cur nobis, qui de *Otiosis Synagogæ* commentari instituimus, & Cl. *Lightfooti* sententiam jam prolixe, & uti quidem arbitramur solide refutavimus, tamen nondum otiosis esse liceat, & vera illorum ratione breviter explicata, finem facere scribendi.

III. Posteaquam enim multi Doctissimi Viri rerum omnium securi, solius *Lightfooti* auctoritate freti, traditam ab illo explicationem adoptassent, & data occasione repetiissent: nuperrime *Vir* inter nos *Doctus*, cum *totam Veteris Synagogæ constitutionem tradere* vellet, observatis quibusdam illius sententiæ incommodis, ab eadem sibi discedendum putavit, & in alia omnia eundem, *cum veritatem ipsam ab iis, quæ Lightfootus docuerat, longe diversam sibi apprehendisse* videretur.

IV. Cum vero idem *Vir Doctus* Synagogam, quam moliebatur, absque illustri illo collegio decemvirali nullo modo consistere posse putaret; etiam ipse illud operi suo fundamentum subjecit: ut ita *Vetus Synagoga* ex ruderibus excitata novo pulcherrimoque opere surgeret, novis item vivisque coloribus illustrata, priscum & nativum illum nitorem præ se ferret, & Christianorum omnium oculis animisque sese ingereret admirandam; ceu quorum Ecclesia ex ista primum sit enata, & ad ejusdem etiam morem & exemplum constituta.

V. Rem ipsam tamen alia via aggreditur, & omnibus illis, quos *Lightfootus* in scenam produxerat, loco motis, *Tres* פרנסים *Synagogæ Pastores*, seu summos Præfectos & Gubernatores, substituit; & denique *Septem Lectores*, qui singulis Sabbathis Legem publice in Synagoga recitabant. *Hos enim Septem si cum* Ἀρχισυναγώγοις *conjungas, habes numerum, quem quærimus denarium*. Præsertim quum *plura officia nunquam antiquissimis temporibus in Synagoga*, uti quidem Vir Doctus putat, *repereris*.

VI. Quæ nova hariolatio (ita enim illam *varietatem* appellare non veremur) quam firma sit, & quantum ponderis habeat ad persuadendum, præsenti Dissertatione constituimus examinare: ut omnibus errorum nebulis discussis argumentum hoc de *Decem Otiosis* tandem plena in luce positum conspiciatur.

VII. Priusquam vero rem ipsam aggrediamur, rationes nobis excutiendæ erunt, quibus *Vir Cl.* inductus a *Lightfooto* discessit. Idem enim in hac re accidisse videtur, quod vulgo iis solet, qui cum adversarium nacti sunt, sæpe seu nimio contradicendi studio, seu metu quodam, ne forte plus justo adversario concedant, seu denique insigni rerum ignorantia, non ea modo negant, quæ aperte falsa sunt, sed etiam illa, quæ sunt manifestæ & confessæ inter omnes veritatis.

VIII. Posteaquam enim cap. 1. prolixe de פרנסים sive *Pastoribus* actum esset, quo nomine existimat, summos Sy-

Synagogæ Præfectos, Α᾽ρχισυναγώγους, & potuisse jure appellari, & Veteribus Hebræis etiam sæpe appellatos esse, quo rectius illa omnia intelligi possint, Veteris Synagogæ effigiem, pro eo atque illam apud animum suum conceperat, delineat: *Johannis Lightfooti*, & *Samuelis Petiti*, *Doctissimorum Virorum sententiis de Veteris Synagogæ constitutione prius examinatis*.

IX. Hic itaque præmissis quibusdam de Numinis divini præsentia in cœtu illorum, qui rebus sacris operantur, vetus Hebræorum scitum, quod *Lightfootus* ex *Maimide* produxerat, Vir Cl. ex *Colbo* repetit; ubi cum de synagoga condenda agatur ubicunque decem Israelitæ, majorennes illi & liberi, incolunt: hos decem Israelitas cum *Lightf.* de *Otiosi* accipit. *Decem vero hi Israelitæ*, inquit, *alibi dicuntur* בטלנים, *vel* עשרה בטלנים *decem otiosi*, *qualia loca collegit Lightfootus post alios multos*.

X. Fundamentum ergo Synagogæ condendæ cum *Lighfooto* commune habet, *decem* sc. *Otiosos*, absque quibus nulla Synagoga legitima esse possit. Sed cum quicquid est illius fundamenti, jam superiori dissertatione machinis adactis convellerimus atque everterimus; neque hic quicquam novi ad ea tutanda afferatur: nihil est, cur in hac re opera nostra, & Lectoris patientia abutamur. Reperantur saltem ea, quæ præcedente Dissertatione §. x. & seq. dicta sunt. Quod vero Cl. *Lighfootus post alios multos loca* in hanc rem *collegisse* dicitur, vehementer equidem quædam ex illis producta vellem, vel saltem illorum locorum indicium factum, ubi vel *Lightfootus*, vel quicunque alii ex *multis* illis, dicta Hebræorum congesserint. Nobis certe hactenus non contigit esse tam beatis, ut vel *Lighfooti*, vel aliorum omnium omnes libros noverimus, nedum habeamus aut legamus.

XI. Tum porro ratio sacri illius *numeri denarii* investigatur, eaque admodum macilenta adducitur, atque etiam novo, si Dis placet, testimonio confirmatur. Sed & illam rationem in superiori dissertatione, §. XLII. falsam esse ostendimus; & reliqua, quæ ad hunc locum animadvertenda erant, ibidem jam anticipavimus, ut hic repetere nihil sit necesse. Vide sis ibid. pag. 48. f.

XII. Inde ergo, sententia Cl. *Lightfooti* breviter & succincte proposita, veniaque præfata, *Vir Cl.* rationes exponit, cur Doctissimo *Lightfooto*, cætera in hoc genere Antiquitatum versatissimo, sese opponere non vereatur.

XIII. Earum prima hæc est; *quod cum Veteres Judæi* φράσει *decem hominum Otiosorum nunquam nisi de* בית הכנסת *Synagoga utantur: Lighfootus eandem etiam accipiat de Scholarcha Theologico, ejusque Interprete, qui officio suo in Academia fungebantur, nequaquam vero in Synagoga*. Argumentum sane sic satis solidum, & a nobis quoque supra usurpatum, si recte intelligatur, & dextre adhibeatur. Quod ut hic factum sit, equidem vehementer vereor. Nam quod *Professori Academico* nullæ in Synagoga partes conceduntur, id præter ejus meritum fit, & contra consuetudines Hebræorum.

XIV. Etenim quid causæ dici fingive possit, cur *Rector Academiæ* non simul etiam queat esse *Rector Synagogæ*, vel *Archisynagogus*? Cur non apud Hebræos æque atque hodie apud Christianos, saltem Evangelicos illos, quorum Professores Theologiæ in plerisqne omnibus Academiis & Scholis etiam ministerio funguntur verbi? aut forte putavimus, non posse unum eundemque utrisque exercitiis, Academicis illis & Ecclesiasticis, quotidie vacare atque interesse? Id nos quidem nunquam putavimus, neque alius quisquam arbitrabitur, nisi qui in Academiis pariter atque Synagogis Hebræorum prorsus hospes est & peregrinus. Putentur saltem stata Synagogæ publice frequentandæ tempora, a nobis alibi explicata, & sat spatii supererit, quod institutioni Academicæ impendantur. Et notius est; ex Synagoga, sacris publicis jam peractis, demum transire solitos in Academiam, quam ut operæ pretium sit illud multis docere.

XV. Moris autem fuisse, ut ראש ישיבה *Rector Academiæ* quandoque etiam esset ראש הכנסת *Archisynagogus*, alibi pluribus probabimus. Nunc unicum illud ex *Maimonide* produxisse sufficiat, *Hilch. Tephillah* cap. VIII. §. 12. והרב ממנה אחד מתלמידיו להתפלל לפניו בציבור *Doctor designat aliquem discipulorum suorum, qui coram ipso in cœtu preces dicat*. Agitur de precibus publice in Synagoga recitandis. Hanc provinciam *Rabb*, Doctor Academicus, *discipulo* alicui committit. Id autem *Archisynagogi* est, quemadmodum *Jarchius* ad Codicem *Joma* & *Sota* docet; quando dicit, *ab Archisynagogo decerni*, *quis descendat ante pluteum*, ad preces publice in cœtu fundendas.

XVI. Non itaque ideo *Rector Academicus* ex ordine *Otiosorum* venit eximendus, quod in Synagoga nullum locum & mu-

& munus habeat : Sed quia ratio muneris Academici non finit illum *assiduum* esse in Synagoga, ut superiori Dissertatione dictum est. Vide §. CXXIX.

XVII. Sed transeat illud argumentum, & valeat quantum apud quemque potest. Gravius est, quod sequitur, quando *Diaconi*, Eleemosynarum collectores, non modo ordine *Otiosorum* excluduntur, sed etiam ex ipsa ejiciuntur Synagoga. *Ficti mihi*, inquit Vir Doctus, *quam maxime etiam videntur Diaconi in* בית הכנסת *Synagoga, ad denarii hujus numeri complementum*. Nam *si Veterum Hebræorum scita perlustremus*, (sic mox pergit) *manifestum erit, Eleemosynarum collectores,* גבאי צדקה *dictos, fuisse membra Civitatis, non Synagogæ*. Quod siquidem ita sit, nulla ratione inter *decem* בטלנים *Otiosos*, quos Synagoga requirit, possunt numerari. Et hinc adeo etiam *diaconorum vox, sive illa ex Apostolorum Actis, sive ex Pauli discursu in Epistola ad Timotheum priore orta sit, Viro Cl. plane in communi sermone extra Sacrorum Scriptorum mentem usurpari videtur*. Quandoquidem *Diaconi, in Veteri Ecclesia hoc nomine ita dicti, nihil minus fuerint quam Eleemosynarum Collectores*.

XVIII. Cum vero isthoc pacto, *Diaconis* Hebræorum, gravissimis meritissimisque Viris, summa injuria fiat; ab illa nobis erunt vindicandi, & suus illis avitus in Synagoga locus asserendus. Quo facto etiam de *Diaconis*, quorum in Actis mentio occurrit, & hodierno illius vocis usu disquiremus.

XIX. Atque hic lubens equidem scire velim, quid causæ sit, quare *Diaconi in Synagoga ficti videri* possint; aut *quænam illa Hebræorum scita, ex quibus manifestum sit,* גבאי צדקה *Collectores Eleemosynarum, potius ad civitatem pertinere, quam Synagogam*. Ignoscet nobis, spero, æquus Lector, si cui hoc simpliciter & absque Veterum tabulis affirmanti non credimus, neque tantum dare possumus *Viro* inter nos *Docto*, ut usque ad lectas, quas molitur ad hoc argumentum exercitationes, judicium nostrum suspendamus. Res evidentior est, quam ut quisquam, qui Synagogam vel a limine salutavit, de illa possit dubitare. Neque si qui alii, vel gravissimi viri, de *Diaconis*, eorumque origine aliter statuunt, idcirco quam a Rabbinis, fidissimus testibus, accepimus, aut ex ipsa Scriptura didicimus, sententiam mutamus: satis certi, Christianorum quosdam sæpenumero rebus Hebræorum a se male perceptis ejusmodi nomina imposuisse, quæ illis nullatenus conveniunt; &, quod turpius est, Hebræorum dicta & φράσεις cum dictis Scripturarum alterius plane sententiæ comparare. Cujusmodi fucum ad veritates Sacræ Scripturæ, per se satis pulchras atque evidentes, exornandas atque illustrandas, scilicet? ex Rabbinorum scriptis parare nos quidem nunquam cogitavimus: Utrum vero istud a nobis, an ab *Aliis* potius, qui id nobis objiciunt, admissum sit, candidi atque eruditi Lectoris arbitrium esto.

XX. Ut igitur rem ipsam agamus, cum Eleemosynarum largitio præceptum sacrum sit, & insigne religionis Judaicæ officium; quis dubitet, quin earundem *Administratores*, qui illis colligendis & distribuendis sunt præfecti, etiam ipsi præfecti sacri sint, & ad Synagogam potius pertineant, quam ad Civitatem? Esse autem Eleemosynas sacri cultus exercitium, extra omnem controversiæ aleam apud Hebræos positum est. Audiamus hac de re *Maimonidem Hilch. Zedakah* cap. x. §. I. חייבין אנו להזהר במצות צדקה יותר מכל מצות עשה שהצדקה סימן לצדיק זרע אברהם אבינו שנאמר כי ידעתיו למען אשר יצוה את בניו לעשות צדקה ואין כסא ישראל מתכונן ודת האמת עומדת אלא בצדקה שנאמר בצדקה תכונני ואין ישראל נגאלין אלא בצדקה שנאמר ציון במשפט תפדה ושביה בצדקה: Cl. *Prideaux* : *Obligamur nos magis cauti esse in* observando *præcepto de Eleemosyna, quam in* observandis *omnibus* aliis *præceptis affirmativis, quoniam Eleemosyna est insigne justi seminis Abrahami, patris nostri, sicut dictum est*, (*Gen.* XVIII. 19.) quoniam cognosco illum, quod præcepturus sit filiis suis, ut exerceant Eleemosynas; *Nec Regnum Israelis confirmabitur, nec vera Religio stabilietur, nisi per Eleemosynas, uti dictum est*, (Jes. LIV. 14.) per Eleemosynam stabilieris; *nec Israelitæ redimendi sunt e captivitate sua, nisi per* meritum *Eleemosynæ, sicut dictum est*, (Jes. I. 27.) Zion redimetur per judicium, & reduces illius per Eleemosynam. Unde sole meridiano clarius elucet, Eleemosynas esse insigne populi & fundamentum regni & religionis Judaicæ, nec non medium future, quam expectant, liberationis.

XXI. Et hinc adeo, ceu quædam insignis pars religionis, cum precibus conjungi solet, imo etiam his præmitti. Idem *Maim.* l. c. §. 15. גדולי החכמים היו נותנין פרוטה לעני קודם כל תפלה ואחר כך מתפללין שנאמר אני בצדק אחזה פניך: *Sapientes primarii semper an-*

te preces solent dare prutam pauperi, & deinde precari, uti dictum est: (Psal. XVII. 15.) *Ego in merito Eleemosynæ aspiciam vultum tuum*. Vide sis etiam §. 2. & 3. Ubi qui Eleemosynas dare recusat, *Originis gentilis* suspectus habetur, & *Belial* atque *Improbus* vocatur, ceu qui legem fraternitatis Israeliticæ impudenter violat, Deumque Patrem suum cœlestem abnegat.

XXII. Atque inde porro factum, ut rationes Eleemosynarum in Synagoga reddantur, in qua nihil nisi sacrum tractari fas est. *Maim. Hilch. Teph.* cap. XI. §. 7. ואין מחשבין בהם חשבונות אלא אם כן היו חשבונות של מצוה כגון קופה של צדקה ופדיון שבוים וכיוצא בהם. *Neque rationes in iis* (Synagogis) *supputant, nisi sacræ sint, uti ærarii eleemosynarum, & lytri captivorum, & quæ sunt id genus aliæ*. Commate antecedente alia multa recensuerat, quæ religio loci in Synagoga fieri vetat; non modo ludicra illa atque indecora, sed etiam quæ per se licita, & quandoque necessaria sunt, ut si quis se æstui solis aut ingruenti pluviæ subducat, sed quæ quoniam ad cultum Dei non faciunt, prorsus illicita censentur. At *rationes Eleemosynarum* sunt של מצוה *præcepti*, vel res sacra, ut illas in Synagoga deponere omnino liceat.

XXIII. Quamobrem nulli dubitamus, *Collectores Eleemosynarum* ad Synagogam referre, ipsis Hebræis præeuntibus. *Sch. Ar. Or. Ch.* tit. XIII. §. 26. קהל שנהגו למנות אנשים על צורכי הציבור לזמן וכהגיע הזמן יצאו אלו ויכנסו אחרים תחתיהם בין לחזן בין לקופה של צדקה בין לשאר מנויים הצריכים לציבור בין שנוטלים עליהם שכר בין שאינן נוטלים אפילו לא קבעו להם זמן סתמן כפירושן מאחר שנהגו כך: *Quando cœtus solet negotiis suis quosdam ad certum tempus præficere, adeo ut tempore illo elapso prioribus munere decedentibus alii novi succedant; sive in ministerio Synagogæ, sive in Diaconatu, sive in reliquis muneribus in Ecclesia necessariis; sive illi stipendia mereantur, sive non: etiamsi illis tempus non definiverunt*, סתמן כפירושן, *quoniam consuetudo ita obtinet*. Agitur titulo illo de *Ministro cœtus*, notissimo Synagogæ membro, eademque §. 24. etiam de *Rabb* Archisynagogo: & tandem hoc ultimo §. 26. de omnibus in universum, qui qualecunque munus in Synagoga administrant. Inter eos autem in primis *Diaconi* commemorantur, qui לקופה של צדקה *Cistæ eleemosynariæ* sunt præfecti. Quod sane non fieret, nisi illos ad *Synagogam* existimassent pertinere.

XXIV. Sed quid multis moramur, cum non desint, qui, distinctione inter res sacras atque civiles facta, *Eleemosynarum administrationem* clarissimis verbis *sacris* annumerent, & a civilibus distinguat? Ita *R. S. I.* apud *R. Abraham* in *Juchasin* f. 85. 2. אמר רב ביבי דגברא רבא הוא ליעיין במילי דשמיא והגר במילי דמתא פרש״י ז״ל בגבוי צדקה וחלוקתם וסדר הפטרה ותרגום הוא מילי דשמיא ומילי דמתא שאר צרכי ציבור לחומה ולדלתות ולמעיינות: *Dixit Rab Bebhi, se* (an *illum?*) *virum magnum esse, qui res cœlestes curare debeat; Proselytum vero res civiles. Id R. S. I. p. m. explicat de Eleemosynarum collectione, earumque distributione, de ordinatione Lectionis propheticæ, & Interpretatione, quæ negotia cœlestia* (Sacra, divina) *sint: negotia vero civitatis, reliquæ publicæ curationes, uti murorum, portarum, & fontium*. Viden' hic *administratio Eleemosynarum* quorsum referatur? non certe ad מילי דמתא *negotia civitatis*, sed ad מילי דשמיא *sacra* illa, quæ ad *Synagogam* pertinent, haud secus atque *ordinatio haphtaræ* & *Interpretatio*, quibus moderandis *Archisynagogus* præfectus erat. Quo argumento nihil evidentius, nihil validius desideres, inprimisque adversus eos, qui גברא רבא singularem titulum *Archisynagogi* faciunt; de quo nos tamen adhuc dubitamus.

XXV. Sic ergo satis evictum existimamus, *Gabbaim* non *ad Civitatem* pertinere, uti *Vir Doctus* contendit, sed ad *Synagogam*; ut plura argumenta, a *Doctore Civitatis*, Archisynagogo, חבר עיר & שבעה טובי העיר *Septemviris Civitatis*, Synagogæ senioribus, ad quos etiam aliquando cura Eleemosynarum certis occasionibus devolvebatur, desumta, nihil necesse sit afferre. Fiet id alibi, si opus videatur. Vide saltem *Maim.* de *Eleemosynis*, cap. IX. §. 7. & VII. §. 14.

XXVI. Pergimus itaque cum Viro Docto ad *Diaconos* Ecclesiæ Christianæ, quos nihil minus fuisse credit, quam *Collectores Eleemosynarum*; adeo quidem ut vox ipsæ, undecunque repetatur, in hodierno Ecclesiæ nostræ usu plane præter Sacrorum Scriptorum mentem usurpetur. Existimat enim V. D. *Diaconos* Apostolo memoratos ad amussim respondere לשליח ציבור *Nuncio Synagogæ*; neque levem errorem putat, quod & D. *Lightfootus* & alii præstantissimi viri passim inculcent, *Diaconos* Paulo memoratos fuisse *Collectores Eleemosynarum*. Qui error nobis pariter profligandus erit, ne

minus de Ecclesia quam Synagoga mereri velle videamur, parum de eo solliciti, quod V. D. in suo *Azanita* abunde monstraturum promittit.

XXVII. Videamus igitur primum historiam illam, quæ Act. VI. describitur, ubi collegium illud Septemvirale institutum legimus, quod *Diaconorum* esse contendimus. Quæ quo melius intelligatur, quædam ex institutis Hebræorum repetenda erunt, ad quorum imitationem rem totam gestam esse arbitramur. Atque eam in rem jam superiori dissertatione dictum est, *Gabbaim* seu *Eleemosynarum Collectores* duplices fuisse, quorum alteri *pecuniæ* colligendæ atque administrandæ præfecti erant, alteri *cibis*. Hi נבאי תמחוי dicebantur, *Collectores catini*, & aliquando פרנסים quasi *Pastores* dicas, vel si mavis & licet, *Oeconomi*, *Dispensatores*, *Cibatores*: illi נבאי קופה *Collectores cistæ*. *Collectores* autem *catini*, de quibus nunc potissimum loquimur, quotidie terni cibos colligebant, eosdemque quotidie inter pauperes peregrinos, quantum cuique in singulos dies sufficeret, distribuebant: cum alteri illi pridie Sabbathi nummos bini cogerent, eodem die quoque a ternis inter cives egenos diribendos. *Maimonides*, l. c. cap. IX. §. 5. 6. הקופה אינה ננבית אלא בשתים שאין עושים שררה על הציבור בממון בפחות משנים ומותר להאמין לאחר המעות של קופה ואינה נחלקת אלא בשלשה מפני שהיא כדיני ממונות שנותנים לכל אחד די מחסורו לשבת : והתמחוי ננבה בשלשה שאינו דבר קצוב ומתחלק בשלשה: *Eleemosyna Cistæ non collecta fuit nisi per duos, nullum enim in ecclesia constituunt magistratum circa res pecuniarias, qui exercetur per pauciores, quam duos; unius vero fidei licitum est committere pecuniam Cistæ; sed ea non distribuenda est nisi per tres, quoniam hoc est instar judicii pecuniarii, singulis enim dant, quantum satis est indigentiæ eorum in septimanam. Eleemosyna autem Catini colligitur per tres, quia non est res fixa, & pariter distribuitur per tres.* התמחוי ננבה בכל יום וקופה מערב שבת לערב שבת והתמחוי לעניי עולם והקופה לעניי אותה העיר בלבד : *Eleemosyna Catini collecta fuit quotidie; Eleemosyna vero Cistæ singulis vesperiis Sabbathi: Eleemosyna Catini est pro pauperibus* quibuscunque totius *mundi; Eleemosyna vero Cistæ pro pauperibus istius civitatis solummodo.*

XXVIII. Quod tamen in hunc illumve usum collectum erat, a civibus, iisve quos rebus Synagogæ curandis præfecerant, in alium usum, siquidem e re esse videretur, poterat converti; ita ut, si plures peregrini essent, quam quibus collecti cibi sufficerent, pecunia in civium usum collecta cibi emerentur, & vice versa. Ibid. §. 7. רשאין בני העיר לעשות קופה תמחוי ותמחוי קופה ולשנותן לכל מה שירצו מצרכי צבור ואף על פי שלא התנו כן בשעה שגבו ואם היה במדינה חכם גדול שהכל גובין על דעתו והוא יחלק לעניים כפי מה שיראה הרי זה רשאי לשנותן לכל מה שיראה לו מצרכי צבור: *Incolæ civitatis jus habent convertere Eleemosynam Cistæ in Eleemosynam Catini; & Eleemosynam Catini in Eleemosynam Cistæ; & commutare eas pro quacunqur re voluerint ex iis quæ sunt necessariæ* in usum *Ecclesiæ, immo licet hanc conditionem non fecissent eo tempore quo collegerunt; & si sit Doctor celebris in ea civitate, in cujus arbitrium omnes colligunt, ita ut ipse distribuat pauperibus, juxta quod ei videbitur, ecce ille jus habet commutare eas pro quacunque re ei videbitur esse Ecclesiæ necessaria.*

XXIX. Hisce sic præmissis, quotu, quisque est, qui non illico perspiciat ad eundem modum rem omnem in prima illa Ecclesia Apostolica compositam fuisse? Qui recens ex Judaismo ad Christianismum conversi erant, non tantum eleemosynas liberaliter erogabant, sed integras possessiones suas distrahebant, & argentum inde confectum ad Apostolorum pedes deponebant, sua omnia in commune conferentes. Act. IV. 32. s. Inde porro liberalis eleemosynarum inter omnes egeneos distributio, cap. II. 42. 45. 56. Erat autem illa *quotidiana*, inprimisque *ciborum*, Ibid. & cap. VI. I. Erat enim κλάσις ȣ ἄρτȣ *fractio*, *distributio panis*, respectu dantium, & μετάληψις τροφῆς *accepio victus*, respectu inprimis pauperum accipientium, cap. II. 42. 46. & διακονία τραπεζῶν, *ministratio mensarum* vel ciborum, eaque καθημερινὴ *quotidiana*, cap. VI. I. 2. Ut ovum ovo non sit similius, quam institutum illud nascentis Ecclesiæ Christianæ erat mori & consuetudini Hebræorum, ex quorum Synagoga Christiani illi vix ac ne vix quidem erant egressi, cujusque adeo mores & instituta, in quibus nihil vitii vel incommodi hactenus erat observatum, non poterant non approbare. Et hanc rem universam Apostoli, uti apud Judæos aliquando Archisynagogi, suo consilio, utcunque, sed dubium per quos homines, non sane certos illos & statos, moderabantur.

XXX. Quod vero *quotidiana* hæc *ali-*

mentorum distributio primis illis temporibus *inter solos Hebræos* facta sit, *Hellenistarum* viduis, & si qui alii pauperes, neglectis; cum apud Judæos e contrario *cibi quotidie* distribuerentur *inter peregrinos*, non vero inter *cives*: id neminem movere dbet, quandoquidem illud nostræ explicationi non tantum nihil adversatur, sed eandem etiam quam evidentissime confirmat. Quod enim primo argentum converteretur in usum ciborum, id pro more Synagogæ factum est, & plenissimo jure, quod cum ipsa Ecclesia habebat, tum Apostoli, qui illius negotia moderabantur: quod vero porro viduæ *Hellenistarum* (sive illi *Hebrai* origine fuerint, & natione *Græci*, uti *Drusio* aliisque Clarissimis Viris videtur; sive *Gentiles proselyti*, uti Vir summus *Cl. Salmasius* contendit: nam illos *Hebræis* istis Hierosolymitanis peregrinos fuisse, ex oppositione & historia sic satis liquet, ut illa controversia ad hanc rem nihil faciat.) quod, inquam, viduæ *Hellenistarum* in illa quotidiana distributione negligerentur, id præter morem & æquum factum est, atque adeo justam Hellenistis causam præbuit cum Hebræis super ea re querendi. Quem errorem ipsi adeo Apostoli mox emendatum voluerunt, qui re ad multitudinem relata, auctores fuere collegii cujusdam septemviralis instituendi, quod huic negotio in posterum procurando vacaret. Id quod etiam mox Ecclesia universa consentiente factum est.

XXXI. Atque ex iis, quæ hactenus dicta sunt, jam cuivis luce ipsa clarius constare posse arbitramur, *Septemviros* illos institutos esse exemplo גבאים *Eleemosynarum*, qui in Synagoga erant, & quidem in specie גבאי תמחוי id est eorum, qui *Catino* præerant, vel cibis colligendis & distribuendis. Ut enim illi apud Hebræos תמחוי, *Catinum*, ita hi τραπέζας *mensas*, curabant: illi בכל יום, hi καθ' ἡμέραν; illi לעניי עיר אחרת *pauperibus alius cujuscunque civitatis*, hi τοῖς Ἑλληνισταῖς, *Græcissantibus*, sive genere sive loco nativitatis & commorationis ab Hebræis distinctis.

XXXII. Unde jam quoque porro liquet, Illustrem *Grotium*, acerrimi judicii virum, & aliis in Synagogæ & Ecclesiæ ritibus conferendis felicissimum, hic loci graviter errare, quando τὸς διακονοῦντας ταῖς τραπέζαις cum Hebræorum חזנים contendit. Sic enim ille ad comma tertium cap. VI. Act. Ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης) *ad hunc usum*, על מלאכת הזאת *exemplo sc. illorum, qui in Synagoga dicebantur* חזנים, *Epiphanio* Ἀζανίται. *Totum primæ Ecclesiæ regimen conformatum fuit ad formam Synagogæ. Quæ bene sese habebant, nihil opus erat mutari. Habuere tales & Esseni: de quibus Philo*, Ἐλεύθεροι δὲ ὑπηρετοῦσι τὰς διακονικὰς χρείας ἐπιτελοῦντες. *Tales Josephus* ἀποδέκτας & χειροτονητὰς ἐπιμελητὰς *vocat*. Sed neque ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης Hebræis dicitur על מלאכת הזאת, ceu qui pro illo semper dicunt, על הצורך הזה, vel, uti passim legitur, על צרכי ציבור, *super negotiis cœtus*: neque hi *Septemviri* exemplo חזנים *Custodum Synagogæ*, qui *Epiphanio* Ἀζανῖται dicuntur, sunt instituti. Discrimen inter illos Synagogæ חזנים, & hos Ecclesiæ Christianæ *Septemviros*, majus est & evidentius, quam ut ulla ratione inter se componi possint. Hi enim, uti ex occasione & totius rei historia abunde liquet, instituti sunt, tantum εἰς διακονίαν τραπεζῶν, ut *mensis* operam darent, & pauperibus alendis: ad quam rem illi in Synagoga nunquam sunt adhibiti, quandoquidem illi curandæ alii præfecti erant, qui גבאים *Collectores*, & in specie גבאי תמחוי *Collectores Catini* vel *ciborum* dicebantur, uti jam sæpius est inculcatum.

XXXIII. Atque hæc Viri Illustris sententia jam pridem a Cl. *Riveto* erroris notata & convicta est, *Grot. Discuss.* Διαλ. *Sect.* XIV. Cujus verba hic loci exhibere non abs re erit. *Ait Discussor*, Diaconos *ab Apostolis institutos ad instar eorum, qui in Synagoga* Azanim *dicebantur. Sed quomodo probabit, Apostolos sibi proposuisse Synagogarum Judaicarum* Chazanim, *dum instituerunt* Diaconos? *quis enim Judaicarum rerum peritus illos in Synagogis fuisse præfectos dixit, ut ministrarent Mensis? Hoc enim Ministerium in Synagogis nunquam fuit usitatum, in quibus mensæ non erant communes, ut inter primos Christianos* חזן *in genere est* speculator, inspector, custos, *qui curam alicujus rei habet. Tales fuisse, & etiamnum esse in Synagogis Judæorum, &* שמשין Ministros, *& Sacerdotum Vicarios, testatur* Leo Mutinensis, Rituum Hebræorum part. I. cap. X. *Sed quid inde colligi potest, ut probetur Ministerium illud necessario fuisse perpetuum? Doctiss.* Buxtorf. *ait, fuisse Nuncium Ecclesiæ, qui destinatus est Synagogæ necessariis operis præstandis*, &c. De qua re vide sis *Buxt. Lex. Talm.* col. 730. & adde *Synag. Jud.* pag. 188.

XXXIV. Etsi vero hic *Vir Clarissimus* non videtur animum advertisse ad illos *Collectores ciborum*, quando ex eo, quod mensæ Judæis non fuerint communes, etiam ministerium ejusmodi in Sy-

Synagoga nunquam uſitatum fuiſſe, exiſtimat: tamen rem ipſam recte dicit, & ſententiam illam *Grotii* feliciſſime ſolidiſſimeque refellit.

XXXV. Quo magis mirari ſubit, ab illo tempore inventos, eſſe Viros Doctos, qui etiam lecta illa Cl. *Riveti* animadverſione ſententiam *Grotii* ſequantur. Doctiſſimus *Hammondus*, de *Jure Epiſcopatus*, *Diſſ.* IV. cap. XXVI. multum ſane vehementerque laborat, ut *Diaconos* N. T. ab illis Ἀζανίτας Hebræorum deducat, atque etiam illuſtrem *Grotium* adverſus *Rivetum* defendat. *A Judæis*, (inquit V. D. §. 2.) *ſine dubio hujus rei (ut aliorum plerumque in Eccleſia rituum) origo petenda eſt*. Tum indicato; fuiſſe apud illos, Judicibus in qualibet civitate adjunctos *miniſtros*, qui in SS. שטרים, a Rabbinis חזנים & חזני הכנסת *miniſtri Synagogæ* vocentur; *Epiphanio* Ἀζανῖται, *Philoni* Γαζοφύλακες, & *Joſepho* denique ἐπιμεληταὶ χειροτονητοὶ dicantur: tandem §. 5. „ Nec „ eſt, inquit, quod hac in re *Andreas* „ *Rivetus Hugonis Grotii* manibus litem „ intenderet, ex eo tantum, quod pro„ ductis tabulis non probaverit, Ἀζανί„ τας *in Synagogis*, *Præfectos eſſe ut mi„ niſtrarent menſis*, cum illud oculatis „ omnibus palam ſit, διακονία τραπεζῶν „ *Act.* VI. I. nihil aliud quam χηρῶν „ *viduarum & indigentium omnium* ἐπι„ μέλειαν indigitari, adeoque ipſum Γα„ ζοφυλάκων *munus*, quod in *Corbanæ cu„ ſtodia*, & alendi pauperes cura, ἰδίως „ verſabatur, &c.

XXXVI. Sed hæc viro Eruditiſſimo excidiſſe plane nollem, quandoquidem ejus generis ſunt, quæ ſummam rerum Judaicarum ignorantiam manifeſto prodant. Quis enim hos *Judicum* שוטרים *Epiphanii* Ἀζανίτας, ac denique *Philonis* Γαζοφύλακας eoſdem eſſe credat? Quod ſi quis ſibi perſuadere poteſt, idem etiam hoc credere poſſit: Magiſtratuum Judicumque *apparitores*, vel *lictores* etiam, *Cuſtodes* item, *Præcentoreſve* templorum; ac denique *Diaconos*, Eleemoſynis præfectos, hos, inquam, omnes eoſdem eſſe.

XXXVII. Exceptio vero, qua Vir Doctiſſimus adverſus *Rivetum* utitur, ne hili quidem eſt. Licet enim oculatis omnibus palam ſit, Act. VI. I. nihil aliud, quam viduarum pauperumque curam denotari; non tamen ideo οἱ τῶν τραπεζῶν διάκονοι ab *Azanitis* Hebræorum veniunt deducendi: cum neque illi quicquam inter ſe commune habeant, neque *Azanitæ* in Synagogis ad id inſtituti fuerint, ut menſis miniſtrarent. Quod cum Cl. *Rivetus* jure negavit, tum *Hammondus* productis tabulis probare non potuit, neque quiſquam illius unquam probabit.

XXXVIII. His ita præmiſſis, atque demonſtrato, collegium illum *Septemvirorum* Apoſtolicorum ad illorum imitationem inſtitutum eſſe, qui apud Hebræos נבאים, & quidem in ſpecie גבאי תמחוי, *Collectores Catini* dicebantur; (Etſi Apoſtoli, quo melius ſuæ Eccleſiæ, jam admodum numeroſæ, indieſque creſcentis, rationibus conſulerent, de numero Hebræis uſitato minus ſolliciti fuerunt, trium loco ſeptem conſtituentes:) nequaquam vero illorum exemplo, qui in Synagoga חזנים ἀζανῖται, *Cuſtodes* audiebant: Sequitur, ut de *nomine Septemvirorum* illorum, & recepto inter noſtros uſu vocis *Diaconi*, videamus.

XXXIX. Atque hic nemini, qui ſuperiora probe intellexerit atque meminerit, dubium eſſe poteſt; quin illi *Septemviri* ſummo jure & potuerint appellari Διάκονοι, *miniſtri*, & re ipſa quoque eo nomine ſint ſignati. Nam cum munus illorum διακονία ſit, Act. VI. I. atque ipſi inde dicantur διακονεῖν ταῖς τραπέζαις, *miniſtrare menſis*, verſ. 2. quodnam eo concinnius, elegantius, & denique ſignificantius nomen inveniri poterat, quo hi Septemviri ornarentur, illo ipſo nomine Διακόνων, *Diaconorum*? ſiquidem negari non poteſt quin ὁ διακονῶν ταῖς τραπέζαις, revera ſit, atque olim Græcis conſtanter appellatus fuerit, Διάκονος, *miniſter*.

XL. Διακονέω enim (a Κονέω, *Heſychio* σπεύδω, τρέχω, ἐνεργῶ, *feſtino*, *curro*, *operor*; & hoc a κόνις *pulvis*; metaphora a *curſoribus* deſumta, qui inter *properandum pulverem* excitant) proprie eſt *miniſtro*, *famulor*, *miniſtri* vel *famuli operam præſto*; quemadmodum Regibus miniſtri, heris ſervi, majoribus natu minores ſolent. Ita *Demoſt.* Δεσπότῃ διακονοῦντες, *hero miniſtrantes*. *Ariſtid.* Διακονῶν τῷ βασιλεῖ, *miniſtrans regi*. *Athenæus* Lib. VI. Εἴθισται γὰρ ἐν ταῖς οἰκιακαῖς διακονεῖν τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις. *Moris enim eſt, ut in domeſticis juniores ſenioribus miniſtrent*.

XLI. Sed præter hunc generalem & latiſſimum uſum, etiam alium reſtrictiorem habet, ut ad *miniſteria convivialia & menſaria* ſingulatim adhibeatur. *Plutarchus*, Ἠσκημένων καὶ μεμαθηκότων παίδων διατρῖψαι καὶ ὀπτῆσαι καὶ οἰνοχοῆσαι, εἰ μὴ διάθεσις μηδὲ διάταξις εἴη πρὸς τοὺς διακονοῦντας. *Pueris exercitatis atque edoctis cum cibos rite dividere & aſſare, tum vinum* in-

infundere; nisi singulare mandatum ministrantibus datum intercedat. Ubi vox Διακονεῖν tria complectitur, Homerico versu quoque sæpe laudata,

> Δαιτρεῦσαι τε καὶ ὀπτῆσαι καὶ οἰνοχοῆσαι,

quæ *Aristoteles* libr. I. Pol. cap. 4. ἐγκύκλια διακονήματα appellat, *trivialia*, quotidiana & passim obvia *ministeria*: *Philo* περὶ βίου θεωρητ. pag. mihi 617. Διακονικὰς χρείας. *In hoc*, inquit, *sacro convivio servus nullus est*, ἐλεύθεροι δὲ ὑπηρετοῦσι, τὰς Διακονικὰς χρείας ἐπιτελοῦντες, *sed ingenui ministrant*, *ministeriales* (conviviales) *operas præstantes*, vel, *quæ in mensa opus sunt*, *facientes*. *Lucianus Chronos.* fine. Ἐπὰν δὲ τοὺς οἰκέτας ὁ πλούσιος εὐωχῇ, διακονούντων (legendum videtur, διακονείτωσαν) καὶ οἱ φίλοι σὺν αὐτῷ. *Quando vero dives aliquis famulos convivio excipiet, una cum ipso etiam amici ministranto.*

XLII. Eodem modo vox Διάκονος, uti in genere quemvis *ministrum* notat, ita in specie eum, qui *mensæ ministeria* obit. *Athen.* Lib. VI. edit. Casaub. pag. 267. Καλοῦνται δ' οἱ δοῦλοι ὡς μὲν Κλείταρχος φησὶν ἐν ταῖς Γλώσσαις, Ἄζοι, καὶ θεράποντες καὶ ἀκόλουθοι, καὶ ΔΙΑΚΟΝΟΙ, καὶ ὑπηρέται. Atque ita etiam *Legatum* notat. *Pollux* Libr. VIII. ὁ δὲ πρεσβευτὴς εἴη ἂν καὶ ἄγγελος καὶ ΔΙΑΚΟΝΟΣ· ἑτέρας δὲ χρείας, κήρυξ καὶ σπονδοφόρος.

XLIII. Sed de *mensarum ministris* frequentissime legitur. Et cum ad convivium apparandum & rite celebrandum complures requirantur, coqui, cupedinarii, pocillatores, &c. Διάκονοι specialissime dicuntur, qui cibos coctos apportant & mensis imponunt. *Athenæus* Lib. X. de quibusdam, qui convivas secum adducunt: βοῶσι, κεκράγασι: βλασφημοῦσι τὸν οἰνοχόον, τὸν ΔΙΑΚΟΝΟΝ, τὸν μάγειρον: *Clamant, vociferantur, conviciis Pocillatorem, Ministrum, Coquum incessunt. Lucianus* in *Cronosol.* circa finem. Μοῖρας κρεῶν κατ' ἴσον ἅπασιν· οἱ διάκονοι πρὸς χάριν μηδενὶ μηδέν; ἀλλὰ μηδὲ βραδυνέτωσαν, μηδὲ παραπεμπέτωσαν, ἔς' ἂν αὐτοῖς δοκῇ, ὁπόσα χρὴ ἀποφέρειν. μηδὲ τῷ μὲν μεγάλα, τῷ δὲ κομιδῇ μικρὰ παρατιθέσθω. μηδὲ τῷ μὲν ὁ μηρὸς, τῷ δὲ ἡ γνάθος συὸς, ἀλλ' ἰσότης ἐπὶ πᾶσιν οἰνοχόος ὀξὺ δεδορκέτω, *Carnium omnibus æqua portio. Ministri ne cui quid favore danto, neque cunctanter, neque prætermittunto, donec ipsis visum fuerit, quæ tollenda erunt. Neque huic quidem magna, illi vero perexigua apponunto. Neve huic coxa suis, illi vero maxilla apponitor, sed in omnibus æqualitas esto. Pocillator acutis oculis observato &c.* Idem *Epist. Sat.* pag. 1035. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὕτως αἰσχρά ἐστιν, ὥστε ὀκνῶ λέγειν ἃ περὶ τῆς νομῆς τῶν κρεῶν αἰτιῶνται, καὶ τῶν διακόνων· ὑμῖν μὲν παρεστώτων ἕως ἂν ὑπερεκφορηθῆτε, ἐκείνους δὲ παραθεόντων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα μικροπρεπῆ, καὶ ἥκιστα ἐλευθέροις πρέποντα. τὸ γοῦν ἥδιστον, καὶ συμποτικώτερον, ἡ ἰσοτιμία ἐστω, καὶ ὁ ἰσοδαίτης τούτου ἕνεκα ἡγεῖται ὑμῖν τῆς συμποσίων, ὡς τὸ ἴσον ἅπαντες ἔχοιεν. *Porro reliqua usque adeo sunt turpia, ut pigeat commemorare, quæ de carnium partitione criminantur, deque ministris, qui cum vobis adsistant, donec plus quam ad plenum expleamini, ipsos prætercurrunt: aliaque hujus generis permulta sordida, minimeque digna viris ingenuis. Proinde æqualitas res est omnium jucundissima, maximeque conviviis congruens, atque hac de causa vobis æquus ille partitor in conviviis præficitur.* Unde liquet hos διακόνους & suam cuique portionem præbuisse, & convivatori reliquisque convivis adstitisse, ut, quæcunque opus essent, ministrarent.

XLIV. Atque hi ab iisdem muneribus etiam τραπεζοκόμοι & δαιτροὶ dicti. Sic *Plutarch. Symp.* Lib. I. *Probl.* 2. dicit, τοῖς ὀψοποιοῖς καὶ τραπεζοκόμοις, coquis & *mensæ ministris* curæ fuisse, quid primo, quid secundo, quid medio ultimove loco apportarent. Ubi τραπεζοκόμοι sunt, qui Athenæo Lib. V. διάκονοι τοὺς παραθέσεις φέροντες, *ministri qui fercula inferunt*, quos *Hieronymus* δισκοφόρους appellat: Latine nunc vulgo *dapiferos* dicimus. Δαιτροὶ vero, *Structores*, quia cibos apte artificioseque dividunt, dissecant, atque distribuunt, quorum frequens apud *Homerum* & *Athenæum* mentio: *Lucianus* loco modo citato ἰσοδαίτην appellat. *Plutarch. Sympos. Lib.* II. *Probl.* 10. *Sed & convivia* δαῖτας *vocarunt, & convivatores* δαιτυμόνας, δαιτροὺς δὲ τοὺς τραπεζοκόμους, *& denique eos qui mensas inferunt, Divisores, quia sc. illi cibos dividebant & distribuebant.*

XLV. Atque idem harum vocum usus etiam apud Sacros Scriptores obtinet. Sic *Esth.* I. 10. ministri Regis εὐνοῦχοι καὶ διάκονοι appellantur, & cap. II. 2. VI. 3. οἱ Διάκονοι τοῦ βασιλέως. Et in N. T. Magistratus dicuntur θεοῦ Διάκονοι, Rom. XIII. 4. & Christus Διάκονος περιτομῆς, Rom. XV. 8. Apostoli vero, & quicunque Doctores Ecclesiæ, simpliciter Διάκονοι θεοῦ, Χριστοῦ, εὐαγγελίου, &c. ceu Dei Christique *Legati*, ad *Evangelium* & *fœdus gratiæ* inter gentes promulgandum.

XLVI. Neque minus frequens hujus & reliquarum vocum usus in conviviis. Sic Christus Luc. XXII. 27. *Quis enim,* in-

inquit, *major est*, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν, *qui accumbit*, *an qui ministrat? Nonne qui accumbit? At ego inter vos sum* ὡς διακονῶν *ceu ministrans*. Et cap. x. 40. *Martha vero distrahebatur* περὶ πολλὴν διακονίαν *circa freqnens ministerium; & superveniens dixit ei*, *Domine*, *non est tibi curæ*, *quod soror mea reliquit me solam* διακονεῖν, *ad ministrandum*, & Rursum cap. xvii. 8. *Nonne vero dicet illi: para quod cœnem*, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι, *& præcinctus ministra mihi* (accumbenti) *usque dum edero ac bibero*. & hi, xii. 37. *Beati servi illi*, *quos cum venerit dominus invenerit vigilantes*. *Amen dico vobis*, *præcinget se*, *& faciet ut discumbant*, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς, *& accedens ministrabit ipsis*. Similiter & hi, qui mensis ministrant, Διάκονοι dicuntur Joh. ii. 5. 9.

XLVII. Sed & illi *ministrare* dicuntur, qui de suo liberaliter conferunt, quo aliorum egestatem levent. Sic Matt. xxv. 44. *Tunc ipsi quoque respondebunt ei*, *dicentes*, *quando te vidimus esurientem*, *aut sitientem*, *aut peregrinum*, *aut nudum*, *aut ægrotum*, *aut in carcere*, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι, *& non ministravimus tibi?* cibum, potum, & reliqua necessaria subministrantes. Inprimisque Marci xv. 41. *Quæ etiam*, *quum in Galilæa esset*, *ipsum secutæ erant*, *& ministraverant ipsi:* Quod Lucas explicatius dicit, cap. viii. 3. Καὶ ἕτεραι πολλαί, αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

XLVIII. Hinc vero porro in Epistolis Paulinis verbum Διακονεῖν de *Eleemosynis* usurpatur, quæ vel a fidelibus liberaliter *subministrantur*, vel *administrantur* ab Apostolis. Priori modo Hebr. vi. 10. Διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες, *qui ministravistis sanctis*, *&* etiamnum *ministratis*, operibus sc. charitatis, ut est in antecedentibus, liberali eleemosynarum largitione. At sensu posteriori 2. Cor. viii. 19. 20. Σὺν (vel ἐν) τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, *cum*, (vel, *in*) *hac beneficentia* (eleemosyna) *quæ administratur a nobis*; *Evitantes hoc*, *nequis nos vituperet*, ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, *in hac ubertate* (collectarum eleemosynarum) *quæ administratur a nobis*, illarum collectoribus.

XLIX. Eodem modo vox Διακονία usitata legitur, cum de ipsis eleemosynis quæ in usum sanctorum dantur, tum de earundem etiam administratione. Act. xi. 29. decernunt discipuli, ut quisque pro facultatibus suis mittat εἰς διακονίαν τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς, *in ministerium habitantibus in Judæa fratribus*. Ita *Vulgata: Beza* vero, *subministrationis causa* &c. 2. Cor. viii. *Multa cum exhortatione nos rogantes*, *ut hanc beneficentiam*, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, δέξασθαι ἡμᾶς. id est, uti quidem *Beua* reddit, *& societatem hujus ministerii sanctorum causa* (subeundi in) *nos reciperemus:* sed malim absque ellipsi, partim cum *Vulgato*, partim cum ipso *Beza* ex cap. seq. commate primo vertere; *& communicationem ministerii* (i. e. subministrationis) *quod fit in sanctos*, vel *quod sanctis exhibetis*. Ut ἡ κοινωνία τῆς διακονίας non officium Pauli eleemosynas Hierosolymam deferentis designet, uti *Beza* pariter contendit; sed ipsas Ecclesiarum Macedonicarum *Eleemosynas*, quæ alibi quoque κοινωνία vocantur, uti cap. ix. 13. Hebr. xiii. 16. Sed de hac re alibi, si Deo visum fuerit, pluribus agemus. Similiter vero Διακονία *eleemosynas* notat, hujus Epistolæ cap. ix. 1. περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, *Nam de ministerio*, (potius *subministratione*, *eleemosynis*) quod *sanctis* exhibetis, *supervacaneum est mihi scribere vobis*.

L. De *officio* vero *eleemosynas colligendi & administrandi* in sequentibus accipitur. Act. xii. 25. *Barnabas autem & Saulus reversi sunt Hierosolymis* πληρώσαντες τὴν διακονίαν, *postquam ministerium expleverant*; quod in se certo pacto susceperant, se pauperum curam habituros, & eleemosynas Antiochenorum Hierosolymam delaturos. Gal. ii. 10. Act. xi. 29. 30. Rom. xv. 31. καὶ ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις. *Et ut ministerium meum erga Hierosolymam*, *acceptum sit sanctis*. Ubi pariter de eleemosynis Hierosolymam deferendis agi, antecedentia satis arguunt, inprimisque comma 25. *Nunc vero proficiscor Hierosolymas*, διακονῶν *ministrans* (collectas Eleemosynas perlaturus) *sanctis*.

LI. Tantum erat, quod de vocibus hisce, Διακονεῖν, Διάκονος & Διακονία, adscribendum videbatur: De quibus plura videre licet in *Budæi Comment. & Stephani Thesauro Ling.* Gr. inprimisque *Guilh. Stukkii Antiquitatibus Convivialibus*, Lib. ii. cap. xx. & seq. nec non *Henrici Hammondi Jure Episcopatus*, Diss. iv. cap. xxiv. unde nos quoque hæc transcripsimus.

LII. Quorsum vero, inquies, tantus vocum Græcarum apparatus in dissertatione Hebraica? quid Græcis cum Rabbinis? Non alio, nisi ut suum illis Septemviris nomen constet, & suum maxime-

ximeque hodiernum voci Διάκονος usum, ab aliis per suos *Azanitas* oppugnatum, asseramus. Ex iis enim, quæ de usu vocum Græcarum tam apud Sacros quam profanos scriptores diximus, tandem cuivis manifestum esse arbitramur: & *Septemviros* illos mensarum ministros, & hodiernos in nostra Ecclesia *Eleemosynarum Collectores* suo summo jure, & ex usu sermonis Græci, & ex mentem Sacrorum Scriptorum, *Diaconos* appellari.

LIII. Cum enim officium horum *Septemvirorum* circa *mensas* versetur, quarum *Ministri* Græcis cum aliis variis nominibus appellabantur, tum longe frequentissime Διάκονο; cum porro iidem *Septemviri* Διακονεῖν dicantur ταῖς τραπέζαις, & munus illorum Διακονία vocetur, vocibus ἑλληνικωτάτοις: quis, quæso, ulla ratione dubitare possit, quin iidem *Septemviri* summo jure Διάκονοι appellari possint, eoque nomine & in Veteri Ecclesia & in nostra recte appellentur; Rursum, cum *Eleemosynarum collectio* atque *administratio* Paulo Διακονία dicatur, & qui illam gerunt διακονοῦντες, uti modo evidentissimis argumentis & illius actis & epistolis probatum dedimus; quid intercedat, quominus qui in nostris Ecclesiis pauperum curam gerunt, eodem nomine *Diaconorum* salutentur? Nobis sane res evidentior videtur, quam ut prolixa demonstratione indigeat. Qui mensis servit, ὁ διακονῶν ταῖς τραπέζαις, utique minister est, Διάκονος: Atque גבאי תמחוי *Collectores Catini* in Synagoga, & *Septemviri* illi in Ecclesia, serviebant mensis: Ergo iidem etiam sunt, & jure dicuntur, Διάκονοι. Atque iterum; Quorum officium *ex mente & usu Sacrorum Scriptorum* Διακονία est, quique inde dicuntur διακονεῖν, illi jure optimo etiam Διάκονοι vocantnr: At qui pauperes curant, Eleemosynarum collectores, eorum officium *ex mente & usu Sacrorum Scriptorum* est Διακονία; atque ipsi inde dicuntur Διακονεῖν: Ergo iidem etiam jure optimo *ex mente & usu Sacrorum Sariptorum* vocantur Διάκονοι. Ita nostra nos dialectica argumentari docet; nisi forte adeo infelices & invenusti sumus, atque adeo ab omni ratione destituti, ut in re clara atque evidenti prorsus aberremus, Hypsea cœciores, & tenebris plus quam Cimmeriis, imo Ægyptiacis percussi.

CAPUT II.

Continuatur idem argumentum de Diaconis *Ecclsiæ Christianæ. Paulus quoque in Epistolis suis de iisdem agere probatur, rationibus partim ex SS. partim ex historia Ecclesiastica desumtis.*

I. Atque hactenus quidem illud ostendimus, argumentum, quo *Vir Doctus* utitur ad *Diaconos* Synagoga excludendos, nullum esse: id quod ad nostrum institutum de *Otiosis* satis esse poterat. Quoniam vero methodum *Cl. Viri* secuti, eadem occasione etiam de *Origine Diaconorum* in Ecclesia egimus; atque illam vocem, quatenus quidem ex Actis Apostolorum orta sit, convenienter menti Sacrorum Scriptorum usurpari docuimus: parum præstitisse videamur, & vadimonium deserere, nisi ejusdem vocis usum etiam ex Epistolis Paulinis & Veteris Ecclesiæ institutis valide asseramus, non obstante eo, quod *Cl. V. in sequentibus docere constituit*, Diaconos, *in Veteri Ecclesia hoc nomine ita dictos, nihil minus fuisse quam* Eleemosynarum Collectores; *neque solida id agenti argumenta defore opinatur, vel ex ipsa prima Ecclesiæ Christianæ constitutione depromta.*

II. Et licet loca illa Paulina Phil. I. 1. & 1. Tim. III. paulo obscuriora sint, cum tam manifesta criteria ibidem non inveniantur, ut illico ex iis solis qualesnam illi Διάκονοι fuerint, dignosci queat; non tamen ideo etiam de re ipsa desperamus: præsertim posteaquam & Illustris *Grotii* sententiam de *Diaconorum origine* refellimus, (quæ uti *Hammondo*, *Burmanno*, aliisque Doctissimis Viris occasio errandi fuit, ita etiam *Cl. Viro* istarum meditationum ansam dedit,) & ex historia Apostolorum usuque linguæ Græcæ nomen Διακόνων evicimus atque defendimus.

III. Loca igitur, de quibus controvertitur, sunt in Epistola Pauli ad Philippenses, cap. I. 1. & 1. Tim. III. 8. 12. 13. Utrobique vero *Diaconi* junguntur *Episcopis*; illic quidem ceu jam instituti, hic vero tanquam qui in quavis Ecclesia necessaria sint constituendi. *Paulus & Timotheus servi Jesu Christi omnibus Sanctis in Christo, qui Philipis sunt*, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις: *cum Episcopis & Diaconis*. Et rursum: *Oportet itaque Episcopum inculpatum esse: Diaconos similiter &c.* Atque *hæc tibi scribo, ut scias quomodo in domo Dei oporteat versari, quæ est Ecclesia Dei viven-*

ventis. Deinde vero in Epiſtola ad Timotheum Apoſtolus quædam vitia & virtutes recenſet , quæ a *Diaconis* vel abeſſe debeant , vel in iiſdem neceſſario ineſſe.

IV. Quo melius itaque hi *Diaconis* inveſtigari poſſint, primo loco illud obſervandum eſt, quod illico cuivis ſuccurrit ; *inde ab antiquiſſimis temporibus ex inſtitutione ipſorum Appoſtolorum*, *munus Diaconorum* , *quicunque illi fuerint* , *in Eccleſia ordinarium & neceſſarium fuiſſe*: ut adeo illud ſaltem maxime inquirendum eſſe videatur , quænam ordinaria maximeque neceſſaria munera Eccleſiaſtica in N. T. inveniantur.

V. Atque hanc in rem duo præcipue loca occurrunt , ubi Apoſtoli Διάκονοι tanquam muneris Eccleſiaſtici meminerunt . Rom. XXII. 6. ſ. *Habentes autem diverſa dona pro gratia quæ nobis data eſt ; ſive prophetiam*, prophetemus *ſecundum regulam fidei:* ἐιτε Διακονίαν , ἐν τῇ Διακονίᾳ , *ſive miniſterium*, verſemur *in miniſtrando: tum is qui docet*, *in docendo: tum qui exhortatur in exhortatione . tum qui diſtribuit*, *cum ſimplicitate*: *tum qui præeſt*, *cum diligentia: tum qui miſeretur* , *cum hilaritate* . Et I. Pet. IV. 11. Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα , εἰς ἑαυτὸς αὐτὸ διακονῦντες , ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεῦ . εἴ τις λαλεῖ , ὡς λόγια θεῦ· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ θεός : *Prout quiſqua accepit donum* , ita *alter alteri illud ſubminiſtrantes*, *ut boni diſpenſatores variæ Dei gratiæ* . *Si quis loquitur* , loquatur *ut eloquia Dei* ; *ſi quis Miniſtrat* , miniſtret *tanquam ex viribus quas ſuppeditat Deus*.

VI. Ut vero Petri verba primo loco excutiamus , in illis manifeſta eſt metaphora , a Veterum Διακόνοις *Structoribus* & *diviſoribus* deſumta. Id quod inde inprimis liquet , quia jubet , quæ quiſque a Deo , ſummo δεσπότῃ , dona accepit, tanquam bonus οἰκονόμος *diſpenſator* , aliis apponat atque miniſtret : quemadmodum olim , Διάκονοιοὶ τραπεζοκόμοι ϰ̀ δαιτροὶ, quæ ex culina heri acceperant , convivis apponere & diſtribuere debebant . Hanc vero Διακονίαν , hoc miniſterium duplex facit , alterum quod *verbi* vocat, alterum quod ſimpliciter *miniſtrationem* ; εἴ τις λαλεῖ, εἴ τις διακονεῖ. Sed nec dum tamen , inquies , ita liquet , utrum pauperum cura illo miniſterio potius intelligatur , an vero illius munus , qui in Synagoga חזן, *Azanita* dicitur. Imo vero, inquam , vel ex ipſa illa διακονίας Eccleſiaſticæ diſtinctione quam clariſſime perſpicitur atque intelligitur , *miniſterium* κυρίως ſic dictum , & *miniſterium verbi* oppoſitum , nihil aliud eſſe , niſi *adminiſtrationem eleemoſynarum* , ſi quidem illis temporibus præter duo illa miniſteria nullum aliud in Eccleſia legitur inſtitutum.

VII. Et conferatur ſaltem Act. VI. 1. 2. 3. 4. & res erit liquidiſſima. Ibi cum Apoſtolis hactenus ſoli omnia Eccleſiæ negotia procuraſſent , cum , inquam, *miniſteria* ſoli obiiſſent omnia; hæc duo tantum comemorant, Διακονίαν τῦ λόγυ, *miniſterium verbi* ; & Διακονίαν τῶν τραπεζῶν , *miniſterium menſarum* , curam pauperum .

VIII. Ex quarum phraſium delectu, ut id ἐν παρόδῳ dicamus, cum ſummam Sacrorum Scriptorum prudentiam, tum ſingularem elegantiam, admirari licet, quando nativo uſu vocis Διακονίας retento, ſui quemque officii non obſcure admonent. Scilicet, non tantum qui eleemoſynas adminiſtrant , *Diaconi* ſunt , qui pauperibus די מחסורם ſuam cuique portionem , quæ ad victum ſatis ſit, miniſtrare debent : ſed etiam , qui in verbo laborant , ſunt Διάκονοι τῦ λόγυ *miniſtri verbi* , qui verbum debent ὀρθοτομεῖν, *recte ſecare*, *dividere*, metaphora a Διακόνοις veterum deſumta, qui δαιτροὶ & τομεῖς dicebantur , ἀπὸ τῦ διαιρεῖν ϰ̀ διανέμειν uti nuperrime ex *Plutarcho* audivimus. Quemadmodum etiam Plato Dialecticos rudes & imperitos res bene dividendi, ineptis coquis comparat, qui cibos male dividunt , ac potius diſcerpunt, obſervante eruditiſſimo *Stukkio Antiq. Conviv.* Lib. II. cap. XXI. Neque vero *Miniſtri* hi verbum tantum recte ſecare debent , ſed & convenientem cuique cibum apponere , exemplo Pauli Hebr. V. 12. ſ. ubi alium infantibus alium adultis cibum apponendum docet.

IX. Cum itaque, ut e diverticulo in viam redamus , duplici illo miniſterio , *verbi* & *eleemoſynarum* , univerſum Eccleſiæ Apoſtolicæ miniſterium abſolvatur; atque hic a Petto ſimiliter univerſam adminiſtrationem hiſce duobus comprehendi videamus , *prædicatione verbi*, & quam κυρίως ſic vocat, Διακονία *a miniſterio verbi* diſtincta : nulli quidem dubitare poſſumus, quin eadem denotetur Διακονία τῶν τραπεζῶν, cura pauperum & adminiſtratio ellemoſynarum.

X. Neque aliter locus ille Pauli accipiendus eſt , Rom. XII. 7. quippe ἡ Διακονία iſtic locis non ab aliis modo publicis privatiſque Chriſtianis hominis offiiciis , ſed vel inprimis a *miniſterio verbi* diſtinguitur. Nam cum hoc particulatim per προφητείαν , διδασκαλίαν , & πα-

παράκλησιν explicetur quæ præcipuæ atque essentiales illius ministerii partes sunt; Διακονίαν aliud quid notare necesse est. Et cum porro a privatis virtutibus μεταδόσεως καὶ ἐλέους distiguatur; (Hebræi צדקה וגמילות חסדים appellant, Apostolus Hebr. XIII. 16. κοινωνίαν καὶ εὐποιΐαν *communicationem & beneficentiam*; de quibus nos alibi, si Deo placuerit, fusius & ex professo agemus) nec non a προστασίᾳ, quæ procul dubio *Seniorum Ecclesiæ* dignitatem notat, qui in verbo non laborant: superest tandem, ut hæc Διακονία, æque atque illa apud Petrum Eleemosynarum administrationem & pauperum curam significet. Hæc enim sola est Διακονία, quam Paulus in suis epistolis, præter ministerium verbi & subministrationem eleemosynarum, commemorat aut commendat.

XI. Ac ne quis forte existimet, voce Διακονίας *ministerium Azanitarum* intelligi, & ut hosce *Azanitas* tandem prorsus explodamus, sequentia indubitatæ veritatis axiomata considerentur.

XII. *Primæ Ecclesiæ regimen ita ad formam Synagogæ est conformatum, ut quæ bene sese habeant, maximeque necessaria erant, nihil aut parum mutarentur.* Id fere totidem verbis Virum Illustrem modo inculcantem audivimus. Idem *Hammondus*, *Lightfootus*, *Burmannus*, *Le Moine*, *Simonius*, aliique Doctissimi Viri passim inculcant, inprimisque *Vir Clarissimus*, cum quo nobis res est.

XIII. *Fuere in quaque Synagoga, qui pauperum curam gererent, in eumque usum nummos cibosve colligerent, eosque inter pauperes rursus distribuerent; & hi a prima muneris parte* גבאים, Collectores, *dicebantur*. Illud pariter ἀναντίῤῥητον est, ne quemquam novimus, qui horum unquam quicquam in dubium vocaverit, nisi quod nuperrime *Vir Doctus* illos Synagoga exclusos voluerit; contra quem nos suum illis in Synagoga jus & locum superiori capite asseruimus.

XIV. Unde sequitur: *In prima Ecclesia Christiana, debuisse eodem modo certos homines constitui, qui pauperum curam gererent, & eleemosynas colligerent, vel sponte oblatas administrarent.* Atque ita etiam factum vidimus, & constitutos ab Apostolis atque universa Ecclesia certos homines, qui illud Ecclesiæ negotium curarent.

XV. *Horum vero munus phrasi Græca erat* Διακονεῖν ταῖς τραπέζαις; *& cum hoc eorundem, tum reliquorum omnium Eleemosynas colligentiam munus* Διακονία *vocabatur*. Illud pariter ex Act. VI. & XII. phrasi Apostoli de se ipso loquentis manifesto liquet.

XVI. Ex quibus omnibus porro clarissime sequitur, *quando Apostoli de* Διακονίᾳ *munere Ecclesiastico loquuntur, nihil prius potiusque esse, quam ut tum de* Eleemosynarum collectione *intelligantur, quæ hactenus sola hoc nomine simpliciter indicabatur, quando ea non significabat ministerium verbi. Atque adeo tandem Paulum* Rom. XXII. 7. *& Petrum* I. Ep. IV. 11. *de eodem munere egisse*.

XVII. Si cui vero eodem modo de *Azanitis* argumentari lubeat, ei illud inprimis probandum incumbet; horum *munus* æque atque alterum fuisse *necessarium*, atque etiam *ab Apostolis institutum*, & denique etiam *vocatum* Διακονίαν. Quorum nos quidem hactenus nihil probatum esse, vel probari posse videmus.

XVIII. Ac primo quidem, non fuisse illud *necessarium*, inde liquet; quod primis illis Christianismi temporibus non legantur habuisse peculiares ædes concionibus sacris destinatas, sed privati quidam, quibus illud commodum erat, & major erga religionem amor, quandam ædium suarum partem fratribus commodarent, in qua sacri conventus haberentur: uti neque libros, ex quibus Lectio sacra fieret, neque tapetes, cæteraque Synagogæ ornamenta, quibus custodiendis & curandis חזנים *Custodes* erant destinati, atque necessarii. Quibus adeo absentibus, etiam hi minus necessarii deprehendebantur. Deinde vero, *Azanitas*, vel ad illornm imitationem alios, ab Apostolis *institutos* esse, multo magis incertum est: uti & quod illorum, si qui forte fuerint, munus fuerit eadem voce Διακονίας insignitum. Lucas sane quando eorum mentionem facit, ὑπηρέτας vocat, non Διακόνους, cap. IV. 20. Quod vero Epiphanius illos etiam Διακόνους, vocat, (καὶ Ἀζανιτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς Διακόνων ἑρμηνευομένων ἢ ὑπηρετῶν) seculi sui more facere potuit, & ad Ecclesiæ *Diaconos* respiciens, quos inter atque illos tum temporis non exigua convenientia cernebatur.

XIX. Hoc itaque evicto, *Eleemosynarum collectionem fuisse necessarium ordinariumque munus in Ecclesia; illudque appellatum* Διακονίαν; *ac denique idem intelligi quando Apostoli* Διακονίας *tanquam muneris Ecclesiastici mentionum faciunt*: Nemo quoque porro dubitare potest, quin quando iidem Apostoli *Diaconorum* meminerunt, qui munus sui nominis in Ecclesia administrent, necessariique sint; quin, inquam, illi *Diaconi* sint *Eleemosynarum Collectores*. Dicere enim curam pau-

pauperum in Ecclesia fuisse necessariam, & ordinariam, eamque appellatam fuisse Διακονίαν; Qui vero illam curam gererent, vel nullos fuisse, vel non fuisse voce conjugata dictos Διακόνους: adeo absurdum est, adeo ridiculum, ut nihil supra.

XX. Sed quæ hactenus de Διακονίᾳ κυρίως sic dicta, & τῇ Διακονίᾳ τοῦ λόγου opposita, jecimus, novum nobis solidumque argumentum suggerunt, quo probemus, *Diaconos* Paulo memoratos non *Azanitas* esse, sed *Collectores Eleemosynarum*. Nam si Act. VI. Rom. XII. & I. Petri IV. Διακονία *ministerio verbi* opposita *curam pauperum* designat; etiam *Diaconi* quando *præconibus verbi* opponuntur, atque adeo *Diaconi* Paulo Phil. I. & I. Tim. III. memorati, *Collectores Eleemosynarum* sint oportet. Consequentia argumenti manifesta est. Nam quæ ratio est Διακονίας, quando *verbo* opponitur, eadem quoque est Διακόνων, quando opponuntur *præconibus verbi*. Causa dissimilitudinis nobis nulla occurrit, neque, opinor, ab aliis poterit produci. At vero Διακονίαν l. c. *ministerio verbi opponi*, atque item *curam pauperum designare*, ex locis ipsis, atque iis quæ modo diximus, evidentius est, quam ut operose debeat probari. *Diaconos* vero Paulinos *præconibus verbi* opponi, nihil minus manifestum est, quia opponuntur *Episcopis*, quos in verbo laborare omni dubio caret. Ut adeo tandem ἀναντιῤῥήτως inde concludere liceat, *Diaconos* Paulo memoratos esse *Collectores Eleemosynarum*: & porro, quando *Lightfootus*, & alii passim Doctissimi viri, & denique Ecclesiæ nostræ universæ *Pauperum Curatores*, *collectores Eleemosynarum*, *Diaconorum* nomine insigniunt, nihil præter mentem & exemplum Sacrorum facere scriptorum; Quin immo in gravissimo ipsos errore versari, qui *Doctissimo Lightfooto, aliisque Præstantissimis Viris*, *hoc nomine erroris non levis* dicam scribunt.

XXI. Sed *Phœbes* τῆς Διακόνου, *Diaconissæ*, fere obliti essemus, cujus hic commodum in mentem venit. Nam cum alii forte ex illius & reliquarum *Diaconissarum*, quæ etiam sequentibus seculis in Ecclesia fuerunt, ad *Diaconorum* naturam argumenta sint petituri; munus illius paulo accuratius considerandum erit.

XXII. Apostolus eam Διάκονον dicit, Rom. XVI. I. & ne quis de munere publico hæreat, Διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς *Ministram Ecclesiæ Cenchreensis*. Quodnam autem illud *ministerium* sit, commate sequenti explicat, ubi hoc argumento illam commendat: καὶ γὰρ αὕτη προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ Quid προστάτις sit, inter Interpretes non satis convenit. Sed sive *adstitisse multis* dicas, uti *Vulgatus* reddidit; sive *hospitium præbuisse*, uti *Beza* contendit, & ex *Eustathio* confirmat: illud negari non potest, illam egestati sive de suo succurrisse, (uti mulieres illæ Luc. VIII. 3. quæ Christo *de facultatibus suis ministrabant*, in quem sensum quidam etiam Pauli dictum accipiunt I. Cor. IX. 5. *de sorore muliere circumducenda*) sive ministrasse ex publico. Etsi istud nobis vero similius videtur, & convenientius ei, quod Apostolus illam non solum διάκονον, sed ad majorem commendationem etiam προστάτιν vocat. Quod unicum recte consideratum satis ostendit, argumentum illud a *Diaconissis* desumtum nostræ sententiæ non tantum nihil adversari, sed eandem etiam nova ratione confirmare.

XXIII. Denique vero quas Apostolus I. Tim. III. in *Diaconis* constituendis virtutes requirit, illæ *Diaconos* nihilo magis *Azanitas* esse arguunt, quam *Eleemosynarum Collectores*. Sunt, fateor, in illis quædam, quas Hebræi etiam in suis שליחי צבור *ministris Ecclesiæ* desiderant; Sed neque illæ ad חזנים *Azanitas* sunt referendæ, neque ab Eleemosynarum Collectoribus abesse debent.

XXIV. Nam cum apud Veteres Hebræos שליח צבור *Ecclesiæ minister*, qui preces publice dicebat, a חזן *Azanita*, *ædit-uo* vel *custode Synagogæ* fuerit distinctus; uti superioris dissertationis §. LXVII. innuimus, & alibi gravissimis testibus probatum dabimus: manifestum est, licet quædam hic inveniantur, quæ ad ש״צ referri queant, non tamen ideo eadem etiam de *Azanitis* esse explicanda.

XXV. Et, ut liberalius agamus, quamvis quædam horum etiam de *Azanitis* vera essent, tamen ne sic quidem sequeretur, hos, de quibus Apostolus agit, *Diaconos* esse Hebræorum *Azanitas*. Nihil enim causæ dari potest, cur non eædem virtutes in variis Synagogæ Ecclesiæve ministris requiri queant, licet illi inter sese toto genere sint distincti. Id quod nobis non tantum concedet, quicunque levi oculo præsens caput inspexerit, atque ea quæ Apostolus ab *Episcopis* & *Diaconis* requirit, inter se contulerit: sed ipse *Vir Clariss.* suo exemplo edoctus facillime, opinor, largietur. Cum enim primum *Vir Clarissimus* animum ad hoc argumentum explicandum appulit, quæcunque fere de

שליחי חציבור vel potius חזנים apud Hebræos inveniebat, tam exacte illi cum virtutibus *Episcoporum* convenire videbantur, ut vel eo argumento contenderet, *Episcopos* Ecclesiæ non aliunde quam ex *Azanitis* Synagogæ ortos esse. Quem tamen non levem sane errorem Vir Clarissimus tandem deperhendit, & in *Lightfooto* prolixe solideque refutavit. Id quod eo saltem adducimus, ut liqueat; quam periculosæ plenum opus aleæ aggrediatur, qui ex quibusdam saltem attributis, quæ multis communia esse possint, de rebus singulis judicium ferre velit.

XXVI. Sed quid est in omnibus illis requisitis, quod non *Eleemosynarum Collectoribus* conveniat? Quis dubitet, quin illi, qui ærario sacro præficiendi, quibus cura pauperum committenda, quin, inquam, illi viri graves esse debeant, ab omni fallacia, ebrietate, & turpis lucri studio alieni; quin item religionis Christianæ probe gnari esse debeant, eamque vitæ suæ integritate publice exornare? Qua de re sive Apostolorum historiam consulamus, sive scita veterum & recentium Judæorum, nihil vel certe parum ab hisce Pauli monitis videbimus differre.

XXVII. Atque illi quidem, quando *Mensarum ministri* constituendi erant, *ἄνδρας μεμαρτυρημένους* desiderabant, *πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας*; Hi vero אנשים ידועים ונאמנים *Spectatæ, testatæ*, inter suos *fidei & probitatis*; nec non חכמים *sapientes & prudentes*, quique in ipso munere tanta fide & prudentia versarentur, ut etiam minimam quamque non modo fraudis, sed etiam honesti lucri speciem evitarent; summatim sese נקיים מיהוה ומישראל *Deo hominibusque puros atque integros* præstarent. Sed illum parellelismum alibi pluribus persequemur. Hæc eo solummodo dicta sunto, ut saltem constet, quas Apostolus in *Diaconis* virtutes commendat, eas non minus *Eleemosynarios* decere quam *Azanitas*. Immo vero etiam magis illos, quam hos miseros custodes.

XXVIII. Sic itaque tandem satis probatum existimamus, vocem *Diaconorum*, sive illa ex Actis Apostolorum, sive ex Epistolis Pauli ad Philippenses & Timotheum repetatur, convenienter menti sacrorum scriptorum a nostris Ecclesiis de *Collectoribus Eleemosynarum* usurpari. Sequitur igitur, ut quid ex historia Ecclesiastica de hujus vocis usu dici & probari possit, porro disquiramus.

XXIX. Atque hic illud quidem negari non potest, fuisse primis temporibus in Ecclesia ministros, qui *Diaconi* dicebantur, ab *Eleemosynarum Collectoribus* longe diversissimos; hodiernis nostris *Custodibus* vel *Ædituis*, *Lectoribus*, *Præcentoribus* &c. similes, qui fores templorum custodiebant, fratribus ingredientibus loca assignabant, populum compescebant, catechumenos ab baptismum suscipiendum sua institutione præparabant, alia item multa ministeria obibant, præsertim in mysteriorum celebratione. Sed tamen ex omnibus illis aliisque compluribus nullo modo sequitur, eos de quibus Apostolus agit, nihil minus fuisse quam *Eleemosynarum Collectores*.

XXX. Qua de re ut scrupulus omnis eximatur, & paucis negotium hoc conficiamus, ea nobis tantum in medium proferenda erunt, quæ *Joh. Casp. Svicerus*, Clarissimus meritissimusque Vir, in incomparabili illo *Thesauro Ecclesiastico* ex Græcis Patribus de strictiori significatione vocis *Διάκονος* congessit. Quippe non singulares modo Doctores producit, sed integra Concilia, quæ *Septemviros* illos Apostolicos *Diaconos* appellant, & ab alteris illis sui seculi *Diaconis* diserte distinguunt. Sed verba ipsa produxisse juvabit.

XXXI. „ Atque ita (strictius, inquit) *Διάκονοι* in Ecclesia Apostolica dicebantur, qui eleemosynas distribuebant pauperibus, ac eorum curam gerebant: seu ærarii Ecclesiastici Œconomi. Eorum institutio describitur Act. VI. Ad eam respiciens Can. XVI. Conc. Constantinop. in Trullo, dicit, per *Diaconos* intelligi *τοὺς τὴν οἰκονομίαν τῆς κοινῆς χρείας ἐγκεχειρισθέντας οὐ τοὺς τοῖς μυστηρίοις διακονουμένους*, *eos, quibus administratio communis necessitatis est commissa, non eos, qui mysteriis inserviunt*. Aristinus in Synopsi Canonum hujus Concilii, Can. XVIII. *Γινωσκέτω ὁ λέγων ἑπτὰ διακόνους εἶναι. κατὰ τὸ εἰρημένον ταῖς πράξεσιν. ὅτι οὐ περὶ τῶν διακονούντων τοῖς μυστηρίοις ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν ταῖς τραπέζαις ὑπηρετούντων*. *Qui dicit Septem Diaconos esse, juxta id quod in Actibus dictum est, sciat, non de iis, qui mysteriis deserviunt, sed de iis, qui mensis ministrant, sermonem esse*. Zonaras ad Can. XVI. Trullanum, pag. 145. *παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐκλεγέντες εἰς διακονίαν, οὐχ ἱερουργίας ἦσαν διάκονοι, ἀλλ' ὑπηρέται καὶ οἰκονόμοι τροφῶν*. *Qui ab Apostolis electi erant ad Diaconatum, seu ministerium, non erant sacrorum Diaconi, sed ministri & rei cibariæ dispensatores*. Eadem in sua quoque Synopsi inculcat

„ Symeon Logotheta, Can. XIV. Concilii Trullani. Œcumenius in cap. VI. „ Actorum, pag. 433. Τοὺς ἐκλεγέντας εἰς „ Διακόνους ἐχειροτόνησαν, οὐ κατὰ τὸν νῦν „ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις βαθμὸν, ἀλλὰ τοῦ „ διανέμειν μετὰ ἀκριβείας καὶ ὀρφανοῖς καὶ χή„ ραις τὰ πρὸς διατροφήν. *Electis Diaco„ nis manus imposuerunt, non juxta gra„ dum, qui hodie in Ecclesia obtinet, „ sed ut omni studio atque diligentia or„ phanis & viduis ad victum necessaria „ distribuerent.*

XXXII. Hæc omnia adscribere libuit, tum quia præstantissimus liber nondum in omnium manibus versatur; tum inprimis, quia inde manifestum est, agnovisse Veteres, *Septemviros* illos Apostolicos, qui mensis præfecti erant, *Diaconos* esse, quo nomine ab illis sæpius vocantur. Et hinc *Cyprianus*, licet ejus temporibus jam alia rerum facies esset, & aliæ partes eorum, qui vulgo *Diaconi* audiebant, tamen illos ad Apostolorum Acta remittit, ut inde muneris sui originem atque gradum discant. Sic enim ille *Epist.* LXV. *Meminisse autem Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est Episcopos & præpositos Deus elegit: Diaconos autem post adscensum Domini in cœlos Apostoli sibi constituerunt, Episcopatus sui & Ecclesiæ ministros.* Similiter *Hieronymus*, Epist. LXXXV. ad *Evagrium*. *Discant, qui hoc faciunt, non se recte facere, & audiant Apostolos: Non est dignum, ut relinquentes verbum Dei, ministremus mensis. Sciant quare Diaconi constituti sint. Legant Acta Apostolorum, recordentur conditionis suæ.* Idem *Comment.* in *Ezech.* XLVIII. pag. 492. a. *Certe qui primus fuerit ministrorum (quia per singula concionatur in populos, & a Pontificis latere non recedit) injuriam putat si presbyter ordinetur, & non meminit mensarum & viduarum minister, in obsequium se & ministerium non solum Sacerdotum, sed & viduarum & pauperum delegatum.*

XXXIII. Ex quibus *Hieronymi* & *Cypriani* dictis etiam illud porro liquet; *Diaconos*, qui illorum temporibus in Ecclesiæ ministerio versabantur, originem suam non Synagogæ *Azanitis* debere, sed Septemviris Apostolicis, *Mensarum ministris*, qui Hebræorum *Gabbaim*, Collectoribus Catini, respondebant. Quod quo pacto factum sit, non difficile est conjectare.

XXXIV. Scilicet, cum *Diaconi* Apostolici primum instituti essent, ut *mensis pauperum* ministrarent, Act. VI. & præter has mensas etiam alia mensa in Ecclesia esset, in qua cœna dominica celebrabatur, 1. Cor. X. 21. factum est, ut *Diaconi* etiam hujus *mensæ Dominicæ* ministeria paulatim adhiberentur: sive quod in gentilium Ecclesiis mensæ illæ pauperum non ubique in usu essent, vel paulatim in desuetudinem abirent; sive quod non incommodum videretur, qui uni generi mensarum ministrabant, eos etiam ministrare alteri.

XXXV. Atque ita jam antiquissimis Ecclesiæ temporibus factum esse, locuples testis est *Justinus Martyr*, sub finem *Apologiæ* II. ubi Christianorum sacra describit. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ᾽ ἡμῖν Διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. *Præsidens vero, posteaquam gratiarum actionem perfecit, & populus universus læta approbatione eam comprobavit; qui apud nos Diaconi vocantur, dant unicuique eorum qui adsunt, percipiendum panem & vinum & aquam, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, & ad eos, qui absunt, perferunt.* Qui Diaconi vocantur, ex instituto Apostolorum mensis pauperum ministrantes, hic nunc etiam adhibentur ad ministeria mensæ Dominicæ.

XXXVI. Inde vero porro non tantum panem & calicem ab Episcopo acceptum populo porrigere, sed etiam reliqua omnia illius mensæ ministeria obire; uti cum alibi, tum prolixe apud *Hieronymum* videre est, *Epist. de Septem Ordinibus Ecclesiæ*, Tom. IX. pagin. 58. *Et sicut*, inquit, *in Sacerdote consecratio; ita in Ministro est sacramenti dispensatio. Illi orare, huic psallere mandatur. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat. Ipsis etiam Sacerdotibus propter præsumtionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a Diacono &c.* Et paulo post: *Tunc deinde ut aures habeamus ad Dominum, Diaconus acclamat, ipse prædicat*, (κηρύσσει, de qua voce *Svicerum* vide) *ipse hortatur, ipse commonet adstantibus Sacerdotibus, ne leviter hanc vocem, quæ loquitur hæc, & pacem annunciat, aut negligenter adspicias, aut contemnendam putes.* Vide ibid. reliqua, inprimisque quæ de *Levitis* habet, *qui mensam Domini componunt:* cum quibus *Diaconos* continuo comparat.

XXXVII. Atque ita porro reliqua *Diaconorum* officia pleraque omnia, si opus esset, ut aliud ex alio ortum sit, deducere possemus. Uti illi cum jam sacræ mensæ ministrarent, indignos inde arcere, catechumenos dimittere, ad reliqua

liqua omnia interea attendere debuerint: uti porro horum mysteriorum ministri, etiam ad Baptismum sint vocati, ad quem rite suscipiendum Catechumenos institutione sua præparare, & reliqua ipsorum fuerit curare. Quod tamen alii felicius præstare possent, qui in lectione Patrum διὰ τὸν χρόνον καὶ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἔχουσι. Nos in hisce aliorum indicio plerumque sapimus. Σύγκρισις saltem nostra esse potest & debet.

XXXVIII. Quod si vero, ut tandem huic disquisitioni finem imponamus, *Diaconi* Apostolici ex *Gabbaim* Synagogæ orti sint, & primis illis temporibus viduarum & pauperum curandi causa constituti; si iidem porro etiam Sacræ cœnæ ministeria obierint, atque aliud ex alio munus susceperint: patet, quam infeliciter vel primi illi Apostolici, vel sequentium seculorum *Diaconi*, a *Grotio*, *Burmanno*, *Simonio*, & denique *Viro inter nos Docto*, cum חזנים contendantur; quid item de *Azanitis* Hebræorum in posterum nobis promittere debeamus, quantumque lucis illi Ecclesiæ Christianæ sint fœneraturi. Etsi, ne quis erret, negare nolumus, Hebræorum *Azanitas* & *Diaconos* tandem non pauca communia habuisse, quæ non injucunde inter se conferri possint. Sed id nos horum originem ab illis repetere nihil cogit.

XXXIX. Præter illa vero argumenta, quæ jam prolixe examinavimus, adhuc unum *Vir Clariss.* adducit, quo probet *Diaconis* nomen בטלנים *Otiosorum* non posse multa cum ratione adscribi, *siquidem ipsi Apostoli monuerint*, τῆς Διακονίας ταῖς τραπέζαις *aliud esse* ἀπὸ τῆς Διακονίας τοῦ λόγου, Act. VI. 2. *Batlanim vero illi Legi sacræ operam dederint*. In quo argumento, si modo illud recte percipimus, supponi videtur, *Otiosos* etiam fuisse *populi Doctores*, quod nobis quidem hactenus minime persuadetur. Ex iis, quæ Dissertatione superiori, §. XIX. de *Otiosorum* munere & natura ex Hebræorum commentariis produximus, nihil hujus rei liquet. Orandi causa, non docendi instituti sunt: ut quotidie tempore precum sese in Synagoga sistant, ad sacrum illum numerum denarium, qui ad certas precum formulas publice recitandas ex mente Hebræorum necessarius est, constituendum. Hoc unico universum illorum officium absolvitur: nisi forte aliud quiddam sit, quod illis præstantissimis viris latuerit, vel potius nosmet ipsos fugiat, qui in Synagoga hospites non cives sumus. Sed transeat hoc tempore argumentum illud, quandoquidem de eo infra commodior agendi occasio nascetur. Nunc animus ad alia properat, & *Petitum* defendere gestit. Quare etiam reliqua, quæ *Vir Doctus* affert ad quinque residuos ordine *Otiosorum* excludendos, præteribimus, cum rationes nullæ afferantur, nisi quod *Cl. V. omni parte non arrideant*. De *Chassane* vero *Synagogæ Interprete* alibi agimus.

CAPUT III.

Rationes, ob quas Samuelis Petiti *sententia de variis Synagogæ præfectis rejicitur, excutiuntur. Hujus institutum defenditur.*

I. HIsce contra *Lightfoorum* dictis, *Vir Clarissimus* ad *Samuelem Petitum* pergit, & quam ille obscuriorum quorundam nominum in Legibus Imperatorum occurrentium explicationem dedit, rejicit atque refutat.

II. Scilicet frequens mentio fit in Jureconsultorum Libris, *Patriarcharum* Judæorum, *Apostolorum*, *Archisynagogorum*, *Patrum Synagogarum*, *Hiereorum*, *Presbyterorum*, *Didascalorum*, *Archipherecitarum*, & denique *Cœlicolarum*: de quibus quicquid Viro Eruditissimo observatum erat, Libro II. *Variarum Lect.* cap. X. congessit. Instituto sane utilissimo, ut quæ multis locis dispersa erant, nulla nostra molestia, ejus solius labore quasi in fasciculum collecta haberemus.

III. Atque hic postquam de *Patriarchis* eorumque *Apostolis* erudite sane & prolixe egerat, etiam quinam reliqui fuerint, explicare aggreditur. pag. 160. Ac primo quidem quinam *Primates*, *Majores*, & *Proceres* olim dicti sint ostendit; nimirum omnes Judæorum Præfecti, *qui illustrium Patriarcharum arbitrio sententiam habent*, id est, auctoritatem; & *de gentis Lege ipsi genti præsident; quos Patriarchæ ceteris præposuerunt;* quæ ipsarum Legum verba sunt. *At vero hi sunt*, inquit, *Archisynagogi, Patres, Hierei, Presbyteri.* Deinde vero, quid horum singuli in Synagoga egerint, quo pacto inter se distincti fuerint, breviter exponit; ita existimans, distincta hæc nomina totidem distincta in Synagogis officia & munia designare.

IV. *Archisynagogi* Cl. Petito sunt, *qui præerant cœtibus Ecclesiasticis, qui in Synagogis cogebantur. Patrem Synagogæ* vero putat *primum fuisse, si ab Archisynagogo discedas, cujus erat vicarius. Hujus rei conjecturam facit e cæteris Judæorum institutis: Nam in magno Synedrio*

drio Hierosolymitano ꝑ LXXI. *erat* אב בית דין *alter a* נשיא, *ut e Talmudistarum jure constat. Pari ratione existimat* Patres Synagogarum *primos esse ab* Archisynagogis : *& fortassis hinc esse , quod plures unius Synagogæ nominentur* Archisynagogi : *cum in unaquaque Synagoga esset* Archisynagogus , *& alter ab eo* Pater Synagogæ , *illius vicarius , qui ejusdem nominis honore afficitur , quemadmodum apud eosdem Judæos , utut Summus Pontifex unus esset , tamen ejus Vicarius etiam Summus Pontifex appellatur in Sacris Bibliis . Atque idem erat muneris* Patri Synagogæ , *quod* Archisynagogo , *cujus erat Vicarius , vicesque ejus fungebatur .*

V. Porro de *Hiereis* credit, *eorum in singulis Synagogis plures fuisse , quorum unus esset ceterorum primus , qui Archiereus dicebatur* . Hos autem sic appellatos ait , *non quod de Sacerdotum gente essent , sed quia , quod olim fuerat Sacerdotum munus , in instituendo populo præstabant , & Legem in Synagoga legebant , atque interpretabantur, quare etiam iidem* Viro Cl. *videntur fuisse appellati* Didascali .

VI. *Quod ad* Presbyteros *attinet Judæorum , qui Seniores etiam appellantur, sententia* Viri Cl. *est , fuisse e Judæis nobilissimos & sapientissimos , qui una cum suæ Synagogæ Archisynagogo , Patre Synagogæ , Archiereis & Hiereis , Synagogæ suæ præessent : Respondebantque illis, qui de populo in Synedrium* ꝑ LXXI. *legebantur , ut constat ex Maimonide* . Atque istos tandem *Archisynagogos*, *Patres Synagogarum*, *Archiereos* , *Hiereos* , *& Presbyteros* , in genere eos esse sentit , qui *Judæorum Primates* & *in Synedriis dominari* dicuntur. Et denique præter istos , qui Synagogis præerant , etiam *Synagogarum Ministros* fuisse monet, quos Epiphanius *Azanitas* , Ἀζανιτὰς , appellat.

VII. Hanc nominum illorum in Corpore Juris occurrentium distinctionem & explicationem *Vir Doctus* rejicit , vehementerque miratur . Quod quam bene & quam solidis rationibus factum sit , porro *Viri Docti* ductum secuti expendemus .

VIII. Ac primo quidem methodum *Cl. Petiti* carpit . *Nos vero , inquit , valde miramur Viri Nobilissimi confidentiam in determinandis Synagogæ officiis ex Pandectis Juris , quod ratio suadet ex Hebræorum scriptis fieri oportere* . Quæ observatio etsi in genere vera est, cum negari non possit, gentis cujusque ritus & jura ex domesticis testibus potius cognoscenda & describenda esse, quam ex peregrinis , tamen huic loco minime convenire putamus , cum neque Nob. *Petitus* id agat , ut *Synagogæ officia ex Pandectis Juris determinet ;* neque illud verum sit, quod *Vir Doctus* contendit , tantam fuisse in Conditoribus Juris rerum Judaicarum ignorantiam, atque inde in legibus eorum adeo turbatam officiorum Synagogæ enumerationem , ut ex eorum constitutionibus nihil vel certe difficulter de illis determinari possit.

IX. Nam quod ad *Petitum* attinet , quid agat , ipse mox initio Capitis x. satis clare exponit . *Frequens , inquit , mentio fit in Jureconsultorum Libris* , Patriarcharum , Apostolorum , Archisynagogorum , &c. *de quibus quicquid a nobis observatum est , huic , ne pereat , mandabitur chartæ* . Id quod in sequentibus ea fide diligentiaque exsequitur , ut eruditos omnes, inprimisque eos qui Hebræorum ritus atque antiquitates venantur , illa sua sedulitate summo sibi beneficio obligarit , locis plerisque omnibus indicatis , ubi Imperatores in Constitutionibus suis Judaicorum officiorum faciunt mentionem .

X. At eadem nomina *etiam* exponit, & quidem ex *Pandectis Juris* . Et cur non ? Quis Constitutiones Imperatorum alias ex aliis explicandas esse neget , quando plures leges de eadem re sunt latæ , quando earundem rerum mentio sæpius occurrit ? Et ne longe abeamus, quis negare sustineat , *Sam. Petitum* ex Pandectis Juris , & quos præterea in consilium adhibuit , Patribus Ecclesiasticis, de *Patriarchis* eorumque *Apostolis* , multa non sane vulgaria illa & protrita , feliciter eruisse, & solide atque erudite esse persecutum ? Quotusquisque item, qui non errat Judaicis ignotus in oris , non illico videt atque agnoscit , quæ Vir Eruditissimus porro de *Primatibus* , *Majoribus* , & *Proceribus* Judæorum , generalibus Præfectorum titulis tradit, omnia sana esse , nisi forte quiddam illorum aliquando etiam strictius de *Senioribus* sit accipiendum ? Et quando denique *Archisynagogos* , *Patres Synagogarum* , *Hiereos* , & *Presbyteros* distinguit ; quis, si *Patres* saltem excipias , illud jure factum neget , & convenienter non solum menti Legislatorum, sed & institutis Synagogæ ? Si vero iu omnibus illis distinguendis & explicandis Vir Præstantissimus omne punctum non tulit ; illud nullo Legum vitio factum est, sed ipsius Petiti quodam errore, quando ex ipsis Hebræorum scitis a Synhedrio & Templo argumenta ducit

ducit ad Synagogam, quod alii rursus Leges cum Legibus conferendo felicius præstiterunt. Sed tamen, nequis erret, ad eorum illustrationem, quæ ex Jureconsultorum libris Vir Nobilissimus produxerat, etiam Scriptores Ecclesiasticos adhibet, *Origenem*, *Cyrillum Hierosolymitanum*, *Theodoretum*, *Hieronymum*, *Chrysostomum*, in primisque *Eiphanium*: Atque ubi ad Synagogæ moderatores & ministros ventum est, *Lucam* testem producit, & ex Hebræis *Maimonidem*, & *Eliam Levitam*, ut ex solis *Pandectis Juris* Synagogæ officia determinare minime fuerit aggressus.

XI. Quæ vero *Vir Doctus* ad Constitutionum Imperatoriarum auctoritatem elevandam affert, nullius sane ponderis sunt. Neque enim necesse erat, ut *Juris Romani Conditores mentem suam ad intimam illam contemtissimæ sectæ*, vel Svetoniana phrasi *intertiæ*, *constitutionem ita diligenter applicarent*, *ut eam totam uti erat probe intelligerent*, *nedum intellectam ita distincte in suis edictis*, *rescriptisque exponere vellent*. Hoc tamen opus erat, maximeque necessarium, quando iidem Juris Conditores, vel Judæis in universum omnibus, vel quibusdam illorum, sive leges scriberent, sive insignia privilegia concederent: ut tum scirent, & quibus de rebus leges ferrent, & quibus hominibus gratiam facerent. Et horum utrumque in tabulis expressum oportebat, non quo *contemtissimæ sectæ constitutionem in suis edictis rescriptisque irent expositum*, sed ne leges negligenter scriptæ calumniis expositæ essent, vel etiam inutiles atque irritæ fierent, immo ipsis Imperatoribus atque Imperio damnosæ.

XII. Ab historicorum autem negligentia ad Imperatorum leges argumentari, nimium quantum est alienum. Illos enim, levi aliqua occasione arrepta de Judæis agendi, veritatis securos ea de illis solummodo scribere, quæ vel privata ipsis malitia, vel publicum odium atque calumnia dictabant, nihil mirum est: Quod qui de Imperatoribus etiam existimet, næ is in eorum majestatem maxime injurius sit, eosque summæ & inexcusabilis arguat ignorantiæ, socordiæ, stoliditatis.

XIII. Sed in rem præsentem veniamus, & Legem, in qua fit diversorum mentio, quos *Cl. Petitus* distinguit, *Vir Doctus* confundit, inspiciamus. Ea sic habet: *Imperator Constantinus* Hiereis, *&* Archisynagogis, *&* Patribus Synagogarum, *& cæteris qui in eodem loco deserviunt*. Hiereos *&* Archisynagogos, *&* Patres Synagogarum, *& cæteros qui Synagogæ deserviunt, ab omni corporali munere liberos esse præcipimus*. L. IV. Cod. Theod. *de Jud. & Cœlic.* Hic *Vir doctus* in Imperatore *nominum ignorantiam* animadvertit, atque inde *turbatam horum officiorum enumerationem*, quandoquidem *Hierei Archisynagogis & Patribus Synagogarum* præponantur, cum tamen *Archisynagogi*, *Patres Synagogarum*, & *Archierei* denique, *Hiereis* existimandi sint priores.

XIV. Quis vero hic turbatus officiorum ordo cernitur, ac non potius omnia convenienter mori in Synagogis recepto? At *Hierei* præponuntur *Archisynagogis*, cum tamen hi, ut ex vi vocis constat, summi sint Synagogarum moderatores. Fateor equidem, sed ita, ut illud recte factum, & *Hiereis* primas deberi contendam, quas in Synagogis etiam semper obtinent. Quippe notum est, & ab aliis sæpius inculcatum, Lectiones Sabbathicas eo ordine in Synagoga peragi solitas, ut primo loco *Sacerdotes* legant, secundo *Levitæ*, & tum demum *Synagogæ Præfecti*. Locus notissimus est, neque ille *Viro Docto* ignotus, sed parum intellectus, misereque distortus & turbatus, Cod. *Gittin*, fol. 59. 60. atque inde apud *Maimonidem*, *Hilch. Tephil*, cap. XII. §. XVIII. & *Or. Chaijm*, Tit. CXXXV. §. 3. & CXXXVI. כהן קורא בתורה ראשון אחריו לוי אחריו ישראל: *Sacerdos primus legit, post hunc Levita, ac tum denique Israelita*. Israelitæ vero hoc ordine. בשבת ויום טוב ויום הכפורים קורים אחר לוי ת״ח הממונים על הצבור ואחריהם ת״ח הראויים למנותם פרנסים על הצבור ואחר כך בני ת״ח שאבותיהם ממונים על הצבור ואחר כך ראשי כנסיות וכל העם: *In Sabbatho, festo, & die expiationis post Levitas legunt viri Docti qui præfecti sunt Synagogæ: post hos Viri Docti, qui digni sunt Synagogæ præfici Gubernatores: tum filii virorum doctorum, quorum Patres Synagogæ præsunt: & demum Capita Synagogæ, & populus universus*. Et hunc legentium ordinem adeo religiose observant, ut sacerdos, licee bonarum literarum imperitus, tamen præferatur summo Doctori Israelitæ. *Or. Chaijm* l. c. §. 4. המנהג הפשוט שאפילו כהן עם הארץ קודם לקרות לפני חכם גדול ישראל והוא שהכהן יודע לקרות וגו׳: *Atque hæc consuetudo constanter obtinet, ut etiam illiteratus Sacerdos legat prior Sapiente Magno Israelita: quod tamen ita accipiendum est, ut Sacerdos ille sit legendi peritus; nam si ne quidem legere norit, quo pacto super lectione bene-*

dicere

dicere queat? Vides hinc, Lector, quanta sit ordinis Sacerdotalis dignitas, & quam religiose Hebræi illum ordinem venerentur, & primas in lectione illi semper deferant. Ut nemo mirari debeat, si Sacerdotes etiam alibi primum locum obtinere videamus.

XV. Et cum Imperator Constantinus has immunitates Judæorum quibusdam concesserit, procul dubio illud non sponte sua, sed rogatu Judæorum fecit. Hos itaque, sive coram per se, sive libello desideria sua Imperatori proposuerint, certos utique homines designare oportuit, quibus illa privilegia petebant, ut his cognitis Imperator sciret, quam honesta petitio esset, & quam justa causa immunitates illas concedendi: inprimisque ut numero illorum considerato & utcunque inito, scire posset, quantum esset, quod suis commodis istac ratione detraheretur. Quod si itaque ipsi Judæi illorum *Hiereorum*, *Archisynagogorum* & *Patrum Synagogarum* causam Imperatori commendarint, in eaque commendatione ordo observatus sit in Synagoga receptus, vel certe non multum ad eo abludens: quis Imperatorem *ἀταξίας ex ignorantia ortæ* accusare sustineat? quis Leges Romanas ad Synagogæ illustrationem aliquid conferre neget? Etsi Juris Conditores nihil minus in animo habuerint, quam sese ad contemtissimæ sectæ cognitionem dimittere, eamve in suis edictis & rescriptis explicare.

XVI. Et quo melius illud nostrum argumentum intelligatur, sciendum est, Doctores omnesque literarum cultores insignibus olim privilegiis apud Hebræos gavisos esse, & ab omnibus publicis muneribus fuisse immunes. *Maim. Hilch. Talm. Torah.* cap. VI. §. IX. תלמידי חכמים אינם יוצאין בעצמן לעשות עם כל הקהל בבנין וחפירה של מדינה וכיוצא בהן כדי שלא יתבזו בפני עמי הארץ ואין נובין מהן לבנין החומה ותקון השערים ושכר השומרים וכיוצא בהן ולא לתשורת הסלך ואין מחייבין אותן ליתן המס בין מס שהוא קצוב על בני העיר בין מס שהוא קצוב על כל איש ואיש וגו': *Docti non solent ipsi cum reliqua multitudine exire, ut in munienda urbe aliisque ejus generis laborent, ne ab illiterata plebe despiciantur. Neque ad mœnia restauranda, portasve reficiendas, quicquam ab illis exigere solent; neque quod vigilibus aliisve persolvant, aut unde Principi munus mittant. Sed & a tributo pendendo illos immunes præstant, sive illud universæ civitati imperatum sit, sive singulis capitatim* &c. Cum itaque illi Judæorum, qui Synagogis deserviebant, inprimisque illorum præfecti, *Archisynagogi* & *Presbyteri*, nec non *Sacerdotes*, corporalibus illis muneribus gravarentur, quæ בעצמן *ipsi per se* exsequi deberent; idque ut ipsis molestum, ita contra Ecclesiæ honorem esset: Vero simile est, *Hiereos*, *Archisynagogos*, & *Patres Synagogarum*, sive alios horum nomine, Imperatori libellum supplicem exhibuisse, quo ab his muneribus immunitatem peterent. Cum vero eorundem nomina in libello expressa essent, Imperator iisdem procul dubio, & eodem ordine quem ipsi observarant, rescripsit.

XVII. Sed non id solum atque unicum est, quod *Vir Doctus in Sam. Petito* reprehendit. Etiam officiorum distinctionem ex distinctis nominibus factam carpit. *Sed &, inquit, quando loca a Clarissimo Viro prolata inspicimus, nulla suadet ratio tot intelligere officia, quot in illis nomina recensentur.* Et mox rursum: *Judicamus igitur, Juris Romani Antistites per voces* Primatum, Majorum Seniorum, Archisynagogorum, Archiereorum, Hiereorum, Patrum Synagogarum, Presbyterorum, *in genere intellexisse Magistratus Judæorum sive Politicam sive Ecclesiasticam rem moderantes in Civitate peregrina, quæ nomina summa apud illam gentem officia vel nunc significabant, vel Veteribus Judæis significasse compererant.* Tandem vero coronidis loco addit: *Certum enim Synagogæ constitutionem, quam nobis exhibet Vir optimus, plane ab Hebræorum Scriptis abhorrere, neque ullibi quam in animo Nobilissimi Viri extitisse.*

XVIII. At neque *Eruditissimus Petitus* tot distincta officia facit, quot in Imperatorum edictis nomine occurrunt. *Majorum*, *Procerum*, *Primatum* titulos verbis satis disertis generales facit: ac sub his *Archisynagogos*, *Patres*, *Hiereos*, *Presbyteros* comprehendi scribit. Vide pag. 160. Et *Presbyteros* denique eosdem credit, qui Lege XV. c. de *Judæis & Cœlicol.* *Senioras* appellantur: Neque dum quædam nomina distinguit, magnopere reprehendendus venit. Nam si solos *Patres* excipias, qui iidem etiam *Presbyteri & Seniores*, reliqui omnes inter se distincti sunt & diversi. Alius *Archisynagogus* est, summus Synagogæ Doctor, alii hujus assessores & consiliarii, *Seniores*, qui & *Presbyteri* & *Patres Synagogæ*; alii denique etiam *Archierei* & *Hierei*. Atque hi omnes recte ab *Eruditissimo Petito* distincti, etsi non ita, uti oportebat, etiam explicati; quemadmodum mox utrumque clarius ostendemus.

XIX. Atque hic, cum *Vir Doctus Nobilissimi Petiti* confidentiam vehementer miratus sit, qui Synagogam ex Corpore Juris explicare est conatus; quis non illud eodem atque etiam majori jure miretur, eundem *Petitum* illud felicius præstare ex *Corpore Juris*, quam *Vir Doctus*, Hebraicarum Antiquitatum peritissimus, ex Judæorum *Pandectis*, sive Libro *Colbo*. Nam quo quisque plures rei cujusque partes atque attributa cognoscit, eo melius & distinctius eandem intelligit: uti quidem renatæ philosophiæ cultores sedulo inculcare solent. Cum vero *Petitus* ex Jureconsultorum libris *Hiereos*, *Archisynagogos*, & *Presbyteros* eruat, & singulos per se consideret, atque distinguat: *Vir Doctus* in omnibus Hebræorum scriptis solos *Archisynagogos* invenit, eosque cum *Hiereis*, *Archiereis*, *Patribus Synagogarum*, *Presbyteris* & *Senioribus* confundit. Ut nunc *Patriarchas*, *Proceres*, *Primates* & *Majores* mittam; *quos ut plurimum unius ejusdemque dignitatis & muneris personas esse censet, diversis nominibus uti apud contribules suos; ita apud Romanos insignes*. Quod *Vir Doctus* non tantum cap. II. inculcat, sed etiam in extremo libri calce, universa Synagoga jam pridem perlustrata, repetit.

CAPUT IV.

Sam. Petiti *sententia ulterius defenditur, atque etiam emendatur. Tituli Præfectorum Synagogæ, qui in legibus Imperatorum occurrunt, explicantur.*

I. SED illa simpliciter dixisse non suffecerit, nisi verbis nostris & ex Legibus Romanis, & ex statutis fidem faciamus, atque ea etiam, quæ *Cl. Petitus* minus feliciter est assecutus, paulo plenius explicemus.

II. Quod itaque pace Jureconsultorum fiat, Leges quasdam, sive ut rectius loquamur, nomina quædam in Legibus occurrentia, quæ ad Synagogam pertinent, explicare aggredimur. Nam cum *omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & cognatione quadam inter se tenentur*; tum mirum quantum lucis istis Legibus Synagoga, & vicissim Synagogæ, uti quidem illa a Christianis cognoscitur, eædem leges affundunt. Scilicet

alterius sic.

Altera poscit opem res, & conjurat amice.

III. Sed primo loco Leges ipsæ producendæ erunt, in quibus Imperatores distincta illorum nomina commemorant, qui in Synagogis deserviunt: quo melius, collatione omnium facta, cum nos ipsi rem expedire queamus, tum Lector de nostra explicatione judicare.

IV. Sic itaque *Leg. ult. Cod. Theod. de Jud. & Cœlic. Primates* memorantur. *Judæorum Primates, qui in utriusque Palæstinæ Synedriis nominantur, vel in aliis provinciis degunt, quæcunque post excessum Patriarcharum pensionis nomine susceperunt, cogantur exsolvere. In futurum vero periculo eorundem anniversarius canon de Synagogis omnibus, Palatinis compellentibus, exigatur, ad eam formam, quam Patriarchæ quondam coronarii auri nomine postulabant. Quæ tamen quanta sit, solerti inquisitione discutias, & quod de occidentalibus partibus Patriarchis conferri consueverat, nostris largitionibus inferatur. Dat. III. Kalend. Jun. Constantinop. Florentio & Dionysio Coss.* Rursus Lege VIII. Cod. Theod. eodem. *Judæorum querelæ quosdam auctoritate Judicum recipi in sectam suam reclamantibus Legis suæ Primatibus adseverant, quos ipsi judicio suo ac voluntate projiciunt: quam omnino submoveri jubemus injuriam. Nec eorum in ea superstitione, sedulus cœtus, aut per vim judicum, aut rescripti subreptione, invitis Primatibus suis, (quos, Virorum Clarissimorum & Illustrium Patriarcharum arbitrio, manifestum est habere sua de religione sententiam) opem reconciliationis mereantur indebitæ. Dat. XV. Kal. Mai. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coss.*

V. Porro *Proceres* Judæorum, Lege X. C. Th. de Judæis & Cœlicolis. *Nemo exterus religionis Judæorum, Judæis pretia statuet, cum venalia proponentur: Justum est enim sua cuique committere. Itaque Rectores provinciarum vobis nullum discussorem aut moderatorem esse concedent. Quod si qui sumere sibi curam, præter vos Proceresque vestros, audeat: eum velut aliena appetentem supplicio coercere festinent. Dat. IV. Kal. Mart. Const. Arcadio IV. & Honorio III. AA. Coss.*

VI. *Archisynagogi* & *Presbyteri*, Leg. XIII. Cod. Th. eodem. *Judæi sint obstricti cærimoniis suis, nos interea in conservandis privilegiis eorum Veteres imitemur, quorum sanctionibus definitum est, ut privilegia his qui Inlustrium Patriarcharum ditioni subjecti sunt, Archisynagogis, Patriarchisque, ac Presbyteris, cæterisque, qui in ejus religionis sacramento versantur* &c. Lege XIV. Cod. Th.

co-

eodem. Superstitionis indignæ est, ut Archisynagogi, sive Presbyteri Judæorum, vel quos ipsi Apostolos vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum a Patriarcha certo tempore diriguntur, a singulis Synagogis exactam summam atque susceptam ad eundem reportent &c.

VII. Sed & *Patres Synagogarum* occurrunt juncti *Hiereis* & *Archisynagogis*. Horum Imperator Constantinus M. meminit, Leg. IV. Cod. Theod. eod. *Imperator Constantinus, Hiereis, & Archisynagogis, & Patribus Synagogarum, & cæteris, qui in eodem loco deserviunt. Hiereos, & Archisynagogos, & Patres Synagogarum, & cæteros, qui Synagogis deserviunt, ab omni corporali munere liberos esse præcipimus.*

VIII. Est & ubi *Didascali & Majores* leguntur. Sic in inscriptione Legis XXIII. Cod. Theod. *eod.* & Leg. III. Cod. Th. *Ne Christianum mancipium Judæus habeat. Imperatores Honorius & Theodosius AA. Annati Didascalo, & Majoribus Judæorum*. Et tandem denique etiam *Seniores*, Leg. XV. Cod. Th. eod. *Si qua inter Christianos & Judæos sit contentio: non a Senioribus Judæorum, sed ab ordinariis Judicibus dirimantur.*

IX. Atque hæ quidem potissimæ leges sunt, in quibus Synagogarum præfecti memorari videntur. In quorum titulis explicandis, quo minus aberremus, a notissimis certissimisque erit incipiendum.

X. Notum itaque est & *Ἐξαγώνιον*, habuisse Judæos etiam post Urbem captam *Principes*, id est summos rerum suarum moderatores, & *Synedrii Præsides*. Eorum unus in Babylonia erat, ראש גלות *Aechmalotarcha* vulgo dictus; alter in Palæstina, *Summi Synedrii Præses*, & plerumque etiam *Academiæ supremus Rector*, quem נשיא *Principem* vocabant. Hunc posteriorem Græci Romanique Scriptores, ceu sibi propiorem & notiorem, Imperioque Romano subjectum, passim memorant, & *Patriarcham* appellant. De quo videsis *Petitum*, Lib. II. *Var. Lect.* cap. X. & *Observ.* Libr. III. cap. III. & adde *Jac. Gothofredi Comment. ad Cod. Theod. de Judæis, & Cœlic.* Leg. I.

XI. Hic ex omnibus vel plerisque orbis Romani Provinciis (quemadmodum *Æchmalotarcha Babylonius* ex regionibus orientalioribus) tributum quoddam annuum, seu pensionem coronarii auri nomine a singulis Synagogis accipiebat. *Cod. Theod. de Jud. & Cœlic.* Leg. XIV. XVII. XXIX. Exigebant autem a Synagogis suis *Archisynagogi* & *Presbyteri*, L. XIV. *Cod. Th. eod.* acceptamque summam per *Apostolos* eo nomine missos ad Patriarchas mittebant. *Leg. ead.*

XII. Unde illud primum constare arbitramur, titulum *Primatum* generalem esse, & tam *Presbyteros* quam *Archisynagogos* designare, cum utrique Synagogis soleant præesse, easque moderari. Nam quæ *Leg.* XIV. *Archisynagogis* & *Presbyteris* adscribitur exactio canonis anniversarii a Synagogis, eadem *Leg. ultima* tribuitur *Primatibus*. *Judæorum Primates, quæcunque post excessum Patriarcharum pensionis nomine suscepere, cogantur exsolvere*. Quinam vero susceperant alii, quam *Archisynagogi* & *Presbyteri*, qui in suis singuli Synagogis pensionem illam vigente adhuc Patriarchatu exigebant, neque *post excessum Patriarcharum* ab eadem exactione desistebant? Id quod inde porro colligitur, quod hi *Primates* non tantum *in utriusque Palestinæ Synedriis nominarentur*, sed etiam *in aliis provinciis degerent*, ubicunque sc. Judæi & Synagogæ essent, quibus qui præfecti erant, hi generali nomine *Primates* dicebantur.

XII. Id quod porro ex *Leg.* VIII. confirmatur, ubi *Primatum Judicio ac voluntate* disciplina exercetur, qua quosdam Synagoga ejiciunt, vel, uti lex habet, *projiciunt*: quos Imperatores Theodosius, Arcadius, & Honorius, *neque per vim Judicum, neque rescripti subreptiono* volunt *invitis Primatibus suis opem reconciliationis mereri indebitæ*, id est, *in sectam suam recipi*, & cum Synagoga reconciliari. Nam hi *Primates habent sua de religione sententiam*. Quæ omnia *Primates* hos ad singulas Synagogas referendos esse arguunt, quarum in genere sint *moderatores & præfecti*.

XIV. Quid vero huic nostræ explicationi magnopere opponi possit, non videmus, præter vocem *Synedrii*, quæ *Leg. ult. hoc tit.* occurrit. Unde colligi posse videatur, *Primates* hosce non *Synagogarum* præfectos esse, sed *Judiciorum*, quæ Judæis *Synedria* appellantur. Quod tamen nobis non admodum sit vero simile. Tum temporis enim Judæos non tantum *de religione sua*, sed etiam *causis civilibus sententiam* habuisse; atque adeo non tantum *in utraque Palæstina*, sed etiam *in reliquis Provinciis Synedria*, sive tribunalia: id vero cum illorum statu istis temporibus minus convenire videtur. Unde vox *Synedrii* καταχρηστικῶς potius de *Synagoga* accipienda videtur, ejusque *Senatu*, in quo *Archisynagogi* & *Presbyteri nominabantur*, quam de *Dicasteriis* vel *judiciis* proprie dictis.

XV. Quod si quis tamen omnino contendat, hos *Primates* ad *Synedria* proprie dicta pertinere: id nobis tanti non erit, ut vehementer obluctemur, neque eos ratione officii sui ἀποσυναγώγυς fieri facile patiamur, modo nos in posterum in Synagoga non interturbent.

XVI. Illud omnium minime credere possumus, quod *Cl. Gothofredus* contendit ad *Leg. ult. C. Th. de Jud. & Cæl.* hos *Primates* in locum successisse *Patriarcharum. Unde*, inquit, *ex hac lege singulari admodum, quod secundum, colligo, Patriarchas Judæorum nullos fuisse, electosque deinceps Primates: sic ut cum successionis jure & πατροπαραδότως Patriarchatus deferretur: Primates isti jam in Synedriis* nominarentur, *id est, electionis jure hanc Primatiam sortirentur*. Nam quemadmodum *Cl. Gothofredus* ex eo quod *Primates etiam in aliis provinciis degunt*, *Cunæum* refutat, ex hac lege colligentem, *Judæis in ipsis avitis sedibus, Palæstina scilicet, paulo plus privilegii concessum fuisse*: ita etiam ipse inde satis refellitur, quod hi *Primates* non tantum in utraque Palæstina plures fuerint, sed etiam in aliis provinciis, cum tamen Patriarcha tantum unicus in occidente esset, ex familia Hillelis Babylonii, qua semel exstincta, vel dignitate sua dejecta, ipse etiam Patriarchatus plane desiit.

XVII. Multo magis autem illa sententia refellitur *Leg.* VIII. *Cod. Th. tit. eod.* ubi *Primates* memorantur: *invitis*, inquit, *Primatibus suis*, (*quos, Virorum Clarissimorum & Illustrium Patriarcharum arbitrio, manifestum est habere sua de religione sententiam.*) Ut hi *Primates* non *Patriarchis* demum successerint, sed jam eodem atque hi tempore floruerint, imo *horum arbitrio sua de religione sententiam habuerint*, ab illo scilicet reliquis Judæis præpositi.

XVIII. De *Procerum* titulo similiter judicamus, illum vel generalem esse, ut & *Archisynagogos* & *Presbyteros* designet; qui in suis singuli Synagogis Principes sunt, & rem publicam moderantur: vel, si minus ad Synagogam pertineat, Judices aut Magistratus notare Politicos. Modo illud aliqua saltem specie veri probari possit, Judæos illis temporibus non modo habuisse de aliis caussis quam *de sua religione sententiam*; sed, si vel maxime eam habuerint, eos qui huic rei præerant, etiam peculiare collegium constituisse ab *Archisynagogo & Presbyteris* distinctum. De quo posteriori nos maxime dubitamus.

XIX. Sed certiora de iis proferre licebit, quos ab Imperatoribus ad Synagogam referri manifestum est. Hi sunt *Hierei*, *Archisynagogi*, & *Patres Synagogarum*: *Leg.* IV. *C. Th.* de *Jud. & Cæl.* si quidem & nomina ipsa illud non obscure præ se ferunt, & Imperator addit, *& cæteris qui Synagogis deserviunt*. In qua lege illud etiam est notandum, non tantum in corpore legis tria hominum genera distingui, verum etiam in ipsa ejus inscriptione. Quæ observatio eo facit, ut ne dubitemus, quin quos & lex distinguit, & Imperator ipse distincte compellat, iidem etiam inter se fuerint distincti. Nisi forte ita quisquam sentiat, atque ita credere animum inducat, Imperatori hic cum larvis & lemuribus rem esse, quos in Synagogam, seu potius legem suam, invexerit, quo major ejus liberalitas videri posset, majori hominum, seu larvarum mavis, numero concessa. Sed de eo jam supra egimus.

XX. Quo magis vero liqueat, quos Imperator hic conjungit, re ipsa distinctos esse, neque ab Imperatore solo distinctos, *Epiphanii* verba adscribenda erunt, ex notissimo illo doctisque passim laudato loco, qui est *Hæresi* XXX. de *Ebionit.* §. 11. ubi de *Josepho Apostolo* loquens, ita scribit: πολλὺς τῶν κακῶν κατασαθέντων, Ἀρχισυναγώγων, καὶ ἱερέων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ Ἀζανιτῶν, τῶν παρ᾽ αὐτοῖς Διακόνων ἑρμηνευομένων, ἢ ὑπηρετῶν, καταιρῶν τε καὶ μετακινῶν τῦ ἀξιώματος ὑπὸ πολλῶν ἐνεκοτεῖτο. *Multos improbos Archisynagogos, & Hiereos, & Presbyteros, & Azanitas, qui Diaconos apud ipsos significant, seu ministros, deponens & ab officio removens, multorum in se odia convertit*. Locus sane elegantissimus, & quo nullus alius dignior est, qui cum hac Constitutione Constantini comparetur. Quippe non tantum *Hiereos* & *Archisynagogos* nobis distincte exhibet, sed & qui *Patres Synagogarum* sint, & *cæteri illi, qui Synagogis deserviunt*, diserte explicat: illos *Presbyteros*, dicit, hos *Azanitas*, id est, uti ipse interpretatur, *Diaconos* vel *ministros*.

XXI. Maxime vero discrimen illorum ex Hebræis liquet, quorum qui Synagogas frequentarunt, vel jura ritusque lustrarunt, & diligenter, attente, ac cum judicio legerunt, ignorare non possunt, fuisse olim in Synagoga, & etiamnum esse, *Hiereos*, *Archisynagogos*, *Presbyteros*, & denique *Præcentores*, atque *Custodes*, seu *ministros*. Atque illos quidem Codex *Gittin* nobis exhibet, loco supra citato cap. III. §. XIV. ubi כהנים memorantur, Ἱερεῖς, *Sacerdotes*: פרנסים הממונים

הממונים על הצבור ποίμενες, *Paſtores*, *Synagogæ præfecti*; & denique ראשי כנסיות Ἀρχισυνάγωγοι, *Archiſynagogi*: qui ſunt iidem illi, de quibus noſtro loco Conſtantinus.

XXII. Sed quinam ſinguli ſint, paucis eſt indicandum. *Hierei*, כהנים, *Sacerdotes*, ſunt Aarone prognati, qui non tantum in Templo olim ſacris operabantur, ſed etiam in Synagogis. Hi enim, præterquam quod primi ſemper in Synagoga legant, uti jam ſupra monuimus, etiam aliud munus gerunt, quod Hebræi נשיאות כפים *elevationem manuum* vocant: unde in Ritualibus Hebræorum occurrunt הלכות נשיאת כפים *Conſtitutiones de elevatione manuum*. Ita autem appellant ברכת הכהנים *Benedictionem* illam ſolennem, quando *Sacerdotes* certis anni temporibus conceptis verbis populo benedicunt, ex præſcripto Dei Num. VI. 22. 23. ſ. Vide *Maimonidem Hilch. Tephil.* cap. XIV. XV. *Orach. Chaij.* Tit. CXXVIII. ſ. & ex Chriſtianis *Buxtorfium*, in *Appendice Synagogæ Jud.*

XXIII. *Archiſynagogus*, ראש הכנסת eſt (uti nomen utrumque indicat, & Lucas etiam reddit cap. VIII. 41.) ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς, *Princeps Synagogæ*, primarius Antiſtes. Hic Synagogam cum *Senioribus* ſibi adjunctis moderatur, eſtque doctor populi ordinarius, unde etiam Διδάσκαλος, *Didaſcalus*, *Doctor* dicitur; illique reſpondet, qui in noſtris Eccleſiis vulgo *Paſtor* vel *Præco Verbi* appellatur.

XXIV. Huic Imperator mox etiam *Patres Synagogæ* addit: *Hiereis*, inquit, *Archiſynagogis*, *& Patribus Synagogarum*. Hi qui ſint non aliunde facilius didiceris, quam ex aliis quibuſdam legibus *cod. Tit.* occurrentibus, inprimiſque loco illo Epiphanii Doctiſſimis Viris paſſim laudato. Loco enim *Patrum Synagogarum*, Leg. XIV. Archiſynagogo *Presbyteri* adjunguntur: *Superſtitionis indignæ eſt, ut* Archiſynagogi, *ſive* Presbyteri, *vel quos ipſi* Apoſtolos *vocant* &c. Leg. XIII. *Judæi ſint obſtricti ceremoniis ſuis: Nos interea in conſervandis eorum Privilegiis Veteres imitemur, quorum ſanctionibus definitum eſt, ut Privilegia his qui Illuſtrium* Patriarcharum *ditioni ſubjecti ſunt*, (Archiſynagogis, Patriarchiſque, *ac* Presbyteris, *cæteriſque qui in ejus religionis Sacramento verſantur*,) *nutu Noſtri Numinis perſeverent, ea quæ Venerandæ Chriſtianæ legis primis Clericis Sanctimonia deferuntur. Id enim & Divi Principes Conſtantinus, & Conſtantius, Valentinianus, & Valens, divino arbitrio decreverant. Sint igitur etiam a Curialibus muneribus alieni, pareantque legibus ſuis. Dat. Kalend. Jul. Cæſario & Attico Coſſ.*

XXV. Liquet, opinor, ex his legibus, *Patres Synagogarum* non eſſe alios, quam *Presbyteros*, qui una cum ſuo *Archiſynagogo* cætui præeſſe ſolent, haud ſecus atque hodie in noſtris Eccleſiis *Verbi Præconibus* junguntur *Seniores* (Predicanten en Ouderlingen) qui *Presbyterium* conſtituunt, ſive ſenatum Eccleſiaſticum (de Kerken-raad.) Id quod eo evidentius evadit, ſi illud obſervetur, quod Arcadius Imp. ipſe inculcat; nimirum hac Conſtitutione illum *in conſervandis Judæorum Privilegiis Veteres imitari; Conſtantinum* ſc. & *Conſtantem* &c. quos ipſe commemorat. Ut nobis certum eſſe debeat, & extra omnem aleam poſitum dubitationis, Arcadium reſpicere ipſam illam Legem Conſtantini, in qua nos verſamur, quam parum abeſt, quin αὐτολεξεὶ huic ſuæ Conſtitutioni inſerat. Conſtantinus; *Hiereos*, *Archiſynagogos*, *& Patres Synagogarum*, *& cæteros*, *qui Synagogis deſerviunt*: Arcadius; *Archiſynagogis*, *Patriarchiſque*, *ac Presbyteris*, *cæteriſque qui in ejus religionis Sacramento verſantur*. Habes utrobique *Archiſynagogos*, & tandem *cæteros* omnes, *qui in ejus religionis Sacramento verſantur*, id eſt, *qui Synagogis deſerviunt*; Eleemoſynarum Collectores, & Miniſtros. Unde de intermediis dubitare non poſſumus, quin illi quoque utrobique ſint iidem, ſi quidem Arcadius hac ſua conſtitutione nihil novare voluit, ſed *Veteres* tantum *imitari*, quorum *divino arbitrio quæ decreta* erant, eadem iiſdem Judæis *privilegia perſeverare* volebat.

XXVI. Atque ex hac obſervatione, legumque illa collatione, facilima ratio liquet emaculandi Leg. XIII. in qua illud *Patriarchiſque* plane in mendo cubat. *Patriarchis* enim in Synagogis locus nullus erat. Erant illi totius gentis in oriente vel occidente Principes; neque apud Judæos unquam plures duobus occurrunt, qui ſunt ראש הגלות *Æchmalotarcha* in Babylonia, & נשיא *Princeps* in Palæſtina. Præter hos alii nulli, nedum ut in ſingulis fuerint Synagogis. Neque hic *Jac. Gothofredo*, Clariſſimo Eruditiſſimoque Viro, aſſentiri poſſumus, qui *non unum Patriarcharum genus* comminiſcitur, quorum *alii aliis ſuperiores; alii contra ditioni aliorum ſint ſubjecti*: id quod illius judicio vel hæc ipſa LXXXIII. *diſerte oſtendat*. Sed ignoſcant nobis Viri Eruditiſſimi manes, ſi mi-

minores Patriarchas, *Archisynagogis inferiores & superiores Presbyteris*, in Synagoga nullos novimus, quin etiam, si qui in illam invehantur, jubemus exulare.

XXVII. Sed neque *Petito* accedere possumus, qui cum hunc locum male affectum observaret, ita restituendum putavit, ut pro *Patriarchisque* legatur, *Patri*, *Hiereis*; ut hic memorentur *Archisynagogi*, *Patres*, *Hierei* ac *Presbyteri*. Sed *Patribus* hic locus non est, cum nulli sint a *Presbyteris* distincti. Altera vox saltem retinenda est, ut legi debeat, *Archisynagogis*, *Hiereisque ac Presbyteris*: vel potius, ut hodiernæ lectionis quædam vestigia serventur, *Archiereis*. Nam hanc vocem de Judæorum quibusdam olim usurpatam esse, pridem est quod Viri Docti ex *Ælio Lampridio* observarunt, qui de *Alexandro Severo*; *Volebat*, inquit, *videri originem de Romanorum gente trahere, quia eum pudebat Syrum dici: maxime quod quodam tempore festo, ut solent Antiochenses, Ægyptii, Alexandrini lacessiverant eum conviciolis, Syrum, Archisynagogum, eum vocantes, Archiereum*. Quæ restitutio vocis *Archiereisque*, ipsi *Gothofredo* probabilior videbatur. Et certe utrovis modo legas, Constantini & Arcadii constitutiones, ita uti debent, amicissime conspirant.

XXVIII. Si quis vero etiam rationem exigat, cur *Presbyteri* illi Latinis etiam *Patres Synagogarum* dicantur, minus difficile est eandem invenire. Scilicet, proinde atque apud Romanos *Senatores*, (quos Hebræi זקנים, Græci Γέροντας, Γερουσίαν, Angli Aldermans omnes a *Senio* denominant) ut, inquam, hi a cura atque officio *Patres* dicti sunt; etiam Synagogæ Seniores, Presbyteros, Romani Jurisconsulti appellarunt *Patres*.

XXIX. Atque hæc, quæ hactenus de *Patribus Synagogarum* diximus, quos *Presbyteros* esse contendimus, insigniter ex *Epiphanio* confirmantur, loco illo noto, ad quem Docti omnes provocare solent, de *Hæresi Ebionit.* §. XI. Πολλοὺς τῶν κακῶν καταςαθέντων Ἀρχισυναγώγων, καὶ Ἱερέων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ Ἀζανιτῶν, τῶν παρ' αὐτοῖς Διακόνων ἑρμηνευομένων ἢ ὑπηρετῶν, καθαιρῶν τε καὶ μετακινῶν τοῦ ἀξιώματος, ὑπὸ πολλῶν ἐνεκοτεῖτο. *Cum multos improbos Archisynagogos, Hiereos, Presbyteros, atque Azanitas, qui ipsi Diaconi vel ministri dicuntur, loco movisset, multorum odium incurrit*. Qui locus si cum Legibus conferatur, mirum quanta inter omnia illa convenientia cernitur & suavis harmonia. Unde adeo non possumus quin illam παραλληλίαν sequenti schemate exhibeamus, ut nunc saltem oculis suis credant, & distincta agnoscant, qui illa in Codice hactenus ut confusa atque contorta sunt intuiti.

Lex XIII. C. Th. de Jud.	Epiph. Hær. Ebion. §. XI.	Lex IV. C. Th. eod.	Orach. chaij. CXXXV. f.
Archisynagogis,	Πολλοὺς τῶν Ἀρχισυναγώγων	*Hiereis*,	כהן ולוי
Archiereis, (ex nostra emendatione)	Καὶ Ἱερέων,	*Archisynagogis*,	הממונים על הצבור
Ac Presbyteris,	Καὶ πρεσβυτέρων,	*Patribus Synagogarum*,	ראשי כנסים

Lex XIII.	Epiph.	Lex. IV.	Hebr.
Cæterisque, qui in ejus religionis Sacramento versantur.	Καὶ Ἀζανιτῶν, τῶν παρ' αὐτοῖς Διακόνων ἑρμηνευομένων ἢ ὑπηρετῶν.	*Cæterisque qui in eodem loco (Synagogis) deserviunt.*	חזן, *Azanita minister, qui curat necessaria negotia Synagogæ.*

XXX. Quemadmodum vero in hisce locis pleraque & præcipua Synagogæ munera exprimuntur, ita alibi pauciora memorantur. *Leg.* XIV. *C. Th. de Jud. & Cœlic.* tantum *Archisynagogi & presbyteri* leguntur, supremi sc. Synagogarum præfecti, qui a suis singuli Synagogis aurum atque argentum exigebant.

XXXI. Atque hinc porro facile perspicitur, quisnam *Didascalus*, & quinam *Majores*, qui Leg. XXIII. *Cod. Th. de Jud. & Cœl.* memorantur. Nulli sane alii, quam *Archisynagogus* & *Presbyteri*. *Archisynagogi* enim *Doctores* erant, qui Legem interpretabantur, quid verum, falsum, licitum illicitumve esset, pronunciantes; ut summo jure Διδάσκαλοι appellentur. Et si quis illud *Annati Didascalo* Hebraice reddere vellet, haud scio an aliter meliusve verti possit, quam לרבאו לרבי חנינא *Rabb* enim, vel *Rabbi* est Διδάσκαλος, *Doctor*, *Magister*, qui hodiernum ordinarius titulus est *Archisynagogis*, nisi quod quibusdam locis etiam חכם *Chacham* vocatur, qs. *Sapientem* dicas. *Majores* autem ex eo satis cognoscuntur, quod huic *Didascalo* Archisynagogo, legantur adjuncti: *Annati Didascalo*, *& Majoribus Judæorum*; quemadmodum alibi, *Archisynagogo & Presbyteris*. Alii enim nulli sunt, qui in Synagoga aliqua polleant auctoritate ad quos Imperatores scribere debuerint, quæ reliquæ multitudini volebant intimata.

XXXII. Ex quibus omnibns tandem constat, neque Constitutiones Imperatorum adeo confusas esse, ubi de Judæis agunt, uti inde nihil ad eorum Synagogæ illustrationem erui atque proferri possit; neque Cl. *Petitum* in eo vehementer admirandum, quod quæ in illis nomina occurrunt, explicare est conatus. Qui si qua reprehendi mereatur, non sane eo nomine culpandus venit, quod varia illa nomina in Legibus sparsa collegerit vel distinxerit: Sed quod distincta minus feliciter explicarit.

XXXIII. Nam quod Synagogæ officia attinet, neque enim de reliquis nunc ex professo agimus, quando *Archisynagogos*, & *Presbyteros* distinguit, optime facit, cum & Lex distinguat, & ipsa etiam Synagoga. Quando vero *Hiereos* ab utrisque diversos facit, nihilo magis peccat. Sed quod hos de ordinariis populi Doctoribus, qui illo ævo erant, interpretatur; in eo Vir Præstantissimus aliquid humani passus est; quemadmodum etiam quando *Patrem Synagogæ* ex ipso Talmude & Maimonide de *Vicario Archisynagogi* explicat: Cujusmodi homo nunquam, quod sciam, in Synagoga fuit, nisi *Præsidem Seniorum*, (de oudste Ouderling, de president) eo nomine salutare libeat, quod tamen an ex usu Veterum liceat, penitus ignoro.

CAPUT V.

Ratio, quam Vir Doctus affert, numeri denarii ad Synagogam constituendam requisiti, refutatur: genuina ratio ex mente Hebræorum proponitur.

I. Posteaquam igitur גבאים *Eleemosynarum Collectores* in Synagogam restituimus; iisdemque nomen Διακόνων ex N. T. atque usu Patrum asseruimus; *Cl. Petiti* institutum varia nomina distinguentis defendimus; Leges ipsas ab impacta confusione vindicavimus, & distincte explicuimus; atque ita ostendimus, quam graves causæ *Viro docto* fuerint cum a *Lightfooto* discessionem faciendi, tum refutandi *Petitum*: Proximum est, ut videamus, quantum soliditatis *ipsa illa veritas* habeat, quam apprehendisse sibi Vir Clarissimus videtur, ab iis, quæ *Lightfootus* & *Petitus* habent, longe diversam.

II. Atque hic illud lubentes largimur, quod *Vir Doctus* initio Capitis III. inculcat, ubi suam de famosissimo illo *numero denario* opinionem proponit; *Judæos canonem hunc receptissimum* (de conventu publico vel Synagoga publica ad minimum decem Israelitis constante) *ex argumento illo, vano certe & inepto, quod præcedenti in dissertatione produxerat, posteris suis non tradidisse*. Nam Judæos ipsos illo argumento nunquam usos esse, ipsimet superiori dissertatione contra *Lightfootum*, quem *Vir Doctus* hic sequendum putavit, fuse ostendimus. Unde etiam illud illico corruit, quod *Vir Doctus* continuo addit; *sequentium temporum Judæos ex cerebello suo, ad fabulas componendas facto, insanum hoc figmentum protulisse, cum vera priscæ hujus & laudabilis constitutionis ratio illos fugeret*: Quod figmentum dum *Vir Doctus* exagitat, non contra Judæos, sed propriam umbram dimicat.

III. Quam vero *Vir Doctus* rationem comminiscitur, cur prisci Hebræi Synagogam ex decem hominibus ad minimum constare voluerint; *quia sc. putarint, officia in Synagoga ex veteri consuetudine præstanda vix a paucioribus quam decem decore fieri posse*: ea prorsus nulla est, nobisque vehementer videtur admiranda. Nam cum nos infra invictis argumentis probabimus, plura in Synagoga officia fuisse, quam *Vir Doctus* iis

ea

ea hactenus invenit, vel certe ad hunc numerum *denarium* adhibuit eruendum: tum Judæi ipsi nobis longe aliam causam hujus numeri exponunt.

IV. At hos *vera priscæ hujus & laudabilis constitutionis ratio fugiebat*. Scilicet Hebræorum Magistri in ipsa Synagoga nati, docti, atque educti, illarum rerum, quæ in Synagoga ex instituto & more majorum obtinent, quotidieque exercentur, origines atque rationes ignorent: easque nos Christiani, in Synagoga hospites ac peregrini, quique eam vix a primo limine salutavimus, & ab illarum ceremoniarum institutione tanto temporis intervallo vivimus sejuncti, tamen melius noverimus, & ipsos adeo Judæos doceamus. Id vero omnem nostrum captum superat, & merito portento simile videatur. In iis, quæ Judæi de Romanorum Græcorumve rebus tradunt, non multum illis esse tribuendum, facile largimur: At cur iisdem de propria religione agentibus non sit credendum, neque magis quam nobis Christianis, nihil causæ videmus.

V. Sed causam numeri illius denarii, quam V. D. affert, nobis paulo diligentius excutiendam esse videmus. Nam uti verba primo intuitu sonare videntur, satis commoda est, imo ipsissima illa, quam nos jam mox in medium proferre constitueramus: at si sensum spectes, quantum quidem ejus ex sequentibus, & tota serie argumentationis colligere atque assequi possumus, prorsus falsa est, & inepta.

VI. Cur itaque prisci Hebræi Synagogam ex decem hominibus ad minimum constare voluerint, hæc causa redditur; quia *putarunt officia in Synagoga ex Veteri Consuetudine præstanda vix a minoribus quam decem decore fieri posse*. Quod, si sano sensu accipias, verissimum est. Nam cum in Synagoga soleant institui תפילת הציבור *Publicæ preces cœtus*; ברכת כהנים sive נשיאת כפים *Benedictio Sacerdotalis*; קריאת ספר תורה *Lectio Legis*; & denique הפטרה *Missa*, sive *Lectio Prophetarum*; Atque horum nihil fieri possit nisi in cœtu decem majorennium & liberorum: Certum est, Synagogam ex decem minimum hominibus constare, quia *officia*, id est *sacra*, in Synagoga celebranda a paucioribus quam decem rite & decenter peragi non possunt. Cod. *Megillah* cap. *Hakkore Omed*, §. 3. אין פורסין על שמע ואין עוברים לפני התיבה ואין נושאים כפיהם ואין קורין בתורה ואין מפטירין בנביא פחות מעשרה: *Non exponunt super Schema*, (versionem Viri docti retinemus) *neque transeunt coram arca* (ad preces publice fundendas, *neque tollunt manus suas*) Sacerdotes sc. ut populo benedicant, *neque legunt in Lege*, *neque recitant Prophetas*, *minores quam decem*. Sed hunc verborum illorum sensum sequentia non admittunt.

VII. Nam *primo* V. D. rationem datam sic illustrat: *eadem plane ratione, qua Civitatem centum & viginti incolis consistere ad minimum debere asserunt*. Comparatur itaque *Synagoga* cum *Civitate*, & illius *decem membra* cum hujus *centum & viginti incolis*: Qui numerus centum & viginti incolarum *quia a Gemaristis & Maimonide ex totidem officiorum necessitate adstruitur*, V. D. *fas esse* arbitratur, *ut hujus numeri nostri* (denarii) *necessitatem eadem ratione exponat*. Id igitur pag. 32. ex *Maimonide* præstat, qui de *Synedriis Viginti-triumviralibus* agens, quæ non nisi in civitate instituenda erant, quæ ad minimum centum & viginti incolas comprehendebat,) „ *eadem occasione ostendit*, *ex* „ *necessitate officiorum in Civitate præ*„ *standorum totidem quoque* (centum & „ viginti) *incolarum necessitatem*. *Officia* „ *autem sic recenset*: סנהדרין של עשרים „ ושלשה ושלש שורות של תשעה וששים „ ועשרה בטלנים של בית הכנסת ושני „ סופרים ושני חזנים ושני בעלי דינין ושני „ עדים וגומר *Synedrium Viginti trium*„ *virale* (quod scilicet ex illis ipsis in„ colis desumendum erat) *& tres ordi*„ *nes* (Candidatorum, inferius considen„ tium) *qui efficiunt novem & sexagin*„ *ta* (constabat enim quisque ordo ex „ viginti & tribus Candidatis) *& de*„ *cem Otiosi domus Synagogæ*, *& duo* „ *Scribæ*, *& duo litigatores*, *& duo te*„ *stes*; & quæ sequuntur ad numerum centum & viginti.

VIII. Scilicet, cum in Civitate varia publica officia requirantur, & variæ item artes necessariæ sint, quæ vitam faciant beatiorem; ad judicia itidem rite instituenda plures esse debeant, nim. præter Judices, etiam actores, testes, scribæ, apparitores, &c. & ad singula officia obeunda singuli bini, deni, imo terni & viceni requirantur: ex illis omnibus tandem enascitur numerus incolarum centum & viginti. Eadem itaque ratione Vir Doctus etiam de Synagoga colligendum existimat, cum in Synagoga duo officia sint, ad quorum unum (moderamen Synagogæ) tres homines requirantur, ad alterum vero (Lectionem Legis) septem: hinc nascitur famosissimus ille numerus denarius.

IX. Cui argumentandi rationi V. D. por-

porro insistit, pag. 33. Lin. pen. & tandem clarissime, pag. 34. *Hisce igitur*, inquit, *jactis fundamentis*, *videamus quot officia in Synagogis præstanda essent*, *an forte denarium hunc numerum reperire possimus. Certius vero nihil est*, *quam quod unaquæque Synagoga suos habuerit Præfectos*, *nomine* ἀρχισυναγώγων *insignes*: *Præfecti vero hi numerantur plures*: unus sc. ראש הכנסת, *Princeps Synagogæ*; & *duo Seniores*, *quos si cum Præfecto Synagogæ primo conjungas*, *tres habes numero*, *qui Synagogam moderabantur*. Vide pag. 37. 38. Erant præterea Septem Lectores. *Hosce vero Septem si cum tribus Archisynagogis conjungas*, *habes numerum*, *quem quærimus denarium. Plura* enim *officia nunquam antiquissimis temporibus in Synagoga*, (uti quidem V. D. existimat,) *reperis*.

X. Unde tandem sensus verborum illorum liquet, qui sane multum diversus est ab ea ratione, quam Hebræi ipsi hujus instituti dare solent. Quod quo magis constet, etsi superioris dissertationis initio de lege illa Hebræorum, quam de *condenda Synagoga* instituerunt, paulo prolixius egimus; hic loci eandem resumere visum est, & paulo attentius considerare; quo magis etiam perspiciatur, illam nihil habere cum *Otiosis* nostris commune.

XI. Nam cum *Otiosi* illi jam olim stante republica Judæorum, rebusque adhuc integris maxime in Synagoga exviguerint: hic canon de Synagoga struenda multo recentioris ævi esse videtur. In ipso Talmude, etsi illum universum minime perlegimus, tamen nusquam inventum iri confidimus. *Maimonides* illum inculcat cap. XI. *Hilchoth Tephillah*, & *Orach chaij*. *Hilch. Beth hakkenesetb*: At inde minime constat, eundem illius æratis esse, ut cum institutione *Otiosorum* queat comparari. In Talmude, *Cod. Megillah*, ubi ea recensentur, ad quorum celebrationem decem majorennium presentia exigitur, ne verbum quidem de condenda Synagoga occurrit. Magistri vero, quando hujus canonis originem indicant, ultra ætatem *R. Isaac Fessani*, sive *Alphesi*, non adscendunt. *R. Joseph Karo* ad *Maim. Hilch. Teph.* cap. XI. §. I. וכופין בני העיר וכו׳ תוספתא כת הרי״ף פרקי קמא דבתרא: *Et cogunt cives &c. Additamentum est*, *quod R. Alphesi scripsit*, *ad Cod. Babba Batra*, *Capite Primo*. Unde liquet, hanc Constitutionem ex Doctorum post-Talmudicorum Novellis esse, qui tribulibus passim inter gentes palantibus hanc legem præscripserunt, qua stante republica rebusque florentibus non erat opus, quum in Cananæa, Babylonia, & διασπορᾷ τῶν ἑλλήνων nullus locus Synagoga vacaret. Cum vero in postremo exilio, rebus in pejus vergentibus, & Judæis in multo remotiores terras depulsis seu profectis, quidam loca cultui sacro dicare recusarent, vel tergiversarentur; consensu Magistrorum sancitum esse videtur, ut *ubicunque decem Israelitæ majorennes incolerent*, *ibi Synagoga conderetur*, & *ad Symbolam conferendam inviti cogi possent*.

XII. Quid igitur, inquis tandem causæ est, cur Synagoga decem minimum hominibus constare debeat, si non ea est, quam V. D. exposuit? Imo, inquam, longe aliud. *Quia sc. putarunt*, *officia in Synagoga ex veteri consuetudine præstanda*, *vix a paucioribus quam decem decore fieri posse*. At idem jam *Vir Doctus* dixit: Verbis quidem iisdem, at non eadem sententia. Officia enim illa longe alia sunt, quam quæ V. D. intelligit; *Recitare formulas additas* τῷ שמע *preces publice fundere*, *populo benedicere*, *Legem & prophetas legere*; quæ omnia non nisi in cœtu decem hominum fieri possunt. Sic modo ex Cod. *Megillah* audivimus, *Non recitant formulas additas pericopæ Schema*; *neque transeunt ante pulpitum*, *&c. pauciores quam decem*. Ejus autem rei ratio in sequenti Gemara hæc redditur; quia in ea est *Sanctificatio*, vel *Sanctitatis divinæ publica professio*, quæ in ערה, id est, *decem hominum cœtu* institui debet. Vide Diss. I. §. XLII. pag. 50. 51.

XIII. Cum itaque Synagogæ condatur, ut in illas sacra populi concio agatur, in eaque illa nominis Divini Sanctificatio; sequitur Synagogam non esse condendam, nisi ubi minimum decem inveniantur. Nam si ne decem quidem sint, id cujus causa Synagoga instituitur, locum non habet; Nam *Schema* cum adjectis formulis, *Keduscha* item & *Kaddisch* recitare non possunt, uti neque legem & prophetas publice legere; cum hæc in decem hominum cœtu fieri debeant. Quando vero decem masculi majorennes & liberi in uno loco incolunt, hi cœtum denarium constituere possunt, quem Judæi nunc vulgo מניין *Minjam* vocant; adeoque etiam Synagogam condere debent, in qua convenientes Deum publice laudent & sanctificent, verbumque ejus legant.

XIV. Hæc unica ratio atque origo est canonis illius, כל מקום שיש בו עשרה מישראל צריך להכין לו בית שיכנסו בו להתפלל ונומר *In quocunque loco sunt decem Israelitæ* (majorennes & liberi) *ibi ne-*

necesse est domum dedicare, in qua orandi causa conveniant &c. Ut hic neque בטלנים *Otiosi*, neque *Presbyteri* neque *Septem* illi *Lectores* in censum veniant, quandoquidem Synagoga absque his & illis esse potest.

XV. Fac enim locum esse, in quo quinque vel sex saltem familiæ Judæorum habitent, vel paulo plures. Ibi mox Synagoga condenda erit, vel potius domus aut ædes aliqua in usum sacrum aptanda atque dedicanda: quandoquidem in tot familiis facile decem בני מצוה *masculi majorennes* inveniantur, qui מנין *minjam*, *cœtum Sacrum*, constituere queant. Erit itaque hic *Synagoga*, & *sacer* in ea *cœtus*. At ubi *decem Otiosos* inveneris, aut *tres Archisynagogos* sive *Præsbyteros*, & *Septem Lectores*? Aut forte miseri illi homines, ut Synagogam habeant, pingue otium colent? in spem esuritionis, opinor, & ut splendide macrescant. Tres tamen *Archisynagogos*, vel *Presbyteros* habebunt: At quibus tres illi præsint, & quos gubernent? duos vel tres reliquos Patres familiarum, cum suis illorumve filiis, qui constituant *Septem* illos *Lectores*. Itaque igitur *Septem* tamen *Lectores* erunt: Scilicet ad unum omnes Viri eruditi, & periti legendi, non obstante eo, quod jam inde ab ætate *Antiochi Epiphanis*, uti quidem V. D. observat, vulgus plane inidoneum esse cœperit sacræ lectioni, adeo ut certi homines publice constitui debuerint, qui linguæ sanctæ gnaviter incumberent, ut Lectionem hanc in sacris Israelitarum concionibus rite & decenter possent præstare.

XVI. Ita vides, mi Lector, quam ferax ineptiarum sit conficta illa causa numeri denarii, & confusio canonis illius de Synagoga dedicanda, ubi decem sunt Israelitæ, cum illo veterum instituto de alendis *Otiosis*. Et ne cui putes injuriam fieri, aut nullum esse existimes, qui ita sentiat, præter cætera hæc sequentia considera: „ Quin videtur etiam hæc nostra opinio posse „ confirmari ex generali illo dicto de „ Synagoga exstruenda, ubi *decem Is-* „ *raelitæ sunt præsentes*. Quo significa- „ tur, officia in Synagoga præstanda *ad* „ *illos decem* pertinere; si enim præter „ hos decem Otiosos alii necessarii es- „ sent, qui muniis in Synagoga obeun- „ dis fungerentur, *Decem Israelitæ* non „ sufficerent. Vides *decem Israelitas* qui Synagogam constituant, eosdemque ad unum omnes *Otiosos*, atque, (liceat sic vocare) *Officiales*, sive *qui muniis in Synagoga obeundis fungantur*.

XVII. At en tibi, vel mihi potius, novam difficultatem. Præter hos *decem Otiosos* alii nulli necessarii, qui muniis in Synagoga obeundis fungantur; Nam si secus, *decem Israelitæ* non sufficerent. Ubinam igitur שליח ציבור *Minister cœtus*, qui preces dicat; & חזן הכנסת *Azanitas*, *Custos Synagogæ*, qui legentibus adstet, uti quidem vulgo tradunt? Aut forte nullæ horum partes in Synagoga, ut in numero illo *Otiosorum* censeri non mereantur?

XVIII. Quid igitur, inquies, de istiusmodi Synagoga fiet, in qua numerus membrorum ejus supra מנין cœtum illum denarium non exsurgit, & quo pacto in illa res geretur? Dicam paucis, quod sentio, & ex hodierni temporis usu atque institutis Magistrorum mihi videor observasse. Quod itaque ad gubernationem illius Synagogæ attinet, illam communi consilio administrat, & si quis inter eos paulo supra vulgus sapiat, illum שליח ציבור designant, sive *ministrum cœtus*, qui preces dicat, & Legem atque prophetas prælegat. Vel si res ita ferat, רב, *Doctorem* aliquem oblato stipendio aliunde evocant, qui cœtui præsit, de munditie & immunditie, &c. pronunciet: vel Juvenem aliquem conducunt, qui pueros Sacram Scripturam, & forte etiam Mischnam doceat, & simul etiam Ministrum cœtus agat: vel denique etiam solum, aut simul cum alterutro illorum, חזן *Azanitam*, qui cœtui preces præeat, atque alia nonnulla agat.

CAPUT VI.

Duo prima argumenta V. D. refutantur. Præfecti Synagogæ non quærendi inter Otiosos, sed LXIX. *Candidatos Juris. Sessio in Synagogis non præfectura, sed assiduitas commorationis.*

I. SEquitur nunc porro, ut sententiam V. D. de *Decem Otiosis* lustremus, & argumenta quibus eandem confirmat. Atque illam mox §. II. videbimus: Horum primum ex Maimonide petitur, *Iadh chasaka*, *Hilch. Sanhedrin*, cap. I. §. ult. ubi incolæ omnes, qui ad civitatem constituendam necessarii, enumerantur. Ibi cum præter cæteros *Decem Otiosi* legantur, *Præfectorum* autem *Synagogæ*, cæterorumque qui in ea munus aliquod obibant, nulla mentio facta legatur: *Vir Doctus* per hos *decem Otiosos* Synagogæ Præfectos, aliosque ad eandem pertinentes, intelligendos esse existimat.

II. Verba *Maimonidæ* nuperrime exhi-

hibuimus, capite superiori §. VII. & ex *Sanh.* Diss. I. §. LIX. Unde V. D. sic argumentatur: *Ego vero ex hoc testimonio velim observari, Maimonidem sub nomine* עשרה בטלנים *necessario intellexisse illos, qui Synagogam moderabantur, atque in ea munus aliquod obibant; non illos qui ære conducti faciendis precibus loco totius cœtus vacabant.* At quæ ratio hujus conclusionis, qui argumentationis nexus? *Cum enim*, inquit, *nullus possit inficiari, quod Synagogæ Præfecti ad numerum hunc centum & viginti Civitatis incolarum pertineant, & tamen in enumeratione a Maimonide facta eorum nulla fiat mentio, certum est illos ad hos* עשרה בטלנים *referendos esse.*

III. Sed observatio ista, quanticunque ponderis *Viro Docto* videatur, nobis ne quidem est unius assis. Nam quæ istæc ratio sit; Qui Synagogam moderantur, in eaque munus aliquod obeunt, ad Civitatem pertinent, neque tamen a Maimonide diserte memorantur; Ergo ad *decem* illos *Batlanim* sunt referendi? Quasi sc. nulli alii in tota Civitate inveniantur, ad quos *Præfecti* commode referri queant, ut hoc numero denario necessario debeant concludi. Nam quis adeo peregrinus in hac Civitate Hebræorum, qui non plurimos alios, præter *Otiosos*, noverit, qui isti præfecturæ administrandæ non modo apti sint, sed etiam vacui? quis si vel peregrinus, simul etiam adeo cœcus sit, ut non illico eosdem observet? At quosnam illos? Triplicem, inquam, illum ordinem Candidatorum Juris, qui *sexaginta novem* in universum efficiunt. Non hic hominum satis, in quibus istos Præfectos quæras? non abunde lignorum, unde Mercurii fingantur? ut illos inter *Otiosos* quærere nihil sit necesse.

IV. At illi, inquies, Candidati ad tribunalia pertinent, nequaquam vero ad Synagogam. Illud vero pernegamus. Hactenus enim tantum Candidati sunt, non Judices; nulloque adhuc munere in foro funguntur, sed tantum expectant, si quando successu temporis in illud Collegium XXIII. virale adlegantur. Inter ea vero eosdem aliis quibuscunque muneribus fungi nihil vetat.

V. Qua de re ne quis in posterum dubitet, *Judices* illos *Triumviros* sibi ob oculos atque animum proponat, qui non minus, atque reliquorum quivis, in illa Civitate erant necessarii. At neque hi a *Maimonide* recensentur. Ideone vero etiam illos inter *Otiosos* quæras? Ita equidem opinor, si sua isti argumentationi veritas constare debeat. *Cum enim nullus possit inficiari, quod* Judices Triumviri *ad numerum hunc centum & viginti Civitatis incolarum pertineant, & tamen in enumeratione a Maimonide facta eorum nulla fiat mentio; certum est illos* (Judices Triumviros) *ad hos* עשרה בטלנים *referendos esse.* Eadem in ista enumeratione *Judicum* illorum ratio, quæ *Præfectorum Synagogæ*; neutrorum facta mentio. Sic itaque *Judices* tandem etiam *Otiosi* erunt, & *Judices* inter *Otiosos Synagogæ*: sc. Saul inter Prophetas. Qui mirum ni magnas in Synagoga turbas dent, ceu qui pridem *Viro Docto* minus arriserint, ab eoque interpretatione verborum illorum בטלנים של בית הכנסת Synagoga prorsus fuerint exclusi.

VI. Sed tamen, si res ipsa dicenda sit, *Judices* illi ad *Otiosos* minime omnium pertinent, quemadmodum illud superiori dissertatione, inde a §. XXII. usque ad LIX. prolixe ostendimus; & ipse *Vir Doctus* nobis libenter concedit: ut adeo necessario inter Candidatos illos sint quærendi, haud secus atque tertius ille, qui ad eleemosynarum distributionem a duobus Collectoribus adsciscitur, ex reliqua multitudine desumi solet.

VII. Quoniam vero eo delapsi sumus, ut de *Judicibus* aliquid dicendum fuerit, non possumus, quin de joculario errore, citato §. LIX. a nobis admisso, hic loci Lectorem moneamus; quem nunc, quando Glossam illam *Salomonis Jarchii* relegimus, eaque rursum in rem præsentem uti volumus, demum observamus. Verba Hebræa l. c. vide. Ea sic ibi reddidimus: *Tres ordines: De his infra traditur, in eorum uno fuisse Judices civiles, ut si quando necesse esset aliquem promovere, & in ordinem Judicum* (Consessum viginti-trium-viralem) *adlegere, ex illis aliquem promovere possent, &c.* Nimirum verba illa באחד דיני ממונות accepimus de *Judicibus triumviralibus*, qui de *causis civilibus* cognoscebant, cum tantum indicium faciant cap. III. Cod. *Sanhedrim*, quod sic incipit, אחד דיני ממונות, ut sit; *Infra in* (cap. III. hujus Codicis, quod incipit) *Echadh dine mammonoth.* Unde sic illa *Jarchii* verba reddenda sunt: *De his infra legimus, in* (cap. III.) *Echadh dine mammonoth: quod si quando necesse sit aliquem promovere, & Judicibus* (XXIII-viris) *adjungere, ex illis aliquem promovere soleant &c.* Scilicet homines sumus, & (ut Terentianum illud nunc liceat usurpare) nihil humanum a nobis alienum putamus. Sed dies diem docet, & δεύτεραι φρον-

φροντίδος σοφώτερα. Errorem autem post aliquod temporis intervallum non animadvertere stupor est; dissimulare vero, aut etiam defendere, ab omni candore & humanitate alienum. Ea igitur, Benevole Lector, quæ porro isti verborum illorum παρηνομένων superstructa sunt, me non invito, quin etiam auctore, induxeris: ceu quæ mea non amplius agnoscam, & pro jure, quod cuique in sua scripta convenit, mutata velim.

VIII. Ut vero e diverticulo in viam redeamus, liquet illo *Judicum* exemplo; non necessario inter *Otiosos* quærendos esse, quicunque in illa *Maimonidæ* recensione non comparent. Unde adeo observatio illa, primi argumenti loco ex *Maimonide* eruta, nullius momenti esse deprehenditur; neque ex *Sanhedrin Bab.* unde totus ille Maimonidæ discursus est petitus, ullo modo potest juvari.

IX. Fuit hactenus argumentum generale, quo V. D. probare conatur, *illos qui Synagogam moderabantur, atque in ea munus aliquod obibant, sub decem Otiosorum nomine necessario a Maimonide intelligi:* Sequitur aliud specialius, ex eodem *Maimonide* desumtum, quo generale illud confirmare nititur, & distinctius explicare.

X. „ Sed & ipse, inquit, *Maimoni-* „ *des* multo adhuc clarius loquitur ad „ *Mischnam* tit. Sanhedrin cap. 1. §. 6. „ הם בני אדם שאין להם עסק אלא „ מלאכת שמים רוצה לומר לקרות „ בתורה וישיבת בבתי כנסיות : *illi* „ (עשרה בטלנים) *erant Viri, qui* „ *operam suam tantum locabant in rebus* „ *divinis, hoc est, ad legendum in lege* „ *& sedendum in Synagogis.* Hanc vero *sessionem* de Gubernatione Synagogæ accipit. *Per quam ego sessionem*, inquit, *illam Seniorum intelligo, qui ad res Synagogæ attendebant.*

XI. At ipsene etiam *Maimonides*, aut alius quisquam Judæorum, idem per illam *sessionem* intellexerit; aut ulla ratio fingi possit, quæ *sessionem* illam de *Gubernatione* Synagogæ intelligere jubeat? Sane si ipsum *Maimonidem* consulas, atque eos item audias, quos Dissertatione superiore §. XIX. produximus, longe aliter sentias. Nam quam ille hic *Sessionem* dicit, alibi (comment. ad Cod. *Megilla*, cap. 1. §. 3.) per קביעות *stationem*, *assignatum locum*, explicat. *Erant*, inquit, *in Synagoga decem homines, quibus nihil omnino negotii erat, nisi ut negotia cœtus curarent, & legi operam darent:* וקביעותן בבית הכנסת *& statio illorum erat in Synagoga.*

XII. Verbum קבע proprie est *figere*, *infigere*; hinc porro certum *tempus figere*, *præfigere*, *præstituere*, *determinare*, *condicere* &c. unde קבע *fixum tempus*. At non solum de tempore accipitur, verum etiam de *loco*, qui in certum usum *constituitur*. Hujus significatus exemplum *Buxtorffius* producit, in *Lex. Talm.* ad hanc radicem, ex Ps. LXXXVII. 2. בתי מדרשא לקביעז בציון *Domus studiorum quæ fixæ sunt in Tzijone.* Unde קביעות *Statio*, *opus*, *officium*, quod est certi & determinati temporis & loci. Ut illud וקביעותן בבית הכנסת sit, *& statio illorum*, ἔργον *eorum*, *erat in Synagoga:* nihilque aliud significetur, quam quod *Jarchius* & *Bartenora* dicunt; להיות מצויין תמיד בשעת התפלה בבית הכנסת *ut assidue tempore precum in Synagoga inveniantur.* Quemadmodum hic illud etiam per verbum ישב exprimit, שיושבין תמיד בבית הכנסת *qui assidue sedent in Synagoga.* Unde satis constat illam *sessionem* non de gubernatione accipi, sed de *commoratione* tantum, vel *assiduitate* potius; siquidem quotidie primi, ultimi, & assidui in Synagoga esse debeant, ut alios in certis precibus recitandis juvent.

XIII. Et si inter *Otiosos* etiam *Seniores* sint, qui ad res Synagogæ attendant; mirum sane, ni id quisquam Hebræorum animadverterit, & scriptum reliquerit. Nam non solum *Glossa illa ad Gemaram modo notatam* in hunc sensum *ita evidens non est*, quod V. D. ipse queritur: sed nulla omnino alia. Altum ubique de *Otiosis* illis *Senioribus* silentium.

XIV. Adjicit quidem V. D. *optimum locum, qui in Talmude Hierosolymitano est Cod. Megilla, cap. Hakkore Omedh:* Sed quid ille ad rem faciat, nullus intelligo. Verba ita habent: אין פורסין על שמע ואין עוברין לפני התיבה ואין נושאין כפיהם ואין קורין בתורה ואין מפטירין בנביא פחות מעשרה : *Non exponunt super Schema, neque transeunt coram Arca, neque tollunt manus suas, neque legunt in Lege, neque recitant Prophetas, minores quam decem.* Sed quid inde? Scilicet *hic locus nihil aliud nobis vult significare, quam quod minores quam decem hæc rite absolvere munia non possint.* Recte quidem, sed quid tum porro? Ideone vero decem illi, vel saltem aliqui illorum etiam *Seniores, qui ad res Synagogæ attendant?* Glossa ad *Gemaram Sanhedrin* modo notatam ita evidens non est in sententiam illam, uti V. D. ipse fatetur: Sed an hic *optimus locus*, qui in utroque Codice habetur, vel tantillo evidentior? Est quidem ille optimus atque evidentissimus ad probandum cœtus sacri numerum denarium, ut commo-

modius pag. 31. adduci potuisset, lin. 10. At præsenti loco plane non quadrat. Nisi forte eodem etiam referendus sit; etsi tum rursus non video, qui illi cum altera illa ratione, ex numero officiorum petita, convenire queat.

C A P U T VII.

Sententia V. D. de Decem Otiosis proponitur. Archisynagogus; ראש הכנסת *unus, non plures. Argumenta in contrarium allata refelluntur, Vox Archisynagogi a Luca latius sumta, ut etiam Seniores complectatur.*

I. SED tempus est, rem ipsam tandem aggrediamur, & quam V. D. *Decem Otiosorum* explicationem affert, accuratius examinemus. Quod quo melius expediamus, primo atque ante omnia *Viri Docti* sententia quam clarissime exponenda erit, & tum reliqua ejusdem fundamenta, si qua sint, revelanda & evertenda.

III. Sententiam V. D. quod attinet, ea hæc est; *fuisse in unaquaque Synagoga ut plurimum tres Præfectos, nomine* Ἀρχισυναγώγων *insignes, ejusdem omnes ordinis atque dignitatis, qui Synagogam moderabantur; fuisse præterea in quaque Synagoga septem Lectores, qui quoque Sabbatho ab Episcopo Synagogæ designati publice Legem prælegebant: Hosce vero septem si cum tribus* ἀρχισυναγώγοις *conjungas, sic nos habere numerum Otiosorum, quem quærimus, denarium.* Ita V. D. semet ipse pluribus explicat, inde a pag. 34. usque ad 39. fin.

III. Verum quidem est, pag. 37. 38. 39. vestigia quædam apparere *Episcopi* illius Lightfootiani, *qui populo publicis in precibus, Lectione quoque & interpretatione Scripturæ præiret*, & a reliquis duobus Presbyteris non nihil differret: *quandoquidem ipse res omnes, quæ ad preces, Lectionem, atque interpretationem Scripturæ faciebant,* πρὸς οἰκοδομὴν τῆς συναγωγῆς καὶ ἐκκλησίας *omnium maxime curabat; Horum* vero *officium fuerit* (tantum) *sacris rebus interesse, atque ad id attendere, ut omnia in Synagoga* εὐσχημόνως *agerentur, libertate docendi sibi reservata.* Sed cum *Vir Doctus* errore *Lightfooti* observato, cap. IV. חזן *Azanitam* illum, sede *Episcopi* dejectum, suas sibi res in Synagoga agere jusserit; atque etiam tandem pag. 288. 289. & 317. sententiam *Grotii*, de discrimine Præfectorum (quam pag. 37. 38. & 47. etiam ipse adoptaverat,) prorsus rejiciat, & gravis erroris arguat: non possumus aliter existimare, quam hanc, quam proposuimus, genuinam Viri Docti sententiam esse. Nisi forte *Vir Doctus*, ipso Proteo mutabilior, quascunque formas vel sententias adsciscat, & ut primum *Lightfootum*, mox *Grotium* deseruit, ita nunc tandem etiam a semet ipso deficiat; novamque Synagogæ formam sit commentus. De quo nobis tamen hactenus nil constat, cum non nisi ex scriptis de alterius sententia judicium ferre queamus vel debeamus.

IV. In illius autem sententiæ confirmationem, ut a certis & probatis incipiat, suos cuique Synagogæ *Præfectos* fuisse V. D. observat, qui *Archisynagogi* dicti fuerint, & quidem numero *plures*. *Certius vero*, inquit, *nihil est, quam quod unaquæque Synagoga suos habuerit Præfectos, nomine* ἀρχισυναγώγων *insignes; quod non tantum sacra, sed & profana scripta nos abunde docent. Præfecti vero hi numero fuerunt plures.* Quod quam certum sit, eo diligentius disquirendum est, quo majores errores illius rei ignorantia in constituenda Synagoga parit.

V. De quibus agitur *Præfecti* sunt, qui vulgo *Archisynagogi* dicuntur; *nomine* ἀρχισυναγώγων *insignes*. Ἀρχισυνάγωγος autem est ראש הכנסת *Caput Synagogæ*. Nihil enim Græcis familiarius, quam Hebræorum ראש per ἄρχων reddere, vel in compositione ἀρχι. Neque aliter se *Vir Doctus* ipse explicat. Pag. 37. *Sapientissimum sanctissimumque sui cœtus Virum* hoc Præfecturæ officio *ornaverunt*, ראש הכנסת, ממונה, ἐπίσκοπον, πρεσβύτερον, *illum appellantes*. Et mox: *Id tantum moneam, quod hic homo maximo jure possit appellari* ἀρχισυνάγωγος, vel ἄρχων τῆς συναγωγῆς, *&c.* Et clarius pag. 65. *Extitisse prædicavimus in Synagoga* ראשי הכנסת ἄρχοντας τῆς συναγωγῆς, & ממונים Ἡγεμόνας, *&c.* Et sic porro per universum librum. Vide pag. 67. initio cap. VI. & conf. pag. 77. summarium cap. VI. cum capite ipso, inprimisque pag. 77. ראש הכנסת וגו' ἀρχισυνάγωγος *ille est*, *&c.* Et ne inter scribendum, ut alias sæpiuscule in hoc argumento solet, sententiam mutasse putes, faciunt inter alia illa verba, quæ pag. 289. leguntur: *Quod enim ad primum attinet, cum Synagogæ Præfecti, sive tres sive plures pro Synagogarum excellentia dicti fuerint omnes* ראשי הכנסת ἀρχισυνάγωγοι, *Synagogæ Principes, Pastores, Moderatores &c.*

VI. Hos vero *Archisynagogos*, ראשי הכנסת *in singulis Synagogis plures* fuisse ait, ut ex iisdem locis & universo libro

libro liquet. Quo cum nihil certius esse dicatur, nos eodem nihil falsius esse prædicamus, cum nunquam in una Synagoga ראשי הכנסת *Capita Synagogæ*, sed unus tantum ראש הכנסת *Archisynagogus* inveniatur. Quod dum dicimus, vocum Hebræarum ראש הכנסת vim usumque spectamus, ceu qui ex Hebræis potissimum, *Viro Docto* monente, Synagogæ officia determinare debeamus.

VII. Est, inquam, unus tantum in Synagoga ראש הכנסת *Princeps*, *Caput Synagogæ*. Id ex phrasi ipsa liquet, siquidem semper numero singulo legatur ראש הכנסת *Caput Synagogæ*, nunquam, quod quidem hactenus observare potuerimus, vel ab aliis viderimus notatum, ראשי הכנסת *Capita Synagogæ*, ut V. D. toties loquitur. Est quidem ubi ראשי כנסיות *Capita Synagogarum* memorentur, sed tum non de una Synagoga sermo est, sed de pluribus, uti numerus pluralis כנסות, *Synagogarum*, satis diserte indicat. Vide *Orach chaij.* Tit. CXXXVI.

VIII. Sunt quidem præter hunc alii unius Synagogæ *Præfecti*, at non ejusdem ordinis. Hi פרנסים *Pastores*, זקנים *Presbyteri*, *Seniores*, & denique שבעה טובי העיר *Septem Boni Civitatis* appellantur, & a primo illo distinguuntur. *R. Nath.* in *Aruch.* voce חבר *Socius*: חבר עיר איש גדול אשר יועדו עליו כל הזקנים *Socius*, sive *Doctor civitatis est vir magnus, ad quem congregantur omnes Seniores*. Est hic *Doctor Civitatis*, *Archisynagogus*, ut alibi probatum dabimus, sed solus ille & summus, apud quem reliqui *omnes Seniores*, alius utique ordinis & dignitatis, de rebus cœtus deliberaturi, convenire solent. Vide Cl. *Prideauxium*, ad *Maim.* de *Jure Pauperis & peregrini*, cap. VII. num. 22.

IX. Sed age loca excutiamus, quæ in hanc sententiam producuntur. Horum primus est Marc. V. 22. Καὶ ἰδοὺ, ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος. *Et ecce, accessit unus ex Præfectis Synagogæ*. Unde *Vir Doctus* paucis interjectis, quæ ad nos parum attinent, sic concludit: *Cæterum quando dicit hoc in loco Marcus Evangelista, quod Jairus fuerit εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, omnino præsupponit, quod fuerint ἀρχισυνάγωγοι plures, licet præcisus numerus hoc ex loco nequeat determinari*. Sed ut hæc omnia liberali manu concedamus, neque enim ulla specie negari possunt, quid inde conficitur aliud, nisi fuisse *Capernaumi plures Archisynagogos*, quorum *Jairus* unus fuerit: At plures in una Synagoga fuisse, id vero minime omnium inde liquet. Cum enim in plerisque urbibus plures Synagogæ essent, adeo quidem ut sola Tiberias tredecim numeraret: quis dubitet, quin Capernaumi, amœnissimo loco & hinc incolis frequenti, etiam plures Synagogæ fuerint, quarum cum singulæ suum Archisynagogum haberent, earumque uni *Jairus* præesset, is summo jure εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων potuit vocari. Ut *Archisynagogorum* multitudini nihil præsidii in isto loco inveniatur.

X. Neque magis huc facit Act. XVIII. 8. 17. *ubi in eadem Ecclesia Corinthiaca memorantur* Κρίσπος καὶ Σωσθένης ἀρχισυνάγωγοι. Est enim illa fallacia, quam jure *compositionis* appellare queas, quandoquidem componuntur, qui tempore erant maxime sejuncti. Commate VIII. *Crispus* memoratur Synagogæ Corinthiacæ *Archisynagogus*, Κρίσπος ὁ ἀρχισυνάγωγος, non *Archisynagogorum unus*. Ut nihil inde de pluribus in eadem Synagoga *Archisynagogis* concludi queat. Sed v. 17. *Sosthenes* occurrit pariter *Archisynagogus*. Sed quid tum porro? Igiturne nunc duo fuerint? Atque *Crispus* jam Synagoga excesserat, cum familia universa Christianismum amplexus: Nam quis Judæos hominem Apostatam putet toleraturos *Archisynagogum*? notior eorum zelus, vel ex hac ipsa historia, quam ut illud quisquam sanus suspicari possit, *Crispo autem digresso* suffectus est *Sosthenes*: ut jam quidem duo nobis occurrant in eadem Synagoga Archisynagogi, at non uno eodemque tempore, sed solum ordine successionis.

XI. Restat tertius locus, Act. XIII. 15. Hic cum Paulus & Barnabas Synagogam ingressi essent Antiochiæ in Pisidia, Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς; *post lectionem Legis & Prophetarum Archisynagogi ad illos miserunt*. Memorantur hic utique plures *Archisynagogi*, & quidem in eadem Synagoga. Nam plures illa in urbe Synagogas fuisse nobis hactenus non constat; & si vel maxime illud constaret, tamen nihil causæ esset, cur dicti *Archisynagogi* per plures Synagogas distribuendi essent: quandoquidem ea, quæ hic facta leguntur, in eadem Synagoga gesta sint, quam Apostoli ingressi erant, neque ulla suspicio de aliarum Synagogarum Moderatoribus cuiquam oboriri possit, cum Lucas, accuratissimus scriptor, procul dubio non fuisset omissurus, siquidem alii ex aliis Synagogis etiam misissent.

XII. At ne sic quidem ex omnibus iis, quæ ad istum Lucæ locum diximus, ullo modo sequitur, quod *Viro Docto* erat

erat concludendum; nimirum *in una eademque Synagoga plures fuisse Archisynagogos*, id est ראשי הכנסת, quemadmodum V. D. illa duo, ceu ejusdem significationis, vel promiscue usurpare solet, vel alterum per alterum explicare. Id solummodo inde recte collegeris, fuisse in illa Synagoga plures *Præfectos*, qui illam communi consilio gubernarint, quosque Lucas voce latius sumta vocaverit Ἀρχισυναγώγους. Quod ut nostræ sententiæ nihil obesse potest, quippe qui illud jam sæpius monuimus, atque inculcavimus: ita *Virum Doctum* nihil juvat, ceu qui probare debebat, fuisse in quaque Synagoga plures ראשי הכנסת *Capita illius Synagogæ*, eosdemque זקנים πρεσβυτέρους Seniores, & פרנסים, ποιμένας *Pastores* dictos, & nullo modo inter se distinctos, quique vulgo communi nomine dicti sint, ἀρχισυνάγωγοι. Cujus contrarium jam supra ex *Hebræis*, *Epiphanio*, & ipsis denique *Constitutionibus Imperatorum* nos confidimus probasse; ceu qui *Archisynagogos* a *Presbyteros*, sive *Patribus Synagogarum* manifesto distinguat.

XIII. Atque hæc nostra expositio Syri, antiquissimi doctissimique Interpretis, versione non parum juvari videtur. Pro eo enim, quod alibi vocem ἀρχισυνάγωγος per רב כנישתא reddit, uti Marc. V. 22. 35. 36. 38. Luc. XIII. 14. Act. XVIII. 8. vel ריש כנישתא, quod proxime ad Hebraismum accedit. Luc. VIII. 41. 49. hic loci vertit קשישא *Kaschische*, πρεσβυτέρους, *Seniores*. Id quod eo præcipue fecisse videtur, quod probe perspexerat, quos Lucas hic ἀρχισυναγώγους vocat, non eos esse, qui vulgo & proprie hoc nomine veniunt, ראשי כנסיות, sed simul reliquos Synagogæ Moderatores, *Seniores* Archisynagogo adjunctos, quemadmodum ab Apostolo nomina ἐπισκόπου & πρεσβυτέρου eodem modo & de summo Ecclesiæ *Episcopo*, & de reliquis *Senioribus* usurpantur. Etsi illud interim dissimulare nolumus; eundem Interpretem etiam *Sosthenem* ἀρχισυνάγωγον, generaliori hoc vocabulo קשישא *Seniores* insignire.

CAPUT VIII.

Numerus Seniorum apud Hebræos non est incertus. Qui preces in Synagoga dicit, non est ejus Præfectus. Non tres, sed septem Seniores Synagogæ. Contrariæ rationes refutantur.

I. ETsi vero *Vir Doctus* istoc pacto *Archisynagogos & Presbyteros* confundit; tamen porro etiam in numerum illorum inquirit, eumque eruere laborat. Hunc autem licet varium & incertum statuat, tandem tamen determinat, & ternarium facit. *Constat nunc*, (inquit pag. 35.) *præfuisse unicuique Synagogæ plures: quot vero præfuerint hactenus non constat: & forte fieri etiam potuit, ut numerus horum* Presbyterorum *ipsos apud Judæos determinatus nullus exstiterit, cum Synagogæ aliæ aliis fuerint nobiliores frequentioresque, unde & his curandis plures, aliis pauciores constituti fuisse videntur*. Et mox pagina sequente; *Certum tamen & mihi apparet, huic Synagogæ plures, alii pauciores præpositos Curatores fuisse, &c. Nunquam tamen opinamur unum aliquem hominem solum Synagogam rexisse; semper vero eidem præfuisse plures; Verum siquidem hic pluralitatis numerus incertus est, & quandoque pro Synagogarum frequentia variatus, illum proponemus qui simplicissimus est, & dubio procul antiquissimis temporibus obtinuit*. Is autem est *ternarius*. Sic enim definit pag. 38. *Duos nunc habes Seniores, quos si cum Præfecto Synagogæ primo conjungas, tres habes numero, qui Synagogam moderabantur, neque enim dubitare poteris, quin duo hi Presbyteri* ἀρχισυνάγωγοι, ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς, *simul cum primo Episcopo possint vocari*.

II. In quo discursu *Viri Docti* institutum sommopere mirari subit. Mirabatur V. D. nuper *Samuelis Petiti*, *Viri Nobilissimi confidentiam in determinandis Synagogæ officiis ex Pandectis Juris, quod ratio suadet ex Hebræorum scriptis fieri oportere*. Sed quis hic confidentiam *Viri Docti* non multo magis miretur, qui numerum *Archisynagogorum*, neque ex Pandectis Juris, neque ex Hebræorum scriptis, sed ex suo cerebro it determinatum? Nam quod Hebræorum scripta attinet, inde V. D. determinare nihil potuit, *siquidem pluralitatis hic numerus incertus est, & quandoque pro Synagogarum frequentia variatus: & forte fieri etiam potuit, ut numerus horum* Presbyterorum *ipsos apud Judæos determinatus nullus exstiterit*. Quod enim incertum & varium, & apud ipsos Judæos minime determinatum fuit, qua arte aut sagacitate ex ipsorum scriptis definire queas? quibus arithmeticorum regulis simplicissimum inde numerum eruere atque invenire?

III. Sed quæ porro ratio ita statuendi? quid causæ, cur ita varium & mutabilem *Archisynagogorum* illorum numerum fingamus? Undenam vero illud V. D. *certum apparet, huic Synagogæ plures, alii*

alii pauciores præpositos Curatores fuisse? Unquamne V. D. numerum illum *pro Synagogarum frequentia variatum* legit, ut ita incertum fingere sit necesse? Non opinor sane; neque enim *Vir Doctus* istud fuisset prætermissurus. Quia vero ipse nullum invenit, hinc incertum fingit, & conjecturæ locum facit, ut ex vario & incerto numero simplicissimum conjicere atque eruere possit.

IV. Is autem *ternarius* est, quem quo pacto inveniat, porro considerandum venit. In hanc rem V. D. Canonem Generalem observat in *Jore Dea*, cap. CCVI. (CCLVI. opinor) אין עושין שררה על הציבור בפחות משנים *Non faciunt Præfecturam in Synagoga, nisi quæ ad minimum duorum sit*. Sed quid hic canon ad *Archisynagogos* aut *Presbyteros* attinet? in eo de illis solummodo cavetur, qui pecuniam a populo exigunt, & potestatem habent invitos pignore ab illiis accepto vi cogendi, quemadmodum *Jarchius* ad *Babba Bathra* fol. 8. fac 2. docet. Id quod inde etiam amplius confirmatur, quod vocula בממון alibi diserte addita legitur, in hunc modum, אין עושין שררה על הציבור בממון ונומר *Non præficiunt cœtui Magistratum circa res pecuniarias &c.* Ita enim *Maimonides* legit, *Hilch. Matten. Anij.* cap. IX. §. 5. & *Schulch. Aruch.* Edit. Amstel. *Jore Dea*, Tit. CCLVI. §. 3. Sed nec ipse V. D. diffitetur, hunc canonem aliis constitutionibus in Talmudistarum scriptis aplicari: quod cum certum sit, neque usquam ab illis constitutionibus transferatur ad alias, nos quoque alio detorquere non audemus, non ignari, id si fiat, non sine magno errore fieri. Nam etiam *Archisynagogi* officium שררה, *Præfectura* est, uti Glossa ad notum illum locum in Cod. *Sota* & *Joma* de *Archisynagogo* docet: & tamen *Archisynagogus* solus atque unicus est sui ordinis in Synagoga Præfectus.

V. Sed ad specialiora cum *Viro Docto* progrediamur. Ex fine atque usu Synagogarum se *simplicissime cogitare* existimat, si statuat, *talem Synagogæ necessarium Præfectum esse, qui populo publicis in precibus, Lectione quoque & interpretatione Scripturæ præeat, cum multitudo populi non magis carere ducibus possit, quam suis greges Pastoribus*. Quæ argumentatio etsi non plane falsa est, tamen plus habet, quam ex positis simpliciter sequi possit. Ut enim ejusmodi aliquis homo necessarius sit, non is illico etiam *Præfectus* est, quemadmodum V. D. *talem Synagogæ huic necessarium Præfectum esse* existimat. Sufficere huic homini potest, si *Synagogæ Minister* audiat, quemadmodum in nostris Ecclesiis, qui cantum moderantur, S. Scripturam prælegunt, quinque, quæ vocant, Capita Religionis Christianæ, & alicubi etiam status precum formulas recitant, *Ministri* sunt & audiunt, nequaqum vero *Præfecti* & *Rectores*. Sunt enim illi vel Ludimagistri. vel Custodes, vel Præcentores & Lectores, Schoolmeesters/ Kosters/ Voorlesers/ Voorsin-gers. Quomodo rem etiam in Synagoga agi cum de reliquis certum est, tum per V. D. etiam de *interpretatione Scripturæ*, quandoquidem illam ordinario tribuit *Azanitæ*, *Ministro*.

VI. Illud tamen de *Præfecto* istiusmodi V. D. non modo ex ratione, sed & ex Scriptis Hebræorum confirmari posse contendit. *Id vero*, inquit, *ex ratione percipimus: Accedunt nunc Hebræorum scripta & Consuetudines, qui in Synagoga quoque ab antiquissimis temporibus Sapientissimum Sanctissimumque sui cœtus Virum hoc præfecturæ officio ornaverunt*, ממנה ראש הכנסת ἐπίσκοπον, πρεσβύτερον, *illum appellantes*. Sed quœnam illa *Hebræorum Scripta* aut *Consuetudines*, quæ *Prælectorem* illum *Præfecturæ officio ornatum* nobis exhibeant? ubinam illum ממונה, (quo quidem sensu *Vir Doctus* hanc vocem accipit) ubi ראש הכנסת ἐπίσκοπον, πρεσβύτερον, appellant. Cur non loca quædam producta? Sed *id sequentibus in pagellis factum est abunde*. Capite VI. VII. & sequentibus, opinor. At quid ibi de hoc *Præfecto orante & canente, legente item & interpretante*? Minus nihilo. Quid ibi de hoc *Præfecto orante & canente, legente item & interpretante*? Minus nihilo. Quid sit *Sudarium*, quid *Haphtara*, quid *Expositio super Schema*; quid denique *decensus coram arca* V. D. quidem fuse explicare conatur: At eum, qui orat, legit, & interpretatur, hunc, inquam, Synagogæ *Præfectum* esse, id vero nullus probat.

VII. Quid tamen illud sit, quod V. D. ait, *Hebræos in Synagoga ab antiquissimis temporibus sapientissimum sanctissimumque sui cœtus Virum hoc Præfecturæ officio ornavisse*, ממונה ראש הכנסת, ἐπίσκοπον, πρεσβύτερον, *illum appellantes*? Quantum capio, quantum sapio, insignis quædam hic confusio occurrit, *Archisynagogi* sc. & *Ministris cœtus*, quem שליח ציבור appellant. De illo tituli tribus linguis expressi satis agi arguunt, de hoc vero officia atque attributa. Nam cum *Sapientissimum sanctissimumque cœtus Virum* dicit, quis non illico שליח ציבור *Angelum*, *Ministrum cœtus* in-

indigitari intelligit ? Hic enim eſt , in quo *Maimonides* iſtas virtutes requiri docet , *Hilch. Teph.* cap. VIII. §. 11. אין ממנין שליח ציבור אלא גדול שבציבור בחכמתו ובמעשיו *Non conſtituunt* ἄγγελον τῆς ἐκκλησίας, *Miniſtrum cœtus , niſi qui cæteris omnibus ſapientia & bonis operibus præſtet* . Viden' hic גדול בציבור בחכמתו ובמעשיו *Sapientiſſimumque Sanctiſſimumque cœtus Virum* , eumque non ראש הכנסת *Archiſynagogum* , ſed שליח ציבור *Miniſtrum Synagogæ* ? Unde ergo , inquis, *hoc Præfecturæ officio* ornatus? non ſane a Judæis , ſed a Doctiſſimo *Lud. Capello* in *Spicilegio* ad 1. Tim. III. 1. ubi Apoſtolus de *Epiſcopo* agit. *Habent*, inquit, *& Judæi ſuos Canones , de eorum moribus quos Synagogis ſuis præficiunt , quos cum iſto Apoſtoli Canone componere non fuerit inutile . Sic ergo Maimonides* (loco modo citato :) *Non conſtituunt Synagogæ miniſtrum &c.*

VIII. Sed quid huic denique cum *Præfecto*, *Archiſynagogo*, *Epiſcopo*, *Presbytero* ? Sc. *Capellus* locum illum *Maimonidæ* allegat 1. Tim. III. 1. ſ. ubi Apoſtolus ἐπίσκοπον , eundemque πρεσβύτερον deſcribit . Hunc denique Illuſtris *Grotius* cum ibidem ראש הקהל tum alibi paſſim , ubi *Archiſynagogi* vel *Epiſcopi* mentio occurrit , סמנה abſque ו , quomodo etiam V. D. hic legit , pro ממונה & ראש הקהל appellat . Unde tandem V. D. *Qui in Synagoga quoque ab antiquiſſimis temporibus ſapientiſſimum ſanctiſſimumque ſui cœtus Virum* (phraſi Maimonide ,) *hoc Præfecturæ officio* (ex Cappello) *ornaverunt*, סמונה ראש הכנסת (phraſi Grotiana, ſed nonnihil ex Cod. Joma & Sota immutata) ἐπίσκοπον πρεσβύτερον (verbis Apoſtolis) *illum appellantes*.

IX. Sed tranſeat *primus* ille *Præfectus* ut reliquos etiam luſtremus , qui huic adfuerunt, *Seniores*, πρεσβυτέρους, *ſapientia & vitæ gravitate præſtantes Viros binos , quorum officium fuerit ſacris rebus intereſſe , atque ad id attendere, ut omnia in Synagoga* εὐσχημόνως *agerentur , libertate docendi ſibi reſervata* . Sed ubi inveniam nobile par virorum ? ubi inveſtigem ? quem perconter ? Librum *Colbo* , opinor nam *in eo omnia* , ut hos duos ibidem etiam inveniri neceſſe ſit, In eo hæc leguntnr : וצריך להודות בפני עשרה או יותר וצריך שיהיו שם שני זקנים שנאמר ובמושב זקנים יהללוהו *Neceſſe autem eſt, ut publica Nominis divini profeſſio præſentibus decem fiat: Præterea neceſſe eſt , ut adſint huic actui duo ſeniores , ſicut dicitur : Et in conſeſſu Seniorum laudabunt illum.*

X. De quo loco priuſquam agamus, Benevole Lector, qui illum forte examinare voles , mihi monendus es , illum citato capite XVII. non inveniri ; ne , quod nobis contigit , in illo quærendo fruſtra labores. Invenitur autem Cod. *Berachoth* , fol. 54. fac 2. fine; & inde *Or. chaij.* Tit. CCXIX. §. 3. unde melius de toto loco poteris judicare.

XI. Quid autem inde in rem præſentem ? מושב *Conſeſſus* , inquit V. D. *hic eſt forte illa* ישיבה *cujus Maimonides in numeri hujus denarii expoſitione meminit* . Sed quid tum poſtea ? *duos nunc habes ſeniores , quos ſi cum præfecto Synagogæ primo conjungas tres habes numero qui Synagogam moderabantur: neque enim dubitare poteris , quin duo hi presbyteri* ἀρχισυνάγωγοι ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς *ſimul cum primo Epiſcopo Synagogæ poſſint vocari : ſiquidem & illis commiſſa erat Synagogæ & officiorum in Synagoga obeundorum cura.*

XII. Ut vero hic pleraque omnia concedamus , neque collationem hujus loci cum ſuperiori illo *Maimonidæ* examinemus, neque iſtam vocis מושב cum ישיבה, Ideone vero inde ſequatur , *tres eſſe Archiſynagogos* , non pauciores neque plures? ſi enim hi *duo Seniores*, uti V. D. contendit, ἀρχισυνάγωγοι, ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς jure vocari poſſint , cur non *primus* ille *Epiſcopus* inter eos etiam cenſeri queat, ut adeo *duo* tantum , non *tres* inveniantur ? Nam quæ ratio ſive ex hoc loco produci , ſive aliunde fingi poſſit , ob quam hi duo *Seniores* , qui & ipſi *Archiſyagogi*, a primo illo debeant diſtingui ? ſi vero *Archiſynagogus primus* ab illis omnino diſtinguendus ſit quod tamen ipſum haud ſcio an V. D. amplius ſit conceſſurus , quis inde ulla ratione concluſerit , præter hos duos nullos alios eſſe, ut illi ſoli cum primo Epiſcopo ſint ſtatuendi Synagogam gubernare ? Cui ſententiæ refellendæ etſi nulla alia argumenta nobis ſuppeterent, tamen V. D. illam hoc argumento nobis nullus poſſet perſuadere . Nam quæ hæc argumentatio ſit ; Publica gratiarum actio in Synagoga debet fieri præſentibus duobus *Senioribus* , ergo duo tantum ſunt *Seniores*? Ita quidem recte inde argumenteris ; Ergo ad minimum duo ſunt ; nullatenus vero , ergo non ſunt duobus plures.

XIII. Sed quid multis moramur, debilitatem illius argumenti conamur oſtendere , cum certus & definitus numerus in promtu, quo nullum aliud validius argumentum dari poteſt, ad conje-

 ctu-

cturam illam de *duobus Senioribus* explodendam? Notum est illis, qui Synagogam a limine salutarunt, *Lightfooti* saltem commentarium ad Matth. IV. legerunt, fuisse olim שבעה טובי העיר *Septem Bonos Civitatis*. Hos itaque si constet esse ipsos פרנסים, *Pastores*, qui Synagogæ negotia curabant, definitum numerum habebimus *Seniorum*.

XIV. Atque hanc in rem jam supra adversus *Cl. Lightfootum* ea produximus, quæ huic negotio conficiendo sufficiant, ut hic loci multa reponere non sit necesse, præsertim cum eadem alibi quoque sint repræsentanda. Ostendimus §. CXI. esse *Septem Bonos Civitatis*, qui ea quæ ad Synagogam, & peculium cœtus attinent, moderentur. Hos porro פרנסים *Pastores* esse & vocari probavimus, §. CXII. & denique זקנים *Seniores*, §. CXIII. Ut nulli dubium esse possit, quin hi *Septem Boni Civitatis* sint *Seniores Synagogæ*, quemadmodum etiam olim in Gallia, & etiamnum Metis in Lotharingia, *Seniores*, quos alibi *Parnassim*, alibi *Rasche bakkahal* dicunt, nomine *Tobbim* novimus appellatos. Unde tandem facile quivis perspicit atque intelligit, *Seniores* Synagogæ non *tres* esse, sed *Septem*.

XV. Cur vero numerus ille *ternarius* V. D. adeo placuerit, ut in illum eruendum atque asserendum tanta diligentia incubuerit? Præterquam quod ille numerus rationibus V. D. ad *decada Otiosorum* conficiendam aptissimus esset; neque plures alibi, inprimisque in Libro *Colbo* Viro Docto occurrissent; id solum causæ esse video, quod *numerus ternarius simplicissimus* sit, & *antiquissimus*. *Verum*, inquit Vir Doctus, *siquidem pluralitatis hic numerus incertus est, & quandeque pro Synagogarum frequentia variatus, illum proponemus, qui simplicissimus est, & dubio procul antiquissimis temporibus obtinuit. Licet enim existimare, & hujus rei, uti rerum omnium aliarum, simplicissima fuisse initia*.

XVI. Scilicet mira quædam *simplicitatis* vis est, & in argumentando singulare pondus habet & momentum. Sive tua tibi sententia adserenda sit, uti hic; sive adversarius refellendus, *simplicitatis* telum fortissimum est. Dubitas? Si *πάρεσις, translatio reatus a debitore in Sponsorem Messiam*, refutanda sit, validissimum argumentum *simplicitas*. *Non convenit*, (verba sunt Viri cujusdam Clarissimi) *cum simplicitate V. T. ut Nathan dicens Davidi* transire fecit Dominus peccatum tuum, *intelligatur dicere, expunxit illud ex tuis tabulis, & retulit in rationes Messiæ*. *Simplicius multo id interpretabimur; fecit illud evanescere, ut amplius non sit ad condemnationem*. Nostram sententiam de *Otiosis stipendiariis* tibi explodendam sumis? eodem modo argumentum præbet *simplicitas*. Audi Virum Doctum: *Nos tamen judicamus*, inquit, *id cum veteris Ecclesiæ Judaicæ simplicitatu non convenire*. Ita quod vulgo de necessitate dici solet, nunc de simplicitate verum est: *Ingens telum simplicitas*.

XVII. Et hinc lubens equidem scire velim, & a quocunque discere, quænam sit illa sive *Veteris Testamenti*, sive *Veteris Ecclesiæ Judaicæ simplicitas*, quam Viri Docti ita continuo jactitant, si forte eadem mihi etiam aliquando usui esse possit. Adeo enim simplices sumus, vel si mavis stupidi, ut quænam ista sit simplicitas, nulli capiamus, etsi quid ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς, quid ἁπλότης τῆς καρδίας, quid alia ejusdem generis sint, nobis utcunque intelligere videmur.

XVIII. Et ut in præsenti argumento maneamus, quæ numeri *ternaris simplicitas* præ *Septenario*? An forte, quod minor sit, & ex paucioribus compositus? sic *ternarius* utique simplicior est *Septenario*. Sed quid id ad Synagogam, ejusque moderatores? quis mortalium, aut quæ ratio illum numerum Synagogæ necessarium fecerit? Ideone vero, quod *Septenario* simplicior? etiam *quaternarius*, *quinarius*, & ipse denique *senarius* simpliciores sunt *Septenario*, neque tamen ideo ad hanc rem adhibiti. Sed illis omnibus simplicior *ternarius*. Fateor equidem, sed & isto simplicior *binarius*, & hoc ipso denique *unitas*; ut si quid hæc simplicitas ad rem faciat, vel *unum* tantum *Archisynagogum* esse oportuerit; vel, si non unus aliquis solus Synagogam unquam rexerit, ad summum *duos*, siquidem hic numerus compositorum omnium est simplicissimus.

XIX. Sed videamus, nihilne ad superiorum confirmationem in *Pandectis* Juris Hebraici, famoso illo libro *Colbo*, invenire queamus. Atque ecce tibi illud confirmatum, quod alibi ex ore Cl. Viri, *Dn. Simeonis Leon* diximus, in Lotharingia atque alibi etiamnum Seniores Synagogæ *Tobbim* appellari, nam Titulo illius libri CXVI. & CXVII. ubi quædam cum aliorum Doctorum, tum inprimis Gallorum & Lotharorum Constitutiones exhibentur, frequens horum mentio fit *Bonorum*, vel aliquando etiam *Septem Bonorum Civitatis*.

XX. Sic Tit. CXVI. fol. mihi 134. col. 1. med.

1. med. ואם עושין בני העיר תקנת עניים או תקנת אחרת ורוב בני העיר מן המהוגנים מתרצין בדבר אין האחרים יכולין לבטל התקנה ולומר נבא עמכם לבית דין כי אין לישב בית דין בדבר כי הכל לפי ראות עיני טובי העיר: *Si quid cives de pauperibus constituant, aut aliud quodvis scitum faciant, in quod honoratiores plerique consentiant: huic reliqui intercedere non possunt, aut dicere, in jus ibimus. Hæc enim nihil ad Prætorem: quia illa omnia ex arbitrio Bonorum Civitatis fiunt*. Ibid. col. 2. circa med. מלשין יכולין להכריחו בכח חרם לומר מה שאמר לפי טובי העיר *Obtrectatorem per excommunicationem eo adigere possunt, ut id quod dixit, coram Bonis Civitatis repetere debeat*. Et mox rursum: חרם קדמונית שלא להכות חבירו ומתירין לו החרם קודם שיתמנה בעשרה על מנת שיקבל עליו לעשות צואת בית דין או מה שיעשו טובי העיר: *Antiquum interdictum est, Anathematis pœna sancitum, ne quis proximum suum percutiat, &c. ut in se recipiat se facturum, quod judices jubent, vel quod Boni Civitatis injungunt*. In quo postremo loco media verba non satis assequimur: nisi forte illa integra non sint, quemadmodum ibidem צואת occurrit, quod mirum ni sit perperam pro מצות positum: Sed de eo alibi videbimus. Illud saltem ex eodem, reliquisque locis liquet, *Seniores* qui rei publicæ curam gerunt, etiam extremis seculis *Bonos* esse appellatos.

XXI. Sed & illud indidem constat, illos *Septem* esse, neque alium numerum vulgo notum. Ibid. Tit. CXVII. bis occurrit. ויפצנו על פי שבעה טובי העיר *Et liberet illum quemadmodum Septem Boni Civitatis illi mandarint*. Et mox ונזרנו והחרמנו ונדינו שלא יאיים על שבעה טובי העיר על ידי גוים: *Et sanximus sub pœna anathematis & excommunicationis, ne Septem Bonis Civitatis terrorem incutiat (minetur) de Christianis*. Unde liquet, adhuc ante pauca secula in Gallia & Hispania obtinuisse in Synagogis non tantum nomen, sed etiam numerum *Septem Bonorum Civitatis*, ὑπὲρ ἔδει δεῖξαι.

CAPUT IX.

Calculus V. D. in numero denario Otiosorum conficiendo turbatur. 1. Archisynagogus, 7. Presbyteri. 2. Diaconi, Chassan & Præcentor, ac denique plures paucioresve Sacerdotes cum 7. Lectoribus, quomodocunque componantur, numerum denarium Otiosorum excedunt.

I. Atque ex his denique; quæ proxime dicta sunt, cuivis manifestum fore arbitramur, quid de eo sentiendum sit, quod V. D. *Archisynagogos* illos, seu *Presbyteros* Synagogæ, *Otiosos* facit, qui cum *Septem Lectoribus* constituerint famosnm illum ordinem *Otiosorum*. Cum enim illi *decem* numero sint, eorumque *Septem Lectores*; quis hic non mirum in modum impeditas rationes observet, si ad hos *Archisynagogi* accedant, qui in singulis Synagogis non *terni* erant, uti V. D. hariolatur, sed *Septem*?

II. Ac superiori Dissertatione, quando cum *Lightfooto* nobis res erat, dedimus illud Viro longe eruditissimo, & maximæ, quam inter omnes summo suo merito obtinet, auctoritati, ut argumentis undique sollicite conquisitis sententiam ejus convelleremus; eoque magis, quod neque argumentis ullis ipse usus esset, quorum imbecillitatem ostendere possemus, & alii quidam clarissimi nominis Viri in eandem sententiain concessissent: At nunc bona Lectoris venia minus operosis esse licebit, neque necesse arbitramur, ut æque prolixe in confutanda hac *Viri Docti* opinione versemur, posteaquam universum ejus apparatum ad hanc rem discussimus, atque ostendimus quam parum solidi ille habeat, quod cordatum lectorem morari possit. Quare satis erit, si ordines & rationes *V. D.* turbemus, & eorum probationem, quæ in *Otiosis* inesse debent, de *Senioribus* & *Lectoribus* exigamus.

III. Cum itaque in singulis Synagogis *singuli Archisynagogi* fuerint, (ראש הכנסת) & *Septeni Seniores* (שבעה טובי העיר) si hi *Otiosi* sint dicendi, uti V.D. contendit; atque illis *Septenos Lectores* addas, vide quorsum numerus ille *Otiosorum* sit evasurus. Non jam tantum *Decem Otiosi* erunt, sed *quatuordecim* imo *quindecim*.

IV. Quoniam vero V. D. illos *Otiosos* facit, *qui Synagogam moderabantur, atque in ea munus aliquod obibant*, *Diaconi*, sive Eleemosynarum Collectores, quos supra cap. 1. ex Civitate in Synagogam

gogam revocavimus, pariter in eundem ordinem *Otiosorum* erunt conjiciendi. Quo modo rursum ad minimum duorum hominum accessio fiet.

V. Sed quid de חזן *Azanita* dicemus? nullone ille pacto ad illustrem ordinem meretur referri? Atque is utique aliquod olim in Synagoga nomenque decusque gessit. Nam *Nuncius Synagogæ est*, qui *attendit ad legentes*, *Ecclesiæ præit in precibus publicis*, & in genere *illi incubuit videre*, *quænam sint necessitates Synagogæ*, *ut circa illas quod sui officii est*, *faciat*. pag. 48. Quin, si quid *Viro Docto* credimus, *munus interpretandi ordinario in se suscepit*, pag. 24. 25. & aliquando quoque publice *solet concionari*, pag. 294. ut ejus officium in Synagoga non modo utile, sed & necessarium sit. Usque adeo, ut *Vir Doctus* ad *Synagogæ* (quam opposite ad *Novam Buxtorffii* nomine *Veteris* insigniet) plenam & perfectam descriptionem, *Archisynagogo* secundam partem de *Azanitis* addere habeat necesse.

VI. Quid igitur illo futurum est? Sane quidem, si *Virum Doctum* audis, *Otiosus* non fuit. *Fuit* enim *hic*, (quod nos pene fugisset,) *vilioris conditionis*, *neque cum decem Synagogam referentibus numeratus*. *Paulo enim major conditione fuit* עם הארץ *populo terræ: si quidem hic primus gradus erat:* Nimirum in prima *origine*, antiquissimis temporibus, *simplicissima illa ætate*. Nam *Officium* hoc Nuncii publici *procedente tempore factum honoratius*, eique a Presbyteris negotium datum est, ut *Legentes vocaret*, *iisque inter legendum præesset; librum Legis ex arca depromeret & in eam reconderet*, *quod crescente superstitione non levis dignitatis officium fuit; sacram Scripturam interpretaretur*, *& tandem quod omnium erat maximum preces publice recitaret &c.* pag. 63. 64.

VII. Quæ quando cum reliquis ejusdem generis ibidem lego, atque attentius considero, vix me contineo; ita pleraque omnia non modo falsa atque incerta, sed plena audaciæ, confidentiæ, & temeritatis. Tanquam *Vir Doctus* omnes temporum articulos & mutationum momenta in numerato haberet, ita *tempora originis & progressus* hujus officii distinguit; & *Azanitam*, infimum Synagogæ ministrum, ad summum dignitatis fastigium in Synagoga evehit, gravissimaque Episcoporum officia illi demandat. Ita scilicet,

Si fortuna volet, fies de Chassane Rhetor,
Si volet hæc eadem, fies de Rhetore Chassan.

VIII. Sed licet omnia illa ad tempus concederemus, (alii enim occasioni & loco hanc quæstionem integram servabimus, quando etiam dicta de *Ministerio Sapientum*, quæ hic plane abs re citantur, cum hoc summum studiorum Talmudicorum gradum notet, prolixius explicabimus) non tamen ideo sequeretur, *Chassanem* non esse æque in *Otiosos* referendum ac cæterorum quivis, qui a V. D. in illum ordinem sunt conjecti. Nam *in Synagoga munus aliquod obit*: & superiori Dissertatione §. LXIII. LXIV. aliquot *Otiosorum* criteria in eo esse ostendimus, ut proxime ad illorum ordinem accedere videatur.

IX. Si vero distinctius agamus, & *Chassane* Custode misso, ad שליח הציבור *Angelum Ecclesiæ*, qui populo preces præire solebat, oculos animumque convertamus, quo jure ille ab *Otiosis* excludi queat? Hujus enim erat quod V. D. *primo Presbytero* attribuit, *omniumque maximum* fuisse asserit, *preces publice recitare*; & hic ille איש גדול בחכמתו ובמעשיו *Sapientissimus Sanctissimusque cœtus Vir* erat, ex quo V. D. *primum Presbyterum* facit. Ut nihil causæ dari queat, cur ille ex hypothesi *Viri Docti* non sit statuendus unus *Otiosorum*. Quomodo ad horum ordinem rursum minimum unius hominis accessio fiet.

X. De *Sacerdotibus* vero quid tandem statuendum erit, nam & hi *aliquod in Synagoga munus obeunt:* statis diebus populo solenniter in Synagoga benedicunt, unde in Hebræorum Ritualibus singulares tituli de ברכת כהנים *Benedictione Sacerdotum* occurrunt, quam vulgo נשיאות כפים *Elevationem manuum* appellant.

XI. Idque Sacerdotum proprium est, ex Num. VI. 13. s. quo ita obligantur, ut si quando illud in Synagoga præsentes negligant, triplici sese peccato adstringant. *Schulch. Aruch*, *Orach. Chaij.* Tit. CXXVIII. §. 2. כל כהן שאין בו אחד מהדברים המעכבים אם אינו עולה לדוכן אף על פי שביטל מצות עשה אחת הרי זה כעובר בג' עשה אם היה בבית הכנסת כשקראו כהנים או אם אמרו לעלות או ליטול ידיו: *Omnis sacerdos qui nullo vitio laborat*, *quod ipsum impediat*, *si non adscendat in suggestum* (ad benedictionem peragendam) *etsi tantum unum præceptum affirmativum violat*, *tamen idem facit transgredienti tria affirmativa*, *siquidem in Synagoga præsens sit*, *quando vocant Sacerdotes; vel si illum* ad-

adſcendere jubeant , aut manus ſuas elevare.

XII. Cum itaqne hi naſcantur Sacerdotes, non fiant, & ab ipſo Deo vocati ſint, qui cœtui ſacro publice benedicant : quis eos *munus* , & quidem omnium facile excellentiſſimum , *in Synagoga obire* neget , atque adeo ex hypotheſi *Viri Docti* referendos in *Otioſos*? Ipſi certe Hebræi cum illis honorem habent, ut in lectione ſacra, benedictione menſæ , atque alibi iiſdem primas deferant; quemadmodum etiam ex Conſtitutione Conſtantini Magni liquet , ubi cum ii recenſentur , qui in Synagogi deſerviebant , & immunitatem ab omni corpolali munere petebant , *Sacerdotes* reliquis omnibus, & ipſis adeo *Archiſynagogis* , iterato præponuntur: *Hiereis* , *& Archiſynagogis* , *& Patribus Synagogarum &c.* Et cum *Sacerdotes* omnes eodem in Synagoga ordine eſſent, eodem jure uterentur , atque omnes ex æquo tenerentur , ad munus illud Benedictionis ; quis non videt , illos , ſi paulo plures eſſent , vel ad minimum duo, numerum illum *denarium* rurſum vehementer conturbare?

XIII. Sed pergamus tandem ad *Septem Lectores* , & quo pacto illi rationes *Viri Docti* turbare queant , videamus . Erant illi quidem in Synagogis bene conſtitutis *Septem*: ſed non ſemper & ubique . Aliquando enim multo pauciores erant , quia ad hoc officium non admittebantur , niſi qui legendi probe eſſent periti , ut licet notulæ nullæ textui adſcriptæ eſſent , tamen ſecundum vocales accentus lectione exacte inſtituere poſſent . Teſtimonio hanc in rem non alio opus eſt , quam quod *Vir Doctus* ipſe profert , & nos quoque jam alibi produximus. *Si quando iu Synagoga tantum unus ſit*, *qui legere ſciat*, *ille unus adſcendit & recitat primo benedictiunculum* , *legitque aliquot verſus*, *iterumque poſt lectionem benedicit &c.* & ſic ſepties legit, ut numerum illum ſeptenarium compleat . Ita in *Lebguſch* legitur *Orach chaij.* tit. CXLIII. §. 5. & ex citatione *Viri Docti in Colbo* cap. XVII. col. VI. Si quando igitur tantum unus iuveniatur legendi peritus, vel non multo plures , ſaltem pauciores quam *ſeptem*; Ubi *decem Otioſi* erunt ? Habebis enim *Archiſynagogos*, & *unum*, *duos*, *tres Lectores* , qui quo pacto *decem* conficiant? ita quocunque te vertas , ſemper turbatos calculos , atque impeditas rationes offendes.

CAPUT X.

Argumenta recenſentur , cur neque Archiſynagogus, neque Seniores ſint Otioſi ſtatuendi . Laborare vel negotiari neutris probibitum. Neque ad מנין *faciendum inſtituti . Senioribus nulla ſtipendia data.* סתם כפירושן *explicatur.*

I. Etſi vero iſthoc pacto *Viro Docto* utcunque ſatisfactum putamus, demonſtrato *Archiſynagogos* & *Lectores*, (quorum hi munus quoddam in Synagoga obibant , illi vero eandem etiam moderebantur,) non poſſe numerum *denarium* conficere , ceu qui illum longe excedant: tamen huic argumento adnuc aliquantiſper inhærendum videmus , ne quis ex hypotheſi *Viri Docti* alterutros illorum retineat , & ex noſtris reſponſionibus alios adſciſcat, ſeque rem quocunque ſaltem modo confecturum confidat. Quare de utriſque ſingulatim agendum erit , pauciſque oſtendendum , neque *Archiſynagogos Otioſos* eſſe , neque etiam *Lectores*.

II. Ut itaque de ראש הכנסת, *ἀρχισυναγώγῳ* , *primo* illo *Presbytero* , primo loco dicamus ; nihil eſt , quod illum nobis perſuadeat eſſe *Otioſum* . Cum enim is a reliquis omnibus, quicunque ſint , *Otioſis* toto genere differt ; tum neque otium agere cogitur , & a labore vel mercatura vacare , nedum ad id conſtitutus eſt , ut quotidie primus & ultimus in Synagoga præſto ſit , ad מניין numerum illum denarium conficiendum , operamqae iis dandam , quos vel negligentia vel caſus ſerius in Synagogam venire permittebat ; quæ tamen omnia & ſingula vera ſunt de *Otioſis*.

III. Atque illorum cum primum certum ſit , & per ſe cuivis manifeſtum ; ſecundum item ex eo facile perſpiciatur, quod Diſſ. I. §. CXXIX. & ſeq. de *Scholarcha Theologico* eſt dictum: poſtremum ſaltem paulo diligentius excutiendum reſtat.

IV. Atque hic quotusquiſque eſt qui animum inducat credere, aut quis tradiderit Hebræorum , *Archiſynagogum quotidie primum*, *ultimum*, *atque aſſiduum in Synagoga fuiſſe* , *ut cum cæteris* מניין *numerum illum ſacrum conficeret*, *tardas Dei cultores atque infrequentes præſtolaretur*? Quod ut a dignitate illius muneris alienum eſſe nemo non videt , ita neque natura ejus permittit , neque a Judæis in *Archiſynagogi* deſcriptione uſquam traditum invenitur . Erat enim ille ראש הכנסת

הכנסת, *Princeps Synagogæ*, ſummus ejus Præfectus; quem quo jure, qua fronte, ad infimum Synagogæ miniſterium, imo *Otioſorum* ſubſellia detrudas? Et quum cœtui inſtituendo ſit præfectus, de jure caſibusque conſcientiæ conſulentibus reſponſa dederit, atque etiam ſæpe Doctorem Academicum egerit, qui in בית המדרש jus παρατροπαράδοτον explicaret; quo pacto extra ordinarias horas publici conventus cultuſque ſacri in Synagoga deſidere potuerit, ut negligentibus vel ſero venientibus præſentiam ſuam commodaret?

V. Num vero *R. Salomo Jarchi*, aut alius quivis Juris Talmudici Interpres, vel verbulo hujus rei meminerit? Nulla equidem opinor, hactenus certe nec vola nec veſtigium iſtius rei occurrit. Et cum ille ראש הכנסת *Archiſynagogum* iterato deſcribat, de *Otioſis*, quibus ille fuerit adſcriptus, prorſus ſilet. Ad Cod. *Sota* cap. VII. §. 7. & *Joma* cap. VII. §. 1. ita illum deſcribit: על פיו נהתכין דברי הכנסת מי יפטיר בנביא מי יפרוס על שמע מי ירד לפני התיבה. *Ex ejus ſententia negotia Synagogæ decernuntur, quis populum dimittat Lectione Prophetica, quis exponat ſuper Schema, quis deſcendat ante pulpitum.* Ubinam hic vel verbum de *Otioſis*? vel quod ulla ſpecie eo referri queat? Stato atque ordinario tempore illum Synagogæ interfuiſſe inde liquet, & ſacra quoque moderatum eſſe; præterea vero nihil. Ut niſi quis valida argumenta, vel diſerta Hebræorum teſtimonia producat, quibus *Archiſynagogum Otioſum* eſſe probet, concludamus ſemperque credamus, illum ad ordinem *Otioſorum* prorſus non pertinere.

VI. Neque majori jure פרנסים הממונים על הציבור *Seniores Synagogæ Præfecti*, in *Otioſos* referuntur. Præterquam enim quod illi *ſepteni* conſtituantur, ejuſdem omnes ordinis & dignitatis, non *deni*: neque *Otioſi* ſunt, qui ab omni labore, mercaturæ artisve exercitio vacare debeant; neque ex publico aluntur; neque denique ad id ordinantur, ut מנין *cœtum ſacrum* conficiant, & aliis quibusvis extra ordinem preces dicturis adſiſtant.

VII. Ac de numero illorum *ſeptenario* cum jam ſatis dictum ſit, primo loco de *Otio* videndum erit. Atque hic nihil eſt in illorum munere, quod ab omni labore feriari cogat. Conſilio ſuo & auctoritate Synagogam regebant, in eumque finem, ſi quando neceſſitas exigeret, vel *Archiſynagogum* adibant, ut nuper ex *Aruch R. Nathan* vidimus; vel cum populo agebant, uti ex iis, quæ ſuperiori Diſſertatione §. XVII. dicta ſunt, abunde liquet. At ideo ab omni opere vacare non debebant, nihilo magis quam qui in noſtris Eccleſiis Verbi Miniſtris adjuncti ſunt Presbyteri, quos tempore functionis ſuæ mercaturam, artem, laborem denique quemcunque deſerere, nulla ratio vel neceſſitas cogit.

VIII. *Seniores* autem hoſce nulla lege otio adſtrictos eſſe, eodem argumento evinci poteſt, quo ſupra *Lightfooti* ſententiam refutavimus de *Judicibus Otioſis*. Cod. *Kidduſchin* fol. 70. col. 1. fine: כיון שנתמנה אדם פרנס על הציבור אסור בעשיית מלאכה בפני שלשה. *Poſtquam aliquis præfectus eſt cœtus, non licet illi opus facere tribus inſpectantibus.* Quod cum *Rabb Huna* generaliter efferat, nihil cauſæ eſt, cur non illud ad hos *Seniores*, qui erant ממונים פרנסים על הציבור *præfecti cœtui Rectores* etiam extendatur. Uſi quidem ſumus alibi hoc argumento adverſus *Lighfootum* de *Judicibus*, præeuntibus ipſis Hebræis, qui hunc canonem iiſdem applicant: Id autem nihil impedit, quo minus etiam de aliis accipiatur, omnibus in genere populi præfectis. Cauſa hujus conſtitutionis, ut dignitati Præfectorum populo conſulatur, neque hi aliorum contemtui exponantur, generalis eſt, & tam Eccleſiaſticos populi Rectores ſpectat, quam Civiles. Sed non eſt, cur in hoc canone de *Senioribus* explicando multum laboremus, cum *Virum Doctum* hac in re nobis habeamus adſtipulantem. *Sane videmus*, (inquit pag. 45.) τὸ פרנס *generaliſſime hic accipi pro quovis Rectore, cum ſententia particularis ex univerſali veritate ſtabiliatur. Ita generaliter etiam ſumitur id quod ſequitur:* כיון שנתמנה אדם פרנס על הציבור אסור לו לעשות מלאכה בפני שלשה *Quoniam cum quis &c. Ubi exiſtimo* τὸ פרנס *Generali cujuſque rectoris, atque hinc etiam Judicis, qui populum ducit ac moderatur, ſignificatu gaudere.* Etſi itaque *Senioribus*, *Parnaſim*, non licet tribus præſentibus operari, tamen operari licebit, neque *Otioſi* eſſe coguntur, modo id ita agant, ut & ſuæ dignitati conſulant & honori cœtus.

IX. Sed neque ad id inſtituti ſunt, ut primi, ultimi, & aſſidui in Synagoga ſint, ad מניין *cœtum ſacrum* conficiendum. Iſtud non minus ab horum dignitate alienum eſt, quam a dignitate primi *Archiſynagogi*. Regendi gratia conſtituti ſunt, non orandi, non in Synagogis deſidendi, & præſtolandi ſero venientes. Quod ſi quid tamen porro per-

pertendat, hunc summo equidem opere rogatum velim, Hebræorum testimonia producat, vel unicum saltem, unde istud aliqua specie constare queat. Ego hujus rei ignorantiam fateri non erubesco. Qui id docuerit, illi lubens minerval solvam.

X. An vero hi *Præfecti* etiam stipendium ex ærario populi acceperint? Id enim necesse sit, siquidem olim fuerint *Otiosi*. Nam qui suis rebus relictis unice negotia cœtus procurat, eum ex publico ali æquum est: atque ita sua *Otiosis stipendia*, quidquid *Vir Doctus* neget, *R. Salomonis Jarchii*, testis omni exceptione majoris disertis verbis adseruimus. De *Seniorum* vero stipendio quærenti, hactenus nihil occurrit. Neque enim omnes, qui in Synagogis deserviunt, a cœtu aluntur, uti ex *Orach chaijm* liquet, Tit. LIII. §. 26. *Cœtus qui solet rebus suis quosdam præficere &c.* בין שנוטלים לשמו שכר בין שאינן נוטלים *sive eo nomine mercedem accipiant, sive non*. Sunt itaque qui ex publico mercedem accipiant, sunt etiam qui gratis munere suo fungantur.

XI. At quinam illi, quibus stata merces assignata? *Archisynagogus*, & *Minister*. De *Ministro* ibidem legitur §. 23. שכר שליח ציבור פורעין מקופת הקהל *Mercedem Ministro Synagogæ solvunt ex ærario cœtus &c.* De utroque rursus ibidem §. 24. & *Jore Dea* tit. CCLI. §. 13. ציבור שצריכין לשכור רב ושליח ציבור ואין בידם כדי שכר שניהם אם הוא רב מובהק וגדול בתורה ובקי בהוראת הוא קודם ואם לאו שליח ציבור קודם *Si cœtus aliquis & Doctori* (Archisynagogo) *& Ministro mercedem persolvere debeant, neque habeant unde illam utrique persolvant; Archisynagogus præferendus est, si quidem vir celebris sit, egregieque in Lege & Jure versatus; sin vero, Minister præferendus*. Hic unius *Rabb*, *Archisynagogi* mentio fit, & *Ministri*, qui stipendia accipiant, nulla *Seniorum*: quorum tamen non minus rationem habitam oportebat, siquidem illi etiam curæ suæ pretium caperent, quam *Archisynagogi & Ministri*.

XII. Priusquam autem hinc discedamus, locum modo ex *Orach chaijm* citatum tit. LIII. §. 26. visum est reprehendere, & phrasin סתמן כפירושן, quam supra cap. I. §. 23. cum non satis assequeremur, intactam reliquimus, paulo distinctius explicare. Ingenuitatis enim nostræ & prudentiæ esse videbatur, quod ipsi non satis caperemus, illius versione lectori non imponere: quare Judæum Magistrum consulere maluimus, quam audacem incertamque conjecturam proferre. En igitur nunc solidam & elegantem illius explicationem, quam Vir Clarissimus, *David Pina Zorphati*, Med. Doctor patrii Juris callentissimus & disertissimus Orator, noster olim in Talmudicis præceptor, de ea per epistolam consultus, transmisit. שאלת ממני אוריעך אהובי וחביבי דע כי מה שאמרו סתמן כפירושן הוא כשלא קבעו זמן על האנשים שנמנו על צורכי ציבור כי האיש שנמנה פרנס יתנשא לאמר אני אמלוך כל ימי חיי כיון שלא קבעתם זמן לכן אמר (אפילו לא קבעו להם זמן סתמן כפירושן) רוצה לומר כיון שנהגו למנות אנשים לזמן קבוע לשנה או יותר וזו היא הסכמת הקהל ומנו איש לפרנס ולא הודיעו לו שיהיה פרנס שנה אחת לא יאמר הואיל ולא אמרתם מאומה אהיה פרנס כל ימי חיי לזה אמר (סתמן) רוצה לומר כשלא אמרו מאומה ולא פירשו לכמה יהיה פרנס אלא סתם מנוהו (כפירושן) רוצה לומר שתיקתן זו היא פירושן מפני שכך היא הסכמת הקהל שנהגו למנות אנשים על צורכי ציבור לזמן ידוע: Latine vertas, sic sonabunt: *Quod ex me quæris, amicissime & dilectissime Rhenferdi, ad id paucis responsum eo. Itaqua sic habeto. Quod dicitur* סתמן כפירושן, *id tum obtinet, quando iis, qui negotiis cœtus præfecti sunt, certum tempus non est præstitutum. Nam qui Parnas ordinatus est, sese forte insolenter efferre possit, & dicere; quoniam mihi certum tempus non præfixistis, per omnem vitam meam gubernabo. Et hinc adeo dicit: Etiamsi non definiverunt illi tempus*, סתמן כפירושן: *Id est, posteaquam usu receptum est, ut ad certum quodque tempus ordinent, in annum, aut eo amplius, idque universi populi consensu; si jam aliquem Seniorem creent, neque diserte addant, illum tantum in unum annum Seniorem fore; is ne dicat, quandoquidem mihi* (de tempore) *nihil dixistis, per omnem meam vitam Parnas manebo; Ideo enim addit* סתמן, *id est, quando nihil dixerunt, neque expresserunt, quamdiu præfectus esse debeat: sed* סתם *simpliciter, absolute, illum ordinarunt;* כפירושן, *id est, silentium ipsorum est explicatio ipsorum, quandoquidem universus populus in eo consentit, cum quos negotiis cœtus curandis præficiunt, in certum & notum tempus præficiant.*

XIII. Ex his itaque, quæ Cl. *Pina* disserit, sic satis liquet, quid sibi illa velint סתמן כפירושן, nimirum quæ in rebus cujusque Synagogæ absolute fiunt atque decernuntur, pro more in eadem recepto accipienda atque explicanda esse; ut illud inprimis observandum sit, quod alibi passim inculcant, הכל לפי

המנהג

כמנהג, ſeu phraſi Apoſtoli, uti *Vir Doctus* alicubi ſcite obſervat, *πάντα κατὰ τάξιν γινέσθω*, *omnia pro more recepto fiant*, ne quid temere in Synagoga vel Eccleſia novetur, unde rixæ, contentiones, aliaque graviora incommoda oriri queant. Sed & illud hinc, ſi forte neſcis, Lector, diſcere licet, quantum interſit ad Hebræas literas feliciter tractandas, ſi vivo magiſtro uti poſſis, a quo ſæpe horæ momento plus diſcas, quam integro die aut ſeptimana propria induſtria & privata proficias lectione. Quod cum D. *Hieronymus* probe perſpectum haberet, minime erubuit homine Judæo magiſtro uti, & ad illum paſſim provocare: a quo neque hodie Doctiſſimi Viri diſſentiunt. Unicum ſaltem ex hodiernis produxiſſe ſufficiat, emunctæ naris Virum *Stephanum Gauſſenum*, qui in aurea illa diſſertatione de *Ratione ſtudii Theologici*, pag. 35. ſe *paratum* ſcribit *vel biennii jactura redimere*, *Judæos Doctos & in lege patria exercitatos ſex menſes audire:* cujus judicio & voto etiam ipſi lubenter ſubſcribimus.

CAPUT XI.

Septem Lectores non fuerunt Otioſi. Neque olim ſtati in Synagoga. Rationes contrariæ refutantur. Dictum Maimonidæ explicatur. Locus, in quo olim Otioſi. An a temporibus Antiochi Epiphanis linguæ Hebrææ notitia prorſus deſierit, diſquiritur.

I. DEmonſtrato itaque, neque *Archiſynagogum*, neque *Seniores Otioſos* eſſe; porro etiam de *Lectoribus* agendum erit, qui a *Viro Docto* ad denarii illius numeri complementum adhibentur. *Ego vero*, inquit, *judico*, *ſcitum fuiſſe Hebrææ gentis antiquiſſimum*, *ut quoque Sabbatho ſeptem Iſraelitæ ab Epiſcopo Synagogæ deſignati legerent*, *quod a poſterioribus quam conſtantiſſime obſervatum eſt. Traditur illud in Colbo &c.* Quo quidem ipſo nihil certius dici poteſt, modo recte intelligatur, quis ſit ille *Epiſcopus Synagogæ*; *Azanita*, an *Archiſynagogus*? Sed quid inde in rem præſentem elicias? *Hoſce vero ſeptem*, inquit, *ſi cum tribus ἀρχισυναγώγοις conjungas*, *habes numerum*, *quem quærimus*, *denarium*. Scilicet, *tres* & *ſeptem* faciunt *decem*: Quod nemo Arithmeticorum unquam negaverit. Ideone autem jam etiam *decem Otioſos* habeas, aut probatum ſit, hos *ſeptem Lectores* eſſe *Otioſos*? Omnino vero, ſi V. D. audis; Nam *plura officia nunquam antiquiſſimis temporibus in Synagoga repereris*: Ut adeo neceſſario hi *Septem Lectores Otioſi* fuerint, quoniam officium aliquod in Synagoga adminiſtrabant.

II. Sed quis hic non illico obſervet, in iſta argumentatione & majorem falſam eſſe, & minorem? Nam, ut ab Arithmetica ad Logicam tranſeamus, ſi argumentum ad formam redigas, ita habebit:

Quicunque in Synagoga munus aliquod obeunt, *illi ſunt Otioſi* pag. 32. ex dicto *Maimonidæ*.

Atqui Septem Lectores in Synagoga munus aliquod obeunt, *neque præter hos ulli alii*. pag. 39.

Ergo Septem Lectores ſunt Otioſi, *neque præter hos ulli alii*.

At hic omnia falſa eſſe, ex cap. x. abunde liquet, ubi jam demonſtravimus, & plura officia antiquiſſimis temporibus in Synagoga fuiſſe, *Diaconos* ſcilicet, *Cuſtodem*, *Prælectorem &c.* neque tamen illos ideo etiam eſſe *Otioſos*, cum non omne officium miniſteriumve Synagogæ faciat *Otioſum*. Ut hiſce, quæ uſquequaque vacillant, evertendis non ſit operæ prætium diu immorari.

III. Unum illud non poſſumus quin paulo preſſius examinemus, quod V. D. *Septem* illos *Lectores* certos homines fuiſſe contendit, & Synagogæ Miniſtros, non vero promiſcue nunc hos, nunc illos, pro *Chaſſanis* arbitrio ex univerſa Synagoga evocatos. Quo poſteriori cum nos aliquando argumento uſi eſſemus, ad iſtam Viri Docti explicationem numeri denarii refellendam, neque res ipſa ulla ſpecie negari poſſet; *Vir Doctus* quandam veteris conſuetudinis immutationem eſt commentus, & quod antea liberum erat, & ad omnes ex æquo pertinebat, ad paucos quoſdam, ſc. ad *ſeptem* ex illis *decem Otioſis*, reſtrinxit.

IV. Ratio noſtra hæc erat, quod olim non ſtati eſſent in Synagoga *Lectores*, ſed a *Chaſſane* promiſcue evocarentur, quos ipſe ad illud officium maxime idoneos cenſebat. Id quod ex Cod. *Megillæ*, cap. *Hakkore Omed*, & Ritualibus Hebræorum ſole meridiano clarius elucet. Cod. *Megilla*, f. 23. fac. 1. f. תנו רבנן הכל למניין שבעה אפילו אשה או קטן אבל אמרו חכמים אשה לא תקרא בתורה מפני כבוד ציבור *Tradiderunt Magiſtri: Quilibet adſcendere poteſt*, *ad numerum ſeptenarium* (Legentium complendum) *etiam femina aut minorennis*. *Veruntamen dixerunt Sapientes: Mulier ne legat* (publice) *in Lege*, *propter honorem Eccleſiæ*. Idem itaque omnibus ad

Le-

Lectionem Legis jus erat, nullo modo idoneus esset, excluso; ne minorenni quidem, si saltem intelligeret, cuinam benediceret, & rite ac decenter legere sciret. Quod certe non obtineret, si certi homines huic lectioni instituendæ fuissent præfecti.

V. Et hinc omnia illa Magistrorum præcepta, quæ ordinem legentium, modumque illos invitandi definiunt. Nam cum universis & singulis idem jus esset, neque ullus idoneus a libro Legis arceri posset; ut ne hinc perpetuæ contentiones & simultates orirentur, singulis sibi certatim rapturis, quod erat universorum, sed omnia εὐσχημόνως κ̀ εὐτάκτως administrarentur: ordo legentium definitus est, ut primæ darentur *Sacerdoti*, secundæ *Levitæ*; tertiæ *Seniori* alicui, & sic porro; quemadmodum ista prolixe traduntur in *Orach chajim*, Tit. CXXXV. & seq. Quas *Halachoth* qui attente & cum judicio perlegerit, næ is nunquam animum inducet credere, certos aliquos homines ad illam rem unquam fuisse delegatos, nedum illi Lectores apud ipsum in censum venire possint *Otiosorum*.

VI. Sed neque V. D. negaverit, omnibus idem jus fuisse legendi. Ipse prolixe illud asserit, pag. 120. „ Unde & „ in Lectione Legis, inquit, quæ mul„ to præstantior habita est illa prophe„ tarum, unicuique facta est potestas „ idoneo. הכל עולין למנין שבעה *Qui„ libet adscendit ad legendum ad nume„ rum septenarium.* Quin & *minorennis*, „ si legere nosset, præstare poterat hoc „ officium - - - - Megilla cap. III. §. VI. „ קטן בתורה ומתרגם *Minorennis lege„ re potest Legem, eamque interpretari.* „ Unde & factum, ut ad *Haphtaræ* Le„ ctionem *Juvenem Sacerdotem* delege„ rint & vocarint. In *Colbo*, capite „ modo notato: ומעמידין כהן קטן לקרות „ שמינית להיות מפטיר בנביא *Et consti„ tuunt Juvenem Sacerdotem* (minoren„ nem) *ut octavo loco legat, populum„ que dimittat in Lectione prophetica.* „ Sed recte adjicitur: ואין בזה פגם כלל „ *Sed de hæc re universalis decisio non „ est*. Quæ omnia verissima sunt, nisi quod postremum illud: quod recte adjicitur, non tamen recte vertitur. Neque enim פגם *decisio* est, sed *vitium*, proprie *incisura*, vel *crena* in acie cultri, quæ vitium infert, & cultrum ineptum reddit, estque conjuncta cum defectu; ut verti debeat: *Atque in eo nihil vitii, nihil indecori est*. Vox frequens in Constitutionibus de *Lectione Legis*, inprimisque lectione aut discessu Sacerdotum.

VII. Quid vero ad hæc reponit? huic dubio, quod ad speciem non leve esse fatetur, ut satisfaciat, duo observat: primo, *ex Maimonidis dicto omnino concludendum esse* עשרה הבטלנים *decem Otiosos certissime sacræ lectioni præfuisse, unde nihil hic dixerit, quod Hebræorum placitis non consentiat*. Deinde vero, *progressu temporis, cum vulgus inidoneum esset Lectioni sacræ peragendæ, necessario quosdam homines publice fuisse constitutos, qui Linguæ Sanctæ gnaviter incubuerint, ut Lectionem hanc εὐσχημόνως possent præstare in publicis Israelitarum Conventibus sacris:* Unde adeo *illi maximo jure* בטלנים *appellari mereantur*.

VIII. At neque ex *Maimonide* illud certo concluseris, neque ex *ratione*. *Maimonidem* enim quod attinet, hoc tantum dicit; *non fuisse illis studium nisi in rebus cœlestibus, id est, ut legerent in Lege & sederent in Synagogis*, אין להם עסק אלא מלאכת שמים ר״ל לקרות בתורה וישיבת בבתי כנסיות Scilicet studio pietatis sese totos mancipabant, ut Deo cum aliis quibuscunque in cœtu invocando vacarent, inque illum finem in Synagoga semper præsto essent, quod alterum membrum commentarii *Maimoniani* indicat. Cum vero perpetuo in Synagoga desiderent, neque tamen perpetuo adessent, quos in precibus recitandis adjuvarent, aliud temporis fallendi medium quærendum erat. Quoniam vero in Synagoga deambulare, ludere, confabulari non licebat, neque aliud quicquam agere, quod præter decorem & sanctitatem loci esset: nihil *Sacra Scriptura* prius potiusve occurrebat, cujus lectione & meditatione temporis tædium lenirent, & longæ moræ molestiam depellerent. Hoc illud est, quod *Maimonides* innuit, quando illis adscribit מלאכת שמים רוצה לומר לקרות בתורה וישיבת בבתי כנסיות *Studium rerum cœlestium, id est, Lectionem*, (meditationemque) *Scripturæ, & sessionem in Synagogis*, ut aliis quibusvis etiam solis orandi causa Synagogam ingressis illico cœtus denarius præsto esset: si vero nulli oraturi accederent, temporis tædium sacra lectione fallerent.

IX. Quod vero ex ratione *Vir Doctus* profert, nullius momenti est, & partim etiam manifesto falsum. Duobus tamen argumentis utitur, quorum alterum a voluntate, alterum ab aptitudine plerorumque in Synagoga petitum: tametsi duo illa etiam ad unum non in-

incommode redigi posse videntur, de aptitudine legendi. Scilicet *non est omnibus eadem in dicendo libertas & peritia, his pudore, aliis ignorantia linguæ abstinentibus; rursum aliis naturæ dotibus ad id agendum non satis instructis*. Unde V. D. sequi existimat, *etsi libera unicuique Judæo semper fuerit facultas Codicem sacrum publice legendi; non tamen inde concludere licitum, omnes id egisse*. Quod ut verum sit, neque sanus quisquam negare sustineat, tamen neque nobis adversatur, neque *Virum Doctum* vel hilum juvat. Non id credimus, nedum aliis persuasum velimus, universos & singulos, quotquot sunt in Synagoga, ad Lectionem publicam fuisse evocatos; neque id ad robur argumento nostro conciliandum ullomodo est necesse. Sufficit nobis, olim antiquis temporibus, quibus *Batlanim* vigebant, abunde virorum fuisse, qui Lectioni sacræ peragendæ pares essent, ex quibus *Azanita* quosdam pro suo arbitrio, & per vices, nunc hos, nunc illos potuerit deligere, & ad sacrum illud exercitium in suggestum evocare. Quo stante stabit etiam argumentum nostrum, ex eo contra *Otiosos Lectores* desumtum, quod nulli stati in Synagoga Lectores essent, sed quivis idoneus pro lubitu *Chassanis* ad id invitaretur, ut certos homines, in hunc usum quærere nihil fuerit necesse.

X. Atque illud ex loci consideratione inprimis liquet, in quo illi *Batlanim* instituebantur. Erant enim illi solum in *Urbibus magnis*, adeo ut si quis locus eos non haberet, titulum & dignitatem עיר גדולה *urbis magnæ* tueri non posset, sed haberetur tantum כפר loco *pagi*, uti jam pridem ex initio Cod. *Megilla* est ostensum. Cum vero ex cap. I. Cod. *Sanhedrin*, & *Maimonide*, *Hilch. Sanhedrin* cap. I. pariter constet, in iisdem locis constitutum fuisse סנהדרי קטנה *Senedrium minus* viginti & trium virorum, quibus porro tres ordines Candidatorum adjuncti erant; neque in illum Judicum consessum adlegerentur, nisi viri Juris patrii legumque periti: Quotusquisque est, qui non illico observet, abunde hominum fuisse, qui publice sacram lectionem rite & decenter peragere possent. Nisi forte ita existimare malis, in tanta Judicum & Candidatorum multitudine neminem fuisse huic muneri parem; sed omnes adeo rudes atque imperitos, ut quod *minorennes*, קטנים, præstare possunt, ad id fuerint inepti. Quod qui sibi de gravissimo illo Consessu, cæterisque illius dignitatis Candidatis, persuadere possit, næ is de illis, & universæ gentis eruditione magnifice sentiat oportet, magnamque gratiam ab hodiernis Judæis ineat, quorum majores in ipsa patria viventes & florentes adeo miseros stupidosque fingit.

XI. Instat tamen V. D. atque etiam rationem hujus tantæ ignorantiæ ostendere conatur. *Sed & aliud est*, inquit, *non exigui momenti caput, ad quod heic licet attendere. Postquam Israelitæ in potestatem Syrorum per Antiochum Epiphanem redacti sunt, Linguæ suorum Victorum, hoc est, Syræ unice se dederunt, prisca illa & avita, in qua jura & præcepta Divina acceperant, oblivioni tradita, ab illa vero ætate sanctæ suæ linguæ ignari & rudes facti sunt Israelitæ, illius vera intelligentia Doctoribus suis relicta. Unde perspicuum est, vulgus plane inidoneum fuisse ab illis usque temporibus sacræ huic Lectioni peragendæ. Quam ob causam ratio jubet, ut existimemus, quosdam homines publice fuisse constitutos, qui linguæ sanctæ gnaviter incubuere, ut Lectionem hanc* εὐσχημόνως *possent præstare in publicis Israelitarum conventibus sacris, ita ut illi maximo jure* בטלנים *appellari mereantur*.

XII. Age itaque, excutiamus istud caput paulo diligentius, ut videamus quanti momenti sit, & quantum parum solidi habeat, quod ad originem *Septem Otiosorum* facit indigandam. Etsi igitur temporibus *Antiochi Epiphanis* ingens Ecclesiæ Judaicæ tempestas incubuit, & præsidiis Syrorum passim per terram illorum dispositis quædam linguæ immutatio orta fuit, usque adeo, ut Lex ipsa, quæ Hebraice olim prælegebatur, jam etiam Syriace vel Chaldaice exponenda esset, ut a vulgo posset intelligi; quæ etiam prima *Interpretationis* sacræ causa & origo exstitit, uti Vir Cl. *Jac. Altingius* ὁ μακαρίτης erudite ostendit: nequaquam tamen inde sequitur, tantam avitæ linguæ oblivionem introductam esse, ejusque veram intelligentiam ita solis Doctoribus relictam, ut reliqua omnis multitudo Hebræi sermonis prorsus rudis & ignara facta sit.

XIII. Cum enim Aramæa non peculiarem & distinctam ab Hebræa linguam constituat, sed hujus quandam solum dialectum; & Nehemias linguæ Hebrææ corruptionem, quæ ex quorundam matrimoniis cum barbaris mulieribus contractis, sensim invehebatur, olim usque adeo graviter tulerit, ut eo nomine ista matrimonia dissolvi jusserit, & immorigeros cœtu populi excludi: quis dubitet,

tet, quin honoratissimi & religiosissimi quique patriæ linguæ usum una cum nova dialecto in suis saltem familiis voluerint & potuerint retinere? atque adeo multi passim remanserint ejusdem satis gnari & periti, qui lectioni publicæ essent apti?

XIV. Accedit vero etiam, quod ludi literarii frequentes essent, in quibus Judæi ἀπὸ βρέφυς τὰ ἱερὰ γράμματα docebantur; iique non in singulis modo locis singuli, sed in iisdem etiam plures. In sola urbe Hierosolymorum quadringentos & octoginta בתי סופרים *ludos literarios* fuisse jactant, uti jam alibi a nobis monitum; in quibus pueri cum prima elementa lectionis docebantur, tum inprimis Sacram Scripturam legere & intelligere, unde למקרא τῇ ἀναγνώσει, *Lectioni Sacræ Scripturæ*, dicuntur destinati. Ac nequis istud in majoribus saltem civitatibus obtinuisse putet, generalem canonem observet, quem *Maimonides* ex Veterum constitutionibus producit *Hilch. Talm. Torah*, cap. II. §. I. מושיבין מלמדי תינוקות בכל מדינה ומדינה בכל פלך ופלך ובכל עיר ועיר וכל עיר שאין בה תינוקות של בית רבן מחרימין את אנשי העיר עד שמושיבין מלמדי תינוקות ואם לא הושיבו מחרימין את העיר שאין העולם מתקיים אלא בהבל פיהם של תינוקות של בית רבן: *In omni ditione, omni vico, & urbe denique omni constituere solent, qui pueros doceant. In quacunque autem urbe non sunt pueri, qui ludum literarium frequentent; illius incolas anathemate feriunt, donec constituant ludimagistros. Quod si vero ne tum quidem illos instituant, locum illum vastant; quia mundus non subsistit, nisi propter halitum puerorum Scholæ.*

XV. Verba *Gemaræ*, unde hæc *Maimonidæ* petita sunt, jam alibi produximus; unde liquet, posterius illud מהרימין apud *Maimonidem* unius literæ mutatione facta legendum esse מחריבין, *evertunt*, quemadmodum etiam *Rabi Joseph Karo* legit, qui utrumque dictum de anathemate & vastatione a *Maimonide* docet conjungi.

XVI. Sed & illud notandum, quod supra illud בית רבן vertimus *domum Magistri*, quasi רבן compositum esset; quia non assequebamur, quo pacto titulus omnium maximus, & familiæ Hillelis proprius, infimi ordinis magistellis conveniret. Cum tamen plane dubitanter ita vertissemus, simul occasio ad eam rem tulit, cum Amico, Doctissimo Viro, super ea re contulimus, qui nos communem Magistrorum titulum esse monuit, cujus plurale רבנן, frequentissimum in illo תנו רבנן *tradiderunt Magistri*. Nominaremus tibi illum libenter, Mi Lector, si vel summa Viri modestia pateretur, vel hujus etiam rei tenuitas; quum non desint Viro longe eruditissimo alia, præclare observata, quibus harum literarum studiosos summo sibi beneficio demereri possit; præprimis si quando integram *Gemaram* Cod. *Berachoth*, quod nemo hactenus Christianorum aggredi est ausus, Latina veste ornatam, nobis voluerit exhibere.

XVII. Quid vero etiam illud sit, *Mundus non subsistit, nisi propter* הבל *puerorum ludi literarii?* reddidimus illud quidem cum Cel. *Buxtorfio*, *halitum*; sed rectene an secus, alii viderint, ipsimet sane de eo vehementer dubitamus. Quid enim *halitus puerorum* ad conservationem mundi? Mirum sane, nisi quid aliud illa vox velit, quod forte ex Ps. VIII. erit eruendum. Sed malumus ἐπέχειν, quam incerta jactare.

XVIII. Cæterum cum ludi literarii passim instituti fuerint, quis amplius dubitet, in iis pueros minimum edoctos esse Sacram Scripturam legere, quæ prima eruditionis Judaicæ rudimenta esse solent; atque adeo, etiamsi lingua Aramæa jam vulgo obtineret, complures tamen fuisse, inprimisque ex honoratioribus, qui & linguæ sanctæ periti essent, & lectionis rite instituendæ.

XIX. Quod vero eorum, quæ Hebraice prælegebantur, interpretatio necessaria fuerit, id totalem Linguæ Sanctæ oblivionem non arguit. Ad eam enim instituendam id satis erat causæ, quod vulgus & plebs infima non amplius satis gnara esset patrii sermonis: siquidem infimi cujusque non minus, imo etiam magis, ratio habenda erat, quam summorum & doctissimorum virorum in Synagoga. Ut hactenus nihil causæ esse videamus, cur non illis temporibus, quibus *Otiosi* vel maxime vigebant, abunde virorum fuerit, qui Legem publice rite legere scirent; atque adeo nulla sana ratio nos cogat existimare, *Septem Otiosos* ad id fuisse institutos, ut Lectio Sacra decenter fieri posset.

CAPUT XII.

Hebræi, si quando aliquid veteri mori derogatum, illud diligenter notant. Accurationis illius exempla. Eorundem de Otiosis, statis Lectoribus, silentium. Lectio sacra ante Urbis excidium, & aliquot seculis post, plane libera mansit. Quare & quomodo mutatio facta sit.

I. PRæter ea autem, quæ jam dicta sunt, alia, eaque non levis, contra illud *Viri Docti* effugium de *Lectorum Otiosorum* origine, difficultas nascitur. Solent Hebræi, quoties aliquid in patriis ritibus statisque Sacrorum ceremoniis est novatum, illud sedulo annotare, ejusque novationis causam, tempus, occasionem, aliasve circumstantias curate addere & memoriæ transmittere posterorum. De hac vero *Otiosorum* institutione, qui Sacræ lectioni publice vacarint, ne quidem γρῦ occurrit, & cum tandem vulgus illi lectioni peragendæ inidoneum esse cœpisset, quod seris temporibus factum est, non *Septem Otiosi* instituti sunt, sed quicquid id est negotii, *Azanitæ* est demandatum. Quæ omnia paulo uberius erunt exponenda.

II. Ac primum quidem, de Hebræorum diligentia in patrii moris innovatione annotanda, infinitis fere exemplis probari posset: quorum unum & item alterum producere juvabit. Sic occasionem tritissimæ illius formulæ עולם הבא *Seculi futuri* notant. Cod. *Berach.* f. 54. fac. 1. *Ad coronidem* (versio est *Lighfooti* ad Mat. III. 7.) *omnium orationum in templo dixerunt* עד עולם *in seculum. Cum vero irrumperent* (an *corrumperent?*) *hæretici, dicerentque, non esse seculum nisi unum, institutum est, ut diceretur* מן העולם ועד העולם *a seculo in seculum.* In hæc verba sic Glossa: *in Templo primo non dixerunt nisi Benedictus Dominus Deus Israelis in seculum. Cum vero irrumperent hæretici, qui dicerent; non esse seculum præter hoc, instituit Ezra, & consessus ejus, ut diceretur,* מן העולם ועד העולם *a seculo in seculum: ad innuendum duplicem esse mundum,* (hunc & futurum) *ad exstirpandum e corde opinionem negantium resurrectionem mortuorum.*

III. De Lege etiam post meridiem legenda *Maimonides*, *Hilch.* Teph. cap. XII. §. 5. משה רבינו תיקן להם לישראל שיהו קורין בתורה ברבים בשבת ובשני ובחמישי בשחרית כדי שלא ישהו שלשה ימים בלא שמיעת תורה עזרא תיקן שיהו קורין כן במנחה בכל שבת משום יושבי קרנות וגם הוא תיקן שיהו קורין בשני ובחמישי שלשה בני אדם ולא יקראו פחות מעשרה פסוקים: *Moses M. N. injunxit Israelitis, ut publice legem recitarent, die Sabbathi, nec non secundo & quinto Septimanæ, horis matutinis, ut ne scilicet integrum triduum subsisterent, absque auditu legis. At Esras etiam illud instituit, ut unoquoque Sabbatho etiam legerent post meridiem, in gratiam tabernariorum* (qui cum totam Septimanam mercaturæ operam dent, die secundo & quinto lectioni vacare non possunt, uti *R. S. Jarchi* explicat) *Idem vero etiam ordinavit, ut die secundo & quinto tres homines legant, neque minus legant versibus decem.*

IV. De more considendi in Synagogis, & ratione seclusarum a viris mulierum, Cod. *Succa*, fol. 51. fac. 2. fine, quæ verbis *Cel. Buxtorffii* exhibere visum, ex *Synag. Jud.* pag. 291. „ Peculiarem autem habent mulieres Ecclesiam, quæ a virorum Ecclesia clathratis fenestris separatur. Huic rei hanc in Talmude dant causam; olim convenisse viros & mulieres eodem in loco, ita ut milieres in sedilibus ad parietes affixis, & eminentioribus, sederent, viri in inferioribus: cum hinc variæ levitates orirentur, constituisse, ut mulieres interius, viri exterius essent; sed cum nec hac ratione fibula poni posset, ordinasse, ut mulieres exterius, viri intus congregarentur: cum ne sic quidem huic malo medelam afferri viderent, tandem hoc remedium invenerunt, ut mulieres seorsim, & viri seorsim orarent. Idque confirmarunt ex Propheta Zacharia; *Plangetque terra, familiæ singulæ seorsum: familia domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum* &c. nempe in separata & distincta Ecclesia, idque modestiæ, pudicitiæ & castitatis causa: facile enim in pravas incidunt cogitationes; si omnes promiscue steterint.

V. Ex Academia etiam exempla in hanc rem desideras? perpende sis illud, quod temporibus Gamalielis primi accidisse ferunt, de discipulis coram Doctore sedentibus, cum antea ad illud usque tempus stetissent. Item illud de Jure χειροθεσίας, sive Doctores creandi, quod cum primum cujusvis promoti Doctoris esset, tandem Hilleli Principi est delatum. Et adde de institutione ישיבות sive *Academiarum* in Babylonia, cum antea non nisi סדרא esset, unde Præsides

des ejus רשי סדרא dicebantur, quaſi noſtro more *Gymnaſiarchas* dicas; quod poſt exceſſum *Rabbi* factum memorant. De quibus nos alibi, ſi Deo viſum, pluribus agemus.

VI. Cæterum cum ex his aliiſque multis exemplis conſtet, Hebræos ſi quando veteri mori aliquid obrogatum, illud ſtudioſe notaſſe; quis dubitet, idem in horum *Lectorum* inſtitutione facturos fuiſſe, ſiquidem unquam *Septem Otioſi* inſtituti fuiſſent, qui loco totius Eccleſiæ lectionem ſacram curarent? At nec vola nec veſtigium hujus rei apud Hebræos, quemadmodum quoque *Vir Doctus* ne quidem unicum idoneum teſtem produxit, quo figmentum de origine *Septem Otioſorum Lectorum*, quod nobis lectorique ſuo tanta fiducia obtrudit, poſſit probare; neque unquam, fidenter dicimus, producet.

VII. Nam quod apud Hebræos de Lectione Sacra, & moris aliqua mutatione legitur, ab eo, quod *Vir Doctus* hariolatur, longe eſt diverſum. Inde enim ab antiquiſſimis temporibus, rebus Judæorum adhuc integris, atque aliquot item ſeculis ab Urbis excidio, liberrima legendi ratio obtinuit, ita ut univerſis & ſingulis ad illam idem jus eſſet, eo ſaltem ordine, quem jam aliquoties exhibuimus, atque illa lege, nequis invocatus ſeſe obtruderet, aut aliqua vi ſibi iſtum raperet honorem. Cum vero tandem in diuturno & etiamnum durante exilio, rebus Judæorum ubique in pejus vergentibus, notitia linguæ & legendi peritia magis magiſque intercideret; & nihilominus indoctiſſimus quiſque ſibi legendi honorem depoſceret; inſtitutum eſt, ut *Azanita*, qui legentes evocare, iiſdemque inter legendum adſiſtere ſolebat, quoſdam quidem pro more ad Legem in ſuggeſtum evocaret, non tamen illos legere permitteret, ſed mutatis vicibus ipſe *Lectoris* munere fungeretur, qui vero evocatus erat, ipſi *Chaſſani*, vice *Mediatoris* adſiſteret, atque adeo *Chaſſanis* munere fungeretur. Qui mos etiamnum in pleriſque locis obtinet.

VIII. Cum vero V. D. concedat, atque etiam ipſe probet, olim antiquiſſimis temporibus liberam unicuique fuiſſe poteſtatem Legem publice legendi; id nobis ſaltem probandum reſtabit, ſub finem templi ſecundi, cum *Otioſi* adhuc vigerent, & aliquot ſeculis poſt, eandem libertatem manſiſſe, neque illos tum temporis *ſtatos Lectores* fuiſſe. Atque illud inde facile perſpicitur, quod Magiſtri in Gemara Cod. *Megilla*, cap. *Hakkore Omedh*, f. 23. 1. ubi omnibus facultatem concedunt legendi, nullam mentionem faciunt *Otioſorum*, quorum inſtitutione traditioni illi, הכל עולין למניין שבעה ullo modo ſit derogatum; ut adeo uſque ad tempora compilatæ Gemaræ ſumma libertas viguerit legendi.

IX. Quod ſi exemplis agendum ſit, etſi illa rariora, non tamen prorſus deſunt. Atque ecce tibi *R. Akibam*, qui proxime ante & poſt ultimum urbis excidium floruit, Virum ſummæ inter ſuos auctoritatis, & tandem etiam martyrem. Is cum aliquando a *Chaſſane* in ſuggeſtum evocaretur, ad lectionem ſacram peragendam, adſcendere renuit, quoniam non eſſet rite ad illam præparatus. *Arba Turim*, *Or. chaji.* Tit. CXXXIX. הקורא הפרשה צריך לסדר אותה תחילה פעמים ושלש בינו לבין עצמו כההוא דר״ע שקראו אותו לתורה ולא רצה לעלות לפי שלא סדר אותה תחילה *Qui ſectionem aliquam* (in Synagoga) *lecturus eſt, eum hanc prius bis terve ſecum* (domi) *perlegiſſe oportet; exemplo R. Akibæ, quem cum aliquando ad legem* (publice in Synagoga recitandam) *evocaſſent, adſcendere noluit, quoniam illam prius ſecum non repetierat*, &c.

X. Ex eo quod hic *R. Akiba* præter exſpectationem ſuam ad lectionem publicam honoris cauſa evocatur, facile perſpicitur, neque ipſum, neque alios ſtatos Lectores in illa Synagoga fuiſſe. Quod ſi enim ipſe ſtatus atque ordinarius Lector fuiſſet, nihil inopinanti accidiſſet, neque ad id officium potuiſſet, certe non debuiſſet, eſſe imparatus: in id enim, ex *Viri Docti* hypotheſi, *gnaviter incumbere debuiſſet, ut lectionem hanc* ἀσχημόνως *poſſet præſtare in publicis Iſraelitarum conventibus ſacris*. Noluiſſe autem illud facere, non eſt vero ſimile, ſiquidem illud a ſumma tanti Magiſtri pietate fuiſſet alienum: neque hanc ejus negligentiam diſſimularent, qui hoc exemplum poſterorum memoriæ voluerunt commendatum.

XI. Sed neque alii tum temporis ſtati Lectores eſſe potuerunt. Quo jure enim, vel qua ſpecie tum *R. Akiba* potuiſſet invitari? Lectorum aliquis facile interceſſiſſet, qui ſibi hunc honorem præreptum noluiſſet: Et ipſe *Akiba* aliud reſponſum in promtu habuiſſet, quo privatam illam præparationem honeſte potuiſſet excuſare, ceu ad quem lectio illa nullo modo attineret, ad quam certi quidam homines publice erant delegati. Certe nullo modo neceſſe erat, ut *R. Akibæ* illo nomine eſſent moleſti.

XII.

XII. Aliud exemplum longo tempore post, in *Rabb Huna*, *Rabb Ame*, & *Rabb Ase* cernitur, Doctoribus Babylonicis, qui etsi *Otiosi* nunquam fuisse leguntur, Legem tamen sæpius publice in Synagoga prælegerunt. Cod. *Gittin* fol. 56. 2. fin. והא רב הונא קרי בכהני בשבחות ויום טוב שאני רב הונא דאפילו רב אמי ורב אסי כהני חשיבי דארץ ישראל מיכף הוו כייפי ליה *At ecce, Rabb Huna* (Israelita, teste *R. S. Jarchio*, & vi objectionis) *legit ante Sacerdotes. Respondeo: alia ratio est Rabb Huna, cui etiam Rabb Ame, & Rabb Asse, Sacerdotes spectatissimi terræ Israelis, honorem exhibuerunt*. Duo illi *Ame* & *Ase*, Rectores fuerunt Academiæ in Terra Israelis post obitum *R. Jochananis*, quorum ætatem *R. David Gans*, ex *Juchasin R. Abrahami Zachuth*, rejicit in annum quater millesimum sexagesimum, id est æræ Christianæ ccc. Hi etsi de sacerdotali genere erant, tamen in lectione primas dederunt *Rabb Huna*, clarissimo viro, & primo Academiæ Soranæ Rectori. Quod nobis invictum argumento præbet, ad annum Christi ccc. usque adhuc obtinuisse liberam illam lectionem, quandoquidem *Rabb Ame* & *Rabb Ase*, Sacerdotes & Doctores, primum in illa locum habuerint, sed summa reverentia *Rabb Huna* ducti, illi honoris causa eundem concesserint; ut adeo ille etiam legerit. Quorum neutrum fieri potuisset, si tum temporis *stati Lectores* in Synagoga fuissent. Nam memoratos illos Doctores *Otiosos* fuisse, omni veri specie caret; quod qui affirmare voluerit, illi honorem non invidebimus probandi.

XIII. Sed & longo tempore post, saltem quibusdam locis, eadem libertas mansit, argumento constitutionis illius novellæ, quæ apud *R. Isaacum Fessanum* legitur in *Additamentis* ad cap. *Hakkore Omedh*. ראש הכנסת או חזן הכנסת לא יקרא עד שיאמרו לו אחרים קרא שאין אדם מכבדו לו : *Archisynagogus, vel Custos Synagogæ, non leget, priusquam alii illum legere jusserint: quia nemo sibi ipse hunc honorem sumit*. Habuere itaque & *Archisynagogus* & *Custos* facultatem legendi: at non soli illi, sad & alii quicunque in Synagoga. Est enim in illo Canone argumentum a majori ad minus. *Archisynagogo*, vel *custodi*, non licet adscendere invocato: Ergo multo minus aliis quibuscunque. *Tur. Orach chaijm* tit. CXXXIX. ואינו רשאי לקרות עד שיאמרו לו קרא וזהו שנהגו ששלית ציבור קורא לעולם ואפילו ראש הכנסת וגומר *Neque facultatem habet legendi, priusquam dixerint illi, lege. Et hoc est, quod constanter observant, ut Minister cœtus evocet eos, qui* (ad Legem) *adscendant. Nam etiam Archisynagogus, &c.* Quicunque vero recentiorum hunc canonem citant, illiusve indicium faciunt, ejus originem non altius quam a *R. Isaac Fessano*, vulgo *Alphesio*, repetunt. Ut minimum ille post *Talmudem* obsignatum, & forte etiam post tempora *Geonim* natus videri queat, atque adeo tunc adhuc prisca & libera illa consuetudo obtinuerit legendi.

XIV. Verum enim vero, ad quodcunque usque seculum ille mos duraverit, tandem aliquibus locis alia consuetudo invecta est; nimirum ut *Chassan*, vel alius quidam, quem *Segen* vocant, quoscunque quidem pro lubitu suo & dignitate Ecclesiæ ad se evocaret, non tamen legendi gratia, sed adsistendi. *R. Joseph Karo, Beth Jos.* ad *Orach chaij.* loc. cit. ונראה לומר דהיינו לדידהו דהעולה היה קורא בקול רם אבל לדידך שהעולה אינו קורא בקול רם אף על פי שלא סידר אותה לית לן בה והחזן שקורא בקול רם הוא שצריך לסדר אותה : *Videtur autem dicendum, hoc* (quod dicitur in textu de necessaria præparatione ad legis recitationem) *apud illos obtinere, ubi is, qui adscendit, etiam ipse alta voce legit: Sed apud eos, ubi non legit clara voce, parum interest, si* (Sectionem legendam) *prius secum non repetiverit; quia Azanita, qui clara voce legit, illam prius recte discere debet*. Habemus hic, duplicem morem; alterum antiquum, ex quo ipse ille evocatus legem prælegit: alterum novellum, ut non vocatus ille, sed *Chassan*, legendi peritus, loco ejus legat.

XV. Illud novum jus quando introductum sit, ingenue nos fatemur ignorare; neque enim hactenus illud ab Hebræis invenimus notatum. Quæ vero ejus causa fuerit, iidem non dissimulant; ignorantia sc. plerorumque Judæorum in hoc diuturno gravissimoque exilio, eaque cum pari arrogantia & impudentia conjuncta. Cum enim multi sint legendi imperiti, qui tamen vel ordinis vel honoris causa in suggestum sunt vocandi; institutum est, ut horum loco *Chassan* legat, ipsi vero *Chassani* vice versa adsistant legenti. Sic vero *Chassan* non illorum solum loco legit, sed etiam eorum, qui lectionis peragendæ satis sunt gnari. Nimirum invidiæ declinandæ causa, & rixarum ac jurgiorum. Si enim *Chassan* quorundam tantum loco legeret, cæteris peritioribus ipsis legentibus; istorum imperitiam publice prostitueret, & lectores illi loco honoris

ris & gaudii, quæ in illo munere quæruntur, tantum pudorem & ignominiam referrent. Et rurſum, ſi non omnium loco *Chaſſan* legeret, nemo imperitus videri vellet, ſed ineptiſſimus quiſque ſibi lectionem impudenter arrogaret. Hinc itaque inſtitutum, ut *Chaſſan* omnium vices agat, & Lectionem illam ſolus in ſe ſuſcipiat.

XVI. Quæ diximus, cuivis evidentia ſunt, qui הלכות קריאת ספר תורה *Conſtitutiones de Lectione Legis*, in *Arba Turim* & *Lebuſch*, attente diligenterque perpenderit. Sed compendio rem exhibet *R. Mordechai Japhe*, in *Lebuſch Hattecheleth*, ſive *Orach Chaijm* tit. CXLI. §. 2. לא יקראו שנים בתורה בקול רם יחד דתרי קלי לא משתמעי לפיכך לא יקרא אלא אחד אם הוא במקום שהעולה קורא ישתוק השליח ציבור והאידנא נוהגים שהשליח ציבור מקרא לכל העולין וטעמא הוא לפי שאין הכל בקיאין בטעמי קריאה ואין הציבור יוצאין בקריאתו וכל אחד הוא בעיניו בירע ואם לא יקראוהו לתורה אתי לנצויי עם השליח ציבור לקרותו גם כן לכך תקנו שיקרא השליח ציבור עם כולם שלא לבייש אותו שאינו בקי ומכל מקום גם העולה קורא בלחש עם השליח ציבור כדי שלא תהא ברכתו לבטלה אבל לא יקרא בקול רם דתרי קלי לא משתמעי מכל מקום יכול להשמיע לאזניו: *Duo ſimul elata voce ne legunto, quoniam duæ voces non intelliguntur; quare non niſi ſinguli legere debent. Si id ſit in loco, ubi ipſe ille legit, qui adſcendit* (in ſuggeſtum, *Miniſter Synagogæ tacere debet: Nunc vero moris eſt, ut Miniſter cœtus loco omnium adſcendentium legat. Cujus rei hæc eſt cauſa, quod non ſint omnes ſatis verſati in ratione lectionis; & ſic cœtus illius tantum lectionem attendens munus ſuum non impleat. Præterquam quod quiſque ſibi ipſi ſatis peritus videatur, adeo ut, ſi ad legem non invitetur, mox Miniſtro cœtus litem incendat, ut ipſum æque ac alium quemtunque invitet. Et hinc adeo ſanxerunt, ut Miniſter cœtus cum omnibus & ſingulis legat; ut ne illum, qui non ſatis novit legere, pudore ſuffundat. Nihilominus tamen is qui ſuggeſtum conſcendit, tacite Miniſtrum cœtus ſubſequitur, ne benedictio illius irrita fiat. At alta voce legere non debet, quia duo ſoni non intelliguntur; etſi eo uſque vocem ſuam elevare poteſt, ut eam ipſe auribus percipiat.* Tandundem habet *R. Jacob Cen Aſcher*, *Tur. Or. Chaij.* loco cit. Ubi *R. Joſeph Karo*, inter alios *R. Nathanem* laudat, qui ad Cod. *Megilla*, cap. *hakkore Omedh*, eandem rationem reddit: שמה שנהגו עכשיו ששליח ציבור קורא בקול רם אפשר שהנהיגו כן כדי שלא לבייש מי שאינו בקי לקרות בדקדוק הקריאה: Quæ ex ſuperioribus facile intelliguntur.

XVII. Ex his cum & mutatio ipſa moris, & mutationis cauſa ſatis evidenter conſtet, aliunde plura congerere non erit neceſſe; inprimis, quoniam alibi quoque occaſionem futuram putamus, etiam reliqua de mutatis vicibus *Azanitæ* & *Lectorum* pluribus perſequendi.

XVIII. Illa itaque mutatio eſt, quæ in lectione Sacra ſeris demum temporibus eſt introducta; illo jure, quod omnium & ſingulorum erat, in unum *Azanitam* collato, non in *Septem Lectores*, qui eo nomine otium colere debuerint, & ab omni labore & negotio proprio vacare.

XIX. Et ut hoc unicum verbo addamus, quamvis *Septem* ſtati *Lectores* fuiſſent, ideone vero illos etiam *Otioſos* eſſe oportebat? Lectio illa ter tantum inſtituebatur in ſeptimana, die ſecundo, quinto, & Sabbatho. Reliquis itaque quatuor diebus opus exercere licebat. Neque hactenus animum inducere poſſumus, ut credamus, tantæ molis etiam illam lectionem fuiſſe, cui minorennes pares erant; aut pnblicos illas Lectores, ſi qui unquam fuerint, adeo imperitos fuiſſe; ut ad unam Sectionem legendam integro ſexiduo indiguerint, quo ſe rite præpararent.

CAPUT XIII.

Locus ex Benjaminis Itinerario de Otioſis, nobis non adverſatur. Idem explicatur. De Academiis Babyloniæ. Quid ראש הכלה *& quomodo a* ראש הישיבה *differat.*

I. PRiuſquam vero, duabus illis, *Lighfooti* & *Viri Docti*, ſententiis examinatis, ad noſtræ ſententiæ expoſitionem progrediamur; tertia quædam excutienda reſtat, ne forte, ſi quis in illam aliquando incidat, non obvia omnia, quæ poterant & debebant, a nobis excuſſa eſſe exiſtimet. Si tamen illa ipſa peculiaris ſententiæ nomen mereatur, ac non potius abuſus quiddam vocis בטלנים ſit dicenda.

II. Nimirum *R. Benjamin Tudelenſis* in *Itinerario* ſuo *decem Otioſorum* Bagdadenſium mentionem facit, qui ab iis multum differunt, quos nos fuiſſe credimus, & ſequenti capite exponemus. Verba ejus hæc ſunt pag. 70. ex editione & verſione Cl *L' Empereur*: ויש שם בבגדאד כמו אלף יהודים והם יושבים בשלוה

בשלוה ובהשקט ובכבוד גדול תחת יד המלך הגדול וביניהם חכמים גדולים וראשי ישיבות מתעסקים בתורת משה ושם בעיר עשרה ישיבות וראש הישיבה הגדולה הרב רבי שמואל בן עלי ראש ישיבת גאון סגן הלוים ראש השנית ורבי דניאל ראש הישיבה השלישית ורבי אלעזר החבר ראש הישיבה הד׳ ורבי אלעזר בן צמח ראש הסדר והוא מיוחס עד שמואל הנביא עליו השלום והוא ואחיו יודעים לנגן הזמירות כמו שהיו המשוררים נוגנים בזמן שבית המקדש קיים והוא ראש הישיבה החמישית ורבי חסדיה פאר החברים ראש הישיבה הששית ורבי חגי הנשיא ראש השביעית ורבי עזרא ראש הישיבה השמינית ורבי אברהם הנקרא אבו טאהר ראש הישיבה התשיעית ורבי זכאי בן בסתנאי בעל הסיום ראש הישיבה העשרה הם הנקראים בטלנים שאין מתעסקים בדבר אחר אלא בצרכי צבור ובכל ימי השבוע הם דנין לכל אנשי הארץ היהודים חוץ מיום שני שבאים כלם לפני הרב שמואל ראש ישיבת גאון יעקב ועומד עם העשרה בטלנים ראשי הישיבות לדון לכל הבאים אליהם ונוטר: *Cæterum Bagdadi mille ferme Judæi degunt, qui tranquillitate ac quiete fruuntur, imo gloria magna, sub maximi regis imperio: inter quos etiam sapientissimi sunt & consessuum primores in lege Mosaica occupati. Decem in ista civitate sunt consessus sive synedria: & summi synedrii caput, M. Doctor Samuel filius Eli, caput inquam eminentissimi synedrii; Præfectus Levitarum est secundi caput; D. Daniel tertii synedrii præses est; D. Eleazar Socius (sc. D. magni vel Scholasticus) præses quarti synedrii; D. Eleazar filius Tsemach ordinis procurator, cujus genealogia ad beatum Samuelem Prophetam reducitur (is ejusque fratres cantica modulari norunt, quemadmodum musici, cum sanctuarium etiamnum staret, modulabantur) caput sive præses est quinti synedrii: Doctor Hasdija Scholasticorum decus; sexti synedrii; D. Haggaus Princeps, septimi; Doctor Ezra, octavi; Doctor Abraham appellatus Abou Tahir (id est, pater sanctus) noni synedrii caput; denique D. Zachæus filius Bustenæi generalis ipsorum quæstor, præses est decimi synedrii. Hi Otiosi dicuntur: quia non occupantur ulla in re, nisi in necessariis populi negotiis. Atque omnibus istius regionis Judæis jus dicunt, singulis diebus septimanæ, excepto die secundo: quum omnes conveniunt ad M. Samuelem, caput synedrii, quod ab eminentia Jacobi, nomen habet; ipseque cum decem illis otiosis, synedriorum capitibus, præsto est, ut omnibus promiscue accedentibus jus dicat.*

III. Habemus hic *decem Otiosos*, sic dictos, *quia non occupantur ulla in re, nisi in necessariis populi negotiis*, quo modo supra eosdem etiam describi intelleximus. Sunt autem illi *Doctores*, viri literati ראשי ישיבות *Capita Synedriorum*, uti Cl. *L' Empereur* vertit, vel potius *Rectores Academiarum* vel *Collegiorum*; simulque *Judices*, *qui omnibus promiscue ad se accedentibus jus dicunt*.

IV. Illa vero descriptio *Otiosorum* cum ab ea, quam nos jam dedimus, porroque dabimus, vehementer multis modis differat; historia *Benjaminis* accuratius expendenda erit, & videndum, an, si vel omnia vera essent, nobis ullo modo adversentur; & secundo, an unquam tales decem Otiosi vel Bagdadi vel alibi usquam fuerint, ac non potius lepidum quoddam sit figmentum, a *Benjamine* ex diversi generis rerum conjunctione conflatum.

V. Ac primo, etsi concederemus, Bagdadi temporibus *R. Benjaminis* ejusmodi *decem Otiosos* fuisse, quales ille describit: id nihil nostræ explicationi obesse potest. Nostri enim *Otiosi*, de quibus hactenus egimus, longe alius generis sunt, & ab his, de quibus *R. Benjamin*, toto cœlo diversi. Nos hactenus egimus de עשרה בטלנים של בית הכנסת sive *Decem Otiosis Synagogæ*, quemadmodum Diss. I. §. XIX. & XX. abunde dictum est: Hi vero de quibus *R. Benjamin*, nihil minus sunt quam *Synagogæ*, in qua ipsis nihil negotii; sed ad Accademiam & Forum pertinent: ceu qui non rebus Synagogæ vacant, sed institutioni Academicæ, jurique dicundo. Unde adeo illi, etsi forte nomen *Otiosorum* nacti sint, cum nostris non debent contendi.

VI. An vero tempore *R. Benjaminis* Bagdadi *decem Præcide Synedriorum* fuerint, iique *Otiosi* dicti sint; de eo vehementer dubitari possit. Non ausim equidem omnia falsi arguere, vestigia enim veterum Academiarum Babylonicarum hic cernuntur. Si tamen ita existimo, *R. Benjaminem* vel non satis comperta habuisse, quæ hic narrat, vel saltem minus feliciter & distincte explicuisse. Quorum utrumque eo facilius credo, quod videam, Celeber. *L' Empereur* in notis suis observare, *Benjaminem* multa aliena fide narrare, vel ex ingenio suo confingere. Id quod inprimis de *Bagdado* verum est, ubi hominem nequidem unquam fuisse insigni argumento evincit. Verba *L' Empereurii* hæc sunt pag. 186. *Unde*, inquit, *clarius apparet, quod jam in præcedentibus monui, Benjaminem istis omnibus locis non fuisse, quæ tamen se lustrasse scribit.*

Nam

Nam si Bagdadi fuit, qui Abaside illius, qui tum Calipha erat, nomen ignorare potuit? sane si quis quam ea in urbe innotuit, Calipha potissimum. Ex his & similibus lectores conjiciant, an fidem ille mereatur, quum de gente sua passim ea commemorat, quæ in eum finem excogitata, utverf. 10. c. 49. Genesеos detorqueatur, merito quis suspicetur.

VII. Fuisse tamen quiddam, quod huic narrationi occasionem præbuerit, facile animadvertunt, qui historiam veterum Academiarum in Babylonia non ignorant. Hanc *R. Abraham Zachutus* in *Juchasin ex Responsis Rabb Scherira Gaon* egregie exponit, unde plura proferre constitueramus, sed quædam a *Cl. L' Empereur* in *notis ad l. c. Benjaminis* jam allata videmus, & alibi etiam ipsi prolixius de ea re agemus. Quare rem in compendium redegisse sufficiet.

VIII. In Academiis Babylonicis, Pumbedithæ & Soræ, erat ראש ישיבה *Caput Academiæ*, supremus ejus Rector & professor. Hic solus in separata cathedra sedebat. Coram ipso, facie illi obvresa, decem alii sedebant, quorum tres חברים *Socii*, vel *Collegæ* dicebantur: reliqui septem ראשי הכלות quos Cl. *L' Empereur* reddit *Capita communitatis*. Post hos sex septemve (numerum certum eruere nunc non lubet, nec vacat;) aliæ classes Academicorum, quarum singulæ denos habebant. Atque hi omnes Rectoris illius partim discipuli erant, & partim etiam Assessores.

IX. Qui vero ראשי הכלות hic vocantur, Rectoris illius sunt hypodidascali, qui lectionem ab illo publice explicatam cum discipulis repetunt, quæque his non sunt satis intellecta, uberibus explicant & inculcant. Cod. *Berach.* f. 57. 1. f. הנכנס לאגם בחלום נעשה ראש ישיבה ליער נעשה ראש לבני כלה רב פפא ורב הונא בריה דרב יהושע חזו חלמא רב פפא דעייל לאגמא נעשה ראש ישיבה רב הונא בריה דרב יהושע דעייל ליער נעשה ראש לבני כלה וגומר *Qui sibi per quietem arundinetum ingredi videtur, fit Rector Academiæ: qui sylvam, hypodidascalus. R. Papa & R. Huna. filius R. Jehosuæ. somnia habuerunt; R. Papa, qui arundinetum ingressus erat, fiebat Rector Scholæ; Rabb Huna autem, F. R. Jehosuæ, qui sylvam ingressus fuerat*, ראש לבני כלה Ad hæc *R. Salomo Jarchi* sic commentatur, אגם שיש בו קנים גדולים וקטנים וסמוכים זה לזה סימן לראש ישיבה שהגדולים והקטנים מתקבצים יחד קבוץ גדול ובאים לשמוע דרשה מפיו: *Arundinetum, in quo magni parvique calami, iique densi, est omen, fore quem Rectorem Academiæ, apud quem maximi minimique convenire solent, ut Scholas ejus audiant.* יער אילנות גדולים ואינן סמוכים זה לזה אף זה סימן לראש תלמידי הרב והוא ראש לבני כלה שמפרש לתלמידים שמעתא אחר שעמד הרב והם מחזרים על שמועתן ויש תלמידים שלא יבינו בדברי הרב בכל הצורך וזה מבינה להם: *Sylva vero, quæ arbores quidem magnas, sed rariores habet, signum est illius qui præfectus est discipulis Doctoris* (Hypodidascali.) *nam hic est caput filiorum* כלה *qui lectionem explicat; postquam Doctor absolvit, & illi lectionem suam repetunt ut si qui discipulorum mentem Doctoris per omnia non sint assecuti, hic illos ulterius erudiat.*

X. Liquet ex his, quæ ratio Academicæ institutionis fuerit, & quid inter ראש ישיבה & ראש כלה intersit. Ille *Rector* est, & supremus Doctor; hic *Hypodidascalus*, illi subordinatus. Ille publice docet, hic repetit privatim, Quid vero כלה sit, non æque nobis constat. Cel. *L. Empereur* reddit *communitatis*, sed minus feliciter & contra mentem, si modo mentem Viri Celeberrimi ipsi satis capimus, Hebræorum. Nam vox כלה hic non *communitatem* significat, sed singularem aliquam privatamque discipulorum classem. Cum enim, quod ex *Juchasin* constat, præter primam classem *septem hypodidascalorum triumque collegarum*, sex, vel potius septem ordines essent discipulorum, & singulis ordinibus, qui כלות dicebantur, singuli ראשין præfecti essent; sequitur vocem כלה non denotare *communitatem*, sed distinctam aliquam *classem*: in qua classe qui hærebant, dicebantur בני כלה & qui his privatim erudiendis præfecti erat, ראשי כלות uti *Juchasin* habet, vel, uti *Gemara Berachoth*, ראשין לבני כלה quasi *magistros ordinis* dicas, vel *Præfectos Classis*. Etsi vero sensus sic satis constat, nondum tamen etiam ratio nominis כלה de qua adeo ab aliis malimus erudiri.

XI. Atque hujus moris non obscura vestigia hodieque Amstelodami cernuntur, ubi cum una tantum sit ישיבה *Academia*, in eaque unus ראש *Præses*, Professor, Doctor, qui publica institutione quotidie fungitur: tum plura inveniuntur collegia privata. Quippe lectione publica finita, quæ in בית המדרש proxime Synagogam Lusinatorum habetur, Auditores in varias classes distincti ad suum quisque auditorium discendunt, & de novo studia resumunt. Hæc privata collegia sunt ipsissimæ Veterum ראשי כלות & qui illa moderantur, כלות

Moderatur autem illorum unum aliquis aliquando *Talmid* vel *Chabber*, qui cæteris eruditione præstat; aliud, nisi fallimur, Gymnasiarcha vel Classium trivialium Rector; aliud rursum כמהרר יצחק אבוהב *D. Isaak Abbuhabb*, Archisynagogus, & nuper etiam Academiæ Rector, cujus quidem collegio nos sæpiuscule interesse meminimus.

XII. Atque hinc jam apparet, quid de *decem* illis ישיבות *Synedriis* vel *Academiis* sit statuendum. Non illæ proprie ישיבות fuerunt, sed כלות plura sc. unius ejusdemque Academiæ Collegia. Eorumque Moderatores non ראשי ישיבות sed ראשי כלות Neque enim vero simile, illis temporibus, postquam Academiæ Babylonicæ jam diu defecerant, Bagdadi decem Academias esse potuisse. Satis & loci illius, & gentis honori datum arbitror, si qualiscunque Academia aliquot saltem ejusmodi collegiis instructa, illis temporibus Bagdadi statuatur. Nisi forte illud ad Benjaminis defensionem possit, illum vocem ישיבה καταχρηστικῶς non alio sensu quam pro כלה usurpasse: quemadmodum, nisi rursum fallimur, privata illa collegia Amstelodami aliquando eodem nomine appellantur.

XIII. Quod vero *R. Benjamin* decem illos *Rasche Jeschibboth*, tribulibus suis etiam jus dicere scribit, non omnino ab eo abludit, quod *R. Abr. Zachuth* tradit de Rectoribus Academiæ Soranæ & Pumbeditanæ; qui non tantum præsentibus jus dicant, sed etiam absentibus consilia scribant.

XIV. Cum vero tandem eosdem etiam nomine *Otiosorum* insigniri docet, mirum, ni vehementer erret, idque de suo addiderit. Nam cum olim in celebrioribus urbibus *decem Otiosos* fuisse sciret, jamque Bagdadi parem numerum Virorum Doctorum inveniret, illis *Otiosorum* nomen imposuit, & ex Synagoga in Academiam transtulit: eadem facilitate, qua alibi populos montesque loco suo movet, & in aliud solum transfer. Sane *R. Abraham Zachuth*, qui historiam Academiarum Babylonicarum ex fragmento *Rabb Scherira Gaon* nobis exhibet, etsi cætera sic satis diligenter persequitur, nullos tamen *Otiosos* novit certe nulla illorum mentionem facit. Unde, facile est perspicere, olim in Academiis & Tribunalibus nullos fuisse, qui *Otiosi* dicerentur; quemadmodum etiam, cum de Tribunalibus ex professo agitur, judices non tantum non dicuntur *Otiosi*, sed ab iisdem etiam distinguuntur, uti ex Cod. *Sanhedrin* liquet, loco alibi a nobis citato.

XV. Sed si quid denique illud de *Otiosis* veri habeat, istud summum inde recte colligi poterit & concludi, usum vocis בטלנים vel *Otiosorum*, tandem sequioribus seculis a Judæis Babyloniis ita ampliatum esse, ut ea præter Veterum morem etiam *Doctores Academicos*, eosdemque *Judices*, fuerit complexa; haud secus ac חזן & שליח ציבור qui olim distincti fuerunt, a recentioribus plerisque ita confunduntur, ut hactenus Viri in his literis Principes illos putaverint eosdem. Id autem quicquid sit, nobis certe obesse non potest; nisi quis ita secum statuat, animumque credere inducat, Veterum Hebræorum ritus & mores ex hodiernorum quorundam sive errore, sive abusu vocis, contra constantem Doctissimorum quorumcunqne Interpretum consensum, accipiendos & explicandos esse.

CAPUT XIV.

Otiosorum genuina descriptio ex superioribus repetita. Stipendium, & officium cum aliis precandi, Otiosis frustra negatur. Buxtorffi, Hottingeri, & Hakspanii consensus cum nostra explicatione. Nova testimonia R. S. J. Rab. Nissim & Nachmanide. Hæc duo etiam explicata. Conclusio.

I. RESTAT denique, ut nostram etiam de *Otiosis* sententiam, & veram illorum rationem paucis exponamus. Paucis, inquam; quia utrumque jam in superioribus passim est præstitum; maximeque Diss. I. §. XIX. XX. ubi & loca Hebræorum congessimus, quotquot quidem hactenus offenderamus, in quibus *Otiosorum* mentio vel explicatio occurrit, & theses quasdam ex iisdem elicuimus, ex quibus cum aliorum opiniones refutari possent, tum vera sententia stabiliri,

II. Ex iis itaque, quæ l. c. produximus, hanc *Otiosorum* descriptionem damus: *Otiosi fuerunt decem mares majorennes & liberi, spectatæque vitæ & probitatis, urbibus majoribus proprii, & Synagogæ stipendiarii, ad id instituti, ut rebus omnibus relictis unice Synagogæ vacarent, id est, quotidie mane & vesperi primi & ultimi in Synagoga essent, maximamque diei partem, quousque saltem tempus precibus fundendis statutum prorogari solet, in eadem exigerent: ut quicunque ante vel post ordinariam sacri conventus horam, absente reliquo cœtu, Synagogam orandi causa adirent, numerum denarium invenirent, qui demum legitimum*

mum cœtum ſacrum conſtituit, & *cum illo ſtatas precum formulas rite poſſent recitare*.

III. Atque hæc illorum deſcriptio ſatis ex iis liquet, quæ ſupra Diſſ. I. §. XIX. XX. & inde a §. XXXIX. uſque ad LVII. dicta ſunt; unde Lectorem noſtrum, ne eadem ſæpius reponere cogamur, ſingulorum probationem repetere velimus.

IV. Quod vero huic noſtræ expoſitioni oppoſitum ſit, opponive poſſit, hactenus quidem nihil occurrit, niſi quod *Vir Doctus*, pag. 31. neget, illos & *ſtipendiarios* fuiſſe, & *precibus recitandis vacaſſe*. *Quam ob rationem*, inquit, *iis adſtipulari non poſſumus, qui in Veterum in Synagogis decem conductos ære præſto fuiſſe putant, qui* י׳ בטלנים *decem Otioſorum nomine in Hebræorum ſcriptis intelligendi ſint, a Synagogæ Præfectis & Epiſcopo diſtincti*. Et mox pagina ſequente: *Ego vero ex hoc teſtimonio velim obſervari, Maimonidem ſub nomine* י׳ בטלנים *neceſſario intellexiſſe illos qui Synagogam moderabantur, atque in ea munus aliquod obibant; non illos qui ære conducti faciundis precibus loco totius cœtus vacabant*, &c.

V. Sed hæc tanti non ſunt, Benevole Lector, ut illis refutandis otium & operam amplius impendamus *Stipendiarios* fuiſſe *R. Salomo*, (*quem* ipſe V. D. *aliquoties citat, quia is in Talmudicis ſcriptis verſatiſſimus eſt*, pag. 57. *cujuſque fides apud gentem ſuam longe maxima*) ſatis diſerte docet, quando iterato tradit, מתפרנסין vel וניזונין משל ציבור משל ציבור & *aluntur ex publico*. *Faciundis autem precibus vacaſſe*, non minus ex eodem reliquiſque Scholiaſtis liquet, quando ad id inſtitutos docent, *ut mane & veſperi tempore precum in Synagoga eſſent*. Quod tantum abeſt, ut negari poſſit, ut etiam illius ſolius rei cauſa ſint inſtituti. Illud ſolummodo notandum eſt, nunquam nobis in mentem veniſſe ſtatuere, Otioſos illos *loco totius cœtus* præcibus vacaſſe, aut *forte ad imitationem Stationariorum in Templo, poſt hujus deſtructionem, in Synagogas fuiſſe introductos*. Nequaquam vero. Nunquam quicquam horum, ne quidem per ſomnium, cogitavimus. Neque enim adeo rerum Judaicarum imperiti ſumus, quin ſciamus, quid inter *Stationarios* & *Otioſos* interſit. Illi ad id inſtituti, ut *loco* univerſi Iſraelis ſacris quotidianis in Templo intereſſent, vel in Synagogis convenirent, ut eadem hora ſacrificia, quæ pro ſalute totius populi fiebant, Deo commendarent; quo pacto reliqui omnes ab hoc officio immunes erant: Hi vero ordinati, non ut alii a precibus quotidianis immunes eſſent, ſed ut ſinguli, qui ſtata hora publicis precibus intereſſe non potuerant, juſtum cœtum invenirent, in quo ipſimet preces ſuas rite fundere poſſent. Illi per vices munere ſuo fungebantur, per certas claſſes vel Ephemerias diſtributi, ita ut eos bis in anno ordo tangeret: Hi vero quotidie præſto eſſe debebant. Ut nihil ſimile inter ſe habuerint, quo nomine magnopere comparari poſſint. Illi cum ipſo templo abrogati, hi vero etiam multo poſt in uſu manſerunt, etſi vero ſimile, antea, dum Templum & res Hebræorum ſtabat, maxime floruiſſe, nequaquam vero in locum *Stationariorum* eſſe ſubrogatos.

VI. Hanc vero, quam dedimus *Otioſorum* explicationem, alii quoque ex Chriſtianis Clariſſimi Viri exhibent. Quos inter familiam ducit Celeb. *Buxtorffius*, Lex. Talm. col. 292. *Apud Rabbinos*, inquit, *de decem* בטלנין *crebra fit mentio. Sunt autem decem viri Otioſi, Synagogæ Judaicæ quaſi ſtipendiarii, qui ſtipendium accipiunt, ut in precibus & aliis conventibus ſacris, in Synagoga ſemper frequentes adſint*, & *ab initio ad finem cum Sacerdote aut ſacrorum præfecto perdurent, ne Synagoga unquam in ſacris ſit vacua, aut Sacerdos ſolus*.

VII. Clariſſ. *Hottingerus*, cum officia Synagogæ recenſet, *Compend. Theol. Jud.* pag. 281. *Otioſos precatores* vocat. Atque illi laudatur Clariſſ. *Hakſpanius*, in Tractatu *Lipmanno* ſubjecto, pagin. 376. Ubi *Cæterum*, inquit, *quod de hominibus decem Judæi referunt; id recens inventum non eſt; ſed a multis retro ſeculis tales aluere*, בטלנים *dictos, qui ſemper adeſſe coguntur, dum ſacra celebrantur, ne* שכינה *recedat, ut patet ex Talmud*.

VIII. Ex qua Celeberrimorum Virorum explicatione conſtat, illos & *ſtipendiarios* fuiſſe, atque ab Eccleſia ſuſtentatos; & ad id inſtitutos, ut *precibus publice in Synagoga cum aliis recitandis vacarent*: quæ duo *Vir Doctus* in noſtra explicatione præcipue negat.

IX. Quæ quo magis liqueant, adhuc unum & alterum locum adſcribere lubet, ſupra non obſervatum. Sic itaque rurſum *R. Salomo Jarchi*, ad *Epitomen Feſſani*, Cod. *Megilla*, f. 360. עשרה בטלנין של בית הכנסת שהן ממלאכתן משל ציבור להיות מצויין בזמן תפילה בבית הכנסת דאמר מר בברכות כיון שבא הקדוש בה בבית הכנסת ולא מצא שם עשר׳

עשר׳ מיד בועס שנא׳ מדוע באתי ואין איש. *Decem Otiosi Synagogæ: qui otiantur a proprio negotio, & aluntur ex publico, ut tempore precum in Synagoga inveniantur; quemadmodum Mor dixit in Cod. Berachot: Quando Deus O. M. Synagogam ingressus non invenit in illa decem, mox irascitur, quemadmodum dicitur* (Ef. L. 2.) *Quare, cum venio, nemo adest?* Nihil quidem hic diversi dicit ab eo, quod supra ex illo adduximus; illud tamen, quod maxime controvertitur, de novo inculcat.

X. Similiter *Rabbenu Nissim* ibid. אי זו עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנים מפרשינן בגמרא עשרה בטלנים של בית הכנסת כלומר שבטלין ממלאכתן שיהו מזומנין כל שעה לתפילה כדאמרינן לא מצא שם עשרה מיד בועס ורשי׳ ז״ל כתב דבטלין ממלאכתן וניזונין משל ציבור ואין צריך אלא כל שמשכימין ומעריבין להיות מצויין בשעת תפילה לבית הכנסת די בכך *Quænam est Urbs magna? in quacunque sunt decem Otiosi: In Gemara explicationis causa additur, Decem Otiosi Synagogæ, qs. d. qui otiantur ab opere suo, ut quavis hora parati sint ad preces; quemadmodum legitur* (Cod. *Berachoth*) *Si ibi non inveniat decem, illico irascitur. R. Sal. Jarchi vero præterea etiam addit, quod a suo opere cessent, & alantur ex publico: At illud necessarium non est, sed* (*Otiosi* sunt, vel censentur) *quicunque mane & vesperi assidui sunt, ut hora orationis in Synagoga inveniantur; id enim sufficit.*

XI. Miraberis forte, Benevole Lector me hunc locum producere, quo haud scio an ullus afferri potuisset nostræ sententiæ magis adversus: præsertim cum ipsi Hebræi inculcare soleant, אוי לזה שנעשה סניגורו קטיגורו *Væ ei, cujus advocatus fit adversarius ipsi.* Sed bene habet, nec nobis quicquam causæ, cur hunc locum dissimulemus. Id primo liquet, quod est omnium maximum, maximeque nobis necessarium probatu; *Otiosos* illos *precandi* causa fuisse constitutos, שיהו מזומנים לכל שעה לתפילה *ut ut quavis hora ad preces* (in Synagoga) *parati*, vel *præsto essent*. Quæ sola atque unica causa fuit illos instituendi.

XII. Quod vero idem de *stipendio* negare videtur, tanti non est, ut vel nos vel Lectorem nostrum moretur. *Rabbenu Nissim* enim non tam de antiquis illis, quam sui seculi *Otiosis* loquitur. Id quod inde maxime liquet, quod haud multo ante *R. Mosen Nachmaniden* laudarat, cujus sententiam jam repetit. Hic enim de hodierno Synagogarum more f. 159. fac 2. ita loquens introducitur: אבל הרמ׳בן זכרונו לברכה כתב כרך שאין בו עשרה בטלנין אם לו רצה להקדים קורא בארבעה עשר והביא הוכחה לזה מן הירושלמי אף על פי שהגריסה מתחלפת ואין פירושו ברור וצריך עיון לפי דבריו היאך נהגו עכשיו בארץ ישראל לקרא בחמשה עשר שהרי ברוב המקומות אין שם עשרה בטלנין שיהו בטלין ממלאכתן לעמור בבית הכנסת ויש לומר דלאו דוקא בטלנין אלא כל שדרין שם עשרה בני אדם שהולכין בקר וערב לבית הכנסת הרי הוא כאילו יש שם עשרה בטלנין ונומר *At R. Moses Nachmanides l. m. scribit: Oppidum in quo non sunt decem Otiosi, si nolit prævertere, potest legere die decimo quarto. Hujus autem rei argumentum ex Codice Hierosolymitano affert, etsi ibi varia lectio est, neque explicatio ejus satis clara, sed attenta consideratione indiget secundum illius verba, quo pacto nunc in terra Israelis soleant legere die decimo quinto, cum tamen in plerisque locis non amplius sint decem Otiosi, qui a propriis negotiis vacent, ut continuo sint in Synagoga. Ut adeo dicendum, non esse absolute Otiosos, sed ubicunque habitant decem homines, qui mane & vesperi Synagogam adeunt, idem esse ac si ibi essent decem Otiosi.*

XIII. *R. Moses Nachmanides* in Judæa, in ipsa urbe Hierosolymorum. Atque hic illum etiam libros suos conscripsisse, cum aliunde patet, tum ex Epistola elegantissimo libro, quem תורת האדם *Legem hominis* inscripsit, subjecta, quam Hierosolymis ad filium dedit. Cum itaque commentarios quoque Talmudicos ibidem scriberet, quid terræ sanctæ consuetudo istis temporibus ferret, sedulo notavit. Eo autem jam pridem res Judæorum redactæ erant, ut singulis Synagogis oppidisve *denos* ejusmodi *Otiosos* alere non esset integrum. Id longum exilium, civium, infrequentia, & denique multorum res accisæ aut penitus eversæ, non ferebant. Unde adeo paucissima loca erant, in quibus *Decem Otiosi* alerentur. Illa igitur omnia censebantur eodem loco, quo pagi, ut scilicet præciperent Lectionem libelli Esther die conventus Synagogici. Nam אמר רבי יהושע בן לוי כרך שאין בו עשרה בטלנין נידון ככפר *Dixit R. Johosua F. Levi: Urbs* (Non omnino quæ munita fuit inde a temporibus Josuæ, sed urbs magna, quæ vel inter maxima censetur) *quæ non habet decem Otiosos, censetur quasi pagus*, qui non die decimo quarto legit, sed illum diem antevertit, legitque die conventus Synagogici. At *R. Nacmanides* nihilominus existimabat, posse ejusmodi civitatem, siquidem ita vi-

videretur, non anticipare lectionem, & æque atque urbes majores legere die decimo quarto, quemadmodum נהגו עכשיו בארץ ישראל *nunc in terra Israelis solent legere die decimo quinto:* Cujus rei hæc est ratio, שהרי אין ברוב המקומות עשרה בטלנין *quod (nunc, temporibus Nachmanidæ) in plerisque locis non amplius inveniantur decem Otiosi, qui rebus omnibus relictis assidue in Synagoga versentur:* Unde tamen וי״ל *Dicendum videtur*, (sive *Nachmanidæ*, sive *Rabbenu Nissim*) דלוא דוקא בטלנין אלא כל שדרין שם עשרה בני אדם וגו׳ *Non præcise decem Otiosos* (requiri) *sed ubicunque saltem decem homines habitent, qui quotidie mane & vesperi Synagogam frequentent, idem esse ac si ibidem sint decem Otiosi;* atque adeo legere die decimo quarto vel quinto.

XIV. Unde tandem constat, quod *Rabbenu Nissim* f. 160. adversus *R. S. Jarchi* negat, necesse esse ut *Otiosi ex publico alantur*, id non de antiquo more accipiendum esse, sed ex hypothesi *Nachmanidæ* de nova consuetudine tum temporis in Terra Sancta recepta, quando etiam illa loca, in quibus saltem decem erant, qui assidue, mane & vesperi, Synagogam frequentarent, lectionem libelli Esther instituebant die decimo quarto, more Urbium majorum, etsi illi decem non essent *omnino Otiosi*, neque etiam *Stipendiarii Synagogæ*. Quæ adeo sententia *Rabbenu Nissim* & *Nachmanidæ*, de sui seculi more, non potest neque debet opponi juri veteri, quod *R. Salomo Jarchi* in Commentario suo explicat, adeoque nobis nihil adversatur.

XV. Hac itaque difficultate etiam expedita, atque ostenso, quanti illud sit, quod nostræ sententiæ hactenus vidimus aliqua specie posse obtendi, calamum ponimus, & finem facimus scribendi. Illud porro nobis restare videtur, ut Synagoga, quam Cl. *Lightfootus*, *aliique* Viri Docti *Otiosis* superstruxerunt, diruta atque eversa, eandem absque illis moliamur, & quæ vera & nativa olim ejus facies fuerit, quinam *Præfecti* & *Ministri*, ex Hebræorum monumentis fide dignis ostendamus. Id quod proxima occasione, si Deus vitam viresque concesserit, in *Investigatione* nostra conabimur præstare.



JA-

JACOBI RHENFERDII
INVESTIGATIO
PRÆFECTORUM
ET
MINISTRORUM
SYNAGOGÆ.

PROOEMIUM.

POsteaquam superioribus Dissertationibus Viri Clarissimi, *Johannis Lightfooti*, *aliorumque* sententiam de *Decem Otiosis Synagogæ* examinavimus; & quam illi superstruxerunt *Synagogam*, seu *Gubernationem* ejus, convellimus atque diruimus: exspectabit procul dubio Lector noster, & quodam quasi jure suo a nobis exiget, ut si quid illis rectius noverimus, id candidi impertiamus, & nostram quoque sententiam de *Synagogæ Præfectis & Ministris* in medium proferamus. Quippe ridiculum videri possit, & viro generoso minus dignum, si te ita literarum studiis, abdas, atque ita scribas, ut cum aliorum sententiam manifesti erroris arguas, tamen ipse nihil possis neque ad claram veritatis demonstrationem afferre, neque dignum lectu in adspectum lucemque proferre.

Quare etsi in superioribus, ubi alios refutavimus, ea a nobis dicta sunt, unde attentus prudensque lector facile perspicere queat, atque intelligere, quæ Veteris Synagogæ ratio fuerit, & quinam qualesque ejus Rectores; tamen cum id sparsim factum sit, pro eo atque occasio ad illam rem ferebat, neque cujusvis sit omnia illa memoria complecti, atque inter legendum commode digerere & in ordinem redigere: visum est faciendum, ut quæ de *Præfectis Ministrisque Synagogæ* jam disperse & multis locis diximus, in unum colligeremus, atque inde breve veluti florum corpusculum faceremus, & si qua necesse, pluribus ulterius illustraremus.

Id autem dum pollicemur, nolumus quisquam sibi perfectum atque absolutum de hoc argumento tractatum promittat: neque enim aut adeo rerum imperiti sumus, quin sciamus, quanti animi & operis rem aggrediatur, qui de *Synagogæ Gubernatione* digne scribere sustineat; aut nobis adeo Suffeni, ut nos huic arduo & difficili labori pares judicemus. Nam cum reliqua omnia capita Juris Hebræi, atque adeo etiam ipsum illud de *Synagoga*, partim in Talmude, partim in aliis libris ordine & ex professo ab Hebræis pertractentur; præsens argumentum de *Synagogæ Præfectis*, quod tamen Christiani maximopere factum velint, magnique mercentur, ab iisdem, quantum quidem hactenus observare potuimus, nusquam explicatum invenitur. Unde adeo assiduo & improbo complurium annorum labore, singulari attentione, & peracri judicio adhibito, universum *Talmud*, *Rabboth* item, & *Medraschim* pervolvisse necesse est, qui accuratam & perpolitam hujus rei explicationem promittere ausit. A qua re nos tantum abesse non inviti profitemur, quantum a perfectione absunt, qui vix prima fundamenta solide & feliciter jecerunt.

Et poterant nos hic facile aliorum vestigia terrere, & infausti illorum conatus, quorum multiplicem errorem in hoc argumento admissum partim in superioribus deteximus, partim in sequentibus ulterius detegemus. Præterquam quod non paulum interest, aliorumne errores animadvertas & corrigas, an idem argumentum ipse explicare aggrediaris atque omnibus numeris absolutum dare. Nam cum paucæ quædam veritates recte cognitæ, penitusque perspectæ atque exploratæ, si diligenter ac perspicue exponantur, & fortiter in adversarium intor-

torqueantur, errori cuicunque refellendo sufficiant; ad plenam atque perfectam rei pertractationem multo plura requiri videas, inprimisque ut inde a prima origine & ex propriis fontibus rem repetas, & per omnes partes singulatim explices atque deducas.

Cum tamen jam alea jacta sit, & transierimus Rubiconem, ut honeste regredi, & tecto, quod ajunt, latere discedere nequeamus, nisi & ipsi symbolam nostram ad præsentis argumenti explicationem conferamus, aliquid saltem nobis dicendum erit. Id autem aliquid ejusmodi erit, ut neque prorsus nihil dixisse videamur, atque adeo forte etiam paulo plus, quam cæteri hactenus præstiterunt, qui de *Synagoga* scribere conati sunt, quorum quidem scripta ad manus nostras pervenerunt; neque etiam argumentum illud plene pertractare velle & exhaurire, cum id neque virium nostrarum sit, neque præsentis instituti. Sufficiet nobis, & uti speramus, Lectori nostro sufficiet, si hoc tempore quasi rudi penicillo prima saltem lineamenta ducamus. Quæ si recte feliciterque formaverimus, prudens lector inde facile collegerit, quæ olim Synagogæ species fuerit; & nobis aliisque quibuscunque proclive erit florem coloremque addere, atque ita tandem *Synagogæ Judaicæ Præfectos Ministrosque* vivis suis coloribus depictos dare, & Christiano orbi in plena luce sistere contemplandos. Sin autem a nobis hac in parte aberratum erit, sat nugis ineptiisque datum fuerit, quibus conscribendis & legendis bonas horas impendisse non minus nosmetipsos, quam Lectores nostros, siqui tandem erunt, pœniteat.

Sed neque illud mireris, Benevole Lector, quod hanc nostram commentariunculam *Investigationem* inscribere maluimus, qaam alio quovis specioso titulo insignire. Etenim ut in re per se difficili & parum clara, atque ab iis, qui sibi illam tractandam susceperunt, multo magis obscurata, non potuimus non indagandi potius atque investigandi partes suscipere, quam docendi vel dictandi. Soli sumus in causa, & si non primi hanc viam ingredimur, (quod uti jactare arrogantiæ esset, ita & scire nobis difficile est, qui omnes omnium libros neque habere, neque pervolvere possumus) hactenus certe soli incedimus sine duce & comite; & in summa Synagogæ confusione, & perturbatione rerum omnium, quam Christiani quidam pepererunt, quam quisque in Synagoga personam sustinuerit, quærere & investigare debemus. Sane qui Christiani rerum Judaicarum scriptores summa diligentia collegit, & in *Critica Sacra* digessit, Vir Clarissimus *Joh. Aug. Pfeifferus* nihil nobis subsidii affert: Qui vero ex professo de *Synagogis* earumque *Rectoribus* scripserunt, VV. CC. *Brumannus* in *Disputationibus Theol. de Synagogis*, *Otto* in *Lexico Rabinico-Philologico*, & *Saubertus* in *Palæstra Dissertationum*, omnes *Lighfooti* vestigiis insistunt; quem tanta fide diligentiaque describunt, ut ne quidem ipsos typothetarum errores prætermittant. Neque multo melius Cl. *Hottingerus*. *Compendio Theol. Jud.* pag. 284. & Doctissimus *Grambsius*, in *Exercit. Acad.* de *Synagogis Judæorum* Gissæ edita & a Cl. *Clodio* approbata. Qui vero nuperrime totam Veteris Synagogæ rationem tradiderunt, ita de hoc argumento commentati sunt, ut non modo reliquos Synagogæ Seniores, sed & ipsum *Archisynagogum* in *Archisynagogo* quærere debeas, deprehensumque difficulter admodum cognoscas. Laudantur quidem *Pfeiffero* & *Grambsio*, *Christiani Bornitii Exercitationes* III. de *Veterum Synagogis*, anno 1650. Wittebergæ editæ; sed quas nobis nondum videre contigit: uti neque illas, quas *Joh. Frid. Meigius*, Theologus Heidelbergensis, Clarissimus Vir, & in Hebræorum scriptis versatissimus, de eodem argumento nuperrime dicitur conscripsisse.

Quare neque illud tandem quisquam, spero, moleste feret, si quando in hac nostra *Investigatione* gressum nostrum sistemus; ut dum inter arduos & præruptos errorum scopulos versamur, ubi alii in alia omnia abeunt, & a recto tramite deflectunt, moneamus, eosque scopulos, ad quos illi adhæserunt, vitare doceamus.

CAPUT PRIMUM.

De Archisynagogo.

I. QUando vero *Præfectos & Ministros Synagogæ* investigatum imus, nulli illorum injuriam fecerimus, si ab eo nostræ disquisitionis initium ducamus, qui ab ipsis Hebræis magnifico titulo ראש הכנסת appellatur, quasi Ἀρχισυναγωγον dicas, vel ἄρχοντα τῆς συναγωγῆς, sive *Synagogæ Principem*. Solent enim Græci Hebræorum ראש passim ἄρχων reddere, vel in compositione ἀρχι; ut ראשי העם ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, *Principes populi*, ראש הפרק ἀρχιφερεκίτης, aliaque complura.

II. Est itaque in Synagoga, qui ראש

Ca-

Caput Congregationis, vel *Synagogæ* appellatur, etsi minus frequens ejus mentio occurrit. Occurrit tamen Cod. *Sota*, cap. VII. §. 7. ברכות כהן גדול כיצד חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול עומד ומקבל וקורא וגו' Cel. *Wagenseilius* sic reddit: *Benedictiones summi Pontificis* (quomodo peractæ fuerunt?) *Æditus accepto libro legis, tradidit cum Primario cœtus: Iste, dedit eum Antistiti; Antistes summo Pontifici* &c. Eodemque modo Cod. *Joma*, cap. VII. §. 1. Ubi cum de lectione summi Pontificis eadem recurrant, textum describere nihil attinet, sed *Job. Sheringhami*, Viri Dictissimi, versionem exhibere sufficiet. Ita igitur ille: *Minister Publicus depromsit librum legis, tradiditque Capiti Conventus, & Caput Conventus tradidit Principi Sacerdotum, & P. S. tradidit Sacerdoti Magno, &c.*

III. Sic *Maimonides*, *Hilch. Teph.* cap. XII. §. 7. & *Epitome Definitionum Juris R. Ascher, ad Cod. Megilla*, §. 27. ראש הכנסת או חזן הכנסת לא יקרא עד שיאמרו אחרים לו קרא: *Ipse Archisynagogus, Publicusve Synagogæ Minister, non leget, priusquam alii legere jusserint*. Plenius vero idem in ipsis *Definitionibus R. Ascher* legitur, §. 27. & in *Orach chaij*: Tit. CXXXIX. §. 3. ubi etiam ratio additur שאין אדם מבזבז לו quæ verba cum a nupero Interprete in alienum plane sensum accepta atque detorta sint, genuina illorum mens paucis erit explicanda. Ita autem ille vertit; *Ne quis respuat*, vel *contemnat illum*: perinde ac si מבזבז vel a בוז vel a בזה esset, quæ *ignominia afficere, & contemnere* sonant; metuissentque Hebræi magis honori legentis, ne qua sc. is contemneretur, quam ipsius Legis quæ legitur, neque a quovis temere atque non vocato est invadenda. Quod posterius tamen vel ex illo ipso loco, qui ex *Colbo* adducitur, satis manifesto liquet, ubi verba Codicis Hierosolymitani adducuntur: *Omnis qui legit in Lege, cui dictum non est; Lege: similis est homini, cui filia puber est, quam quilibet, qui eam desiderat, capit*. Scilicet non eadem Legis, quæ virginis nubilis ratio est; Hanc quicunque amat, ambit, & si fortuna velit, exambit, vel forte illi etiam vi vitium facit: At Legis major reverentia est, vel certe esse debet, ad quam neminem viam decet adfectare, nisi publice nomine suo sit vocatus. מבזבז itaque potius a בזז derivamus, quod est *rapere, diripere, prædari*: vel, si mavis, a נבזבה, *profusiore largitione* vel *erogatione*, cujus verbum est בזבז *expendit, erogavit liberalius*. Utrumcunque malis, verba שאין אדם מבזבז לו hunc sensum habent: *Quoniam nemo sibi sumit*, aut *arrogat* hunc honorem, vel *tanquam prædam sibi rapit*. Ut plane idem sit, quod est Heb. V. 4. 5. Καὶ οὐχ' ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ Ἀαρών. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, &c. *Et non sumit sibi quisquam hunc honorem, sed qui vocatur a Deo, quemadmodum & Aaron. Ita & Christus non ipse sibi hanc gloriam tribuit, ut esset summus Pontifex*, &c. Ubi prima verba, Καὶ οὐχ' ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, quam exactissime respondent nostro אין אדם מבזבז לו, quod Hebræi alias etiam efferunt per הירה, הירה מכבד עצמי, uti alicubi apud *Rabi Bechai* legere meminimus, quod Apostolus dicit, ἐδόξασεν ἑαυτὸν. Et hujus nostræ explicationis ipsos Hebræos auctores habemus. Ita enim *Rabi Joseph Karo* in *Keseph Mischne*, ad citata verba *Maimonidæ Hilch. Teph.* cap. XII. §. 7. תוספתא כתבה הריף פרק עומד יושב ראש הכנסת וגו' ומפרש רבינו רהק אפילו אלו לא יקראו עד שיאמרו להם שיקראו שלא יראו כנוטלים חלק לעצמן בשביל גרולתן רשאר בני אדם אין קורין עד שיקראו אותם ואלו קורין בלי שיאמרו להם קראו: *Additamentum est, quod R. Iitzchak Fessanus* (vulgo *Alphesi*) *scripsit ad cap.* IV. *Megillæ; Archisynagogus* &c. *& M. N. id ita explicat: Etiam illi non legent priusquam alii illos legere jusserint. Ne videantur sibi has partes sumere pro sua dignitate, ut cum reliqui non legant, priusquam vocarint illos, hi absque publica auctoritate legant*. Est igitur illud אין אדה מבזבז לו idem quod אין אדם נוטל חלק לעצמו *Non sumit sibi quisquam partes* illas, vel *honorem*. Id quod ex ipso *Alphesio* adhuc clarius perspicitur, ubi plenius legitur: שאין מבזבזהו בידו לעצמו, quod est, nisi plane fallimur, *quia non sumit* (*rapit*) *sibi quisquam illud manu propria*; ubi & affixum הו, & addita vox בידו, & denique reciprocum לעצמו, alteram illam versionem satis refellunt: præterquam quod periculum non sit, ne qui arroganter & superbe sibi illas partes sumsit, mox cum obtinuit, adeo abjecti animi sit, ut semet ipsum contemnat; neque reliqui hunc impudentem Legis violatorem magnopere honoratum velint.

IV. Aliquando etiam מנהיג additur, quasi ἡγέμονον dicas, sive *ducem*, *antecessorem*. Ita *R. Moses Ribbkas*, qui

non

non ita multis abhinc annis Wilnæ in Lithuania Synagogæ præfuit, in novissima editione libri *Schulchan Aruch* ab ipso Amstelodami procurata, ipse sese appellat ראש ומנהיג לפנים בקק ווילנא id est, *Quondam Caput & Antecessorem* (seu malis *Moderatorem*) *Sanctæ Synagogæ Wilnensis*.

V. Chaldaice ריש כנישתא dicitur. Ita *Juchasin* fol. 36. 2. fine, commemoratur רבי זעירא ריש כנשתא דציפורי *R. Seira Caput Synagogæ Zipporensis*: quemadmodum Syriace ריש כנישתא, quod Luc. VIII. 41. occurrit.

VI. Alio etiam nomine ראש הציבור dici videtur. *Maimonides*, ad Cod. *Megilla*, cap. IV. §. 1. והוא שלא יקראו על ראש הציבור פחות משלשה בני אדם: ut & ראש הקהל, apud eundem, Comment. ad Cod. *Taanith* cap. II. §. 1. ubi inter alia a Legato cœtus requirit, ut sit רגיל לדבר על ראש הקהל, quæ loca ob insolentiam phraseos על ראש הציבור & על ראש הקהל nondum vertere audemus.

VII. Alibi vero in *Juchasin* & *Beth Joseph* etiam in numero multitudinis occurrunt ראשי הקהל *Capita cœtus*; sed cum hi alii esse videantur, de illis infra commodiori loco agemus.

VIII. Est & qui חבר עיר dicitur, qs. *Socius*, seu potius *Doctor Civitatis*. *Maim. Hilch. Matten. Anijim*. cap. VII. §. 14. ואם יש שם חבר עיר יתנו לחבר עיר והוא מחלקה כמו שיראה לו: *Et quod si ibidem sit Doctor Civitatis, dant* (Eleemosynas) *Doctori Civitatis, qui illas distribuat pro arbitrio suo*. Id quod petitum est ex Cod. *Meg*. fol. 27. col. 2. pr. במה דברים אמורים בשאין שם חבר עיר ואם יש שם חבר עיר תנתן לחבר עיר: *Qua conditione hæc dicuntur? Si non sit ibidem Doctor Civitatis: At si Doctor Civitatis præsto sit, illi detur*.

IX. Sic & *Berach*. fol. 30. 1. f. ראב״ע אומר אין תפלת מוספין אלא בחבר עיר וחכ״א בחבר עיר ושלא בחבר עיר רבי יהודה אומר משמו כל מקום שיש שם חבר עיר יחיד פטור מתפלת המוספין: Quæ ex Versione *Ulmanni* ita sonant: *R. Eleasar ben Asariæ dicit, non* (*habet locum*) *precatio additamentorum, nisi in societate urbis* (ita vertit V. D. ex *Jarchio*; nos aliam mox afferemus ex *Maimonide*. In textu est חבר עיר) *sed Sapientes dicunt, tam* בחבר עיר, *quam non* בחבר עיר. *R. Jehuda inquit nomine ejusdem; In omni loco, in quo est* חבר עיר, *singuli liberi sunt a precatione superogativa*.

X. At ex omnibus hisce non facile conjeceris, quis sit ille ראש הנסת vel חבר עיר, aut quænam munia in Synagoga obierit: id quod porro investigandum erit. Atque de illo quidem *Jarchius* aliquid habet, ad Cod. *Sota*, cap. VII. §. 7. & *Joma*, cap. VII. §. 1. ut observant Cl. *Wagenseilius* & *Sheringamus* in eruditissimis ad illos Codices notis. *Wagens*. l. c. ראש הכנסת, inquit, *sive primarius cœtus is vocabatur, cujus erat præcipere facienda in Synagogis, & munera tam in ordiendis precibus, quam in Scripturarum lectione distribuere. Rabi Salomo id enunciat*: ראש הכנסת על פיו נחתכין דברי הכנסת מי שיפטיר בנביא מי יפרוס על שמע מי יורד לפני התיבה: *Eadem in suas notas transcripsit Bartenora*. Imo & alii. *Sheringhamus* ad Cod. *Jom*. l. c. *Caput Conventus is dicebatur, qui singulis suum munus impertivit, cujus ore decernebatur, quis prophetas explicaret, quis exponeret super lectione Schema, quis descenderet coram arca*. *Sal. Jarchi*, &c. De hoc vero, seu חבר עיר *Doctore Civitatis*, idem *Rabi Sal. Jarchi* ad *Meg*. fol. 27. col. 2. pr. חבר עיר תלמיד חכם המתעסק בצרכי ציבור *Doctor Civitatis*, inquit, *est Vir Doctus, qui procurat negotia cœtus*.

XI. Atque ita jam quidem aliquid de illo cognovimus, & quænam ejus partes in Synagoga fuerint, intelleximus: nondum tamen distincte novimus, quis sit ille ראש הכנסת *Archisynagogus*, & quo nomine vulgo veniat; quandoquidem ea nomina, quæ adduximus, hodie sic satis sunt inusitata. Et si vel quam clarissime pespexeris, quid sit *Haphtara*, quid *Expositio Schema*, quid item *Descensus coram arca*, illisque explicandis integra capita dederis? jam quidem sciveris, quid illi egerint, quibus id negotii datum erat ab Archisynagogo: at quis ipse *Archisynagogus* sit, nondum scias, nedum alios queas docere. Hunc itaque investigare & inventum dare, hoc opus, hic labor erit; & dignum argumentum, in quo explicando nostram diligentiam exerceamus.

XII. Ut autem sit ubi pedem figamus, quo facilius, si fieri queat, molem hanc loco suo moveamus, aliquid ex superioribus arripiendum erit, cui tuto inniti queamus. Atque ecce tibi commode hominem היורד לפני התיבה, seu *descendentem coram arca*; qui paulo familiarius cognitus facile etiam nos in cognitione *Archisynagogi* ducet. Prehendendus itaque homo solus erit, & pertentandus nobis, ut sciamus, quid bonæ rei in Synagoga agat, & cujus jussu munere suo fungatur. Nam quod *alii* volunt, illum ad id constitutum, ut *Le*-

gem in arca reportet, istud prorsus falsum & ineptum est, ut infra pluribus docebimus; & argumentum præbet, quam infeliciter Hebræorum commentarios versent, & quam parum in illis perspiciant, qui Lectoribus suis illud persuasum volunt. Quid itaque, inquis, est, quod agit qui *descendit* לפני התיבה *coram arca*, vel potius, *pluteo*? Respondeat pro ipso nobisque *Maimonides*, ad *Berach.* cap. v. §. 3. והעובר לפני התיבה הוא שליח ציבור *Et transiens ante pluteum*, *hic est Legatus*, (vel *Minister*,) *cœtus*. Et clarius ad Cod. *Megilla* cap. *Hakkore Omedh*, §. 3. ועוברין לפני התיבה הוא שיתמנה אחד להתפלל בקהל: *Et transeunt ante pluteum*, *id est*, *quod constituitur aliquis*, *qui publice*, (vel *in Ecclesia*, *preces dicat*. Archisynagogus igitur, cum decernit quis *descendat* vel *transeat ante pluteum*, designat aliquem, qui *universo cœtui preces præeat*.

XIII. At quisnam ille, qui *Legatum cœtus*, ἄγγελον τῆς ἐκκλησίας constituit, & publice orare jubet? Audiamus eundem *Maimonidem*, id explicantem in *Hilch. Teph.* cap. VIII. §. II. seq. יא אין ממנין שליח ציבור אלא גדול שבציבור לחכמתו ובמעשים ואם היה זקן הרי זה משובח: *Non constituunt Ministrum cœtus*, (ad preces dicendas) *nisi qui sapientiæ & virtutis laude cæteris omnibus in Synagoga antecellit*: *& quod si idem jam etiam senex sit*, *tanto præstantioor est*. Agitur hic de Ministro cœtus constituendo, qui preces publice dicat; cujus posteaquam vitia quædam sunt notata, quæ aliquem isti muneri ineptum reddant, *Doctor cœtus* aliquem designare dicitur. יב וכן העלג כגון מי שקורא לא׳ ע׳ או לע׳ א׳ וכל מי שאינו יכול להוציא את האותיות כתיקונן אין ממנין אותו שליח ציבור והרב ממנה אחד מתלמידיו להתפלל לפניו בציבור: §. 12. *Et sic balbum*, *v. gr. qui* א *effert ut* y, *vel* y *ut* א, *& quicunque non potest literas rite & decenter pronunciare*, *illum*, *inquam*, *non constituunt Ministrum cœtus*. *Et* (vel si malis, *sed* tunc) *Rabb*, (seu *Doctor*) *constituit aliquem ex discipulis suis*, *qui oret coram ipso in cœtu*. Viden' hic *Doctorem*, summæ virum dignitatis, & Professorem publicum, qui discipulos habet is autem definit, quis preces publice dicat, & quod notandum, להתפלל לפניו בציבור *qui* non tantum *in cœtu*, sed & *coram ipso oret*. Exemplum est Cod. *Berach.* f. 34. a. m. תנו רבנן מעשה בתלמיד אחד שירד לפני התיבה בפני רבי אליעזר והיה מאריך יותר מדאי אמרו לו תלמידיו רבינו כמה ארכן הוא זה אמר להם כלום מאריך יותר ממשה רבינו דכתיב ביה את ארבעים יום ואת ארבעים הלילה ונומר ושוב מעשה בתלמיד אחד שירד לפני התיבה בפני רבי אליעזר והיה מקצר יותר מדאי אמר ליה תלמידיו כמה קצרן הוא זה אמר ליה כלום מקצר יותר ממשה רבינו אל נא רפא נא לה: *Tradiderunt Magistri nostri*: *Exemplum est in discipulo aliquo*, *qui descendit ante pluteum coram* R. *Eliefer*; *& justo prolixior fuit*; *dixerunt ergo illi* (R. Eliefer) *discipuli ejus*; *quam hic prolixus est*! *respondit illis* (R. Eliefer) *Num forte etiam prolixior sit Mose Magistro nostro*, *de quo scriptum est*, (Deut. IX. 9.) *Cum manerem in monte quadraginta dies & quadraginta noctes*? *Atque iterum exemplum discipuli alicujus*, *qui descendit ante pluteum coram* R. *Eliefer*, *& justo brevior erat* (in precibus recitandis) *Dixerunt ergo illi discipuli ejus*: *Quam hic brevis est*! *respondit illis*: *Etiamne hic brevior esse possit Mose M. N. de quo scriptum legitur*; (Num. XII. 13.) *Quæso*, *Omnipotens*, *sana nunc illam*? Habes hic discipulum *coram Magistro*, id est, jussu Magistri ante pluteum descendentem, & publice precantem. In quem sensum etiam illud accipiendum est, quod ibidem legitur f. 33. b. m. ההוא דנחית קמיה דרבה ואמר אתה חסת על קן ציפור אתה חוס ורחם עלינו ונומר *Ille qui descendit* (sc. לפני התיבה ad preces dicendas) *coram Rabba*, *dixitque*: *Tu parcis pullis avicularum*, *etiam nobis parcas & miserearis nostri*. Ille itaque, qui vulgo רב *Rabb* vel *Doctor* dicitur, & institutione publica fungitur, ille, inqnam, is est, qui Ministrum Ecclesiæ designat, & preces publice recitare jubet; adeoque idem etiam est ראש הכנסת, *Archisynagogus*. Id quod erat investigandum.

XIV. Sed & de חבר עיר *Chaber Ir*, *Socio* seu *Doctore Civitatis* videamus. חבר proprie *Socium* seu *Collegam* notat, quemadmodum in studiosis commilitones חברים i. e. *Socii* seu *Collegæ* dicti sunt. Unde porro חבר תלמיד *discipulus* & *socius*, sive *discipulus idemque Collega*, cum respectu ad Virum aliquem eruditum, eundemque Doctorem publicum, cujus alter ille primum discipulus, mox etiam collega evasit, Sic *R. Chasda* fuit discipulus idemque Collega *R. Huna R. Abraham Ben Dior*, *in Kabala* pag. 29. col. 2. pr. §. הדור נ׳ רב חסדא היה היה תלמיד חבר לרב הונא וארבעה שנים קודם פטירת רב הונא בנה בית המדרש לעצמו ואחרי כן נפטר רב הונה והיה רב חסדא ראש ישיבה עשר שנים ונומר *Rabb Chasda fuit Rabb Huna ex discipulo Collega*, *& quatuor annis ante obitum*

tum R. Huna ipse sibi Academiam condidit ; & postea R. Hunt mortuus est. Rabh Chasda autem decem annos Academiæ Rectorem egit. Sed de hoc argumento alibi forte, ἐάνπερ ὁ Κύριος θελήσῃ, in *Archipherecita* nostro pluribus agemus. Quemadmodum vero Phythagoras, cum Leon ingenium & eloquentiam ejus admiratus, ex eo quæreret, qua maxime arte confideret, artem quidem se nullam tenere respondit, sed esse *Philosophum*, i. e. Sapientiæ studiosum, cum alii omnes superbo titulo σοφοὶ sive *Sapiantum* sese efferrent : ita & Veteribus Hebræis eadem modestia placuit, ut se potius *Philosophos*, תלמידי חכמים, *discipulos Sapientum* profiterentur, quam חכמים σοφῶν, *Sapientes*. Eadem de causa eriam חברים *Socii* vel *Collegæ* dici maluerunt, qui jam alias vulgo *Sapientes* audiebant, & Doctoris munere fungebantur. De תלמידי חכמים *Elias Levitas* in *Tisbi* hoc modo: תלמיד חכם פירשו רבותינו זכרונם לברכה מי הוא הראוי להקרא תלמיד חכם והרבה שאלתי לרעת למה נקראו בלשון תלמיד השיבו לי שתלמיד הוא סמוך כאילו נאמר תלמיד של חכם ולי נראה שקרה להם מה שקרה לחכמי היונים שבראשונה קראו להם סופים פירוש חכמים ואחר כך הוסכם ביניהם שלא יהיו נקראים עוד סופוס דרך גאוה והתפארות אלא כל אחד יהיה נקרא פילוסופוס פירש אוהב חכמה כמו שכתבתי בשרש פלסף וכן כל רב גדול וחכם מופלג לא רצה להקרא חכם אלא תלמיד חכם דרך ענוה ושפלות רוח: *Fagius : Talmid Chacham. Rabbini nostri* (*piæ memoriæ*) *explicarunt, qualis esse debeat, qui dignus sit vocari* תלמיד חכם. *Et sæpe interrogavi, ut cognoscerem, qua de causa appellentur vocabulo* תלמיד. *Et responderunt mihi, Thalmid hic stare in regimine, q. dicatur*, תלמיד של חכם, *id est, discipulus sapientis. Alii vero dixerunt mihi, expositionem ejus esse, Discipulus qui factus est sapiens. Cæterum mihi videtur idem contigisse illis, quod sapientibus Græcorum, quos primum Sophos, id est, sapientes appellabant. Dein vero consensum est inter illos, non amplius vocandos esse Sophos, quod hoc præ se ferret arrogantiam quandam, & inanis gloriæ jactationem, sed quemvis potius philosophum appellandum, id est, amatorem sapientiæ, sicut scripsi in Radice* פלסף. *Similem ob causam, quilibet magnus Rabbi, & excellenter sapiens noluit vocari* חכם, *sed potius* תלמיד חכם, *id est, discipulus sapientis, id quod humilitatis est, & animi submissi.* De חבר vero præter cæteros egregie cemmentatur *R. Tanchum* Hierosolymitanus, Celeberrimo *Pocokio* cum alibi, tum in eruditissimis *Commentariis ad Micham & Malachiam*, sæpe multumque laudatus. Ita autem ille ex versione *Pocokii* in appendice *Notarum Miscellanearum*, *Portæ Mosis* subiecta, pag. 421. ubi hanc nominis rationem reddit: *Quod unusquisque eorum*, inquit, *alteri se socium* (præbeat) *affectum sinceritate, sepositis dolo & hypocrisi, dum quilibet alterum eodem oculo, quo seipsum intuetur. Ideoque reperies doctos veritatis studiosos, qui Sapientes re vera appellari merentur, socios atque amicos esse, admodum inter se concordes, nulla inter ipsos intercedente discrepantia, contentione vel inimicitia ; idque quod omnium scopus sit veritas sui gratia absque ullo consuetudinis resepectu, vel quo ducit affectus inclinatione ; quin nec cuilibet ipsorum commodum privatum est, quod appetat excluso socio suo, neque superbia, vel prioritatis desiderium, cujus gratia socio suo detractum eat, quo illo se præstantiorem ostendat, neque cuilibet ipsorum alius est quam aliis scopus, aut intentio ; estque scopus iste ut mutuo sibi auxilium ferant, ad acquirendam perfectionem veram, vitamque æternam obtinendam ea quam assequantur Dei cognitione, ejusque amore, dum & unusquisque ipsorum socium suum tanquam ex membris suis unum respicit, etiamsi corporibus distincti sint, numeroque diversi. Neque enim eorum inter numerandum discrepantia, secus se habet ac distinctio membrorum ejusdem individui, quæ omnia uni animæ inserviunt, quo a toto perficiatur voluntas Dei, unoquoque interim alteri opem ferente ad actiones* (præstandas) *quæ ad totius bonum conducant : ita & istorum quilibet alteri opem fert in iis quæ universo cœtui sunt profutura ; ideoque ubi se exeruerit veritas, omnes in ea* (amplectenda,) *societatem ineunt ; suntque hi re vera Socii.*

XV. Hinc igitur etiam is, qui *Doctorem publicum* in cœtu aliquo agebat חבר עיר *Chaber Ir* dictus est, quasi *Socius*, vel *Doctor Civitatis*. Id quod porro idoneis testibus est probandum. Sic itaque *R. Salomo Jarchi* ad Cod. *Megilla* fol. 27. 2. חבר עיר תלמיד חכם המתעסק בצרכי ציבור: Socius Civitatis, *Vir doctus qui procurat negotia universitatis*. Ita *Maimonides*, quem *Hilch. Mattanijim* cap. VII. §. 14. חבר עיר dixerat, (vide §. 8.) hunc cap. IX. §. 7. vocat חכם גדול *Sapientem*, vel *Doctorem Magnum*. ואם היה במרינה חכם גדול שהכל נבין על רעתו והוא יחלק לעניים כפי מה שיראה הרי זה רשאי לשנותן לכל מה שיראה לו מצרכי ציבור: *Quod si vero*

ro Magnus aliquis Doctor, in urbe ſit cujus arbitratu univerſi eleemoſynas colligant, atque ipſe illas diſtribuat pro eo atque ipſi conducere videtur: ecce illi licitum eſt (Collectas) *in quacunque rem convertere, ut illi maxime e re cœtus eſſe videtur*. Is autem qui ſit, pluribus explicat in *Notis* ad Cod. *Berach.* cap. IV. §. ult. חבר שם תלמיד חכם ופירוש חבר עיר חכם המדינה והוא כינוי בעד תפלת הקהל שלא יתקבצו אלא לפני החכם שבהם: Socius, inquit, *eſt titulus Viri Docti. Adeoque ſocius civitatis eſt ſapiens* (*Doctor*) *civitatis: eſtque cognomentum illius, qui eſt teſtis precum publicarum, quia non ſolent congregari, niſi præſente Sapiente, qui eſt inter illos*. Præclarum ſane teſtimonium, & quo non aliud diſertius ullum in hanc rem exigas, vel forte etiam invenire queas. Id enim ſiſtit tibi hic חכם *Sapientem, Doctorem*, eumque ſummum in civitate, atque adeo etiam in Synagoga, Sacrorum Præſidem; Orationis publicæ, quæ præcipua religionis pars eſt, teſtem; neque teſtem modo, ſed & inſpectorem procul dubio & moderatorem; quandoquidem ipſius præſentia adeo neceſſaria eſt, ut, niſi quid gravius impediat, ad rem divinam faciendam abſque illo non ſoleant convenire. Atque hic adeo quin *Archiſynagogus* ille ſit, qui officia Synagogæ diſtribuit, cæteraque omnia, quæ ſunt univerſi cœtus, moderatur, nemo, opinor, dubitare ſuſtineat, qui utriuſque nomina & officia rite inter ſe contulerit & examinarit.

XVI. *Primo* enim, uti *Archiſynagogum* in ſuperioribus probavimus vulgo רב *Rabb*, *Raf*, vel *Rof*, id eſt, διδάσκαλον *Doctorem*, *Magiſtrum* nominari; ita hic *Chabber Ir* dicitur חכם *Chacham*, σοφός, *Sapiens*: quæ duo ſynonyma eſſe, nemo eſt qui neſciat, & facile quivis Amſtelodami obſervare poteſt, ubi qui Luſitanis *Chacham* appellatur, hunc Germani *Raf* ſalutant. *Deinde*, uti preces publicæ *coram Archiſynagogo* vel *Rab.* recitantur, id eſt, præſente illo, & pro re nata etiam certum hominem deſignante: ita *Chebher Ir* earundem eſt *teſtis*. *Tertio*, quemadmodum omnia Synagogæ negotia ab *Archiſynagogo* definiuntur: ita abſque noſtro *Chabber Ir* non temere conventum agere ſolent. Et *quarto* denique, quod nos pene fugiſſet, uti *Rabb* illi diſcipuli tribuuntur: ita pariter *Chabber Ir*, *Doctori Civitatis*, qui Virorum Doctorum, qui ſapientiæ virtutiſque ſtudio ſacramentum dixerunt, dux & princeps appellatur. Quod poſtremum *R. Tanchum* tradit, loco ſupra ex *Procokio* allegato: *Principem autem & Præfectum Provinciæ, ad quem omnes ſeſe recipiunt, cujuſque bono ſub ductu & moderamine ſocietatem ineunt, Chabber Ir appellant*. Ubicunque ſit Chabher Ir. *Eſtque is princeps, & præfectus ipſorum, cui obſequium præbent, & ad quem ſe recipiunt*. Ubi verba hæc כל מקום שיש בו חבר עיר in textu Arabico Hebraice citata, ſatis arguunt, doctiſſimum ſcriptorem locum Talmudicum reſpicere a nobis modo adductum, edeoque de eodem *Doctore Civitatis* agere, de quo nobis hactenus eſt ſermo.

XVII. Unde tandem colligimur, illum qui alias חבר עיר, *Chabher Ir*, *Doctor Civitatis*, vel חכם *Sapiens* appellatur, eundem eſſe, atque is, qui vulgo רב *Raf* dicitur; adeoque etiam *Archiſynagogum*, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

XVIII. Priuſquam vero hinc diſcedamus, non poſſumus non in majorem hujus argumenti illuſtrationem, & confirmationem ſententiæ noſtræ, adducere verba Doctiſſimi Viri, *Humpridi Prideauxii*, ex notis ad *Maimonidem* de *Jure Pauperis & Peregrini* cap. VII. §. 14. Num. 22. Ubi poſtquam quædam de *ſocio* in genere dixerat, illud quod noſtræ obſervationis eſt, ſic explicat: *Abſolute etiam*, inquit, *ſæpe uſurpatur vox* חבר *pro quocunque viro docto; quique* (in) *aliqua civitate hoc nomen* κατ' ἐξοχὴν *obtinuerat, ita ut ei committerentur controverſiarum deciſiones, Legis interpretatio, rerumque Eccleſiaſticarum cura*, חבר עיר Doctor civitatis *vocabatur*. *De eo igitur dicit Rabbi Nathan in Aruc* חבר עיר גדול (העיר) אשר יועדו עליו כל הזקנים *id eſt* Doctor civitatis eſt vir magnus (lege *maximus civitatis*) ad quem congregantur omnes ſeniores, *id eſt eſt vir doctus, & legis præ cæteris peritus, ad quem primates civitatis pro conſilio in rebus difficilioribus, aut circa adminiſtrationem legum; aut circa rerum Eccleſiaſticorum procurationem ſolebant convenire, dicit enim R. Salomon in Comm. ad Tract. Tal. Bab. Megillam fol. 27. col. 2.* חבר עיר תלמיד חכם המתעסק בצרכי ציבור: *id eſt* Doctor civitatis eſt vir doctus, qui procurat res eccleſiæ. *Et ob hanc rationem ejus præcipue opera in diſtribuendis elemoſynis utebantur. Vide infra cap. 9. ſect. 7.* Quibus Viri Doctiſſimi verbis nihil in noſtram ſententiam neque elegantius neque diſertius dici poteſt. Præterquam enim, quod brevi compendio rem omnem, ita uti eſt, clare ediſſerit, inſigne teſtimonium eſt, & quod diligentius excuti mereatur, quod ex *Aruc* producit. Nunc illud ſaltem notaſſe

ſuf-

ſufficiet, *Chabber Ir* eſſe גדול העיר, *Civitatis* ſuæ, atque adeo etiam *Synagogæ Principem;* reliquis omnibus Senioribus, graviſſimis præſtantiſſimiſque viris, ſuperiorem; Senatuſque Præſidem, apud quem cæteri omnes, ſi quando de rebus difficilioribus, quæ ad Synagogam pertinent, conſilium ſit capiendum, ſolent convenire, per quem quis alius intelligi queat, quam *Archiſynagogus*, nulli hactenus videmus; & mirabimur, ſi quis ſit, qui alium ullum monſtrare poſſit ab archiſynagogo diſtinctum.

XIX. Sed neque illud negligendum eſt, quod ראש הכנסת וחזן הכנסת *Archiſynagogum* & *Cuſtodem*, ceu ſummum Synagogæ Præfectum, ejuſdemque infimum miniſtrum, toties videmus ſociatos. Ejus rei teſtimonia ſupra §. 2. & 3. ex *Joma*, *Sota*, & *Alphesio* produximus: quibus nunc aliud addere lubet ex *Berach. Hieroſ.* f. 6. a. m. תני עשרה כוסות שותין בבית האבל שנים לפני המזון וחמשה בתוך המזון ושלשה אחר המזון אלו שלשה של אחר המזון אחד לברכת המזון ואחד לגמילות חסדים ואחד לתנחומי אבלים וכשמת רשב״ג הוסיפו עליהן עוד שלשה אחד לחזן ואחד לראש הכנסת ואחד לרבן גמליאל: *Trad. Decem pocula bibunt in domo funeſta: duo ante epulas funebres; quinque inter epulas; & denique tria illis jam finitis. Horum trium autem unum* (ποτήριον τῆς εὐχαριστίας) *deſtinatum eſt gratiis agendis, alterum humanitatis officio, tertium denique conſolationi lugentium. At Raban Simeone F. G. mortuo, his omnibus adhuc tria ſuperaddiderunt; unum ſc. Miniſtro Synagogæ, alterum Archiſynagogo, & poſtremum Raban Gamalieli.* Elegantior nobis hic locus viſus eſt, quam qui ſicco pede prætereundus, ceu qui non tantum numerum poculorum nobis exhibet, quæ in funeſta domo præbebantur, ſed poſtremorum etiam nomina, & ſingularem uſum recenſet. Nos illud nunc præcipue ſpectamus, quod præter morem in funere *Raban Simeonis F. G.* obſervatum dicitur. Scilicet ſuas hic ſingulares *Archiſynagogo* & *Cuſtodi* partes eſſe voluerunt, adeoque præter ordinem illis pocula miſcuerunt. Pro eo vero quod hic cæteriſque locis ראש הכנסת legitur, alibi רב *Rabb* occurrit. *R. Benjamin Tudelenſis*, *Itiner.* pag. 73. ſive. ראש הגולה נותן להם רשות בכל הקהלות האלו לשום על כל קהל וקהל רב וחזן כי הם באים אליו לקחת סמיכה ורשות: *Æchmalotarcha dat illis poteſtatem per omnes illas congregationes, præficiendi ſingulis cœtibus Doctorem, & Miniſtrum,* (*Rabb & Chazan.*) *Nam hi ad ipſum adeunt, ut promotionem & facultatem obtineant.* Sic *Orach chaij:* Tit. LIII. §. 24. ציבור שצריכין לשכור רב ושליח ציבור ואין בידם כדי שכר שניהם אם הוא רב מובהק וגדול בתורה ובקי בהוראה הוא קודם ואם לאו ש״צ קודם: *Si quæ Eccleſia Doctorem & Miniſtrum cœtus conducere debeat, neque tamen ſit unde utrique ſtipendia perſolvant: Si Doctor Vir celebris ſit, magnuſque in Lege, & verſatus in Jure, ille præfertur; ſin vero, Miniſter cœtus præfertur.* Habes utrinque duos, alterum Doctorem, Miniſtrum alterum: id quod nobis argumento eſt, qui hic *Miniſtro* additur, eundem eſſe, ac is qui ſupra; atque adeo ראש הכנסת illum eſſe, qui nunc vulgo in Synagogis רב *Rabb* vel חכם *Chacham*, *Doctor* aut *Sapiens* appellatur.

XX. Atque hæc, quæ hactenus diximus, evidentia exiſtimamus, & ſatis manifeſta indicia, quibus *Archiſynagogus*, quem inveſtigandum ſuſcepimus, deprehendi atque agnoſci poſſit. Quare non eſt, cur alia incerta ſectemur, & hinc inde oberrando noſmet ipſos, & Lectorem noſtrum, amplius fatigemus. Eſt nihilominus adhuc quiddam, quod etſi pro certo atque explorato vendere non audeamus, tamen dignum viſum eſt, quod aliis doctioribus, diutiuſque & felicius in hoc genere literarum verſatis, proponamus perpendendum. Nimirum in Cod. *Sota*, cap. IX. §. 15. varii deficientis inter Judæos una cum everſa republica ſcientiæ gradus recenſentur. רבי אליעזר הגדול אומר מיום שחרב בית המקדש שרו חכימיא למהוי כספריא וספריא כחזנא וחזנא כעמא דארעא וגו' *R. Elieſer Magnus dicere ſolebat: Inde ex quo templum vaſtatum eſt, Sapientes cœperunt ſimiles eſſe Scribis, Scribæ Chaſſani, Chaſſan denique ipſi plebi.* Hic præter indoctum vulgus tria hominum genera occurrunt, & procul dubio eorum, qui publico aliquo munere in reliqua multitudine funguntur. De *Chaſſane* res notiſſima eſt; neque minus de *Scribis*, modo ad ea attendatur, quæ *Diſſert.* I. *de Otioſis*, §. 33. ſumus commentati, ubi סופרים, *Scribas* oſtendimus eſſe *Ludimagiſtros;* id quod hoc ipſo loco egregie confirmatur, ad quem *R. S. Jarchi*, & ex eo *R. Jom Tobb* ita commentantur: ספריא מלמדי תינוקות שהם קטנים מן החכמים: Scribæ, id eſt, *Ludimagiſtri, qui ſunt Sapientibus minores*, inferiores. Unde facile adducimur, ut idem de tertio ordine credamus, de *Sapientibus*; nim. illos publicos populi doctores fuiſſe, æque ac alteri duo, hi pueros inſtituendo, ille Synagogam cuſtodiendo & cu-

& curando, ejusdem ministri erant: atque adeo eosdem etiam fuisse ראשי כנסיות *Archisynagogos*. Et si quis hos *Sapientes* de Doctoribus Academicis explicare malit, nequidem illud nostræ conjecturæ magnopere obesse potest; quandoquidem ex superioribus jam satis constat, & mox gravissimis testibus probabimus, *Archisynagogos* plerumque etiam esse *Professores*, sive Doctores Scholasticos. Sed ut in hoc loco cardo rei non vertitur, ita neque improbe de eo pugnare lubet. Alii de illo viderint. Nobis levis hujus conjecturæ, si tamen conjectura solum, jactura erit; quæ si album calculum minus mereri videbitur, infra solidiora & certiora ex eodem loco eruemus.

XXI. Quum vero non tantum ea, quæ in Synagoga fiunt, atque aliquando etiam eleemosynarum dispensationem, suo arbitrio & consilio Archisynagogus moderetur, uti ex iis constat, quæ jam supra ex *Jarchio* aliisque intelleximus; sed idem *Jarchius* in genere de eo prædicet, quod sit מתעסק בצרכי ציבור, *negotia cœtus procuret*: quo clarius & distinctius omnia cognoscamus, non abs re erit quædam aliorum loca producere, qui, ut erant in Synagoga Hebræorum versatissimi, *Archisynagogi* officia paullo plenius enarrant.

XXII. *Cl. Buxtorfius* itaque *Synag. Jud.* cap. XLVI. hoc modo illum describit: *Ubi decem circiter sunt familiæ Judaicæ, operam dant, ut ibi* Rabbinum *vel* Morenu *aliquem habeant, qui filios ipsorum informet, quem in rebus dubiis consulant; quique lectiones, preces, & reliqua, quæ ad cultum divinum ipsorum pertinent, peragat, moderetur & dirigat. Officium Rabbinorum & Doctorum horum est, alios Rabbinos, vel ex Rabbinis Moranan creare; Jus aliis dicere; veluti si quis alteri debitum solvere detrectet, Rabi sub excommunicationis & anathematis pœna, eum ad solutionem adigit; Præfractis transgressoribus Legis, vel statutorum Rabbinorum, qui publice ea transgrediuntur, Adulterio, Incestu, Homicidio, Apostasia, Proditione &c. vel iis, qui jejunia debita non observarint, Sabbathum profanarint &c. pro ratione delicti pœnas irrogare; Excommunicationis fulmine ferire: Dubia circa licita & vetita occurrentia, decidere; De munditia & immunditia mulierum pronunciare; Contractus, sententias, etiam in litibus civilibus scribere: Matrimonia celebrare & confirmare; Divortia facere; Legem coram Ecclesia exponere, & concionari, Academiæ Rectoratu fungi &c.* Non quidem id agit Vir Clarissimus, & de re Hebræorum undiquaque meritissimus, ut hic quid *Archisynagogus* sit explicet, nam usitatis maxime & hodiernis nominibus utitur: sed tamen in eo, de quo agit, *Rabb* vel *Doctore*, ita illum nobis delineat atque accurate depingit, ut vel cœcus palpare possit, nullum alium hic designari. Id quod vel inde inprimis liquet, quod illum *Lectiones, Preces, & reliqua, quæ ad cultum Divinum ipsorum pertinent, peragere, moderari & dirigere* dicit, quæ sunt eadem illa omnia, quæ *Jarchius* tribuit לראש הכנסת *Archisynagogo*, & *Doctori Civitatis*: ut & quod illi *Academiæ Recturam* adscribit, uti *R. Tanchum Doctori Civitatis*. In sequentibus tamen *Archisynagogi* mentionem facit, etsi, quod factum nollem: ita ut illum cum ראש הגולה *Æchmalotarcha* confundat.

XXIII. Sed & *R. Leonem de Modena* audiamus, qui eundem Synagogæ Doctorem breviter quidem, pro more & & instituto suo, sed satis graphice depingit, libro II. *de Ritibus Hebræorum*, cap. III. §. 2. *Chacham*, inquit, *Rav vel Morenu in omnibus causis jus dicit, quæ licita vel illicita definit, deque omnibus, quæ ad cultum divinum sive religionem pertinent, pronunciat, imo ipsa etiam civilia tractat. Hi Sapientes, seu Magistri, publica matrimoniorum solennia administrant, & divortia promulgant. Nec non, siquidem donis ad id instructi sint, conciones habent, Scholisque præsunt. Immorigeros coercent, eosque cœtu excludere possunt. Apud omnes autem sunt in magna æstimatione & honore.*

XXIV. Atque hic jam sese latissimus disserendi campus aperiet, si singula persequi vellemus, atque universa *Archisynagogi* officia modo enarrata explicare. Quo pacto non hæc ipsa solum excutienda essent, sed & alia innumera, quæ cum his aliqua ratione sunt conjuncta; quod cum a præsenti instituto alienissimum, ubi *Archisynagogum* saltem *investigare* animum induximus, & dissertationis modum & limites longe excessurum, ea re lubentes supersedemus: eoque magis, quod adhuc alia quædam exponenda restant, ut cum hodiernos Archisynagogos melius cognoscamus, tum a Veteribus quædam ipsis indigna removeamus.

XXV. Ac *primo* quidem, *Archisynagogo* jam investigato atque agnito, nunc etiam illa *Maimonidæ* loca explicanda sunt, in quibus diximus, illum aliquando etiam ראש הקהל & ראש הציבור *videri dici*. Phrases ipsæ sic quidem satis conveniunt, neque facile definiri posse

exi-

existimamus, quid inter ראש הכנסת, & ראש הקהל, ראש הציבור atque ראש הקהל, si per se sola considerentur, magnopere intersit; nisi forte hoc postremum nomen etiam aliis quibusdam tribuerit quarundam regionum & sequioris ævi usus,

Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.

XXVI. Et sane, cum primum phrases hasce על ראש הקהל & על ראש הציבור diu multumque consideraſſemus, nihil prius potiusve occurrebat, quam illud denotari, quod alias dicunt בציבור vel ברבים *publice*, *in Synagoga*: Id quod hac ratione confici posse videbatur. Intelleximus nuper ex *Maimonide*, cœtum ad sacra non convenire nisi *præsente Doctore* Synagogæ; Vidimus item, Ministrum cœtus ab eodem legi, qui *coram ipso in cœtu* oret, cujus rei etiam exempla ex Cod. *Berachoth* produximus. Unde liquet, concionis sacræ & cultus divini necessarium quoddam, vel saltem ordinarium adjunctum esse præsentiam Archisynagogi. Inde porro factum est, ut quod publice in Synagoga fit, id Hebræi aliquando dicant fieri *coram præsente Doctore*, aut *Archisynagogo*. Solent enim Hebræi sæpe ad res ipsas exprimendas ejusmodi tantum phrases adhibere, quæ earum solum insignem quandam circumstantiam dicunt. Rhetorum filii *Metonymiam* vocant. Ita qui preces publice fundit, dicitur עובר או יורד לפני התיבה *transiens* vel *descendens ante pulpitum*; quia is ad preces rite peragendas *ante pulpitum*, & aliquando etiam *depressiori loco stare* solet. Sic solennis Benedictio Sacerdotum vocatur נשיאת כפים *elevatio manunm*, & lotio manuum נטילת ידים *sublatio manuum*, a manibus in utroque ritu elevandis: Etsi postremæ phraseos non ignoramus alios aliam rationem afferre. Eodem igitur modo etiam hic factum putabamus, ut *Maimonides* cum vellet dicere בציבור *in cœtu*, aut בבית הכנסת *in Synagoga*, diceret על ראש הציבור, vel על ראש הקהל, quia Archisynagogus sacris illis, de quibus *Maimonides* agit, necessario interesse debet, vel saltem ordinario solet. Ita certe ipse in *Berachoth* accipit illud בחבר עיר, quod proprie sonat *in* vel *cum socio Civitatis*, ut notet בפני החכם *coram*, *præsente Doctore*.

XXVII. Quod vero in hac phrasi על adhibeatur, quæ vocula nobis non exiguam difficultatem pariebat; id non tam *Maimonidæ* tribuendum existimabamus, quam Interpreti illius, qui hic nescio quem Idiotismum in versione Hebræa expressisse videbatur. Id quod tanto facilius nobis persuadebamus, quod Cel. *Pokokius* in Præfatione ad *Portam Mosis* observavit, *R. Josephum Ben Isaac*, *Ben Aluphal*, Interpretem *Seder Mobed* ipsumet ingenue confiteri: *dubitare sese annon alicubi erraverit*, *tum quod linguæ Arabicæ proprietati magis quam Hebraicæ in aliquibus attenderit*, (*more*, *ut ait*, *plerorumque interpretum*, *qui linguæ*, *e qua vertunt*, *usum præcipue sequuntur*, כאילו הוא דבר טבעי במעתיק *ac si res interpretibus plane naturalis esset*:) *tum alias insuper ob causas*, *& quod unius tantum exemplaris copiam haberet*. Sed quicunque demum hujus phraseos hodie in versione occurrentis fons statuit, sive eadem usu sacro voculæ על (*apud*, *juxta*) etiam defendi posset; illud nobis proximum videbatur, utroque loco *Archisynagogum* a *Maimonide* designari, quem & preces publicas, & Lectionem sacram moderari, evidentissimis gravissimorum virorum testimoniis supra dedimus comprobatum.

XXVIII. Cum vero tandem aliud agentes locum relegimus, illum multo aliter accipiendum videmus. Scilicet δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι & ut

Fortior in fulva novus est luctator arena;

sic quod omni animi intentione diu frustra quæris, sæpe recens, cum minime speres, subito invenis. Nunc itaque sic arbitramur, על ראש הקהל & על ראש הציבור simpliciter esse *super caput cœtus*. Qui textum sacrum publice prælegunt, vel preces dicunt, in altiori loco consistunt; populus vero humi in storeis, vel humilioribus susелliis consident: ut vox loquentis ex ambone *super caput* auditorum feratur. Ergo non debent legere על ראש הציבור ex ambone, publice in Synagoga, *pauciores tribus*; inprimisque Ecclesiæ Minister *idoneus esse debet*, *qui* alta atque elata voce loquatur על ראש הקהל *super caput totius cœtus*. Ut autem sic nunc vertere animum inducamus, dictum parallelum Maimonidæ facit, ad Cod. *Megilla* l. c. כל אלו הם עיקרים בקריאת על ראש בני אדם. Ad verbum, *Hæc omnia sunt fundamenta in lectione super caput hominum*; simpliciter, *hæc sunt fundamenta lectionis publicæ*, vel *in publica lectione observanda*. Est itaque על ראש הציבור או על ראש הקהל nihil aliud quam על ראש בני אדם vel, uti alibi idem effertur, על ראש העם, *Jore deah* tit. CXLIV. §. 16. בני חכמים ותלמיד חכם בזמן שהרבים צריכים להם מפסיעין על ראשי העם ונכנסים למקומם: *Filii Sapientum*, *& Vir Doctus*, *si quando cœtus eorum opera indigeat*, *in*ce-

cedunt super capita populi, & pergunt ad locum suum. Megillah, fol. 27. 2. ולא פסעתי על ראש עם הקדוש *Neque incessi super capita populi Sancti*. Ad quæ *Buxt.* L. T. 1723. *Quando in scholis discipuli per distributos ordines in pavimentis ad pedes doctorum & præceptorum suorum sedebant, tunc serius veniens & classes illas circumiens, aut mediam aliquam invadens, videbatur per capita condiscipulorum suorum incedere*, &c. Vide & Cl. *Coccejum*, ad *Misch. Sanhedr.* Cap. IV. §. 4. Unde constat locis illis *Maimonidæ* non de *Archisynagogo* agi, sed de *Lectione & Oratione* quæ fit ex suggestu, *super capita cœtus* inferiori loco considentis.

XXIX. *Secundo* vero etiam ratio indaganda erit, quare titulus *Archisynagogi*, id est ראש הכנסת, hodie, inter Judæos adeo rarus & insusitatus sit, cum olim, stante templo & R. P. ipsorum, longe usitatior fuerit; uti cum ex Talmude facile colligitur, tum ex ipsa historia N. T. abunde constat, ubi τοῦ ἀρχισυναγώγȣ, vel ἄρχοντος τῆς συναγωγῆς frequens mentio occurrit, quemadmodum etiam longo tempore post apud Patres & J. C. Scilicet quæ aliarum omnium rerum fata sunt & vicissitudines, eadem quoque vocabulorum esse solent, inprimisque titulorum, qui aliquando mirum quanta incrementa sumunt. Ut verissime alicubi Horatius dixerit,

> *Multa renascentur, quæ jam cecidere; cadentque,*
> *Quæ nunc sunt in honore vocabula; si volet usus.*
> *Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.*

Id quod etiam *Archisynagogo* accidisse putamus.

XXX. Hunc nos supra evicimus plerumque etiam *Rectoris Academici* vice fungi, nec non aliquando etiam *litigantibus jus dicere*, vel saltem de *licito & illicito*, sive uti nunc vulgo loquimur, de casibus conscientiæ *respondere*. Ab his autem diversis muneribus, etiam nova nomina sortiuntur, audiuntque ראשי ישיבות *Capita* vel *Rectores Academiarum*, nec non אבות בתי דינים *Patres Præsidesve judiciorum*. Qui tituli cum nescio quid grandius sonent altero illo ראש הכנסת, hinc factum arbitramur, ut cum illos vulgo רב *Doctoris*, vel חכם *Sapientis* titulo ornarent, inde porro etiam *Professores*, & *Præsides judiciorum* appellarint. Nobis certe, quascunque Judæorum Synagogas lustravimus, quoscunque illorum Doctores salutavimus, nunquam quemquam ראש הכנסת *Archisynagogum* invenire contigit; sed vel *Rabb* aut *Chacham* solummodo, vel aliquando etiam אב בית דין *Collegii Judicum Præsidem*, seu *Patrem*, nulla ne levissima quidem *Archisynagogi* mentione facta. Et cum jam ante biennium, & quod excurrit, Francofurti cum *Simeone Leone*, Medico, doctissimo humanissimoque viro essem, & de Synagogæ illius conditione & Gubernatione conferrem, præter cæteros etiam *Abb beth din* commemorabat; *Archisynagogum* vero, tanquam is nullus in Synagoga esset, prorsus omittebat.

XXXI. Sed de hoc *Abb beth din*, *Præside Senatus*, paulo fusius agendum erit; nam de *Professore* hic multa dicere nihil attinet. Notum itaque est, ut in summo illo totius populi Judicio & concilio LXX. virali præ cæteris omnibus tres excelluerint singulari auctoritate & dignitate conspicui, נאיש *Princeps*, אב בית דין *Præses Senatu*, & חכם *Sapiens*. Hi qui fuerint non melius explicare poterimus, quam illis Hebræorum verbis, quæ Cel. *Coccejus* ex *Horajoth* produxit, ad *Sanh.* Cap. IV. §. 4. היה הוא הנשיא בעל הדרשה ומלמד תורה ברבים: *Nasi seu Princeps, qui interpretandæ publice legis auctoritatem habet.* אב בית דין גדול הוא שבדיינין שהדינין נפסקין על פיו: *Pater Senatus is Judicum antecessor, cujus ore lites deciduntur.* חכם הוא גדול שבחכמים שנושאין ונותנין עמו בהלכה ויודע טעמי תורה ויושב לשמאלו של נשיא: *Sapiens is dicitur, qui inter Doctores præcellit, cum quo de agendis communicatur, peritus sensuum & rationum legis &c.*

XXXII. *Præsidis* itaque maxima auctoritas erat in controversiis decidendis, qui primus secessionem faciebat, & in cujus sententiam cæteri fere pedibus ibant: *Sapientem* vero de jure consulebant, & sensu legis divinæ, atque iis, opinor, quæ universi populi mores, & Rempublicam spectarent. Adeo ut hi duo quodammodo cum Syndicis comparari posse videantur, qui in Belgio vulgo *Pensionarii* dicuntur, (quibusdam Advocaten/Raadsheeren;) quos oppidani Magistratus in Frisia, si quando in causis civilibus sententiæ sint ferendæ, consulunt; alibi vero etiam in gravissimis civitatis, Reive publicæ negotiis, in consilium solent adhibere. Ut autem illi in supremo illo senatu dicuntur fuisse, ita iidem vel similes etiam in minoribus locis esse potuerunt, vel forte etiam debuerunt. De quo quicquid credere lubeat; illud negari non potest, sequentibus temporibus fuisse & etiamnum in Synagogis esse, qui *Patres Senatus* audiant,

diant, etsi longe alia hodiernorum ratio sit, quam Veterum fuerit, neque hodie etiam eadem ubique consuetudo observetur. Nam cum quibusdam locis judicia exerceant, alibi id iisdem non permittitur. Sic sane Francofurti *Abh beth din*, (verba sunt *D. Simeonis Leon*, ex cujus ore hæc olim scripta nunc referimus) *litigantibus jus non dicit*, *sed tantum de licito & illicito*, *immunditie* &c. *pronunciat*: Sunt enim ibi alii juri dicundo præfecti, דיינים scilicet, *Judices*, qui sex sunt numero, neque tamen omnes simul, sed per vices bini vel terni hoc munere funguntur. Alibi vero *Abh beth din* etiam jurisdictionem exercet, uti nuperrime ex *Buxtorffio*, & *Leone Mutinensi* intelleximus. Et hujus generis omnes illos esse existimamus, qui Principum quorundam indultu in Germania, ubi Judæis in causis plerisque, quæ tam ad forum, & leges, ac jura ipsorum, quam ad superstitionem pertinent, suo jure vivere datur, per integras regiones causas cognoscunt, & quasi Prætores Provinciales jurisdictionem habent; quique, uti Cl. *Buxtorffius* ait, *a certis quibusdam districtibus & territoriis stipendia accipiunt*. Atque ita novimus R. *Meir Francfurter*, Clarissimum Doctissimumque Virum, qui aliquot abhinc annis in Clivis *Abh Beth din* fuit, inde Confluentes esse evocatum, ubi Judæis per universum Archiepiscopatum Trevirensem dispersis jus dicit.

XXXIII. Atque ita jam a multis retro seculis inter exsules Judæos obtinet, ut summi populi Doctores etiam Judices agant. Sic in *Kabbala R. Abrahan Ben dior* fol. 29. col. 1. f. de R. *Nathane* legimus, qui Cordubæ in Hispania דיין *Judex* fuerit, & simul *Academiæ Doctor*: cui sese utroque munere sponte & generose abdicanti, in utroque etiam successit *R. Moses*, qui cum ab Ismaelitis captus & Cordubæ venditus esset, præclaris summæ eruditionis speciminibus publice editis, suadente atque anitente ipse R. *Nathan*, cœtus Cordubensis Judex & Professor est creatus. Historia prolixior est, quam ut eam adscribere lubeat. Contigit autem illud tempore *Rabb Scheriræ Gaon*; Ita enim idem *R. Abraham* l. c. col. 2. ודבר זה היה בימי רב שרירא גאון קרוב לשנת ארבע אלפים תשנ׳ הן פחות מעט: *Contigit hæc res tempore Rabb Scheriræ Gaon*, *circa annum plus minus quater millesimum septingentesimum & quinquagesimum*, id est ex, nostro computo nongentesimum & nonagesimum. Sed & multo ante idem in Babylonia obtinuit, ubi controversiæ pleræque omnes ad Rectores Academiarum Soranæ & Pumbedithanæ mittebantur, & ab iisdem decidebantur, uti prolixe narrat R. *Abraham Zachuth* in *Juchasin*, fol. 125. col. 1.

XXXIV. Cum itaque *Archisynagogi*, præterquam quod sacra moderantur in Synagogis, etiam Academiis & judiciis præesse soleant, qui insignes sane dignitatis gradus sunt: facile est cogitare, illos relicto altero illo titulo novos adscivisse, ut jam in celebrioribus Synagogis non amplius ראשי כנסיות *Archisynagogi*, sed potius אבות בתי דינין *Supremi Præsides judiciorum*, & ראשי ישיבות *Rectores Academiarum* appellentur. Ac cum horum posterior frequens sit in inscriptionibus librorum, ubi sæpe ריש מתיבתא פלוני *Rector Academiæ N.* occurrit, tum utrumque conjunctum invenimus in Censuris & Privilegiis præcipuorum utriusque Germaniæ & Poloniæ Doctorum, præmissis Libro *Schylchan Aruch*, a *R. Mose Ribka* Amstelodami edito, anno 1661. Unde hodiernos Archisynagogorum titulos cognoscere non injucundum erit.

XXXV. Ac generalis quid horum Privilegiorum titulus ita habet: הסכמות ונזירות חכמי רבני גאוני קהלות קדושות גלויותינו אשר דברו בשבח הספר הזה והסכימו שלא ידפס במשך י׳ שנים הבאות עלינו בשלום: *Approbationes & decreta Sapientum*, *Magistrorum*, *atque Excellentissimorum Doctorum Sanctarum Ecclesiarum nostrarum in exilio*; *qui hunc librum laudarunt*, *& communi consilio decreverunt*, *ne quis illum per decem primos annos*, (*quos in pace transigamus!*) *recudat*. Singularum vero literarum inscriptiones hos Sapientum titulos præ se ferunt. הסכמת ונזירות חכמי רבני ונאוני הקהלות הקדושות אשר באמשטרדם: *Encomium* & *Privilegium Sapientum*, *Magistrorum*, *& Excellentissimorum Doctorum Sanctarum Synagogarum Amstelodamensium*. Erant hi ex Lusitanis *Isaac Abuhabh*, *Moseh Raphael de Aguilar*, & *Isaac Nahar*; ex Germanis vero *Iitzchak Eisak*, & *Berachias Berech* hujus filius: quorum judicio etiam subscripserant Rabbini Livornenses. Rursum הסכמת ונזירת הרב הגדול הגאון מוה״ר מנחם מענדל ריש מתיבתא ואבות בית דין בקהל קדוש פראנקפורט יע״א: *Judicium & privilegium Magnifici atque Excellentissimi Doctoris*, *Magistri Nostri Clarissimi*, *Menachem Mendel*, *Rectoris Academiæ*, *& Præsidis Senatus in Sanctissima Synagoga Francofurtensi*, *quam D. O. M. salvam esse velit!* Sic porro, *Approbatio Excellentissimi Maximique Viri*, *Doctoris Nostri Clarissimi*, *Jehosuæ Esil*, Re-

Rectoris Academiæ Senatusque Præsidis, *in Sancta Ecclesia Cracoviensi*, *&c.* Ut & *Clarifs. Excell. Viri*, *D. Arjeh Lebb*, *Rect. Acad. & Præf. Sen. Sanctæ Synagogæ Viennensis &c.* itemque *Viri Excellentifs. M. N. Gersom Askenasi*, *Rect. Acad. & Præf. Sen. in S. S. Nicolaiburgensi*. In quibus omnibus iidem omnium Doctorum tituli recurrunt. Ut & in illo diplomate Doctorum Polonicorum, quod in Veneranda Synodo Jaroslaviæ ex præcipuis Poloniæ partibus coacta, in eundem finem concesserunt. Est enim illud הסכמת וגזירת הרבנים הגדולים הגאונים ומורי צדק אב בית דין וראשי ישיבות דארבע ארצות אשר במדינת מלכות פולין שנתוועדו בוועד הקדוש ביריד יערסלב.

XXXVI. In his tituli præter ordinaria encomia *Virorum Clarissimorum & Excellentium*, nulli alii occurrunt, quam *Præsides Senatus* & *Professores Academiarum*, iidemque in postremo etiam *Doctores justitiæ*. Qui cum porro etiam soli Synodum constituant, in qua de gravissimis nationis suæ negotiis deliberant, vel præcipuas in illa partes agant, manifestum esse existimamus, nullos alios istis titulis designari quam quos olim ראשי כנסיות *Archisynagogos* appellabant. Et si quid decernendum, quos integras quasque Synagogas obliget; cujus contemtus atque transgressio excommunicationis reatum inferat, & diris omnibus subjiciat: a quo alio potius illud decernatur, quam ab illo qui totius Synagogæ Princeps est & audit? Cum itaque *Archisynagogi*, inprimisque illi qui celebrioribus Synagogis præsunt, alia quoque nomina ab aliis angustioribus muneribus sint sortiti, antiquum illud in desuetudinem abiisse videtur, vel certe sequentibus temporibus, inprimisque hodie, quam rarissime usurpari.

XXXVII. Quod vero cum Cel. *Buxtorffio* & *Leone Mutinensi* diximus, *Archisynagogum* etiam *jus dicere*, & *Academiæ Rectura fungi*; id omne, & quicquid aliud ejus generis esse potest, cum grano salis est accipiendum, & uti Hebræi passim monent, הכל לפי מנהג המקום *unumquodque pro more & ratione loci*. Neque enim adeo immemores sumus eorum, quæ modo ex ore Cl. Doct. *Simeonis Leon* narravimus de *Abb Beth din* Francofurtensi; aut adeo hospites in Synagoga Amstelodamensi; quin sciamus, Archisynagogum alibi jus non dicere, alibi vero etiam ne quidem Academiæ præesse. Cujus posterioris rei exemplum hoc tempore Amstelodami cernitur, ubi Chacham *Isaac Abuhab*, Vir annis meritisque gravis, Chacham *Sasporta* illi munere Academico suffecto, nunc tantum in Synagoga summum Antistitem agit, cum olim etiam Academiæ recturam gereret.

XXXVIII. Dum hæc jam a typothetis adornata relegimus atque emendamus, aliud agentes insignem locum de *Archisynagogo* apud Cel. *Buxtorffium* offendimus, quem ubivis potius exhibere maluimus, quam negligere: facit enim mirifice ad confirmationem & illustrationem eorum, quæ hactenus cum ex eodem *Buxtorffio*, tum aliunde in medium produximus. Est is *de Abbreviat. Hebr.* pag. 115. ubi de origine tituli *Morenu* sequentia in rem nostram scribit. *Ferunt occasionem hujus tituli fuisse consuetudinem Christianorum, qui Doctrinæ laude excellentes viros suos promoverunt in Doctores. Inde Judæi voluerunt etiam inter se Doctores habere, qui supra alios Rabbanim seu Magistros eminerent. Sic* מורה vel מורנו Morenu *creatus fuit, qui* Rabbi *antea erat, ut reliquorum Rabbanim sive magistrorum caput esset, & Synagogæ rector, prætor, ac judex summus, judicandi ac puniendi jus habens*. Ecce rursum Morenu hunc reliquorum *Magistrorum caput*, i. e. ראש ישיבה, eundemque *Rectorem Synagogæ*, i. e. ראש הכנסת, & denique etiam *Prætorem Judicemque* summum, id est אב בית דין, Quo testimonio nullum aliud luculentius desideramus.

XXXIX. Possemus hic jam manum de tabula, & relicto *Archisynagogo* ad *Presbyteros*, seu reliquos *Synagogæ Gubernatores* transire, nisi manum moramque nobis injicerent, qui Archisynagogo *Sudarium* vel vexillum obtrudunt, quo jactato signum det, si quando populus debeat ad preces respondere *Amen*. Quod cum *Chazanis* sive *Custodis* fuerit, & a dignitate Archisynagogi alienissimum; ab hoc vilissimo officio illum vindicandum censemus: quo amiciorem in posterum habeamus, si quando nobis consilio auxiliove illius in accuratiore Synagogæ perlustratione opus sit futurum. Id quod Archisynagogo jam investigato tertium & ultimum erit, quo expedito nos ad reliquos, qui aliquod munus in Synagoga gesserunt, conferemus.

XL. Nimirum *Angelus Caninius* locum ex Cod. *Succa* notarat, ubi הממונה *hamemunneh* dicitur sudarium circumegisse, ut populus responderet *Amen*. Hunc הממונה Vir Doctissimus *Synagogæ Præfectum* interpretatur; qui quia sudarium movisse dicitur, *alii* hinc singulare quoddam *Archisynagogi* officium ex-

exsculpunt. Verba textus Hebræi ita habent: בימה של עץ באמצע וחזן הכנסת עומד עליה לקרות בתורה והיה הממונה מניף בסודרין והם עונים אמן: Quæ sic vertuntur: *Suggestus ligneus in medio erat, & Lector Synagogæ in eo stabat ut legem recitaret. Porro Synagogæ Præfectus sudarium circumagebat, & illi Respondebant: Amen*. Ex hoc itaque loco *Alii* duplex Archisynagogi officium circa preces in Synagoga fusas quam evidentissime constare arbitrantur, siquidem Archisynagogus & (1.) *agitare sudarium* debuerit, & (2.) *primus respondere Amen*, (quod utrumque ex hoc loco curate notandum putant) ita ut cœtus ad *agitationem Præfecti*, illiusque *vocem Amen* responderet.

XLI. Sed quam hæc inepta sint, si de *Archisynagogo* accipias, cum illa docent, quæ novi hujus officii inventores ipsimet sibi ex *Elia Levita* objiciunt, tum locus parallelus Codicis Babylonici, ubi data explicatio vocis הממונה satis clare refutatur. Est is Cod. *Succah* cap. v. in Gem. ad Misch. 2. fol. 51. col. 2. in descriptione amplissimæ & splendidissimæ illius Synagogæ Alexandrinæ: ובימה של עץ באמצעותה וחזן הכנסת עומד עליה והסודרין בידו וכיון שהגיע לענות אמן היה מניף בסודר וכל העם עונין אמן ולא היו יושבין מעורבין אלא זהבין בפני עצמן וכספין בפני עצמן ונפחין בפני עצמן וטרסיין בפני עצמן וגרדיין בפני עצמן וכשעני נכנס שם היה מכיר בעלי אומנותו ונפנה לשם ומשם פרנסתו ופרנסת אנשי ביתו: *Et in medio ejus suggestus ligneus erat, in quo custos Synagogæ stabat, & sudarium in manu ejus; & cum eo pervenisset, ut respondendum esset Amen, sudarium agitabat, omnisque populus respondebat Amen. Non sedebant autem ibi promiscue, sed aurifabri soli, & argentarii soli, ferrarii item, ærariique & textores soli. Et si quis pauper ingrederetur, agnoscebat illico viros opificii sui* (ejusdem artis vel opificii cultores) *& ad illos sese recipiebat, a quibus ipsi & universæ familiæ alimenta liberaliter suppeditabantur*.

XLII. Priusquam vero rem ipsam aggrediamur, non possumus, quin ἐν παρόδῳ examinemus observationem, quam *alii* ex hoc loco eruunt, ad illustrationem dicti illius *Jac.* II. 2. ubi Apostolus προσωποληψίαν primorum Christianorum increpat, quam simul cum Synagoga a Judæis retinuerint, idque quia sedilium discrimen cum quorundam fratrum contemtu ita curiose observabant. Id quod quam accuratissime illi, quem modo produximus, loco respondere putant, ceu ex quo evidentissimum sit, veteres Synagogas distinctissimis instructas fuisse subselliis pro cujusque dignitate & artificio, ita *ut pauperibus nullus pene relictus sit locus*. Ita alii de horum locorum parallelia existimant, quam libenter fatemur tantum abesse ut videre queamus, ut potius contraria omnia hic animadvertamus, atque adeo δὶς διὰ πασῶν putemus differre.

XLIII. Agitur quidem utrobique de ingressu pauperis in Synagogam, & sic hactenus conveniunt: sed in modo excipiendi plane differunt. Nam in Synagoga *Jacobi*, cum ditioribus locus monstraretur, ubi molliter considerent, pauper stare jubebatur, vel in suppedaneo locum capere: In *Alexandrina* vero pauperes non exspectabant, donec alius locum monstraret, sed ad suæ quisque artis cultores, incertum quo signo cognitos, sese conferebant, & locum inveniebant. Nam quod negligentius habiti sint, a subseliis eorum, ad quos sese recipiebant, rejecti, vel stare aut in suppedaneo sedere jussi, illius in hoc textu nec vola nec vestigium apparet. Fuit quidem amplissima illa ædes quadam subselliorum varietate distincta, sed absque ullo fratrum tenuiorum contemtu, nulla dignitatis ratione habita, sed tantum ordinis & utilitatis.

XLIV. Habent id celebriores urbes, ut in dies adveniantur, quæ ad meliorem ordinem faciant, & commodum civitatis. Quemadmodum igitur in Amstelodamensi florentissimæ urbis foro sua mercatoribus loca assignata, ac tandem etiam numeris distincta videmus; quomodo etiam qui hospites in urbe sunt, quemcunque conventum volunt, quam facilime investigant, quoniam sui quisque generis hominibus sese aggregat: ita etiam in celeberrima illa Synagoga Alexandrina loca & subsellia discreta fuere. Id quod nemo mirari debet in ea urbe factum, quæ cum civium inprimisque Judæorum frequentia, tum artium omnium scientiarumque studiis florentissima,

> —— *tantum alias inter caput extulit urbes,*
> *Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

Quid quod in ipso illo subselliorum discrimine nullus Alexandrinorum factus elucet, etsi cætera omnia sic satis ad ornatum & pompam erant composita; sed provida eorundem in pauperes cura perspicitur, siquidem a peregrinis agniti & appellati, iisdem liberaliter de victu cæterisque necessariis prospiciebant.

XLV. Neque vero minus mirari ſubit, illuſtrationem loc. cit. ex conſtitutione Scholæ Alexandrinæ peti; ſiquidem illa non tantum reſpectu artificioſæ ſtructuræ, atque pretioſiſſimorum ornamentorum, a cæteris diverſa fuerit, ſed inprimis amplitudine, quæ tanta erat, ut ingentem Judæorum multitudinem, quæ Alexandriæ erat, capere poſſet: unde aliud novum diſcrimen ſequitur, ratione ſubſelliorum, quibus ſingula collegia inter ſe erant diſtincta. Nam cæteræ omnes Synagogæ, quæ alibi fuerunt, illo modo diſcretæ fuiſſe nuſquam, quod ſciam, leguntur. Cujus rei non difficile eſt rationem reddere, quod ubi magna eſſet hominum & variorum opificum frequentia, ibi non omnes in unam ſcholam convenirent; ſed qui vel eandem artem exercebant, vel ex una & eadem provincia oriundi erant, peculiarem & a reliquis ſecretam Synagogam frequentarent. Id quod vel ex hiſtoria Apoſtolorum notum eſt, in qua cap. VI. 9. & *Libertini*, & *Cyrenæi*, & *Alexandrini*, & *Cilices*, & *Aſiatici* Hieroſolymis ſuas ſinguli Synagogas habuiſſe leguntur: ad quas procul dubio ſeſe contulerunt, qui ratione ſoli natalis ad eorum aliquos pertinebant. Sed & qui ejuſdem artis erant, peculiares Synagogas habebant. *Megill.* cap. בני העיר. Initio *Gemaræ* ad §. 1. אמר רבי יהודה מעשה בבית הכנסת של טורסיים שהיה בירושלים ומכרוהו לר' אליעזר ועשה בו כל צרכיו: *Dixit Rabi Jehuda: Exemplo eſt Synagoga Ærariorum* (*R. S. Jarchi* צורפי נחושת) *quæ fuit Hieroſolymis, quam vendiderunt R. Eleſeri, qui omnia ſua negotia in ea peregit*. Quæ Synagoga *Ærariorum* procul dubio illa ipſa eſt, quæ Act. VI. 9. *Alexandrinorum* dicitur. Vide *Lightf.* ad l. c. & *Cent. Chorogr. Matthæo præmiſſa*, cap. XXXVI. Cum itaque alibi diverſa hominum genera non diſtincta in una Synagoga ſubſellia habuerint, ſed Synagogas ipſas diverſas; apparet, quam belle argumentum ab eo, quod ædi Alexandrinæ prorſus ſingulare fuit, ad reliquas omnes Synagogas procedat.

XLVI. Sed ut e diverticulo in viam redeamus, ex lectione Codicis Babylonici ipſa luce meridiana eſt manifeſtius, non *Archiſynagogum* illum eſſe qui ſudarium movit, ſed חזן *Chazanem*, *Cuſtodem* Synagogæ, Archiſynagogo immane quantum inferiorem. Dubitas adhuc, aut lectionem ſollicitare lubet? audi modo *Jarchium* ad h. l. חזן הכנסת שמש הציבור *Chazan bakkeneſeth*, *id eſt*, inquit, *famulus cœtus*. לענות אמן שהיה שליח שלפני התיבה נומר ברכתו והן לא היו יכולין כולן לשמוע קולו: Ad reſpondendum Amen. *Quod Miniſter* (cœtus) *qui eſt ante pluteum, abſolveret benedictionem ſuam, neque omnes vocem ejus poſſent audire*. Et adde *Eliam Levitam*, in Tisbi, voce *Chaſſan* אבל מצאתי ששליח הציבור ר"ל שמש הקהל נקרא חזן כאמרם החזן היה מניף בסודר *Sed inveni*, inquit, *Legatum cœtus, id eſt, famulum cœtus vocari* חזן, *ut cum dicunt R. N. Chaſſan movebat ſudarium*. Quem locum, vel phraſeologiam, non eſt cur alibi ſollicite quæramus, quam in *Succa*, l. c. quo *Eliam* reſpicere vel inde liquet, quod textum ipſum, ne minimo quidem apice mutato, deſcribat: nec deſcribat modo, ſed, quod nos jam præcipue ſpectamus, etiam explicet. Explicat autem ita, ut non *Archiſynagogum*, ſed *Famulum*, infimi ordinis in Synagoga miniſtrum, ſudarium agitaſſe dicat.

XLVII. Etſi vero hæc evidentiora ſunt, quam ut a quoquam ulla ſpecie negari poſſint, nondum tamen alterius ſententiæ patroni ſibi ſatisfactum putabunt; ceu qui lautam hanc provinciam inter ſummum Synagogæ Principem, ejuſdemque infimum miniſtrum, nobile ſc. & bene compoſitum par Collegarum, malint dividere, quam *Chazani* in ſolidum relinquere: non obſtante eo, quod Hebræi illam huic ſoli in ſolidum adſignant. Operæ itaque pretium fecerimus, ſi Archiſynagogum hoc onere prorſus liberemus. Hanc in rem vero ipſum fundamentum alterius illius ſententiæ convellendum erit, & vox ממונה diligentius excutienda, quam Viri Docti *Præfectum* reddunt, in qua tantum roboris eſſe arbitrantur, ut *alium quam Synagogæ Præfectum intelligere nefas eſſe dictent*.

XLVIII. Hic itaque pedem, quod ajunt, conferamus, & videamus, quænam vera & genuina hujus vocis vis ſit. Dubium vero non eſt, quin ממונה *Præfectum* notet, id eſt, illum qui alicui negotio curando eſt præpoſitus. מנה enim, vel Chald. מני eſt *conſtituere*, *creare*, negotio alicui *præficere*, uti cum apud *Buxt. Lex. Talm.* col. 1222. videri poteſt, tum ſequentibus exemplis evadet manifeſtum. Obſervanda autem ante omnia eſt varia hujus verbi conſtructio, atque inde diverſus ejuſdem uſus.

XLIX. Invenitur itaque aliquando abſolute poſitum cum ſequente accuſativo, aliquando interveniente præpoſitione על *ſuper*, ל *in*, vel תחת *loco*. Chaldaiſmi exempla ex *Buxtorffio* hæc ſunto. Dan.

11.

II. 24. די מני מלכא , *Quem constituerat Rex*. Dan. III. II. די מנית יתהון *Quos constituisti*. Deut. XVII. 15. מנאה תמני עלך מלכא די יתרעי יי אלהך ביה מנו אחך תמני עלך מלכא לית לך רשי למנאה עלך גבר נכראה די לא אחוך הוא : *Constituendo constitues super te Regem, quo Dominus Deus tuus delectabitur* (vel *quem elegerit*, nam tam pro Hebr. בהר adhibetur, Gen. VI. 2. quam pro רצה vel חפץ, uti alibi passim) *e medio fratrum tuorum constitues super te Regem. Non erit tibi facultas constituendi super te virum Peregrinum, qui non sit frater tuus*. Ubi etiam על accedit, עלך *super te*, quemadmodum etiam commate præcedente legitur: ותימר אמני עלי מלכא *Et dixeris, constituam super me regem*. Sic cum ל, Psal. 45. 17. תמנינון לארכונין *Constitues illos Principes*. Psalm. 110. אתמנא לדיין על עממיא *Constitutus est Judex* (proprie *in Judicem*) *super populos*. Et alio usu Hos. I. II. וימון להון ריש חד: *Et præficient sibi caput unum*. Exempla vocis cum תחת constructæ ibidem non occurrunt, quæ tamen frequentia sunt apud Rabbinos, cujus generis plura infra producemus. Nunc duo hæc sufficiant. *R. Schelomoh ben Addereth*, in Q & R. §. 300. f. כי לפי מה שאני רואה ממנהגי איתן המקומות הבנים מתמנים מדעת הציבור חזנים תחת האבות : *Nam quantum ego ex receptis horum locorum moribus perspicere possum, filii constituuntur consensu universi cœtus Ministri Synagogæ loco patrum. R. Mordechai Japhe, Orach chaij*: tit. LIII. §. 6. אפילו שאחר ממונה אלא שממנה זה תחתיו להתפלל במקומו לעתי' ידועי' וגו' : *Etiam cum est aliquis Minister, sed qui constituat alterum loco suo, ut certis temporibus pro ipso oret*.

L. Sed & illud præterea notandum venit, quando cum על conjungitur, aliquando sequi nomina hominum, quorum aliquis Princeps constituitur, aliquando vero etiam nomina rei. Illius generis exempla sunt Chaldaica pleraque, quibus ex Talmude & Rabbinis nunc illud accedat, quod etiam infra sæpius repetendum erit; ת״ח הממונים על הציבור . והראויים להמנות על הציבור . ושאבותיהם היו ממונים על הציבור *Viri Docti qui præfecti sunt cœtui; digni qui præficiantur cœtui; & quorum Patres quondam cœtui præfecti fuerunt*. Hujus vero exemplum illud esto, quod in *Schulchan Aruch* legitur, *Orach chaij*: Tit. LIII. §. 26. קהל שנהגו למנות אנשים על צרכי הציבור לזמן ובהגיע הזמן יצאו אלו ויכנסו אחרים בין לחזן בין לקופה של צדקה בין לשאר מנויין הצריכין לציבור וגו' *Si cœtus quosdam soleat ad tempus præficere negotiis universitatis, atque illo elapso his officio decedentibus alii in illorum locum succedant, sive ad Ministerium Synagogæ, sive ad Cistam Eleemosynariam, sive ad reliqua necessaria Synagogæ munia procuranda &c.* Ubi varios vides non cœtui, sed *negotiis* cœtus *præfectos*. Quemadmodum cap. v. *Schek*. §. I. complures *præfecti* leguntur in templo, non hominum, sed certarum rerum.

LI. Unde quivis facile intelligit, quid notet quæ hinc derivatur vox ממונה, nempe eum, qui cujuscunque negotii procurationi est præfectus, ut munus aliquod publicum administret. Unde adeo etiam nulli dubitamus quin ipsum Latinum *Munus* sit derivatum, quatenus illud significat *officium cujuscunque hominis, ex quo commodum ad universos singulosque cives, remve eorum pervenit*; voce *officii* latius accepta, non tantum de *munere publico* & *honore*, sed etiam de *ministerio viliori*. Quemadmodum eadem vox *Munus* etiam alteram illam significationem *doni* ab Hebræa origine mutuatur, quoniam מנה *donum* notat: pariterque Græcum μνᾶ, & *Mina*, ab eadem radice derivantur. Sed hæc ἐν παρόδῳ. *Memunneh* itaque eum significat, qui *Munus* quodcunque administrat, sive cum dignitate aliqua, sive absque illa; sive suo nomine, sive etiam alterius, cujus aliquando vices gerit. Latine *Præfectum* dixeris, vel si cui hæc vox strictioris usus videatur, *Officialem*, qui Juris Consultis non tantum venit pro *Rectore Provinciarum*, *Præside*, *Gubernatore &c.* sed & pro *Vicario*, & *Ministro*, sive *Apparitore magistratuum*. Vide sis *Lex. Jur. Calvini*.

LII. Cum itaque vox ממונה adeo latæ sit significationis, vel ex addita aliqua voce, vel ex ipsa materia, de cujusque loci sensu judicium est faciendum. Sic in Synagoga *Seniores*, sive Rectores, dicuntur ממונים על הצבור *Præfecti cœtui*, Magistratus. In templo Sacerdos secundus simpliciter ממונה appellatur, non quod summus templi Præfectus esset, uti quidam existimare videntur, sed quod vicariam summo Sacerdoti operam præstaret. Hanc nominis hujus rationem *Bartenorius* reddit, ad Cod. *Sanh*. cap. II. §. I. הממונה הוא הסגן שהוא ממונה לעבוד תחת כ״ג אם יארע פיסול בכ״ג ביום הכיפורים: Hamemuneh *hic est Segen, quia* (vel, si malis, *qui*) *constitutus est, ut sacra faciat loco summi Sacerdotis, si quando summo Sacerdoti aliquod vitium die expiationis* ob-

obtingat. Reddit, inquam, *Bartenorius* hic rationem, quare ממונה appelletur, uti disertis verbis testatur *R. Jom Tobb* in *Tosaphoth*, ad Cod. *Joma*, cap. III. §. I. הממונה פי׳ הר״ב הוא הסגן וכן פירש רש״י והטעם שנקרא ממונה פי׳ הר״ב ברפ״ב דסנהדרין Hamemunneh. *Rabi Bartenora exponit per Segen. Eodemque modo jam ante ipsum explicuerat R. S. J. Rationem vero, cur* (*Segen*) Memunneh *appelletur, idem Bartenora reddit ad initium cap.* II. *Sanhedrin*. Sed & alii complures in templo ממונים *Officiales* fuerunt. *Schekal.* cap. V. §. I. אלו הן הממונין שבמקדש יוחנן בן פנחס על החותמות אחיה על הנסכים וגו׳ *Hi erant Officiales Templi, Jochanan Pineasi F. præfectus erat sigillis: Achias libaminibus, &c.* vide reliqua ibidem, & adde *Lexicon Ottonis*, pag. 424. f.

LIII. Cum itaque omnes illi vocentur ממונים, cave, Lector, vocem hanc, quando alicubi simpliciter legitur, de *summo Templi Præfecto* accipias. Nam de quovis alio accipi nos commentarii Hebræorum docent. Sic etsi *Jarchius*, *Bartenorius*, & *Jom Tobb* vocem הממנה, *Joma*, cap. III. §. I. de *Vicario* summi Sacerdotis explicant, iidem tamen alibi de alio interpretantur. Sic *Ibid.* cap. II. §. I. ad illud הממונה אומר להם, *R. S. Jarchi* addit הממונה על הפייסות *Præfectus sortibus dicebat ad omnes.* Eodemque modo *Bartenorius*. *R. Jom Tobb* vero ad *Jom* cap. III. §. I. alios esse testatur, qui illum *Memunneh* non de *Sacerdote secundo* accipiant, sed de eodem *sortibus Præfecto*. ותוספות בפ״א דמנחות דף ק׳ דחו זה הפירוש וכתבו ממונה אחר היה ושמא היה זה שהוא ממונה על הפייס׳ דמקרי ממונה סתם ע״כ. *Et auctor Additamentorum ad cap.* XI. *Cod. Menachoth, fol.* 100. *refutat hanc explicationem, scribitque hunc alium Præfectum fuisse, & forte illum, qui sortibus præfectus erat, quem etiam absolute* Memunneh *appellare solent. Hactenus ille*. Sic & *R. Nathan* in *Aruch* ad vocem פקיע, quod est *Jom.* fol. 23. col. I. m. לוקה מן הממונה בפקיע *Vapulat a Præfecto scutica*; ita explicat; ופירוש הממונה בפקיע הממונה להכות בזה הפקיע: *Qui præfectus est*, (vel *constitutus ad id*) *ut cædat illa scutica*. Sc. vocem generaliorem ex præsenti argumento restringit.

LIV. Imo vero etiam illi, qui minima quæque officia in templo obibant, aut artem quamcunque exercebant; ממונים dicuntur, loc. cit. *Schekalim*, Janitores sc. Pistores, Aromatarii, ut & qui velis templi præerant, & vestibus Sacerdotum. Quorum omnium munus nemo temere *magistratum* existimaverit, sed tantum *templi ministerium*.

LV. Quæ cum ita sint, nemo negare poterit, titulum הממונה *hamemunneh*, *Chassani*, sive *Custodi* Synagogæ convenire, quandoquidem certis quibusdam negotiis in Synagoga procurandis æque *præficiatur*, ac quivis illorum, qui in templo ממונים *Præfecti*, vel *Officiales* dicebantur. Vox מנה certe frequentissime de eo usurpatur, cujusmodi locorum infra abunde producemus, cum de חזן & ש״צ ex professo agemus; & hic nunc repeti possunt, quæ modo §. XLVIII. ex *R. S. B. A.* & *R. Mordechai Japhe* depromsimus.

LVI. Sed parum præstiterimus hæc omnia congerendo, nisi testibus omni exceptione majoribus probatum demus, *Custodem* nostrum etiam sæpe simpliciter ממונה *Memunneh*, *Præfectum* vel *Officialem* appellari. Nam etsi lectione & auctoritate Codicis Babylonici, (qui ab omnibus ubique Judæis Hierosolymitano semper multis modis est prælatus, & propter exemplorum copiam, usumque quotidianum, librariorum mendis minus est fœdatus, cum quotquot jam Hierosolymitani sunt editiones, uti nobis certissimis argumentis constat, ex corruptissimis codicibus manarint) & testimoniis gravissimorum auctorum, inprimisque *Alphesi, ex Additamentis* ejus ad Codicem *Joma*, alteram lectionem facile poteramus refutare; tamen & lectori nostro gratius facturos speramus, & rem ipsam melius exposituros, si titulo *Hamemunneh* Custodi Synagogæ asserto, amicum utriusque Codicis consensum demonstremus.

LVII. Atque hanc in rem disertum est, quod legitur in *Lebhusch*, Part. I. Tit. LIII. §. 6. *Non constituunt quemquam ordinarium cœtus ministrum, nisi cujus mentum jam barba vestiatur; idque ob honorem cœtus. Quod si mentum ejus nondum barba sit vestitum, etsi jam produxit duos pilos, tamen non constituunt illum* (Ministrum.) אפילו יש אחר ממונה אלא שממנה זה תחתיו להתפלל במקומו לעתים ידועים כדי להקל מעליו התפלה הרי זה גם כן מקרי ממונה ואין ממנין אותו גם לזה מפני כבוד הציבור: *Et si vel alius* (aut potius אחר *aliquis*, ordinarius) *sit Memunneh, sed qui hunc* (Juniorem) *in locum suum substituat, ut certis temporibus pro ipso preces dicat, atque eum sublevet,* (*nam ecce etiam hic vocatur Memunneh*) *tamen ne quidem id illum adhibent* (ut vicariam ordinario operam præstet,) *propter honorem cœtus* &c. Viden' Ministrum cœtus hic abso-

absolute *Memunneh* dici, neque illum tantum, sed etiam vicarium ejus, qui ab ipso *Ministro* legitur, ut vices ejus suppleat? Eodem modo *Tur. Or. Ch.* §. LIII. f. 45. col. 2. Ubi etiam hoc in fine pag. additur ex *Responsionibus Rabbenu Ascher*, כי זה נקרא חזן קבוע שמנוהו להתפלל אף על פי שיש אחר שהוא ממונה וגו': *Nam hic vocatur* Custos ordinarius, *quem constituerunt orandi causa: Non obstante eo quod sit alius, qui etiam sit* Memunneh, *nimirum extra ordinem &c.*

LVIII. Ac ne cui scrupulum injiciat, quod hisce locis proprie non de *Custode Synagogæ* agitur, sed de *Angelo Ecclesiæ*, quem infra ab illo diversum fuisse ipsimet ostendemus; sciendum est, nomina hæc apud posterioris ævi scriptores etiam præstantissimos sæpe confundi, adeo ut hic *Angelo Ecclesiæ* nomen detur, quod alias erat *Custodis*. Id quod vel postremo loco ex verbis *Rabbenu Ascher* abunde patet, ubi loco ש״צ *Angeli Ecclesiæ*, qui proprie is est qui preces dicit, continuo recurrit חזן *Custos*: unde firmiter concludere licet, quemadmodum *Angelo cœtus* ordinarium idemque usitatissimum *Custodis* nomen datur, ita eidem etiam alterum titulum *Hamemunneh* concedi. Nam quod חזן *Custos* alias sit הממונה, ex eodem *Arba Turim* liquido constat, quando vocem *Chassan* hoc modo explicat: וכתב רבינו תם שאין לש״צ להפסיק לקרות כהנים דהוי הפסק בתוך התפלה אלא חזן הכנסת פירוש הממונה על כל צרכי בית הכנסת קורא: *Et Rabbenu Tam scribit, Angelum Ecclesiæ non debere desinere*, (in recitatione precum) *ut Sacerdotes moneat, esset enim interruptio orationis: sed Custodem cœtus, id est qui præpositus est* (hamemunneh) *omnibus Synagogæ negotiis administrandis, monere, vel vocare Sacerdotes*. Vides ut definiat חזן *Præfectum omnibus negotiis Synagogæ*. Unde sequitur, quemadmodum illi qui ministerio qualicunque in templo obeundo erant præfecti, simpliciter ממונים *Præfecti* appellantur, ita & *Custodem*, ob ministeria in Synagoga obeunda, pari jure ממונה *Officialis* nomen mereri.

LIX. Sed & hoc præterea ex postremo loco observandum est, ש״צ *A. E.* & חה״כ *C. S.* distingui, atque ita quidem, ut cum ש״צ *Ang. Eccl.* preces dicat, *Custos Synagogæ* multo vilius ministerium obeat, & certis momentis tantum Sacerdotes vocet, & officii admoneat. Id quod nostro loco quam accuratissime respondet; nam ibi, cum *Legatus Cœtus*, qui stat ante pulpitum, singulas benedictiones absolvit, *Custos Synagogæ* vexillum quatit, eoque signum dat, & universum cœtum monet, jam esse respondendum *Amen*. Ovum ovo non est similius, quam horum locorum alter alteri.

LX. Ex quibus omnibus tandem evidetnissime constare arbitramur, per ממונה in Codice *Hierosolymitano* longe alium debere intelligi, quam ἀρχισυνάγωγον, summum Synagogæ *Præfectum*: quandoquidem ea illius vocis vis non est, ut illum necessario designet, cujus significatus etiam nullum exemplum a Viris Doctis est allatum.

LXI. Instant tamen, qui *Archisynagogo Sudarium* assertum eunt, & novo argumento contendunt a *Præfecto Templi* desumto. Nam τὸ ממונה in nostro loco ἀρχισυνάγωγον *Synagogæ Præfectum* significare, se inde convinci ajunt, quia alibi hoc officium *agitandi sudaria summis Præfectis* adscribi animadvertunt. Cujus rei illustre documentum occurrere existimant in Codice *Tamid*, cap. VII. §. 3. ubi *Sagan*, summi Sacerdotis Vicarius, eodem hoc signo *Levitis* significasse dicitur, quando canendi initium esset faciendum. Verba hæc sunt, והניף הסגן בסודריו *Sagan agitabat sudarium*. Cum vero hic *Sagan* idem sit, qui alibi passim הממונה *Præfectus* dicitur, adeoque *Agitatio sudarii* ad *Præfectum Templi*, si Diis placet, pertinuerit: hinc jam rerum omnium securi concludunt, eandem *Sudarii agitationem* in Synagoga ad *Archisynagogos* pertinuisse. Cujus consequentiæ hic nexus atque ratio est, quod uti Viri Docti observant, nobisque persuasum volunt, ille ממונה *Præfectus Templi* eundem plane respectum habuerit ad Sacerdotes & Levitas, eos maxime, qui canendo, benedicendo, Legemque prælegendo Israelitis in atrio constitutis præibant; quem ad *Chasanitas*, sive publicos Synagogæ Ministros, habebant Synagogæ Antistites: quod quidem, si credere fas est, Judæi ipsi satis frequenter in scriptis suis confiteantur.

LXII. Quantam speciem hoc argumentum apud alios Viros Doctos habeat, ignoramus: Sed quanticunque ponderis esse videatur, nobis tamen eo nunquam poterit persuaderi, *Archisynagogum sudarium agitasse*. Nam ut certissimum sit, Saganem in templo Summo Sacerdoti illud officium præstitisse; inde tamen nihil conficitur ad probandum illud quod est in quæstione. Quin imo eodem argumento mox omnia alia evincemus.

LXIII.

LXIII. Etenim *primo* non hic levis error eſt, quod Viri Docti hunc de quo agimus, quique Sudarium quatit, *Saganem*, *Præfectum Templi*, & quidem *ſummum Præfactum* appellant. Quod quo jure fiat, qua Hebræorum auctoritate queat comprobari, hactenus equidem nullus intelligo. At hic *Sagan* cum a Præſtantiſſimis Interpretibus, tum in ipſo Talmude paſſim הממונה, id eſt, ut Viri Docti vertunt, *Præfecti* titulo ornatur. Eſto. Sed quid inde? Igiturne illico *Præfectus Templi*, & quidem *ſummus Præfectus*? Atque jam ſupra ex *Schek.* cap. v. §. 1. vidimus, complures fuiſſe in Templo ממונים, Igiturne etiam illos omnes *Præfectos Templo* dixeris, & quidem *ſummos Præfectos*? At forte non illi omnes, quando de ſingulis ſermo eſt, ſimpliciter ממונים appellantur. De eo quid ſit neſcimus; at eum qui *ſortitioni* ſacerdotum *præfectus* eſt, ut & illum, qui *vigiliis nocturnis*, abſolute ממונה appellari jam ſupra quoque ex *R. Nathan*, & *Iom Tobb* monuimus: Etiamne ergo illi *Præfecti Templi* erunt, iidemque *ſummi*? Nobis certe non licet eſſe tam liberalius de alieno, qui ſemper exiſtimavimus, Pontificem Maximum ſummum ſemper uti ſacrorum antiſtitem, ita & Templi fuiſſe Præfectum. Cæteros itaque omnes *Memunium* etſi in ſuo ſingulos genere atque grege *ſummos* fuiſſe, & *Præfectos Summos* appellari poſſe concedimus; tamen neque horum quemquam, neque, de quo nunc agimus, *Saganem*, *ſummam Templi Præfectum* dici patimur. At quæ ratio ergo, inquis, ob quam *Sagan* abſolute ממונה appellatur, id eſt Præfectus? Si verum fateri licet, ego ne quidem *Præfectum* illum ſalutandum cenſeo, ſed *ſuffectum* potius, ceu qui Pontifici Maximo, ſummo ſacrorum antiſtiti, ſi quid vitii patiatur, magno illo die expiationis ſubſtituitur atque ſufficitur, ut loco ejus illo ſaltem die ſolennia ſacra faciat. Hujus noſtri aſſerti rationem jam ſupra alicubi attulimus. Sed δὶς ϗ τρὶς τὰ καλά. Nam nunquam ſatis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur. Sic ergo de hoc *Sagane R. Bartenorius* ad *Sanh.* cap. 11. §. 1. הממונה הוא הסגן שהוא ממונה לעבוד תחת כהן גדול אם יארע פיסול בכהן גדול ביום הכיפורים: Hamemunnhe *hic eſt Sagan* (vel vicarius) *qui conſtituitur, ut rem ſacram faciat, loco ſummi ſacerdotis, ſi forte vitium quoddam huic obtingat die expiationis.* Quibus verbis rationem reddit, cur *Sagan* dicatur *Memunneh*, teſte R. *Jom Tobb*, ad *Joma* cap. 111. §. 1. Rationem autem hanc reddit, non quod ſit ſummus Templi *Præfectus*, ſed Summo Sacerdoti *ſuffectus*. *R. Jom Tobb*, ad *Sanb.* l. c. הממונה פירש הרב׳ הוא הסגן וכו׳ אם יארע פיסול בכהן גדול ביום הכיפורים שמצות היום בכהן גדול ולפיכך צריכין לממונה שמא יארע כו׳ ולאו למימר דכשר הוא לעבוד ביום אחר בפיסול אלא דביום אחר אין מצוה בכהן גדול ורשאי הדיוט לעבודה ואצ״ למטונה תחתיו למלאת מקומו: *Et* hamemunneh *R. Bartenora explicat per* Sagan *&c. ſi forte ſummo Sacerdoti vitium obtingat die expiationis, quoniam præceptum de feſtivitate illius diei ad ſummum Saecrdotem maxime attinet. Unde aliquem ſuffectum* (ſecundum Sacerdotem vicarium) *habere debent, ſi forte &c. At annon dicere liceat, illum cæteris quibuſcunque diebus idoneum eſſe ſacris peragendis, in caſu aliquo pollutionis?* (Non videtur,) *quandoquidem aliis diebus ſummus Sacerdos vi præcepti divini non tenetur ad ſacra facienda, ſed idiota* (privatus quicunque ſacerdos) *ſacra rite facere poteſt, adeo ut* (Sum Sac.) *tum Vicario* (in textu eſt *Memunnhe*) *non indigeat, qui vices ejus agat.*

LXIV. Cum vero ipſe titulus *Hamemunneh* ſummam templi præfecturam non infert, tum neque res ipſa id ulla ratione patitur. Quippe notius eſt, quam ut dici magnopere mereatur, Pontificem maximum *ſummum & ſacrorum, & ſacerdotum, ipſius adeo templi præfectum & antiſtitem fuiſſe*, cui *Sagan* vicariam ſolummodo operam, vel pro re nata etiam miniſterium præſtabat. Quorum poſterius ſaltem idoneis teſtibus firmandum erit, cum de munere vicario jam ſatis conſtet. Atque illud, ne longius abeamus, ex iis ſatis patet, quæ §. 11. ex Cod. *Sota*, inprimiſque *Joma* produximus, ubi Pontifici maximo legem lecturo *Sagan* librum exhibet. Nam חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת ורנש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול: *Cuſtos Synagogæ librum legis accipit, traditque Archiſynagogo; Archiſynagogus Vicario; Vicarius denique ſummo Sacerdoti.* Hic Vicarius ſummo Sacerdoti idem officium & miniſterium præſtat in templo, quod Cuſtos Archiſynagogo, imo alii cuivis legenti in Synagoga. Et quid aliud cauſæ eſſe dicamus, cur non ipſe illico cuſtos ſummo Sacerdoti librum tradat, niſi ut etiam hoc modo ſuus ſummus ſummo Sacerdoti honos conſtet? Audi modo, ſi quem audis, *Bartenorium*, ad Cod. *Jom.* l. c. ונותנים ספר תורה מזה לזה: משום יקרא דכ״נ להראות שיש שררות הרבה למטם ממנו: *Liber Legis autem ab uno alteri*

(& ſic

(& sic demum Summo Sacerdoti) *traditur propter honorem Sum. Sac. ad docendum, alios multos magistratus esse infra ipsum.*

LXV. Quemadmodum igitur *Sagan* non est *Præfectus*, nedum *Summus Templi*; ita *secundo* hinc quivis facile perspiscere potest, quam elegans sit, quæ inter hunc *Saganem* & *Archisynagogum* instituitur comparatio. Nam cum Archisynagogus omnium consensu summus sit in Synagoga, quemadmodum inde quoque ראש בית הכנסת *Caput Synagogæ* appellatur; etiam non nisi cum summo Templi Antistite, Pontifice Maximo, contendi debet. Unde nemo mirari debet, nedum indignius ferre, si hæc tela invertamus, & qui hæc arma primi invenerunt, hosce suo sibi gladio jugulemus. Nam quemadmodum Pontifex Maximus sacris in altari operatus, non ipse sudarium agitabat, ut Levitas cantores officii sui moneret, sed hanc in rem sibi adstantem habebat *Saganem*, Vicarium, qui signum Levitis ederet: ita & in Synagoga non ipse Archisynagogus, si quando Legem legeret, aut forte universo cœtui precibus publice præiret, non ipse, inquam, Archisynagogus sudario signum dare debuit, sed alius inferioris ordinis, nempe חזן, *Chassan*, Custos Synagogæ. Cujus nostri argumenti vis evidentior evadet, posteaquam infra docuerimus, in festo tabernaculorum, atque alias, Custodis officium esse monere Sacerdotes atque Levitas, quando solennibus formulis recitatis, vel tuba clangere, vel alia officia debeant præstare.

LXVI. Unde adeo nihil moramur, quod in Cod. Hierosolymitano ממונה signate a חזן distingui videtur; quandoquidem ex iis, quæ hactenus disseruimus, nemini dubium esse potest, quin הממונה Synonymum sit voci חזן, atque adeo potius eundem dicat, quam ut illi debeat opponi.

LXVII. Sed satis tandem in hoc *Sudario* est desudatum, neque, spero, æquus lector a nobis exiget, ut vel cujus generis & coloris fuerit illud sudarium, quod ipsum nullum fuit, indagemus: vel ejusdem ritus vestigia in *Episcopis* Ecclesiæ Christianæ, cum nequidem in Synagoga obtinuerit, quæramus.

LXVIII. Atque hinc etiam porro liquet, quid de altera illa observatione statuendum sit, quam Viri Docti ex hoc loco eruerunt, nim. quod *Archisynagogus etiam primus debuerit respondere Amen*. Quod cum sublesto illi fundamento superstructum sit, quod jam plane subruimus atque convellimus, per se ipsum corruat necesse est.

LXIX. Et huic sententiæ sulciendæ nihilo magis inservit novus tibicen ex Cod. *Sopherim* desumtus cap. XIV. §. 9. ubi posteaquam *Maphtir*, seu Lector Prophetarum, primum versum pericopæ *Audi Israel*, recitasse dicitur, additur ואב העם עונים אותו אחריו, id est, uti quidem vertitur, *& Seniores populi eundem post illum respondent*. Nam quod & ipsi Viri Docti suspicantur, hic locus male affectus est. Quid enim sit ואב העם עונין *& Pater populi respondent*? Aut forte seniores populi etiam *Patres* dicti? Esto. Qui tamen cohæreat אב cum עונין, *Pater respondent*? Ut cuivis facile liqueat, locum corruptum esse; quem si ex ordinaria atque alibi frequenti formula restituere debeamus, ita legendum censemus, וכל העם עונין *Et universus populus respondent*. Quæ correctio si cui minus placeat, quia & Amstelodamensis, Basileensis, & Cracoviensis editiones constanter legunt אב, ubi nulla vestigia vocis כל supersunt; sic emendare licebit, ואחר כך pro ואחר כך *& postea*, ut error ex similitudine elementorum ב & כ sit natus, & ex neglectu virgularum („) quæ compendii notæ sunt. Nam licet Cel. *Buxtorffius* in *Abbreviaturis* suis neget, illud אחר כך per אב exprimi, tamen alibi legisse meminimus. Ita sane *Menasse Ben Israel* in editione *Mischnajoth* Amstelodamensi Cod. *Horajoth* cap. III. §. 1. 2. 3. aliquoties expressit ואכ׳ pro quo in aliis editionibus legitur ואח״כ vel plene ואחר כך, Vel si quis ne hanc quidem meliorem & genuinam lectionem existimare possit, vide annon hoc modo ואז *& tunc*, legi debeat. Etsi nos priores duas multis modis præferendas putamus.

LXX. Paulo majorem speciem habet, quod ex *Col-bo* in hanc rem producitur cap. IX. pr. מיד פתח הזקן ואמר ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד: *Mox primus incipit Senior, dicitque: Benedictum sit nomen Gloria Regni ipsius in seculum & sempiternum*. Scilicet hic *antiphoniam* habemus, quæ Benedictionibus quibusdam publice prælectis subjici solet, & quidem loco ipsius voculæ *Amen*. Hanc *Senior*, Presbyter Synagogæ, Archisynagogus, *primus ordiebatur*, & procul dubio מיד *illico* post solennes formulas recitatas, adeo ut testimonium hoc quantivis pretii esse jures, externam saltem speciem si videas. Sed cave, Lector, hisce & similibus excerpti tibi

tibi imponi patiaris; & vel hoc exemplo discere licet, quantum fidei sit tribuendum illis dictis, quæ sic carptim, a cæteris avulsa & misere mutilata, in Christianorum quorundam libris occurrunt; quantum item illis scriptoribus, qui novum magnæ molis opus tam infirmis fundamentis superstruunt; cujus generis infra adhuc unum & item alterum exemplum proferemus. Sed quantamcunque speciem ille locus mentiatur, tamen minus nihilo habet, si antecedentia addantur, quæ Vir Doctus festinanti oculo videtur inspexisse. Textus integer hic est: ובפרק מקום שנהגו מפרש מאי האי דמוסיפין בקריאת שמע ברוך שם כבוד מלכותו משום אמירה דיעקב בשעה שקבץ בניו ואמר להם בני שמא יש בכם מי שאינו עמי ביחוד ארון העולם פתחו כולם ואמרו שמע ישראל כלומר אתה ישראל אבינו שמע שיהוה אלהינו ה׳ אחד כשם שאין בלבך אלא אחד כך אין בלבנו אלא אחד מיד פתח הזקן ואמר ברוך שם כבוד מלכותו עולם ועד: *Et cap.* IV. *Pesachim*, (f. 56. fac. 1. m.) *explicat, quid causæ sit, cur addant recitationi pericopæ* Schema, *Benedictum sit nomen gloriæ regni ejus &c. Nimirum propter dictum Jacobi, qui qua hora convocarat filios suos, dicebat illis; Filii mei, est forte aliquis vestrum, qui non faciat mecum in illo articulo de unitate Domini mundi. Cui omnes illi, Audi, inquiunt, Israel. qs. d. Tu Israel Pater noster audi, quod Dominus Deus noster Dominus unus sit. Quemadmodum non est in animo tuo nisi unus, ita neque apud animum nostrum nisi unus est. Tum itaque e vestigio incepit Senex, &, Benedictum, inquit, sit nomen gloriæ regni ejus in seculum & sempiternum.* Ubinam hic aut vola aut vestigium de *Archisynagogo*? Non satis manifestum est, agi de *Jacobo* Patriarcha, qui ad rotundam illam atque orthodoxam confessionem a filiis omnibus editam, Deum O. M. laudat atque concelebrat? Id quod ipsum Textum Talmudicum inspicienti magis liquet, ubi cum alia nonnulla vocabula, sed in eundem tamen sensum atque etiam pleniorem occurrunt, tum nomen ipsum *Jacobi* est expressum. באותה שעה פתח יעקב אבינו ואמר בשכמל״ו: *Illo momento*, inquiunt Talmudici, *incepit Jacob Pater noster, & dixit*, B. S. N. G. R. E. I. S. E. S. Ut adeo in omnibus illis, quæ hactenus sunt allata, nihil sit, quo ille honor primo loco respondendi *Amen*, *Archisynagogo* queat adseri; & nisi validioribus argumentis in Tractatione de *Cantu Veteris Synagogæ* hoc jus Archisynagogi demonstretur, tam hoc officio, quam altero illo *movendi sudarium* vir bonus æquo animo in posterum sit cariturus.

LXXI. Sed verbum adhuc de *Archisynagogo* nostro, cujus jam plerosque titulos, qui nobis saltem occurrerunt, exposuimus. *Alii* illum etiam גברא רבא *Virum Magnum* appellari existimant. Locus est in *Gemara* ad *Maccoth* cap. III. (folio 22. fac. 2. pr.) אמר רבא כמה טפשאי שאר אינשי דקיימי מקמי ספר תורה ולא קיימי מקמי גברא רבא: *Dixit Rabba: quam inepti reliqui sunt mortales, qui surgunt coram libro legis, & non surgunt coram Viro Magno.* Ita jam olim Viri Eruditissimi præiverant. Vellem autem vel hi, vel nunc illi saltem, qui hæc ita repetunt, valida hujus rei argumenta in medium produxissent. Nam cum jam in *sudario Archisynagogi* paulo prolixiores fuerimus, hujus argumenti tractationem aggredi non lubet; sed in alium locum & tempus visum est servare. Liceat saltem locorum quorundam indicium facere, in quibus גברא רבא occurrit, si qui forte alii illa examinare velint. Sic Exod. XII. 3. *Buxt.* de *Conscribendis Epist.* pag. 64. *Jochasin*, f. 85. 2. *Berach.* f. 30. 2. pr. *Kiddusch in*, f. 70. 1. fin. addita glossa *Jarchii. Seder Olam Suta*, edit. Ven. fol. 17. col. 2. circa finem, ubi restituenda est vox רבא, uti in editione Cracoviensi factum. Et denique *R. S. Jarchi*, Comment. ad *Epit. R. I. A.* Cod. *Gittin*, Initio. Sed hæc heptas sufficiat. Et sufficiant hoc tempore, quæ pro instituti nostri ratione de *Archisynagogo* diximus.

CAPUT II.

De זקנים *Presbyteris Synagogæ*, iisdemque ממונים על הציבור *Præfectis cœtus*, & פרנסים *Pastoribus*, ac denique שבעה טובי העיר *Septem Bonis* (*viris*) *Civitatis*.

I. ARchisynagogo superiori capite investigato, ad reliquos *Synagogæ Præfectos* pergendum erit; quos ut porro recta via indagemus, ab *Archisynagogo* minus longe recedendum, quin latere ejus proxime erit hærendum, siquidem cuivis proclive est suspicari, si qui alii una cum illo Synagogam moderentur, eos sæpius cum illo debere esse, ut de iis quæ ad commodum universitatis attinent, cum illo agant, & consilium capiant.

II. Atque ita jam supra ex *R. Nathan* intelleximus, quosdam apud *Archi-*

chiſynagogum convenire, ut de rebus quæ ad Synagogam pertinent, communi cum illo conſilio ſtatuant. Verba hæc ſunt: חבר עיר פירש גדול העיר אשר יועדו עליו כל הזקנים: *Doctor Civitatis eſt vir maximus civitatis, ad quem congregantur omnes Seniores.* Sunt itaque in Synagoga præter *Archiſnagogum* etiam qui *Seniores* appellantur. Horum *Maimonides* expreſſam mentionem facit, ubi ordinem ſedendi in Synagoga deſcribit, *Hilch. Teph.* C. XI. §. 4. כיצד העם יושבים בבתי כנסיות הזקנים יושבים ופניהם כלפי העם ואחוריהם כלפי ההיכל וכל העם יושבים שורה לפני שורה ופני השורה לאחורי השורה שלפניה עד שיהיו פני כל העם כלפי הקדש וכלפי הזקנים וכלפי התיבה. *Quomodo populus Synagoga. ſedere ſolet? Seniores ita ſedent, ut facies ipſorum obverſa ſit populo, tergum vero thecæ librariæ. Reliquus vero populus rectis ordinibus ſimul ita conſidet, ut facies unius ordinis reſpiciat terga ordinis prioris, adeo ut univerſa moltitudo facie ſua reſpiciat & Sanctuarium, & Seniores, & Tebba.* Sic & in Edicto illo, vel Anathematæ Judæorum Europæorum fere omnium, quod in *Col-bo* occurrit, pag. 117. col. 3. באלה התקנות נועצו הסכימו והחמו כל זקני טריויש וחכמיה וכל סביבותיה וגדולי אליורא וחכמי גבול רייש ורבותינו שבפריש ושכניהם וחכמי יועצי ליאון וקרפנטרא ולומברדיאה וחבל הים ואניוב ופייטים וגדולי לותיר: *Sequentia ſtatuta re primum deliberata conſciverunt atque ſanſerunt omnes Seniores Sapienteſque Trevirenſes* καὶ οἱ περίχωροι αὐτῶν; *nec non Magnates Eliberitani, & Sapientes ducatus Redeſienſis, & Magiſtri Noſtri Pariſienſes, & vicini illorum, nec non Sapientes Senatores Lugdunenſes, Carpentoractenſes item, & Longobardici, ut & qui oram maritimam incolunt, & Andigaviam, & Pictones, & tandem denique etiam Primores Lotharingiæ.* Fieri poteſt, ut in reddendis nominibus propriis, Hebræis nobiſque barbaris, ſenſum alicubi minus ſimus aſſecuti, de quo neque magnopere ſolliciti ſumus. Sed præter cæteros primo ſtatim loco *Seniores & Sapientes Trevirenſes* commemorantur, atque ita quidem, ut *Seniores* a *Sapientibus* ſatis manifeſto diſtinguantur: *Omnes*, inquiunt, *Seniores Trevirorum, & Sapientes illorum.* Ubi cum *Sapientes* procul omni dubio ſummos *Doctores* notent, de quibus ſuperiori capite actum eſt; hos *Seniores* alios eſſe exiſtimamus, & a Doctoribus ſive Archiſynagogis diverſos. Qui *Seniores* cujuſmodi olim fuerint, nunc porro erit inveſtigandum.

III. Notum eſt omnibus, vocem זקן, γέρων, πρεσβύτερος, *Senes*, proprie ætatem deſignare, eamque jam provectiorem. Neque minus illud certum eſt, cum apud alios quoſcunque populos illis præcipue rei publicæ curam olim commiſſam eſſe, qui ut ætate graves, ita jam etiam ſpectatæ inter ſuos virtutis & probitatis erant, longoque rerum uſu ſibi prudentiam acquiſiverant, & in rebus agendis dexteritatem: tum vero idem inde ab antiquiſſimis temporibus apud Hebræos obtinuiſſe, quos jam in ipſa Ægypto ſuos *Seniores* habuiſſe legimus, qui cum ipſos gubernarent, tum etiam procul dubio cauſam illorum, ſi quando neceſſe eſſet, in aula regis agerent. Vide Exod. III. 18. IV. 29. & XXIV. 9. coll. XVIII. 15. Unde hoc nomen perpetuo manſit in republica Iſraëlis, & *Seniores Urbis*, *Tribus*, vel *Populi* paſſim memorantur; & honoris & dignitatis evaſit, quod primum non niſi ætatis nomen erat: quemadmodum apud Græcos quoque atque Romanos γέρων, γερουσία, *Senatus*, *Senator* &c. graviſſima ampliſſimaque nomina, non niſi à veneranda ætate ſunt deſumta.

IV. Et ab hac *Hebræa* voce זקן *Decani* nomen ortum putamus, quod ex Genethliaca Babyloniorum arte ad Romanos translatum, ſignorum cœleſtium Præſides, vel duces, notabat. Nam cum ſingula Zodiaci ſigna in ternas decurias dividerentur, qui ſingulis decuriis præſidebant, *Decani* dicebantur. *Ideo Manilius* (verba ſunt τοῦ πάνυ *Salmaſis*) *ſigna in ſignis dominantia vocat. Sed & dominos appellat, de his Decanis loquens,*

> *Sic in ter denas diviſum ducitur aſtrum,*
> *Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit.*

Ubi Dominos *vocat Decanos. Dominium eorum ac poteſtatem in denas partes exſeri dicit Firmicus.*

V. Fateor equidem, Virorum Præſtantiſſimum alias duas etymologias afferre, quarum poſterior non ita incommoda eſt, quin ab homine non difficili facile admitti poſſit. Nam cum prius pag. 559. appellatione a μορφώσει *ſpecie*, vel *ſigno*, repetiſſet, cum Ægyptiis δεκαν, & Chaldæis דיוקנא *imaginem* notet; quam etiam præferre videtur: Tamen deinde pag. 564. ob Manilii deſcriptionem *Decanorum*, aliam originem affert, à דיקן, quod Syris, ut ante monuerat, *Inſpectorem*, *ſpeculatorem*, ſignificat. *Ita ergo*, inquit, *potius videretur* ὁ Δεκανὸς *nomen habere à poteſtate* τοῦ ἐπισκοπεῖν, *quam ab imagine vel ſimilitudine* ſive

five μορφῶσα. Et mox: *Nam & Decan Chaldaice inspector & excubitor, hoc est ἐπίσκοπος vel ἔφορος. Etiam ὡροσκόποι sunt & proprie dicuntur. Nemo enim nascitur, nisi aliquo Decano ὡροσκοπῦντι. Deos etiam eos vocabant, uti alibi ostendimus. Unde apud Hephæstionem sæpius occurrit, τῦ θεῦ ἐισὶ κλιμακτῆρες, pro quo alias scribit, τῦ δεκανῦ. Firmicus* Lib. IV. *cap.* XVI. *Triginta sex itaque decani omnem Zodiaci possident circulum, ac per duodecim signa iste Deorum numerus, id est, Decanorum, extenditur.* Vide sis de *Annis Clim.* l. c. Sed tamen ob eadem hæc, quæ Vir Summus de *Decanorum* supra reliquos dignitate & præsidio scribit, nihil causæ esse existimamus, cur non æque a זקן derivati possit, quam ab alia quavis Chaldæa Ægyptiave voce. Nam vox זקן ad Decani *præsidium* & *dignitatem* inter reliqua signa significandum aptissima est, cum inter homines eadem designet: derivatio vero ordinaria, & frequentissima. Ut enim ab Hæbreo זכר fit Chald. דכר, uti, à זהב fit דהב, à זכה, דכי, δίκη, δίκαιος: ita eadem anologia à זקן formatur דקן, Δεκανὸς, *Decanus*. Quam derivandi rationem saltim multo faciliorem putamus, quam à דיוקנא, vel, ut *alii* quidam vellent, à *Diaconus*.

VI. Hinc itaque voce ab astris ad castra descendente, quia *Decanus* in signis is est, qui denas partes regit, Latini *Decanum* primum pro eo usurparunt, qui decuriæ militum præest. Inde latius ad alia quoque extenditur. Hinc in civitatibus Collegiorum Magistri, qui multis locis tribunitia fere potestate gaudent, atque alibi Oldermans, passim per Brabantiam *Decani*, Dekens vocantur: quasi *Seniores* dicas. Patiterqne in Ecclesiis quibusdum reliquorum Pastorum, & in Academiis Facultatum, quas dicunt, Præsides, *Decani* audiunt, qui alibi rursum *Seniores* nominantur.

VII. Sed valeat hæc conjectura, quantum potest; quæ si aliis probari non possit, eadem facilitate eam rejici æquo animo patimur, qua a nobis est prolata. Illud interim, ut eo redeamus unde digressi sumus, certius esse putamus, illos *Seniores*, de quibus loca supra citata agunt, esse *Rectores Præfectosque Sinagogæ*, ad quorum curam ea pertinent, quæ ordinem & salutem totius Sinagogæ spectant. Hi enim cum Archisynagogo de summa rei deliberant; hi cum Sapientibus (Archisynagogis) edicta, quæ universos obligent, promulgant: hi primum, & a cæteris distinctum locum in Synagoga occupant. Quæ omnia nisi singularis cujudam dignitatis sint, & Præfectos Synagogæ designent, næ ego homo ineptus sum, & cum alibi forte sæpius vehementer fallor, tum hic longe gravissime.

VIII. Sed tamen ita animum inducimus credere, *Seniores* hosce esse *Præfectos Synagogæ*, quorum Hebræi alibi faciunt mentionem. Meminerunt enim sæpius *Præfectorum*, quos ipsi הממונים appellant: tamen sempliciter quod sciam, הממונים, sed הממונים על הציבור *Præfectos universitatis*, vel *cœtus*. Ita *Schulchan Aruch*, Tit. CXXXVI. בשבת ויום טוב ויום הכיפורם קורין אחר לוי תלמיד חכם הממונים על הציבור ואחריהם תלמיד חכם הראויים למנותם פרנסים על הציבור אחר כך בני תלמידי חכמים שאבותיהם ממונים על הציבור ואחר כך ראשי כנסיות וכל העם: *Sabbato, die festo, & die Expiationis, post Levitam legunt Viri Docti, qui cœtui sunt Præfecti; & post hos viri docti, qui digni sunt qui preficiantur cœtui Pastores; porro filii virorum doctorum quorum patres sunt Præfecti cœtus: tum Capita Synagogarum, & tandem denique populos universus.* Cum Sacerdotibus & Levitis in publica Legis lectione primæ & secundæ dentur, proximi illis sunt *Præfecti cœtus*, quibus honoris & εὐταξίας ergo tertium locum concesserunt.

IX. Quod vero hos ממונים *Præfectos* vertamus, cum antea contenderimus, ne quidem *Sagani* hunc *Præfecti* titulum convenire, id nemo mirari debet: siquidem hi non simpliciter ממונים appellantur, sed ממונים על הציבור *Præfecti*, vel *constituti super cœtum*: quæ constructio neque vicarium munus notare potest, ne particulare quoddam officium, aut vilius ministerum in Synagoga obeundum; sed insignem aliquam dignitatem, & totius Synagogæ Præfecturam, siquidem extendatur על הציבור *super* universum *cœtum*.

X. Id quod multo magis liquet, si ad eam vocem animum advertamus, quæ secundo ordini, Candidatis inquam, addita legitur. Hi dicuntur *digni constituti* פרנסים *Pastores cœtus*; quæ vox procul omni dubio Gubernatores & moderatores designat, ut jam jam pluribus ostendemus. Sed non hi solum, verum & reliqui omnes, qui hic simpliiciter ממונים appellantur, in Talmude, Cod. *Gittin.* f. 60. I. pr. פרנסים *Parnasim*, vel *Pastores* dicuntur. Sic enim ibi locus ille legitur. אחריהם קוראים תלמידי חכמים הממונים פרנסים על הציבור ואחריהם תלמידי חכמים הראויין למנותם פרנסים על הצבור ואחריהם בני תלמידי חכמים שאבותיהם ממונים פרנסים על הציבור ואחריהם

ואחריהן ראשי כנסיות וכל אדם : Hæc vertere nihil est necesse; qui saltem legere utcunque novit, vel me tacente videt, vocem פרנסים ter occurrere, & voci ממונים semper addi. Si tamen ad verbum vertenda sint, sic sonabunt: *qui constituti sunt Parnasim super cœtu; digni constitui Parnasim super cœtu;* & *quorum Patres constituti Parnasim super cœtu*. Quem textum eodem modo adducit *R. Jos. Karo in Keseph Mischneh* ad *H. L.* cap. XII. §. 18. quemadmodum & primum membrum in *Beth Joseph*, ad *Or. Chaij*: fol. 94. col. I. m. Sed & alibi hæc vox passim addita legitur. Ita Cod. *Schabbath*, f. 114. col. I. m. איזהו תלמיד חכם שממנין אותו פרנס על הצבור : *Qualisnam debet esse Vir Doctuc, quem præficiunt cœtui moderatorem?* Cujus generis exempla plura infra producenda erunt, quæ nunc anticipare non lubet.

XI. Quo melius vero horum *Parnasim* natura cognoscatur, primo vocis origo & significatio indaganda erit, tum constans ejusdem in Oriente usus. Originem ejus quod attinet, hanc Syram statuimus, significatum vero proprium *pascendi*. Nam quoad longissime respicere possumus memoriam præteriti temporis, & certissima canæ antiquitatis monumenta consulere, inde usque repetentes, hanc notionem *pascendi* vocabulum פרנס apud Syros videmus obtinuisse. Hinc enim famosissimo illi Phocidis monti, *Parnasso*, a Cadmo, ejusve comitibus Phœnicibus nomen inditum, uti eleganter ab Eruditissimo *Casaubono* observatum est, & ab incomparabili *Bocharto* validissimis argumentis ulterius confirmatum. Erat enim ille mons gramine fertilissimus, eoque adeo insigni, ut *Plinio* teste, *jumentis herba non alia gratior, sive viridis, sive in fœno siccata;* atque adeo mons ipse pecoribus *pascendis* commodissimus: unde nomen a *pascendo* impositum, quasi *pascuum* dicas; quemadmodum *Carmelo*, & *Caria*, ab ipsis *ovium* gregibus ibi *pascentibus*. Sed vide sis ipsum Cel. *Bochartum*, *Hieroz.* Lib. II. Cap. XLIV. & adde Cap. XLIII. XLVIII.

XII. Cum vero hæc prima vocis significatio sit, inde porro dilatari, & a gregibus ad homines eleganter translata, ad horum sive sustentationem, sive gubernationem significandam cœpit adhiberi. Haud secus atque Hebræum רעה quod cum primum de pecudibus dicitur, deinde etiam de hominibus alendis regendisque usurpatur. Nam ad hunc metaphoricum significatum vocis רעה exprimendum, Chaldaicum פרנס fere constanter adhiberi solet. Inspice saltem Lexicon Magnum Buxtorffii, & exemplorum abunde deprehendes. Et hinc etiam apud Talmudicos & Rabbinos verbum פרנס, non tantum *sustentare* notat, (unde etiam פרנסה de *victu & amictu*,) sed & *regere*, *gubernare*. Unde tandem פרנס, *Parnas*, proprie *Pastor*, sed usu ita volente, etiam *Præfectus*, *Gubernator;* quem posteriorem significatum apud Persas frequentem fuisse, satis arguunt Magnatum in Oriente nomina, *Pharnazabus*, *Pharnaspes*, *Tissaphernes*, *Intaphernes*, aliaque *Bocharto* observata.

XIII. Scilicet satis perspectum erat olim prudentissimis mortalium Orientalibus verum regum, aliorumque Præfectorum populi, officium. Quemadmodum enim bonus Pastor omni studio, cura, labore, cogitatione denique omni id agit, ut gregi suo facilem & salubrem pastum præbeat, illum ad limpidas aquas deducat, adversus diei æstum & cœli frigora, inprimisque irruentium ferarum injurias defendat: ita nomine פרנס *Pastoris*, ad reges principesque populi translato, eosdem de fide, & cura subjectis debita, monitos voluerunt; etsi ipsi reges Orientis vulgo alia omnia agerent, illi Pastori similes, qui Zach. XI. 16. describitur, quandoquidem illorum imperia tantum non latrocinia erant. Neque magis illud Græcis latuit, qui reges ποιμένες appellarunt, uti Homerus

Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν.

Quemadmodum & apud Romanos Imperatores Pastoribus comparantur. Tritum est omnium ore illud Titi ad Vespasianum patrem; *Boni Pastoris est tondere pecus, sed non deglubere*. Sed & elegans apud Virgilium versus legitur, Ecloga V. ubi C. J. Cæsari hoc epitaphium scribitur,

Daphnis ego in Sylvis hinc usque ad sydera notus;
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

Ubi *Servius*: *Si ad Cæsarem referas, hoc dicit; Boni populi, Optimus Imperator*.

XIV. Præ cæteris vero omnibus populis hæc vox Hebræis placuit, apud quos ne quidem ipse Deus hunc *Pastoris* titulum est dedignatus. Ita sane David Psal. XXIII. I. *Dominus*, inquit, *est Pastor meus, non indigebo;* ratione etiam hujus appellationis addita: *In mansionibus graminosis facit me recubare, ad aquas amœnissimas agit me*. Sic in pacto illo æterno, Pater ad Filium: *Pete,*

te, a me, & dabo gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam fines terræ. תרעם בשבט ברזל *Pasces illos virga ferrea*, &c. Psal. II. 8. 9. Ubi תרעם, quod alii plerique a רעע deducunt, ut sit *conquassabis eos*, non tantum cum LXX. sed & Apostolo *Johanne*, Apoc. II. & XII. vertimus ποιμανεῖς αὐτὸς, *pasces illos*. Quod qua ratione absque ulla variantis lectionis suspicione, quam quidam movent, commode fieri possit, quivis facile ex similibus exemplis colligere potest, quæ Vir Cl. *Jac. Altingius*, rei Hebræorum Grammaticæ hoc seculo facile princeps, in tertia editione *Grammaticæ Hebr.* §. 116. adduxit. Illo autem fœdere cum Filius Dei supremus atque unicus Ecclesiæ *Pastor* constitutus sit, רועה אחד audit, Eccl. XII. 12. ὁ ποιμὴν τῶν προβάτων ὁ μέγας, Hebr. XIII. 20. ὁ ἀρχιποίμην, I. Pet. V. 4. quem Jesus Nazarenus se esse multis demonstrat, Joh. X.

XV. Neque minus Deus populi sui rectores, sive politicos illos, sive Ecclesiasticos, *Pastores* ipse appellat, quo illos officii sui admoneat, ejusve neglecti accuset. De *Politicis* Jer. X. 21. כי נבערו הרועים *Nam Pastores obbrutuerunt, neque Dominum consuluerunt: propterea non egerunt feliciter, sed omnis grex illorum est dispersus.* Kimchi: והרועים הם יהויכין וצדקיהו שהיו מלכים והמלך יקרא רועה וכן תרגם יונתן ארי אטפשו מלכיא: *Pastores autem hic intelliguntur Jojachin & Zedekias, qui reges fuerunt. Rex enim Pastor dicitur, quemadmodum etiam Jonathan reddidit: Et stulti facti sunt Reges.* Sic Jer. II. 8. והרועים פשעו כי *Et Pastores prævaricati sunt contra me.* Chald. ומלכיא מרדו במימרי *& Reges rebellarunt adversus verbum meum.* Kimchi; והרועים הם המלכים שהם רועים העם כמו שהרועים רועים הצאן: *Et Pastores. Hi sunt Reges, qui pascunt populum, quemadmodum Pastores* (proprie dicti) *pascunt gregem.* Abarb. *Reges & Principes.* Vide Cel. *Altingium* ad h. l. Sed & de *Ecclesiasticis* sumitur. Jer. III. 15. *Ubi daturus sum vobis Pastores ex sententia animi mei, qui pascent vos scientia & intelligentia.* Chald. simpliciter פרנסים *Pastores.* Kimch. והרועים הם פרנסי ישראל שיהיו עם מלך המשיח כמו שנאמ' בנבואת מיכה והקמונו עליו שבעה רועים ושמנה נסיכי אדם: *Hi Pastores sunt Pastores* (præfecti) *Israelis, qui erunt cum Rege Messia, quemadmodum dictum est in prophetia Michæ &c.* Operæ pretium est appingere hic quædam ex Commentario *Altingii*: *Vocantur*, inquit, *Pastores, quo nomine appellati Magistratus Jer. II. 8. opposite ad Interpretes legis, Sacerdotes & Prophetas, qui ministerium verbi & sacrorum habebant. Hic intelliguntur Ecclesiastici, qui eo nomine veniunt Ezech.* XXXIV. *Etenim ex eventu liquet, post reditum ex Babel regimen Israelis fuisse Ecclesiasticum, &c.*

XVI. Unum illud hic loci prætermittere non possumus, quod Hebræi eleganter observant, Deum præstantissimos populi sui duces & gubernatores ex *Pastoribus* legisse. Ita de Davide & Mose tradunt, *Schemoth Rabba*, Sect. II. §. 2. ולמי בוחן לצדיק יהוה צדיק יבחן: ובמה הוא בוחנו במרעה צאן. ברק לדוד בצאן ומצאו רועה יפה שנא' ויקחהו ממכלאות צאן מהו ממכלאות צאן כמו ויכלא הגשם היה מונע הגדולים מפני הקטנים והיה מוציא הקטנים לרעות כדי שירעו עשב הרך ואחר מוציא הזקנים כדי שירעו עשב הבינונית. ואחר מוציא הבחורים שיהו אוכלים עשב הקשה. אמר הקב״ה מי שהוא יודע לרעות הצאן כל אחד לפי כחו יבא וירעה בעמי הה״ד מאחר עלות הביאו לרעות ביעקב עמו. *Quem explorat? Justum. Nam* (Psal. XI. 4.) *Dominus explorat justum. Quomodo explorat eum? Pastione ovium. Ita de Davide experimentum cepit grege ipsi commisso, & pulchrum illum pastorem deprehendit,* (ποιμένα καλὸν, Joh. X. 11.) *quemadmodum dicitur,* (Psalm. LXXVIII. 70.) *& accepit illum a compascendis gregibus. Quid ibi notat* ממכלאות צאן? *quemadmodum* (Gen. VIII. 2.) ויכלא הגשם *& cohibitus* (vel *conclusus*) *est imber. Scilicet David majores pecudes aliquantisper a pastu abstinebat, propter minores. Primo enim tenellas oviculas pastum agebat, ut teneras herbas admorderent; post has vetulas pecudes, quæ medii generis gramen depascerentur: ac tandem demum ultimo loco juvenculas* (robustas illas atque firmas) *quæ durius gramen detonderent. Dixit itaque Deus O. M. Qui greges rite pascere novit, & quidem ita, ut suum cuique convenientem pastum tribuat, pro eo atque mordere & concoquere potest, is veniat & pascat etiam populum meum. Atque hoc est, quod scriptum est* (Psalm. LXXVIII. 71.) *a sequendis fœtis adduxit eum, ut Pastor esset in Jacobo populo suo, &c.* Vox מכלאות *caulas* notat; sed paulo aliter illam vertere debuimus, ut suus verbis sensus atque elegantia aliquo modo constaret.

XVII. Sed pergamus cum Hebræis ad Mosen, diligentissimum illum fidelissimumque, cum ovium, tum etiam hominum Pastorem. De eo itaque l. c. sic

sic pergunt: ואף משה לא נחנו הבה אלא בצאן. אמרו רבותינו כשהיה מרעה רועה צאנו של יתרו במדבר ברח ממנו גדי ורץ אחריו עד שהגיע להסוה כיון שהגיע להסוה נזדמנה לו ברכה של מים ועמד הגדי לשתות כיון שהגיע משה אצלו אמר אני לא הייתי יודע שרץ היית מפני צמא עיף אתה והרכיבו על כתיפו והיה מהלך אמר הבה יש לך רחמים לנהוג צאנו של בשר ודם כך חייך אתה תרעה צאני הוי ומשה היה רועה: *Atque etiam Mosen non probavit Deus O. M. nisi pastione gregis. Qua de re ita Rabbini nostri tradiderunt: Quum Moses Magister noster p. m. gregem Jethronis soceri sui pasceret in deserto, hœdus quidam ab eo aufugit, quem persecutus est, donec ad* הסוה *pervenisset, ubi piscina aquarum illi commode oblata est, ad quam hœdus ille, ut sitim restingueret, constitit. Hunc cum Moses assecutus esset, sane nescivi, inquit, te siti compulsum tanta velocitate huc procurrisse; jamque defessum te video: humerisque suscepit* (ἐπιθίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ, uti ille in parabola Luc. XV. 4. 5.) *& abiit. Tum itaque Deus ad Mosen, summam, inquit, in te fidem atque clementiam sitam esse video, ad ducendum* (vel *regendum*) *gregem carnis & sanguinis* (id est, *hominis*: confer Matth. XVI. 16. Gal. I. 16. Eph. VI. 12. Heb. II. 14.) *Sic itaque etiam per vitam tuam pasces gregem meum, Israelem. Et hoc est illud: Et Moses pascebat &c.*

XVIII. Elegans sane atque ingeniosa Hebræorum observatio. Scilicet, Deus non committit Israelem, populum peculii sui, nisi illis, quorum fidem & sollicitam curam minoribus rebus exploratam habet; quemadmodum illud Hebræi mox ibidem adducunt, §. 3. ה״א ומשה היה רועה. הה״ד כל אמרת אלוה צרופה אין הקב״ה נותן גדולה לאדם עד שבודקו בדבר קטן ואח״כ מעלהו לגדולה הרי לך שני גדולי עולם שבדקן הקב״ה בדבר קטן ונמצאו נאמנים והעלן לגדולה וגו׳. *Nova explicatio*: Et Moses pascebat. *Illud est, quod scriptum est* (Prov. XXX. 5.) *Omne verbum Domini est exploratum. Non credit Deus O. M. cuiquam rem aliquam magnam* (vel *dignitatem*, officium) *priusquam illum exploraverit in re minori, & sic demum illum evehit ad honores & dignitatem. Atque hanc in rem ecce tibi nobilissimum illud par Virorum, quos Deus O. M. in re exigua exploravit, in qua cum fidem illorum perspexisset, illos ad summum fastigium evexit. Sic Davidem pertentavit grege illi credito &c.* Scilicet, ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι, καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν. *Qui in minimo fidem adhibet, is etiam in magno fidelis est. Qui vero in re minima injustus est, etiam in magna est injustus.* Luc. XVI. 10. Unde Generosus ille Luc. XIX. 17. industrio servo: *Bene*, inquit, *optime serve. Quia in minori fidem adhibuisti, potestatem habeas super urbes decem.*

XIX. Sed & illud addere liceat, si cui illæ Hebræorum narrationes forte fabulosæ videantur, idem Servatori nostro observatum, cum primum sibi Apostolos legeret, & Petrum & Andream, Piscatores, adsciceret. Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. *Sequimini*, inquit, *me, & faciam vos piscatores hominum*. A captura piscium illos ad piscatum hominum promoturum promittit; cujus differentiæ inter Pastores a Deo, & Piscatores a Christo lectos, hanc forte causam dari posse existimamus, quod populus Israeliticus jam olim, cum hi illi Pastores darentur, Dei peculium esset, & grex pridem coactus, qui saltem Pastore indigebat, qui commode duceret & curaret: Ecclesia autem Novi Testamenti, ex vasto mundi Oceano, ex Judæis, & ex Gentibus demum esset colligenda. Etsi hanc quoque frequentissime cum grege comparari nemo nescit.

XX. Hinc itaque factum est, ut posteaquam lingua Syriaca inter Judæos invaluit, omnes in genere populi præfecti פרנסים *Pastores* dicti fuerint, qui olim toties a Deo ipso Hebraice רועים quod idem notat, fuerant appellati. Sic Cod. *Joma*, fol. 86. שני פרנסים טובים עמדו לישראל משה ודויד: *Duo boni Pastores surrexerunt Israeli, Moses & David*, id est, *Rectores*; quandoquidem duo illi summum in Israelitis imperium gesserunt. Pariter Cod. *Erachin*, f. 17. 1. pr. פליגי בה רבי יהודה נשיאה ורבנן חד אמר דור לפי פרנס וחד אמר פרנס לפי דורו למאי הלכתא אילימא למעליותא דמר סבר אי מעלי דרא מעלי פרנס ומר סבר אי מעלי פרנס מעלי דרא: *In eo disputant R. Jebuda Nesia, & Magistri nostri. Unus enim dicere solebat, Habet sese unumquodque seculum pro ratione Pastoris sui: alter vero; Pastor pro ratione seculi. A quo stat veritas? Dicamne illud de excellentia* (probitatis?) *Quod unus horum doctorum existimaverit; excellente seculo, excellere etiam Rectorem: alter vero; excellente Pastore excellere etiam seculum.* Quo loco de Regibus agi, ex sequentibus satis constat, ubi Jehojakim & Zedekias, reges Judæ, in exemplum adducuntur.

XXI.

XXI. Sed & minores Magiſtratus eodem nomine veniunt. Ita quippe Judices פרנסים *Paſtores* dictos fuiſſe, jam ſuperiori libro oſtendimus, recentiorum auctoritate, qui generale veterum axioma, quod de *Paſtoribus* agit, ſingulatim *Judicibus* applicant. Illud ita habet: כיון שנתמנה אדם פרנס על הציבור אסור בעשייה מלאכה בפני שלשה: *Inde ex quo aliquis multitudini regendæ eſt præfectus, vetitum illi eſt tribus aliis inſpicientibus opus facere*. Unde recentiores *Judici* idem vetitum eſſe concludunt. Eodemque illa omnino referenda ſunt, quæ Cl. *Buxtorffius* in Lex. Talm. adduxit, ubi etiam ex Paraphraſibus Chaldaicis abunde exemplorum occurrit, quæ deſcribere non lubet. Unum ſaltem locum integrum proferre juvabit; ex Cod. *Peſachim*, f. 113. 2. m. ארבעה אין הדעת סובלתן אלו הן דל נאה ועשיר מכחש וזקן מנאף ופרנס מתנאה על הציבור בחנם: *Quatuor ſunt, quæ captum humanum ſuperant* (conf. Joh. XVI. 12.) *eaque hæc ſunt: Pauper ſuperbus, dives emaciatus, ſenex adulter, & denique Paſtor, qui ſeſe effert ſuper cœtu ſine cauſa*, vel *immerito*. Quæ poſtrema *Jarchius* ſic explicat: נוהג עליהם שררה ואינו עומד עליהן בשעת רוחקן, *qui magiſtratum in illis gerit, ſed tempore neceſſitatis, periculo ingruente, illis non adeſt*. Cod. *Joma*, f. 22. 2. m. אמר רב נחילאי בר אידי אמר שמואל כיון שנתמנה אדם פרנס על הצבור מתעשר: *Auctor eſt R. Nebilai F. Idi, Samuelem ſolitum eſſe dicere: poſteaquam aliquis populo regendo præficitur, diteſcit*. Cum ſc. nullum adeo tenue officium eſſe ſoleat, quin aliquid inde emolumenti redire poſſit. Cui ob proverbii elegantiam illud addere liceat, quod ibidem mox ſequitur: אין מעמידין פרנס על הצבור אלא אם כן קופה של שרצים תלויה לו מאחוריו שאם תזוח דעתו עליו אומרים לו חזור לאחוריך: *Non conſtituunt aliquem Paſtorem populi, niſi ciſtulam immundorum animalium in tergo gerat. Nam ſi animus ejus ſeſe ideo inſolenter efferat, illi dicunt: videas manticæ quod in tergo eſt*. Ubi קופה של שרצים nihil aliud eſt, interprete *Jarchio*, quam דופי משפחה *labes quædam familiæ* adſperſa, cujus conſideratione inſolentis hominis faſtum reprimendum eſſe docent. Ut proverbialis locutio ſit, ſimilis illi Latinorum:

Non videmus manticæ quod in tergo eſt.

XXII. Unde tandem nemini, opinor, mirum videbitur, eadem *Paſtoris*, *Paſcendique* vocabula etiam ad Academias & Synagogas translata eſſe, deque illis uſurpata, qui vel doctrina ſua populum docebant, vel regebant conſiliis. De *docendi* enim munere, neque aliter, opinor, accipi debet, quando R. Akibæ tribuitur, in *Zemach David*, ad annum 840. & *Juchaſin*, fol. 35. 2. ארבעים שמש חכמים וארבעים שנה פרנס ישראל: *Quadraginta annis ſtudiis operam dedit*, (vel *diſcipulus, auditor ſapientum fuit*) *& quadraginta annos pavit Iſraelem*; publice ſc. in Academiis & Synagogis docendo. Unde etiam aliquando videri queat, פרנס *Paſtor* dici ex eodem *Juchaſin*, fol. 35. fac. 1. m. ובפרקא קמא דעבודה זרה זה ספר תולדות אדם שהראה לו דור ודור ופרנסיו כיון שהגיע לדורו של רבי עקיבה שמח בתורתו ונתעצב במיתתו ואמר ולי מה יקרו רעיך אל: *Et cap. 1. Cod. Abboda Sara* legitur: *Hic liber generationum Adami. Quod oſtendit illi unamquamque generationem & Paſtores ejus; cum vero perveniſſet ad ſeculum R. Akibæ, gaviſus eſt ſcientia legis illius, & indoluit morte illius, & dixit* (ex Pſalm. CXXXIX. 17.) *Et de me, quam pretioſæ ſunt cogitationes tuæ, o Deus*. Nimirum, quod hic *Paſtor* dicitur, ad תורתו *Theologiam illius*, ejuſque publicam Profeſſionem referendum videtur. Sed locus ipſe paulo plenius habet: דור דור וחכמיו דור דור ופרנסיו *unamquamque generationem, & Sapientes ejus; generationem quamque, & item Paſtores ejus*. Ubi ſi *Paſtores* a *Sapientibus* diſtinguere debeamus, *R. Akiba* ad hos poſteriores non minus referri poterit, & *Paſtores* forte alios rectores notabunt. Sed rurſum aliter illum Cod. *Sanhedrin* exhibet, fol. 38. 2. m. דור דור ודורשיו דור דור וחכמיו *ſingulas generationes, & concionatores illarum, & Sapientes illarum*. Ubi tamen olim aliter lectum eſſe ex ſequioris ævi Rabbinis liquet, qui hic nobis pariter פרנסים *Paſtores* exhibent.

XXIII. Sed quicquid de locis iſtis & titulo R. Akibæ aliis ſtatuendum videatur, Hillel magnus ille traditionariorum patriarcha, ſummus Synhedrii Præſes, & Academiæ Rector, pariter *paviſſe* dicitur Iſraelem. *Juchaſin*, fol. 19. 1. f. והיו חייו קכ שנה ובן מ׳ שנה עלה מבבל וארבעים שנה למד וארבעי שנה פרנס ישראל: *Vixit autem annos centum & viginti. Nam quadraginta annorum erat, cum adſcenderet ex Babylonia; Et quadraginta annos docuit* (privatim;) *& denique quadraginta annos pavit Iſraelem*. Quod *paſcendi* officium ad publicam illius inſtitutionem potius, & gubernationem populi Eccleſiaſticam eſt referendum, quam ad imperium civile. Sic

R. Da-

R. David Gans, ad annum 3725. ubi de Hillelis hujus præſidio agit: כי היה מנהג בירושלים שעם היות המלכות מבית חשמונאים ואחריהם מבית הורדוס הנה תמיד היה נשיא מבית דויד כי המלך היה המוציא והמביא במלחמה ועל דברי המלכות אבל כל דברי תורה חקים ומשפטים על פי הכהן הגדול והנשיא מבית דויד היו נעשים: *Moris enim erat Hieroſolymis, ut, licet regnum penes familiam Aſſamonæorum & mox Herodis eſſet, ſemper tamen Princeps eſſet ex familia Davidis. Rex enim belli dux erat, cæteraque regni negotia adminiſtrabat; Quæ vero ad Legem, Ceremonias, atque Judicia attinebant, ex ſummi Sacerdotis, & Principis ex familia Davidis ſententia gerebantur*. Ex quo loco, cujus generis נשיאות *Principatus* ille fuerit, ſive *Præſidium* malis, abunde liquet: quemadmodum etiam illud, qui fiat, ut in hiſtoria Evangelica *Sacerdotes* & *Principes populi* toties conjungantur.

XXIV. Sic igitur tandem denique *Seniores*, qui una cum *Doctore* Synagogam vel cœtum gubernant, etiam פרנסים ſunt appellati. Locus in hanc rem eſt omni exceptione major apud *Eliam Miſrachi*, in *Conſiliis* ſive *Quæſtionibus & Reſponſionibus* fol. 73. col. 4. circa medium. ובהסכמת כל החכמים אין צורך להסכמת פרנסי שום הקהל: *Et quando omnes Sapientes conſenſerint, nihil opus eſt conſenſu Paſtorum ullius cœtus*. Agitur iſtic cauſa Judæorum Adrianopolitanorum, qui plures in ſua civitate diſtinctos cœtus & Synagogas habebant; & hi ſuos ſinguli חכמים *Doctores*, & ſuos item פרנסים *Paſtores*, ſive *Seniores*, a *Doctoribus* omnino diſtinctos. Sed hujus generis mox plura loca proferemus, poſtquam alios quoſdam eorundem titulos oſtenderimus, quibus olim & etiamnum frequenter appellantur. Præſertim cum haud ſciam, annon pleraque loca Talmudica, quæ quidem nobis hactenus occurrunt, in quibus פרנסים memorantur, aliis potius conveniant, quam his noſtris, quos inveſtigamus, *Senioribus Synagogæ*; vel minimum non adeo certis argumentis demonſtrari queat, ad ſolos Synagogæ Gubernatores illa eſſe reſtringenda. In quem cenſum nunc illum etiam locum referre licebit, quem ſupra §. VIII. & X. produximus: quandoquidem tandem ſedulo inveſtigando comperiſſe videmur, alius plane generis eſſe, qui ibi *Paſtores* dicuntur, atque noſtri ſunt *Seniores*; uti paulo inferius liquido oſtendemus.

XXV. Vocantur autem alibi טובים *Boni*, vel potius integre, שבעה טובי העיר *Septem Boni Civitatis*; Ita Cod. *Megilla*, cap. IV. ubi de jure Synagogarum agitur, fol. 26. col. 1. fine. אמר רבא לא שנו אלא שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אבל מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אפילו למשתא ביה שברא שפיר דמי: *Rabba dixit: Non docent* (id quod in Miſchna legitur de pretio Synagogæ, eorumque quæ ad illam pertinent, ſi vendita fuerint, in rem ſanctiorem, non quæ minus ſancta ſit, impendendo) *niſi quando ſeptem boni Civitats non vendiderint publice: Nam ſi ſeptem boni Civitatis publice vendiderint, vel ſiceram pretio rei venditæ* emere atque *potare licebit*. Et mox ibid. col. 2. רבינא הוה ליה ההוא תילא דבי כנשתא אתא דרב אשי אמר ליה מהו למזרעה אמר ליה זיל זבניה משבעה טובי העיר וזרעיה: *Rabina habebat tumulum collapſæ Synagogæ* (Jarchius: כל בית הרוס קרוי תל כמו והיתה תל עולם *omnis domus quæ deſtructa eſt vocatur* תל, *quemadmodum* Deut. XIII. 17. *& erit tumulus*, locus deſtructus, *æternus*.) *Veniebat igitur ad Rabb Aſe, & rogabat, liceretne illum conſerere? Hic illi, abi, inquit, & eme illum a ſeptem bonis Civitatis, & tum conſere*. Rurſus fol. 27. 1. f. והכי קאמר במה דברים אמורים שלא התנו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אבל התנו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אפילו לרוכסוסיא נמי מותר *Et ſic dicit: Quomodo hæc intelligenda ſunt? Si ſeptem boni Civitatis publice nihil de illis pacti ſint: Si vero publice pacti ſint ſeptem boni Civitatis, etiam in equitem civitatis* (nummos erogare) *fas eſt*.

XXVI. Hæc de illis in Talmude: quæ a recentioribus Juris Hebræi Scriptoribus paſſim repeti videas, quando de Synagogarum, vel pauperum, vel denique totius cœtus jure agunt. Ubi cum ad Codicem *Megilla*, quod ad hanc phraſin attinet, unice provocare ſoleant; non abſque ratione dubitare liceat, an alibi in Talmude horum *Septemvirorum* frequens mentio occurrat.

XXVII. Aliquando vero recentioribus numero omiſſo ſimpliciter טובי העיר *Boni Civitatis* vocantur, & paullo aliter טובי הקהל *Boni cœtus*, vel *Eccleſiæ*. Rabbenu *Aſcher*, *Conſiliorum* cap. V. §. I. או דילמא בהסכמת טובי העיר יכולין לעשות מה שירצו *aut forte, ſi Boni Civitatis conſentiant, facere poſſunt, quod lubet*, & Academiam aliis habitandam elocare? Et reſpondetur: כיון שטובי העיר הסכימו לשנותו הרשות בידם אפילו לדבר הרשות וגו׳: *Siquidem Boni Civitatis conſentiant de illa* (Academia in alium uſum)

usum) *convertenda , liberum illis est , etiam in rem adiphoram .* Ibidem cap. VI. §. 18. quæritur אם יוכלו לחזור בהם אם לא כי בהסכמת טובי העיר *Utrum possint* (promissionem suam) *revocare , annon ; si accedat consensus Bonorum Civitatis?* Et resp. ועל שהוספת לשאול אם יוכלו לחזור בהם מנהג פשוט הוא מה שטובי הקהל מסכימים לעשות שריר וקיים הוא בלא קנין : *Quod vero porro quæris , possintne verba sua revocare? Pervulgatus utique mos est, ut quidquid boni cœtus communi consensu facere constituant , id firmum ratumque sit , etiam absque emtionis symbolo.*

XXVIII. Est vero etiam ubi ראשי הקהל *Capita* vel *Principes cœtus* audiunt; uti Pragæ, alibique in Bohemia fieri , a fide dignis auctoribus accepi . Sed neque diserta Hebræorum loca nobis desunt , quibus dicto fidem faciamus . *Juchasin* fol. 122. fac. 1. ועמדו אנשים מראשי הקהל ונחלקו לשני חלקים חלק אחד תמכו בידו של ראש גלות והחלק השני תמכו ביד רב סעדיה: *Surrexerunt itaque quidam ex capitibus cœtus, qui in duas partes divisi , hinc Æchmalotarcham , inde R. Saadiam manu prehendebant &c.* Et fac. 2. ubi de ratione constituendi & inaugurandi Æchmalotarchæ agitur: אם הסכימה דעת הקהל למנותו מתקבצין שני ראשי הישיבות עם בני ישיבתן עם כל ראשי הקהל והזקנים בבית אדם גדול שבבבל מגדולי הדור כגון נטירא : *Si cœtus consenserit in illius* (Æchmalotarchæ) *creationem , conveniunt duo Rectores Academiarum cum discipulis suis, & cum capitibus cœtus atque Senioribus, apud ædes alicujus in Babele honoratissimi, qui sit ex maximis seculi viris , uti Netira ejusque similes . Is vero, in cujus ædibus conveniunt , hoc pacto honore afficitur, magnæque ipsi gloriæ & singulari honori ducitur ,* בהקבץ הגדולים והזקנים בביתו: *quod Magnates & Seniores in ædibus illius conventum agunt. Feria autem quinta in Synagoga conveniunt, ubi illi gratulantur , & manuum impositione confirmant , tubaque canunt , ut universi & singuli audiant . Qui re intellecta pro facultatibus suis illi honorem habent ,* וכל ראשי הקהל *& omnes principes cœtus & ditissimi quique elegantes illi vestes mittunt, pannosque egregios , & argentea atque aurea vasa, pro suis quisque facultatibus &c.*

XXIX. *Beth Joseph* , ad *Jore dea* §. 256. fol. 303. col. 3. m. אבל אם לא נתמנה לחלק המעות לדעתו ולא היה לא כסתר נבאי שהאמינוהו לשמור המעות אבל לא היה מחלק מבלי שימלך בראשי הקהל אם איפשר לו להמלך בראשי הקהל שהיו אז שם כשנגבית הצדקה ההיא וכו׳ *At si* (נבאי Diaconus) *non sit creatus* (absoluta potestate) *ut nummos pro suo arbitrio distribuat ; neque sit nisi* בסתר (an בסתם?) *Diaconus, cui tantum commiserint nummos ut asservet, sed non ut distribuat, nisi re cum capitibus cœtus deliberata : Siquidem cum capitibus universitatis consultare possit, qui tum, cum illæ Eleemosynæ colligerentur , præsentes erant &c.*

XXX. Est vero , ubi etiam ממוני הקהל *Præfecti Cœtus* vel *Ecclesiæ* dicantur , &, de quo supra dubitabamus, simpliciter ממונים *Præfecti* . Ita *R. Benjamin* , in *Consiliis* f. 317. 2. f. שאלת ממני הר׳ שמעון כ״ץ על אודותיך שנשכרת לקהל יצ״ו לשליח ציבור ולנבאי צדקה בכ״כ לשנה וכמאמרך נשכרת פחות מכדי הראוי לשכירתך ובאמצעות השנה אמרו לך ממוני הקהל שאינם חפצים בך וגם כבודך נתרצה אמנם הכל היה באמירה ולא בכתיבה וכששמעו אנשי הקהל הקשה בעיניהם ולא נתרצו אלא רצו שתעמוד עמהם לפחות עד השלמת השנה וגם שותם הממונים גמי חזרו בהם ורוצים לעכבך וכבודך טוען שכבר מחלו שיעבודך הממונים : *Consuluiste me , D. Simeon , Sacerdos , de te ipso , ut qui operam tuam cœtui elocaris, (quem Deus Redemtor ejus custodiat (ut sis Minister Synagogæ & Collector Eleemosynarum, idque certa summa in annum . Sed , ut ais , justo minori pretio conductus es , & vix medio anno elapso Præfecti cœtus tibi renunciarunt , Te illis non amplius placere, neque reverentia tua admodum repugnavit : Omnia tamen verbis solummodo gesta sunt , non scripto . Simul ac vero membra cœtus rem intellexerunt , vehementer illis displicuit , neque consenserunt ; Sed voluerunt , ut annum ad minimum cum illis exigeres : Et tandem etiam ipsi illi præfecti mutarunt factum, conanturque Te retinere . Sed Reverentia tua objicit, Præfectos jam renunciasse Ministerio tuo , &c.* Agitur hic de שליח ציבור *Ministro Synagogæ*, qui preces recitat , quem cum כל הקהל *universa Ecclesia* vocavisset, הממונים *Præfecti* vel ממוני הקהל *Præfecti Ecclesiæ* remotum volebant , qui adeo procul dubio erunt , de quibus nos jam agimus, *Seniores* & *Præfecti Synagogæ*.

XXXI. Sed ecce alium illorum titulum, in superioribus nondum memoratum, quando גדולי הקהל *Majores cœtus*, vel , quod eodem redit, גדולי העיר *Majores Civitatis* audiunt, quæ illorum appellatio eo minus nobis negligenda erit, quod insignem lucem affundit LL. III. & XXIII. Cod. I. Theod. de *Judæis &*

cœ-

cœlicolis ; ubi ab Imperatore pariter *Majores Judæorum* memorantur . *Elias Miraschi* in *Consiliis* , f. 98. col. 3. p. *Hæc sunt argumenta, quæ quidam secuti nostri sapientes adversus responsionem illustris Doctoris Mosis Maimonidæ objiciunt , usque adeo ut quidam illorum hanc responsionem plane confusam existiment , minimeque Maimonidæ adscibendam . Ego vero vehementer miror , illis nihil auditum esse de controversia , quæ Doctoribus in hoc argumento de Magnatibus seculi & magnatibus civitatis intercedit . Quidam enim existimant , majores civitatis in sua civitate tantundem posse , quantum Majores seculi in suo quique seculo ; & hinc adeo argumentum ducendum esse a majoribus seculi in suo seculo , ad id quod majores civitatis possint in sua civitate . Cum itaque Majores seculi decernant , ordinent , gubernent , bona fisco addicant , adjurent item , devoveant , atque excommunicent eos , quicunque ex sui seculi viris ipsorum quoddam decretum , statutumve transgrediantur : idem juris erit majoribus civitatis , ut decernant , ordinent , gubernent , bona item fisco addicant , adjurent , devoveant , atque excommunicent , quicunque civium quoddam illorum decretum , statutum , moremve , fuerit transgressus . Alii vero existimant , non esse eandem rationem majorum civitatis in Civitate sua , quæ Majorum seculi in suo seculo ; atque adeo non habere majores civitatis potestatem decernendi , statuendi &c.*

XXXII. Sed quæ hujus generis sunt , atque item alia complura loca , ea in progressu opportuno loco repræsentabimus , ut ne eadem sæpias repetere cogamur . Majus operæ pretium fecerimus , si quos titulos hactenus seorsim exibuimus , illos nunc junctim spectemus , atque ostendamus , זקנים *Seniores* vel *Presbyteros* , פרסנים *Pastores* , שבעה טובי העיר *Septem Bonos Civitatis* , ראשי הקהל *Capita cœtus* , ממוני הקהל *Præfectos cœtus* , qui etiam aliquando simpliciter ממונים vocantur , & denique גדולי העיר או גדולי הקהל *Majores Civitatis* vel *cœtus* , omnes eosdem esse , qui una cum ראש הכנסת *Archisynagogo* commissum sibi cœtum gubernant . Id quod Lectori nostro non eo solum nomine gratum fore confidimus , quod illud argumentum a nullo , quod quidem sciamus , ante nos est occupatum , sed etiam , quod Vit Cl. posteaquam nos jam libro superiori aliquid de eo monueramus , evidentissimis Doctissimorum Hebræorum testimoniis , miselli hominis , nuper ludimagistri , alias circumforanei , dubiam fidem opponere ausus est , & gravissimum conjunctissimumque Ordinem *Septemvirorum* turbare .

XXXIII. Illi itaque , qui in Talmude , Codice *Megilla* , l. c. Synagogam moderari dicuntur , & *Septem Boni Civitatis* audiunt ; hos R. *Moses Maimonides* per זקנים *Seniores* explicat . Comment. ad Mischnam tertiam , Cap. *Cives qui vendunt* , &c. זהו כשלא מכרו אותו אנשי הכפר כולם בהסכמת אבל אם מכרוהו זקני המקום כולם במעמד אנשי המקום כולם יכולים למכור ואפילו לעשות ממנו דיר לשתות בו יין: *Id obtinet , quando incolæ pagi alicujus non vendiderunt illam omnes communi consensu : Verum si omnes seniores loci illam in comitiis universi populi vendiderint , possunt illam ita vendere , ut etiam œnopolium* (vel cauponam) *inde facere liceat .* Ex quo loco sole meridiano clarius elucet , *Septem Bonos civitatis* non esse alios , quam loci cujusque , vel potius cœtus aut Synagogæ quæ alicubi est , *Seniores* , quibus cura Synagogæ est commissa .

XXXIV. Eosdem vero *Bonos civitatis* alii passim vocant פרנסים *Pastores* , Gubernatores . *Tosaphta* Cod. *Megilla* , Cap. 11. אמר רבי יהודה במה דברים אמורים בזמן שלא התנו עמהם פרנסי אותה העיר אבל אם התנו עמהם פרנסי העיר רשאין לשנותה לכל דבר שירצו: *Dixit R. Juda : qua conditione illud dicitur ? Quo tempore pastores ejusdem illius civitatis non fuerint cum illis pacti . Sed si pastores civitatis certas conditionis cum illis pacti fuerint , omnino facultatem habent , in quamcumque rem voluerint , convertendi .* Quos Gemara fol. 27. 1. *Septem bonos Civitates* vocaverat , hic loci *Pastores* audiunt .

XXXV. Neque aliter *Rabbenu Nissin* , ad Epitomen *R. Iizchak Alphesii* , fol. 365. 1. fine . ובני העיר דקאמרינן במתניתין היינו שמכרו בני העיר שלא מדעת פרנסיהם וכל כי האי גונא בעיא עילויא וכן מוכח בתוספתא דתניא התם בפרק בתרא דמגילתא רבי מנחם בר רבי יוסי אומר בני העיר שמכרו בית הכנסת לא יקחו את הרחובה אמר רבי יהודה במה דברים אמורים שלא התנו עמהם פרנסי העיר רשאין לשנותן לכל דבר שירצו חפוסק צדקה עד שלא זכו בה פרנסים רשאי לשנותן לדבר אחר משזכו בה פרנסים אינו רשאי לשנותם לדבר אחר אלא מדעתם והיינו דאמר רבא בגמרא לא שנו אלא שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר כלומר שמכרו אנשי העיר שלא מדעת הפרנסים אבל אם הסכימו שבעה טובי העיר באותו מכר והיו במעמד אנשי העיר רשאין

להוציא המעות לכל מה שירצו: (Et cives) *Quod in Mischna dicunt, hujusmodi est, ut si cives vendiderint absque consensu suorum parnasim, & his similia, adscendere debeant* (a minori sanctitate ad majorem) *atque ita probatur in additamentis hic loci tradi in Exotica. Cap. ultimo Mechiltæ; R. Menachem F. R. Josæ dicit: Si cives vendiderint Synagogam, non rediment* (ejus pretio) *plateam. Dixit R. Jehuda: Qua conditione illud proprie dicitur? Si parnasim civitatis cum illis non fuerint pacti. Nam si parnasim civitatis cum illis transegerint, omnino facultatem habent* (pretium venditæ rei sacræ aut Synagogæ) *in quacumque rem pro lubitu suo impendendi. Qui destinavit aliquid pro eleemosyna, quamdiu in potestatem Parnasim non pervenit, in aliam quamcunque rem adhibere potest: At simulatque Parnasim eo jam potiti sunt, non amplius habet facultatem illud cum re alia permutandi, nisi illorum consensu. Et hoc est quod Rabba in Gemara* (fol. 27. 1. in fine,) *dicit: Non docent nisi de eo, quod septem boni civitatis non vendiderunt in comitiis populi: quasi dicat, quod vendiderunt cives absque consensu parnasim; Si vero septem boni civitatis in illam venditionem consenserint, & quidem in comitiis populi; facultatem habent nummos,* (ex re sacra vendita confectos) *in quamcumque rem voluerint, expendendi.* Pro eo, quod Gemara, quam etiam ipse adducit, habet *Septemviros Civitatis*, *Rabbenu Nissim* constanter vocat *Parnasim*; ut adeo illi *Septem Boni Civitatis* non sint alii, quam qui hodie in Germania & alibi vulgo *Parnasim* dicuntur, id est, *Gubernatores*, *Seniores* Synagogæ.

XXXVI. Similiter *R. Jos. Karo*, in *Beth Joseph*, *O. Ch.* f. 101. 2. m. ומכל מקום המעות נשארים בקרושתם כלומר אף על פי שבני הכפרים יש להם רשות למכור בית הכנסת שלהם מכל מקום המעות נשארים בקרושתם ואינם רשאין להורידן מקרושתם כמו שנתבאר וטעמא דמלתא משום דכמכרו בני העיר שלא מרעת פרנסיהם עסקינן אבל אם הסכימו שבעה טובי העיר באותו מכר והיו במעמד אנשי העיר רשאין להוציא המעות לכל מה שירצו כמו שיתבאר בסמוך Nihilominus tamen nummi consecrati manent) *id est; etsi pagani facultatem habent Synagogam suam vendendi, nummi tamen nihiolminus sacri manent, quos a majori sanctitate ad minorem transferre non licet, quemadmodum jam explicatum est. Atque ejus rei hæc est ratio, quod de illo casu agimus, si quando loci incolæ absque parnasim suorum consensu vendiderint: At si septem boni civitatis in venditionem illam consenserint, idque publice in comitiis populi, tum vero nummos in quemcunque usum, pro eo atque libitum fuerit, impendere licebit, quemadmodum paulo inferius exponetur.*

XXXVII. Sed quorsum necesse erit plura loca producere, in quibus vel פרנסים per שבעה טובי העיר explicantur, vel duo illa promiscue usurpantur; cum disertissima Hebræorum testimonia adsint, quæ rem extra omnem aleam ponunt dubitationis? Ita *R. Mordechai Japhe*, in *Lebbusch*, *Orach chaijim*, Tit. CLIII. §. 7. ודוקא כשמכרו אותה בני העיר שלא מרעת פרנסיהם שהם טובי העיר או שמכרו שבעה טובי העיר שלא במעמר אנשי העיר: *Scilicet solummodo, quando cives illam vendiderint præter sententiam parnasim suorum, qui sunt boni civitatis: vel quando septem boni civitatis illam quidem vendiderint, sed non in corona civium.* Nihil hisce ejus verbis in nostram sententiam evidentius, ut ulteriori explicationi, aut operosæ argumentationi nullus relictus sit locus. *Parnassim*, inquit, *sunt ipsi Boni Civitatis.* ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

XXXVIII. Pergimus itaque ad ראשי הקהל *Capita* vel *Principes cœtus*, ut hos quoque eosdem esse ostendamus cum *Bonis Civitatis*. In hanc itaque rem notari velimus quod est apud *Eliam Misrachi*, fol. 12. col. 3. & 4. Initio Capitis XIV. hæc Quæstio occurrit: אם יש כח בקצת מהקהל לגזור גזירה על כל הקהילה ואפילו לא קבלום עליהם או צריך הסכמת הכל או טובי הקהילה או אדם מפורסם ומומחה לרבים *Utrum pars quædam cœtus facultatem habeat condendi decreta, quibus universus cœtus teneatur, etiamsi illos sibi non adsciverint: an vero consensus universorum requiratur, vel Bonorum Cœtus, aut celebris cujusdam & publice promoti Viri?* In responsione vero, postquam primo locum ex Rabbenu *Tam* produxit, ubi טובי העיר memorantur: porro aliorum quoque responsa in eandem sententiam affert, in quibus frequens mentio ראשי הקהל [illegible] occurrit. Verba ita habent: ורבי אליעזר בן יואל כתב בתשובה ומייתי לה המרדכי פרק השותפין מה שטען האפיטרופוס שראשי הקהל הסכימו שלא לקבל שבועה משום אדם במס וברדו להטיל על כל בעל הבית על פי החרם על זאת אשיב אם הוברדו טובי העיר מתחלה להנהיג קהלתם בכל דבר אפילו יחיד שבררו מה שעשה עשוי בתקנת הקהל *Et R. Eliezer F. Joelis Esræi scripsit in Responsione, & R. Mordechai repetiit Cap. 1. Cod. Babba Ba-*

Bathra. „ *Quod Curator objicit*, *capita* „ (*vel Præfectos*, *cœtus ſtatuiſſe non admittendum eſſe ullius hominis Jusjurandum in cauſa tributi*, & *elegiſſe quoſdam*, *qui ſinguli Patribus familias imperent ſub pœna excommunicationis*; *ad id reſpondeo*: *Quod ſi boni civitatis inde ab initio electi ſint*, *qui cœtum ſuum in omnibus rebus gubernent*, *etiam quum hi unum ſolum elegerint*, *quicquid ille facit*, *ratum eſt*, „ *in ordinando cœtu*. Hic primum ראשי הקהל *Præfecti Eccleſiæ*, mox iterum טובי העיר *Boni Civitatis* occurrunt, atque adeo neceſſario iidem ſunt.

XXXIX. Rurſum idem *R. Elias*, f. 76. 4. f. וכן פירש רבי אליעזר בן יואל בהדיא במעמד אנשי העיר בסתם שלא מיהו בדבר וגם לא עשו הדבר בצינעא שלא יתגלה שאם תפרש שאמרו כולם בפירוש הרי אנו מתרצים אם כן לא עשו שבעה טובי העיר אלא כולם וכתב המרדכי ונראה לומר שאם מוחה אחד מבני העיר בדבר שראשי הקהל רוצים לעשות או לתקן או לגזור חרם אם רוב הקהל מסכימים עם ראשי הקהל חל החרם והתקנה ואם לא הסכימו הקהל עם ראשי הקהל ומיחו אך הראשים עשו יכולים למחות בידם ונוטר: *Et ſic R. E. F. J. E. explicat phraſin hanc*, in comitiis populi, *ſimpliciter*, *quando* (cives) *non intercedunt illi rei*, *atque etiam* (Boni Civitatis) *non egerint clanculum*, *ut ne reveletur*. *Nam ſi ita interpreteris*, *quod omnes expreſſe dicant*; *ecce nos eam rem volumus*: *tum ſane non ſeptem boni Civitatis faciunt*, *ſed populus univerſus*. *Et ſcripſit Rabi Mardochæus*. *Itaque dicendum videtur*, *quod ſi unus civium vetet rem*, *quam Præfecti cœtus facere velint*, *ſive ordinare*, *ſive ſub pœna excommunicationis legem ferre*; *ſiquidem major cœtus pars Præfectis cœtus acceſſerint*, *excommunicatio atque conſtitutio ratæ ſunt*: *Si vero populus cum Præfectis cœtus non conſenſerint*, *verum vetuerint*, & *tamen Præfecti facere velint*, *omnino illos impedire poſſunt*. Quos unus ſeptem *bonos Civitatis* vocat, hos alter in eodem argumento ראשי הקהל *Capita Eccleſiæ* appellat. Ut adeo neceſſario rurſum ראשי הקהל & טובי העיר, *Boni* & *Capita* ſive *Præfecti*, ſint iidem.

XL. Sed prolixum eſſet omnia loca proferre, in quibus hi tituli *Seniorum Synagogæ* promiſcue uſurpantur. Id quod eo minus neceſſarium erit, quod modo laudatus *Rabi Elias Miſrachi* rem compendio tradit, quando fol. 77. col. 2. m. ſic ſcribit: ועוד דפירוש טובי העיר בכל מקום אינו רוצה לומר היותר חכמים או היותר זקנים או היותר עשירים אלא היותר משתדלים בצרכי ציבור שכל צרכי הקהל נעשו על ידם ועיני כל הקהל תלויים בהם לכל צרכיהם מעניני ברור הצדקות וההקדשות וכיוצא בהם ונקראים בעבור זה ראשי הקהל מאחר שכל צרכיהם נעשים על פיהם: *Et porro* (etiam illud inde diſcitur,) *per titulum Boni Civitatis*, *ubique locorum non illos intelligi*, *qui ſint aliis doctiores*, *vel ſeniores*, *vel denique ditiores*, *ſed qui negotia cœtus diligentius procurant*, *quoniam omnia negotia cœtus ab illis adminiſtrantur*, *totiuſque cœtus oculi in illos defixi ſunt in omnibus negotiis illius*, *uti in diſtribuendis eleemoſynis*, *adminiſtrandis bonis ſacris*, & *id genus aliis*. *Et hanc ob cauſam vocantur Capita cœtus*, *eo quod omnia hujus negotia ex illorum conſilio geruntur*. Habes hic non modo horum nominum συνωνυμίαν, ſed etiam, quod amplius eſt, utriuſque appellationis rationem, de qua mox in ſequentibus pluribus agendum erit.

XLI. Porro vero ממוני הקהל *Præfecti cœtus*, qui etiam aliquando ſimpliciter הממונים *Præfecti* audiunt, iidem prorſus ſunt atque *Septemviri* illi *Civitatis*. Quod etſi æque diſertis teſtimoniis hactenus probare non poſſumus, atque in ſuperioribus uſi ſumus, quando diverſi eorundem tituli eodem loco pari paſſu ambulant, & promiſcue uſurpantur: tamen nemo paullo humanior de illo vehementer dubitaverit, nedum inficias iverit, qui vel latiſſimum uſum vocis ממונה attenderit; vel ea, quæ illi adjunguntur, conſideraverit; vel denique illud obſervarit, quod ad alios quoſdam titulos *Seniorum Synagogæ* utcunque deſcribendos adhibeatur.

XLII. Quod itaque ſignificatum vocis ממונה attinet, atque ejus item unde hæc derivatur, ille adeo late patet, ut quicunque fere munus aliquod gerunt, vel negotio cuivis publico ſunt præfecti, de illis uſurpetur. In Templo ſane non tantum is, qui ſummo Sacerdoti erat *ſuffectus*, סגן *vicarius*, ſed quicunque certo muneri *præfecti* erant, ממונים dicebantur. Horum Codice *Schekalim*, cap. v. prolixa ſeries recenſetur; *Præfecti ſigillorum*, *Libaminum*, *Sortium*, &c. de quibus omnibus generatim dicitur: אלו הן הממונים שהיו במקדש *Hi ſunt Præfecti*, *qui fuerunt in Sanctuario*. Vide ſis l. c. apud *Ottonem* in Lexico Rabbinico Philologico, & ubi ſingulos paullo prolixius explicat, vel ſaltem locorum indicium facit, ibidem pag. 425. ſ. Neque minus, qui *Stationibus* præerant, earumve *duces*; vel Iſraelitarum agmina ducebant, primitias ſuas ad Tem-

Templum deferentium, ממונים *præfecti* audiebant: quod qui in Hebræorum antiquatibus non plane hospites sunt, ignorare non possunt. Sic pariter Judices dicuntur פרנסים *Gubernatores*, הממונים על הציבור *præfecti cętui*, quemadmodum jam alibi ostendimus. Et denique *Chasſan*, qui Synagogam curat atque custodit, atque ipse etiam *Archiſynagogus*, eodem nomine quandoque veniunt; quorum illud jam supra cap. 1. §. 55. ſ. probavimus, hoc infra idoneis testibus dabimus confirmatum. Quæ adeo res facit, ut dubitari nequeat, quin generalissimus titulus הממונים *Senioribus Synagogæ*, summo jure dari potuerit; & si quando occurrat, pro ratione loci & circumstantiarum de iisdem sit intelligendus.

XLIII. Atque horum posterius ex loco illo, quem modo §. xxx. allegavimus, evidens & manifestum est, si circumstantiæ omnes recte examinentur. Occurrit ibi (1) קהל *Ecclesia*, vel cœtus in unam Synagogam orandi causa convenire solitus; id quod inde satis liquet, quod (2) Cœtus ille R. Simeonem sibi שׁצ, id est, *Ministrum* elegerat, qui preces publice in Synagoga præiret: Sed (3) ממוני הקהל ejusdem *Cętus Præfecti* quidam memorantur, qui pro ea, quam sibi habere videbantur, auctoritate hunc Ministrum loco movere volebant, & re ipsa illum ministerio suo abdicabant. Unde facile est colligere, hos *Memunnim* Viros fuisse, qui a cœtu constituti fuerant, ut negotia Synagogæ curarent, atque adeo ipsos illos, qui alias vulgo *Septem Boni Civitatis* appellantur.

XLIV. Id quod inde porro validissime confirmatur, quod modo §. 41. ultimo loco observandum esse monuimus, quod vox ממונים *præfectorum* aliquando adhibeatur ad *ſeptemviros* illos describendos. Sic *R. Elias Misrachi*, fol. 76. 1. וכן כתב האשרי בהריא בהסכמת בני העיר או טובי העיר הממונים על הרבר: *Et sic ſcribit diserte F. Aſcheri: Quod si conſenserint incolæ civitatis, vel Boni Civitatis, qui sunt (Memunnim) præfecti negotio*. Idem fol. 79. 3. m. ואומדנא דרעהא היא דכל הנודרים ומתנדבים על דעת כל בני העיר או על דעת רובן או על דעת טובי העיר שנתמנו מכל הקהל הן נודרין לא על דעת מיעוט בני העיר או על דעת ז' טובי העיר שלא נתמנו מכל אנשי העיר ושלא במעמד אנשי העיר: *Præsumitur autem hæc mens esse, quicunque votum aliquod faciunt, vel quid sponte sua offerunt, illos id vovere atque offerre ex sententia omnium civium, majoriſve illorum partis, vel Bonorum Civitatis, qui creati (præfecti) sunt a toto cętu: nequaquam vero, ut illud a minori civium numero, aut a Septem Bonis Civitatis, qui non ab universis civibus sunt creati, vel non in statione civium, administrentur*. Et immediate post: אם כן כל אותן ההנאות המגיעות להן לבני העיר מאותן ההקדשות אינן רק על פי הסכמת כל הקהל או רובו או על פי הסכמת טובי הקהל שנתמנו מכל הקהל להתנהג פיהם: *Quod cum ita sit, omnes fructus, qui ex bonis illis Eccleſiaſticis* (votivis & sponte oblatis) *ad cives redundant, solummodo administrandi sunt conſenſu totius cętus, majoriſve ejus partis, vel denique conſenſu bonorum cętus, qui ab universo cętu præfecti sunt, ut illorum consilio regantur*. Ex quibus verbis cum manifestum sit, *Bonos Civitatis*, sive *Cętus*, uti posteriori loco appellantur, ab universo Cœtu *creari* atque *constitui*, imo cœtui ipsi *regendo præfici*, atque adeo vocem ממונים *præfecti*, &, quod eodem redit, נתמנו *constituti* vel *præfecti sunt*, definitionem *ſeptemvirorum* illorum ingredi: nulli amplius dubium esse potest, quin *ſeptemviri Civitatis* summo jure ממוני הקהל *præfecti cętus* dici possint, & sicubi hic titulus aliquando occurrat, id quod in superioribus probatum est, de *ſeptemviris* illis sit accipiendus; atque adeo *ſeptemviros* & *Memunnim* plane eosdem esse. Id quod erat nobis probandum.

XLV. Supersunt itaque soli גדולי העיר *Magnates* vel *Majores Civitatis*, quos ipsos *Bonos Civitatis* esse, nobis pariter venit demonstrandum. Id quod minus difficile erit, si eundem *Eliam Orientalem*, quo indice §. 31. titulum illum eruimus, porro quoque ducem sequamur, quippe qui *Majores* & *Bonos* sæpius uno eodemque loco nobis exhibet, & nullo discrimine, nunc hos, nunc illos, allegat. Consulat illum, qui volet & poterit, *Conſil.* cap. LVII. inde a fol. 94. ad fol. 98. & nos vera scribere deprehendet. Unum & alterum locum in rei argumentum producere sufficiet. Sed prius superiora paucis repetenda erunt. Ex iis itaque, quæ modo l. c. produximus, patet, comparationem instituí *Majorum Civitatis* cum *Majoribus ſeculi*, & controverti inter doctores, an *Majores Civitatis* tantundem juris habeant in sua civitate, atque *Majores ſeculi* in suo seculo. Per *Majores ſeculi* autem intelliguntur Principes populi, & Synhedrii præsides, veluti, Josua, Jephta, Samuel, &c. & forte ipsum universum Synhedrium (vide fol. 97. 1. 2.) qui

cum

cum ſupremi totius populi Rectores, vel ſaltem (extremis temporibus) Doctores eſſent, univerſo populo leges ferre poterant, eaſque graviſſimarum pœnarum ſanctione munire, quibus illarum contemtores & tranſgreſſores addicebant. Cum his alii Hebræorum Doctores גדולי העיר *Majores Civitatis*, vel גדולי הקהל *Majores Eccleſiæ* comparandos eſſe contendunt, alii negant; adeoque procul dubio ſupremos cujuſque civitatis vel Eccleſiæ Rectores intelligunt, id quod ex promiſcuo uſu *Majorum* & *Bonorum* eſt manifeſtum. *Rabi Elias*, f. 97. 1. p. ex illorum ſententia, qui eandem utriſque auctoritatem tribuunt, ſic ſcribit: מפני שטובי העיר במקום גדולי הדור הם עומדים וכמו שגדולי הדור הפקרם הפקר בכל מקום במגדר מלתא ותקנתא הוא הדין נמי טובי העיר הפקרם הפקר בכל מקום דאיכא מגדר מלתא ותקנתא *Eo quod Boni Civitatis vicem gerunt Majorum ſeculi. Et quemadmodum publicatio bonorum, quæ a Majoribus ſeculi inſtituitur, rata eſt, quotieſcunque de lege adverſus improbos ſeculi mores munienda, vel de bono publico procurando agitur: ita pariter publicatio, quæ fit a bonis civitatis, rata eſt, quoties de obſepienda Lege agitur, vel bono procurando*. Pro eo, quod in ſuperioribus *Majores Civitatis* legebantur, hic *Boni Civitatis* occurrunt. Rurſum fol. 12. 3. f. ופירש רבי מאיר הטעם דטובי העיר הוו בעירם למה שהוזכרו בברייתא כמו גדולי הדור וכמו שגדולי הדור וגומר *Et R. Meir rationem explicat, quod boni civitatis in iis rebus, quæ in exotica memorantur, ſint ſimiles Majoribus Seculi; & quemadmodum Magnates Seculi* &c. Similiter *R. Benjamin*, f. 435. 1. f. cujus verba, quoniam omnino eadem ex *R. Mordechai* repetit, ne Lectori tædium pariamus, adſcribere ſuperſedemus. Patet ſatis, *Magnates*, ſive *Majores* & *Bonos civitatis* promiſcue uſurpari, adeoque neceſſario eſſe eoſdem.

XLVI. Sed & alterius illius tituli exemplum proferendum erit, quo גדולי הקהל *Majores Eccleſiæ* audiunt, & oſtendendum, illum pariter cum titulo *Bonorum* alternare. *R. David Cohen*, in *Conſiliis* cap. XIV. fol. 101. 1. p. ולא המעוט דוקא אני אומר שאין כח בידם לבטלה אלא אפילו הרוב בלא הסכמת כל טובי העיר שנתקבצו בעל ההסכמה דמסתמא שבועה זו על דעת גדולי הקהל נעשה *Neque vero minori tantum parti facultatem illam negaverim* (legem latam) *abrogandi, ſed ipſi etiam majori, ſi ſit abſque conſenſu omnium bonorum Civitatis, qui illi rogationi interfuerunt: Quoniam per ſe clarum eſt, iſthoc jusjurandum ex mente majorum Eccleſiæ juratum eſſe*. Scilicet non poteſt cuiquam Jusjurandum remitti, niſi conſentiente & remittente illo, cui, vel ex cujus ſententia illud juratum eſt. Cum itaque decreta ſua legeſque graviſſimo Jurejurando & publicis execrationibus ſancire ſoleant, iiſque ſe mutuo ad illarum obſervationem devincire; Jusjurandum hic *Majoribus Eccleſiæ* datum eſſe dicitur, & hinc adeo non niſi conſenſu *Bonorum* remitti poſſe, qui decreto faciendo interfuerunt, & ex quorum ſententia eſt juratum. Unde iterum liquet טובי העיר *Bonos Civitatis*, & גדולי הקהל *Majores Eccleſiæ* eſſe eoſdem. Id quod ex ſequentibus ulterius patet, ubi גדולי הקהל *Majores Eccleſiæ* frequenter memorantur. וכיון שנעשה על דעת גדולי הקהל אף אם נאמר שיש לה התרה דוקא אם יסכימו כל גדולי הקהילות שהסכימו בהסכמת הוא שיש לו התרה אבל בלא הסכמה לא ולא זו בלבד אני אומר אלא דאין לו התרה כלל אף אם כל גדולי הקהילות וכל הקהל רוצים להתירו וגומר *Quandoquidem igitur* (Jusjurandum) *Majoribus Eccleſiæ datum eſt, licet dicamus, illud ſolvi poſſe, id tum demum verum eſt, ſi omnes Majores cœtuum, qui in ſancienda illa lege ſuffragia tulerunt, nunc quoque de abolenda conſentiant; at ſi abſque eo ſit, fieri nequaquam poteſt. Enimvero non hoc ſolum dico, ſed nullo modo Jurisjurandi gratiam fieri poſſe contendo, ne quidem ſi omnes omnium Eccleſiarum Majores, & Eccleſiæ ipſæ facere velint &c.* Ad quod modo *Bonorum conſenſus* requirebatur, nunc *Majorum* accedat oportet. Id quod rurſum evidentiſſimum argumentum præbet, *Majores Eccleſiæ* eſſe ipſos *Bonos Civitatis*.

XLVII. Sic itaque tandem id, quod initio hujus Capitis propoſueramus, abſolvimus, & *Presbyteros Synagogæ* in lucem protractos variis titulis *Paſtorum*, *Bonorum*, *Capitum*, *Præfectorum* & *Majorum* dedimus ornatos. Ad quorum officia priuſquam pergamus, adhuc in unius & alterius tituli originem & ſignificatum inquirere juvabit.

XLVIII. Quod itaque illum *Bonorum* attinet, eo facile videri poterant ornati eſſe, quod aliis natalium, vel opum, conſiliive gloria præſtarent: ut aliquando dubitaverim, an non hinc adeo pro *Bonis Civitatis* potius *Optimi* dicendi eſſent, ceu Civitatis ſuæ, ſive Eccleſiæ Principes, quemadmodum alias etiam ראשים *Capita* vel *Principes*, & גדולים *Majores*, vel *Magnates* dici ſolent. Neque

que vero etiam dubium esse potest, quin in bene constitutis Synagogis, ubi omnia rite atque ordine fiunt, Optimi quique, & qui alios ætate, & hinc adeo spectata morum gravitate, & dexteritate consiliorum, opibus item & auctoritate antecellunt, reliquo cœtui moderando & gubernando soleant præponi. Id enim præterquam quod res ipsa, & natura socictatis, ejusque præfecturæ exigit, & quotidianus rerum usus confirmat, iter Hebræos quoque obtinuit, & etiamnum obtinet. Ætatis enim, & quæ illi comes esse solet, prudentiæ, rationem haberi, nomen זקנים *Seniores*, & qui illis aliquando tribuitur titulus גדולי החצה *Magni consilio*, satis ostendunt. Cujus posterioris exemplum apud *R. Bezaleelem Germanum* legitur in *Consiliis* fol. 81. col. 1. m. quem locum, quia mox integer exhibendus erit, nunc describere differemus. Neque minus vitæ probitatem in iisdem requiri, ex eo liquet, quod inter alios hypocritas ab Hæbræis etiam illi recensentur & notatur, qui singulari pietatis studio, quod præ se ferunt, viam ad hunc honorem affectant. *R. Jehuda* in libro *Musar* fol. 108. 1. m. והכתב השלישית יותר מגונה מן השנית והם המתניפים בדרך ויראו עצמם כי הם חסירים וצריקים ושוקרים בבתי כנסיות ובבתי מדרשות שלא לשמן אלא כרי שיגיעו לשררה ויתמנו פרנסים על הציבור וגומר *Tertium genus, multo turpius secundo, illorum est, qui religionem simulant, & semet ipsos ostentant ceu qui pii & justi sint, & Synagogas atque Academias assidue frequentant; idque non pietatis amore, sed ut honores consequantur, & cœtui gubernando præficiantur*, vel, *constituantur Parnassim in populo*.

XLIX. Sed quicqnid hujus sit, licet non nisi *optimis* & spectatæ virtutis viris hic honos in Synagoga deferatur; nequaquam tamen ea causa est, cur Seniores illi טובים, *Boni*, dicantur: Sed singularis illa in cœtum voluntas atque benignitas, quæ facit, ut onus rei publicæ in se lubentes suscipiant, in eamque ordinandam omni studio, labore, cura, & cogitatione incumbant. Hæc, inquam, bonitas Presbyteris *Bonorum* nomen promeruit; non generis, divitiarum, ætatis, consiliive præstantia, qua alios sui cœtus homines antecellunt. Disertum hanc in rem, & omni exceptione majus, est testimonium *R. Eliæ Mirafchi*, qui loco illo, quem supra §. 40. allegavimus, ubi ex professo de Synagogæ Præfectis agit, id quod dicimus, summa cura & diligentia inculcat. Negat, inquam, Titulum טובי העיר, *Bonis civitatis*, illos significare, *qui sint aliis doctiores, vel seniores, vel denique ditiores*; sed eos demum illo denotari asserit, היותר משתרלים בצרכי ציבור, *qui negotiis cœtus curandis majori diligentia incumbunt, & per quos totius Ecclesiæ negotia geruntur*; quorum fidei & diligeutiæ cum aliarum rerum omnium, tum in primis ærarii sacri, *Eleemosynarum, reliquorum Ecclesiastico-rnm bonorum administratio est commissa*. Quæ si recte considerentur, non incommode Græce, phrasi Apostoli ex 1. Tim. v. 17. καλῶς προεστῶτες πρεβύτεροι dici posse videantur. Nam quid aliud sit καλῶς προΐστασαι, *bene præesse*, quam השתרל בצרכי ציבור, *Summa fide diligentiaque necessitates Ecclesiæ curare*? Buxtorfius in Lexico Majori: אשתרל, inquit, *includit studium, curam & sollicitudinem cum labore, unde & pro Luctari sumitur, quasi omnibus viribus laborare*. Unde haud scio, annon & quæ l. c. sequitur vox Græca Κοπιῶ, Hebraice reddi possit hac voce השתרל, & οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ, המשתרלים ברברי תורה *qui laborant in verbis Legis*. Pro quo tamen Hebræi ipsi (ne quid dissimulemus) quantum quidem ejus hactenus observare potuimus, frequenter vocem עסק adhibent; unde עוסקים בתורה, vel בתלמוד תורה vel עוסקים ברברי חורה, *qui Legi, vel verbis, studiove Legis operam dant*: vel aliquando etiam טרוד *assidue occupatus*; unde תלמיד חכם רטריד בגריסא *Vir Doctus, qui totus est in lectione*. Quæ tamen ipsa cum voce השתרל sæpe alternant. Sed de his in sequentibus forte pluribus & ex professo agemus, quando de discrimine inter *Archisynagogum*, publicum & ordinarium populi doctorem, & *Bonos* hosce, Seniores tantum regentes, erit disserendum.

CAPUT III.

De Officio, & auctoritate Presbyterorum Synagogæ.

I. POsteaquam superiori capite *Presbyteros Synagogæ* investigavimus, illorumque varia nomina, quibus a suis honoris causa, & ratione muneris, ornari solent, recensuimus: sequitur ut porro, cum *Officia* illorum, quibus in Ecclesia funguntur, indagemus, tum inprimis ab *Archisynagogo* distinguamus. Quorum illud præsenti capite ita facere conabimur, ut simul, qua ratione constituantut, & quid Juris in cœtum ha-

habeant, quibusque præterea nominibus veniant, quæ in superioribus nondum explicuimus, quoad ejus hactenus investigare potuimus, & occasio ad quamque rem feret, exponamus; atque illud etiam disquiramus, politicine illi & urbani, an sacri atque Synagogici Rectores sint dicendi. Hoc vero sequenti capiti in solidum reservabimus.

II. Quod itaque *Officium Præsbyterorum* attinet, generaliter consideratum, quemadmodum Hebræorum Magistri illud sæpe describunt, est *Cętum ejusque negotia, pro facultate sibi ab illo concessa, moderari & curare*. Ita *R. Ascher*, *Consiliorum* cap. VI. §. 23. וטובי העיר הרגילים להשתדל בצרכי הקהל הם יכולים למנות מורשה לרוץ בשביל הקהל וכל מעשיהם קיימים *Et Boni Civitatis, qui solent curare negotia cętus, possunt aliquem constituere procuratorem, qui causam cętus agant; & quicquid illi faciunt, ratum est*. R. Elias Miraschi fol. 76. 1. משמע דטובי העיר אינן אלא המשתדלים בצרכי ציבור אף על פי שאינם חכמים *Id quod argumento est, Bonos Civitatis non esse nisi illos, qui necessaria negotia cœtus curant, tametsi non sunt sapientes*. Rabbenu Nisim, ad Epitomen Alphesii, Cod. *Megilla*, fol. 365. col. 1. והעמידום בסתם כלומר שהעמידו עליהם ז׳ סתם שבעה טובי העיר לפקח על עסקי ציבור *Et constituerut illos absolute; id est, quod præfecerint sibi absolute*, (cum solita potestate) *Septem Bonos Civitatis, ut curent negotia cœtus*, vel, *ut inspectionem habeant negotiorum* &c.

III. At non tantum *negotia* cœtus, sed *cœtum* etiam ipsum gubernant & moderantur. *R. Nissim*, ad Epit. Alph. Cod. *Babba Bathra* f. 164. 2. f. ולאו דוקא בשהסכימו בני העיר אלא אפילו פרנסים הממונים על הציבור משנים כרצונם *Idque non solummodo, quando cives consentiunt, verum vel ipsi Parnassim, qui sunt præfecti cętui, pro suo lubitu* (eleemosinas) *permutant*. Quo omnia referri possunt, quæ superiori Capite, §. 42. f. de voce ממונים protulimus. Sed ad alios pergamus. *Elias Misrachi* fol. 12. 4. p. ex *R. Eliescr* & *Mordochæo*: אם הוברו טובי העיר מתחילה להנהיג קהילתם בכל דבר *Si Boni Civitatis inde ab initio electi sint, ad gubernandum cętum suum in rebus omnibus*. Hic non tantum negotiis administrandis præfecti dicuntur, sed ipsi etiam *cętui*, & מנהיגים, ἡγεμόνοι, *Duces*, *Gubernatores*, appellantur. De titulo ממונים in superioribus satis dictum est. De מנהיגים, sive *Gubernatoribus*, unicum locum protulisse satis erit, qui rem extra omnem aleam ponat dubitationis.

IV. Hunc nobis *R. David Coen* exhibet, *Consiliorum* cap. XIII. שאלה במתא ארטא נתיישבו ארבעת קהילות קורפייטי וסיכלייאני וקאלברסי ופוייזי וכל קהל בית הכנסת לעצמם נוהגים במנהגכם כאשר היותם במקומם וקהל קאלבריסי הסכימו במעמד טובי קהלם שלא יורשה אחד מהם להפרד מהם וללכת להתפלל בשום אחד מבתי כנסיות האחרות ואפילו אם יתקוטטו זה עם זה הם יחיד והם רבים ושלא יורשו להעריך דין כי אם לפני זקני קהלם ושקיבלו עליהם המריבים הם יחידים הם רבים שיגזרו עליהם זקניהם ועתה מחדש הלכו חלק מהם בבית הכנסת של סיסילייני ושלחו זקני קהל קדוש קלבריא לזקני קהל קדוש סיסילייאה שלא יתפללו עם אותם שיבואו של קהל קדוש סיסילייא שהם עבריינים והם לא אבו לשמוע להם גם מבית הכנסת של קהל קדוש פוליא הלכו בבית הכנסת של קהל קדוש סיסילייא להתפלל שמה וכן גם כן מקהל קדוש קורפו הלכו שמה להתפלל באשר ראו טובי הקהלות ומנהיגיהם נתקבצו בבית הכנסת של בני קורפו ושלחו למנהיגי קהל קדוש סיסילייא ובאו שם ואמרו להם בני קורפו למה לא תעריבו דין עם אלו והשיבו שהם פסולים לדין אותנו בהיות שגם מאנשי קהלכם באו להתפלל עמנו ובראותם כן הסכימו השלשה קהלות קדושות [קורפו ופוליא וקאלבריא שלא יורשה שום אחד מהשלשה הקהלות הנזכרים ללכת להתפלל בבית הכנסת אחר דרך קבע רק דרך עראי באקראי בעלמא ואם יקפידו מנהיגי [הבית הכנסת ההיא שהיה מתפלל שם על מהלך האיש ההוא בבית הכנסת אחר שהחזן ומנהיגי הקהל ההיא שהלך זה להתפלל בבית הכנסת שלהם לא יתפללו עמו וכל זה עשו שלא יתרבה המחלוקת בין הקהלות ומנהיגי קהל קדוש סיסילייני לא רצו להרנס בהסכמתם ולא אבו שמוע לקולם ועתה יורנו המורה אם ונומר.

V. *Quæstio. In urbe Arcta quatuor Ecclesiæ confederunt, Corcyræorum, Siculorum, Calabrorum & Apulorum* (nam pro ופוייזי legendum est ופוליא) *quarum quæque, cum singulæ seorsim per se Synagogam constituant, suo more vivunt, quasi in sua adbuc patria habitent. Harum quæ ex Calabris constat Ecclesia, præsentibus Bonis Ecclesiæ, decretum fecit, ne cui illorum ab ipsis secedere liceat, & ullam aliam Synagogam orandi causa frequentare, ne quidem si inter ipsos, sive singulos, sive plures, lites quædam exoriantur item, ne illis liceat jure experiri, nisi coram suæ Ecclesiæ senioribus; & ut litigantes, sive singuli sint, sive plures, in sententia, quam seniores ipsorum tulerint, acquiescant. Verum mensem abhinc pars illorum ad Synagogam Siculorum transierunt. Quare Seniores Sanctæ* Eccle-

Ecclesiæ Siculorum , ut cum istis , qui suam Synagogam deseruissent , quo cum illis (in Synagoga, inquam, Siculorum) preces suas funderent , ne orarent: quoniam transgressores essent , & datam fidem violassent. *At hi* (Siculi) *illis obtemperare noluerunt . Imo vero etiam ex Synagogæ Sanctæ Ecclesiæ Apulorum, atque item ex Synagoga S. E. Corcyræorum, quidam ad Synagogam S. E. Siculorum transierunt , ut in illa preces suas usque dicant . Qua re visa boni harum Ecclesiarum , & Gubernatores S. E. Siculorum legationem instituerunt . Venientes itaque ad illos Corcyræi : Quare , inquiunt , cum illis* (Calabris) *in jus descendere recusatis? Quibus illi, quia vos* (lego שאתם pro שהם) *non potestis judices nostri esse , eo quod etiam ex vestra Ecclesia quidam ad nos transierunt , qui nobiscum orent . Itaque igitur hac re animadversa tres illæ Ecclesiæ*, Corcyreorum, *Apulorum , & Calabrorum, sanxerunt ; ne cui ex dictis Ecclesiis aliam Synagogam assidue , atque ordinario orandi causa frequentare liceat , sed tantum occasione, ita uti fieri solet , ad id invitante : Et quod si Gubernatores Synagogæ, in qua hactenus solitus fui precari , moleste ferant, hominem istum ad aliam Synagogam transiisse, tum Minister, Gubernatoresque illius cœtus, ad cujus Synagogam orandi causa transiit , cum illo ne orent. Idque omne pacis causa fecerunt , ne lites inter Ecclesias augeantur. At Gubernatores Sancti cœtus Siculorum hunc illorum contractum inire noluerunt , & nullatenus illis obsequi. Nunc itaque doceat Doctor, an &c.*

VI. Liquet hinc cuivis primo statim intuitu , fuisse Aretæ non modo quatuor distinctos cœtus, קהילות קרושות, *Sanctas*, ut vocant, *Ecclesias*; sed suas quoque singulis *Synagogas*, & suos item singulis *Præfectos* , qui non tantum promiscue *Boni* & *Seniores* appellantur (unde illud novo argumento confirmatur , quod superiori cap. §. 33. *Bonos & Seniores* eosdem esse diximus) sed tandem etiam מנהינים ἡγούμενοι, *Gubernatores*, & quidem singulariter מנהיני בירת הכנסת *Gubernatores Synagogæ* . Et licet nulli ignoremus , vocem מנהיג , *Gubernator* , aliquando longe alio sensu usurpari , quam ut Synagogæ , qua Synagogæ, vel cœtus sacri, præfectum notet, qua de re infra suo loco agemus; tamen vix dubitamus, quin hic loci titulus ille simpliciter *Seniores* significet , quatenus illi singulari cuique Synagogæ, sive cœtui sacro, sunt præfecti, quem auctoritate sua & consiliis gubernant . Quamquam si quis istud ob ea , quæ in sequentibus de hac voce afferemus, admittere minus queat , tanti nobis hic *Seniorum* titulus non erit , ut de eo cum aliis contendere velimus. Illud saltem ex præsenti loco cuivis constare potest , *Seniores* ad id constitutos , ut cœtum ipsum suis consiliis ducant ac moderentur; id quod, præterquam quod ex superioribus jam satis constat, ex *R. Elia* novo testimonio confirmatur , qui de *Bonis* affirmat, שנתמנו מכל הקהל להתנהג על פיהם *illos ab universo cœtu constitui, ut hic ex illorum sententia regatur* . Vide cap. superiori, §. 44.

VII. Cum vero צרכי ציבור, *αἱ ἐκκλησιαστικαὶ χρεῖαι* , *Negotia cœtus* , plurima sint, latissimeque hujus phraseos significatus pateat ; parum erit in genere aliquid dixisse , nisi ad singula etiam pergamus , in quibus *seniorum* opera versatur . Si vero res ipsas lustremus , quarum illi curam gerunt , nihil nobis *Synagoga* ipsa prius atque antiquis occurrit , utpote cujus vel Gemara jam mentionem facit , ceu quæ a *septemviris* vendatur, adeoque absque omni controversia ad illorum curam pertineat . Cod. *Megilla* fol. 26. 1. f. אמר רבא לא שנו אלא שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אבל מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר אפילו למשתי ביה שיכרא שפיר דמי *Dixit Rabba : Quod in Misna* dicitur de pretio Synagogæ in rem sanctiorem convertendo, *non docent illud*, *nisi* (de Synagoga) *quam non vendiderunt Septem Boni Civitatis in corona civium : Nam si vendiderint illam Septem Boni Civitatis in corona civium, etiam in œnopolium convertere fas est*, vel, ut alii intepretantur, *vinum & quemvis potum inebriantem pretio ejus emere licet* . Constat hinc, venditionem Synagogæ ad *Bonos civitatis* referri; usque adeo, ut illa demum validissima censeatur , quæ ab illis publice, nemine contradicente , facta sit. Quod etsi ex hoc loco satis manifestum est, & luce meridiana clarius, ut id juris atque officii *Boni Civitatis* operose adseri non mereatur ; tamen , quoniam ipse etiam *Cœtus* idem jus habet Synagogam suam vendendi , neque *Seniores* Synagogæ eandem semper eodem modo divendunt; nosque occasione l. c. de illa diversitate breviter atque *ὡς ἐν παρόδῳ* aliquid monuims, quod Viro Cl. reprehendere placuit , ut nobis *Gemaræ* hujus *non intellectæ* dicam scriberet : visum est nobis faciendum , ut nobile argumentum (ex quo & quanta *Seniorum* sit auctoritas, & quæ *Ecclesiæ*

Judaicæ libertas, simul elucet) paullo uberius tractaremus, eademque ostenderemus, quantum in Viro Cl. studium sit optime quæque dicta vellicandi, ut aliorum imperitiam ostendat, interea dum ipse suam ignorantiam prodit maximam.

VIII. Nimirum Dissertatione I. de *Otiosis*, §. CXI. eadem verba Codicis *Megilla* allegavimus. Probare inde volebamus, *Septem bonos Civitatis* nullos alios esse quam *Seniores Synagogæ*. Id quod in illis est evidentissimum, neque Vir Cl. etsi ipsius veteribus novisque hypothesibus adversissimum erat, hactenus negare ausus est. Ut argumenti vis aliquo modo constaret, sic quam brevissime inde inferebam. *Agitur*, inquam, *hic de Synagoga vendenda, ejusque pretio in rem certam convertendo*. In eo sc. omnis argumenti mei vis est sita, quod de ipsa *Synagoga* hic loci agatur. *Hæc autem venditio* (sic pergebam) *non tantum ipsi cœtui adscribitur, sed & septemviris civitatis*. Utrumque horum ex verbis Gemaræ rite intellectis est evidentissimum; adeoque validissimum argumentum præbet, memoratos *Septemviros esse cœtus cujusque præfectos, ad quos cura rei publicæ pertinet*: quoniam legitime Synagogam vendere possunt, quod sane non possent, nisi eam auctoritatem a cœtu, cujus Synagoga propria est, accepissent. Id autem quo magis constare posset, illud insuper addidi, quod alias necesse non erat, neque ex hoc solo loco omne constat; *Qui Synagogam aliquando soli pro auctoritate sibi concessa, aliquando in comitiis populi vendant*. Nimirum illos Synagogam aliquando publice *in comitiis populi vendere*, satis ex verbis hujus Gemaræ manifestum est, atque adeo, quid juris habeant *Septemviri*, ex parte ostendit: At aliquando illos *solos pro auctoritates sibi concessa* privatim *vendere*, in iisdem non habetur, a nobis tamen præmeditato consilio additum est, quandoquidem, si illud verum sit, tanto magis *Seniorum* auctoritas patescit, ceu qui etiam soli, populo plane inscio, eandem Synagogam vendere possint. Id autem verum esse, *Seniores*, inquam, jus habere Synagogam privatim extra populi comitia vendendi, ea sole meridiano clarius evincunt, quæ paragrapho immediate sequenti ex R. *Mordechai Japhe* produximus, moxque nobis repetenda erunt: quæ si Vir Cl. unquam ipse legisset, vel lecta intellexisset, minus nostra, quam nunc carpsit, carperet.

IX. Sed tamen nostra illi reprehendere visum est, de *Otiosis Decemviris* pag. 234. „Unde etiam patet, inquit, quam „non intellexerit Vir Cl. verba Gema„ræ, quæ §. CXI. allegat, quando ad „eorum explicationem addit: *Hæc au*„*tem venditio non tantum ipsi cœtui ad*„*scribitur, sed & Septemviris Civita*„*tis, qui Synagogam aliquando soli pro* „*auctoritate sibi concessa, aliquando in* „*comitiis populi vendunt*. Haud ita, „Vir clarissime, neque enim horum „quicquid (legendum procul dubio *quic*„*quam*) in verbis Gemaræ est.

X. Enimvero, Vir Clarissime, vehementer miror, ni hic in Te verum sit, quod initio libri tui mihi objicis; *eoque etiam disputandi furore fuisse abreptum, ut quodcumque scriptum meum sugillaveris, & cum in eo esses, certis etiam atque indubitatis veritatibus contradixeris*. Nam quid est, si non hic *furor disputandi* est, dum me *verba Gemaræ intelligere* negas, *neque horum quicquam in illis esse* exclamas, quæ ego inde elicui? *Ipsi cœtui venditionem synagogæ adscribi* dixi: Non id in *Gemara* diserte traditum videt, quisquis *Gemaram* intellligit? שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר *Quam* (Synagogam) *non vendiderunt septem Boni Civitatis in comitiis populi*: Annon id idem dicit, atque *quam vendiderunt soli cives absque suis senioribus?* Ipsi sane Hebræi Doctores, optimi, si qui unquam, juris sui interpretes, id ista verba significare docent; neque tute ipse, si modo mentem tuam recte capio, negare sustines. Ut aliquid saltem eorum, quæ ad *Gemaræ* explicationem addidi, in verbis *Gemaræ* illius contineatur. Sed porro *eandem venditionem* etiam *septemviris Civitatis adscribi* docui: Non id pariter ex eadem Gemara evidens? Non hæc verba שמכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר *si vendiderunt septem Boni Civitatis in comitiis populi*, istud extra omnem controversiæ aleam collocant? Ut rursum hac quoque parte falsum sit, quod confidenter dicis, Lectorique tuo persuasum cupis: *neque enim horum quicquam in verbis Gemaræ est*. Verissimum itaque est, & ne Sadducæus quidem negare ausit, quod scripsi: *Hæc autem venditio non tantum ipsi Cœtui adscribitur, sed & septemviris Civitatis*. Idque cum in ipsa *Gemara* diserte dicatur, quo jure me *Gemaræ verba non intellexisse* dicat, penes Candidum Lectorem arbitrium esto.

XI. At at! *Septemviros* illos non uno modo Synagoga vendere dixi; sc. *aliquando solos pro auctoritate sibi concessa, aliquando* vero *in comitiis populi*. Et

hoc illud est, quod, *quam non intellexerim verba Gemaræ*, prodat. Quasi vero is, qui aliquid amplius novit, quam illo in loco, ubi de re certa agitur, expressum est, atque illud addit, ideo locum ipsum non intelligere sit dicendus. Nova sane & præclara ratio argumentandi! sed quam vehementer vereor ut illi, qui humaniores tractant literas, sint admissuri.

XII. Sed Viri Cl. verba appingere operæ, opinor, pretio erit, ut quam solide *nos verba Gemaræ non intellexisse* evincat, Benevolus Lector intelligat. „ Non „ est, inquit, distinctio inter *seniores* „ aliquando *vendentes in Comitiis popu-* „ *li, & aliquando non vendentes*. Non est, fateor, illa distinctio hic loci: alibi tamen ab Hebræorum Doctoribus diserte proponitur, atque adeo nobis eandem etiam proponere licet. „ Sed inter *cœ-* „ *tum Civitatis*, cujus Synagoga erat, ali- „ quando eam vendentem publice absque „ publico decreto & consensu Seniorum, „ & inter *seniores*, eam publico nomi- „ ne vendentes. Fateor id quoque, cum Vir Cl. nihil novi dicat, sed illud solummodo repetat, quod nos l. c. diserte diximus; *Hæc autem venditio non tantum ipsi cœtui adscribitur, sed & septemviris civitatis, qui aliquando in comitiis populi vendunt*. Ut jam certum sit, nihil a Viro Cl. in hoc loco videri, quod non ego ante illum, etsi minus verbose, tamen satis clare atque evidenter, ex eodem tradiderim: atque adeo nullum a me errorem commissum esse. Tamen ficti hujus erroris ille etiam causas eruere novit. „ Error, in- „ quit, inde profectus, quia verba *Ge-* „ *maræ*, שלא מכרו שבעה טובי העיר „ במעמד אנשי העיר *Quam non vendide-* „ *runt septem Boni Civitatis in comitiis* „ *incolarum illius Civitatis*; ita acce- „ pit, ac si verba: *In comitiis populi*: „ continerent distinctionis rationem, cum „ tamen distinctionis ratio fundata sit in „ universa sententia, ut scripta est. Ad fictum errorem comprobandum novas quoque rationes configendas esse quis miretur? Nam quo modo Vir Cl. cuiquam fidem faciat, me *verba Gemaræ*, *ita*, uti ipse fingit, *accepisse*? quodnam vel levissimum hujus rei in meis verbis indicium? qua arte horum quicquam ex meis eliciat? quibus fidiculis extorqueat? Egone de eo, in quo *distinctionis ratio* sita sit, vel unicum verbum addidi, certe ne γρῦ quidem. Neque sane necesse erat. Illud solummodo mihi probandum incumbebat, *Septemvirorum* illorum curam circa *Synagogam* versari. Ego locum produxi, ubi de *Synagoga* agebatur. Cujus *venditio* cum *non tantum ipsi cœtui adscriberetur, sed & septemviris Civitatis*; satis inde liquere arbitrabar, & etiamnum arbitror, *illos Septemviros cœtus cujusque præfectos esse, ad quos cura rei publicæ pertinet*. Quoniam vero illa, quæ a *Bonis* fit, Synagogæ venditio, omnino duplex est; ego utrumque modum addidi, licet unus tantum in citata *Gemara* esset expressus. Alterum vero neque in illa *Gemara* tradi dixi, neque istic loci necesse habui aliunde prolixe probare; cum sequente paragrapho CXII. ea Rabbinorum verba prolaturus essem, ex quibus ille, vel me tacente, sese cuivis in oculos atque animum ingereret. Si vero Vir Cl. ex meis verbis sibi indagandum putavit, ubinam ego *distinctionis rationem* sitam esse crederem; cur non in prioribus verbis illam æque invenire potuit, ac in posterioribus illis? cur non suis saltem oculis credit, qui nisi prorsus cœcutiant, utique vident, a me non minus quam a *Gemara*, in Synagogæ venditione opponi *Cives* & *Bonos Civitatis*?

XIII. Cum itaque ex iis, quæ hactenus diximus, abunde constet, rectene, an secus, *verba Gemaræ intellexerim*: de additamento illo nostro porro agendum erit, & suum Senioribus jus adserendum *Synagogam pro auctoritate sibi concessa, privatim, extra populi comitia, vendendi*. Id quod sole meridiano constat clarius ex *R. Mordechai Japhe, Lebusch, Or. Ch.* Tit. CLIII. §. 7. quem olim non modo Diss. I. §. CXII. sed jam multo etiam ante, & plenius, allegavimus, §. XVII. Verba ita habent: ודוקא כשמכרו אותה בני העיר שלא מדעת פרנסיהם שהם טובי העיר או שמכרו אותה ז' טובי העיר שלא במעמד אנשי העיר: *Nimirum, si vel soli cives illam* (Synagogam) *vendiderint, absque consensu suorum Parnassim, qui sunt Septem Boni Civitatis; vel si vendiderint illam Septem Boni Civitatis, sed extra comitia civium*, vel, *idque non in statione vel concione virorum urbis*. Hic utique duplex Synagogæ venditio memoratur. Aliquando illam *cives* vendunt, בני העיר *loci incolæ*, atque adeo publicæ Synagogæ membra; aliquando etiam Seniores, פרנסיהם *Pastores, Gubernatores illorum, qui sunt* ipsi *Septem Boni Civitatis*. Utrique vero res suas seorsim agunt, neutri alterorum consensum petunt vel exspectant. Cives soli vendunt Synagogam שלא מדעת פרנסיהם *citra consensum suorum Parnassim*, illis vel inconsultis, vel forte etiam invitis. Sed

&

& ſoli *Parnæſſim* vendunt, שלא במעמד אנשי העיר *ita ut non fiat illud in ſtatione civium*; privatim nimirum, ut non habeant membra Synagogæ occaſionem intercedendi & vetandi. Eſt enim במעמד אנשי העיר *in comitiis* vel *concione populi*, nihil aliud niſi בפרהסיא ἐν παρρησίᾳ, vel ברבים διὰ πολλῶν, *publice*: & e contrario שלא במעמד אנשי העיר *extra comitia populi*, idem quod בצינעא vel בסתר, *clam*, *privatim*. Ut adeo ex hoc loco jam ſatis conſtet, *Septemviros Civitatis Synagogam aliquando ſolos pro auctoritate ſibi conceſſa vendere*. Id quod nobis hactenus erat probandum: imo pridem Diſſ. I. §. CXII. etſi minus ex profeſſo, tamen ſatis evidenter indicatum & probatum.

XIV. Sed quo tertia illa ratio venditionis, quæ a Senioribus privatim inſtituitur, evidentius pateſcat, atque adeo triplex venditio, a nobis occaſione *Gemaræ* memorata, extra omnem controverſiæ aleam ponatur: loca quædam producere juvabit, quæ triplicem modum vendendi ſimul uno intuitu nobis contemplandam exhibent.

XV. Rabbenu Niſſim, ad Epitomen Alpheſii, Cod. *Megilla*, fol. 365. 1. fine. והיכא שמכרו שבעה טובי העיר שלא במעמד אנשי העיר הכי נמי הוי דיניהו דמכירתם מכירה אלא דבעיא עילויא: *At ſi quando Septem Boni Civitatis* (Synagogam) *vendant*, *idque non in corona populi*, *eadem ratio eſt*, *ut illorum venditio quidem rata ſit*, *ſed* (nummi) *in rem quampiam ſanctiorem debeant impendi*. Proxime antecedentia hujus loci verba ſupra cap. II. §. 35. allegavimus, quo Lectorem noſtrum, ne prolixiora loca ſæpius repetendo chartam impleamus, tantiſper remiſſum velimus. In ultimis verbis l. c. duplex ratio oſtenditur vendendi Synagogam. Primo: שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר: *Quam non vendiderunt Septem Boni Civitatis in corona civium*. Tum, אם הסכימו שבעה טובי העיר באותו מכר והיו במעמד אנשי העיר: *Si conſenſerint Septem Boni Civitatis in venditionem illam*, *fuerintque in corona civium*. His jam tertia ratio additur: מכרו שבעה טובי העיר שלא במעמד אנשי העיר: *Si vendiderint Septem Boni Civitatis*, *ſed non in corona civium*. Ut adeo triplex ille modus alienandi Synagogam in uno eodemque loco memoretur.

XVI. *R. Joſeph Karo*, in *Beth Joſeph*, ad *Or. Chaijm* fol. 101. 3. הילכך כשמכרוהו שבעה טובי העיר שלא במעמד אנשי העיר אין בני העיר רוצים מן הסתם שתכחש מצותה לגמרי אלא שתחול קדושת בית הכנסת על הדמים: *Propterea quando vendiderunt illam Septem Boni Civitatis*, *ſed non in comitiis populi*; *intelliguntur cives nolle*, *ut ſacer illius uſus prorſus aboleatur*, *ſed ut ſanctitas illius Synagogæ cadat maneatque in nummis* ex venditione collectis. In antecedentibus, ut & ſequentibus, reliqui modi vendendi ſatis frequenter memorantur, quibus hic quoque tertius additur, quando *Seniores* Synagogam privatim vendunt.

XVII. Differunt itaque tria illa effata maxime.

Non vendiderunt Septem Boni Civitatis in corona civium. לא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר

Et denique; *Vendiderunt Septem Boni Civitatis*, *ſed non in corona civium*. מכרו שבעה טובי העיר שלא במעמד אנשו העיר

Prima phraſis illam venditionem notat, quæ non fit a *Senioribus*, ſed ab ipſis Synagogæ membris: Secunda iſtam, quæ a *Senioribus* inſtituitur, ſe non publice, verum clanculum & privatim.

XVIII. Hanc harum phraſium ſignificationem & differentiam Magiſtri Hebræi conſtanter tradunt. De prima *Rabbenu Niſſim*, l. c. והיינו דאמר רבא בגמרא לא שנו אלא שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר כלומר שמכרו אנשי העיר שלא מדעת הפרנסים: *Et hoc eſt*, *quod Rabba dixit in Gemara*, *non tradidiſſe illud* (de pretio Synagogæ in rem ſanctiorem impendendo) *niſi de Synagoga*, *quam non vendiderunt ſeptem Boni Civitatis in corona civium*; *q. d.* Synagogam, *quam Cives vendiderunt citra conſenſum Parnaſſim*. Quod adducitur quoque a *R. Joſeph Karo*, ad *Orach Chaijm*, Tit. CLIII. fol. 102. col. 1. & ab aliis paſſim inculcatur. Secundam phraſin *R. Mordechai Japhe* interpretatur, in *Lebhuſch*, Or. Ch. Tit. CLIII. §. 7. ואי זה נקרא מעמד אנשי העיר כל מה שיעשו שבעה טובי העיר בפרסום בפני כל מקרי מעמד אנשי העיר: *Quid autem vocatur Statio* (antea ſæpius *comitia* vel *coronam* vertimus) *civium? Quicquid ſeptem Boni Civitatis publice faciunt*, *in conſpectu omnium*, *id dicitur* (in) *Statione*, *comitiis*, *corona civium fieri*. Sed addit ibidem: ואינן צריכין לומר הן או לאו *Neque tamen neceſſe eſt*, *ut* (cives) *expreſſis verbis conſenſum ſuum teſtentur negentve*; ſed ſufficit, eoſdem diſerte non contradicere, quoniam, qui tacet, conſentire videtur. Quod poſterius de tacito conſenſu & omiſſa contradictione alii inculcant apud *R. Joſeph Karo*, Or. ch. Tit. CLIII. fol. 102. 2. m. ופיר' כהעמד אנשי העיר שועשים

שעושים בפרהסיא ואין מוחה שאם תפרש שצריכין לומר הן אכ לא עשו טובי העיר אלא כולם : *Sensus phraseos*, in comitiis populi, *hic est quod faciant ἐν παῤῥησίᾳ, publice, nemine contradicente. Nam si ita interpretari velis, ut* (cives) *dicere debeant; Esto, fiat: Tum sane non Boni Civitatis illud faciunt, sed cives universi*. Tertius casus ex secundo satis liquet, ut explicatione magnopere non indigeat. Nam si Boni Civitatis Synagogam vendant, שלא במעמד אנשי העיר *neque tamen in corona civium*, privatim illud fieri necesse est.

XIX. Sed & hoc & reliqua *R. Elias Orientalis* eleganter explicat, *Consiliorum* fol. 75. 4. f. הא ליתא דאפילו את״ל שיהיו כל חכמי הקהל וכל עשירי הקהל בכלל אותו החלק המועט ושיהיו נקראים בפי הכל טובי הקהל עדיין אין הדבר תלוי אלא ביד רוב הקהל לא בידם דהא בירושלמי פר׳ שני דמגלה אמרו בהריא ר׳ זל דג׳ מבני הכנסת כבני הכנסת ז׳ מבני העיר כבני העיר במה אנן קיימין אי בשקבלו עליהם אפילו יחיד נמי ואי בשלא קבלו עליהם אפילו כמה לא בסתם שלא מיחו אך לא אמרו שהם מתרצים רק שעשו ז׳ טובי העיר בפרהסיא לפני כל הקהל ולא בצינעא ולא מיחו בידם והכי משמע נמי מלשנא דרבא דקאמר אבל מכרו שבעה טובי העיר במעמד אנשי העיר ופי׳ במעמד אנשי העיר בפרהסיא שעושין הדבר בפניהם ואין מוחה בידם אבל אם יש מוחה בידם אז צריך שנלך אחרי הרוב דלעולם בתר רוב הדעות אזלינן וכן פי׳ ראבי״ה בהריא במעמד אנשי העיר בסתם שלא מיחו בדבר וגם לא עשו הדבר בצינעא שלא יתגלה שאם תפרש שאמרו כולם בפירוש הכי אנו מתרצים אם כן לא עשו שבעה טובי העיר אלא כולן וגו׳ : *Id vero non ita est. Tametsi enim dicere queas, sapientissimos & ditissimos quosque Ecclesiæ a minori illa parte stare, omniumque ore Bonos Ecclesiæ vocari: nihilominus tamen ea res non nisi in potestate majoris partis sita est, nequaquam vero in potestate illorum*, qui minorem tantum partem constituunt. *Ecce enim in Talmude Hierosolymitano cap.* II. (sed pro בשלישי procul dubio rescribendum בשני cap. III.) *diserte dicunt R. N. p. m. Quod tres ex Synagoga, æquipolleant toti Synagogæ, & septem ex civitate æquipolleant universæ civitati, id ita accipiendum, non quum reliqui expresse receperint, quicquid illi faciant, ratum fore; nam id etiam de unico valet: neque cum id diserte non receperint*, non valere; *nam tunc sane ne quidem de pluribus valet: Sed absolute tantum, pro more & jure recepto, si scilicet reliqui neque contradicant, neque vero etiam diserte sibi ita placere testentur, sed septem Boni Civitatis solummodo publice faciant in totius cœtus conspectu, non vero clanculum, neque reliqui intercedant. Atque idem etiam ex phrasi Rabbæ discitur, quando ait: Sed si septem Boni Civitatis vendant in concione populi. Namque illud* in concione populi, *idem est, quod παῤῥησία, publice, ut in conspectu illorum faciant, nemine contradicente. Nam si quis sit, qui contradicat, tum sane necesse est, ut suffragiis latis majorem partem sequamur, quoniam apud nos semper plurima vota concludunt. Atque ita R. E. B. I. E. diserte explicat illud* in statione civium, *pro more recepto, ut neque* (reliqui) *rem fieri vetent, neque* (Seniores) *illam clanculum peragant, ut ne patescat. Nam si ita explices, ut omnes expresse dicant, nos volumus* atque jubemus; *Tum sane non septem Boni Civitatis, sed cives ipsi universi id facere censentur.*

XX. Hic cum illud, במעמד אנשי העיר *in statione civium*, satis prolixe explicitum legimus; tum quoque contrarium ejus, quando a Senioribus בצינעא *clam populo* venditur Synagoga. Ex quibus omnibus jam denique constat, quo jure ego in *Otiosis* mentionem fecerim *seniorum, qui synagogam aliquando soli pro auctoritate sibi concessa, aliquando in comitiis populi vendant*: & quam solide Vir Cl. inde inferat, *quam non intellexerim ego verba Gemaræ, quando ad eorum explicationem* duplicem illum modum *addidi*, quo Seniores Synagogam vendunt.

XXI. Sed & hoc constat, cujus rei gratia hic paullo prolixiores fuimus, quæ & *seniorum* sit auctoritas, & totius multitudinis potestas. Et si Ecclesia quosdam rerum suarum moderatores constituit, *seniores* nimirum, qui res procurent universitatis; non tamen ideo ipsa juri suo renunciat, ut nunc minus in rebus suis possit, quam potuerat antea. Synagoga est totius Universitatis; quæ eam vel de suo, vel ex nummis aliunde liberaliter collatis, condidit, vel denique etiam a privato privatis sumtibus conditam dono accepit. Sed quoniam omnes & singuli, uti in aliis, ita hic quoque ob varias caussas, quod suum est, semper commode curare non possunt; certi quidam homines ad id delegantur, quibus בסתם, pro more, hujus quoque rei cura committitur. Hi itaque facultatem habent Synagogam, si e re esse videatur, alienandi. Nequaquam tamen ita hanc facultatem habent, quin ipse etiam po-

pu-

pulus idem præſtare poſſit, idque ipſis Senioribus etiam inconſultis. Imo vero quando Seniores Synagogam publice vendunt, privatus quivis jus habet intercedendi & vetandi. Quod ſi fiat, res ad univerſum cœtum referenda eſt: ejuſque conſilio & ſuffragiis decidenda. Veruntamen Seniores, ſi forte metuant, nequis ipſorum decreto intercedat, privatim poſſunt venditionem inſtituere: ſed tamen ea lege atque conditione, ut nummi inde collecti non niſi in rem ſanctiorem impendi poſſint.

XXII. Sed id ex ſequentibus etiam manifeſtius evadet, bonis nim. Eccleſiaſticis atque Eleemoſynis, quarum rerum adminiſtratio illis pariter incumbit. Bona Eccleſiaſtica vocamus, כל הנדרים והקדשות של בית הכנסת *omnia vota atque anathemata*, in ſuſtentationem, uſum atque ornamentum *Synagogæ conſecrata:* cujuſmodi ſunt ספרי תורה *Libri Legis*, cum ornamentis ſuis, מנורות *Lampades*, ספרי העניים *Libri pauperum*, בתים *domus*, קרקעות *fundi*, מעות *nummi*, & quicquid aliud in pios uſus Synagogæ conferri ſolet.

XXIII. Hæc vero omnia totius ſunt univerſitatis. *Elias Miſr.* fol. 74. col. 2. f. ומיהו אם דייקת בה שפיר משכח בה הותא מרגניתא והיא האומדנא שהיא השורש הגדול שכל דיני ההקדשות שהנדרים והנדבות תלויין בה דאומדנא דדעתא היא דכל הנודרים נדרים ונדבות להקדשות על דעת כל הקהל או רובו הם נודרים אותם שיעשו בהם כרצונם אפילו לצורכי ציבור כגון לעולי המלכות ודומיהן שהם דברי הרשות: *Nihilominus ſi probe attenderis, margaritam invenis. Et hæc eſt Præſumtio, quæ eſt fundamentum illud magnum, ex quo omnia judicia rerum conſecratarum & votorum atque anathematum dependent. Quippe hæc eſt præſumtio: Quicunque vota faciunt, vel ſpontaneas oblationes in uſus ſacros, hos iſta vovere atque offerre* (adminiſtranda) *ex mente atque ſententia totius Eccleſiæ, majoriſve ejus partis, ut hæc de iis pro ſuo arbitrio diſponat, etiam in uſum totius univerſitatis, ut v. gr. tributa regi inde perſolvantur, & id genus alia, quæ ſunt uſus profani.*

XXIV. At cum Eccleſia ſibi quoſdam delegit, qui res univerſitatis procurent, horum eſt bona illa Eccleſiaſtica adminiſtrare. Quemadmodum *R. Aſcher* illud diſerte docere traditur apud *Eliam Miſr.* fol. 75. 4. m. Actum erat in antecedentibus de *ſeptem Bonis*, vendentibus Synagogam, & impendentibus etiam, ſi ita videatur, in res profanas; Hic vero ſubjicit: ופי׳ ראבי״ה הוא הדין בכל ענייני הקהל מעשיהם קיימים: *Et explicat R. E. F. J. E. Idem juris eſt in reliquis omnibus negotiis cœtus: Quicquid faciunt* (Septemviri Civitatis) *ratum eſt*. Ut reliqua non minus vendere & permutare poſſint, atque Synagogam: Ea tamen conditione atque lege, ne vel cœtus ipſe, vel quædam illius membra intercedant. Id quod iterum idem *Elias* diſerte tradit, fol. 76. 1. m. ומה שכתב הרשב״א בתשובתו דלעיל דכל המקדיש על דעת שבעה טובי העיר הוא מקדיש צריך לומר דבמכרוהו לו בפרהסיא במעמד אנשי העיר ולא נמצא שום מוחה במכירתם קמיירי כדרבא וכדפרשינן לעיל דבכי ה״ג אין הפרש בין דעת שבעה טובי העיר מדעת כל הקהל וכל המקדיש בודאי על דעתם הוא מקדיש אבל כשיש מוחה בידם ורוב הקהל אינם מתרצים במה שהם רוצים לעשות אין בדבריהם כלום מה שירצו הקהל הוא העיקר משום דבכל הדברים השייכים לקהל כל הקהל בכללו נקראים בית דין וצריך להמשך אחרי רוב דעת הקהל ולא אחר טובי הקהל כדמשמע מירושלמי ומלישנא דרשב״א: *Et quod ſcripſit R. S. B. A in reſponſo ſuo, quod ſupra allegatum eſt; Quicunque aliquid conſecrant, illos id ex mente ſeptem Bonorum Civitatis* (adminiſtrandum) *conſecrare: ita neceſſario accipiendum eſt, ut de eo caſu locutus ſit, quando illi publice in corona civium vendiderint nemine contradicente, ſecundum illud Rabbæ; & quemadmodum nos ipſimet ſupra explicuimus, in hujuſmodi caſibus nihil intereſſe inter mentem ſeptem Bonorum Civitatis & ſententiam reliqui totius cœtus,* (atque conceſſimus) *quicunque aliquid conſecrat, illud omnino ex ſententia illorum* (ſeptem Virorum) *conſecrare: ſed ſi ſit, qui intercedat illis, neque major cœtus pars in eo, quod illi facere velint, acquieſcant, nihil agunt: ſed quod major cœtus pars voluerit, id obtinet, eo quod in omnibus rebus, quæ ad cœtum pertinent, cœtus univerſus vocatur Conſiſtorium, in iiſque ſuffragia majoris partis cœtus ſequi oportet, non vero Bonorum Civitatis, quemadmodum ex Talmude Hieroſolymitano ſupra allegato, & ex textu R. S. B. A. liquet*. Ergo id quod cœtui univerſo conſecratur, ita conſecratur, ut ex ſententia Præfectorum ejus adminiſtrari queat; ita tamen, ut hi non abſolutam habeant poteſtatem, ſed limitatam prorſus ex arbitrio & voluntate cœtus ipſius, qui rerum ſuarum eſt & manet ſupremus dominus & judex, adeo ut præter illius voluntatem Seniores nihil poſſint.

XXV. Eadem illorum in *Eleemoſynas* eſt auctoritas, quæ quomodo in caſibus ex-

extraordinariis dispensandæ sint, ab horum arbitrio pendet. Sunt נבאי צדקה *Diaconi*, qui Eleemosynas colligunt, & certis legibus ex mente & voluntate cœtus ordinario distribuunt. At si quis extraordinarius casus incidat, inconsulto cœtu aut *Senioribus* nihil possunt. *Rabi Joseph Karo*, ad *Joreb Deab*, §. 256. כתב מהריק בשורש קכ״ג על גבאי צדקה שנהפרדה חבילה והלכו כולם חוץ לעיר ויש בידו מעות צדקה אם גבאי זה נתמנה מרצון הקהל לחלק הצדקה לדעתו ועל אמונתו היו סומכים גם עתה הרשות בידו לעשות מהם כרצונו אבל אם לא נתמנה לחלק המחוה לדעתו ולא היה אלא כסתר גבאי שהאמינוהו לשמור המעות אבל לא היה מחלק מבלי שימלך בראשי הקהל אם אפשר לו להמלך בראשי הקהל שהיו אז שם כשנגבית הצדקה ההיא אם דעת כולם או רובם מסכמת לאחת מן המצוות כגון צדקת עניים או להשיא יתומות או לת״ת או כיוצא בזה ואם לא יסכימו אלא כל אחד רוצה לחלקה לדעתו יעשה מהם הגבאי מה שירצה רק שיוציאם באחת מן המצוות הנזכרים ואם אי אפשר לימלך בהם מאי זה טעם שהיה הרשות בידו להלכה לפי דעתו : *R. Joseph Kolon scripsit Tit.* CXXIII. *de Collectore Eleemosynarum, si collegium dissolutum sit, atque omnes ex civitate abierint, atque apud ipsum Eleemosynæ fuerint: Quod si Diaconus ille ex voluntate cœtus constitutus sit, qui pro suo arbitrio eleemosynas dispenset, ejusque fide freti sint, etiam nunc facultatem habet iis pro eo, atque ipsi videbitur, utendi. Verum enimvero, si non fuerit ea auctoritate instructus, ut Eleemosynas pro suo arbitrio distribuere possit; neque fuerit, nisi* כסתר *Diaconus, cui quidem nummos asservandos commiserint, sed non distribuendos, nisi Præfectis cœtus prius consultis; si cum his fieri possit ut deliberet, qui tum cum nummi colligerentur in urbe præsto aderant, illique omnes vel majorem partem consentiant de Eleemosynis in certos pios usus adhibendis, veluti in pauperum sustentationem, vel dotem orphanorum qui matrimonium contrahunt, vel alendos studiosos legis, & similia; (ita fiat.) Quod si vero non consentiant Seniores, sed pro suo quisque arbitrio illas dispensare velint; tum ipse Diaconus de iis faciat, quod e re esse videbitur: ita tamen, ut in aliquem pium usum eo, quo dictum est, modo impendat. Si vero cum illis (Senioribus) ob quascunque rationes deliberare non possit, omnino facultatem habeat iis pro lubitu suo utendi.* Et mox rursum : כתב עוד מהריק בשרש ז׳ שהאומר סלע זו לצדקה אין פריון שבויים בכללו ואלו נזדמנו שבויים לפדותם אין לפדותם בסלע זו אם לא מדעת כל הקהל או חבר עיר או שבעה טובי העיר במעמד בנשי העיר : *Porro scribit R. Joseph Kolon, Tit.* VII. *Si quis dicat: Nummus hic eleemosyna esto, lytrum captivorum in eo non continetur. Quod si vero captivi quidam redimendi veniant, non sunt illo siclo redimendi, nisi ex sententia totius cœtus, vel Doctoris Civitatis, vel denique septem Bonorum Civitatis in comitiis civium*. Seniorum itaque curam etiam circa *Eleemosynarum* dispensationem versari, ex his satis est manifestum.

XXVI. *R. Benjamin Wolff*, Consiliorum fol. 270. 1. m. וכן נראה לי הדיוט בנימין דהד״ה יחיד נמי יכול לשנות צדקה שלו לדבר מצוה כל זמן שהיא לידו כמו טובי העיר בצדקה של אנשי העיר : *Sic mihi videtur idiotæ Benjamini, idem juris esse privato, ut possit Eleemosynas suas, quamdiu eas adhuc secum habet, in alium quemcunque pium usum convertere, haud secus atque Boni Civitatis eleemosynas publicas*. R. Nissim ad Babha Bathra, fol. 164. 2. f. ולא דוקא כשהעכימו בני העיר אלא אפילו פרנסים הממונים על הציבור משנים כרצונם : *Neque tum solum, cum cives consentiunt; sed etiam Parnassim, qui cœtui præfecti sunt, pro suo arbitrio* eleemosynas *in alios usus convertunt*.

XXVII. Cujus rei exemplum exhibet *R. Schelomo B. Adereth*, laudatus *R. Eliesferi*, fol. 75. 3. f. וכן השיב בתשובה אחרת על מה שנשאל על אחד שמכרו לו שבעה טובי העיר גן אחד סמוך לבית הכנסת על מנת שיתן קיתון שמן למאור בכל שנה ויש מי שאומר שצריך ליתנו לבית הכנסת ויש מי שאומר בבית המדרש *Et sic respondet in alio Consilio, ad id quod quæsitum erat de quodam, cui* VII. *Boni Civitatis hortum vendiderant vicinum synagogæ, ea conditione ut quotannis urceum olei solveret in usum lampadis, quibusdam postea dicentibus, id dandum esse synagogæ, aliis vero Academiæ &c.* Hortus ille fuerat הקדש עניים Pauperibus consecratus, qui dum a VII. Viris in usum Synagogæ convertitur, iterum satis liquet, pauperum bona ad Seniorum curam suo quoque modo pertinere. Aliud exemplum apud ipsum R. S. B. A. offendimus, sed prolixius, quam quod hic commode inserere queamus. Videat, qui vacat, & potest, Quæst. DCXVII. Ex qua nos alibi alia non indigna scitu proferemus.

XXVIII. Hactenus de *Bonis sacris* egimus; sequitur ut de *synagoga* vel *cetu* ipso videamus, quemadmodum in illo gubernando versentur. Atque hic ita statuimus, officium esse *seniorum*, juxta cum

cum Archiſynagogo cavere in Eccleſia ſcandala & diſſenſiones, illa oborta removere, has componere, atque in univerſum curare, ut omnia in Synagoga εὐσχημόνως καὶ εὐτάκτως gerantur. Id quod exemplis quibuſdam erit declarandum.

XXIX. Schulchan Aruch, Or. ch. Tit. LIII. §. 19. אפילו יחיד יכול לעכב ומרול איני רוצה שפלוני יהיה חזן אם לו שכבר הסכים עליו מתחילה *Etiam privatus quiſque intercedendi jus habet, dicendique; Ego hunc N. N. Synagogæ Miniſtrum fieri veto. Niſi ſi forte jam ante electioni illius fuerit ſuffragatus.* Ad hæc verba *R. Moſes Iſerles* ſic commentatur: ורוקא שיהיה לאותו יחיד טעם הגון על פי טוגי העיר אבל בלא הכי אין היחיד יכול למחות בשליח ציבור *Ea tamen lege, ut privatus ille juſtas cauſas habeat vetandi, judicio bonorum Civitatis. Sin vero privatus intercedere non poteſt, quo minus Miniſter ſynagogæ fiat.* Nimirum preces publicæ reſpondent ſacrificio quotidiano, imo vero templo everſo illius etiam locum obtinent. Quemadmodum itaque nemo pro invito ſacrificium offerre poterat, ita neque Miniſter Synagogæ cuiquam obtrudi poteſt, qui preces hujus Deo offerat; quoniam id ex animo præſtare nolit, qui publicas privataſve cum altero inimicitias gerat. Quod ſi itaque aliquando contingat, ut quis privatus miniſtri vocationi intercedat, quod facile, etiam ob res ludicras fieri poteſt; *ſeniorum* eſt cognoſcere atque judicare, quam gravis & juſta illi privato cauſa ſit diſſentiendi. Ni faciant, nunquam forte, præſertim in majoribus Synagogis, omnes in unum conſpirent; & infimus atque ineptiſſimus quiſque reliqui totius cœtus rationes conturbare poſſit. Quod ne fiat, *Presbyteris* Synagogæ olim negotium datum eſt, de hujuſmodi rebus cognoſcant, curentque ne quid Synagoga per intempeſtivas diſſenſiones capiat detrimenti. Jus tamen illud intercedendi hodiernis moribus non ubique obtinet, uti infra oſtendemus.

XXX. Et quoniam hic de *Miniſtro ſynagogæ* mentio facta eſt, illud addi poterit, eſſe ubi etiam ipſi *Presbyteri* Miniſtrum cœtus conſtituiſſe legantur, etſi non ſuo quodam proprio jure, ſed ſingulari voluntate Teſtatoris cujuſdam, qui certam pecuniæ ſummam Synagogæ legaverat, ea conditione ut *Præfecti ſynagogæ* una cum *Diaconis* virum idoneum deſpicerent, qui Miniſterio Synagogæ fungens, nummorum illorum reditibus frueretur. *R. Benjamin*, §. CLXXII. ועל אשר שאלת על ראובן שהקריש מאה זהובים לבית הכנסת כתנאי שינתנו לסוחרים בריות והקרן יהיה קיים ומאותו הריוח שירויחו המאה פרחים ישכורו חזן בית הכנסת אותו שיישר בעיני הנבאים ולראשי הקהל ונפטר ההוא ראובן לבית עולמו והשכירו הנבאים וראשי הקהל חזן אחר בער בית הכנסת מתושבי העיר ההיא וגו׳ *Quod vero de Rubene ex me quæris, qui ſynagogæ centum aureos legaverat, ea conditione, ut illi mercatoribus fęneri darentur, & fęnere, quod ex centum illis aureis rediturum eſſet, ipſa ſorte integra, Chaſſan ſynagogæ conduceretur, qui Diaconis & Præfectis cętus placuiſſet; Mortuo itaque Rubene illo, Diaconi & Præfecti cętus Chaſſanem quendam ſynagogæ conduxerunt ex incolis ejuſdem illius civitatis, &c.* Nimirum pecunia ſoli univerſitati legata erat: cujus quoniam Seniores negotia procurant, illornm fidei, una cum Diaconis, *Miniſtri* electio ſingulari teſtatoris voluntate eſt commiſſa. Ita nimirum *Miniſtri* electio ad *ſeniorum* curam pertinet, ut &, ſi quæ circa illum lites in Synagoga oboriantur, cauſæ cognitio ad illos pertineat; & ejuſdem electio illis aliquando extra ordinem committatur; caveantque omni modo, ne quid hac parte adverſus ſingulorum univerſorumve commoda peccetur; etſi ipſa illius electio ad illos per ſe ſolos minime pertinet.

XXXI. De *Scandalis* vero obſervandis atque cavendis inſigne nobis exemplum R. *Benjamin* ſuggerit, *Quæſt.* CIII. fol. 428. Quod cum alia quoque inſignia nos doceat, hic loci repræſentare non abs re erit. Id autem ita habet. בעיר ארטא נתיישבו ארבע קהילות שבאו מגרוש מלכות ספרד ופורטוגל ציצלייא וקלבריא ופולייא וקהל תושבים היו שם מקרם קרמתא מיושבים בטירותם בחצריהם כפי מנהג קהל קרוש קורפו היה כל מנהגם ולכלם מנהג אחר בדין איסור והיתר גם בענייני מיסים וארנוניות כולם כו׳ איש לרעהו יעזורו ידובקו ולא יתפרדו וקרה מקרה בין הקהילות הנזכר לעיל שבאו מהגרוש שנמצאו שלש נשים מעוברות מארוסותיהן בעורן ארוסים בלא חופה ובלא שבעה ברכות ובלא טבילה ונודע הדבר אצל בית דין של הערכאות והוליכו חלק מהם אצל שופט העיר וענש אותם כפי דיניהם: עוד רעה שנית העירו לפנינו איך חלק מפריצי בני עמינו בהיותם חלין במעולות אנשים ונשים יחד שלחו ידיהם בחיק הנשים שהיו נשואות ותהי זעקה גדולה ומרה על הפועל הרע הזה ובאו לפני חכמי העיר ומנהיגיה וסיפרו להם עשרים ושבעה וכאשר ראו חכמי העיר המעשים המגנים אשר נעשו קראו לממוני הקהילות והודיעו להם חומר האיסור הם בענין הרע שבעלו ארוסותיהם בלא טבילה ובלא שבעה ברכות וכן לא יעשה בישראל הם בענין הרע השני

כדמפורש לעיל והחכמים השלמים רצו לנדור למיגדר מילתא והסכימו שלא יורשה שום ארוס ליכנס בבית הארוסה אחר שיעשו ברכת אירושין וסעודת שבת עד זמן הכנסתם לחופה ועשרים שבעה כדי להפרישם מאיסורא שחשו שמא יבעלו ארוסותיהם נדות כדלקמן גם לא יחולו אנשים ונשים יחד בשביל הפועל המגונה כדלעיל והחכמים השלמים אשר בקהילות ארטא יצו׳ כתבו לגאוני קושטדינא ושלוניקי המעשים הנזכרים וחלק מעמינו מוחין באותו גדר הנזכר שעשו שלשה חכמים וגאוני שלוניקי וקושטדינא כתבו והסכימו ונזרו בגזרת נח״ש על כל מי שיעבור על התקנה והגדר שעשו השלשה החכמים למיגדר מילתא וביום נועד עמדו השלשה החכמים השלמים אשר בארטא וקראו למטוני הקהילות וגם לממוני קהל פולייא ואסיפת עם רב והוריעו להם מה שהסכימו לאפרושי מאיסורה והוריעו להם מה שכתבו חכמי וגאוני קושטדינא ושלוניקי יצו׳ והוציאו ספר תורה על הרוכן והחרימו בקנס נח״ש על כל מי שיעבור בתקנתם כנזכר לעיל ובעוד שהיו נוזרים עם הספר תורה צעקו ממוני קהל פוליישי שאינם חפצים על ההיא תקנה שתקנו השלשה חכמים אלא מנהג אבותם בידם ליכנס הארוס בבית הארוסה לאכול ולשתות יחד ולכן אל יחרימו על זה ויצאו מבית הכנסת בזעקה גדולה והחכמים השלמים שלחו להם בגזרת נח״ש שיבואו להכנס בההוא חרם ותקנה שנעשה למיגדר מילתא וקיימו וקבלו הממונים עליהם ועל זרעם לקיים תקנת החכמים והשלמים ואף הממוני קהל פולייא יצאו בבהלה מכל מקום נהגו בההוא תקנה וגדר ארבע שנים כאשר נהגו כל הקהילות ועתה מקרוב באו כתבו ובדו טעמים מלבם אנשים מורים להם היתר ויצאו לערוך מלחמה בחגירת ושריון להראות לשרים את יקרם חשבו לשלוח יד בשלשה החכמים השלמים בדו וכתבו אל הגאון תפארת הרבנים למהר״ר יוסף טייטצאק איך ההוא קהל פוליא אינם חפצים על ההוא תקנה דהוא הפרשת איסור כיון דלא קבלוהו אז ברצונם ואפילו שאחר כך נהגו בו לאסור היה בשביל שלא יכלו להפרד מהקהלות יצו׳ עתה יורנו המורה אם יש יכולת ביד ההוא קהל פולייא לסלק עצמו מההוא גדר או לא.

XXXII. *Conſederunt Aretæ quatuor Eccleſiæ, quæ eo venerunt expulſæ ex Hiſpania, & Luſitania, Sicilia, Calabria, & Apulia; præterquam quod ibidem inde ab hominum memoria Eccleſia inquilinorum fuit, qui in palatiis ſuis atque prædiis habitant. More Sanctæ Eccleſiæ Corcyrææ vivunt, eodemque univerſi jure in vetito & licito, tributis & vectigalibus utuntur, &c. ita ut unus alteri continuo opem ferat, & arctiſſimo & indiſſolubili vinculo inter ſe contineantur. Sed caſus quidam accidit inter illas Eccleſias exulum, ut in illis tres fœminæ inventæ ſint jam imprægnatæ inde a deſponſatione ſua, quum, inquam, ſolum deſponſatæ eſſent, nondum vero in thalamum deductæ, vel ſolenni ſeptem benedictionum carmine initiatæ, riteve lotæ. Quæ res cum judicio gentilium innotuiſſet, quidam illorum ad judicem civitatis rapti ſunt, & ex illorum jure mulctati. Sed & de alio malo nobis renunciatum eſt; ut ſc. improbi quidam ex populo noſtro nebulones, interea dum viri una cum mulieribus ſaltarent, nuptis matronis manus in ſinum immiſerint, unde ingens clamor atque lamentatio ob ſcelus iſtud orta ſit, deque iſto flagitio ad Sapientes & Gubernatores civitatis ſit relatum. Sapientes itaque cognitis flagitiis quæ admiſſa fuerant, Præfectis cœtuum ad ſe accerſitis magnitudinem peccati exponebant, cum reſpectu facinoris illius quod quidam cum deſponſatis jam conſuetudinem haberent, ſine lotione & ſolennibus formulis, quod quidem Iſraelitis indignum eſt; tum reſpectu alterius flagitii, quod modo eſt narratum. Præſtantiſſimi itaque hi Doctores, cum tantam licentiam coercere vellent, decreverunt ut nulli Sponſo liceat ingredi ædes ſponſæ ſuæ, inde ab initis ſponſalibus & epulis Sabbathicis uſque donec illa in thalamum ducatur: idque omne, ut probiberent illos a peccato, quoniam metuebant, ne forte amplecterentur menſtruatas. Deinde etiam ſtatuerunt, ne in poſterum viri & mulieres una ſaltent, ob flagitium ſupra memoratum. Denique præſtantiſſimi Doctores, qui Eccleſiis Artenſibus præſunt (quas Deus clementer ſervet) ad Excellentiſſimos Magiſtros Conſtantinopolitanos & Theſſalonicenſes rem omnem, itauti geſta erat, perſcripſerunt, ut & quemadmodum quidam de noſtro populo illi interdicto intercedant, quod tres illi Doctores ſanxerant. Excellentiſſimi vero Doctores Conſtantinopolitani & Theſſalonicenſes reſponſo ſuo factum laudarunt, atque etiam ſtatuerunt, quiſquis conſtitutionem & interdictum, quo tres illi Doctores licentiam cohibere volebant, tranſgredietur, ut is excomunicationis, devotionis, & anathematis reus ſit. Tres itaque illi Doctores Artenſes ſtato die Præfectos cum ſuarum Synagogarum, tum etiam Synagogæ Apulorum, ad ſe evocarunt, & in frequenti populi concione expoſuerunt, quid ad probibenda peccata ſanciviſſent, quid item Conſtantinopolitani & Theſſalonicenſes Doctores ſcripſiſſent; & libro legis in ſuggeſtum prolato pœnam excommunicationis, devotionis & excidii illis denunciarunt, quotquot memora-*

ratam legem violarent. Cum vero adhuc in eo essent, ut adhibito libro legis decreta sua promulgarent; Præfecti Synagogæ Apulorum clamabant, se intercedere illi decreto, quod Doctores sanxerant: siquidem avitus ipsis mos sit, ut sponsus domum frequentet sponsæ suæ, ut cum illa edat & bibat, adeoque illud prohibendum non esse; & magno clamore concitato ex Synagoga exiverunt. Eximii itaque Doctores miserunt ad illos sub pœna excomunicationis, devotionis, & anathematis, ut adessent, seque illi sanctissimæ constitutioni, qua immoderatam istam licentiam & libertatem vivendi præcidere conabantur, submitterent. Confirmarunt itaque & receperunt (reliqui) *Præfecti pro se & posteris suis, se observaturos constitutionem Doctorum. Et quamvis Præfecti Cœtus Apulorum cum indignatione exivissent, nihilominus tamen constitutionem illam per quatuor annos, æque ac reliquæ omnes Ecclesiæ, observarunt. Nuperrime vero mustei quidam Doctores venerunt, scripseruntque & commenti sunt ex ingenio suo rationes, quibus* (quicquid hactenus vetitum fuit) *licitum esse doceant: quin imo, ut virtutis suæ specimen dent, hostilibus armis tres illos præstantissimos Sapientes petere instituunt, & mendacia perscripserunt ad Virum excellentissimum, orbis eruditi decus, Dn. D. Josephum Teutsak; Ecclesiam sc. Apulorum non acquiescere illa constitutione, ad cavenda peccata facta, quandoquidem illam olim quoque non nisi inviti receperint. Et quamvis postea illa ad strictiorem vitæ regulam usi sint, id non alia de causa factum, quam quod a reliquis Ecclesiis* (*quas Deus, rupes & redemptor illarum, clementer conservet*) *sese commode non potuerint separare. Nunc itaque doceat nos Doctor, an Ecclesia illa Apulorum huic decreto sese subducere possit?*

XXXIII. Plurima sunt in hoc casu, quæ & Lectoris observationem, & nostram uberiorem explicationem merentur, de quibus nos alibi pluribus, ἐάνπερ ὁ Κύριος θελήσῃ. Sed his missis illud nunc notari velimus, etsi tres illi Sapientes, sive *Archisynagogi*, trium distinctarum Ecclesiarum Doctores, præcipuas partes agunt; &, ad cavenda in posterum scandala, soli novas leges cudunt: & cum Archisynagogis Thessalonicensibus & Constantinopolitanis per literas communicant: suum tamen in hac re etiam *Ecclesiarum Præfectis*, sive *Senioribus* locum esse. Cum his, ceu Synagogarum Principibus & Moderatoribus, primo loco agunt, & totius negotii momentum & scandali gravitatem illis ob oculos ponunt; deinde cum novas leges promulgare vellent, eosdem Præfectos præter reliquam multitudinem ad concionem vocant: denique vero iidem nomine totius populi illarum legum observantiam spondent atque promittunt, & suas quique Ecclesias in præsenti & in posterum tempus obligant. Id quod satis argumenti esse putamus ad concludendum, etsi *Archisynagogi* primas tenent, & soli in docendo atque erudiendo populo versantur, *Seniores* vero a docendi munere liberi sunt & immunes: Hisce tamen inter alia vel inprimis id negotii datum esse, videant ut leges, quæ vitæ sanctimoniam & morum integritatem spectant, sedulo observentur, ne quid per dissolutiorem vitam Synagoga capiat detrimenti.

XXXIV. Atque ita ex his, quæ hactenus diximus, satis constare arbitramur, quo pacto *Seniores* circa Synagogam gubernandam versentur; non sane ut populum doceant, Legem divinam interpretentur, de licito vel vetito, mundo vel immundo, respondeant, vel jus ordinario dicant; quæ quidem omnia solius *Archisybagogi* sunt, & nunquam *Senioribus* Synagogæ tribuuntur (*nisi forte de jure dicundo pro locorum ratione aliter sit definitum:*) sed ut alia cœtus negotia, quæ ad commoda & salutem ejus attinent, externumque ordinem spectant, summa fide & diligentia gerant, curentque nequid Synagoga damni accipiat. Ipsius itaque ædis Sacræ, ærarii publici, vel, uti nos loquimur, bonorum & redituum Ecclesiasticorum, sive ad ipsam Synagogam, sive ad Ministros ejus, sive denique ad pauperes pertineant; horum, inquam, omnium inspectionem habent: Si Archisynagogus, vel Præcentor sit eligendus, suo consilio & auctoritate rem moderantur: Si Archisynagogi extra ordinem cum populo agere velint, Seniores in partes vocantur, & tanquam populi Procuratores & tutores causam ejus agunt, populi vices gerunt, eundemque in officio continent, eamque in rem Senatus consulta vel decreta faciunt, vel ab Archisynagogis facta cœtui commendant, earumque observationem ungent, & inculcant.

XXXV. Sed & illud jam ex superioribus liquet, qua ratione *Moderatores* illi Synagogæ creentur, ita sc. ut liberis totius Ecclesiæ suffragiis eligantur, in hunc finem, ut communem omnium causam agant, publica negotia curent, & pro potestate sibi concessa, majore vel

vel minore auctoritate, omnia tractent. De *Electione Ecclesiæ* vide ſupra §. 2. 3. ubi הוברו *eliguntur*, unde aliquando ברורים *electi* appellantur: & adde *Rabi Benjaminem Lupum*, Q & Reſp. fol. 409. col. 2. m. מכל מקום בעינן שיתבררו מתחלה מאת הקהל להנהיג הקהל ולא שיטלו שררה לעצמן להנהיג בלא הסכמת כולם כו׳ עד השיב ראבי״ה אם הוברו טובי העיר מתחלה להנהיג כולם בכל דבר מה שעשו עשוי כתקנת הקהל הרי לן בהדיא שצריך שיתבררו תחילה מאת אנשי הקהל וגם אין בכח ידם לעשות דבר שהוא תקנת הקהל עכ״ל: *Nihilominus requiritur* (in Bonis Civitatis) *ut inde ab initio a Cœtu ſint electi ad gubernandum Cœtum, non vero ipſi ſibi poteſtatem arrogaverint gubernandi, abſque ſuffragiis omnium, &c. uſque* (ad hæc verba:) *Reſpondit R. A. B. J. H. Si Boni Civitatis ab initio electi ſint, ut Cœtum in omnibus rebus gubernent, tum quicquid illi faciunt ad Cœtum bene feliciterque conſtituendum, id omne ratum eſt. Unde adeo nobis clarum & perſpicuum eſt, neceſſe eſſe, ut* (B. C.) *inde ab initio electi ſint a membris Cœtus: atque item, non eſſe illis* (ſi non ſint a Cœtu ad id conſtituti) *facultatem leges ſanciendi, quæ totum cœtum obligent.*

XXXVI. Sed de his proxime, Deo volente, pluribus, quando de *Archiſynagogi* & *Presbyterorum* diſtinctione, uberius & ex profeſſo agemus, atque etiam illam quæſtionem excutiemus; Utrum hi *Boni Civitatis*, *Paſtores*, *Gubernatores*, *Majores*, *Seniores Judæorum*, ad civitatem referendi ſint, quemadmodum Judæi, ſi interrogentur, illos vulgo *Conſulibus* comparant; an ad Synagogam, id eſt, collegium ſacrum & religioſum.



CAM-



CAMPEGI VITRINGA
LIBER
DE DECEM-VIRIS OTIOSIS.

In qua Sententiæ suæ de Decem Viris Synagogæ, quos בטלנים Otiosos *vocant, ratio redditur.*



Uando primum apud animum meum stabuebam scripto consignare, quæ de rebus plurimis dubiis atque obscuris meditatus eram, hujusquidem mihi ipsi auctor eram Legis, ut sana ratione comite ex antiquis fabulis, qua possem fide & diligentia, veritatem producerem, neque tamen mihi persuadebam, ita me valide proponere posse meam sententiam, ut simul eam liberarem omni specie exceptionis, omnique prætextu cavilli.

Præterquam enim quod rara res sit in rebus ambiguis id semper discernere, in obscuris id ubique reperire, quod verum est, quod quidem nulli hactenus mortali datum fuit, ea ipsa veritas, quam sectabar, ut plurimum involuta erat fictis falsisque multis narrationibus, e quibus admodum difficulter eruitur, eruta vero difficilius etiam adstruitur & vindicatur.

Quandoquidem vero paucis hominibus placet ea molestia existimationis suæ periculum facere, ut argumentum novum, cujus hactenus speciem delineatam non viderunt, tractandum sibi sumant, plurimi autem hanc sibi parandæ existimationi viam sternunt, ut quæ scripta ab aliis sunt examini subjiciant & objectionibus quibusdam, bene aut male formatis, impugnent, non absque argumento præsagiebam fore, ut scripta mea idem procedente tempore subirent fatum, modo essent, qui ea tanti facerent, ut ex hoc labore qualecunque diligentiæ atque eruditionis præmium sibi polliceri possent. Præsumebam autem hoc omnium maxime de iis scriptorum meorum articulis, qui non tam validis argumentis quam ratiociniis & verisimilibus conjecturis nitebantur, vel etiam sententiæ vulgi contrariabantur. Neque enim ulla facilior, ulla communior, sed & ulla ignobilior disputatio est, quam qua recepta sententia, si qua negata est, in medium profertur, argumentis suis de novo adstruitur, & ab oppositis ratiociniis vindicatur.

Non erat igitur, quod mirarer, quando nuper intelligebam, esse Virum Doctum,

ctum, qui quædam scripti mei capita examini subjicere, & in iis refutandis vires suas experiri cuperet, hoc enim neque novi quid neque peregrini mihi videri poterat. At vero hoc mirari debui, esse, qui hoc in se laboris suscepit, quem quidem cum ratione societatis Academicæ illud minus decere arbitrabar, tum vero tot aliis bonis rebus instructum sciebam, ut mihi plus commodi videretur orbi docto allaturus, si, quod plus laudis habet apud bonos, ipse aliquid ex penu suo in rei literariæ augmentum conferret. Hoc vero moleste tuli, quod eo scripserit modo, ut iis etiam omnibus, qui res nostras ignorant, palam fecerit, non tam propositum sibi fuisse veritati, suo judicio læsæ, opem ferre, quam qualemcunque existimationem meam lædere.

Si modo, bone Lector, dissertationes binas de *Decem Otiosis*, quas nuper primitias dedit, oculo currente inspexeris, ex ipsis jam principiis potuisti animadvertere, quo animo ad eas conscribendas se accinxerit. Certe, si summa religionis nostræ res in extremo periculo versata esset, non potuisset vel magis serio vel magis sollicite vel magis etiam prolixe & copiose communem causam contra imminentem hostem defendere, quam hanc exigui momenti & nullius utilitatis materiam pertractat. Non habuit satis, quod vere satis fuisset, opiniones de *Viris Otiosis decem*, quas excutiendas sibi sumpserat, referre, argumentis pro iis productis respondere, suam denique sententiam proponere & idoneis testibus comprobare. Nimis levis ipsi visa est hæc disputandi methodus. Existimavit ille multo fortius se adversarios suos pressurum, si rationes suas nunc ad formam Syllogismorum in Scholis usitatorum, pro lubitu suo componeret, alio tempore more Mathematico per totidem propositiones iisque subjectas demonstrationes illustraret, si ipse sibi objectiones faceret, validissimas illas quidem, ut credere potes, iisque solvendis admodum anxie incumberet, si denique opinionum illarum Autores mille ineptis consequentiis oneraret, quas nunquam in animum induxerunt credere, eaque sibi sumpta occasione eos quam rigidissime perstringeret, humanitatis & modestiæ terminos sæpe prætergressus. Cum vero res ipsa, de qua disquiritur, illam agendi rationem non exigat, facile Tibi persuadeas, aliud fuisse, quod illum extra se ipsum rapuerit & intempestive serium fecerit.

Sed & hoc, si illis tantum in capitibus ab ipso fuisset tentatum, quæ ambiguam sententiam habent, facile potuissem superare. Etsi enim veritas, quæ cognoscenda datur, omni tempore una eademque res est, animi tamen hominum adeo sæpe in diversa feruntur, quando diversis insistunt principiis, ut se omnes de eo, quod sentiunt, vere persuasos putent: Quandoquidem vero, quod verum tenet quisque, hoc etiam summo studio prosequitur & vindicat, remittenda aliquando fervori disputantis sunt acriora dicta, quæ humana imbecillitas suggerit: at vero, quando animadverti, illum eousque etiam disputandi furore fuisse abreptum, ut quodcunqe scriptum meum sugillaverit, & cum in eo esset, certis etiam atque indubitatis veritatibus contradixerit, tum demum putavi, minime committendum esse, ut impune grassantem diutius tolerarem.

Vanus sim, si non hoc omnium maxime me ad responsionem parandam incitaverit: Cum enim quæstionis hujus nullum omnino sit pretium, quocunque tandem modo volvatur, cogites, velim, admodum invitum me ad ejusmodi laborem accessisse, unde, ut auguror, exiguus redundaturus fructus est.

Verum, siquidem res ita fert, valeant ad breve tempus aliæ & his longe gratiores curæ nostræ, tueamur, quod humanum est, quæ nostra sunt, quantum id bono animo agere licet, & comprobemus evidentibus argumentis, *Clarissimum Virum* qua arrogantia audacia & virium suarum contentione libri nostri censuram instituit, pari prudentia, fide, candore (si ægre non ferret, adderem *peritia*) eam minime perfecisse. Quod si liquido probaverimus, tum id unum nos a te, Lector, impetraturos confidimus, ut ne ad quamcunque audacem accusationem illico erroris reos nos judices, sed ut, quod in omni causæ disceptatione fieri assolet, responsionem nostram primo expectes. Si vero & tum Tibi videamur causa cadere, alterutrum horum nostro etiam arbitratu liberum Tibi erit dicere, vel causam bonam a nobis male defendi, vel causam malam frustra bene defendi.

CA-

CAPUT PRIMUM.

Agitur de pretio & momento quæstionis de Decem Otiosis Synagogæ.

QUamvis supervacaneum videri possit eorum omnium censuram instituere, quæ in Dissertationibus V. Cl. merito habemus reprehendenda, præfationem tamen, qua sibi gratiam conciliare, aliis invidiam conflare studuit, prætermittere noluimus, quoniam illlam a scopo suo plane abludere existimamus.

Vir Doctus id agit in sua Præfatione, ut ostendat, quod illi *præclare de re Christiana mereantur, qui Linguæ & Juris Hebræorum periti, inde, ceu ex propria sede, historiæ & phrasi Novi Testamenti lucem fænerantur*. Quod cum sententiis atque exemplis comprobasset, tum vero serio inculcat, *magnam adhibendam esse curam & diligentiam, ut Hebræorum formulæ ritusque quam clarissime intelligantur, quandoquidem fieri nullo modo potest, quin, si quid rerum Hebraicarum prave acceptum sit atque ad N. T. applicetur, id hujus quoque genuinum sensum pervertat, atque in ipsam adeo Theologiam gravissimos quandoque errores invehat: Cujus rei cum alia præclara exempla edi possunt tum illud memorabile est in eodem* Cl. Ligtfooto &c.

Animum tuum rogo, quisquis hæc legis, an non hic omnis Viri Docti discursus eo te ducat, ut credas, Clarissimum *Ligtfootum* in ea *Decem Otiosorum* expositione, quam in Commentariis suis ad Mat. IV. dedit, & simul *alios, qui vel in eandem vel similem cum Ligtfooto sententiam concesserunt*, talia de hoc argumento scripsisse, quæ si male ab ipsis accepta essent, pervertendo genuino sensui quorundam locorum N. T. ansam dare possent? Hoc equidem ultro ex his verbis profluit. At vero, si ego Tibi ut rem certissimam tradidero, neque *Ligtfootum* neque *alios* ullum unquam vel ritum vel phrasin Scripturæ Novi Fœderis ex hac sententia, quam habent *de Decem Otiosis Synagogæ* exponere tentasse, immo, quod magis est, nullam consuetudinem vel ῥῆσιν, in Scriptura N. T. memoratam, inde exponi & illustrari posse, quia simile quid in ea nihil extat, nonne mihi concedes, omnem hanc præfationem a scopo suo aberrare, eamque unice eo comparatam esse, ut Lectoreu circumducat & de universæ hujus quæstionis momento sinistre judicare faciat?

Universa Viri Docti tractatio hæc est, quod illi Viri in Synagoga honorati, quibus cum Ligtfootus tum alii Synagogæ curam demandarunt, במלנין *Otiosi* dici nequeant eo sensu, quo id vocabulum a posterioribus Judæorum Magistris usurpatum atque expositum est. Hoc vero, quid ad Scripturam attinet, quid ad pravum illius intellectum, cum in ea nullibi *Otiosorum* mentio? Valde igitur meticulosus homo sis, quod arma pares magno strepitu, ubi nullum hostem vides. Si hoc maxime verum est, quod Vir Doctus *de Decem Otiosis Synagogæ* sentit, tum nihil aliud hactenus evicit, quam *Synagogæ Præfectos & Ministros*, quod *Ligtfootus* & alii existimarunt, *Otiosos* dicendos non esse Hebræorum sententia: Quod tu sive affirmes sive neges non modo nihil adfers ad interpretationem Scripturarum, sed & nihil adfers ad intelligendam speciem regiminis Veteris Synagogæ, quæ eadem erit sive asseras *Rectores* & *Ministros* Synagogæ *Otiosos* dici posse, sive idem illud neges, quod ille sibi faciendum putavit, recentiorum testimoniis confidens. Non datur vero hic ulla evadendi rima, nisi hac ratione mentem suam interpretetur, quod cum hæc scriberet, non respexerit unice ad *Decem Otiosos*, sed ad universam *Synagogæ constitutionem*, quæ cum a Ligtfooto tum ab aliis proposita est. Sed neque hoc modo quicquam proficit. Quod enim attinet ad disputationem, quam cum *Ligtfooto* instituit, conclusiones omnes in eo terminari animadvertes, quod neque *Archisynagogi*, neque *Diaconi*, neque *Ministri Synagogæ* dicendi sint *Otiosi* secundum constitutiones Hebræorum. Cætera, ex quibus depravatum scripturarum sensum arguere poterat, omnino prætermittit.

In iis vero thesibus, quas meæ sententiæ opposuit, ab ipso bis tantummodo, ni recordatio mea me decipiat, verborum Scripturæ mentio injicitur. Altera occasio hæc est, quod ego *Archisynagogos* plures esse evicissem ex quibusdam locis Historiæ Novi Fœderis: Altera vero, quod statuissem, *Diaconos*, *a Paulo* memoratos, convenire cum *Synagogæ Ministris*.

Ad prius problema quod attinet, tantum abest, ut doceat vel docere possit, me illa loca secundum Hebræorum scita male interpretari, ut potius ingentem sibi molestiam facessat in iis cum sua sententia conciliandis. Scilicet diserte in *Apostolorum Actis* in una eademque Synagoga memorantur & nominantur

tur *Archiſynagogi plures*. Ego id idem accipio & ſimul evinco ex Hebræorum ſcriptis *fuiſſe plures in Synagoga Præfectos*. Sic puto me Scripturis optume ſatisfacere. Sed quid hic *Vir Doctus*? Ille primo quidem aſſerit in Veteri Synagoga unum fuiſſe *Archiſynagogum*, ſe opponens diſtinctiſſimis ſcripturarum teſtimoniis, dein eo aſſerto magno conatu iis ipſis locis vim infert & neſcio quid ad illa convenienter ſuæ ὑποθέσει explicanda comminiſcitur. Dic, obſecro, uter noſtrum hic pervertat genuinum ſenſum Scripturæ? Quis ſcripturam torqueat ad animi ſui figmenta? Sed ſane tanti eſt alteri poſſe contradicere.

Quod vero ad illam attinet ſententiam qua *Diaconos*, Apoſtolo memoratos, comparatos volo cum *Synagogæ Miniſtris*, quam confido, ſi Deus mihi vitam largiatur, me ſuo tempore evidenter expoſiturum, illi ſane eorum nihil, quæ hic V. Cl. in præfatione ſua repoſuit applicari poteſt.

Si enim vel maxime in eo errem, quod noſtrarum Eccleſiarum *Diaconos* cum ad nomen tum ad munia comparatos velim cum *Miniſtris Synagogæ*, is error inde non proficiſcitur, quod *quid rerum Hebraicarum a me prave acceptum ſit*. Reperiri enim in Synagoga tales *Miniſtros*, חזנים שליח ציבור ultro *Vir Doctus* largitur. Error igitur in eo erit poſitus, quod quæ ex Hebræorum ſcriptis bene percepi, male applicem. Sed ἐι θέλει ὁ κύριος, faxo, quam primum hoc labore fuero liberatus, æqui ac Docti Viri omnes intelligant, applicationem illam a me & nomini & rei convenientiſſime inſtitui.

Addo, quod ſi in hoc argumento quidam ritus aut voces in Synagoga uſurpati a *Ligtfooto* aut ab aliis cum phraſibus aut conſuetudinibus, in hiſtoria N. T. memoratis, conferantur, quin etiam male conferantur, quod quid ſit prius oportet intelligere, in eo nunquam (dicam *raro*) peccetur, quod voces Scripturæ aut conſuetudines Eccleſiæ torqueantur ad φράσεις Scripturæ, ſed in eo potius, quod voces & Conſuetudines Judæorum componantur, & ſi vis, torqueantur ad res in Scripturis memoratas, unde ſcripturarum interpretationi nullum periculum. Utique certiſſimum eſt, id genus errorum hactenus nullum a V. Cl. indicatum eſſe, an deprehenſum neſcio.

Quod quando ad animum meum revoco non poſſum mihi perſuadere, Præfationem hanc, tractationi ſuæ minime convenientem, alias ob cauſas (quis enim in limine mera ſocordia impegiſſe credat?) quam quidem has duas ab Autore huic ſcripto fuiſſe præmiſſam. Prima eſt, quod hac ſua oratione Autoribus, quibuſcum diſputare aggrederetur, eorumque ſcriptis invidiam voluerit conflare, quod e re ſua fore putavit. Secunda, quod noluerit videri tanto cum conatu rem nihili agere, qualis hæc eſt de *Decem Otioſis* diſputatio, ſi illa ad intellectum quarundam ſcripturæ ſanctæ ſententiarum nihil confert, ut putamus.

Antequam vero hoc caput finiam, aliud etiam exemplum cape male fundati ratiocinii, quod poſt recenſitam *Ligtfooti* ſententiam offendes. *Illud*, ait, *minime mirum videri debet Virum Doctiſſimum in tanta rerum varietate & multitudine obſervationum aliquid humani paſſum eſſe: Id magis mirandum minuſque ferendum exiſtimamus, Viros Doctos, qui in harum Antiquitatum ſtudioſis nomen ſuum profitentur, eundem errorem ---- deſcribere .....* Hoc mihi dabis, ſcio, ut ſpecioſam hanc digreſſionem comparatione quadam ad rei veritatem inſtituta illuſtrem, quando illius acumen optume perſpicies: *Illud minime mirum videri debet, Virum conſummatæ ætatis atque continuo greſſu exercitatum labi: Id magis mirandum minuſque ferendum eſt, puerum, qui in eo eſt, ut greſſus ſuos primum formare diſcat, Viri exercitati veſtigia legentem, labi*. Sed videtur V. Cl. ipſe adeo hujus ſuæ orationis ſpecie fuiſſe captus ut ad vim conſequentiæ non æque attenderit.

CAPUT II.

Loca quæ in Talmude *de* Decem Otioſis Synagogæ *extant, diſtincte producuntur, probaturque, ex iis nihil de ſenſu hujus* φράσεως *conſtare poſſe*.

R. *Nathan*, qui rerum Talmudicarum titulos omnes accurate ſolet recenſere, in Lexico ſuo *Aruch* vocem בטלן diſtincte notavit omnia illa loca, quæ de *Decem Otioſis* in *Talmude* extant. Sequutus eum, ut ſolet, *Buxtorfius* eſt in *Lexico Talmudico*, niſi quod is locum *Talmudis Hieroſolymitani*, in *Aruch* notatum, prætermiſerit, a V. Cl. itidem neglectum.

Extat autem horum עשרה בטלנים *Decem Otioſorum* nuda tantum mentio ſemel omnino in *Miſna* Codicis *Megilla Talmudis Babylonici* cap. I. §. III. *Hieroſolymitani* itidem cap. I. §. VII. iiſdem omnino verbis utrobique, atque ea-

eadem occasione prolatis. Prioris *integer textus* descriptus est hebraice a V. Cl. & illustratus latine Diss. I. §. XII. Fecerat id ante eum Clarissimus *Ligtfootus* in *Centuria Chorographica*, Matthæo præmissa cap. XCVIII. Verba vero *Misnæ*, quæ ad rem præsentem faciunt, in utroque *Talmude* hæc sunt: איזו עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנים פחות מכאן הרי זה כפר *Quænam est Civitas Magna? Omnis ea, in qua sunt Decem Otiosi: Si minus eo, ecce villa est.*

Proficis in tantum ex hoc loco *Misnæ*, ut scias in Constitutionibus Hebræorum *Civitatem Magnam* vocari, in qua sunt *Decem Otiosi*. At vero quales hi homines fuerint, quid egerint vel in Civitate vel in Synagoga, hactenus nescis, neque sane ex hoc loco *Misnæ* colligere ullo modo datur. Linquamus igitur *Misnam*, & quid lucis *Gemara* faeneretur, investigemus.

In *Gemara* Babylonica tribus distinctis vicibus memorantur עשרה בטלנים *Decem Otiosi*, vel עשרה בטלנים של בית הכנסת *Decem Otiosi Synagogæ*, nimirum in Gemara *Sanhedrin* fol. 17. col. 2. Gemara *Megillæ*, Constitutionis modo allegatæ p. 5. col. 1. & in Gemara *Baba Kama* fol. 82. col. 1. In Codice *Sanhedrin* enumerantur membra omnia, justam Civitatem constituentia, atque inter illa: עשרה בטלנים של בית הכנסת *Decem Otiosi Synagogæ*. In *Megilla* ad locum *Misnæ*, modo allegatum, nihil aliud habetur, quam עשרה בטלנים שבבית הכנסת *Decem Otiosi qui in Synagoga sunt*. In *Bava Kama* simpliciter memorantur עשרה בטלנים *decem otiosi*. In omni *Gemara Talmudis Babylonici*, unde tamen ritus veteres quam maxime repetendi sunt, nihil aliud *de Decem Otiosis* extat præter paucissima hæc, quæ descripsimus. Inde vero obsecro quid colligas? Nihil quidem aliud quam *quod ad Synagogam Veterem, rite constitutam, pertinuerint decem Otiosi*. Cæterum quales hi fuerint homines, quid ipsis in Synagoga negotii fuerit, quam ob causam hoc insigniti sint titulo, id quidem ego ex his locis nullus video; neque vidisset V. C. nisi hanc *Decem Otiosorum* imaginem ita sibi valide impressisset, ut ubi nomen audiebat, ibi mox rem ipsam se videre sibi persuasisset. Quorsum enim alias hæc verba? *Sed primo loco atque ante omnia Gemarici Doctores audiendi erunt, ut ætate ita & dignitate cæteris superiores*. Scilicet audivimus nunc Doctores Gemaricos omnes, ætate & dignitate cæteris superiores, sed nihil tamen eorum intelleximus, quæ V. Cl. in sequenti sua disputatione tradit.

In *Gemara* Talmudis *Hierosolymitani* locus extat neque *Buxtorfio* neque V. Cl. notatus ad §. VI. cap. I. *Megillæ*. Quod omnino incuria oportet factum fuisse, siquidem is ad speciem plura continet iis, quæ in *Gemara Babylonica* extant. תניא עשרה בטלנים מםלאכתם לבית הכנסת *Trad. Decem cessantes ab opere suo in domo Synagogæ*. Dixi *ad speciem* plura continere, neque tamen vere aliud in eo prædicatur, quam quod ex *Babylonica* intelleximus. Etenim, qui בטלן *Otiosus* dicitur, illum *ab opere aliquo cessare* dici posse quis neget? Nos sane id minime negamus. Sed quodnam hoc sit opus, a quo cessant, cujus generis homines, qui *cessant*, quem in finem & an omni tempore cessent id disputatur.

Cæterum, quando animadvertimus, *Gemaristas*, qui alias res quasque minimas suis disputationibus admodum prolixe prosequuntur, de *Otiosis* his *decem* nihil omnino tradidisse posteritati, quam quæso; illius rei rationem statues? Si ego non fallor, vel hæc statuenda est, quod ipsi de nominis hujus vera explicatione non adeo fuerint certi, vel illa, quod sua ætate hoc nomen ita fuerit explanatnm, ut justæ disputationi subjici non potuerint. Utram velis accipere, (accipiet autem V. Cl. posteriorem) mihi perinde est, modo concedas, silentium hoc *Gemaristarum* in causa esse potuisse, quod sequentibus seculis verus hujus vocis significatus ignoratus sit, sive ipsa hac voce in desuetudinem abeunte sive etiam munere aut dignitate, per eam expressis, cessantibus.

CAPUT III.

Commentatorum Talmudis *sententiæ de hoc argumento explorantur, quid in hoc rerum genere valeant, & cur* Ligtfootus *ab iis recesserit, examinatur.*

Quoniam ex *Gemaristarum* disputationibus nihil ad explicationem hujus φράσεως elici posse docuimus, jubet ratio, ut ad interpretamenta Commentatorum nos convertamus. Eorum vero sententiam *Buxtorfius* verbis *Glossæ*, ut ait, hoc est *R. Salomonis Jarchii* complexus est. Easdem glossas V. Cl. *Buxtorfium* sequutus ad *Bava Kama* ex eodem hoc *R. Salomonis* testimonio cum ad hunc locum, tum ad cætera loca *Talmudis*, ante allegata, simul etiam ex testimoniis *Maimonidis* & Bar-

& *Bartenoræ* exhibet §. XIX. & in patrocinium suum advocat, mox examinandas. Quasi vero in iis transcribendis magnam locasset operam atque industriam, *hæc potissima sunt*, ait, *quæ de decem Otiosis hactenus apud Hebræos vel Christianos invenire potui*. Sed potuisse illum plura invenire, neque eum, cum hæc scriberet, omnem in *quærendo* diligentiam adhibuisse, id vero ex fine libri constat, ubi demum notatione omni dignissima testimonia *Nachmanidis* & *Nisim* contra se ipsum citat, quæ si inspexisset, antequam hæc scriberet, non ita audacter, ut puto, sententiam suam dixisset. Quando igitur aliis exprobrat, quod *rebus nondum satis exacte perpensis, neque iis omnibus adhibitis, quæ oportebat, præcipiti judicio in hanc vel illam sententiam ferantur*, videat, an non se ipsum in his dissertationibus scribendis frequenter admodum hujus culpæ reum fecerit.

Cæterum apparet ex quatuor testimoniis *Jarchii*, quæ maximam partem probationis efficiunt, *Jarchium* omnino ejus fuisse sententiæ, quam Autor noster post *Buxtorffium* defendendam suscepit, *Decem Otiosos* fuisse decem homines ad id ære conductos, ut hora precationis frequentes in Synagoga adessent. *Jarchium*, ut solet, sequitur *Bartenora*. Quod vero ad *Maimonidem* attinet, cum quo tutius est sapere, quam cum aliis delirare, non is unquam in totam hanc *Jarchii*, hominis ad fabulas valde propensi, sententiam pedibus suis ivit, sed ille *decem homines* intellexit, cum studio legis tum Synagogæ necessitatibus curandis valde intentos, qui Synagogæ constanter adhæserunt. *Maimonidem* vero *R. Nathan* sequitur. Ex *Piske Tosaphoth* nihil etiam aliud colligas, ut modo apparebit.

Hæc vero tandem fulcra erunt omnia opinionis, a Viro Docto acceptæ. Quod enim ad ratiocinia attinet, quæ subnectit, non erit necesse in iis evertendis magnam operam ponere, quoniam nostræ infirmitati, ut puto, in tantum voluit succurrere, ut modum, quo illa possemus evertere, simul adscripserit, si forte is nos fugisset.

Cæterum cum pateat me non negare, esse inter *Interpretes Talmudis*, *Jarchium*, & forte alios, qui *Decem Otiosos* ita explicant, ut facit Vir Doctus, quod & nunquam feci, quodque si fecissem merito incurrissem in rephensionem, omnis disputatio in id resolvetur, an in expositione nominis aut ritus, dudum abolitorum, quorum mentio in *Talmude* est, quibusvis posteriorum temporum Commentatoribus Judæis ea religione tenear adhærere, ut, ubi plurima alia sunt, quæ contrarium suadent, ab ea nihilo minus recedere non sit licitum

Licuisse, si alias calculos suos bene posuit, Clarissimus *Ligtfootus* sensit, licet ipse, nescius se post fata ob hanc exigui momenti quæstionem tanto cum strepitu exagitandum esse, rationes suæ sententiæ nullas dederit. Inde tamen id colligo, quia *volens* & *sciens* (nequis ex ignorantia id ab ipso factum putet, quod tamen rerum imperiti facile ex scripto V. Cl. judicarent) ab explicatione *Jarchii* & *Bartenoræ* recessit, quod non fecisset, si non existimasset licitum sibi esse ab Interpretibus Talmudis subinde recedere, ubi id ratio flagitat. Scivisse autem Cl. *Ligtfootum* Commentarios Interpretum id vero ex cap. XCVIII. *Centuriæ* Matthæo *præmissæ* & Com. ad Matr. IV. 23. abunde liquet, ubi & *Piske Tosaphoth* & sive partem Commentarii *R. Salomonis* sive verba *R. Nathanis* intelligentiæ ergo apponit: Quod & si non liqueret, certum tamen deberet haberi de eo Viro, qui nihil ad Talmudem probe intelligendum intentatum reliquit. Scivit igitur *Ligtfootus* hanc Interpretum expositionem, a qua cum recesserit, ipso significavit facto, eam sibi displicere. Visus itaque sibi est tutius & prudentius facere, si sententiæ *Maimonidis* inhæreret, eamque ita interpretaretur, acsi ille per *Decem Otiosos* homines *studiosos & literatos*, qui Lectioni Legis, precibus, & Synagogæ necessitatibus curandis unice devoti consecratique erant, intelligeret.

Ego vero, qui Judæis interpretibus, ubi justa suspicio est, dudum diffidere didici ob nimiam in fingendo petulantiam, cum animadverterem, *Ligtfootum* sibi sumere libertatem a *Jarchii* aliorumque interpretatione recedendi, & simul judicarem, id jure merito ab ipso fieri, & quod magis est, *Maimonidem* ipsum in id videri consentire, lubens ipsius exemplum volui imitari, quod raro quemquam fecisse pænitet, quod vero heic fecisse nequaquam pænitet. Quandoquidem vero neque magni faciebam hanc disquisitionem, neque ego ipse mentem meam omni liberaveram dubio, testatus fui meum cum *Ligthfooto* consensum ea cum modestia, quam si Vir Doctus voluisset in scribendo imitari, ratio non esset, cur quisquam ægre ferret, quod dissentiret, licet propositum ipsi esset, uti est, id ubique fa-

facere, ubi modo sententiam meam videt. *Quam ob rationem* (hæc mea verba sunt) *iis adstipulari non possumus, qui in Veterum Synagogis* Decem conductos ære *præsto fuisse putant, qui* י׳ בטלנים Decem Otiosorum *nomine in Hebræorum scriptis intelligendi sint, a Synagogæ Præfectis & Episcopis distincti. Patimur eos lubenter suo sensu abundare, præsertim cum argumentum hoc plena in luce positum hactenus non sit &c.* Producimus deinde loca *Maimonidis* duo, cui alius accedit ex Codice *Megilla*, quæ nostro judicio sententiam *Lightfooti* videbantur confirmare, exceptionibus Viri Docti deinceps vindicanda.

Postquam vero Viri Docti objectiones mihi imposuerunt necessitatem priores meas theses recoquendi, ruminandique, tantum profecto abest, ut meas rationes dispungam, ut nunc majore cum fiducia, quam quidem ante, eas a me recte collocatas esse declarem. Nimirum compertum habeo, examine probe instituto, omnem eam propositionem de *Decem Otiosis*, quam tanta cum jactantia per omnem Dissertationum V. D. paginam repetitam vides, unice niti *Salomonis Jarchii* assertione: cæteros vero Judæorum Doctores, qui veritatem non vero fabulas sectantur, haud parum ab ea recessisse, immo vero *Jarchio* in os contradixisse, nostræque sententiæ consentanea de *his decem Viris* statuisse.

Hoc vero si probatum dederimus, quod quidem Θεῦ διδόντος abunde fiet, tum vero putaverimus id omne nos præstitisse, quod in simili negotio desiderari possit, plus autem præstitisse, quam sententiæ nostræ vindiciæ postulabant. Plus inquam. Etenim si nuda ratio sufficiat ad deferendum, imo ad reprobandum glossas & interpretamenta *Talmudis*, a posteriorum temporum Judæis concinnata, quod statim exemplis plurimis firmatum ibimus, quis neget, nos superfluo jure disputare, quando rationi autoritatem jungimus, ea, quam Vir Doctus adhibet, potiorem? Age igitur experiamur, an promisso nostro solvendo simus pares.

CAPUT IV.

Ostenditur exemplis permultis, licitum esse ab Interpretum Talmudicorum Glossis recedere, iisque contrarium statuere, si justa subsit suspicio fabulæ aut erroris.

Quis enim dubitet (ita noster ait, antequam Diss. I. §. XIX. testimonia, modo recensita, proponit) *quin Jarchius, Maimonides, Ascher, Bartenorius, cæterique Clarissimi Viri, inde a teneris in Synagoga versati, & in Academia docti atque educti horum* Bathlanim *non modo locum, quem in Synagoga obtinebant, exploratum, sed & omnia illorum officia habuerint perspecta?* De *Maimonide* & *Ascher* mox videbimus, an sententiæ Viri D. patrocinentur, sed fac hoc tantisper verum esse. Ego ita inverto. *Quis dubitet, quin Jarchius, Maimonides, Ascher, Bartenora, cæterique Clarissimi Viri, inde a teneris in Synagoga versati & in Academia docti atque educti in expositione Talmudis, priscarumque consuetudinum occupati, sæpenumero hæsitent, dissentiant, cæspitent, errent?* Quin imo quis dubitet, quin Tu, Vir Clarissime, qui Viros hos Clarissimos in patrocinium tuum advocas, eorum fidem, quam mihi suspectam scivisti, admonitus etiam ne quidem in controversiam rapere volueris, ut faciliorem a Lectore suo assensum impetrares?

Non equidem adeo ineptus & suspicax homo sum, ut Judæis de sui temporis ceremoniis testimonium perhibentibus in os contradicere ausim, at vero quando de rebus & ritibus disputant alterius ævi, tum didici eorum verba circumspecte considerare, quia fabulis fingendis deditissimi sunt.

Quod si nonnulli Judæorum, (ita *Caspar Varrerius*, Vir Doctissimus) *qui aliarum gentium & exterarum nationum literas, historias & monumenta variasque jam disciplinas perceperunt, ex quibus extitere* Philo & Josephus, *summa cum diligentia non multa hujusmodi posteris tradidissent, quæ peculiari quadam cognitione indigebant, multo pejus etiam nunc circa locorum hujusmodi abstrusorum intelligentiam hallucinaremur. Si autem recentiores Judæi more illorum, quos modo nominavi, Carissimorum Virorum, literis Græcis & Latinis ab ineunte ætate imbuerentur, reliquasque disciplinas attingere in animum inducerent, quo rerum ac temporum congruentiam intueri & intelligere*

gere possent, non esset ut in tantis ac tam depravatis opinionum erroribus implicarentur. Nunc, cum præter Hebraicas literas, basque sine ulla Grammatices ratione primoribus labris degustatas verius quam perceptas, quippe a Parentibus veluti tumultuarie traditas, nullum nec literarum nec disciplinarum genus consequantur, quid aliud, quam labi, falli, & turpiter errare illis futurum putamus?

Neque alterius mentis fuit *Antonius Nebrissensis* in *Qunquagenis* cap. XVIII. ubi disputabat de significatione gemina vocis חשמל, a latino Interprete per *Electrum* redditæ: *Evolvimus itaque*, ait, *Hebræorum Lexica atque Glossemata, nihilque offendimus præter mera somnia esse, —— Nicolaus Lira putat Hieronymum & cum Hieronymo LXX. Interpretes non assecutos vim* חשמל, *cum electrum interpretantur: quasi in eruditione Linguarum non debeant præferri LXX. quos Hieronymus in hac parte sequitur, quibuscunque aliis, nedum Salomoni, homini in re literaria novitio, neque minus in significatu verborum, quam in eruendis sensibus frequenter hallucinanti.* Est vero hic idem *Salomon* ille *Lunensis*, cujus testimonio, ut deinceps videbitur, omnis hæc Viri Docti assertio nititur.

Non dissimulabo sane, Doctissimos hos Viros nimium dedisse affectibus suæque in *Hieronymum* propensioni, quando ita contemptim de Hebræorum Interpretum studiis disseruerunt: Nobis tutius erit mediam viam tenere, hoc est, neque ita de iis alte sentire, ut ubique locorum illorum sententiis & interpretamentis secure confidamus, neque ita abjecte, ut eos, quando diligentia & ingenio suo recte usi sunt, negligamus, quod Viros in hoc studiorum genere exercitatissimos omni tempore fecisse accepimus. Hoc scilicet volumus, quod eruditus *Seldenus* in *Prolegomenis* ad libros de *successionibus* in *Bona defunctorum, non absque delectu admittendas esse passim in rebus Civilibus Magistrorum sententias, utcunque ab iis receptas.*

Christophorus Cartvvrigtus in *Mellificio Hebraico* lib. IV. cap. III. examinat *Hebræorum Traditiones* de LXX. Interpretibus. Allegat vero eum in finem locum ex eodem hoc *Tractatu Talmudico Megilla* fol. IX. I. Quo facto *nec mirum profecto est*, inquit, *Judæis & præsertim Talmudicis ad fabulas valde propensis commentum illud de 72. cellulis & domunculis placuisse, cum inter Christianos non pauci mordicus ei adhæserint: sed illud merito ridet Hieronymus.* Vide recessisse Virum Præstantissimum, qui, si ullus, plurimum fidei habuit Judæorum Veterum scriptis, ab ipsa traditione Gemaræ, quando suspicio fabulæ suboriebatur? Sed intellige sequentia: *In loco autem Talmudis memorato post verba superius citata afferuntur loca quædam, quæ LXX. Interpretes ita verterunt, ut de industria ab Hebræo textu eos recessisse appareat. Ego loca illa distincte recensebo, una cum rationibus a Glossatore Hebræo* (intellige *R. Salomonem Jarchium* & Autores *Tosaphoth*) *redditis* (*etiamsi frigidæ plerumque sint & inanes*) *quare LXX. Interpretes in istis locis textum variaverint.* Vocat itaque *Cartvvrigtus* has easdem *Glossas*, quas tanti facit Vir Clarissimus, *frigidas & inanes*, quando videt eas a ratione communi abire. Nefas vero esset omittere locum XIV. desumptum ex Lev. XI. 6. ubi inter animalia immunda memoratur ארנבת *lepus*, quem *Talmudici* inter cetera a LXX. Interpretibus mutatum asserunt ob hanc rationem: שאשתו של חלמי ארנבת שמה שלא יאמר שחקו בי דיהודים והטילו שם אשתי בתורה *Quia uxoris Ptolomæi nomen erat lepus, ne diceret Ptolomæus, Judæi me deriserunt, & nomen uxoris meæ in Lege posuerunt.* Credin' hoc verum esse, quod Gemaristæ ut certum Tibi tradunt? Ego credo cum *Cartvvrigto* profectam esse hanc traditionem ex mera historiæ ignorantia. *Frivola ista sunt*, sic ille, *atque inde forsan nata, quod Pater Ptolomæi Senioris, nempe ejus, qui fuit Pater Ptolomæi Philadelphi, dictus est Lagus, qua voce apud Græcos Lepus significatur: inde Judæi historiarum rudes vel uxorem vel matrem Ptolomei Philadelphi sic appellatam existimarunt.* Vides tantum abesse, ut ipsius *Gemaræ* traditiones absque examine a nobis recipiendæ sint, ut potius deprehendi in iis possint manifesti errores & summæ ignorantiæ indicia, quæ justum flagitant dissensum. Adeo nihil Judæorum Interpretes voluerunt nescire, ut ea etiam ipsa, quæ nesciverunt, pari cum ceteris certitudine posteris commendarint.

At vero concedes forte, fieri potuisse, ut Talmudis Interpretes in explicatione ejusmodi sive verborum sive rerum, quæ ad disciplinam suam minime pertinent, subinde gravius erraverint, sed non æque facile id contingere potuisse tibi persuadebis, ubi de ritibus & ceremoniis suæ Ecclesiæ & Civitatis agunt. Fateor equidem, non ita facile errare potuisse, quando de ceremoniis suæ ætatis disserunt: Verum ubi in explicandis iis ritibus versantur, qui & suam

ſuam & avorum ſuorum memoriam longe excedunt, tum videas eos admodum ſuarum rerum incertos huc illuc vagari & a ſe ipſis mille & mille modis diſſentire, nedum a rei veritate. Omnis *Gemara Talmudica* conſtat ex continua Doctorum priſcorum de *Miſnæ* traditionibus diſputatione, in qua eos tum quoque ad res diverſiſſimas ferri videas, quando de ritibus & conſuetudinibus potiſſimis ſuæ Reipublicæ diſquirunt, ne eos de dogmatibus diſputare cogites: Quod ita ſi eſt, (eſt vero certiſſimum) quid de Interpretibus poſterioribus dicemus, Autoribus *Toſephoth*, *Jarchio*, *Maimonide*, *Bartenora*, qui eo facilius in explicandis ſive vocibus ſive ceremoniis, quæ in deſuetudinem abierant, potuerunt hallucinari, quo illi longius ab ætate illorum abfuerunt, a quibus certitudinem harum rerum poterant petiiſſe. Sed quia res forte peregrina alicui fuerit id ex me intelligere, agedum producam cum diſſenſus tum errorum hujus indolis a *Maimonide* & *Jarchio* commiſſorum, quin & ignorantiæ ſive linguæ ſive ceremoniarum ſuarum manifeſtiſſima ſpecimina, ne ultra fas & meritum eos accuſare videar.

Diſſenſus cape exemplum notatu dignum ex his ipſis verbis *Miſnæ*, de quibus noſtra inſtituitur diſputatio, ne extra oleas vagemur. Locus hic eſt: אי זו היא עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנים פחות מכאן הרי זה כפר *Quænam eſt urbs magna? Omnis illa, in qua ſunt decem Otioſi: Si minus eo, ecce villa eſt*. Audi nunc Commentarium *Etz Hechaiim*: ובבית סימן תרפ״ח הביא הא דאמר ר״יבל כרך שאין בו עשרה בטלנים נידון ככפר והכריחו התוספות וההרא״ש דלא איירי אלא בעיר גדולה ולא במוקף חומה בימות יהושע דהתם לא בעי עשרה בטלנים וכן נראה דעת הרמ״בם והר״ב המגיד כתב דאפילו במוקף בעי י׳ בטלנין וזהו דעת הרמ״בן וגו׳ *In* Beth Joſeph *vero* §. 688. *adducitur, quod dicit R. Joſua ben Levi, Civitas munita, in qua non ſunt decem Otioſi, putatur ut villa. Cæterum Toſephoth & Rabbenu Aſcher validis rationibus evincunt, quod R. Levi non loquatur, niſi de Civitate Magna tantum, & non de civitate muro cincta tempore Joſuæ, utpote in qua decem Otioſi non deſiderantur, atque ea quoque eſt ſententia Maimonidis. Sed Autor Maggid Miſnæ ſcripſit, quod etiam in Civitate muro cincta deſiderentur decem Otioſi, quæ quoque ſententia eſt Nachmanidis, &c.*

Videmus quæſtionem hic motam de antiqua conſuetudine occaſione verborum *Miſnæ*, non ſatis reſtrictorum. Scilicet in *Miſna* dicitur, quod *Civitas Magna*, in qua non ſunt *decem Otioſi*, reputetur ut pagus ratione Lectionis Libri Eſther. Formata igitur difficultas eſt ab Interpretibus, an *Civitates etiam munitæ tempore Joſuæ* reputarentur ut *villæ*, ſi *decem Otioſos* non haberent, neque enim hoc in *Miſna* ſatis expreſſum vel deciſum eſt. Videbatur vero quod non, quia de oppidis tempore Joſuæ munitis antea abſque ulla limitatione pronunciatum fuerat, quod libellus *Eſther* in iis legendus eſſet die xv. Fas igitur erat, ut hæc prærogativa illis concederetur, ſive *decem Otioſos* haberent, ſive iis deſtituerentur. Sed aucta eſt difficultas ex ſententia *R. Joſua ben Levi*, quæ occurrit in *Gemara* hujus *Miſnæ* Fol. III. Col. II. ואמר רבי יהושע בן לוי כרך שאין בו עשרה בטלנין נידון ככפר: *Dicit autem R. Joſua Ben Levi: Civitas munita*, (de qua inferius) *in qua non ſunt decem Otioſi, reputatur ut villa*. Sane cum in *Miſna* hujus loci כרך *Civitas Munita* accipiatur pro כרך מוקף חומה בימי יהושע בן נון *Civitate muro cincta in diebus Jehoſuæ, filii Nun*, & eo ipſo diſtinguatur a עיר גדולה *Civitate Magna* & a כפר *pago*, videtur omnino hæc eſſe ſententia hujus dicti *R. Joſuæ*, quod *Civitates*, *muro* licet circumdatæ tempore Joſuæ, ſi *decem Otioſis* carerent, æque ac *Civitates Majores* reputandæ ſint ut villæ, neque iis licitum ſit ſtato die *decimo quinto* Adar, quæ earum cæteroquin prærogativa erat, Libellum *Eſther* legere, ſed cum cæteris ſive Civitatibus ſive pagis hunc diem deberent anticipare.

Cæterum cum, ſi hæc expoſitio hujus ſententiæ valeret, omne pene privilegium *Urbium munitarum tempore Joſuæ* periret, maluerunt Interpretes *Gemaræ* & *Conſtitutionum æntiquarum* hunc ſenſum declinare, & ſatius habuerunt כרך *munitam Urbem* hic in genere accipere *pro qualibet Civitate majore*, quomodo paſſim in *Talmude* accipi ajunt. *Autor* tamen *Maggid Miſnæ Rabi Jom Tof Bar Abraham* hæret in hoc argumento, neque ſibi plene fatetur ſatis factum, in patrocinium ſuum advocatis *Nachmanide* & *Raſchba*.

Hæc eorum diſputatio eſt de vero ſenſu verborum R. *Joſuæ*, quam ante Tibi expoſitam volui, quam citarem ipſiſſima Autorum *Toſaphoth*, *Aſcher*, *Maimonidis*, & Autoris *Maggid Miſnæ* teſtimonia. In *Toſaphoth* hæc ſunt ad *Gemaram* modo notatam: כרך שאין בו י׳ בטלנים

י' בטלנים נדון ככפר וצל דטיירי בסתם
כרכים האמורים בשס אבל במוקף חומה
מימות יהושע בן נון אפי' אין בו י' בטלנים
קורים בט״ו והנ' משמע דפריך בסמוך : *Civitas munita, in qua non sunt decem Otiosi putatur, ut villa: Omnino necesse est dicere, illum simpliciter urbes quasque majores intelligere, ita dictas passim in Codice Talmudico: quod enim ad Civitates tempore Josuæ munitas attinet, omnino in iis legunt libellum Esther die decimo quinto, licet careant decem Otiosis, atque id quoque indicat objectio, quæ proxime sequitur.* Respicit *objectionem*, quæ in *Gemara* ad hanc sententiam R. *Josuæ* reposita est. Expositio *Rabbenu Ascher* eadem extat fol. XXXIII. Col. II. quam repetere possumus ex ipsius *Definitionibus*. Ita habet *secunda*:
כרך שישב ולבסוף הוקף נדון ככפר כרך
שאין בו עשרה בטלנים נדון ככפר ואם
הוקף חומה מימות יהושע בן נון אפילו אין
בו עשרה בטלנים קורין בחמשה עשר. *Oppidum, quod habitandum est & postea munitum muro, putatur ut villa. Oppidum, in quo non sunt decem Otiosi, putatur ut villa: At vero si muro cinctum fuerit a tempore Josuæ usque, licet in eo non sint decem Otiosi, legunt nihilominus die decimo quinto.* Neque alia habet *R. Joseph Caro* in *Schulchan Aruch* cap. 688. ut ante notatum in *Etz Hechaiim*. Consentit *Maimonides*.

Videamus vero nunc tandem, quid *Autor Maggid Misnæ* sentiat, cujus discursus extat ad *Maimonidem*, *Hilcoth Migilla* cap. I. §. VIII. ad verba
במשנה איזו היא עיר גדולה כל Ita ille :
שיש בה עשרה בטלנים פחות מכאן הרי
היא ככפר ובגמרא תניא עשרה בטלנים
של בית הכנסת ומדברי רבנו נראה דדוקא
לעיר בעינן עשרה בטלנים אבל לכרך
המוקף חומה לא בעינן וההו שאמרו איזהו
עיר ולא הזכירו כרך וזה דעת התוספות
והם פרשו מה שאמרו בגמרא אמר רבי
יהושע בן לוי כרך שאין בו עשרה בטלנים
נידון ככפר דלאו כרך המוקף חומה מימות
יהושע קאמר אלא בסתם כרך המוזכרים
בתלמוד שהם מקומות גדולים ונראה שיש
לזה הפירוש סעד ממה שהקשו עליו בגמרא
מאי קמשמע לן תנינא איזו היא וכו'
ותרץ כרך איצטריכא ליה ואף על גב
דמקלעי ליה מעלמא ואם דברי רבי יהושע
בן לוי כרך המוקף חומה מימות יהושע בן
נון שזמנן חמשה עשר מאי קושיא ממתניתין
והא טובא אשמעינן דאי ממתניתין לא
שמעינן אלא בעיירות ואיהו אשמעינן
בכרכין המוקפים ומכל מקום שטה אחרת
יש בזה דאפילו בכרך המוקף מימות יהושע
בעינן עשרה בטלנים ואם לאו הרי
זה כעיר וזה דעת הרמב״ן והרשב״א ז״ל.
In Misna ita scriptum extat: Quænam est urbs magna? Omnis illa, in qua sunt decem Otiosi: sin minus eo, ecce est instar villæ. In Gemara vero traditio extat, quod hi sint Otiosi Synagogæ. Cæterum, ex sententia Magistri nostri (Maimonidis) *videtur constare, ac si simpliciter in Cevitate tantum desideremus decem Otiosos, at vero in Oppido, muro cincto, decem Otiosi non desiderentur: Hoc enim est, quod dicunt:* (in Misna) *Quænam est civitas? nullam mentionem facientes oppidi. Atque hæc eadem est sententia, quæ in Tosephoth exprimitur. Explicant vero illi hac quoque ratione id, quod in Gemara extat: Dicit R. Josua Ben Levi: Oppidum, in quo non sunt decem Otiosi, æstimatur ut pagus, quod scilicet id non dicatur de Oppidis muro munitis a tempore Josuæ, filii Nun, sed simpliciter de quolibet oppido, quod* כרך *vocatur in Corpore Talmudico, quæ sunt loca majora: Videtur vero huic expositioni opem ferre objectio Gemaræ, quæ sequitur: Quid novi docemur hic? Cum in ipsa legamus Misna: Quænam est Civitas Magna &c. Respondetur autem: Oppidum necesse habet decem Otiosos, licet ex omni loco mundi eo homines confluant. Quod si vero R. Josua Ben Levi disserit de Oppidis tempore Josuæ munitis, quorum est legere libellum Esther die decimo quinto, quid sibi hæc vellet objectio? Atque illud quidem nos docet, quod in Misnæ textu simplici nihil hic extet, quam de Civitatibus, at vero ille* (R. Josua) *nobis etiam idem inculcat de Civitatibus munitis: Utique modus loquendi alius est, atque ex eo videtur concludendum, quod etiam in Oppido muro cincto a tempore Josuæ decem Otiosos requirere liceat: quod si vero eos non habeat, æstimari ut Civitas debeat. Atque hæc est opinio R. Mose Nachmanidis, & Raschba.*

Scopo meo hoc tempore satisfactum erit, si ex his disputationibus, quæ de eodem hoc argumento *Decem Otiosorum* institutæ sunt, liquido perspexeris, quod valde fluxi & vagi sint in exponendis prisci temporis ceremoniis Talmudis recentiores Interpretes, quod omnis eorum scientia de his rebus nitatur recta vel prava acceptione & interpretatione sententiæ hujus vel illius Doctoris. quod speciatim de *decem otiosis* nihil quicquam sciant certi præter id, quod ex Misna & Gemara possunt colligere; quod denique ipsi sibi sumant, cum in eadem hac de *decem Otiosis* quæstione versantur, libertatem ab Interpretum communium sententiis recedendi, ubi alia interpretatio magis consentanea videtur textui & rationi.

Dum

Dum vero in eo ſumus, cape etiam aliud exemplum. Ita definivit *Maimonides* in eodem hoc capite §. vii. כל אלו שמקדימים וקוראין קודם ארבעה עשר אין קוראין אותה בפחות מעשרה *Omnes illi, qui anticipant Lectionem, & legunt ante diem* xiv. *non legunt illum* (Libellum Eſther) *minores munero decem hominum*. In *Colbo* cap. xlxv. המקרא שלא בזמנה בעשרה *Lectio libelli Eſther, quæ ſtatis diebus* (hoc eſt xiv. aut xv.) *non peragitur, neceſſe eſt fiat per decem*. Ita vero ad marginem contextus *Maimonidis* notatum eſt. אמר רב מגילה בזמנה קורין אותה ביחיד ושלא בזמנה בעשרה וכן פסק רבי חסדא וכן רב אלפס ודלא כרב אסי דאמר בין בזמנה בין שלא בזמנה בעשרה *Dixit Raf. Libellus Eſther ſtato tempore etiam per unum legitur: at vero tempore non ſtato per decem, atque ita definivit R. Chaſda atque ita quoque R. Alphes: Quæ tamen non eſt ſententia R. Aſe, qui dixit: Sive ſtato tempore ſive non ſemper requiruntur ad Lectionem libelli Eſther decem*. Novum vides in traditione veteris Eccleſiæ ritus diſſenſum. Quid Autor *Maggid Miſne* & *R. Abraham Ben David* dixerint, non referam, ne moleſtus ſim. Nullus eſt mediocriter in hoc ſtudiorum genere verſatus, qui ignoret, per omnes partes corporis Talmudici ſimilia exempla plurima extare. Ἐπίμετρον tamen ſi vis, conſule elegantiſſimam Diſputationem de *Veſtibus Sacerdotum*, earumque uſu an in Templo ſolum an vero & extra Templum, item de ſignificatione vocum מדינה & מקדש & videbis Talmudicorum Interpretum, *Seldeni* quoque & *Seringhamii* utilem conflictum. Extat illa apud *Seldenum* lib. iii. de *Syned.* cap. xi. & Cl. *Braunium* lib. ii. de Veſtitu Sacerdotum Heb. cap. xxv.

Quando vero probatum eſt ex paucis his documentis, Interpretes *Talmudis* ſæpe in diverſas abire opiniones opiniones in exponendis ſive vocibus ſive ritibus anteriorum temporum, non inde modo mecum concludes, illos æque ac nos priſcarum conſuetudinum, quæ ſua ætate abolitæ erant fuiſſe incertos, ſed hoc quoque ſuis nos docuiſſe exemplis, verba Interpretum non recipienda a nobis eſſe abſque examine, neque iis quaque occaſione conſtanter inhærendum. Quodſi enim illi ipſi, qui majorum ſuorum dicta tanta veneratione proſequuntur, ea ſæpe numero ob levem cauſam derelinquant, quæ ratio eſſet, ut nos, qui liberi ſumus, adeo moleſtæ ſervituti nos manciparemus?

Sed cum fieri vix poſſit, ut, ubi duo diſſentiunt, non etiam eorum alter erret, neceſſe erit ex ipſo hoc Interpretum frequenti ſententiarum divortio frequentes *errores* colligere, quoniam vero errores, qui in hoc rerum genere committuntur, originem habent ab ignorantia ſive vocum ſive rerum, tot habebimus *ignorantiæ*, quot *erroris* ſpecimina. Hoc vero ne quis dictum graviter habeat, comprobem fide dignis teſtibus.

Angeli Caninii, *Anglarenſis*, Viri certe ad Linguas bene percipiendas nati, hoc dictum eſt in præfatione ad *Inſtitutiones Linguæ Aſſyriacæ*: *Sed quid miramur pleraque fugiſſe* Munſterum, *cum doctiſſimos Hebræorum Rabbinos manifeſte erraſſe deprebendamus? Salomonem in* תחת *apud Ezram, quod paſſive interpretatur: Aben Ezram in* שנלחה *in Daniele, quod pro ſingulari accipit. Poſtremo celeberrimum Gaon,* γλωσσογράφωνve *R. Saadjam, qui* יכיל *a* כל *derivat &* נברשתא נר בר *&* שתה *non minus ridicule, quam falſo exponit*. Sed ne conquerare hoc exemplum a vocibus petitum eſſe, dabo Tibi diſertiſſima verba Viri in his literis ſumme Docti *Conſtantini L'Empereur*. Ita is in *titulo rerum*, commentariis ſuis in *Bava Kama* ſubjecto: *Rabbini in Miſna exponenda errant*. Ablegat vero nos ad p. 113. ubi *Maimonidis* interpretamentum carpit. Idem ille Vir eruditus in *Schiagraphia* Templi Hieroſolymitani de: בית המוקד *Talmudicis multis videtur locus ſuperior ſive cænaculum, quod probare nequeo cum propter alia tum ob ſectionem* v. viii. ix. cap. i. *Middoth*. Audin' Talmudicos tacite erroris arguentem & ignorantiæ? Sed clarius intelliges ex ipſius *Annotationibus* ad cap. vii. *Bertrami* de Republica Hebræorum: נדוי & שמתא *generalia ſunt nomina & ἰσοδυναμοῦντα, quod radices quoque innuunt, quia* נדה *rejicere, arcere, &* שחת *quantum liquet ex Arabica Lingua*, deſpicere, vituperare, fœdum habere. *Hinc Talmudiſtæ ſuum* שמת *deſumpſerunt, quo ignominioſam ejectionem e cætu ſuo exprimere ſolent. Quamvis id ignoraverit Rabb, qui de* שמתא *interrogatus, quid eſſet, reſpondiſſe fertur*, Cod. Talmudico Moed Katon שם מיתה *Ibi mors*. Samuel vero שממה יהיה *Vaſtatio erit*. Inde etiam diſce Magiſtrorum de indole vocum נדוי חרם & שמת diſſenſionem. Jungam huic *Johannem Coccejum*, qui in hoc genere ſtudiorum fuit accuratiſſimus. Sic vero ille Notis in *Sanhed.* cap. vi. §. v. 13. *In Hebræo eſt* קלני ראשי *in quo exponendo torquent ſe ipſi Rabbini plerique id accipiunt, quod* קלני *ſit q.* איני קל

Non

Non levis sum ex capite. *Sed malim τὸ נִי pro affixo accipiens ita declarare : Ego sum levior meo capite*, &c. Abit itaque in expositionem, illi Rabbinorum plane contrariam. Similiter ipse V. Cl. de origine τῶ חזן differens, *Eruditissimis Viris*, ait, *imposuit Hebræorum autoritas*: quod tamen an verum sit, alibi dissecutiemus.

Ille qui præcedenti sæculo summam nominis celebritatem consequutus est *Elias Levita*, impense commendatus a *Fagio*, in Præfatione ad *Lexicon Elianum*, duorum errorum postulatur a *Drusio in Quæstionum Hebræarum* lib. III. cap. LXXIII. LXXIV. quos heic recensere nihil attinet. Animum modo advertas tuum ad conclusionem *Drusii : Discat hoc a me Elias aut potius ab antiquitate quam ignorasse videtur. Sed novum non est, ipsos Judæos, in rebus, quæ ad antiquitatem spectant, turpiter hallucinari*. Animadvertimus & alias quoque a Doctissimis Viris *Eliam* reprehendi, nedum ab ipso Viro Clarissimo in expositione τῶ בית דין. Quod si vero ego ita instituerem in defendendo Elia? *Quis dubitet, quin Elias, in re Grammatica & scientia Linguæ suæ inde a teneris eruditus atque ab infantia in* Synagoga *versatus, aut significationis φράσεως Hebrææ aut lectionis veræ solidiorem possit dare rationem, quam vel Drusius vel alius quisque Doctor inter Christianos?* Quod si ego ita instituerem, inquam, uti instituit Vir Clarissimus, an admittendus essem?

Johannes Gregorius, cujus egregiæ extant *Notæ & Observationes* in cap. XXI. explicandam sibi sumit vocem מיומא quæ in *Bemidbar Rabba* reperitur. Adeo vero illa fatigaverat Hebræos Glossatores & Interpretes, ut, quod raro faciunt, heic ipsos non puduerit ignorantiam suam confiteri. Autor Glossæ: גם לא מצאתי ולא שמעתי פירושו *Non inveni nec audivi, quid id verbum significet*. Quin vero ipse felicissime verum illius vocabuli sensum nobis explicuerit, haud puto ullum, qui doctissimam illius digressionem legerit, in dubium revocaturum esse. Quod si vero tu ita argumentareris : *Quis dubitet, quin Glossatores & Lexicographi Hebræi omnium optume sciant, quid sit* מיומא *& multo hic magis sapiant* ac *Johannes Gregorius*?

His tandem adjicimus dictis testimonium luculentissimum Viri vere in his sacris eruditi *Christophori Wagenseilii*. Habet is in optumo libro, cui titulus *Tela ignea Satanæ*, ubi occupatus est in refutando Carmine *Lipmanniano*, egregiam digressionem de nobili argumento, an & in quantum Judicia capitalia tempore & post tempora Christi a Synedrio fuerint exercita. Nos nulli dubitamus, quin veritatem ipsam, quo est judicio, repererit. Cum vero in eo est, ut cum præclaro *Seldeno* de sententia ipsius, hoc est, *Talmudistarum* & Autorum *Tosaphoth*, (qui Commentatores Talmudis recepti sunt) a quibus *Seldenus* vix unquam recedit, disputet, tum vero in hæc verba frequens edisserit : *In quibus suis erga Talmudistas propensissimis affectibus nimium indulsisse, nec quæ ipsi crude asserebant vel leviter expendisse videtur vir πολυμαθέστατος*. Postea. *Sed falsi criminis manifeste reos jam dudum tenemus Gemaristas cum Tosephoth*. Iterum : *Illud demiror, Viros eruditissimos Ligtfootum & Seldenum Talmudistarum assertum ita acerrime tueri*. Tandem : *Ego eo ingenio natus sum, ut non tantum mirabiliarios novos sed & antiquos magis audiendos, quam ascultandos censeam*. Sic hominem prudentem decet loqui.

Sed, quod ad ipsum *Salomonem Jarchium* attinet, de eo dubites, quin subinde, licet in Synagoga versatus fuerit ac eductus, in ritibus priscis exponendis fuerit hallucinatus? Ego, cur minime de eo dubitem, facit, quod ipsius genium, ad fabulas valde propensum, exploratum habeam. De eo in sequentibus occasio erit agendi. Sufficiet nunc in patrocinium causæ nostræ vocare eundem illum *Constantinum L' Empereur*, quem supra laudavimus. Ille vero in iisdem illis Commentariis in *Baba Kama* ad Cap. x. §. *6.* manifesti erroris arguit *R. Salomonem Jarchium* in explicatione *Gemaræ*. *Quæ verba*, ait *a S. I. non satis intellecta videntur : qui ea de causa* בעינא *in* בעית *immutaverit*. Tu vero dicas : *Salomon Jarchi in Synagoga eductus Gemaram procul dubio rectius intelligit, quam Constantinus L' Empereur?* Sis, adde Virum Cl. §. XXXII. *R. Salomonis Jarchii Glossam falsitatis convincere*.

Sed de ipso etiam *Maimonide*, quem non inter doctos sed sapientes Doctores reputo, quales Gens Judaica paucos habuit, dubites, quin in ceremoniis Ecclesiæ suæ illustrandis sæpe a Veterum mente recesserit? Constat utique *Abrahamum Ben David*, hominem summæ dignationis in gente sua, id unice agere studuisse, ut *Maimonidis* lapsus indicaret, quos in præstantissimo scripto *Jad Chazaka* commisit. Ipsius השגות *Animadversiones* ipsi textui *Jad Chazaka* frequen-

quentissimæ appositæ sunt. Quod si vero *Maimonides* adeo frequenter lapsus fuisset, ut hic *Davidides* Lectori cupit persuadere non esset, quod tantum fidei ipsius dictis tribueremus. Sed credas, Lector, & ipsum hunc *Maimonidis* Censorem sæpe numero graviter impegisse, cum non tam ex amore veritatis quam ex malo in *Maimonidem* animo ipsius errores sectaretur. Videant alii, ne id imitentur. *Sed profecto persæpe solet* (ita de eo *Cunæus* de Rep. Heb. lib. I. cap. XVII.) *acris ille & diligens vitiorum Maimonidæ animadversor quædam ejusmodi sublegere, quæ speciem magis solidæ rationis, quam vim habent, & excussa evanescunt.* Eleganter admodum de eo *Seldenus*, quod *illi in deliciis fuerit Maimonidem reprehendere*. De Syned. lib. III. cap. XI. Ostendunt id frequenter Autores *Maggid* & *Ceseph Misnæ*. Neque tamen ita eum omni ingenio & judicio caruisse credas, ut non alibi rem acu tetigerit. Sane Autor *Maggid Misnæ* illi haud raro suppetias fert. Exempla sume, si vis, ex ipso hoc libro *Megilla* cap. I. §. XIV. & cap. II. §. XVIII.

R. Joseph Karo, Hispanus, Vir fuit, si quisquam, rituum & consuetudinum Synagogæ peritus, atque in Lectione Talmudis ad miraculum usque versatus; at vero ille idem *Karo*, adferens sententiam R. *Mordechai* ad locum aliquem difficilem Codicis Hierosolymitani, ut quidem Vir Doctus sentit, illum locum minime intellexit. Quid illius rei sit, alibi forte examinabimus. Hoc modo nunc velim, an V. D. ejusmodi cavillatorem passurus sit; Quis dubitet, quin *Joseph Karo* Talmudem Hierosolymitanum melius intelligat, quam V. D. si aliunde suæ explicationis sufficiens V. D. constaret ratio?

Tandem vero nunc, ut opinor, ex hisce speciminibus dabitur colligere, opiniones Veterum Doctorum Talmudicorum de ritibus Synagogæ, dudum abolitis, nec non interpretamenta recentiorum a nobis quaque occasione absque examine non esse recipienda, ubi justa suspicio fabulæ, erroris aut ignorantiæ subesse potest, quandoquidem non modo illi ipsi frequenter inter se dissentiunt, quando de iis disputant, sed & ubique plurima edunt ignorantiæ & erroris documenta. Volo dicere, immerito Virum Clarissimum huic generali themati omnem sententiæ suæ probationis molem superstruere: *Quis dubitet, quin Jarchius, Maimonides, Ascher, horum Bathlanim non modo locum, quem in Synagoga obtinebant, sed & omnia illorum officia habuerint perspecta?* Cum enim sæpe contingat, ut Scriptores Judæi in explicatione sive verborum sive rerum, sed & rituum & consuetudinum me fallant, quod paucis nunc comprobatum est exemplis, merito dubito, an non hoc quoque loco id faciant, atque hinc merito etiam eorum testimonia examini subjicio, quantum fieri potest, solido & accurato.

CAPUT V.

Comprobatur, Interpretes Talmudis nihil certe nobis de decem Otiosis *in suis Glossis potuisse tradere, cum, quia in ipso Talmudis corpore id nomen expositum non est, tum quia sua ætate sive vocabulum hoc sive ritus, quisquis ille fuerit, jam in desuetudinem abierat.*

EVicto in capite superiore, quod sive Doctores sive Interpretes Talmudis nobis persæpe falsa pro veris, dubia pro certis tradant, conclusimus, subjicienda illorum testimonia esse judicio nostræ rationis, ne & nos cum iis *in foveam præcipites ruamus* τυφλοὶ ὁδηγοὺς ἔχοντες τυφλοὺς.

In teste vero hoc omnium primo explorandum esse autumo, an de re, quam tradit, potuerit esse certus. Maxima vero certitudo, quam in teste possum desiderare, hæc est, quod ipse factum, de quo testatur, se affirmet vidisse: Minor illa est, quando narrat se ex aliis fide dignis hominibus illud intellexisse. Omnino necesse est, ut qui de *ritibus* & *consuetudinibus* priscis, vel etiam de rebus gestis testimonium perhibet, si credi ab alio velit, alterutro modo fidem sibi dictisque suis apud alios conciliet, hoc est, ut vel ipsa id, quod testatur, se affirmet vidisse, vel fide dignos testes alios nominet, ex quibus idem perceperit.

Interpretes vero Talmudis, supra nominati, a quibus unice testimonium *de Decem otiosis* pro V. Cl. petitur, neutro modo dictis suis fecerunt fidem. Quantum scire licet ex eorum Commentariis, nomen hoc sua ætate in Synagoga non amplius audiebatur. *Nachmanides* notatus Autori *Etz Echaiim* de locis sibi cognitis signate asserit: ברוב המקומות אין שם עשרה בטלנים *In plurimis locis decem Otiosi minime reperiuntur*. Non ausus fuit dicere de *omnibus*, quia *omnium* non potuit notitiam habere. Sed *Maimonidis* valet assertio cap. I. §. IX. Etenim quando de discrimine *Civitatum Majorum & pagorum* locutus fue-

fuerat, quod unice in eo consistebat, quod illæ *decem otiosis* gauderent, hi vero iis destituerentur, ita subjungit: כמה רברים אמורים שמקרימים וקוראין ביום הכניסה בזמן שיש להם לישרא׳ סלכות אבל בזמן הזה אין קוראין אותה אלא בזמנה שהוא יום ארבעה עשר ויום חמשה עשר בני כפרים ובני עיירות קוראין בארבעה עשר ובני כרכין קוראין בחמשה עשר *De quibus ea, quæ hactenus disputata sunt, quod pagi anticipent Lectionem & legant die Conventus, intelligenda sunt? De tempore illo, quo Israelitæ Regnum habent:* (In terra Canaam suis rebus securi fruuntur) *Sed quod ad hoc præsens tempus attinet, non legunt eum nisi tempore suo, qui est dies decimus quartus & decimus quintus. Pagorum & Civitatum incolæ legunt die* XIV. *at vero Oppidani die* XV. Tempus, quo Israel *Regno* gaudet, illud est verbis *Maggid Misne*. כשזמנים כתקנן וישראל שרוין על ארמתם *Quando stata tempora legitime observantur, & Israel in terra sua habitat.*

Idem vero adstruit *Maimonides* in Commentariis ad *Megillæ* cap. I. §. I. וקריתה בימים חלוקים היה בזמן שהיתה ירינו פשוטה ותקפה לקיים המצות בשלמותן אבל בזמן הזה רוצה לומר מיום שנתחבר הגמרה עד שיבא משיח אין קורין אותה אלא בזמנה *Quod autem de Lectione libelli Esther diebus diversis hactenus tradidimus, id pertinet ad illud tempus, quo manus nostra satis erat valida ad confirmandum* (Apostoli conferatur φράσις Rom. III. 31. *νόμον ἱστῶμεν legem stabilimus*) *præcepta in perfectione sua: Verum hoc tempore, volo dicere, ab eo, quo composita fuit Gemara usque quo veniet Messias, non legimus eum nisi tempore suo*. Idem infra ex *Salomone Jarchio* adstruetur. Non animadvertimus autem V. Cl. refragari, quin potius vidimus sententiam hanc nostram ipsum plus, quam par est, adstruere. Diss. II. cap. VI. §. XI. *Nam*, ita inquit, *cum Otiosi illi jam olim stante Republica Hebræorum, rebusque adhuc integris maxime in Synagoga viguerunt &c.*

Constat, uti patet, ex his *Maimonidis* dictis ea omnia, quæ traduntur de *distinctione oppidorum & pagorum*, horumque *anticipatione in lectione libelli Estheræ*, nunc amplius non obtinere: Quia vero *pagi & Civitates majores* in hoc dicto *Misnæ* non alio distinguuntur nomine, quam quod hæ *decem Otiosos* haberent, illi non, videtur illud *decem otiosorum* nomen post expulsionem Judæorum ex terra sua paulatim fuisse abolitum. Sane, quicquid ejus rei fit, ex ea variatione, quæ in testimoniis Judæorum de *decem Otiosis* occurrit, mox ostendenda, palam fit, sua ætate ne memoriam quidem *Decem Otiosorum* in Synagoga reliquam fuisse.

Quod si vero id certum est, ut puto, dic mihi sodes, qua fide commentatores ita audacter horum *Decem Otiosorum* nomen & munia exponant? Qua fide & auctoritate inquam? Si enim de eo testentur, quod suum ævum longe antecessit, quo fundamento iis credam? Potuissent, fateor, expositionem hanc habuisse ex traditione, sed eam nullus Interpretum jactat. In omni *Gemara* nihil de eo nomine relictum est scripto, quod ad id illustrandum facit. An vero tu putas, recentiores Judæos, ubi scripta traditione destituuntur, quæ tamen & ipsa sæpe vacillat, certo mihi posse explicare ritus & consuetudines populi sui, usitatas quodnam in terra Canaan? Putasne, *Salomonem Jarchium*, *Maimonidem*, *Bartenoram* post mille & plurium annorum spatium, quo majores suis legibus Rempublicam suam administrare desierunt, quicquam scivisse certi de ea Veteris suæ Reipublicæ & Synagogæ ratione, quæ vigente Republica sua obtinebat, præter id, quod ipsi ex *Scriptura*, *Misna* & *Gemara* didicerunt? Sane si quis adeo sancte sentiat de Judæorum fide & diligentia, illi, quod opponamus, nihil habemus. Existimo tamen paucissimos omnino eorum in id consensuros, quibus cor bene positum est. Ego quidem merito ipsis tantum tribuo fidei, ubi de rebus, quarum eos quo quo modo certos esse potuisse judico, testimonium ferunt, quantum bonis atque æquis Scriptoribus haberi par est: ut vero de rebus, quarum nulla ipsis potuit notitia fuisse, aliis sententiam dicentibus omni occasione credam, animum hactenus inducere non possum, neque unquam inducam.

CAPUT VI.

Testimonia Interpretum de Decem Otiosis *inter se conferuntur; eorum dissensus notatur; denique evincitur, vulgatam de* Decem Otiosis *sententiam a solo* Salomone Jarchio *traditam esse.*

NUllus Hebræorum Interpretum ægre ferre potest, si, quomodo illorum Majores testes quosque examinandos esse docuerunt in *Codice Sanhedrin*, nos etiam eorum testimonia exploremus. Illi vero hanc constanter observabant legem, quod in explorandis testium verbis

bis maxime attendendum ſit ad eorum conſenſum. Quod ſi enim contingeret, ut teſtes vel in ipſis circumſtantiis rerum geſtarum hærerent, jure merito ipſos reprobabant.

Ego autem, cui hoc nunc datum negotii eſt, ut *Interpretum Talmudicorum* dicta, in teſtimonium contra ſententiam meam producta, examinare tenear, exiſtimavi e re mea eſſe, ut ad eorum conſenſum maximopere attenderem.

Quod quando feci, animadverti primo quidem loco eos in dicendis teſtimoniis a ſe invicem diſſentire, dein, ſibi ipſi quoque contrariari, quod hoc capite probem. Probabo autem, ſi monſtravero Lectori, quid quaque ætate de *decem* his *Otioſis* dixerint Commentatores Talmudis, quos mihi conſulere datur. *R. Iſaac Alphes*, qui inter antiquiſſimos eſt ſive *Commentatores* ſive *Epitomatores* Talmudis, nihil quicquam ad explicationem hujus ſententiæ repoſuit præter id, quod in *Gemara* ſcriptum extat, cujus verba repetiit. Id vero quid ſit, in ſuperioribus excuſſimus.

Proximi illi ſunt *Salomo Iarchi* & *R. Nathan*. Prior ſuo loco, hoc eſt, ordine primus a Viro Cl. citatus eſt. Poſterior ſub finem. *Salomo Iarchi* ubique de iis locutus eſt in ſuis Commentariis, ubi dabatur occaſio; nimirum in Annotationibus ad *Sanhedrin*, *Bava Kama* & hunc præſentem locum *Megillæ*: denique in Notis ad *Alpheſii* Epitomen. Priores deſcriptæ ſunt a V. Clar. in §. XIX. Poſterior vero extat. Diſſert. II. cap. XIV. §. IX. Placuit autem V. Cl. omnes hoſce commentarios *Salomonis Iarchii* deſcribere, licet unum idemque omnes contineant: qua opera quid aliud poterit lucrari, quam *Salomonem Iarchium* ſibi contraria non dixiſſe, non intelligo. Sed nec hoc de prudenti Viro præſumitur. Nullibi vero plenior extat, quam ad *Bava Kama*. Sic ille: בני אדם כשירים בטלין ממלאכתן לעסוק בצורכי צבור ולבא קודמין לבית הכנסת כדי שיהו מצויין עשרה לעת התפלה ומתפרנסין משל צבור: *Homines probi ceſſantes ab opere ſuo, ut incumbant negotiis cœtus, & primi ſemper in Synagogam veniant, ut tempore precationis decem ibi reperiantur: aluntur autem ex publico*.

Hæc Gloſſa *Salomonis Iarchii* eſt, qua Viri Docti aſſertio omnis nititur. Ad hanc vero duo hæc ſequentia velim obſervari: *Primo*, neque *Nathanem*, *Maimonidem*, neque *deciſiones* & *Toſephoth* neque, quantum ſcimus, alios præſtantiores Interpretes ullos in eo cum *Iarchio* convenire, quod *decem hi Otioſi fuerint ſtipendiarii*, præter unicum *Obadiam Bartenoram*, qui præcedenti demum ſeculo floruit, & *Salomonem Iarchium* omnino ſequi ſolet. *Secundo*, eſſe præſtantiſſimos doctores, qui *Iarchio* in os contradicunt.

Nathanis hæc eſt ſententia in *Aruch*: עשרה בני אדם יושבין בבית הכנסת ובטלין ממלאכתן ועוסקים בצורכי צבור *decem homines ſedentes in Synagoga & ceſſantes ab opere ſuo & operam dantes neceſſitatibus Synagogæ*. An vero ulla hic mentio *ſtipendii*?

Maimonides ſic ſcribit Com. in Meg. cap. I. §. ad §. III. עשרה בטלנים הוא שיהיו בבה״כ עשרה בני אדם שלא תהיה להם שום מלאכה אלא עסקי צבור ותלמוד תורה וקביעותם בבית הכנסת *Decem Otioſi: Hoc illud eſt, quod in Synagoga decem fuerint homines, quibus nullum fuit opus, quam neceſſaria Synagogæ & Lectionem Legis procurare, quique eam ob cauſam Synagogæ conſtanter adhærebant*. An hic quicquam audis de *ſtipendiis*? Similis *Maimoniais* ſententia eſt in Jad Chaz: Hilcoth *Megilla*: cap. I. §. VIII. וכל עיר שאין בה עשרת בטלנים קבועין בבית הכנסת לצורכי צבור היא ככפר *Et omnis Civitas, in qua non ſunt decem Otioſi fixi in domo Synagogæ ad neceſſaria Synagogæ procuranda, eſt inſtar pagi*. Nullibi mentionem *Maimonides* facit *ſtipendii*, quod digniſſimum notatu eſt.

In *Toſephoth*, *Rabbenu Aſcher* ejuſque *deciſionibus* nihil quod ad explicationem *Decem Otioſorum* attinet, inveni. Sed vero in *Deciſionibus Additamentorum*, quæ V. Cl. non fuerunt inobſervatæ, ſolummodo dicuntur י׳ בטלנין שמתפללין במנין וקורין בספר תורה *Decem Otioſi, orantes cum numero & legentes in libro legis*. Ita R. Jacob, *Filius Aſcher* in *Arba Turim*, *Orach Chajim*: Tit. DCLXXVIII. וכיון שהיתה מוקף אפילו אין בו עשרה בטלנים שמשכימין תמיד לבית הכנסת קורין בטו *Si vero muro cinctum fuerit* (oppidum a temporibus Joſuæ) *licet in eo minime reperiantur Decem Otioſi, qui ſemper primo mane in Synagoga præſentes ſint, legunt die decimo quinto*. Quin R. *Joſeph Karo* in *Commentariis* ſuis allegat teſtimonium *Nachmanidis* aut *Niſſim*, in quo evincitur, quod דוקא בטלנים *homines ſimpliciter Otioſi* minime heic intelligendi ſint. De quo mox latius. Idem vero *Joſeph Karo*, qui *Arba Turim* contraxit, in margine compendii *Orach*

Chaijm ad עשרה בטלנים notavit : בטלי׳ ממלאכתן ועוסקין בצורכי צבור *Cessantes ab opere suo , & operam dantes necessitatibus Synagogæ curandis .*

Tandem vero sententiam quoque suam dicat *Philippus Aquinas* in *Lexico :* י׳ בטלנים עשרה אנשים בטלים מעסקיהם ועוסקין בצרכי צבור *Decem Otiosi decem sunt homines cessantes a negotiis suis , sed negotiis Synagogæ prorsus dediti .*

Volve hæc, & si placitum est, revolve testimonia prudentiorum Interpretum, neque tamen unquam ex iis exsculpes, *Decem Otiosos* fuisse *stipendiarios*, quod *Jarchii* audax assertum est, quodque ex *Jarchio* toties totiesque V. D. repetit . Simplex mens *Interpretum*, quos ad partes nostras traximus , & cui pene fundamento unico omnem suam sequentem argumentationem superstruit , hæc est , quod *Decem Otiosi* Viri fuerint *decem* , sacris rebus *dediti* & a rerum mundanarum cura precum tempore semper liberi , quod a nobis modo latius erit demonstrandum. Si vero cæteri Interpretes æque ac *Salomo Iarchi* putarunt , *Otiosos* hos *decem* homines fuisse omnino *Otiosos*, eumque in finem a Synagoga sustentatos , eja dicas mihi , cur id non æque expresserint , quam *R. Salomo ?* Redde rationem , cur ita constanter hanc partem sententiæ *R. Salomonis* omittant ? Sane an non hoc luculentissimum indicium est , illos totam hanc sententiam *Salomonis* non approbare , immo in hoc summo capite ab ipso dissentire? Id vero si ita est, nonne nos docuerunt suis exemplis , fidem *R. Salomonis* sibi in hoc loco fuisse suspectam , quia ille de re loquutus est , de qua nihil ipsi judicabant magis constare posse quam sibi ? Sic equidem ego existimo . Sed si illi ipsi Interpretes Judæi , qui cæteroquin maximi faciebant *Iarchii* autoritatem , a parte ipsius sententiæ ausi fuerint recedere , an non idem nobis erit licitum , hominibus Christianis? Sed an non inde quoque summo jure suspecta nobis redditur omnium illorum testimoniorum fides, cum videamus Judæos sibi diffidere mutuo ? Judicet apud animum suum æquus Lector.

Ita quidem dissentire prudentiores Interpretes a *Iarchio* probatum dedimus , & ne illius existimationem læderent , partem sententiæ ipsius intactam reliquisse & missam fecisse . Sed hoc satis non est. Sunt inter eos & quidem clari Interpretes, qui, quod apud ipsos rarissime fit , *Iarchio* in eo contradicunt . Verba hæc *R. Nissim* ad *Alphesium* , ab Autore demum animadversa , ut videtur , cum jam attigisset libri sui finem, sunt evidentissima . Extant p. 360. col. II. ad verba *Misnæ* . אי זו עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנים מפרשינן בגמרא עשרה בטלנין של בית הכנסת כלומר מבטלין ממלאכתן שיהו מזומנים כל שעה לתפלה כדאמרינן לא מצא שם עשרה מיד כועס ורשי זל כתב דבטלין ממלאכתן ונזונין משל צבור ואין צורך לא כל שמשכימין ומעריבין להיות מצוין בשעת תפלה לבית הכנסת די בכך : *Quænam est urbs magna? In quacunque sunt decem Otiosi . In Gemara explicant per decem Otiosos Synagogæ , quasi dicerent , qui cessant ab opere suo , ut quavis hora parati sint ad preces , prouti ajunt : Si ibi non inveniat decem , illico irascitur . R. Salomo Iarchi vero scripsit, quod cessent ab opere suo & alantur ex publico ; At id non est necessarium : Verum omnes , qui mane & vesperi assidui reperiuntur hora precationis in Synagoga hoc sufficit .*

Credere mecum potes, Bone Lector, perquam molestum fuisse V. D. hoc offendisse testimonium, postquam sibi fuerat imaginatus , omnem nunc a se superatum esse laborem. Vellem equidem, ut *Alphesium* , quem semper ad manus habuit, prius inspexisset , quam ita audacter suam pronunciasset sententiam . Utique id mihi persuadeo de ipsius candore, quod , si in verba hæc ante incidisset, non ita confidenter fuisset asseveraturus priores positiones . Sed ea rerum humanarum ratio est , si ego ad eas unquam bene animum meum adverti, quod mortales sæpe tum fallamur omnium maxime, ubi id unice agimus, ut alium falli ostendamus .

Postquam vero alea nunc erat jacta , neque priorem sententiam licuit revocare , operam dat V. Cl. ut hoc celebre dictum nobis extorqueat , licet fateatur *nullum proferri potuisse sententiæ suæ magis adversum*, quæ tam ingenua & candida quam vera confessio est.

Ferre equidem possumus id conantem , quia scimus , V. Cl. summa necessitate ad id fuisse compulsum . Etenim vel audaces illæ assertiones, quæ in omni pagina præcedenti reperiuntur , inducendæ erant revocandæque , quod absque qualicunque jactura existimationis suæ non licuit, vel ab ingenio quodcunque petendum auxilium erat. Posterior via visa est tutior . Ægre tamen ferre non potest , quod , quas ipse nebulas huic luci voluit offundere, eas nos discutiamus .

Id

Id primo liquet, ait, *Otiosos illos precandi causa fuisse constitutos* שיהו מזומנים לכל שעה לתפלה *ut quavis hora ad preces parati sint, quæ sola atque unica causa fuit illos instituendi.*

Itane vero id liquet ex his verbis *Otiosos precandi causa fuisse institutos?* Mihi nihil aliud liquet, quam *omnes illos Otiosos* dicendos esse, qui *mane & vesperi*, (משכימין ומעריבין) hoc est, statis precum temporibus ab opere suo cessant, ut sacris vacent & precibus fundendis incumbant. An vero Tibi idem est, *statis temporibus precari*, & *ad id constitutum esse, ut preceris?* Mihi quidem hæc plurimum differunt. Repetamus iterum verba *Rabi Nissim:* כל שמשכימין ומעריבין להיות מצויין בשעת תפילה לבית הכנסת די בכך *Omnes, qui matutinis & vespertinis horis precum statis in Synagoga inveniuntur, hoc sufficit*. Hoc est הם בטלנים *illi omnes vocantur Otiosi*. Quid videtur? Equidem, si animus non sit τῇ ὑπόθεσιν φυλάττειν, non poterat magis diserte loquutus fuisse *R. Nissim*, si præcedentes omnes V. D. positiones voluisset turbare. Ille *decem vult* tantum *Otiosos* dici: *Rabi Nissim* omnes eos, qui modo hora precum, curis mundanis relictis, in Synagoga precibus operam dant.

Ille *essiduos* vult in Synagoga præsentes, hoc est κατ' ὑπόθεσιν per omnem diem, ut quavis hora מנין *numerus decem hominum* in Synagoga præsens sit: *R. Nissim* mane tantum & vesperi בשעת התפלה hora stata precum.

Ille hos *Otiosos* ad id signate constitutos asseverat: ejus ne verbum quidem affert *R. Nissim*.

Ille per omnem paginam ex *Salomone Iarchio* urget, κατ' ὑπόθεσιν, fuisse hos Otiosos a Synagoga sustentatos. κατ' ὑπόθεσιν, inquam. Si enim ita per omnem diem Synagogæ teneantur adhærere, ut domi nihil agere liceat, merito quidem ex publico ipsis alimenta subministrantur. *R. Nissim* vero hoc exerte negat.

Cæterum V. Cl. cum se accingeret ad producendum testimonia *Jarchii*, ita instituebat: *Quis dubitet, quin Jarchius, inde a teneris in Synagoga versatus horum Bathlanim non modo locum, quem in Synagoga habebant, exploratum, sed & omnia illorum officia habuerit perspecta?* Habe nunc responsum V. Cl. *Rabbenu Nissim dubitat*. Sic sæpe speciosa nos fallit oratio. Moneam igitur hic commodum, ne posthac *ipsi simile videatur portento, Hebræorum Magistros in ipsa Synagoga natos, doctos atque eductos illarum rerum, quæ in Synagoga ex instituto & more majorum obtinent, origines atque rationes ignorare.*

Sed satis ipse V. Cl. perspexit hanc exceptionem minime sufficere. *Rabbenu Nissim*, inquit, *non tam de antiquis illis, quam sui seculi Otiosis loquitur*. Viden' ad angustias redactum? Credo equidem plurimos omnibus seculis eosque varii generis fuisse *Otiosos*, sed vero in Hebræorum Synagoga *diversi muneris homines Otiosos* dictos esse, id minime credo. Sed probat dictum. *Id quod inde maxime liquet*, ait, *quod haud multo ante* R. Mosen Nachmanidem *laudarat*, *cujus sententiam jam repetit*. Persuasum habuit, opinor, nos *Epitomen Fessani* nunquam inspecturos. Laudarat equidem *Rabbenu Nissim* sententiam aliquam *Nachmanidis*, mox a nobis proferendam p. 159. col. II. sed eam hic ab ipso repeti, respectu habito ad *Nachmanidem* id vero pernegamus. Repetit hanc sententiam, ut suam, neque ullam in hoc sermone suo *Nachmanidis* vel minimam mentionem facit.

Accedamus igitur proprius, & cum verba *Rabbenu Nissim* tum sententiam *Nachmanidis*, iis contentam, quantum licet, in lucem proferamus, & ostendamus perspicue neque locum hunc *R. Nissim* ab Autore intellectum neque *Nachmanidis* opinionem ab ipso perceptam. Sententiam *Nachmanidis*, de qua controvertitur, omnium primo offendimus in *Etz Hechaiim*, cujus *Autor* citat *Beth Joseph*, sive Commentarium *Josephi Karo* ad *Orach Chaiim*, quem *R. Jacob* descripsit totum: Pars a nobis cap. v. relata est, reliqua hæc sunt: וזהו דעת הרמב״ן והרשב״א ולא נתחוורה שיטה זו בעיני הר״ן ומכל מקום כתב שמה אנחנו עכשיו בארץ ישראל לקראת בחמשה עשר אף על פי שברוב המקומות אין שם עשרה בטלנים יש לישב דלא דוקא בטלנים אלא כל שרים שם עשרה בני אדם שהולכין ערב ובוקר לבית הכנסת הרי הוא כאלו יש שם עשרה בטלנים עד כאן *Atque hæc est sententia R. Nachman & Raschba: sc. in* כרך quoque desiderari *decem Otiosos) licet contextus hic non fuerit explanatus in oculis Rabbenu Nissim. Nihilominus tamen scripsit, quod nunc in terra Canaan soleant legere libellum Esther die decimoquinto, licet in multis locis decem Otiosi non reperiantur. Unde conclusit per decem Otiosos non intelligendos esse homines simpliciter Otiosos, sed ubicunque dubitant decem homines, qui mane & vesperi Synagogam frequentant, sane hoc idem esse, ac si ibi essent decem Otiosi. Hactenus ille*. Exponemus bre-

breviter, quæ ſit mens cum *R. Niſſim* tum *Commentatoris*.

Agebatur in commentario de verbis *R. Joſuæ Ben Levi*, ſupra notatis, quod כרך *Oppidum, in quo non ſunt decem Otioſi cenſendum eſſet pro pago*. Diſputant Interpretes, an *R. Joſua* loquatur *de Oppido munito tempore Ioſuæ*, an vero de quavis *Civitate Majore*. Pars maxima Interpretum aſſerit, quod R. *Ioſua* loquatur ſimpliciter de *Urbe Majore, quæ* (שבגדולות) *vel inter maximas cenſetur*; ſimul, quod terra Canaan hac gaudeat prærogativa, quod urbes tempore Joſuæ munitæ legere poſſint *die decimo quinto*, licet *decem Otioſis* careant. Sed *Nachmanides* contradicit, & vult, ut *urbes*, tempore Joſuæ munitæ, ſi *decem Otioſis* deſtituantur, ſaltem legerent die XIV., ſi nollent lectionem anticipare ad diem *Conventus Synagogici*. Non concedit vero, ullo modo, ut *decem Otioſis* deſtitutæ legant die xv. Hinc vero, ut opinor oboritur difficultas *Rabbenu Niſſim*, quo modo igitur in terra Canaan, ubi *decem Otioſos*, quales Interpretes vulgo deſcribunt, hac tempeſtate non licet reperire, nunc ſoleant legere die xv., ſi hæc ſententia *Nachmanidis* procedat? Solvit vero hanc difficultatem R. *Niſſim* ex inde, quod per עשרה בטלנים non ſint intelligendi *ſimpliciter Otioſi*, quales vulgo Interpretes deſcribunt, ſed quivis homines *addicti* precibus, ſtatis precandi horis. Putem itaque verba illa, quæ in Commentario R. *Niſſim* reperiuntur, וצריך עיון לפי דבריו *ſed attenda conſideratione indiget ſecundum illius* (Nachmanidis) *verba*, non eſſe verba *Nachmanidis*, ſed *Rabbenu Niſſim*, qui hodiernam conſuetudinem terræ Canaan comparare inſtituit cum ſententia *Nachmanidis* & difficultatem inde obortam ſolvit per veram explicationem τῶ עשרה בטלנים *Decem Otioſorum*.

Sed quicquid etiam de eo fuerit, ſive hæc verba *Nachmanidis* ſint ſive R. *Niſſim*, (hoc enim nobis perinde eſt, ab utro horum veritas hæc inculcata ſit) evidens eſt, voluiſſe nos *Virum Clariſſimum* circumducere, quando dixit loqui ſive *Nachmanidem* ſive *R. Niſſim* de *Otioſis diverſorum ſeculorum*, & eum in finem verba illa שהרי ברוב המקומות אין שם עשרה בטלים ממלאכתם לעמוד בבית הכנסת. vertere voluit; *Cum in pleriſque locis non amplius ſint decem Otioſi, qui a propriis negotiis vacent, ut continuo ſint in Synagoga*: Vocabulum *amplius*, quod univerſam ſententiam mutat, in textu minime reperitur. Simpliciſſimus ſenſus hujus dicti hic eſt: *Quoniam in multis locis decem, ceſſantes ab opere ſuo, ut perpetuo in Synagoga adſint, non reperiuntur*. Hoc eſt: Quoniam tales Otioſi, quales Commentatores nobis deſcribunt, in terra Canaan nulli ſunt. At vero inde ullo jure exſculpas *Otioſos diverſi generis diverſarumque ætatum*?

Sed ſane gravius hallucinatus eſt in his verbis *At R. Nachmanides nihilominus exiſtimabat, poſſe ejuſmodi Civitatem, ſiquidem ita videretur, non anticipare lectionem & æque atque urbes majores legere die decimo quarto*. Scilicet ignoravit, quod *Nachmanides* per כרך in dicto R. *Ioſuæ Ben Levi* intelligeret *Oppidum munitum* a temporibus Joſuæ, atque ideo neſcio quid non abſurdi *Nachmanidæ* attribuit, quaſi ille exiſtimaſſet poſſe *Civitatem Majorem*, quæ *decem Otioſos* habebat nihilominus legere die XIV. Duo quidem in his verbis latent, quæ conſtitutionibus Hebræorum directe contrariantur. *Primum* eſt, quod ulla unquam Civitas עיר גדולה appellata fuiſſet, quæ *decem Otioſis* carebat. *Secundum*, quod ulla unquam *Civitas major*, *decem Otioſis* deſtituta, die XIV. legiſſet. Hæc talia ſunt, ut excuſari nequeant. Sed legat V. Cl. cap. v. & diſcat *Nachmanidem* in expoſitione vocis כרך a cæteris hic diverſum ſenſiſſe, atque hanc eſſe ipſius mentem, quod כרך *Oppidum*, tempore Joſuæ munitum, שאין בו עשרה בטלנים *in quo decem Otioſi non ſunt*, אם לא רצה להקדים *ſi anticipare non* vult lectionem *Conventus Synagogici*, קורא בארבעה עשר *poſſit legere die decimo quarto*. Non permittit ſcilicet *Nachmanides*, quod Interpretes vulgo omnes, ut *Urbs*, licet tempore Joſuæ munita ſit, *ſi decem Otioſis deſtituatur*, legat die xv.

Cæterum, quia nihilominus moris eſt, ut in terra Canaan legant die xv., licet in ea tales *Otioſi*, quales Interpretes deſcribunt, non reperiantur, hinc concludit *R. Niſſim* contra cæteros omnes, quod per בטלנים *Otioſos* non ſint intelligendi דווקא בטלנים *homines ſimpliciter Otioſi*, ſed עשרה בני אדם שהולכין בקר וערב לבית הכנסת *Decem homines, qui mane & veſperi curis ſuis relictis ad Synagogam eunt*. Quid his evidentius contra receptam opinionem?

Sed quid ſi ipſum *Talmud Hieroſolymitanum* nobis heic ſuppetias ferret? Sic eſt in *Gemara* ad §. I. cap. I. תניא עשרה בטלים ממלאכתם לבית הכנסת *Trad. Decem ceſſantes ab opere ſuo, ut Synagogæ interſint*. רבי יהודה אמר כגון אנו שאין אנו צריכין לתלמודינו *R. Hoda dixit*,

dixit, ſicut nos, qui neceſſe non habemus ſtudio legis incumbere. Fallor, ſi non id velit hoc dictum, quod *Maimonides Hilcoth Megilla* cap. I. §. I. הכל חייבים בקריאת מגלה אפילו כהנים בעבודתם מבטלים עבודתם ובאים לשמוע מקרא מגלה וכן מבטלין תלמוד תורה לשמוע מקרא מגלה *Omnes tenentur ad lectionem libelli Eſther. Etiam Sacerdotes, qui in miniſterio ſuo verſantur, ceſſare faciunt miniſterium ſuum, veniuntque ad lectionem hujus libelli: Quin imo ceſſare faciunt ſtudium Legis ad audiendum lectionem libelli Eſther*. Sane ſi hæc ſit horum verborum ſententia, nihil aliud voluit dicere *R. Iehuda*, quam *decem Otioſos* illos eſſe, qui rebus omnibus relictis ſe in Synagoga præſentes ſiſtunt & Lectioni hujus libelli vacant. Quod nihil commune habet cum ſententia V. Cl. Conſtat vero nunc ex teſtimoniis adductis, Interpretes Talmudis & Conſtitutionum antiquarum non tantum a ſententia *Iarchii*, quam V. Cl. accepit, paſſim diſſentire, ſed & illi aperte contradicere, unde concludimus, teſtimonium *Iarchii* non tantum non ſufficere, ſed & nihil in hoc caſu valere, quia merito reprobandum eſſe ſecundum ipſiſſimas Hebræorum Leges.

CAPUT VII.

Rationes aliæ, quæ pro ſententia Jarchii *de* Decem Otioſis *alibi in medium prolatæ ſunt, diſcutiuntur: pauca alia, quæ ad explicandum ritum* פרוס על שמע & עבור לפני התיבה *pertinent, data occaſione adjiciuntur*.

PÆnituit V. Cl. inter inſcribendum adeo pauca protuliſſe argumenta pro ſua & *Iarchii* ſententia *de Decem Otioſis*, quod inde colligas, quoniam §. XXXIX. ubi jam dudum miſſas fecerat hujus ſuæ opinionis probationes & unice in examinandis membris Synagogæ a *Ligtfooto* inventis, verſabatur, aliud argumentum de novo intermiſcet, quod ad thematis ſui confirmationem multum ponderis allaturum ſibi perſuaſit.

Complectitur autem hoc ſuum ratiocinium *decem diſtinctis propoſitionibus*, quibus ſingulis demonſtratio more Mathematico ſubjecta eſt. Cum vero prudentis & circumſpecti militis ſit, quando cum hoſte conflicturus eſt, pedes ſuos primum bene collocare, dein ſenſim & pedetentim illi appropinquare, V. Cl. adeo anxie hoc præceptum tenuit, ut primum procul a conflictus loco ter quaterque greſſus ſuos figat, deindiu ſit, quod animadvertere non poſſis illum vel minimum ad conflictum accedere, immo, ut merito ſuſpiceris, an non vel metu vel ſolicitudine aliqua etiam, tum, cum animum confligendi habet, retrotrahatur.

Dicam clarius, inter propoſitiones *undecim* ab ipſo recenſitas, modo *tres* aut *quatuor* eſſe ulteriores, quæ ad ἐπὶ δεῖξιν præſentem pertinent, cæteras, quales, *Cultus ſacri haud minimam partem eſſe invocationem nominis divini: Preces publicas eſſe potiores privatis: Quemque in Synagoga cum cætu debuiſſe orare: Debere unumquemque ſtatis de die horis Synagogam frequentare*, quæ *quini-quinta* eſt *propoſitio*, illius eſſe indolis, ut non tantum a nullo negentur, ſed & a nullo ignorentur, quibus tamen ipſe ſingulis probationem ſolidam & accuratam ſubjecit.

Quid vero V. Cl. per *undecim has propoſitiones* præſtet, hoc compendio tradam.

Formulæ quædam, ait, Kaddiſch & Barechu, ſtatis horis in Synagoga recitandæ, non poſſunt recitari abſque decem Iſraelitis ingenuis præſentibus. Quia vero contingere poteſt, ut quis impeditus ſerius in Synagogam veniat, quam par eſt, tum ille vel recitationem: τȣ̃ *Schemah cum annexis plane intermittere debuit, vel cæteros ad decem præſtolari, vel denique certos quoſdam homines conſtitutos fuiſſe neceſſe eſt, qui in Synagoga ſemper adfuerint & ſingulis ſero venientibus præſentiam ſuam accomodarint*. Hoc demum illud argumentum eſt, quod per *undecim propoſitiones* deduxit. Quid reſpondendum ſit, videamus.

Eſſe formulas, ad Deum ſanctificandum in Eccleſia concinnatas, ad quas recitandas *decem* requiruntur *homines ingenui*, probatum a nobis eſt ante V. Cl. *Archiſyn.* cap. VIII. Hoc igitur facili negotio a nobis impetrat. Pergit: *ſi quis ſerius in Synagogam veniat, ille vel recitationem harum formularum debuit intermittere, vel cæteros ad decem præſtolari, vel denique oportet in Synagoga decem præſentes fuerint homines Otioſi*: Admittimus partes has bene enumeratas eſſe, & accipimus illico *duas priores*. Ita igitur ſtatuimus. *Eum, qui ſerius in Synagogam venit vel debuiſſe intermittere harum formularum recitationem, ſi non adeſſent decem, vel præſtolari debuiſſe, ſi vacaret, uſque quo decem eſſent congregati*. Eja dic nobis V. Cl. quid in eo abſurdi? Sed vero id dicit, ut videtur, ſatis perſpicue: *Non poteſt*, ait, *omitti recitatio illarum formularum, quia ad id ve-*

veniunt in Synagogam? Quasi vero id sæpe numero non contingeret, ut Judæi recitationem harum formularum intermitterent. Inspice, si vacat, titulum LXX. τῶ *Orach Chaijm*, qui ejusmodi est: מי הם הפטורים מק״ש *Quinam soluti sint a Lectione* τῶ *Schemah*. Quotusquisque est, qui vel morbo vel itinere vel necessitatibus aliis impeditur, ut *Schemah* recitare stato tempore nequeat? Sed, quod amplius stringit, disertissimi Hebræorum Canones extant, quibus decisum est, quomodo oporteat aliquem se gerere, qui impeditus post recitationem τῶ שמע Synagogam ingrediebatur: Tantum profecto abest, iterum dico, tantum abest, ut absque *Otiosis Decem* hæc res peragi non potuerit, ut V. Cl. lubenter nobis persuaderet. Scilicet si *septem*, *sex*, quin *unus* etiam (dissentiunt enim in hoc capite Magistri, ut videbitur) post recitatas jam *benedictiones* τῶ שמע Synagogam ingrederentur, & si in Synagoga superstites reperirent tot alios, quot ad *numerum denarium* secum conficiendum necessarii erant, tum cæteri illi superstites tandiu præstolabantur, quandiu illi τῶ *Schemah* recitabant. Viden' absque *Otiosis* hanc rem peractam? Sed si contingeret, ut nulli adessent, vel nectenda erat mora & expectandi alii, vel recitatio τῶ שמע intermittenda.

Nequid vero meis dicam verbis, describam hunc in finem verba *Rabi Jacob ben Ascher* in *Orach Chaijm*. Tit. LXIX. היה ר״ת אומר שצריך שיהיו שבעה שלא שמעו קריש וברכו ואז יאמר אף על פי שהאחרים שמעו ותלמידי רש״י כתבו בשמו שאפילו בשביל אחר שלא שמע קריש וברכו פורסין על שמע ואפילו אותו שכבר שמע יכול לחזור ולפרו׳ בשביל האחר שלא שמע הכי איתמר נמי במסכת סופרים במקום שיש תשעה או עשרה ששמעו קריש וברכו ועמד אחר שלא שמע בין אלו ואומר קריש וברכו וענו אלו אחריו יצא ידי חובתו ולזה הסכים ארוני אבי הרא״ש ז״ל *R. Tam* (id enim hic velle τὸ ר״ת constat ex *Tosaphoth*, unde hæc transcripta sunt) *dixit*, *quod ad* Perisa super Schema *requirantur septem*, *qui non audiverunt Kaddisch*, *& Barecu*, *& quod tun cillæ benedictiones repetantur*, *licet cæteri eas jam recitarint: Discipuli vero R. Salomonis Jarchii scripserunt nomine ipsius*, *quod etiam propter unum*, *qui non audivit* Kaddisch *&* Barecu, *exponant super schemah* (vel, dividant τὸ שמע) *Quin & ille*, *qui jam audivit has formulas recitatas redire potest & denovo eas propter unum illum recitare*, *qui eas non audivit*. *Atque id idem quoque dicitur in Tractatu Sopherim: In loco illo*, *in quo novem aut decem sunt*, *qui Kaddisch & Barecu audiverunt*, *si sit unus etiam inter ipsos*, *qui eas non audivit*, & recitet *Kaddisch & Barecu*, *& illi post ipsum respondent*, *is officio suo rite satisdedit. His vero consentit Dominus & Parens meus Rabbenu Ascher*.

Agitur in hoc loco de iis, qui post recitatas a cœtu *Benedictiones* τῶ שמע Synagogam ingrediuntur & tamen in animo habent has formulas, quæ ad *sanctificandum nomen* divinum pertinent, ad quas *decem* requiruntur בני חרים *liberi* & גדולים *majorennes*, recitare. Casus idem est omnino absque ulla variatione cum eo, qui a V. Cl. ponitur. Sed quomodo illum vetustissimi Interpretes Autor Sopherim, S. Jarchi, & R. Tam, R. Ascher decidunt? An dicunt præsentes esse debuisse *Otiosos* huic incommodo evitando, ut vult V. Clar. Minime vero. Otiosorum apud illos nulla omnino mentio in his casibus. Illi has præscribunt leges, quod, si *septem*, aut ceu R. *Joseph Karo* in compendio *Orach Chaijm* habet ששה שלא שמעו דהיינו רוב העשרה *Sex*, *qui non audiverunt*, *efficientes scilicet maximam partem numeri denarii*, quin secundum Discipulos *Jarchii unus* etiam sero venientes tot in Synagoga fratres reperirent, quot cum ipsis numerum conficiebant denarium, cæteri iis tenerentur opem ferre in harum formularum recitatione. Cæteroquin ipsa res docet, eos debuisse pro eo tempore abstinere. Si quicquam clarum atque evidens est, hoc quidem capite nihil potest esse evidentius & facilius.

Sed si nihil etiam horum nobis constitisset ex Hebræorum monumentis, potuissemus omnes has theses & conclusionem inde deductam eludere ex ipsis V. Cl. thesibus. Operam, quæso, mihi dato Lector ad tempus brevissimum & videbis, quæ tot *propositionum* vis sit.

Subinnuit scilicet V. Clar. §. XLVII. Judæos Amstelodamenses hodieque *Otiosos* nullos habere: cum enim ipse aliquando *salutatum ivisset Judæos*, *adeoque intercessisset*, *quo minus Orationem Minchæ dicerent*, *eos ingressos fuisse ait Beth Hammidrasch ad fundendum preces: Non autem illico orasse*, *sed plenum numerum decem hominum expectasse*, *quo coacto unum preces dixisse*. Crediderim equidem, quia id omnino consentaneum est iis, quæ modo inculcavimus.

His præsuppositis, proponamus nunc quædam V. Cl. themata, quæ ad rem faciunt,

ciunt, & videamus, quam illa belle concludant.

I. *Judæi Amstelodamenses statis de die horis tenentur Synagogam frequentare.*

Conceditur.

II. *Fieri potest, utquis Judæorum Amstelodamensium vel negligentia tempus Orationi publicæ constitutum prætermittat, vel gravibus causis impediatur, quo minus in Synagogam veniat.*

Conceditur.

III. *Potest quis Judæorum Amstelodamensium in Synagogam ingredi, postquam preces pubticæ sunt absolutæ.*

Quis negat?

IV. *Qui vero Judæorum Amstelodamensium sic serius in Synagogam venit non illico invenit* מניין *sive legitimum cœtum, cum quo preces fundat.*

Nullus intercedit.

V. *Adeoque ille Judæus Amstelodamensis vel recitationem τȣ̃ schema cum annexis, item Kaddisch & Barecu, plane intermittere debuit, vel cæteros ad decem præstolari, vel denique necesse est, ut sint perpetui in Synagoga Amstelodamensi decem Otiosi.* At vero duæ priores partes ex sententia V. Cl. absurdæ sunt. Si enim statuas, eos recitationem τȣ̃ schemah debere intermittere, tum sane omnis eorum conatus vanus fuerit? Tum ἐς κενὸν ἔδραμον. Frustra ad Synagogam iverunt. Si vero statuas eos cæteros debere præstolari, hoc admodum ex sententia V. Cl. *incommodum erit, quia hoc sine tædio & rei familiaris jactura fieri non potest. Qua spe*, ait, *cæteros præstolentur? Quis plures adfuturos fidem dederit? Et si vel adbuc aliquot venturos sciant, qui de decem certis esse liceat?* Omitto alia, quæ lectu non injucunda ad difficultatem non tam proponendam quam exornandam a V. Cl. adjecta sunt. Ergo per totidem validissimas propositiones tandem evinco *in Synagoga Amstelodamensi esse decem Otiosos*. Conclusio utique hæc certa est, quia per *tot propositiones, e media Synagoga & ex ipsis Hebræorum scitis desumptas*, optume demonstratas, formata est.

Sed sistamus gradum, Lector, & revocemus tandem ad animum, quo nos hæc V. Cl. oratio duxerit. Utique falsa hæc est conclusio, in Synagoga Amstelodamensi esse *decem Otiosos*, & nata tamen est ex iisdem V. Cl. propositionibus viriliter & mascule demonstratis. Quid igitur? Falsa conclusio nasci minime potest ex necessariis veritatibus præmissis. Oportet igitur, ut præmissarum altera vacillet. Quænam vero illa est? Hæc quidem, quod Hebræorum scitis non conveniat, ut, qui serius post preces jam fusas accedunt, cæteros præstolentur ad numerum usque denarium, vel, si illi non accedant, has formulas intermittant.

Animadvertit quisque, quot paginarum opera unica hac exceptione pereat, quot demonstrationes cadant. Si hanc mihi non fixissem legem, ut nihil in hoc scripto durius dicerem, quod ipse toties totiesque fecit, quid facilius esset, quam demonstrationes has omnes totidem nugas & *ineptias* (hac enim voce in disputando uti amat) dicere? Sed putamus neque nobis ejusmodi disputandi methodum convenire, neque V. Cl. placituram, neque nostram responsionem ea indigere. Quæ *nugæ* & *ineptiæ* sint, sciet Lector nobis etiam tacentibus, quas vero quis positiones nostras *nugas* atque *ineptias* dicit, non credet æquus Lector esse tales, nisi id validis argumentis evictum sit.

Sic solvimus, ni fallimur, quantum satis est, objectiones, vel potius respondimus ad probationes omnes, quas V. Cl. pro sententia *Jarchii de Decem Otiosis* adduxit. In omni scripto, quantum scimus, *nihil est* aliud, quod huc pertinet. Neque tamen ante finiemus sterilem hanc dispuisitionem, quam proposuerimus explicationem τȣ̃ פריסה על שמע & עבירה לפני התיבה, quam nunc commodum, dum Hebræorum scita hoc de argumento de novo perlustrabamus, offendimus.

Scilicet, dum inquirebamus, quid Hebræi Scriptores statuissent de eo, qui post recitatas *Benedictiones Ordinarias* Synagogam ingrediebatur, occurrit nobis in *Orach Chaiim*. §. LXIX. satis clara Veterum de hac consuetudine & φρόντα sententia. Verba R. *Joseph Karo* sic habent: אם יש בני אדם שהתפללו כל אחד בפני עצמו ביחיד ולא שמעו לא קדיש ולא קדושה עומד אחד מהם ואומר קדיש וברכו וברכה ראשונה יוצר אור ולא יותר וזה נקרא פורס על שמע לשון חתיכה פרוסה שאין אומרים אלא קצת ממנה ולאחר שסיימו ברכת יוצר אומר אבות וגבורות וקדושה ואתה קדוש וזה נקרא עובר לפני התיבה ואין עושין דברים אלו פחות מעשרה משום דהוו דברים שבקדושה וגו': *Si quinam sint homines, qui apud se privatim orarunt, neque audiverunt recitatas formulas Benedictionum* τȣ̃ Schemah, Kaddisch *aut* Kedufcha, *tum unus eorum surgit & dicit:* Kaddisch, & Barecu *&* *primam Benedictionem* Jotser Oor, *cæteras vero non addit*, (Cæteras omittit) *& is vocatur* Porees al Schemah,

mah, (ante vertimus & etiamnum vertimus: *Exponens ſuper Schemah*) *ſignificatu* abrumpendi & abſcindendi (quaſi dicat: Illum cæteras benedictiones omittendo quaſi filum orandi & benedicendi abrumpere) *quia non niſi partem illarum benedictionum recitat; Quando vero concluſerunt Benedictionem Ioſer, dicit* (ſive *Miniſter Synagogæ*, ſive alius quis) Avoth, *&* Geburoth *&* Keduſcha *&* Atta Kadoſch, *& hic vocatur* Oveer liphne Hattheva, quod nos ante vertimus, Tranſiens coram Arca. *Hæc vero non præſtant minores numero decem, quia hæc ad ſanctificationem Divini nominis pertinent.*

Animadvertis *Joſephum Karo* nobis aperire, τὸ פרס in hac φράσει tantundem valere ac *præſcindere* & *abrumpere*, quaſi actio hæc tota inde denominata eſſet, quod pars tantum *Benedictionum*, quæ ad *Schemah* pertinent, fuiſſe recitata, cæteræ abruptæ & præſciſſæ.

Sed, obſecro, quæ hæc eſt contorta hujus φράσεως & conſuetudinis explicatio? Conſtat enim neque פרס cum על *dividendi*, *præſcindendi*, *dimidiandi* habere poſſe ſignificatum, neque illam tantum recitationem *Benedictionum*, quæ a ſero venientibus facta eſt, ſed illam quoque, quæ ab univerſa fiebat Synagoga, dictam eſſe פרוס על שמע? Ergone & tum præſciſſio & abruptio *Benedictionum* facta?

Dicam itaque, habere hanc etiam hujus φράσεως expoſitionem originem ſuam a *Jarchio*, cujus verba nos recte ſumus interpretati in Archiſyn. c. VIII. ubi in hoc argumento explicando verſabamur. Non æque tamen tam mentem *Jarchii* intelligebamus clare, uti nunc ex citatis verbis *Joſephi Karo*. Unde forte pauca ad illius explicationem dicta, illi per omnia non conveniunt. Quod aliquando a nobis ipſis diſtinctius indagabitur. Dicimus id eum in finem, quia ſatius eſſe judicamus, ut alii id a nobis diſcant, quam nos ab iis. Hactenus enim V. Cl. teſtatus eſt, nondum ſibi exploratum eſſe, quid ſit פרוס על שמע *Exponere ſuper Schemah*, vel *dividere τὸ Schemah*.

Cæterum cum *R. Karo* in compendium redegerit *Orach Chaiim*, adornatum a *R. Jacobo ben Aſcher*, animadvertimus ex comparatione inſtituta, quod *R. Jacob* non niſi aliorum verbis ex mente ſcilicet *Jarchii* & *Toſaphoth* de hoc ritu vel potius ſignificatione hujus loquutionjs diſſerat. Hæc illius verba: תנן בפרק הקורא את המגלה עומד אין פורסין על שמע בפחות מעשרה פירו אותם שבאו לבית הכנסת אחר שקראו הצבור שמע אומר קדיש וברכו וברכה ראשונה יוצר אור ולא יותר לשון חתיכה שאין אומרים אלא קצת ממנה *Docent* in Cap. Hakkore eth Hammegilla: *Non dilatant ſuper Schemah* (illi *dividunt*) *minores decem: Interpretantur vero de iis, qui veniunt in Synagogam poſtquam Synagoga legit τὸ* Schemah*: Dicit vero unus ex illis Kaddiſch & Barecu & benedictionem primam Jotſer Oor, non vero adjicit plures, ſignificatu præciſionis, quia non niſi pars illius dicitur.* De עבירה לפני התיבה, quod hic *Karo* adjicit, nihil extat quicquam, ut patet. *R. Jacob* igitur non ita confidenter, ut *Karo*, hanc litem determinat, quæ de expoſitione φράσεως פרוס על שמע moveri poſſet, ſed interpretamenta Veterum unice ſequitur.

Autores vero, quibus *R. Jacob* confidit in hac expoſitione, ſunt *R. Salomo* & Auctores *Toſephoth*, ut ex inſtituta collatione liquet. Patet idem ex *Annotationibus R. Karo*, qui eorum verba *obſcura* eſſe ſignate aſſerit. Laudat vero is maximopere *Rabbenu Niſſim*, qui hanc Veterum mentem clare expoſuerit. Neque nos in eo fallit. Extat illius commentatio in *Alpheſium* ad idem hoc cap. III. §. III. *Megillæ*. Si id nunc ageremus, in proclivi eſſet illius interpretationem deſcribere.

Sed ita actum eſſe ais de noſtra interpretatione, quæ hæc eſt, quod פרוס על שמע debeat verti *exponere ſuper Schemah*, hoc eſt, τὸ שמע *Pericopam* Audi Iſrael *recitare cum iis Benedictionibus, quæ eo pertinent*. Ita quidem fateor, primum ad aſpectum videretur. Neque tamen ita res eſt. Quin aſſero Tibi, me non tantum ex vero interpretatum eſſe hunc loquendi modum vel conſuetudinem, ſed ex hoc etiam ſpecimine te voluiſſe docere, quæ ſæpe ſit habenda fides *Salomoni Jarchio* & Autoribus τ *Toſephoth*, quoniam alius alium ſequi atque ita alius cum alio errare ſolet. Intellige igitur verba illa, quæ ad expoſitionem hujus φράσεως in *Colbo* extant cap. XI. in דין התפלה ſub finem num ex *Tractatu Sopherim*, paullo ante citato, allegata, non vacat nunc inquirere פורסין על שמע פירוש פורסין כדכתיב כי הוא יברך הזבח ותרגם יונתן יפרס על דבחא *Poreſin al Schemah*: τὸ Poreſin *nihil aliud hic eſt, quam Benedicunt*. Sicuti ſcriptum eſt: *Quoniam ipſe benedicet ſacrificio*: Paraphraſtes *vertit: Exponet ſuper ſacrificio*. Dici non poteſt, quam hic locus egregius ſit & totam hanc rem nobis exponat, ſimul etiam vim

vim omnem φράσεως nobis planiſſime declaret. Scilicet פרוס על שמע *exponere ſuper Schemah* eſt ברך על שמע *benedire ſuper Schemah*, quæ ῥῆσις in hoc ipſo negotio ad eandem rem exprimendam ſæpe ab Interpretibus adhibetur. Nullus mihi ſuccenſebit, ſi dicam profectum id eſſe ex ignorantia puritatis Linguæ Hebrææ, quod *R. Salomo Jarchi*, quem tuto alii ſequuntur, τὸ פרס cum על hic acceperit pro *dividere*. Rem ſcivit ex uſu, ſed τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς minime aſſequutus eſt.

Sane ipſe *Maimonides* hoc etiam nunc mihi videtur velle dicere per illa verba, quæ in Commentariis ad hanc φράσιν repoſuit : ופורסין על שמע היא הפריסה וההצנעה שהיא קודם קרית שמע רוצה לומר שיסדר אדם אחד יוצר ואהבה *Hæc eſt illa expoſitio & prænarratio*, (Benedictionum) *quæ eſt ante Lectionem Schemah: nimirum, quod quis ordinet* (recitet) Jotſer & Ahavah &c. *Præparationem* & *extenſionem* τῶ שמע per *Benedictiones præcedentes Maimonides* intelligit per *Paros al Schemah*.

Eſt ubi verba hæc pro verbis *Maimonidis* non accepimus. Utebamur ſcilicet *Editione Minore Miſnæ Livornenſi*, a cujus altera parte extat *Commentarius Jarchi*, ab altera parte *Etz Hechaiim*. Putamus vero legiſſe in præfatione *R. Jacobi*, ſe hunc *Jarchio* honorem habiturum, ut ipſius Commentarium minime cum aliis mixtum excuderet ab altera libri parte. Cogitabamus igitur in *Commentario Jarchii* mentionem non poſſe eſſe *Maimonidis* atque hinc alium *R. Moſen* intelligi exiſtimabamus, *Jarchio* coævum, vel antiquiorem. Sed nunc ex collatione *Maimonidis* apparet hoc ipſius dictum eſſe, quod ab Autore hujus editionis per παρένθεσιν interpoſitum eſt, ut cognoſceremus eſſe, qui a *Jarchio* diſſentirent in hac expoſitione.

Factum etiam hinc eſt, ut legerimus הנעה pro הצעה Eſt enim in hac Editione virgula ſuperior minuſculæ hujus literæ צ ita inciſa, ut omnino appareat eſſe נ. Neque aliter etiam nunc legeremus, ſi *Maimonidis* textus aliud non præciperet. Miramur vero ipſi, quod cum in lectione hujus vocis falſi fuerimus, non tamen in expoſitione gravius fuerimus hallucinati. Intelleximus enim *diſpoſitionem* & *præparationem* cœtus ad *Pericopam* hanc *Schemah* in fide recitandam. Muta id in *præparationem* & *diſpoſitionem Miniſtri* vel cujuſque alius, ad id deſignati, per recitationem benedictionum præcedentium. Itidem pro עיז משפט lege עץ החיים Eſſe vero ad alias hujus dicti explicationes cognoſces ex *Commentario Joſephi Karo* ad Locum *Orach Chaiim*, modo citatum.

Sed vero & illud quoque proficiendum ex hoc loco eſt, quod עבור ר״ל לפני התיבה itidem ſit *recitatio benedictionum*, ultimarum puto. Suboluiſſe id nobis ex iis, quæ de ea φράσει vel ritu ſcripſimus, intelligere poteris. *Maimonides* ad *Miſnam* nihil aliud habet ad τὸ עוברים quam הוא שנמנה אחד להתפלל עוברים לפני התיבה *Hoc eſt*, *quod aliquis conſtituatur ad orandum*. Ergo *Tranſire coram Arca* eſt *orare*. Sed quæ ratio eſt, quod id dicatur *tranſire coram Arca*? Diximus ſententiam, ubi de eo argumento agebamus, quo vero fundamento nixi, quibusque autoritatibus Virorum Doctiſſimorum muniti id fecerimus, tum dicemus, quando nata nobis erit commoda occaſio. Scilicet injecta nobis eſt dubitatio per Clariſſimum Virum *Jacobum Rhenferdium*, quod תיבה in hac φράσει non *arcam*, ſed *pulpitum* vel *pluteum* ſacrum notet, cui liber *Legis* impoſitus eſt, ante quem *Orantes ſtabant Synagogæ Miniſtri*. Proferebat vero is locum ex *Maimonide*, qui quidem minime erat obſcurus, ſi bene meminimus, neque tamen ab omni exceptione liber. Ego vero id tantum velim dicere, extare huic ſententiæ firmandæ locum valde idoneum in *Minori Orach Chaiim* Tit. CLIII. §. II. Digniſſimus eſt, qui deſcribatur: בני העיר שמכרו בית הכנסת יכולו ליקח בדמיו תיבה דהיינו היכל שמניחין בו ספר תורה או לוח שמעמידין עליו ספר תורה *Incolæ Civitatis, qui vendunt Synagogæ domum, poterunt ejus pretio ſibi comparare* תיבה *quæ eſt Arca, in qua reponunt librum legis, aut tabula, ſuper qua reponunt librum Legis*. Fieri potuiſſet, ut hic locus Viro Clariſſimo latuiſſet, quia uti ſolet *Orach Chaiim* integro, in cujus textu hæc verba, quæ ad explicandum τὸ תיבה faciunt, non continentur. Eſt hæc παρένθεσις *R. Joſeph Karo*, quæ ad expoſitionem dicti facit, utiliſſima. Hæc dicta ſuffeciſſent, niſi animus geſtiiſſet notas noſtri *Karo* videre ad eundem hunc textum commentantis. In iis vero commodum offendimus, quod ea ſententia, qua תיבה pro *pluteo* capitur, ſic minime ſit communis, ut noſtra illa, qua pro *Arca* accipitur. Hac enim ſignificatione τῆ תיבה ut vulgari & recepta hujus vocabuli præſuppoſita, addit: ופי' תלמידי הר' יונה שהלוח שמעמידין בו ספר תורה כל השנה נקרא תיבה: *Diſcipuli vero R. Jona ajunt, quod tabula illa, ſuper qua librum legis per omnem annum*

annum reponunt, *vocetur* חיכרה. Si hoc ita est, quod nolumus negare, novum habes specimen, quod vulgus Interpretum Judæorum insigniter quoque erraverit. Sed nunc non præscindemus ansam disputationis, hoc ad argumentum movendæ, si Deo placet.

CAPUT VIII.

Disseritur de Auctore sententiæ de Decem Otiosis *Salomone Jarchio*, *probaturque*, *cum omnes Judæos tum vero maxime hunc Interpretem*, *ubi obscura illis vocis aut ritus origo est*, *solere frequentissimas fabulas fingere*.

AB eo tempore, quo Judæi inceperunt τὴν πολυποίκιλον σοφίαν τοῦ Θεοῦ & profundissima μυστήρια, quæ in Scripturis Sanctis latent, negligere, animum suum applicuerunt ad res quasque minimi pretii magno conatu investigandas. Est de eo *Justini Martyris* locus non inelegans in *Dialogo* cum *Tryphone Judæo*. Ἐὰν καὶ ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν διὰ τί κάμηλοι μὲν θήλειαι ἐν τῷ δε τῷ τόπῳ οὐ λέγονται ἢ τί εἰσὶν αἱ λεγόμεναι κάμηλοι θήλειαι, ἢ διὰ τί σεμιδάλεως μέτρα τόσα καὶ ἐλαίου μέτρα τόσα ἐν ταῖς προσφοραῖς μόνα ἐξηγοῦνται ὑμῖν καὶ ταῦτα ταπεινῶς καὶ χαμερπῶς, τὰ καὶ μεγάλα καὶ ἄξια ζητήσεως μηδέποτε τολμῶσι λέγειν μηδὲ ἐξηγεῖσθαι. *Sin Magistri vestri*, (Judæo loquitur) *quamobrem cameli in hoc vel illo loco fæminæ dicantur*, *aut quid sint*, *quæ dicuntur cameli fæminæ*, *aut propter quam causam similæ mensuræ tot & olei mensuræ tot in oblationibus tantum sumantur*, *vobis explicent*, *atque id quidem oppido quam humiliter & expositione humi reptante*, *res autem magnas & quæstione dignas nunquam proferre aut interpretari audeant*, & quæ sequuntur.

Nihil certe hoc *Justini* verius. Cum enim ipse Dominus Jesus Judæorum Doctoribus in os dixit, quod τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου *Graviora Legis omitterent*, tum vero *Paulus Apostolus* in Epistolis suis ad *Timotheum* & *Titum* signate monet, ne vel ipsi *fabulas Judaicas* (Gentiles *somnia* dixerunt) sectarentur, vel committerent, ut Auditorum suorum animi illis occuparentur. Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους (sic *Timotheo* scribit I. cap. IV. 7.) παραιτοῦ. *Profanas & aniles fabulas devita*. *Tito* autem: cap. I. 14. Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. *Non attendentes Judaicis fabulis & præceptis hominum aversantium veritatem*.

Nullibi vero magis se prodit hæc eorum indoles, quam ubi in explicatione vel interpretatione sive rerum sive verborum versantur, quæ ignorant, vel ubi ex vocibus aut rebus student eruere quasdam suæ gentis constitutiones, quæ absque ullo fundamento Legis Divinæ sunt introductæ, sed quarum tamen fundamentum illi inde quocunque etiam modo volunt exsculpere, ne quicquam extra Mosen statuisse videantur. Posterioris hujus casus (de priore enim, qui maxime ad rem nostram nunc pertinet, mox copia erit latius differendi) occurrit nobis ex mille & mille exemplis unum, minime ignobile in Tractatu *Sanhedrin* cap. VIII. §. IV. Statuerat Legislator, ut *filius contumax & rebellis* (בן סורר) ob gravissima crimina a Parentibus suis accusatus apud Judices, lapidaretur. Lex extat Deut. XXI. 19. 20. quam si consideres nullam plane in ea ambiguitatis speciem deprehendes. Loquitur illa de quibusvis Filiis immorigeris quovis modo ad Judices eductis. En tamen heic insigne specimen subtilitatis Doctorum. Illi scilicet verba Legis attentius perpendentes variis modis illam repererunt limitatam, hoc est, accusationem nihil valere, si Parentum alteruter esset *mancus*, aut *claudus*, aut *mutus*, aut *cæcus*, aut *surdus*. Sed cum nihil tale in lege extet, & cum ipsa suadeat ratio, has Legis circumscriptiones plane esse ineptas, unde, obsecro, & quo ingenii acumine eas eruunt? Id vero nobis traditur in dicto loco. Sic habet textus: *Non declaratur immoriger*, *si alteruter Parentum sic mancus*, *aut claudus*, *aut mutus*, *aut cæcus*, *aut surdus*: *Quia dicitur* ותפסו בו אביו ואמו ולא גידמין והוציאו אותו ולא חיגרין ואמרו ולא אלמין בננו זה ולא סומין איננו שמע בקולנו ולא חרשים. Et apprehendent eum Pater & Mater ipsius. *Ergo ne sint manci*. Educentque eum: *Ergo non claudi*. Dicentque: *Ergo non muti*. Filius hic noster. *Ergo non cæci*. Non audit vocem nostram. *Ergo non surdi*. Bellas hercle conclusiones! Atque hujus pene indolis omnia illa statuta sunt, quæ Vindices & Zelotæ Legis nomine verarum traditionum πατροπαραδότων posteritati commendarunt. Aliud exemplum valde observandum cape ex *Cartwrigto* in Mellificio Heb. lib. III. cap. VI. Sed de priore fabularum genere differimus, quas scilicet fingere solent Judæi, ubi in explicatione verborum vel rerum versantur, quas ignorare videri nolunt. Proponam potius hanc veritatem verbis *Constantini L'Empereur*, quem nullus negare ausit inter præcipuos hujus Linguæ

guæ & Antiquitatum Doctores ponendum esse. Sic ille *Annot.* in *Paraphrasin Jachaidis* in Dan. ad cap. IX. 27. *Lectores observare velim, Judæis hoc in more esse positum, ut, si quando S. Scripturæ loca sint difficiliora, excogitent fabulares Historias, quibus concessis nihil restat difficultatis: quod probare e Talmudicis scriptis in proclivi est, nec negabunt, qui in Salomonis Jarchi scriptis (ubi plurima e Talmude) exercitati sunt. Similiter hic etiam fingit noster* (Jachaides) &c. Dictum egregium & verissimum, quod quemque harum literarum studiosum abservare oportet. Dixerat ille idem Vir eruditus Notis in *Bava Kama*, ad cap. VII. §. VII. *Cujus e Talmude specimen aliquod subjiciendum existimavi, quod Judæorum ingenium nobis manifeste aperiet, qui non contemnendis aliqui leges suas minutiis & ineptiis depravant, & alio detorquent, quam earum primum institutum ferebat.*

Sed res cum omnibus Judæis nobis nunc non est, licet omnes hujus sive culpæ sive stultitiæ partem habeant. *Salomonem Jarchium* volumus, sententiæ de *decem Otiosis*, a *Buxtorfio* repetitæ, a V. Cl. illustratæ, Autorem. De eo id speciatim afferentem audivimus *Constantinum L' Empereur*, quod fabulas fingere solitus sit, ubi res aut vocabula ignorat, quod itidem certissimum verissimumque effatum est. Est hic *Salomon Isacides* Patria *Gallus*, urbe *Lunensis*, unde ירחי *Jarchi* dictus fuit. Illustravit inter primos (Autores enim *Tosephoth*, licet varii fuerint, ipsius ætatem non excedunt) Commentariis sui maximam Talmudis, *Misnæ* & *Gemaræ*, partem ad finem undecimi seculi post natum Christum, licet eum alii posteriorem faciant. Cæpit eam ob causam apud gentem suam magna in dignatione haberi & pretio, adeo etiam, aut autoritate nulli prisco Doctori cedat. Vocatus a vulgo fuit פרשנרתה id est, מפרש התת *Legis Interpres κατ' ἔμφασιν*. Sic traditur in Libro *Juchasin*, unde locum transcripsit *Constantinus L' Empereur* Notis in *Itinerarium Benjaminis* p. 150. Alibi adverti illum nominari ראש המפרשים והמכררים בכל מקום *Commentatorum Oratorumque omni loco & tempore Principem*, מאור גדול *luminare magnum*, & quæ plura superbiæ nomina posterior ætas finxit. Plura dicere institutum nostrum non exigit.

Hic vero tantæ apud suos autoritatis Vir non industria modo aut eruditione sua, quam illi minime negamus, ad tantam nominis celebritatem inter suos perrexit, forte enim haberet in iis pares ex suis contribulibus, sed vel hoc maxime nomine Gentilibus suis placuit, quod, quas in Corpore Talmudico fabulas invenit, has pro facultate sua promoverit defenderitque, & Scripturis sanctis intelligendis in Commentariis suis applicarit, quas vero ipse fictas a Majoribus non esse animadvertit, has finxerit ipse, si necessitas id videretur postulare vel si liberioris esset genii, animi etiam causa, ut videtur.

Audivimus modo id de ipso prædicantem, ut rem certissimum, *Constantinum L' Empereur*, & ferebat animus actutum progredi ad producenda exempla, quibus id Lectori demonstrem, sed, dum forte alio consilio evolvo dignissimam *Præfationem* Christophori Wagenseilii, Viri longe Clarissimi ac eruditi, quam præmisit libro, cui Titulus, *Tela Ignea Satanæ*, incido in p. 79. ubi enarrat *Melchiorem Palentrotti* libellum *ex meris Judæorum & præcipue R. Salomonis Iarchi absurditatibus, ordinem librorum Scripturæ V. T. sequendo, compilasse.* Libri, a nobis nunquam visi, hæc inscriptio est a *Wagenseilio* ex Italico idiomate versa. *Collectio multorum errorum & chimærarum, quos Talmudistæ in expositione Bibliorum somniarunt, & imprimis R. Salomo retulit. Ex iis apparet magna cæcitas, in quam prolapsa est gens Iudaica, quia non acceptarunt veram lucem Iesum Christum, Dominum nostrum, verum Deum Israelis.* Sed proferamus certissima & indubitata hujus nostræ assertionis argumenta.

Hæret autem in animo nostro, quod, cum Judæo quondam Doctore ad breve tempus duce uteremur in evolvendis Commentariis Biblicis & præcipue illo *Salomonis Iarchii*, multa nobis data sit ridendi copia præceptore etiam nostro graviter id ferente, quando Commentarium *Iarchii* explicabamus ad Gen. XII. 14. Simplicissimus historiæ textus ita habet: ויהי כבוא אברהם מצרימה ויראו המצרים את האשה כי יפה היא מאד *Et accidit, cum veniret Abraham in Ægyptum, ut viderent Ægyptii mulierem hanc, quod pulcra esset.* Quod hic latet arcani? Id vero Tibi edisseret noster *Salomo*, Interpretum Princeps. Scilicet considerat in textu dici, *Abrahamum venisse in Ægyptum*, nulla omnino injecta mentione Saræ. Quid inde? Sane inde colligit, Abrahamum Saram inclusisse cistæ, ne pulcritudo ipsius Ægyptios inflammaret. Sed quid ita? Cum in textu mox addatur, *vidisse Ægyptios Saram*, inde enim videtur patere eam *cistæ* non fuisse inclusam. Ad hanc difficul-

cultatem id comminiſcitur *R. Salomo*, quod cum Ægyptii telonium exegerint ciſtæ, ciſtam magno Abrahami malo aperuerint, ac ita Saram in ciſta latentem detexerint. Hæc ſententia horum verborum eſt. ויהי כבוא אברם מצרימה: היה לומר כבואם מצרימה אלא לומר שהטמין אותה בתיבה ועל ידי שתבעו את המכס פתחו וראו אותה *Fuit vero cum Abraham veniret in Ægyptum. Dicendum fuiſſet, cum illi venirent in Ægyptum* (Abraham ſc. & Sara numero plurali) *Sed id nos docet, quod occultaverit illam in ciſta, quodque Ægyptii, cum exigerent telonium, aperuerint ciſtam eamque viderint.* Credas heic *Iarchio*, audacter aſſeveranti? Ridebis mecum ſcio hominis ματαιότητα & jure meritoque. Suggerebat memoria aliud etiam huic ſimile exemplum, ex Commentariis ad Gen. cap. IV. in Hiſtoriæ *Lamechi* interpretatione. Sed præterquam id prolixius eſt, video *Simeonem de Muys* in *Variis* ſuis *Sacris* illud minime præteriiſſe. Referam tantum ipſius ἐπαφνήματα ad citata *Iarchii* verba. *O miram apocalypſin, nihil enim ejuſmodi rerum in ſacro Codice! .... Sic ludunt interdum Hebræi in interpretandis ſacris literis, ſibique, modo utcunque ſe expediant, omnia licere arbitrantur. Quanto ſatius eſſet a ſacris literis abſtinere manum, quam eas ſi tractes, eo pacto habere? Religioſo ſilentio adoranda potius in iis tot incognita μυςήρια, nec ſemper curioſius perſcrutanda.* Credas illos in *Talmudis* interpretatione non tentare, quod in Scripturæ tractatione adeo ſibi arbitrantur eſſe pulcrum?

Minore moleſtia id referemus ſpecimen, quod Doctiſſimus *Muyſius* itidem obſervavit ad Gen. XXXIII. Enarrat ibi Hiſtoriographus ſacer, quo pacto *Iacob* cum uxoribus liberiſque ſuis fratri ſuo Eſavo obviam proceſſerit. Præſcripſiſſe vero dicitur *Iacobus* familiæ ſuæ hunc ordinem, ut, præmiſſis agminibus *Ancillarum* cum Filiis ſuis, ſequeretur *Lea cum Filiis ſuis* & ultimo loco agmen clauderet *Ioſeph cum Rachele*. Quæ hic difficultas, cum tota narrationis ſeries valde ſit perſpicua? Hæc ſcilicet eſt, cur cum *liberi* dicantur ſequuti fuiſſe matres Ancillas & Leam, cur, inquam, *Ioſephus* matrem dicatur præceſſiſſe? *Ecce Tibi*, ſic *Muyſius Raſi* (R. Salomo Jarchi) *tantopere laudatus Doctor, qui dignam* capite tribuum Iſraelis, *ita enim a ſuis honoris ergo indigitatur, profert conjecturam, dùm Ioſephum pudicitiæ matris conſulere voluiſſe divinat. Sic enim dixiſſe apud ſe:* אמי יפת תואר שמא יתלה בה עיניו אותו רשע אעמוד כנגדו ואעכבנו מלהסתכל בה׃ *Mater egregia eſt forma, ne forte ſceleratus Eſau ad eam adjiciat oculos ſtando ex adverſo illi, impediamque, ne illam contemplari liceat.* Acute! cum *Ioſephus* tum *ſeptem* vel *octo* annorum puer fuerit, ut *Muyſius*. *Ridicula*, ait, *& fatua iſta conjectura eſt*: Veriſſime.

Cognoſce etiam hominis genium ex rationibus, quas ad cap. XL. amplectitur, delictorum *Pincernæ* & *Piſtoris* Pharaonis, qui eodem cum *Ioſepho* carceri erant incluſi. Ita *Salomo* noſter, ut eum citatum video ab *Cl. Heidegero* Exercit. XX. §. XI. in Geneſ. זה נמצא זבוב בפיילו פוטרי שלו וזה נמצא צרור בנלוסקין שלו *Peccatum in eo conſiſtebat, quod inventa fuit muſca in poculo & lapillus in torta panis. Peccatum*, ſic ſubjungit Doctiſſimus *Heidgerus*, *tanto Theologo dignum!* Quem non piget harum ineptiarum? Neque tamen ulla fere pagina biblica eſt, in qua ſimiles nænias & futilitates non offendas.

Veniam tamen rogo, ut unum mihi liceat ſubjungere documentum ex *Annotationibus* ipſius ad Num. III. I. Textus biblicus ita ſonat: ואלה תולדות אהרן ומשה *Hæ ſunt generationes Aaron & Moſis*. Sequuntur deinde nomina Filiorum *Aharonis*. Quid hic novi noſter *Iſacides*? Sic ait: ואינו מזכיר אלא בבני אהרן ויקראו תולדות משה לפי שלמדן תורה מלמד שכל המלמד את בן חברו תורה מעלה עליו הכתוב כאילו ילדו *Mentionem facit textus generationum Aaronis & Moſis, & tamen memorantur unice nomina Filiorum Aaronis: ſed & hi appellantur Filii Moſis, quia Moſes eos Legem docuit, unde diſcimus, omnem illum, qui Filium ſocii ſui Legem docet, in Scriptura eo haberi loco, ac ſi eum generaſſet.* Siccine vero? Ignoravit ſcilicet vel ignorare ſaltem hoc loco voluit *R. Salomo*, τὸ תולדות frequenter *res geſtas* in Scriptura notare, non vero proprie dictas generationes. Belgæ noſtri quam accuratiſſime: Verſtaet door geborten het verhael niet alleen van eenige Perſonen Moſe en Aaron / maer oock van het gene onder hen door ordinantie ſigh heeft toegedragen.

Vides, mi Lector, Autorem hunc ubi in Scripturarum interpretatione verſatur, quarum Dei gratia intelligentia Chriſtiani nos illi minime cedimus, tanto cum ſtudio & conſilio nos ſæpenumero fallere, ut putares illum crediidiſſe, hoc ſibi demandatum negotii eſſe, ut res ſacratiſſimas ludibrio exponeret. Credin' vero adeo illum ſe ipſum exuere vel ita nullam rationem habere indolis ſuo-

ſuorum contribulium, quibus æque ac ſibi ſtuduit placere, ut in expoſitione *Talmudis*, ubi copioſior occaſio ſuppeditatur fabulas ſectandi, idem non fecerit frequentiſſime? Animum inducas, inquam *Salomonem Iarchium*, ubi anſa dabatur, datur autem in Talmude frequentiſſima, fabulis fingendis interpretatione Talmudis operam non dediſſe, cum in commentariis ſuis in Scripturam, quæ fabulis fingendis occaſionem nullam præbet, omni pagina figmentis animi ſui indulſerit? Quod ſi vero id accipis, negare autem nullus eorum poteſt, qui *Talmudi* intelligendo incumbunt, quid Tibi, obſecro, facilius occurrit, quam hominem, ad figmenta e vocibus cudenda valde proclivem, cum vocem בטלנים in *Miſna* offenderet & *Gemara* præciperet eos ad Synagogam pertinere, commentum eſſe, עשרה בטלנים *Decem homines eſſe omni tempore in Synecoga præſentes & a Synagoga ſuſteutatosl* Si ab ipſo fictum eſſet omne hoc negotium occaſione vocis בטלנים quod factum fuiſſe nolo aſſeverare ſed fieri potuiſſe ſtatuo, nihil equidem egiſſet adeo a natura genioque ſuo alienum, ut non alibi idem centies & millies fecerit. Quin immo tantum abeſt, ut ea propter incurramus in reprehenſionem, quod *Iarchium* abſque tabulis Veterum aliquid aſſeverantem tuto non ſequamur, ut potius hoc ipſo hæc ſententia *de Decem Otioſis* nobis debuerit eſſe ſuſpecta, quod *Jarchium* Autorem habeat.

CAPUT IX.

Rationes aliæ promiſcuæ adferuntur, ex circumſtantiis petitæ, quæ ſententiam Jarchii *de* decem Otioſis *videntur convellere. Sententia* Rabbenu Niſſim *de* Decem Otioſis *repetitur, atque ex ea quædam N. T. loca illuſtrantur.*

ARgumenta, quibus inducti ſumus *Iarchii* fidem ſuſpectam habere in teſtimonio de *Otioſis Decem*, vel petita ſunt ex teſtimoniis aliorum Autorum hebræorum, quos *Iarchio* derelicto aliud ab ipſo ſenſiſſe evicimus, vel a conſideratione Autoris ipſius, quem hominem valde fabuloſum fuiſſe ſuperiore capite oſtendimus, vel denique ex rationibus variis, quas circumſtantiæ cum textus tum vero loci & temporis ſuppdeitant. Priora abſolvimus, reſtat ut ultimum nunc agamus, quando demum liberum erit in alia argumenta exſpatiari, quod nobis jucundius, Tibi vero, Bone Lector, gratius fuerit.

Vir Cl. mecum diſputans de *Septem Lectoribus*, quos ego conjeceram ad *Otioſos* decem in Vetere Eccleſia pertinuiſſe, ita inſtituit. *Solent Hebræi*, ait, *quoties aliquid in patriis ritibus ſtatiſque ſacrorum ceremoniis eſt novatum, illud ſedulo annotare, ejuſque novationis cauſam, tempus, occaſionem, aliaſque circumſtantias curate addere & memoriæ tranſmittere poſterorum.* Hæc vero cum in chartam conjiceret, qui fieri potuiſſet, ut non percepiſſet, hanc poſitionem ſuos *Otioſos Decem* plane turbare, omneſque ſuas aſſeverationes priores vanas atque inutiles reddere, ſi nimium ſuo in me fervori non dediſſet. Scilicet ſi hoc verum eſt, quod in multis verum eſſe nullus inficiari auſit, Hebræos adeo diligenter annotaſſe, ſi quid in ſacris rebus ſit novatum, ejuſque novationis cauſam, tempus, occaſionem, aliaſque circumſtantias conſtanter adſcripſiſſe, redde mihi rationem dico ex Veteribus Hebræorum ſcriptis, quo tempore tales *Otioſi*, quales tu in Synagoga extitiſſe ſtatuis, eſſe deſierint, quo tempore, inquam, hæc novatio in Synagoga acciderit? Redde cauſam, aio, cur, cum *Otioſi tales*, quales tu ſtatuis, a Judæis Veteribus judicati ſint ſummopere neceſſarii in quoque cætu majore, qui *centum & viginti homines* efficiebat, cur, inquam, tales Otioſos nunc non alant, cur tales Otioſos dudum non aluerint, cum eadem nunc ſit ex tua ſententia neceſſitas ac olim, & cum plurimi ſint cætus, qui *Otioſis alendis* abunde ſufficiunt? Iterum dico, redde hujus variationis ex tua ὑποθέσει rationes, &, ſi eas reddere non poſſis, (reddere vero non modo nullas potes ſed ne fingere quidem) fatere alterutrum, hoc eſt, aut tales in Veteri Synagoga, quales tu tibi formas, otioſos minime extitiſſe, aut falſam te adhibuiſſe ὑπόθεσιν, quando meam de *Lectoribus ſeptem* volebas convellere conjecturam.

Si animus nobis eſt hoc argumentum paulo diligentius excutere & clariori lumini exponere, apparebit illud pro noſtra ſententia quam evidentiſſime concludere. Statuit V. Cl. cum *Jarchio* in Vetere Synagoga *decem Otioſos* ſummopere fuiſſe neceſſarios, ne Synagoga eſſet vacua, modo ſufficeret cætus *Otioſis* alendis. Patet ex ratione addita, *Otioſorum* horum ex hypotheſi Viri Cl., quam ubique φυλάττει, unam eandemque omni tempore omni loco in omni cætu majore alendorum eſſe neceſſitatis cauſam. *Otioſi* tamen tales, quales format V. Cl., nulli nunc in Hebræorum Sy-

Synagogis reperiuntur, ut ut ex ὑποθέσει V. Cl. ſequatur, eos nunc æque eſſe neceſſarios ac fuerunt olim. Verum quid ita? Conſtat enim Judæos obſervantiſſimos eſſe priſcorum rituum & conſuetudinum, earum maxime, quas juſta ratio ſuadet. Conſtat inſuper ex ſententia V. Cl. eos diligenter notare mutationis cujuſque minimæ tempus & rationes. Quoniam vero mutationis novationiſque hujus, quo tempore, quo loco, quas ob rationes facta fuerit, ne ulla quidem apud Veteres mentio extat, immo cum e contra ratio doceat ex Hypotheſi, eandem eorum, quæ fuit olim, etiam nunc neceſſitatem, quid dubitamus concludere, tales *Otioſos* in Vetere Synagoga nullos extitiſſe? Quod ſi enim in Vetere Synagoga ſuis officiis ob rationes adeo ponderoſas legitime eſſent functi, cauſa dari poteſt nulla, cur deinceps munere ſuo moti & e Synagogis omnibus ejecti eſſent, quoniam ex ὑποθέσει V. Cl. ratio neceſſitatis una eademque eſſe perſeverat. Attendat in poſterum V. Cl. ne nobis a ſe ad pugnam ſollicitatis, arma ſua in manus det, eorumque ictibus quibuſcunque ſe ipſum incaute exponat, quod jam ſemel iterumque fecit. Nos ipſi tantæ ſecuritatis congreſſorem nolumus.

Conſideremus amplius, quod ſi *Otioſi decem* tales ſint homines, quales illos Autores poſteriores cum *Jarchio* fuiſſe tradunt, tum ratio nulla poſſit dari, cur præciſe in *Oppidis majoribus* fuerint requiſiti. Scilicet *Civitas illa* dicitur *Magna* in Miſna Talmudica, in qua ſunt *Otioſi decem*. Sed ſane *Otioſi* tales *decem* in Civitatibus minoribus magis fuiſſent neceſſarii, ac in majoribus. Etenim, quia in *Minoribus Civitatibus*, ſi quis poſt recitatas a Synagoga preces ſacrum conclave ingrediatur, juſta erat ſuſpicio plures non adfuturos ob numeri membrorum Synagogæ paucitatem, ita in Civitatibus Majoribus variæ eæque frequentiſſimæ naſci poterant occaſiones, quæ ſimul plures ſacris ſtato tempore celebrandis arcerent, qui hora precum prælapſa in unum de novo coire ſuæque in Deum ſtudio & pietati poterant ſatisfacere. Colligo hinc, minores cœtus ejuſmodi *Otioſos decem* multo majore jure ſibi poſtulaſſe, quam *Majores*, quia, inquam, in Majoribus Civitatibus defectus abſentium facili negotio compenſabatur, in minoribus non item. Quoniam nihilominus *Otioſi* cœtibus Majoribus adſcribuntur, cogita cum animo tuo, an *Otioſi decem* tales ſint homines, quales Autores poſteriores delineant.

Notandum præterea eſt, uni tantum *Civitati Magnæ*, quæcunque tandem illa fuerit, *decem* attribui *Otioſos*. De *viginti*, *triginta*, vel ſi mavis, binis aut trinis *Otioſorum* ſocietatibus in duabus aut tribus Synagogis nihil quicquam in Veterum monumentis legis. Pone nunc in plurimis majoribus Civitatibus plurimas eſſe Synagogas. Ad ſtuporem uſque (ecquis enim credat?) percipimus ex Gemara Codicis *Megillæ* Talmudis Hieroſolymitani ad cap. III. Hieroſolymis fuiſſe *Synagogas quadringintas & octoginta numero*. ארבע מאות ושמונים בתי כנסיות היו בירושלים *Quadringintæ & Octoginta Synagogæ fuerunt Hieroſolymis*. Extat idem in *Cetuvoth* & *Gittin*, licet variato numero. Locus obſervatus eſt *Seldeno* in *Prolegomenis* ad libros de *ſucceſſionibus in bona defunctorum* & *Ligtfooto* Centur. *Chorog.* Matth. *præmiſſa* cap. XXXVI. quem eumdem ex *Babylonico* prolatum *elegantem & inſignem* dicit V. Cl. forte quia elegantem atque inſignem fabulam docet, ex varietate relationis ſatis perſpectam.

Fuerint vero Hieroſolymis *quadringentæ* Synagogæ, dic mihi, num in una an vero in omnibus *Otioſi* fuerint conſtituti? In pluribus enim fuiſſe non dices, qua rationem reddere nullam potes, cur hæ Synagogæ *Otioſis* gaviſæ ſint, aliæ iiſdem caruerint. In una ais? Sed ſic fruſtra fuerint, cum ob Civitatis amplitudinem tum vero maxime ſecundum Hebræorum regulas, quia ſua cuique Civitatis membro Synagoga erat, quam eum oportebat frequentare. In omnibus igitur fuiſſe concludas, quia una eademque in Synagogis omnibus *Otioſorum* καθ' ὑπόθεσιν ratio eſt & cauſa. Sed ſic numerare poteris *Hieroſolymis* quondam quater mille & quadringentos *Otioſos* extitiſſe, ex Synagogarum ærariis ſuſtentatos, quod quam ſit dictu ridiculum me tacente quivis intelligit.

Amplius aſſeritur in *Codice Talmudico*, cœtui *cuique centum & viginti hominum* intereſſe debuiſſe *decem Otioſos*. Locus eſt in *Sanhedrin*, fol. 17. a *Seldeno* illuſtratus, alias a nobis adductus ad ſententiæ noſtræ confirmationem. Tu vero in animum tuum inducas, hoc voluiſſe Veteres Hebræos, ut ex exiguo *centum & viginti* hominum numero *decem* omni die præſentes ſe ſtiterint in Synagoga *Otioſos*, eum tantum in finem, ut, ſi cæterorum membrorum aliquod deficeret, illum defectum hora precum lapſa poſſent ſupplere? Si quis ita ſtatuat, ſimul ſtatuat, Veteres Hebræos Rempublicam paucorum hominum, valde

de imprudenter ordinasse, quoniam satius est, ut in ea omnes commoda boni publici pro facultate sua promoveant. Quis vero dubitet, quin quavis alia re magis communi Civitatis causæ prosint *decem* ex viginti & centum hominum cœtu, quam ut in Synagoga *Otiosi* plane & *desides* omni die sedeant nullo subinde bono & commodo. Sed & quis animum inducat credere, Veteres Hebræos, qui omnes parcimoniæ studuerunt, rarissime autem stipendia distribuerunt, voluisse posteritati suæ commendare, *centum & viginti* homines alere debere *decem* suis sumptibus, (de Synedrio viginti & trium nihil nunc affirmo) ut ex iis lucrum valde exiguum caperent & rarum.

Quin & hoc mecum perpende, quanta in eo sit absurditas, si dicas, *decem homines* ad id unice in Synagoga & Civitate altos sustentatosque esse, ut desides & Otiosi omne vitæ suæ tempus tererent, cum de die ipsis reliquum fuerit tempus laborandi, æque pene ac *Judicibus Ministris*, ac *Senioribus* Ecclesiæ. Hoc illud est, ad quod Lectorem meum, si nugis his tantum dare cupit, maxime velim attendere. Tempora precum *matutina* & *vespertina* fuerunt stata juxta ipsorum Constitutiones. *Matutinæ* preces ad horam quartam diei, (horis ab exortu solis numeratis) secundum *R. Judam* extendebantur, tolerabantur tamen usque ad meridiem. *Vespertinæ* vel potius *pomeridianæ* ab hora nona & dimidia usque ad ultimos quinque diei quadrantes extendebantur, tolerabantur vero usque ad occasum Solis. Siquis id scire cupiat accuratius, consulat is *Samuelem Petitum*, Virum longe Clarissimum, *Miscel. sacr.* lib. I. cap. XV. & *Humphridum Prideeauxium*, Doctissimum Virum in Notis ad cap. II. *Constitutionum Maimonidis* De *Donis pauperum* & præcipue ad cap. IX. *Maimonidis* Libri de *Regibus*, qui loca singula huc pertinentia ex *Maimonidis Hilcoth Tephilla* recenset & explicat. Medio igitur tempore, quod inter statas precandi horas labebatur, diebus profestis (festis enim preces duplæ hoc est addititiæ habebantur respectu habito ad sacrificia duplicata) Synagogæ minime frequentabantur, ac proinde licitum cuique erat rem suam domesticam vel publicam curare. Judices ad Collegia sua, (confer *Seldenum* de Syned. lib. II. cap. X. §. II.) Magistri ad Scholas, Seniores forte ad mercaturam properabant, Minister ipse Synagogæ in commodum familiæ suæ laborabat, quapropter hi omnes a V. Cl. numero *Otiosorum* excluduntur. Soli hi *Otiosi decem* sint, quos eo quoque tempore supervacuo in Synagogis sedisse V. Cl. dicere non audet, & quos tamen etiam tunc *Otiosos* esse debuisse, hoc est, cum nihil in Synagogis, quod agerent, haberent, turpi tamen se otio & desidiæ dedisse, immo dare se debuisse pergit asseverare. Concedit Judicibus, Senioribus Ecclesiæ, Rectoribus Academiæ, immo concedit τῷ חזן & 'שליח צ *Ministro* & *Angelo Synagogæ*, quem tamen semper Synagogæ negotia curare oportebat, sua exercitia, labores, negotia. Dicere non sustinet, omni die *Otiosos* in Synagoga sedisse, quia pars erat diei, qua ipsis nihil in Synagoga negotii erat, & nihilominus negat ipsis honestissimas occupationes Civiles, quas in Personis cæteris, maxime sacris, tolerat. Sane si animo ipsius non sederet τὴν ὑπόθεσιν φυλάττειν, nescio quo pacto in animum possit ducere, *Salomoni Jarchio*, homini fabuloso tantum heic tribuere, quantum vix ullus suorum contribulium.

Adjiciamus rationem ex *textu* depromptam *Talmudico*. Etsi vero ille tribus aut quatuor verbis constat, suppeditabit nihilominus, quod ad rem præsentem adferri meretur. *Quænam est Civitas magna?* (sic rogatur in textu) *Omnis illa, in qua sunt decem Otiosi*, פחות מכאן הרי זה כפר *si his sint pauciores, ecce villa est*. Quid inde? Id sequitur, ni fallor, fuisse *Civitates* sive *cœtus*, (Hebræos enim τὸ עיר ita passim capere in his dictis ex sequentibus, εἰ θέλει ὁ Θεὸς, manifestum evadet) in quibus pauciores, quam *decem*, *Otiosi* extiterunt. Confer id, si placet, cum sententia *Jarchii*. Ea hæc est, quod *Otiosi decem* ad id fuerint necessarii, ut quivis serius citiusve Synagogam ingressus possit præstare precum sacerrimarum recitandarum officia. Sed vero huic usui non sufficiunt in Synagogis *quinque*, *septem*, *octo Otiosi*. Faciliorem equidem facere possent quinque sex septem *Otiosi* expectationem illius, qui serius accedebat, sed vero tollere incommodum minime poterant. Credin' vero Veteres Hebræos, si unqnam ita inepti fuerunt, ut *decem homines*, *desidiæ* & *ignaviæ* consecratos, in Synagoga aluerint a quibus tamen commodum, licet exiguum, haurire poterant, eo usque etiam otium aut ignaviam amasse, ut tres, quatuor, quinque, *Otiosos* instituerint, incommodo tollendo minime pares? Sed torqueamus idem hoc argumentum ad aliam partem. Si *Otiosos* ad id institutos ais, ut officia precum, a sero venien

nientibus recitandarum, juvent, dic, cur *decem Otiosos* sustentare voluerint? Utique sufficiebant *novem*. Si quis enim serius aut citius accederet, quam par erat, is ipse *decimus* erat atque numerum supplebat. Neque enim *undecim* requirebantur sed *decem*.

Denique hoc summopere mirari subit, cur hos homines *decem ignavos* & *desides* in Synagoga esse velit. Sint *Otiosi*, hoc est, a curis mundanis soluti. Non negabo. Sint omni die & hora in Synagoga. Si ita placet, id nunc non disputabo, neque concedo tamen. Sint usui sero ad precandum accedentibus. Hoc quoque largiar. Sed quo jure iis negantur officia in Synagogis præstanda? Hoc enim ad nos pertinet. Cum τῷ חזן *Ministro* Synagogæ cura Synagogæ sit demandata, cum is omni die & hora Synagogæ negotia debeat procurare atque hinc tantam diei partem, quantam tu Otiosis assignas, in Synagoga debeat terere, cum ad hoc ab universa Civitate institutus sit & stipendio accepto sustentetur, cum hic ipse *Chassan* possit esse e numero *Decem Otiosorum*, hoc est, precaturos sacras formulas adjuvare, eccur tu eum excludis? An fieri potest, ut existimemus, Judæos Veteres adeo luxuriosos fuisse, dicam verius, dementes, ut, quod *unus* a Synagoga stipendio donatus agere poterat absque ullo suo incommodo, cum eodem vero commodo cœtus, hoc etiam præter ipsum alibi demandarint? Profecto, quanto ego hanc rem magis volvo atque revolvo, tanto videtur id mihi ab omni sana ratione alienius, ut homines statuamus in Synagoga Veteri *ignavos decem*, qui officiorum in Synagoga præstandorum, quæ perplurima erant, nihil egerint quicquam, cum nihil omnino obstet, quo minus eadem illa officia illis æque ac aliis demandata sint.

Vidimus saltem in præcedentibus, Rabbenu *Nissim* ejusmodi *Otiosos* noluisse. Is omnes eos בטלים *Otiosos* dixit, qui, quod ipsi agerent rerum in Civitate nihil admodum habentes, mane & vesperi sacris constanter adhæserunt. Hujusmodi etiam homines pios & Deo devotos in nostris Ecclesiis plurimos habemus. Tales dico, qui rerum mundanarum curis & negotiis aliis vacui, licet ad id minime obstricti, licet minime ea propter stipendium merentes, concionibus cæterisque sacris exercitiis frequentes intersunt. Dici solent a vulgo: Kwezel-kloppen... Dyslaet-hijteta. Huc respicit, quod in Apostolorum *Actis* est cap. II. 46. Καθ' ἡμέραν εἶδα προσκαρτεροῦντες ἐν τῷ ἱερῷ ὁμοθυμαδὸν. *Et quotidie perdurantes concorditer in Templo*. Belg. Dagelijckse in den Tempel volherdende. Idem *Lucas* id ita exprimit in Evangelio suo cap. XXIV. 53. Καὶ ἦσαν διὰ παντὸς ἐν τῷ ἱερῷ αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν. *Et erant semper in Templo Deum celebrantes & laudantes*. De Apostolis loquitur. Hebraice dicas: והם תמיד בהיכל quod si mutes in בית הכנסת eandem φράσιν habes quam Commentatores in describendis *Decem Otiosis* adhibent. Compara etiam, quod de *Anna* dicitur cap. II. 37. Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν. *Ipsa autem vidua quasi annorum octuaginta quatuor non recedebat a Templo, jejuniis ac deprecationibus serviens Deo noctem atque diem*. En *Otiosam* secundum sententiam *Rabbenu Nissim*, supra allegatam! Hujusmodi *Otiosorum*, sultis, Principem constituamus *Davidem*, qui Psalmo toto LXXXIV. de talibus *Otiosis* cecinit. Sic habet *versus quintus* אשרי יושבי ביתך עוד יהללוך *Beati sunt qui habitant in domo tua, etiam atque etiam celebrabunt te*. Belgæ: Sy prijsen u gestadelijck. Si tales *Otiosos* cum Rabbenu *Nissim* intellectos velit V. Cl. nostro etiam arbitrio liberum ipsi erit a nostra sententia recedere. Putamus tamen cum *nomen* בטלנים tum etiam descriptionem *Maimonidis* supra allegatam plura dicere, & quod magis est, *Ligtfooti* sententiæ favere. Hæc deinceps ordine lustranda erunt. Recordetur modo Lector, hanc sententiam *Ligtfooti*, quod per *decem Otiosos* decem homines *literati*, commodis Synagogæ intenti sint intelligendi.

CAPUT X.

Qua potestate vocabulum בטל *Otiari in Hebræorum Scriptis veniat, ex commissionibus Eruditorum Virorum* Johannis Seldeni & Christophori Wagenseilii *eruitur. Quantum terminatio* ן *in voce* בטלן *valeat, disquiritur.*

EO nos tandem tractationis nostræ series duxit, ut in potestatem significationemque ipsius vocis בטלן paulo diligentius inquiramus, dispiciamusque an, quod Vir Cl. rotunde negavit, ea merum tale Otium notet, quod honestas occupationes & negotia excludat omnia, in publicæ rei commodum instituta. Sic, inquam, Vir Cl. statuit. Hæc ipsius verba sunt: *Quemadmodum etiam Hebræorum nemo, quod hic in genere*

nere monemus, *neque cum hos Otiosos describunt*, *quemquam eorum commemorat*, *qui a* Cl. Ligtfooto *adducuntur*, *neque cum ex professo de Judicibus* &c. *agunt eorum ullus* בטלן *appellatur*. Quam heic præstitisset modestius scripsisse!

Vox בטל apud Hebræos notat *Otiari*, hoc idem quod Græcis τὸ χολάζειν & ἀργεῖν *vacare*, *cessare*, *abstinere ab opere*. In Biblico contextu rarius extat. Extat tamen Eccles. XII. 3. ובטלו הטוחנות *Et molitrices cessant*, otiantur. Belg. Stille staen. Græci. ἤργησαν. In ea parte Scripturæ, quæ Chaldæa est frequentius reperitur Ezræ IV. 24. בטלת עבדת בית אלהא *Opus domus Dei cessavit*. Additur : והות בטלא *& intermissum est*. LXX. rursus ἤργησε *&* ἦν ἀργῶν. In *Paraphrasibus* vero *Chaldaicis* summa illius copia est significatu nunquam variato. Id unum ex iis observabimus, quod & in *Lexico Chaldaico* observavit Doctiss. *Coccejus*, quodque ex locis perplurimis, a *Buxtorfio* allegatis in *Lexico suo Majore*, constat respondere ut plurimum τὸ בטל in versionibus Chaldæis τῷ שבת quod apud Hebræos *quiescere*, *opus intermittere* notat.

Præter hæc invenimus *Christophorum Wagenseilium*, Virum optume eruditum, in Libro suo, cui titulus, *Tela Ignea Satanæ*, alia plane occasione agentem de genuina hujus vocis notatione, eatenus etiam hanc significationem urgere, ut statuat, per hoc vocabulum solere designari in Hebræorum Scriptis *cessationem atque intermissionem* alicujus operis si non perpetuam, saltem valde diuturnam & plurium ad minimum annorum. Est ipsi disputatio cum summo *Seldeno* de constitutione Synedrii Hebræorum tempore destructionem Hierosolymorum præcedente. Est *Seldenus* ea sententia, quod quando in Hebræorum scriptis asseritur, *quadraginta annis ante excidium urbis cessasse judiciorum Capitalium* (בטלו דיני נפשות) *cognitionem* in Republica Israelis, id non ita stricte sit accipiendum, ac si plane non sedisset postea unquam Synedrium Magnum in *Conclavi Gazith* & *cætera Synedria* (deprehendebat enim juxta scita Talmudica sessio minorum Senatuum a majore hoc) illis quadraginta annis officio suo plane functa nulla essent occasione, quia signate in *Tosephoth* traditur, quod subinde לצורך שעה quando singularis quædam oportunitas & necessitas idem exigebat, Senatus hic revocatus sit in pristina sua subsellia, sed quod per illam φράσιν indicetur *negligentior coactio* Synedriorum, ita ut plurimam saltem temporis partem hæc Synedria ab officiis suis abstinuerint, non vero in totum illa intermiserint. *Nemo*, sic *Seldenus* lib. II. de Syned. cap. XV. *quidem Ebraicis literis paulo versatior nescit*, *verbum* בטל *tam* impediri, cessare, intermittere, *quam* sufferre *aut* auferre *denotare*. *Ita tamen*, *ut ablatio ejusmodi significare commode possit temporaneam cessationem solummodo seu intermissionem*, *aut in desuetudinem abitionem*, *non juris omnino seu rei ipsius deletionem*. *In threnis legitur*, זקנים משער שבתו *Presbyteri defecerunt de portis*, *ubi* Chaldæus : מביא מתרע סנהדרין איתבטלו *Seniores ex porta Synedrii cessarunt*. *Id*, *quod etiam in hac*, *quæ præ manibus est*, *re fit manifestissimum ex Gemara Hierosolymitana*, *&c.* Mentem suam *Seldenus* prolixius explicat *Wagenseilius* vero modo laudatus, ὑπόθεσιν Viri Clarissimi negans, ideoque autoritatem τοῦ *Tosephot* non hercle vanis argumentis fretus elevans, hanc quoque Viri Cl. assertionem negandam esse sumsit. *Etenim*, ita repetit, *cum* בטל *dicunt Talmudistæ*, *fere semper cessationem omnimodam & vix eam*, *quæ est longissimi temporis*, *multumque ultra quadraginta annos se porrigit*, *significant*, *nedum*, *ut eam*, *quæ intra hunc terminum varias admittit intercapedines*, *velint intellectam*. *Sufficiat provocare ad solum ultimum caput Misnæ in* Sota, *ubi toties phrasis repetitur* : בטלו אורים ותמים *Cessarunt Urim & Tummim* בטלו מושלי מושלים *Cessaruut*, *qui populum erudiebant parabolis*. בטל כבוד התורה *Cessavit gloria Lector*. Reperias hæc apud *Wagenseilium* dicto libro p. 325. 326.

Non est, quod me ipsum huic disputationi, quæ ad me non attinet, immisceam, quodque ὑπόθεσιν Præclari *Wagenseilii* oppugnandam mihi sumam, quippe non intelligo, illam causam meam præsentem vel procedere vel juvare. Exempla, quæ Vir Clarissimus in lucem produxit, minime sunt obscura, neque negari posse existimo, vocem בטל longe frequentissime *prolixam cessationem* & *diutinum otium* alicujus sive rei sive Personæ significare in Hebræorum scriptis. Notari tamen velim, quantum ex his rebus ego percipio, hunc significatum vocabuli, quem *Wagenseilius* urget, non latere in potestate ipsius vocis בטל sed in rebus earumque circumstantiis, de quibus vocabulum בטל usurpatur. Constat id inde, quia ante monuimus τὸ בטל apud Chaldæos respondere τῷ שבת apud Hebræos. Cæterum τὸ שבת æque de *otio* & *quiete* horæ, ac de quiete diei, mensis anni & annorum sumitur, ut ex Hebræorum monumentis constat.

 Quid

Quid ni igitur בטל eadem ratione de *quiete* diei, anni, quam annorum ac longiſſimi temporis, in ſe ſpectatum, capiatur? Sane Auctor *Toſaphoth*, a *Seldeno* adductus, a Viro Clariſſimo refutatus, in re erraverit, quod nunc ago, voci בטל quæ in *Gemara* habetur, hanc vim minime ineſſe credidit, quod ſi enim id crediſſet, utique *Gemaræ* textum ea, ut fecit, ratione non fuiſſet interpretatus. Sed præter hæc, certum fiet ex ſequenti diſputatione noſtra, Scriptores Hebræos τὸ בטל adſcribere *vacationibus* Judicum cujuſcunque etiam temporis ſpatii, unde evidentiſſimum erit, vocem בטל ſubinde (non negem tamen Viro erudito, rarius) etiam de *otio* non admodum conſtanti & perpetuo, ſed de laborum intermiſſione (hoc enim vult *Seldenus*) accipi.

Formatum vero eſt ex hoc vocabulo בטל noſtrum בטלן quod non *Otioſorum* modo, ſed, ut recte V. Cl., *otio*, cujuſcunque tandem indolis & cujuſcunque ſpatii temporis, *deditum* notat, quod non inutile erit propius intelligere.

Terminatio nominum in ן apud Hebræos vel *ſubſtantivorum* vel *adjectivorum* eſt. Subſtantivorum exempla ſint כבשן *Fornax*. ביתן *Palatium*. קרבן *Oblatio*. שלחן *Menſa*. In his vero litera נ adjecta non alium videtur habere uſum, quam quem vulgo *Hemanthicæ* habent literæ, quarum litera נ una eſt, hoc eſt, ut ad formationem nominis unde concurrat, ſignificationi nullam poteſtatem adjiciens. In adjectivis res magis eſt dubia, ſpeciminis loco adducam duo hæc רענן & שאנן. Sane videtur τὸ רענן plus ſignificare, quam *virens* & שאנן quam *tranquillum*. Major quædam vis ſignificationis iis omnino ineſt. Uſurpatur τὸ רענן in Hebrea Lingua de iis arboribus, quæ perpetuo virent vigentque, τὸ שאנן vero de iis hominibus, qui non tantum *tranquilli*, ſed ſuarum rerum plane ſecuri ſunt eique tranquillitati ſe totos dedunt atque mancipant. Ἐμφατικοτέρος tamen eſt τὸ שלאנן quod ſemel apud Jobum ſcriptum invenitur.

Sed quicquid hujus fuerit rei, Hebræi poſteriores pluribus longe & diſtinctioribus indigentes vocabulis, quam quæ Hæbrææ Linguæ reliquiæ, in ſanctis Scripturarum monumentis reſervatæ, ſuppeditant, deinceps ea *adjectiva*, per quæ non tam actus præteriens, quam habitus & qualitas, ut ajunt, ſubjecto ſuo inhærens (תוארים *formas* Grammatici Hebræi dicunt) exprimebatur, terminata voluerunt in ן Fecerunt id eo conſilio, ut *adjectiva ejuſmodi* a *participiis*, quæ hoc quoque ſignificatu in Scripturis promiſcue veniunt, diſtinguerentur. Profeci id ex *Glaſſio*, qui ſi Doctorum Virorum ullus Grammaticæ Hebræorum peritiſſimus fuit lib. III. Tract. I. Cap. I. *Hebræorum vero Doctores*, ita ille, *ejuſmodi nominibus, quæ in ſacris literis a participiis non ſunt diſtincta, ad eorum diſcrimen literam* ן *in fine addiderunt*, ut חומסן *fraudator*, כועסן *iracundus*, גזלן *raptor*. Allegamus vero hanc ſententiam *Glaſſii* eo lubentius, quia, ubi commodum erit, ex ea manifeſtum faciemus, τὸ חזן quod V. Cl. ab alia radice, quam Hebræi Lexicographi, quos ſequuti ſumus, deductum voluit, huic regulæ convenienter flexum eſſe, ad quod V. Cl. minime attendit. Uſu etiam tum veniet, quod Cl. *Glaſſius* de diſtinctione flexionis & ſignificationis vocum נונב & ננב obſervavit. Sed ſuo quæque tempore, ne Lectorem rerum plurium minimi momenti confuſione turbemus. Applicemus ſtultis, quæ dicta ſunt hactenus de vocabulo בטלן & concludamus id notare hominem *Otio deditum conſecratumque*. *Otium* vero intelligitur quodcunque & cujuſcunque temporis, quod ante indeterminatum reliquimus. Sed id ipſum eſt, quod nunc ulterius nos oportet proſequi.

V. Cl. in uiverſa ſua diſputatione hoc præſuppoſuit, inculcavit, iterum iterumque repetiit, τὸ בטלן ſignificare *Otioſum*, qui nihil omnino rerum ageret, cujuſque *negotium* eſſet *otiari*, hoc eſt, nihil agere quicquam, ab omni opere abſtinere, immo *Otioſos* eum in finem ali, ut ab omni opere prorſus abſtineant, nulli alii rei quam ſoli *otio* intenti. Cl. vero *Ligtfootus* exiſtimavit quondam, vocem בטלן *Otioſum* quidem ſignificare, ſed ejuſmodi *Otioſum*, qui mundanarum rerum nihil quærit, agitque, quales apud vulgum *Otioſi* habentur, qui ſe ipſum rebus ſacris & Divinis, publica tam ſacra quam civilia ſpectantibus, devovet dedicatque totum, quique hoc agendo Synagogæ & Academiæ ædificandæ pro omni ſua facultate inſervit *Literatum* voluit, qui omne, quod habet reliquum in vita temporis, ſtudiis publicis privatiſque impendit, mundanis curis, quibus cæteri de vulgo homines ſemper impliciti ſunt vacuus & liber. *Non quod quilibet*, verba ipſius recenſeo, *decem ex Iſraele conſtituerent Synagogam, ſed ubicunque ſunt literati decem & ſtudioſi Legis vocabantur hi* בטלנים Viri otii, *qui non pro deſidibus aut* otioſis *ſunt habendi, ſed* qui-

quibus (*utpote qui rebus mundanis non perplexi fuerunt*) *vacavit res Synagogæ tantum curare*. Ex ſequentibus vero conſtat, illum inter hos *Otioſos* numerare, *Judices Triumviros*, Academiæ & Synagogæ Rectores, Interpretes, Miniſtros, & Diaconos.

Ex hac *Ligthfooti* ſententia priorem partem adoptavi, quia veriſimillima ac rationi valde conſentanea apparebat, & ipſius autoritate *Maimonidis* roborata. Conceſſi ſcilicet ſuam *Ligthfooto* ἐπόθεσιν τὰς בטלנים *homines literatos* ſignificare. Poſteriorem partem, hoc eſt, Judices, Diaconos, Academiæ Rectores ad conſtituendam Syoagogam concurriſſe atque inter Synagogæ membra *decem* referendos eſſe negavi, atque etiamnum nego. Vir Clariſſimus vero ſcribendi quæſita occaſione *partem quoque priorem* ſibi negandam putavit. Ut vero fidem ſuis faceret dictis majorem, non id tantum Lectori voluit perſuadere, quod *Decem Otioſi* in Hebræorum Scriptis alio ſenſu acciperentur, quod ſuffeciſſet inculcare, ſed eo etiam progreſſus audaciæ eſt, ut aſſeveraverit Lectori, vocem בטלן *Otioſus* nullo in loco apud Scriptores Hebræos hominibus literatis ſtudioſiſque, *Judicibus* puta, Miniſtris Synagogæ vel quibuſcunque aliis devotis ſacratiſque Perſonis applicari. Intereſt tua, mi Lector, ſcire, qua confidentia & temeritate id ſcripſerit Vir Clariſſimus, ne ſi quid aliud ex controverſis capitibus huic ſimile pari pertinacia ab ipſo aſſeveratum vel hoc in ſcripto vel quocunque alio offenderis, ea Viri Clariſſimi fiducia illico capiaris aut turberis, oſtendemus enim cum bono Deo, Virum Cl hic odmodum infeliciter contra *Ligthfootum* diſputaſſe. Sed & Vir Cl. cum ex hoc exemplo tum ex aliis, in progreſſu diſputationis noſtræ producendis, diſcat, modeſtius in diſputando adfirmare, quæ minime explorata habet. Licitum ipſi erit, noſtro etiam arbitratu affirmare, negare, limitare, quæ placita erunt, ſed ea ſemper modeſtiæ prudentiæque ratio ab ipſo obſervetur, ut, ubi deinceps melius inſtructus fuerit, ſententiam mutare pudori non ſit ut quidem hoc in negotio evenit. Aſſertio, quæ capitis hujus initio collocata eſt, quantum valeat, nunc diſputemus.

CAPUT XI.

Adſtruitur cum ex celeberrimo teſtimonio Benjaminis Tudelenſis *tum aliis ex locis*, Judices, Præfectoſque Scholarum *apud Hebræos Autores dictos eſſe & dici potuiſſe convenienter ſignificationi vocis* בטלנים Otioſos. *De* שכר בטלה mercede vacationis *diſſeritur*.

Demonſtrare incipimus contra audacem Viri Clariſſimi aſſeverationem, quæ eſt, vocem בטלן nunquam hominem *literatum*, publicis ſive ſacris ſive civilibus vacantem, apud Scriptores Hebræos ſignificare ex luculento illo teſtimonio, quod V. Cl. tandem ſed nimis ſero deprehendit, atque ex *R. Benjaminis Tudelenſis* Itinerario ad calcem Libri ſui produxit, non alium in finem, ut exiſtimo, quam ut teſtatum faceret Lectori, ſi id forte a nobis aut alio fuiſſet adverſum, hoc idem a ſe, licet nimis ſero, viſum eſſe.

Aſſeveraverat, ut vidimus, *Hebræorum neminem, cum ex profeſſo de Judicibus aut Profeſſoribus agunt, eorum ullum* בטלן *Otioſum appellare*, Committe, obſecro, cum hoc aſſerto verba *Benjaminis Tudelenſis* in ſuo *Itenerario*, verſo & notis illuſtrato a *Coſtantino L' Empereur*. Sic ille de *Bagdade* Urbe p. 70. Cæterum *Bagdadi mille ferme Judæi degunt, qui tranquillitate & quiete fruuntur, immo gloria magna ſub maximi Regis imperio: inter quos etiam ſapientiſſimi ſunt* וראשי ישיבות מתעסקים בתורת משה *& conſeſſuum primores* (*Academiarum rectores*) *in lege Moſaica occupati. Decem in iſta Civitate ſunt* ישיבות *conſeſſus*. (Academiæ & Synedria) *Et ſummi Synedrii caput M. Doctor Samuel Filius Eli, caput, inquam, eminentiſſimi Synedrii. Præfectus* (סגן) *Levitarum eſt ſecundi caput. D. Daniel tertii Synedrii Præſes eſt. D. Eleazar ſocius, Præſes quarti Synedrii. D. Eleazar Filius Tſema Ordinis Procurator, cujus Genealogia ad beatum Samuelem Prophetam reducitur, caput ſive Præſes eſt quarti Synedrii. D. Haſdia, Scholaſticorum* (חברים Sociorum) *decus ſexti ſynedrii Præſes. D. Haggæus Princeps ſeptimi ſynedrii. D. Ezra Octavi. Doctor Abraham eppellatus Abou Tabir* (*Pater Sanctus*) *noni Synedrii caput. Denique D. Zacchæus Filius Buxtanæi generalis eorum quæſtor, Præſes eſt decimi Synedrii*. Subjungit, ad quod quin animum advertas tuum, mi Lector, noli committere הם הנקראים בטלנים שאין מתעסקים בדבר אחר אלא בצרכי

בצרכי צבור ובכל ימי השבוע הם דנין לכל אנשי הארץ היהודים חוץ מיום שני שבאים כולם לפני הרב שמואל ראש ישיבת גאון יעקב ועוסר עם העשרה בטלנים ראשי הישיבות לרון לכל הבאים עליהם ונומר *Hi Otiosi dicuntur, quia non occupantur ulla in re, quam in necessariis populi negotiis. Atque omnibus istius regionis Judæis jus dicunt singulis diebus septimanæ, excepto die secundo, cum omnes conveniunt ad M. Samuelem caput Synedrii, quod eminentia Jacobi nomen habet, ipseque cum decem illis otiosis Synedriorum capitibus adest, ut omnibus promiscue accedentibus jus dicat.* Perseveras nunc dicere, quod nullus Hebræorum, quando de *Judicibus* aut *Professoribus* agunt, eorum ullum בטלן *Otiosum*, aut eos pariter בטלנים *Otiosos* vocet, cum *Benjamin Tudelensis* nobis Academias & Synedria Bagdadensia descripturus expressis verbis tradat, eorum præfectos Judices & Professores Ordinarios בטלנים *Otiosos* nuncupari? Si hoc amplius urgere vellem testimonium, id agerem, quod illi faciunt homines, qui medio die Solem lucere probant.

Sed desiderabis, ut opinor, intelligere, mi Lector, quid consilii ceperit Vir Clarissimus, quando in hunc insignem locum, licet nimis sero, incidit? Revocasse sententiam priorem putes fortasse? Atque ego id ab ipsius candore expectaveram, quia semel iterumque in his dissertationibus errores suos, quos *jocularios* vocare solet, notat atque corrigit. Non improbamus id factum, quin potius laudamus celebramusque, quippe quod ingenui ac liberalis animi documentum est. Hoc unum modo miramur, quod illi, qui suæ infirmitatis se habere optumam conscientiam testatum facit, minima etiam, ut putat, errata in fratre suo ita studiose sectari & acriter castigare volupe sit.

Verum heic loci, ubi ingenuitate summopere opus erat, hoc laudato consilio suo minime utitur. Rationem ignoras? Sane si hoc dictum suum revocasset, palam fecisset Lectori, omnia, quæ in præcedentibus tanta cum animi sui contentione a se erant adseverata, totiens totiensque repetita & inculcata, lubrica esse & incerta. Etenim si hoc solummodo concedas, quod vocabulum בטלנים de hominibus *literatis* Synagogarumque Præfectis usurpetur in Hebræorum Scriptis, nullus adeo ineptus homo erit, qui *decem homines* pigros, nihil prorsus operis agentes, ab Hebræorum cœtu altos sustentatosque crediderit, & non Ligtfooto potius quam *Salomoni Jarchio* homini vano & ad ineptias fingendas credendasque formato consenserit. Sed videamus, quid agat.

Initio quidem fatetur *hanc descriptionem Otiosorum ab ea, quam dedit, vehementer multis modis differre*. Optume, hoc enim verissimum clarissimumque attendenti Lectori est. Quid porro? *Historia Benjaminis accuratius expendenda erit, & videndum, an si vel omnia vera essent*, ait, *nobis ullo modo adversentur, & secundo, an unquam tales Otiosi Bagdadi vel alibi usquam fuerint*. Nos cum ipso videamus, an tanta polleat videndi aut non videndi facultate, ut ubi omnes idem vident, ille idem vel non videat vel aliud videat.

Etsi concederemus, sic primo excipit, *Bagdadi temporibus R. Benjaminis ejusmodi decem Otiosos fuisse, quales ille describit, id nihil nostræ explicationi obesse potest. Nostri enim Otiosi, de quibus hactenus egimus, longe alius generis sunt & ab his, de quibus R. Benjamin, toto cælo diversi. Nos hactenus egimus de* עשרה בטלנים של בית הכנסת *decem Otiosis Synagogæ. Hi vero, de quibus R. Benjamin, nihil minus sunt, quam Synagogæ, in qua ipsis nihil negotii, sed ad Academiam & Forum pertinent: ceu qui non rebus Synagogæ vacant, sed institutioni Academicæ jurique dicundo.* Siccine putas te elapsurum, Vir Clarissime, statum quæstionis & controversiæ nostræ penitus mutando? Non disputo tecum, an R. Benjamin alios *Otiosos* describat, quam quos tu descripsisti, id enim longe verissimum, at tibi itidem adversissimum est, sed an vocabulum בטלן apud Hebræos unquam de *Professoribus Academiæ* aut *Iudicibus* Civitatis vel in genere quibusvis Viris, publico bono vacantibus, usurpetur. Hoc negasti. Testimonium contrarium habes. Fac nunc, obsecro, adseverationi tuæ fidem, vel revoca dictum, & agnosce ea omnia, quæ tanta cum animi tui fiducia disputasti, incerta admodum & lubrica esse. Hoc ni egeris, te minime dimittam.

Quod vero insuper ais, longe alterius generis *Otiosos* esse quos *R. Benjamin* describit, hoc tantum abest, ut causam tuam juvet, ut potius eam manifesto prodat. Quorsum enim tui *Otiosi* ab iis *Benjaminis* diversi sunt? Ideone, obsecro, quia *Benjamin* vim vocis בטלנים non intellexit & non minus in rei quam vocis traditione insigniter mentitus fuit? An vero ideo, quia tu ad genuinam significationem vocis בטלן non penetrasti, atque

adeo

adeo *Otiosos* nobis alios descripsisti, quam quos Autores Hebræi cognoverunt? Prius sane non dixeris, postquam autoritatem fidemque Autorum Hebræorum adeo extulisti & explicationibus vocum Hebræarum, ab ipsis profectis, summa religione adhærendum esse, me docere, Lectorique tuo persuadere voluisti. Posterius igitur hic obtineat, quia *portento simile fuerit* te Autore, *R. Benjaminem*, in Synagoga natum atque eductum usum vocum, in gente sua usurpaturum, minime intellexisse, Te vero, Christianum hominem, eundem bene atque accurate tenere. Intellexerit itaque R. *Benjamin*, in Synagoga natus atque educatus, vim vocis בטלן tum vero tu graviter per omne tuum scriptum erraveris. Quæ consecutio si Tibi non arrideat, desine posthac fundamenta substernere demonstrationibus tuis, quæ ad levissimum pedis motum vacillant.

Quos vero *Otiosos Benjaminis* a *suis Otiosis* plurimum discrepare statuit V. Cl. eos cum nostris amicissime conciliamus. Scilicet בטלנים dicimus *omnes homines*, qui sive sacris sive civilibus rebus ad publici egregii commodum *vacant*. Hi si in Academia (בית מדרש) aut *Synedrio* (בית דין) collocentur, vocantur בטלנים של בית דין *Otiosi Synedrii* vel בטלנים של בית מדרש *Otiosi Academiæ*, si vero Synagoge assignetur, dicuntur בטלנים של בית הכנסת *Otiosis Synagogæ*, quales ad distinctionem a cæteris *Otiosis* Judicii aut Academiæ intelligendos esse significarunt Gemarici sua nota ad *Misnam Megillæ*. Ut vero hi בטלנים *Benjaminis Præfecti* erant *Academiis & Synedriis* vel *Societatum minorum Moderatores* agebant, ita nos *Præfectos & Ministros Synagogæ Otiosis Synagogæ* annumerandos decrevimus.

Alterum, quod excipit, hoc est, quod R. *Benjamin* hic *vel falsa vel sibi non satis comperta tradiderit*, *vel ea minus feliciter & distincte explicuerit*. Itane vero Vir Clarissime, tandem suspecta Tibi incipit esse Hebræorum Scriptorum fides, quam, ubi e re tua erat, tantopere deprædicasti? An ea nunc incipis audacia esse, ut *Benjamini Tudelensi* in historica narratione a gente sua recepta, cujus contrarium testimonium nullum profers, fidem neges, cum ante *Salomonis Jarchii*, ejusdem farinæ hominis, fidem Lectori tuo magno conatu volueris obtrudere? Quid ita varias? Scilicet dicebbat *Salomo Jarchi*, quæ in rem tuam erant, quæ lubenter dicta cupiebas. Quæ eadem, quando non dicit *R. Benjamini*, subsistis, hæres, ad animum revocas, Judæos fabulosos esse, minime iis in omnibus esse credendum. Quæ si cogitasses prius, ratio fuisset nulla, cur hypothesin tuam de *Decem Otiosis* ita animose ursisses.

Sed sit ita. Fefellerit nos R. *Benjamin* Tudelensis, cujus ego Patronum agere nolim. Verum sit, illum oculus mentesque Auditorum suorum fabulis voluisse pascere, hoc ad disputationem præsentem minime spectat. Negatum mihi est, Hebræorum Scriptorum ullum vocem בטלן pro homine *literato*, Academiæ Ecclesiæ aut Synedrii comomda procurante, accipere, hoc vocabulum uHibi eo significatu apud ipsos extare. R. *Benjamin* vero ait *Bagdadi* decem Cætuum Academicorum Præfectos, juri dicundo constitutos, vocatos fuisse בטלנים *Otiosos*. Falsum fuerit, quod *R. Benjamin* asseverat, hoc tamen verum manebit, quod nobis sufficit, *R. Benjaminem* vocem בטלן ut nos eam volumus acceptam, usurpasse, quod ipsi in animum venire non potuisset, nisi ea ætate vocabulum בטלנים eo usu fuisset frequens.

His dictis, detinet Lectorem occasione eorum, quæ in Libro *Juchasin* de eadem Civitate *Bagdade* referuntur, a *Constantino* autem *L' Empereur* adducta sunt in *Notis ad Benjaminem*, quæ non displicent, sed ad rem præsentem, quæ ventilatur, nihil attinent.

Tandem vero in fine hujus contentionis, ubi ipse, quæ adduxerat, nequaquam satisfacere perspexit, *istud summum*, ait, *inde recte colligi poterit & concludi*, *usum vocis* בטלנים *vel Otiosorum tandem sequioribus seculis a Judæis Babyloniis ita ampliatum esse*, *ut ea præter Veterum morem etiam Doctores Academicos*, *eosdemque Judices fuerit complexa*. Hoccine *summum* inde poterit colligi tuo judicio, Vir Clarissime? Meo judicio ad id *minimum* inde colligi potest, quod tamen si colligis, tum collectionem facis priori tuæ sententiæ adversissimam. Colligis utique vocem בטלנים *sequioribus seculis* apud Babylonios præter Veterum morem Judices & Professores complexam esse, cum ante disertissime asseveraveris, nullum scriptorum Hebræorum absque ulla temporis distinctione vocabulum hoc sensu accipere.

Sed quænam, obsecro, hæc sunt, quæ memoras *sequiora secula*? Vixit enim *Benjamin seculo duodecimo*, quod *Constantinus L' Empereur* docet in Notis. p. 134. Constat idem ex Chronologis Hebræis. At vero *R. Salomo Jarchi*, cujus autorita-

ritatem tu fundamentum sententiæ tuæ substravisti, initio *seculi duo decimi* mortuus est. Immo *Benjamin* Tudelensis iter, quod per Galliam instituit, memoriæ mandans, ita omnino loquitur de hoc *Salomone*, ac si eo tempore adhuc fuisset superstes. Sane *Constantinus L'Empereur* haud aliter commodius hanc solvere novit difficultatem, quam dicendo, *Benjaminem, dum Judæorum Magistros aliosque in istis Civitatibus, quas describit, commemorat, non tantum suo tempore viventes recensere, sed eos quandoque, qui obierant*. Sis vide illius Annotationes ad p. 6. quæ extant p. 150. Sed cum ex ipso constet *Ganzio*, quam sæpe pauca Judæi certo habeant explorata de fatis præcedentium Doctorum, quid flagitii esset ex narratione Benjaminis Historica concludere, *Salomonem Jarchium* & *Benjaminem* eodem vixisse tempore, quod tamen nemini obtrudi posse satis scio.

Sed si ita. Fuerit inter eos paucorum annorum distantia & intervallum, vixerunt nihilominus, ut constat, uno eodemque seculo. Quod si vero, Vir Clarissime, Tibi placet sententiam tuam fidei R. Salomonis inædificare, quid vitio nobis vertis, quod nos R. Benjaminis testimonio fidamus, ejusdem farinæ hominis? Immo quid crepas, significationem vocis בטלן *sequioribus seculis*, per quæ ætatem *Benjaminis* intelligis, præter morem Veterum fuisse mutatam, cum *Salomonis Jarchii*, ejusdem ætatis hominis, testimonio ita mordicus ac tenaciter adhæreas? Vin' vero scire, quid ego *summum* ex dicto *R. Benjaminis* colligam? Hoc scilicet, quod apud Judæos Babylonios, qui omni ævo habiti sunt juris Hebraici & consuetudinem priscarum peritissimi, reservatus fuerit genuinus significatus vocis בטלן qui apud *Occidentaliores*, per dissipationem in alia loca longo tempore a studiis alienatos, periit, quodque ea propter ea sit verissima vocis בטלן notatio, quam *R. Benjamin* nobis tradidit sua ætate apud Babylonios obtinuisse nostræ sententiæ & explicationi in Archisynagogo datæ convenientissimam.

Sed an satis non erat semel impegisse? Sic iterum in his ipsis responsionibus V. Cl. *Unde facile est perspicere olim in Academiis & tribunalibus nullos fuisse qui* Otiosi *dicerentur, quemadmodum etiam cum de tribunalibus ex professo agitur, judices non tantum non dicuntur* Otiosi, *sed ab iisdem etiam distinguuntur, ut ex* Codice Sanhedrin *liquet*. Siste heic rursus gradum, Benevole Lector, & ostendam Tibi, *Judicibus* in ipso muneris sui exercitio adscribi בטלה *Otium* & *vocationem*, quod si ita est, quis negare præfracte sustineat, Judices perpetuos eo nomine בטלנים *Otiosorum* insigniri posse & debere, quod V. Cl. negare perseverat, licet jam semel expressissimo testimonio *R. Benjaminis* ad pudorem usque convictus. Sic legimus in decisionibus *Rabbenu Ascher* in Sanhedrin ad cap. I. §. x. הדיין יכול לקבל שכר בטלתו ממה שבטל במלאכתו כדי לדון *Iudex potest accipere mercedem vacationis suæ* (Otii sui) *eo quod cessare ab opere suo debuit, ut judicio intentus esset*. Si lubet, adi ipsam disputationem *Rabenu Ascher* in commentario suo. Nos describemus potius clarissima verba *Iosephi Karo* in *Choschen Hammisphath* cap. x. §. v. הנוטל שכר לדון כל דיניו שדן בטלים אלא אם כן ידוע שלא נטל מהם שכר ואם אינו נוטל אלא שכר בטלתו מותר *Si quis mercedem judicandi ergo acceperit, omnia ipsius judicia inania sunt* (mosuen voos nui herhaert) *veruntamen si satis fuerit perspectum illum nullam accepisse mercedem, sed solam vacationis suæ* (Otii sui) *compensationem mercede aliqua esse factam, id licet*. Ea vero *merces Otii Iudicis* (בטלת שכר הדיין) ita porro describitur. כגון שיש לו מלאכה ידועה לעשות בשעה שיש לו לדון ואמר לבעלי הדין תנו לי שכר פעילה של אותה מלאכה שאתבטל ממנה והוא שיקבל משניהם בשוה *Sicut, si quando certum notumque opus ipsi* (Judici) *peragendum est ea hora, qua eum oportet judicare, & tum dixerit partibus litigantibus, rependite mercedem, quæ operis hujus præstationi æqui valeat, a quo nunc cogor cessare, si, inquam, tum a partibus litigantibus opera illa redimitur ex æquo, hæc dicitur merces vacationis*. Sed vero non admissa est ejusmodi *merces vacationis* in Judicibus, nisi omnibus pateret, rem vere ita se habere, judicemque vere alicujus opere jacturam pati, quod si res posita esset in incerto tum id omnino fuit prohibitum, quod inde etiam discere est.

Recolligamus, sis, quæ pro nostra opinione adstruenda & V. Cl. assertionibus refellendis ex his locis facere possunt. Negavi *Judices* appellari בטלנים *Otiosos*, vel, quod, ni fallor, idem est, *Judicibus in actu sui exercitio* adscribi בטלה *Otium* iis locis, ubi Hebræi Scriptores expresse de Judicibus agunt. Producta nunc loca sunt ex iis libris, ubi Hebræi argumentum de *Iudicibus* pertractant. In iis locis vero signate id tempus, quod *Judices* impendunt *actui Judicii*, vocatur בטלה *Otium*. Apud nos

non

non minus vulgato vocabulo . 𝔙𝔞𝔠𝔞𝔯𝔦𝔢 . Vides itaque, Vir Clarissime , novo argumento probatum, quod de novo negasti . Si enim tempus , quo Judices *vacant suis rebus*, vocatur *Otium*, eccur Judices , perpetuo in majoribus Civitatibus his *rebus Vacantes* non dixeris בטלנים *Otiosos* ? Vel ego magis *cæcus* quam talpa sum , vel probatum est , quod a V. Cl. negatum erat .

Cæterum non id modo, quod ad præsentem disputationem de *Judicibus* pertinet, ex his testimoniis concluseris, sed hoc etiam, quod usui hujus vocis minime adversetur, *aliquem simul vacare & operari* . Τὺς בטלנים *vacantes homines* (σχολάζοντας) significare , semper tenuimus, sed *vacantes* literis, ac necessitatibus Synagogæ , quod vulgo *Otiari* est . Id vero idem in *Iudicibus* consideramus ex adscriptis testimoniis . Dicuntur illi בטל *cessare* , sed , quo pacto , an ergo in universum a negotiis omnibus abstinent? Minime vero. *Cessare* & *vacare* dicuntur, quando minime *vacant*, id est, judicio suo valde intenti sunt.

Quin vereor , ne Nobilissimi *Wagenseilii* sententiæ aliquid ex consideratione horum locorum decedat . Statuit , ut vidimus , contra *Seldenum* , vocem בטל continuatam longi temporis quietem denotare. *Seldenus quietem vacationemque* intermissam , non continuam , defenderat . Ejusmodi vero significationem videtur hoc vocabulum habere in locis modo allegatis , in quibus breve etiam temporis spatium , judicio dicendo destinatum , vocatur בטלה *Otium* . Sic eodem modo sumi videtur in *Paraphrasi Chaldæa* ad Exod. XXI. 19. Statuit ibi Legislator , ut , qui noxam alteri intulerat , moram operis , quam illa noxa passus erat , rependeret . Moses ita exprimit : רק שבתו יתן *Tantummodo compensabit moram neglecti operis*. Chal. בוטלן עבידתיה *Cessationem Operis sui* . בוטלניה *Cessationem suam*. R. Salomo . ביטול מלאכתו *Cessationem operis sui* . Non hic *cessatio longi temporis* , sed qualiscunque brevis aut longa , continua aut intermissa intelligitur . Sed hæc disputatio nostra non est .

CAPUT XII.

Insignis ex Josepho *locus producitur* , *in quo mentio* τῶν ἀργοτέρων *Otiosorum* , *cujus versiones variæ expenduntur*. *Nomina* Principum & Seniorum *populi*, *quæ apud* Josephum *extant* , *hac occasione notantur*.

OPtumam dignissimamque rem præstiterimus , si quem significatum vocis בטלנים nunc probatum dedimus ex *Benjamine* , eundem etiam vindicare possimus ex *Josepho* , Scriptorum Hebræorum omnium , quos habemus post Scripturæ Autores & Paraphrastas , vetustissimo . Non dissimulabo vero spem aliquam mihi affulsisse ex *Libro* IV. *de Bello Judaico* cap. IX. ubi in hunc modum scribit . Νυκτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης ὡς ἐδεμίαν περὶ τῇ πόλει Ῥωμαίων ἑώρα φυλακὴν τὸν καιρὸν ἁρπασάμενος ἐ μόνον τὲς περὶ αὐτὸν ὁπλίτας ἀλλὰ καὶ τῶν ἀργοτέρων συχνὲς ἅμα ταῖς γενεαῖς ἀναλαβὼν ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔφυγε . *Ruffini* hæc est versio . *Nocte autem Johannes* , *cum nullas Romanorum excubias circa oppidum videret* , *arrepta occasione non solum his*, *quos circa se habebat armatos*, *sed etiam senioribus plurimis cum familiis abductis in Hierosolymam fugiebat*. Narratur in contextu *Josephi* ejusdemque parte , a nobis citata , *Johannem* , insignem seditionum Autorem, in *Giscala* urbe a *Tito* fuisse obsessum : Petiisse a *Tito* , ut *Sabbathi* die urbem invadere aut conditiones deditionis præscribere desineret , quia dies ille ex Patria lege destinatus erat otio : Tito liberaliter concedente de nocte σὺν τῶν ἀργοτέρων συχνοῖς fugisse ex Civitate Giscala versus Hierosolymam.

Nos in hac narratione nihil aliud scire desideramus , quam quid sibi velit vocabulum ἀργότεροι . *Ruffinum* audivimus vertisse per *Seniores* . Belgica vetus sed valde corrupta editio habet . 𝔐𝔢𝔱 𝔳𝔢𝔩𝔢 𝔲𝔭𝔱 𝔡𝔢𝔫 𝔒𝔲𝔡𝔰𝔱𝔢𝔫 . Nupera versio Gallica Doctissimi *Arnaldi* . *Quelques-uns des principaux habitans avec leurs familles* . Versiones hæ non admodum differunt , verum tamen non videntur satisfacere voci ἀργότεροι, quæ significare debet, si proprie accipiatur, *Otiosos*. Sed operæ pretium est , id paulo pressius considerare.

Ἀργὸς apud Græcos *triplici* gaudet significatu, uno tamen proprio & familiari. Proprius & familiarissimus ille est, quo sumitur pro *Otioso* , quasi ἀργὸς esset ἀεργὸς *absque opere* . Hoc sensu acceptum est in hoc ipso capite *Josephi* . Ὡς

Ὡς ἀργὴ πάντων αὐτοῖς ἐςὶν ὁ τῆς ἑβδομάδος περίοδος. *Quomodo ultimo hebdomadis die ab omni omnino opere otiari statutum ipsis sit*. Præterea notat *album* & *velocem*, sed rarius. *Velocem* denotare contraria significatione, Docti Viri docent. Repugnat enim τῇ ἀργίᾳ *otio ac pigritiæ* velocitas: Sed quando ἀργὸς *album* notat, tum id derivandum ab vocabulo ἀγλαὸς per multam mutationem & transpositionem. Factum id inde dubio procul quia Autores illi rationem nescivérunt has duas maxime diversas significationes conciliandi. Mihi omnino placet, quod ex Viro quodam Doctissimo, quicum hunc locum conferebam, intellexi, utrumque hunc minus frequentem significatum τȣ͂ ἀργὸς *albus* & *celer* petendum esse ex communi illa notatione, qua ἀργὸς capitur pro *Otioso*. Sane nihil ineptius est quam credere, Parentes nostros, Linguarum Principes & Autores, uni voci duas contrarias significationes dedisse, quæ ad unam communem revocari nequeant. Hoc etenim si egissent, tum quidem res, quas per notationes nominum distinguere cupiebant, misere confudissent. Quicunque igitur varii vocum significatus, iique, ut ad primam speciem apparet, maxime sibi invicem contrarii producuntur sive apud Hebræos, sive Græcos, illi ad unam notionem communem omnes, si studium ac indnstria adhibeatur, potuerunt revocari. Nos id olim in Hebræorum vocum plurimis meminimus præstitisse, quarum specimina, si vacat dabimus. Hujus vero suæ sententiæ de hac voce ἀργὸς *Vir Clarissimus* ipse rationem dabit, immo jam dedit.

Quocunque vero modo sumatur τὸ ἀργότεροι hoc in loco, puto, loquendi speciem satis esse notabilem, maxime vero, si capiatur pro *Otiosis*, ut nobis hactenus persuasum est. Cum enim *Iosephus* sæpe de *Senioribus* & *Primoribus* populi agat, quos heic ex sententia Interpretum describit, non animadverti tamen, illum hac voce ἀργοτέρων alibi uti. Fieri etiam potest, ut ego, qui longo tempore *Otii Otiosorumque* non admodum magnam curam habui, non satis diligenter & circumspecte quælibet *Iosephi* loca expenderim. Observavi alias ex *Iosepho* vocabula δυνατοὶ *Potentes*, Bel. Jud. lib. II. cap. XIV. γνώριμοι *Spectati*, cap. XV. ἄρχοντες, *Principes*, cap. XVI. γεραιοὶ *Seniores*, cap. XXV. οἱ τȣ͂ δήμȣ προεςῶτες *Præfecti populi*, lib. IV. cap. V. οἱ ἐν τέλει. *Qui in summa apud populum dignatione sunt* lib. III. cap. VII. οἱ γεραιοὶ τȣ͂ δήμȣ *Seniores populi* lib. III. cap. XVI. οἱ πρῶτοι *Primores* lib. V. cap. III. οἱ προὔχειν δοκȣ͂ντες *præcellentes* lib. lib. III. cap. XVI. οἱ προὔχοντες *Præstantiores* Ant. *lib.* XX. *cap.* VII. secundum distinctionem Latinam. His inquam vel vocibus vel phrasibus utitur *Iosephus*, quando de spectatis populi Senioribus, Civitatumque Rectoribus differit. Quo vero pacto contingat, ut heic, ubi ex mente Interpretum eandem rem exprimere vult, voce ἀργοτέρων utatur, id puto considerationem nostram summopere mereri.

Si ἀργὸς hoc in loco pro *albo* accipias, tum ἀργότεροι essent *candidiores*, vel *candidati*, nobilissimi scilicet urbis Giscalensis incolæ. Putandum esset, si alicui hæc versio placeret, vocem hanc reducendam ad Hebræam חורים, quæ *albos*, id est, *nobiles* notat, tu *candidatos* dicas, quia חור vi derivationis a חרר potius *candidum*, quam *album* significat. Dicuntur illi apud Græcos propria voce λευχείμονες, Latinis *albati*. Interpretibus Græcis LXX. ἐλεύθεροι, ἔνθιμοι, ἄρχοντες. *Josepho*, ni fallor, εὐγενεῖς & εὐγενέστεροι.

Sed Viri optume in his literis eruditi, amici nostri, quos hoc super loco consuluimus, existimarunt, nimis peregrinam & quæsitam esse hanc interpretationem. Commodius futurum arbitrabantur, si aut *Otiosi*, ut ego cupiebam, aut *veloces* & *celeres* intelligerentur, in quod posterius eorum alter inclinabat.

Quod igitur ad posterius illud interpretamentum attinet, id omnino ejusmodi est, ut accipi mereretur, nisi duo obstarent, quæ æquo animo hactenus non potuimus superare. *Alterum* est, quod hic significatus vocis ἀργὸς valde sit infrequens, quodque non videatur vero simile, *Josephum*, cum rem notissimam dicere vellet, voce valde infrequenti & contrario significatu usitatissima usurum. *Alterum* vero, quod ex contextu narrationis constet, eos, qui ex Civitate Giscala noctu aufugerunt, celeres velocesque viros multam partem non fuisse. Etenim refert *Iosephus*, plura eorum millia a militibus Titi interempta fuisse. Præterquam quod una cum iis fuerit ὄχλος γυναικῶν καὶ παιδίων *mulierum puerorumque cohors*. Ne dicam, *Iosephum* τȣ̀ς περὶ αὐτὸν ὁπλίτας *quos circa se habebat armatos* expresse ἀπὸ τῶν ἀργοτέρων distinguere.

Concludimus non superesse commodius hujus vocabuli hoc loco interpretamentum, quam quo sumitur pro *Otiosis*, qui longe frequentissimus & familiarissimus idemque proprius vocis usus est.

est. Sed vero, qui hi *Otiosi*, obsecro, & quam ob rationem ita dicti? Fuisse hos, quos *Iosephus* ἀργοτέρους dicit, *Seniores* & *Præcipuos urbis Rectores* ex versionibus ante adductis datum fuit percipere. Sane ex contextu satis perspicuum est, τοὺς ἀργοτέρους eos esse, qui cum *Iohanne* faciebant, urbemque Giscalam moderabantur, præcipui urbis incolæ, ἀπὸ τοῦ δήμου distincti. Populus eos vocat τοὺς νεωτερίζοντας *res novas molientes*, hoc est, seditionis autores & Principes. Principes item Civitatis, ad quos hæc cura pertinet. Sed quid eos nuncupet *Iosephus* ἀργοτέρους *Otiosos*? Quoniam ex divitiis opibusque suis vivere & sustentari poterant, ideoque necesse non habebant perpetuo & servili opere vitæ suæ alimenta quærere, ac proinde vel Civitati vel Ecclesiæ regendæ constituebantur. *Hoc agere* apud vulgum *Otiari* est. Sic existimo. Si cui aliud idque melius suppetat, id nobis etiam autoribus in medium proferat. Sed si quis in his, quæ ego attuli, possit acquiescere, is mihi simul concedat, eam significationem ? בטלנים, quam nos urgemus, verissimam esse, quippe quæ autoritate *Iosephi* (ἀργότεροι enim idem esse, quod בטלנים nullus, opinor, negare ausit) confirmetur.

CAPUT XIII.

Voces Græcæ σχολάζειν, σχολαῖος, σχολή, ἀργὸς, ἀργεῖν. *Latinæ* Otiari, Otium, vacare. *Belgicæ*, Ledigh zijn, Sigh beledigen *cum Hebræis* בטל & בטלן *comparantur ad dilucidationem significationis vocis* בטלן *a* Lightfooto *propositæ & a nobis defensæ. Illustrantur autem hac occasione varia Sanctæ Scripturæ loca.*

TErminari hic facile paterer nostram contentionem, nisi ex usu vocis *otiari* & *vacare*, in aliis celebribus Linguis frequenti, & simul ex explicatione *Maimonidis* sententiam nostram, sed quid nostram dico, quæ priscorum Judæorum est, multum promoveri intelligerem.

Nimirum in aliis Linguis Græca, Latina, Belgica etiam nostra usu venit, ut voces σχολάζειν *Otiari*, *vacare*, beledigen, non significent *meram quietem*, in qua nihil omnino rerum agas, sed *quietem* ab ordinario suetoque munere, aut potius cessationem ab ejusmodi opere mundano, quo vulgo homines in commodum conservationemque familiæ suæ in Civitate se solent detinere. Τῶν οἰκείων ἔργων ἀργίαν cum *Platone* dixerim. Hujus ordinis sunt homines *literati* & *studiosi*, quales solent esse Præfecti Civitatibus, Academiis & Ecclesiis. Quoniam enim vulgus eos non videt operi servili & mundano adstrictos, quoniam, inquam, considerat vulgus, eos cura rerum, quas ipsi sectantur inter homines, ad vitæ suæ alimenta & conservationem sibi procuranda, relicta, talibus se detinere negotiis, quibus magnam inesse molestiam minime arbitrantur, quæque, quando illi agunt, dicuntur *otiari*, hinc eos omnes, qui ejusmodi vitæ rationi destinati sunt, *Otiosos* denominat. *Precari* & *Legi divinæ intelligendæ operam dare*, in studiis Doctrinæ aliis occupatum esse, ejusmodi sunt, quæ vulgus non agit, nisi ubi *vacat* & *otiatur*. Si quis igitur his negotiis ita adstrictus est, ut de omni vita sua nihil aliud agat, hunc vulgus בטלן *Otiosum* vocat, non, quia nihil omnino rerum præstat, sed ut dictum, quia id agit, quod quando illi agunt, *otiantur*.

Apud Græcos τὸ σχολάζειν ad amussim convenit cum nostro בטל: Notat enim *Otiari*. Sed hoc ipsum σχολάζειν significat *rei alicui agendæ incumbere*, opportunitatem aliquid agendi arripere. *Suidas in voce* σχολή. σχολὴ, ἢ τὸ μηδὲν δρᾷν ἢ τὸ περί τι σχολάζειν. ἀντὶ δὲ τοῦ σχολάζειν λέγουσι τὸ εὐκαιρεῖν. *Otium est, nihil agere. Vel in aliqua re occupari.* Rei alicui vacare & operam dare. q. d. circa aliquid otiari. Omne otium in rem aliquam impendere. *Pro* σχολάζειν *tamen multi dicunt* εὐκαιρεῖν. *Hesychius:* σχολή. Οὐ μόνον τὸ μηδὲν δρᾷν ἀλλὰ καὶ τὸ περί τι σχολάζειν καὶ ἡ διατριβή. *Otium non tantum hoc notat, quod nihil agas, sed hoc etiam, quod rei alicui vaces & operam des.* Apud *Herodianum* habes, θέαις καὶ ἑορταῖς σχολάζειν *spectaculis & festis operam dare*, ἱερουργίαις σχολάζειν *sacrificiis vacare*, σχολάζειν τρυφαῖς *deliciis se dare*, σχολάζειν ἔργοις τυραννίδος. *Tyrannidem exercendo otium suum insumere.* Similia exempla apud Autores omnes quam plurima invenies, a Lexicographis conquisita, quæ describere non juvat. Bona res est, quod documenta variæ hujus significationis dare liceat ex Scriptura N. T. Reperitur autem in ea τὸ σχολάζειν bis, sed notatione ad placitum nostrum variante. Matt. XII. 44. ita scriptum est de *Spiritu immundo* ad domum a se derelictam redeunte. καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα. *Et rediens invenit eam vacuam*, vacantem. Belg. Ledigh. Hic σχολάζειν, ut patet, notat *vacare*, nihil agere, vel, nulli esse usui:

Secundo significatu extat 1. Cor. VII. 5. *Ne fraudate alter alterum, nisi ex consensu, ad tempus quoddam,* ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ *ut vacetis jejunio & precibus*. Belg. Verledigen. Chrysostomi φράσις convenit. Πάντα τὸν βίον ἐν προσευχαῖς καὶ ἐν τῇ Θεῷ λατρείᾳ σχολάζειν *omne vitæ tempus precibus & cultui Divino vacare*. Hic sane τὸ σχολάζειν hoc idem notat, quod nos notare volumus τὸ בטל, ita videlicet *otiari*, ut aliquid *agas*, quo otium tuum fallas. Adeo ut בטלנים sint σχολάζοντες ταῖς προσευχαῖς, καὶ τῇ ἀναγνώσει.

Sed sententia nostra inde magis adstruitur, quod omne exercitium Juventutis ac Magistrorum in locis, ad id destinatis, σχολὴ *Otium* dictum sit atque tandem ipse locus hinc σχολὴ *Schola otium* denominatus sit: Adeo profecto congruum est, ut *Viri literati*, studiosi, sacris rebus vacantes בטלנים σχολάζοντες *Otiosi* nominentur. Hinc σχολεῖον apud *Suidam* per διδασκαλεῖον *ludum literarium*, σχολαρχήτας per σχολῆς ἄρξαντα, τοῦτ' ἐστι διατριβῆς *eum, qui Scholæ sive exercitiis literis studentium præest*, vertitur. Rectissime tamen annotavit *Suidas*, quod prima significatio τῆς σχολῆς hæc non sit, qua capitur pro *loco*, in quo διατριβὴ sive opera literis discendis datur. Ea significatio τῆς σχολῆς & τ̃ σχολῶν rarior est apud Græcos, sed frequentior apud Latinos, apud quos *Cicero*, *Quintilianus*, aliique vocabulis *Schola*, & *Scholæ* pro τῷ παιδευτηρίῳ sæpe usi sunt. Occurrit nihilominus apud Græcos, ut ex Lexicis colligere est. *Suidas* igitur recte putavit, inquam, quod σχολὴ prima sua significatione non denotet τὸν τόπον, ἐν ᾧ σχολάζουσι καὶ διατρίβουσι περὶ παιδείαν *locum, in quo literarum cultores occupantur circa disciplinas*, sed id, quod alias minus commode dicitur εὐκαιρία *opportunitas* temporis, quam quis iis rebus agendis impendit.

Prætermittendum tamen minime est τὸ σχολὴ priore significatu occurrere in *Actis Apostolorum* cap. XIX. 8. ubi de Paulo dicit, quod καθ' ἡμέραν *singulis diebus disseruerit* (διαλέγεσθαι idem quod דרש) ἐν τῇ σχολῇ τυράννου τινός, *in Schola cujusdam tyranni*. Putamus *Lucam* ita scripsisse, quia vox אסכולא *Schola* eodem hoc significatu jam apud Judæos invaluerat & cum plurimis aliis vocibus Græcis in Hebræam Linguam translata fuit. *Drusius* id jam ad locum hunc observavit & verbis *Aruch* vocabulum hoc exposuit, quod in *Midraschim* priscis Hebræorum Commentariis frequens est. Sane Interpres *Syrus* ita etiam locum vertit, ut vocem אסכולא in eo retinuerit. וכל יום מסלל הוא עמהון באסכולה דגברא דשמה טורנוס: *Et omni die disserebat cum iis in Schola Viri cujusdam, cui nomen Turno*. Optume. Id enim præterea hinc discis, quod nomen τύραννος sit proprium Viri, & idem plane, quod *Turnus*, in Hebræorum scriptis frequens. Debemus hanc observationem Doctissimo *Drusio*.

Nullum in hac comparatione vocum בטל & σχολάζειν superesse potest dubium, ut video, nisi hoc unicum, an forte non magis τὸ σχολάζειν χατρίδειν, *occupatum esse*, quam *otiari* notet, & an ideo τὸ בטל non rectius cum τῷ ἀργεῖν, quod idem *otiari* Græcis est, quam cum σχολάζειν conferatur. Sed huic dubio solvendo non est necesse magnam operam impendere, quoniam id ex *Suida* cæterisque Lexicographis Græcis commode solvi potest. Scilicet inde constabit tantum abesse, ut voces σχολάζειν & ἀργεῖν significatione differant, ut potius altera per alteram explicetur; quin immo, ut voces, ἀπὸ τῆς σχολῆς derivatæ, adeo valide significent *Otium*, ut simul *segnitiem*, *tarditatem*, *lentitudinem*, qui gradus *otii* omnium maximi sunt notent. *Suidas*: σχολαῖος. ἀργός. σχολαιότης. ἀργία. σχολαιότερον ἀργότερον. *Lentius tardius*, ut ex exemplis a *Suida* subjunctis patet. σχολαιότης, ait, λέγεται ἡμέλλησις καὶ ἡ ἐπιμονή. Addam, quod LXX. Interpretes vocem נרפה *remissum* esse, tardum, lentum esse, vertunt per σχολάζειν *Otiari*. Exod. V. 8. כי נרפים הם *Quoniam tardi*, remissi, negligentiores, desides *sunt*. 17. נרפים אתם נרפים *Segnes vos, segnes & desides estis*. LXX. σχολάζουσί γαρ. Σχολάζετε, σχολασαί ἐστε. Belg. Dy lieden gaet ledig. Apparet itaque σχολάζειν adeo fortiter *otium* notare ac ἀργεῖν. Sed & ipsum ἀργεῖν & ἀργὸν εἶναι non excludit *aliud agere*. Sane *Apostolus* ita accipit hanc vocem, cum de junioribus viduis disserit 1. Tim. V. 13. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας. οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. *Simul autem etiam Otiosæ esse discunt, circumeuntes domos: immo non solum otiosæ sed etiam nugaces & curiosæ, garrientes, quæ non oportet*. Viden' quam egregie ab Apostolo conjungantur ἀργία & περιεργία *Otium* & nimis anxius labor studiumque in curandis rebus alienis, quæ curiositas est. *Otiari* itaque & *laborare* circa unam eandemque rem dicta, sibi invicem sunt opposita, sed de rebus diversis intellecta simul subsistunt. Repetam τὸ σχολαῖον

λαῖον Otiosum, ejusdem omnino usus & significationis apud Græcos, cujus בטלן est apud Hebræos a *Suida* reddi per *ἀργὸν* & *διατριβὴν ποιούμενον Otiosum* & *moras nectentem* habet Interpres, sed rectius, in *re aliqua occupatum moras nectentem*, rei alicui agendæ immorantem.

Prouti vero vocabula *σχολάζειν* & *ἀργεῖν* sic accipiuntur, ut *otium non omnimodum* sed determinatum ab his vel illis rebus significent, non exclusis laboribus, ita voces *vacare* & *Otiari* ejusdem plane potestatis sunt apud Latinos. Tralatitium esset inhærere probationi hujus significatus in voce *vacare*, quoniam nihil pueris est notius, quam *literis studiisque vacare* idem esse, quod *Otium* suum in literis discendis consumere, studiis operam dare. Quod vero attinet ad *Otii* notionem, eam non minus *honestum* quam *turpe Otium* notare Autores Linguæ Latinæ abunde docent. *Ciceronis* notissima sententia est lib. III. Officiorum. *Scipio dicere solebat, nunquam se minus Otiosum esse quam cum Otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset*. Plutarchus idem *Scipionis* effatum ita exprimit: *ὁπότε σχολάζοι πλείονα πράττειν*. *Quando Otiosus esset, plura facere*. Sed & idem *Cicero*, *esse in otio cum dignitate*, *Optabile est Otium cum dignitate*, dicere solitus fuit. Unde profecto id abunde constat, posse aliquem *Otiosum* neque tamen iccirco mox omni dignitate destitutum esse. Ad manus est insignis locus ex *Suetonio* in *Cæsare Julio* cap. IV. *Cæterum composita seditione Civili, Cornelium Dolabellam Consularem & triumphalem Virum repetundarum postulavit: absolutoque Rhodum seccedere statuit & ad declinandam invidiam & ut per Otium ac requiem Apollonio Molonis, clarissimo tunc dicendi Magistro, operam daret*. *Otium* Cæsaris hoc esset, ut *Apollonio Molonis* operam daret. Apud Belgas ledigh zijn & sigh beledigen tot dit of dat werck/ promiscuo significatu dicitur. Item vacantie & vacantie. Sed illustremus etiam hanc *φράσιν* aliunde.

Sacerdotes in Templo occupati in mactandis, deglubendis, secandis offerendisque sacrificiis *otiosi* dubio procul non erant: Verumtamen secundum Legem *Otiosi* censebantur. Id vero constat ex Matt. XII. 5. *Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι καὶ ἀναίτιοί εἰσι*. *Aut an non legistis in Lege, quod Sabbato Sacerdotes in Templo Sabbatum profanent & inculpabiles sint?* Quænam hæc sunt opera, per quæ Sacerdotes a Christo dicuntur Sabbatum profanare? Dicat *Theophylactus*. *Ὁ νόμος ἐκώλυεν ἐν τῷ σαββάτῳ ἐργάζεσθαι. Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐν τῷ σαββάτῳ καὶ ξύλα ἔσχιζον καὶ πῦρ ἧπτον. ὥστε ἐβεβήλουν τὸ σάββατον, τουτέστιν, ἐμίαινον*. *Lex vetabat operari Sabbatho & tamen Sacerdotes Sabbatho scindebant ligna & ignem accendebant. Profanabant ergo Sabbatum, hoc est, polluebant*. Sed quomodo, an vere Sacerdotes Sabbatum *profanasse* aut polluisse censendi sunt? Minime vero. Neque enim convenit existimare, Sapientissimum Deum præcepta sibi maxime contraria dedisse. Quid ergo Christus sibi vult, quando Sacerdotes Sabbatum profanasse ait? Hoc scilicet, quod Sacerdotes id egerint Sabbato, quod si egisset alius, sane is Sabbatum profanasset. Ignem accendebant Sacerdotes, Ligna disponebant, animantes cedebant, plures etiam ac profestis diebus, eosque deglubebant purgabantque, neque tamen ideo mandatum divinum transgrediebantur. Hoc tamen agebant in Sanctuario, quod si extra Sanctuarium egisset alius, illi operi non destinatus, is certissime præceptum de septimi diei quiete violasset. Dicam itaque cum *Maimonide* & *Bartenora* Com. ad cap. V. *Pesachim*, אין שבות במקדש *Nullum in Sabbato esse otium*, notante *Outramo* de Sacrif. lib. I. cap. XVI. §. VII. Quomodo vero nullum in Sanctuario est *otium*? Ita putem, quod *otii* & *laboris* discrimen in Sanctuario nullum sit observatum, ita ut perpetua in Sanctuario laboris exercitio fuerit, si ad ministerii quotidiani opera attendas: perpetuum quoque *otium*, si in animum inducas, laborem illum omnem sacrum esse, unde nulla ad hominem, omnis ad Deum utilitas redundat. Commode id exprimitur in *Hierosolymitano Talmude* Cod. Schabbat. fol. XVII. I. עבודה שהיה שלם קדשים אין עבודה *Opus servile, quod fit in sacris non est servile*. Sic vertit *Ligtfootus*, qui locum hunc ad illustrandum Christi dictum produxit. *Opus* itaque, quod sacris rebus impenditur, tale non censetur, licet vel maxime operosum sit. Docuit id alio exemplo Christus in Evangelio *Johannis* cap. VII. 22. 23. *Ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως*. *Sabbato hominem circumciditis. Si circumcisionem homo accipit Sabbato, ut ne solvatur Lex Mosis, an mihi indignamini, quod totum hominem sanum fecerim Sabbatho*. Circumcisio operosa admodum erat, quippe ad quam plurium ministerium requirebatur. Facta tamen est Sabbatho & habita pro

non

non opere, quia opus sacrum erat ad Ecclesiæ necessitates pertinens. Qua de causa ratio apud me est concludendi, eos omnes, qui in sacris rebus occupantur & versantur, Hebræis habitos esse pro *Otiosis*, quod probandum susceperam. Accidit vero, ut eandem hanc veritatem alio etiam argumento munire possim. Vocabulum עצרה apud Hebræos dubio procul notat *abstinentiam ab opere*. Dictus ille dies est idcirco עצרה quo cœtus omni opere cessabat, & in unum cogebatur ad vacandum sacris. Constat hic significatus ex Lev. XXIII. 36. עצרת הוא כל מלאכת עבודה לא תעשו *Abstinentia* (continentia, cessatio) *est. Nullum opus ministerii* (nullum operis genus) *facietis*. Belg. Verbotsdag. Quia illo die vetitum est operari. Hanc vero vocem, quod scitu perutile est hoc loco, *Septuaginta Interpretes* duplici, sed diversissima voce expresserunt in sua versione, voce ἀργίας puto & θεραπείας. Prior *otium* notat, posterior *cultum*, ministerium, servitium. Quid ita? Quia, quod contendimus, sacris rebus deditum esse est *otiari*. Quia ipse *cultus divinus* otium infert ab humanis rebus, quibus omni die vulgus destinatum est. Mihi itaque si credas, hi sunt *Otiosi*, שנפרשים מעניני העולם ועומדים על הספר יומם ולילה *Qui separati sunt a negotiis & curis mundanis & libro legis inhærent interdiu & noctu*. Loquutio extat apud *Benjaminem* in *Itinerario* p. 6. Ἐν παρόδῳ observes, φράσιν עמר על הספר *stare super illo libro* (Legis) eandem esse cum *Pauli* illa 1. Cor. XV. 1. *Cæterum notum vobis facio fratres Evangelium, quod Evangelizavi vobis* ὃ καὶ παρελάβετε ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε, *quod & accepistis & in quo statis*. Repetamus dictum prius, *Otiosi* sunt, qui literis dant operam, העוסקים בתורה *occupati in Lege*. Aliud vis? *Otiosi sunt*, qui liberi sunt *a jugo regni & jugo viæ terræ*, hoc est, qui curis aliis, quam sacris, non sunt devoti. Locum innuo, qui est in *Pirke Avoth* cap. III. §. III. Ribbi Nechunja, Filius Hakkana dicit: כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ *Quicumque recipit super se jugum Legis, tollunt ab eo jugum Regni & jugum viæ terræ. Quicumque vero excutit a se jugum Legis, huic imponunt jugum regni & jugum viæ terræ*. Glossa id ita intelligit, quod qui literis devotus consecratusque est a עמל וטורח הפרנסה labore & molestia alimentum, quod ad sustentationem suam facit, procurandi, liber sit. Sed vero, ad quos pertinet hoc dictum? Ad Academiarum Rectores, Ecclesiarum Ministros, curatores sacrarum rerum puto, quos e publico vixisse constat. Hos igitur si *Otiosos* dixeris, nihil dixeris, quod a sententiis vel modis loquendi Veterum differat.

CAPUT XIV.

Comentarii Maimonidis *de* Decem Otiosis *ad sententiæ nostræ confirmationem producuntur, illustranturque. Cursim agitur de voce* צבור *phrasibusque* צרכי צבור & עסוק בצרכי צבור *atque ex iis nihil contra aliam quandam meam assertionem de* Collectoribus Eleemosynarum *concludi posse* ὡς ἐν παρόδῳ *demonstratur*.

His præmissis *Maimonidis* commentarium de novo excutiamus, quem pene unicum olim ad sententiæ *Ligtfootianæ* illustrationem adscripseramus, eumque a brevi explicatione, quam Vir Clarissimus ad eum dedit, liberemus. Brevi, inquam. Non ideo vero, quasi mentem suam satis in ea tradenda Vir Cl. non expressisset, sed hanc ob causam brevi, quia, cum ubivis locorum res minimi pretii, ad qualemcunque illustrationem propositorum probatorumque thematum productas, summa diligentia prosequitur expendit, refellit, si ita videtur, admodum prolixe & copiose, responsione tamen ad hoc argumentum, quod unicum pene tum urseramus, paucissimis verbis defungatur, vix paginæ columna comprehensis. Si propositum nobis non esset, uti est, a gravioribus in fratrem dictis in levissimæ hujus causæ agitatione nobis temperare, non deesset utique justa occasio infirmitatem mentis nostræ, ut ille frequenter fecit, subinde prodendi.

Sic itaque *Maimonides*, ante a nobis citatus, ut sententiæ nostræ Patronus Com. ad Sanhed. cap. I. Hal. VI. עשרה בטלנים של בית הכנסת: הם בני אדם שאין להם עסק אלא מלאכת שמים רוצה לומר לקרות בתורה וישיבת בבתי כנסיות *Decem Otiosi Synagogæ: Hi erant homines, qui operam studiumque suum omne ponebant in rebus divinis, hoc est, ut legerent Legem & ut sederent in Synagogis*. Adscribitur a Viro Cl. alius *Maimonidis* commentarius in hunc locum præsentem *Megillæ*, cum priore hoc testimonio a nobis adducto comparandus. הוא שיהיו בבית הכנסת עשרה בני אדם שלא תהיה להם שום מלאכה אלא עסקי צבור ותלמוד תורה וקביעותן בבית הכנסת

Fue-

Fuerunt in Synagoga decem homines, quibus nihil omnino operis erat, niſi ut incumberent neceſſitatibus Synagogæ & ſtudio Legis, quorum ſtatio fuit in Synagoga. Coincidit *Nathanis* in *Aruch*: בטלים ממלאכתם ועוסקים לצורכי צבור *Ceſſantes ab opere ſuo & incumbentes neceſſitatibus cœtus*. Hæc poſteriora verba *Ligtfootus* adoptavit. *Vocabantur hi* בטלנים Viri otii, ait, *qui non pro deſidibus atque Otioſis ſunt habendi*, בטלים ממלאכתם ועוסקים בצרכי צבור *Sed quibus* (utpote, qui rebus mundanis non perplexi fuerunt) *vacavit res Synagogæ curare atque incumbere ſtadio Legis*. Quando paulo ante Interpretum Talmudicorum ſententia de hujus vocis intellectu conſuluimus ac inter ſe comparavimus, hoc animus fuit oſtendere, quod *Maimonidis* commentarius ab eo *Iarchii* differret. Cum enim *Maimonides* nullam omnino mentionem facit *ſtipendii*, quæ in deſcriptione *Salomonis Iarchi* a V. Cl. accepta, omnem faciunt numerum, tum vero mentionem facit *ſtudii Legis*, (תלמוד תורה) *Lectionis Legis*, עסקי צבור *Procurationis negotiorum cœtus* (hoc etiam in commentario *Jarchii* ad *Bava Kama* reperitur) עסק במלאכת שמים *operæ locatæ in rebus cæleſtibus*, quæ plus videntut velle dicere, quam *Iarchii* verba ſignificaverant, imo quæ idem omnino videntur dicere, quod nos diximus, nimirum, *Decem Otioſos* decem homines Literatos fuiſſe, quibus cura rerum in Synagoga gerendarum, hoc eſt, Lectionis Legis, precum recitandarum, cæterorumque Synagogæ neceſſariorum negotiorum faciendorum demandata eſt. Quid enim ſibi volunt alias עסקי צבור *negotia cœtas*, צורכי צבור *neceſſitates cœtus*, תלמוד תורה *ſtudium Legis*, קרית התורה *Lectio Legis*, quæ totidem verbis *Otioſis* in deſcriptione *Maimonidis* attribuuntur? Si *Maimonides* id dicere voluiſſet, quod eum dictis ſuis nos volumus ſignificaſſe, id eſt, ſi dicere voluiſſet, *Decem Otioſos* fuiſſe decem homines, ſtudio Legis Divinæ conſecratos, rerum Synagogæ curandarum ergo, Lectionis ſcilicet legis, precum, cæterorumque officiorum, in Synagoga ſtatis temporibus præſentes præter quæ nos nihil dicimus, dic quibus vocibus aut terminis *Maimonides* id ipſum clarius expreſſiſſet? Quod ſi vero *Maimonidis* verba hunc ferre ſignificatum poſſint, quid illa extenuat Vir Cl. quando ad illa a nobis producta reſpondet? Neque enim aliud quid in ſua ad locum illum exceptione agit, quam ut eis tenuiſſimum affricet ſenſum. Legere in Lege, occupatum eſſe in ſtudio Legis, providiſſe negotiis Synagogæ, ipſi nihil eſt aliud, quam tempus ſuum in Synagoga fallere animi gratia aliquando Scripturam volvendo revolvendoque, legendo ac meditando. Omnino ſane major vis contextui *Maimonidis* ineſt. Cum enim per קרית התורה *Lectionem Legis*, ubi Synagogæ officia cenſentur, *publica Legis Lectio* intelligi conſueverit, cum תלמוד תורה *ſtudium Legis* apud Hebræos notare ſoleat *operam*, quam quilibet literis conſecratus legi diſcendæ ſolet adhibere, cum מלאכת שמים *rem omnem divinam & cæleſtem* notet, cujus cura ſtudioſis ac literatis hominibus demandatur, quid obſecro, tergiverſaris in præſenti *Maimonidis* loco idem intelligere, & ſi *Otioſorum* horum cauſa egere velis, digniſſimum illis otium attribuere ceſſas?

Sed vero plus etiam his dicere videtur velle, φράσις ab Interpretibus pene omnibus de *Otioſis* his uſurpata, ut ſupra viſum, עסוק בצרכי צבור *Occupatum eſſe in neceſſitatibus Cœtus* aut *Synagogæ*. Non veritus eſt eadem *Iarchius* uti. Et quid ſi is ipſe ad minimum Lectores publicos & Synagogæ Miniſtros ex his formatos voluerit? Profecto tantum abeſt, ut id cum noſtra hypotheſi pugnet, ut ne ipſa quidem *Iarchii* explicatio illi refragetur.

Vocabulum צבור συναγωγή, συλλογή, Hebræis poſterioribus in uſu fuit loco vocis עדה *congregationis*, ἐκκλησίας. Chaldæis כנישתא. Notat autem *univerſitatem populi*, ſive magnam ſive exiguam pro conſtitutione Civitatis. Opponitur autem τῷ יחיד *uni & ſingulari perſonæ*, ut ex *Maimonide* conſtat in *Menachoth* cap. I. ubi זבחי צבור *ſacrificia cœtus* & זבחי יחיד *ſacrificia unius* ſibi invicem opponit. Unde commode τὸ צבור verteris per *Civitatem*, *Rempublicam*. Poſteriore vero modo eleganter verſum inveni apud *Seldenum* lib. III. de Syned. cap. XII. §. IV. ubi de *Bello arbitrario* agit, non abſque agitato conſilio cum oraculo Pontificis inchoando. Oraculum autem id inter alios is quoque conſulere poſſe dicitur, למי שהצבור צריך לו *qui Reipublicæ nomine* ut Legatus conſulebat. Sic vertit *Seldenus*. Integra itaque Civitas, tota univerſitas Reipublicæ, ipſa Reſpublica dicitur צבור, ne quis putet, vocem hanc *Synagogam* ſignificare, ut vulgo vertitur. Notat equidem *Synagogam*, id eſt, cœtum, univerſitatem, ſic enim συναγωγὴ & ἐκκλησία apud Græcos accipitur, ſed neque *ædes Synagogæ*, neque

præ-

præcise cætum, in ædibus Synagogæ congregatum. Sed ita potius se res habet. Cætus idem Judæorum, qui Civitatem incolebat, Synagogam solebat frequentare. Civitatis & Ecclesiæ membrum esse res apud ipsos diversæ non fuerunt. Hinc Civitas universa censebatur esse צבור συναγωγή, & quæ in Synagoga promulgabantur statuta ad Civitatem universam pertinebant, quæ extra Synagogam inter eos Jurisdictio exercebatur, Synagogæ etiam membra obstringebat, neque tamen ideo Rectura Synagogæ & Civitatis commiscebatur.

Utile visum fuit hoc monere, cum quia vidimus vocem צבור subinde alio significatu accipi a Scriptoribus, tum vero maxime, quia animadverti Virum Clarissimum in progressu disputationis suæ contra me probaturum, *Diaconos* esse membra *Synagogæ*, hoc argumento, ut sibi videtur, validissimo uti, quia *Diaconi* pertinent ad צבור *Synagogam*: Dicuntur enim a cætu *constituti* על צורכי צבור *necessitatibus Synagogæ curandis*. Diss. II. §. XXIII. Quantam obsecro, speciem habet hæc probatio apud imperitos? qui cum *Synagogæ* heic vocem legunt, cum *Diaconos a cætu constitutos* legunt *ad negotia Synagogæ procuranda*, putant, se totidem verbis probatum legere, *Diaconos ad Synagogam pertinuisse*. Verum quam fallax, quam inanis hæc collectio est apud eos, qui quid sit צבור, quid צרכי צבור ex Hebræorum scriptis didicerunt. Si enim Lector mihi bona fide adseveranti credat, צבור æque significare *cætum*, qui in Civitate habitat, quam qui Synagogam frequentat, & צרכי צבור æque significare officia, quæ in Civitate, quam quæ in Synagoga præstanda sunt, an non eadem specie ex eadem voce contra Virum Clarissimum concluserim, *Diaconos esse membra Civitatis*? Atque ita sane res est, a nobis cum auxilio divino suo tempore probanda.

Viso, quid sit צבור, haud difficile erit intelligere, צרכי צבור frequentissimam ῥητῶς in Scriptis *Maimonidis* & aliorum, significare *officia*, & *munia* quælibet, quæ alicui nomine Civitatis in commodum publicæ rei imponuntur. Alias exprimitur per צרכי רבים Locum desumamus ex *Orach Chaiim* cap. LXX. §. IV. היה עוסק בצרכי רבים והגיע זמן ק״ש לא יפסוק בלא ינמור עסקיהם ויקרא אם נשאר עת לקרות *si quis in negotiis universitatis occupatus fuerit & tempus recitandi Pericopam Audi Israel appropinquaverit non abrumpat ideo negotia eorum, quin potius ea perficiat, legat vero, si tempus legendi superfuerit*. Qui igitur in publico munere occupatus erat, quod absque incommodo rei publicæ intermitti non poterat, is erat פטור מק״ש solutus a Lectione Pericopæ: Audi Israel. Quod vero dicitur, עסוק בצרכי צבור vel בצרכי רבים occupatum esse in necessitatibus cætus curandis, hoc nihil aliud est, quam commodis publicæ rei valde intentum esse & summa fide & diligentia munus tibi commissum explere.

Ex hac expositione nostra facili negotio collegeris, quinam illi sint sive in Civitate sive in Synagoga Viri, qui dicuntur עוסקים בצרכי צבור *occupati in negotiis cætus*. Illi scilicet, quibus cura publicæ rei concredita & commissa est: Judices, Magistratus & Diaconi in Civitate, Doctores in Academia, Seniores & Ministri Synagogæ in Synagogis. *Obadias Bartenora* ad tit. *Joma* cap. VII. de משוח מלחמה *Sacerdote belli causa uncto* ait, שצורך צבור בו *quod necessitas cætus ipsi incumbat*. *R. Benjaminem Tudelensem* ante audivimus, describentem *Judices* Bagdadenses, ita concludere. הם הנקראים בטלנים שאין מתעסקים בדבר אחר אלא בצרכי צבור *Hi otiosi dicuntur, quia nulli alii incumbunt rei, quam necessitatibus Synagogæ perficiendis*. De *Ministro Synagogæ Elias Levita* in Tisbi, eodem modo. ונקרא גם כן חזן לפי שהוא צריך לראות מה הם צורכי הצבור *Vocatur vero Inspector, quia ipsi incumbit prospicere, quænam Synagogæ necessaria sunt*. De *Diaconis* locus sufficere potest a V. Cl. allegatus ex *Orach Chaiim* Tit. LIII. §. XXVI. קהל שנהגו למנות אנשים על צורכי הצבור בין לחזן בין לקופה של צדקה בין לשאר מנויים הצריכים לצבור וגו׳ *Quando cætus quosdam solet negotiis publicis* (necessariis Universitatis) *præficere -- sive Synagogæ Ministrum, sive Administratores cistæ* (Diaconos) *constituat sive cætera etiam munia in commodum rei publicæ distribuat &c.*

Apparet, opinor, ex testimoniis his paucissimis, quinam illi sint, qui apud Hebræos dicuntur עוסקים בצורכי צבור *intenti necessariis Reipublicæ agendis*, Judices, Magistratus, Doctores, Ministri Synagogæ, Curatores pauperum, cæterique omnes, quibus cura publicæ rei quodammodo commissa erat. De officiis cæteris vilioribus an usurpatum legerim unquam hac hora non memini. Quid vero? An si hæc æquo animo expendas, dicere poteris, *homines decem* segnes atque *Otiosos*, qui ex Viri Clarissimi sententia nihil omnino rerum egerunt,

runt, nihil agere debuerunt, in Synagogæ ædibus conclusos *valde intentos fuisse* לצורכי צבור *necessariis Reipublicæ?* aut si mavis *Ecclesiæ?* Sane si nihil omnino rerum præstare & pro lubitu suo otiari, sit publicæ rei commoda summa deligentia curare, ne credo ubivis locorum nostra etiam cum in Republica tum in Ecclesia plurimos homines futuros esse, qui commoda Reipublicæ nostræ nolentes atque inviti promovent. Explesse tamen Synagogæ munia Vir Clarissimus regeret. Quomodo vero, an pro universa Synagoga orarunt, vel an aliquid egerunt aliud loco Ecclesiæ, quod universæ alias Ecclesiæ præstandum incubuisset? Hoc dicturum fuisse V. Cl. opinabar, sed vero id dicere noluit, postquam animadvertit, me hos *decem Otiosos* cum *Israelitis stationariis* comparasse, qui quondam in Templo locum & officia Israelitarum expleverunt ex Hebræorum Autorum traditione. Quid ergo? Eum in finem in Synagoga stato precum tempore otiosi horas suas numerarunt, ut si quis citius tardiusve accederet, is frustra Synagogam non accesserit. Si vero alicui hoc fuerit עסוק בצורכי צבור *intente curare negotia Reipublicæ* aut *Ecclesiæ*, patiar lubens, ut id *otio* tribuat & *ignaviæ*, quod ego curæ, diligentiæ & labori tribuo.

Sed quo tandem disputationis hujus modus ac terminus a me ponatur, concludam hanc meæ sententiæ probationem insigni admodum testimonio *Rabi Gamalielis*, quod reservatum nobis est in *Pirke Avoth* cap. II. §. II. יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון וכל תורה שאין עמה מלאכה סופה בטלה וגוררת עון: *Pulcrum est studium legis cum artificio aliquo adjuncto, nam labor utriusque oblivisci facit peccati. Omne quoque studium Legis, cui non est adjunctum aliquod exercitium, tandem dissipatur* (in vanum abit) *& trahit secum iniquitatem*. Siccine vero R. Gamaliel? Sed quo tu pacto toleres *decem* homines in Synagoga Otiosos, nihil rerum agentes, quibus operari omnino nefas sit? Si lubitum est Viro Clarissimo plus otii vel potius operæ horum Otiosorum ignaviæ vindicandæ dare, conferat deinceps cogitationes suas cum hoc Gamaliele, summæ existimationis apud gentem suam Viro, tentetque ipsi prius satisfacere. Quod si vero id tentaverit frustra, ne moleste amplius habeat, me hominem Christianum, qui omni ævo meo plus labori quam otio dedi, quique turpe & segne otium rem omni mortali indignissimam esse puto, R. Gamalielis, sapientis Viri, sententiæ potius quam suæ subscribere. Huic vero effato *Gamalielis* adjice optumum *Maimonidis* dictum, quod extat in Codice *Mattanoth Aniim* c. X. §. XVIII. לעולם ירחוק אדם עצמו ויתגלגל בצער ועל יצטרך לבריות ואל ישליך עצמו על הצבור וכן צוו חכמים ואמרו עשה שבתך חול ואל תצטרך לבריות ואפילו היה חכם ומכובד והעני יעסוק באומנות ואפילו באומנות מנוולות ולא יצטרך לבריות מוטב לפשוט עור בהמות נבלות ולא יאמר אדם רבה גדול אני כהן אני פרנסוני Cl. Prideaux. *Perpetuo quisque semet ipsum ad angustam vivendi rationem rediget & difficultatibus involvet, ne opus habeat subsidio a creaturis & se projiciat in Ecclesiam*. (pro alimento) *Sic enim præcipiunt sapientes & dicunt, fac Sabbatum tuum, ut diem profanum* (ne vive lautius Sabbato, quam diebus profestis) *ne opus habeas subsidio a creaturis. Et licet aliquis sit vir sapiens & honoratus, si tamen pauper sit factus, operam dabit alicui arti manuariæ, etiamsi eo indignæ, ne opus habeat subsidio a creaturis. Præstat enim excoriare cadavera bestiarum, quam ut dicat populo: Ego sum sapiens primarius, vel ego sum sacerdos, quæso alatis me*. Duo existimem in hac insigni *Maimonidis* testatione conclusa esse, quæ ad præsens nostrum institutum pertinent. *Primum* est, quod Veteres Hebræi ægerrime tulerint homines *Otiosos*, qui rerum nihil agentes vitam suam turpi ignavia desidiaque transegerunt, quod *Maimonides* in contextu sequente clarius etiam his verbis observatione dignissimis exprimit: גדולי החכמים היו מהם חוטבי עצים ונושאי הקורות ושואבי מים לגנות ועושים הברזל והפחמים ולא שאלו מן הצבור ולא קבלו מהם כשנתנו להם: *Fuerunt enim e sapientibus primariis, qui findebant ligna & portabant trabes & hauriebant aquas ad irrigandos hortos, & fabricabant ferrum & faciebant carbones & nihil petierunt ab Ecclesia* (e publico ærario Collectorum Eleemosynæ) *neque acceperunt quicquam, quando iis aliquid volebant dare*. Asserit *Maimonides*, quod veterum institutis valde consentaneum est, ex priscis Sapientibus adeo nullum tenuioris fortunæ Virum fuisse *otiosum*, ut artes, vitæ sustentandæ necessarias, neglexerit omnes. Laborasse eos ait, quantum poterant, neque minus, ac alii, vitæ suæ necessitatibus prospexisse. *Secundum*, quod rarissimi apud Veteres illi fuerint homines, qui ex publico, quodcunque id tandem fuerit ærarium, vixerunt. Profecto, quando res in no-

ſtris Rebuspublicis ita videmus ordinatas, ut plurimi ex publico alantur homines (hoc enim apud *Maimonidem* eſt השליך עצמו על צבור *ſe ipſum projicere* ſuper *Eccleſia* aut *Civitate*, etſi ille potiſſimum de *eleemoſynis* agat) non eſt, quod nobis imaginemur, idem in priſca Hebræorum Republica florente obtinuiſſe. Tributa, quæ in commodum Civitatis ſolvebantur, (liceat enim ſic diſtinguere, ne quis de iis, quæ aut Deo aut Regi cedebant, me loqui opinetur) exigua erant admodum, neque tanto hominum numero alendo, quantus apud nos de publico vivit, ſufficiebant. Si Deo placet, alibi de eo agemus accuratius. Ad id unicum animum tuum nunc advertas velim, quam hæc duo inſigniter conveniant, dicam pugnent, cum hypotheſi *Jarchii* de *Decem Otioſis*. Quod ſi enim longe maximum vitium hoc habitum ſit Veteribus Hebræis, nihil agere, quando agendi occaſio eſt: quod ſi inſuper rariſſimos aluerint in Civitate ſtipendiarios (erat enim hæc קופה *Ciſta Eleemoſynaria* Civitatis, quæ de ea poterat pro arbitrio ad ſuſtentationem bene meritorum atque in commodum quodcunque aliud publicæ rei diſponere, ut apud *Maimonidem* eſt Codice eodem cap. IX. §. VII.) perpende apud mentem tuam, an credere liceat, Veteres Hebræos in Civitatibus, ſæpe centum & viginti incolas vix comprehendentibus, ejuſmodi *decem* aluiſſe *Otioſos*, quibus cum daretur aliquid agendi facultas, nihil tamen agendo ſtatutum fuit bonas ſuas horas perdere.

Sed agedum, Lector Optume, videamus amplius, quid *Ligtfootus* egerit, quidque ego egerim, quo *horum Otioſorum* ſuave *Otium turbavimus*, cujus criminis reos nos poſtulat Vir Clariſſimus.

CAPUT XV.

Plurimis iiſque idoneis evincitur teſtimoniis, Collectores Eleemoſynarum, *florente Republica Judaica*, *membra fuiſſe* Civitatis, *non* Synagogæ, *quod nuper incaute negatum eſt. Objectiones alibi in contrarium prolatæ ſolvuntur. Clariſſ.* Ligtfooti *ſententia de* Decem Otioſis *inſuper vindicatur a conſequentiis ineptis, illi nuper imputatis.*

PRæſtantiſſimus *Ligtfootus* hoc poſito principio, quod *decem Otioſi* apud Hebræos ſint homines *literati*, Synagogæ neceſſitatibus curandis intenti, quod nos non dubitamus amplecti, progreditur ulterius, tentatque ſpecialius enumerare hujus ſocietatis membra, dignitateſque eorum ſingulis in Synagoga attributas. Conſtituit eum in finem *tres Archiſynagogos*, dictos in Hebræorum ſcriptis ב״ד של שלשה *Synedrium triumvirale*. *Miniſtrum* Synagogæ, חזן vel שליח צבור dictum. *Tres Diaconos*. *Interpretem Legis in Synagoga*. Nonum & decimum fuiſſe *Scholarcham Theologicum* cum ſuo *Interprete* conjectura ſolum aſſequitur.

Enumeratio harum partium abſque ulla Veterum Autoritate facta nobis diſplicuit, licet poſt *Ligtfootum* aliis Doctiſſimis Viris placuiſſe intellexiſſemus. Putavimus *tres Synedrii Minoris Aſſeſſores* a Synagogæ Rectoribus valde eſſe diſtinctos. *Diaconos* fuiſſe membra totius Univerſitatis, non Synagogæ. *Rectorem atque Interpretem* Academiæ nihil ad Synagogam attinere, adeo ut ſolus reſtaret *Miniſter Synagogæ* cum *Interprete ſuo*, quæ munia non ſemper diverſis ſed uni ſæpe homini attributa eſſe jecimus.

Conſentit nobiſcum in eo Vir Clariſſimus, quod partes hæ a *Ligtfooto* enumeratæ *decem Otioſos* non conſtituerint. Heic itaque nihil habuit, quod ulla ſpecie poſſet reprehendere, quod tamen præcipuum rei erat caput. Propoſitum nihilominus maxime ſerium erat mihi contredicere, ideoque rationes meas adortus eſt, quas ad refutandum *Ligtfooti* ſententiam in medium produxeram. Quaſi vero ita infelix diſputator eſſem, ut, ubi bonam cauſam elegeram, eamque agere intenderam, argumentis tamen omnino falſis ac inutilibus ad eam eligendam commotus, ac defendendam fuiſſem uſus. Adeo enim pulcram rem eſſe putavit omnia poſſe dicta mea refellere, ut nullum pene relinquere voluerit intactum, quod ad hanc litem & contentionem pertinet. Sed hoc ipſum erat, quod licet mihi moleſtiſſimum eſſet, cauſæ tamen meæ plus prodeſſe quam nocere intelligebam. Ut ut enim in eo mihi minime placeam, quod ſemper quæſitam veritatem a me apprehendi exiſtimem, quippe qui plurimis exemplis edoctus ſim nihil æque homini naturale eſſe quam ſæpe in notiſſimis etiam rebus fallere ac falli, non putabam tamen vel me ipſum vel alios rationem habituros hoc de me præſumendi malum, me ubivis locorum in cujuſque rei aſſeveratione alios decipere, & quod magis eſt, in adſtruendo principio veritatis, feliciter electo, ubique tamen locorum infeliciſſime occupatum eſſe. Si quis tamen hominum ſit, qui eam de

me

me opinionem concepit, hunc tandem nullis occupatum præjudiciis lectionem thesium, a Viro Clarissimo hoc consilio adornatarum, aggredi posse reor. Verum si quis paulo de me benignius judicium formaverit, hoc est me hic illic pro humanitatis more hallucinari, alibi tamen rursus, ubi oculos aperui & debitam deligentiam adhibui, veritatem consequi, is simul persuasus sit oportet, nec ea æquitate, qua par erat, sed nec prudentia, se digna, commissionem hanc a Viro Clarissimo iniri. Sic profecto sentio, hunc ipsum, ut humanitatis sunt fata, sæpe gravissime errare, qui alium ubique errare animum suum inducit ut credat, vel persuadere aliis conatur. Fidem dictis faciam, Lector, hoc capite, & probabo, Virum Clarissimum, cui nuper diliciæ fuerunt dogmata quædam nostra censere, *nimio contradicendi studio* eo fuisse actum, ut cum iniqui in nos animi tum *insignis rerum ignorantiæ* (verba ipsi reddimus sua) luculenta dederit specimina.

In enumeratione *Ligtfootianæ* societatis *Otiosorum* duo erant potissimum, quæ reprehendebam, cæteris ad sequentem tractationem remissis. *Primum* erat, quod *Scholarcham*, sive Rectorem Academiæ cum *Interprete* ad hanc *Otiosorum* societatem referret. *Secundum*, quod נבאי צדקה ᾽ὶ Diaconos eo etiam pertinere argueret. Ratio negati hujus utriusque asserti *Ligtfootiani* una erat & clara, quia οἱ בטלנים in *Hebræorum scriptis* attribuuntur בית הכנסת *Synagogæ domui*, utpote in qua commodis cætus debebant invigilare suisque muniis defungi. Quod vero ad Academiæ *Rectorem* attinet ejusdemque Rectoris *Interpretum*, illos dicebam ad בית מדרש *Academiam* potius quam *Synagogam* referendos esse, ideoque numero *Otiosorum* includi non posse. *Diaconos* vero *Civitatis* esse membra, non *Synagogæ*. Dictum a me verissime est & statutis Hebræorum convenientissime. Quid carpat Vir Clariss. nunc, sis, videamus.

Ad prius ita: *Argumentum sane sic satis solidum, & a nobis quoque supra usurpatum, si recte intelligatur & dextre adhibeatur. Quod ut hic factum sit equidem vehementer vereor. Nam quod Professori Academico nullæ in Synagoga partes conceduntur, id præter ejus meritum sit & contra consuetudines Hebræorum. Etenim quid causæ dici fingique possit, cur Rector Academiæ non simul etiam queat esse Archisynagogus?* Sic pergit evincitque paucis subjectis, posse *Rectorem Academiæ esse Archisynagogum*.

Sed quid agis, Vir Optume? Egone negavi unquam, *Rectorem Academiæ posse esse Archisynagogum*? Hoc scilicet a te magno cum apparatu discam, cum id ipse in *Archisynagogo* meo inculcaverim? Sic scripsi cap. XVII. *Ego vero facile mihi imaginor eosdem Synagogæ Presbyteros in Captivitate sæpenumero extitisse Academiarum & Scholarum Rectores, qui jus dicendum publice docuerint*. Nonne vero hoc idem illud est, quod tu ut rem incertam, minime cognitam, magno conatu probandum sumis, Lectori tuo hoc præjudicium insinuans, quasi ego consuetudinem notissimam, hoc tempore fortassis in plerisque Judæorum Synagogis usitatam, negarem? Sed vin' scire, Vir Clarissime, quid negem? Hanc consecutionem tuam nego, quod si Academiæ Rector possit esse Archisynagogus, quod, inquam, inde concludi possit, Rectores Academiæ referendos esse ad Syuagogam & Synagogæ membris annumerandos. Si hoc satis non percipias, mentem meam Tibi declarabo hoc exemplo. *Consules* apud nos designantur *Presbyteri* Ecclesiæ. Tu vero nonne rideres concludentem? Ergo Consules ad Collegium Presbyterorum pertinent. Dabo aliud ex Hebræorum moribus. Academiarum Rectores sæpe solent esse דיינין *Judices*. Quid inde? Ergo hinc tuto concludas, Academiæ Rectores ad Synedria pertinere sive Collegii Judicum membra esse? Atque ita tu meam responsionem torques. Si ita mihi placeret esse prolixo, ac tu es, Vir Clarissime, opere nullius esset Lectorem heic per tres quatuorve paginas detinere & imbecillitate consequentiæ, quam contra me nectis, prolixius monstrata de tua in me iniquitate conqueri. Verum cum existimo Lectorem meum ex dictis brevissimis probe percipere, quid agas, tum vero nobilorem disputationem te ducente aggredi animus meus gestit.

Scilicet negasti μετὰ πολλῆς παῤῥησίας *Collectores Eleemosynarum*, quod ego asserueram ὡς ἐν παρόδῳ data occasione in *Libro de Synagogæ Ministris* probandum *ad Civitatem pertinere*, ac in hac disputatione quando es occupatus, pro solita tua humanitate & modestia *parum te solicitum esse ais de eo*, quod a me aliquando per Divinam benignitatem ad hoc argumentum erit proferendum. Sed fieri potest, ut nimiam hanc securitatem tibi excutiam, & quod ignorasti hactenus aut ignorare voluisti, te, vel potius Lectorem meum, si id hactenus

nus exploratum ipsi non fuerit, doceam.

Maimonidis hæc est minime ambigua sententia c. IX. I. Cod. *Hilcoth Anim*. כל עיר שיש בה ישראל חייבים להעמיד מהם גבאי צדקה אנשים ידועים ונאמנים שיהיו מחזרים על העם מערב שבת לערב שבת לוקחים מכל אחד ואחד מה שהוא ראוי ליתן ודבר הקצוב עליו והם מחלקים המעות מערב שבת לערב שבת ונותנין לכל עני ועני מזונות המספיקין לשבעה ימים וזו היא הנקרא קופה: *Omnis Civitas, in qua sunt Israelitæ, tenetur constituere ex incolis suis Collectores Eleemosynarum, homines notos & fideles, qui circumeunt populum a vespera Sabbati usque ad vesperam Sabbathi, ab unoquoque accipientes tantum, quantum ei convenit, quantumque ipsi impositum est. Illi vero distribuunt pecuniam quaque vespera Sabbathi, ac dant singulis pauperibus alimenta, quæ sufficiunt septem diebus, atque hoc vocatur* קופה *Cista Eleemosynaria*. Apparet ex hoc testimonio *Maimonidis* luculentissimo, illum constitutionem *Collectorum Eleemosynæ* adscribere *Civitati*: quod ante quam declaremus, oportet scire non aliter *Maimonidem* in omni sua de his rebus tractatione loqui. Ita *Curatores Eleemosynarum* vel potius summum Civitatis Magistratum, quibus facultatem adscribit de *Eleemosynis* his collectis pro arbitrio suo disponendi, vocat אנשי העיר *Viros Civitatis* cap. VIII. §. XI. *Civitatis* inquam Viros, non בית הכנסת *Synagogæ*. Eadem ratione *Pauperes*, qui sustentantur, dicuntur עניי עיר *Pauperes Civitatis*, qui scilicet ut *Civitatis membra* in sustentatione hac considerandi sunt. cap. VII. §. XIII. Loca non necesse est omnia transcribere, quia *Tractaeum* hunc *Maimonidis* versum dedit Clarissimus *Prideauxius*. Sed quod observationem summam meretur, ipsi hi *Collectores Eleemosynarum* nuncupantur גבאי העיר *Collectores Civitatis*. Locus est in *Jore Dea* cap. CCLVII. §. VIII. עני שיש לו קרובים עשירים שיכולים לפרנסו אין גבאי העיר חייבים לפרנסו אף על גב דקרוביו גם כן נותנים בכיס *si cui pauperi sint proximi sanguine divites, qui illi sustentando pares sunt, hunc non tenentur Collectores urbis illius alere; licet ipsi hi propinqui ejus in loculum pro facultate sua contribuant*. Eccur non vocantur גבאי בית הכנסת *Collectores Synagogæ*, eccur, inquam, גבאי עיר *Collectores Urbis*, si hi *Eleemosynarum Collectores* pertinent ad *Synagogam*, non ad *Civitatem*? Sed videamus, antequam alia argumenta producimus, quid vocabulum עיר *Civitas* his in locis significet.

Omnis *illa universitas* Judæorum, quæ *urbem* aut *pagum* incolit, vocatur עיר *Civitas*, quicunque illius membra sunt, dicuntur בני העיר *Filii Civitatis*. Hinc עיר גדולה *Civitas magna* universitatem significat majorem centum & viginti hominum. Si quæ sit minor numero communio, ea tamen non amittit nomen עיר *Civitatis*. Infra id videbitur, si Deo placet, ubi in discrimen Oppidorum, Civitatum Majorum Pagorumque sumus inquisituri & ex Hebræorum monumentis demonstraturi, *pagos* ita dictos in capite *Megillæ* Synagogas non habuisse. Hoc tantum adjiciamus, nullam heic significationis hujus generalis vocis עיר limitationem aut restrictionem esse, sive universitas Judæorum aliqua incolat urbem suæ regionis Canaan, ubi imperium iis reliquum est, sive aliam quamque urbem extra Patriam suam, ut hodie Amstelodamum, Francofurtum, &c. ubi rerum non potiuntur, utrobique tamen ex æquo dicitur עיר *Civitas*, Universitas, quod apud nos secus fieret.

Eadem vero עיר *Civitas*, רבים *Universitas*, vocatur ab ipsis צבור ἐκκλησία, συναγωγὴ *Synagoga*, *Ecclesia*. Ratio hæc est unica, quia *Ecclesia* a *Civitate* apud ipsos distincta non est. Quandoquidem enim apud nos Reipublicæ aut urbis membrum esse, aliud quid est, quam Ecclesiæ membrum esse, hæc sane apud Judæos neque unquam distincta fuerunt, neque nunc distincta sunt. Florente Republica sua nullus in civitatem urbis fuit adscriptus, nisi Judæus, aut qui Judaicæ Religioni initiatus fuit gentilis. Secus ac apud nos consuetudo obtinet. Nullus apud ipsos excommunicatus fuit Ecclesiæ, cujus nomen ex albo Civium erasum simul non est. Certum igitur teneamus, צבור idem esse, quod עיר, ac in Hebræorum Scriptis tantundem valere.

Hinc procedit, quod omnis Magistratus, qui *Civitatis* est, itidem sit Magistratus *Ecclesiæ*, qui Judices Civitatis, iidem illi Judices in Ecclesia ac controversiarum Theologicarum Decisores. Magistratus quilibet apud eos dicitur שררה על צבור *imperium in Ecclesiam*. Cape de *Judicibus*, qui ad *Synagogam* minime pertinent, exemplum ex *Choschen Hammispath* c. VIII. §. IV. אסור לדיין להתנהג בשררה ונסות על הצבור אלא בענוה ויראה *Vetitum Judici est fastui atque imperio in Synagogam exercendo se assuefacere, sed potius mansuetudini & timori*. Synagoga (צבור) hic idem est, quod עיר Civitas. Pertinent itaque *Judices* ad *Civitatem* & ad *Ecclesiam*.

Tunc

Tunc vero hinc tibi videris posse colligere, *Judices membra esse Synagogæ?* Minime vero. Sed ais, Judices judicium dicunt בצבור in *Synagogam?* Ita sane se res habet neque tamen Synagogæ membra sunt. Hoc conciliare ignoravit Vir Clarissimus, qui tamen videri vult mores Reipublicæ Judaicæ bene percepisse. Dicamus igitur, quod res est. Quando nos asserimus aliquem membrum esse *Synagogæ*, quando item negavimus, *Diaconos*, ita nobis dictos, membra fuisse *Synagogæ*, hoc intelligimus, quod ille, quem vel asserimus vel negamus Synagogæ membrum esse, tali officio functus sit, quod ad בית הכנסת *Ædes Synagogæ sacras pertinet*. צבור & עיר *Synagoga* & *Civitas* apud Judæos non fuerunt distincta, sed בית הכנסת & בית דין *Domus Synagogæ* & *Curia*. Qui in ipsis Synagogæ ædibus officium administravit, qualia erant, curare, ut in ædibus Synagogæ omnia rite & decore administrarentur, quod *Archisynagogorum* erat, Legem legere, quod *Lectorum*, ad Lectionem attendere, quod *Chazanitarum* sive *Synagogæ Ministrorum*, Interpretari, quod *Interpretum*, is mihi dicitur *membrum Synagogæ*, hoc est, *ædium Synagogæ*, qui vero extra Synagogam vel extra Synagogæ ædes suis fruitur rebus, suoque fungitur munere, quales sunt Judices Rectores Academiæ, cæteri Magistratus a Judicibus aut curia dependentes, hi mihi dicuntur pertinere ad *Civitatem*. His positis aio, *Collectores Eleemosynarum* pertinere ad *Civitatem*, sive ad *Curiam*, non vero ad *Ædes Synagogæ*, atque ex insigni rerum ignorantia nuper peccasse, qui id negavit. Productum a nobis luculentissimum nunc est argumentum ex eo, quod גבאי צדקה perpetuo in Hebræorum Scriptis referantur ad עיר *totam universitatem Civitatis*, non ad בית הכנסת *Synagogæ Ædes*. Sed addemus huic argumento alia, quæ probationem priorem valide adstringent.

Id utique munus ad *Civitatem* referendum est, quod a *Synedrio* Civitatis dependet ac ab eo instituitur in commodum universæ multitudinis. Atqui ita se res habuit cum *Collectoribus Eleemosynarum*. Intellige dictum Præstantissimi *Prideauxii*. Not. ad cap. IX. *Maimonidis*. §. IV. *Non statutum fuit, quantum unusquisque daret Catino, atque ideo tres Collectores constituti sunt, qui judicum autoritatem habentes inter colligendum judicarent, an unusquisque daret juxta facultates suas. Eleemosyna autem Cistæ, cum res certa esset, ut pote a Synedrio Civitatis imposita, non collecta fuit per plures, quam quorum curæ erat committenda*. Sic omnino se res habet, ut *Clarissimus Prideauxius* scribit. *Collectio Eleemosynarum* imponebatur certis in Civitate Judæorum notæ fidei viris a *Synedrio*. Sed probandum id est directius ipsis verbis *Maimonidis*, qui *Synedrium Eleemosynarum curam habuisse* affirmabit. Sic omnino scribit cap. VII. Tractatus supra expressi §. X. מי שאינו רוצה ליתן צדקה או שיתן מעט הםה שראוי לו בית דין כופין אותו ומכין אותו מכת מרדות עד שיתן מה שאמרוהו ליתן וגו׳: *Si quis sit, qui non vult dare Eleemosynas, vel minus dat, quam par est, Synedrium coget eum, cædetque verberibus rebellionis, donec det, quantum ab eo dandum judicant*, &c. Constat rem hanc universam ad curam & ordinationem *Synedrii* Civitatis omnino pertinuisse, quod unicuique Civi tantum imposuit dare, quantum illius conditio ferebat. Sic sane *Maimonides* cap. IX. §. I. quod *Collectores Eleemosynarum* לוקחין מכל אחד ואחד מה שהוא רטוי ליתן ודבר הקצוב עליו *accipiant a singulis, quod iis convenit dare, quodque iis impositum est*. Quid hoc? *Cl. Prideauxius*. *Scilicet a Synedrio*. Pertinebat itaque omne hoc negotium ad *Synedrium Civitatis*, hoc est, *Collectores Eleemosynæ* membra habebantur *Civitatis*, non *Synagogæ*.

Atque huc etiam pertinet, quod *Collegium Collectorum Eleemosynæ trium* comparetur cum *Synedrio Triumvirali*. Apud *Maimonidem* locus est eodem cap. §. V. קופה אינה מחלקת אלא בשלושה מפני שהיא כדיני ממונות שנותנים לכל אחד די מחסורו לשבת *Pecunia collecta non distribuitur, nisi per tres, quoniam hoc est instar Judicii Pecuniarii, singulis enim dant, quantum iis in septimanam sufficit*. Collectores itaque *Eleemosynarum* comparantur cum *Synedrio triumvirali*. Quorsum vero, si nos eo non doceamur, Civitatis hanc societatem esse non Synagogæ?

Hinc itidem profectum est, quod tempore Captivitatis vel dispersionis, quale hoc est, *Rectori Academiæ* concesserint jus Eleemosynas distribuendi §. VII. ואם היה במדינה חכם גדול שהכל נוכין על דעתו והוא יחלק לעניים כפי מה שיראה הרי זה רשאי לשנותן לכל מה שיראה לו מצרכי צבור Prid. *Si sit Doctor celebris in Civitate, in cujus arbitrium omnes colligunt, ita ut ipse distribuat pauperibus juxta quod ei videbitur, ecce ille jus habet commutare eas pro quacunque re, quæ illi videbitur Ecclesiæ*

clesiæ (Civitati צבור, publicæ rei) *esse necessaria*. Qui hic חכם גדול dicitur, alias a *Maimonide* & Ritualium Autoribus vocatur רב Magister, διδάσκαλος, תלמיד חכם *Vir Doctus*, σοφὸς, חבר *Socius*. Atque hic idem Rector Scholæ erat, ubi nulli in Civitate sapientia & eruditione ipso erant superiores. Sed idem quoque *Judex*, quod in *Rectoribus* Academiarum in Captivitate familiarissimum. Hæc vero ratio est, quod distributio Eleemosynarum ipsi fuerit commissa. Etenim quoniam *Eleemosynarum* collectionis & distributionis legitimæ cura rebus Judæorum integris a Synedrio Civitatis dependebat, hinc factum, ut sapienti Doctori, qui juris in Civitate unus peritus habebatur ac Synedrium quodcunque Civitatis repræsentabat, facultas concessa sit pro publicæ rei utilitate de Eleemosynis ad placitum suum disponendi.

Præter hæc animum ad id advertere oportet, quod *Collectores Catini tres* ad idem corpus pertineant, ad quod *Collectores Cistæ*. Hoc ex *Maimonide* constat cap. IX. §. II. וכן מעמידין נבאין שלוקחין בכל יום ויום וכל חצר וחצר וגו׳ *Eodem modo* (loquutus fuerat de *Collectoribus Cistæ* in Civitate constituendis) *constituunt Collectores*, *qui accipiunt unoquoque dio a quaque domo* &c. Hinc processit, quod קופה & תמחוי *Cistæ* & *Scutellæ* aut *Catini Eleemosynæ* inter se possint permutari, si hoc Synedrio videretur commodum bonumque factum. Jore Dea cap. CCLVI. §. IV. רשאים בני העיר לעשות קופה תמחוי ותמחוי קופה ולשנותן לכל מה שירצו לצרכי צבור *Facultatem habent incolæ Civitatis convertere Eleemosynas Cistæ in Eleemosynas Catini & Catini in Cistæ*, *easque impendere iis rebus omnibus*, *quas ad publicæ rei commodum pertinere judicabunt*. Haut puto vero, ullum mortalem ita ineptum fore, ut statuat, *Collectores Catini* apud Hebræos Veteres pertinuisse ad Synagogæ ædes. Constat eos membra fuisse *Civitatis*, neque cum *Synagoga* quicquam habuisse commune. Sed vero *Collectores Cistæ*, de quibus nostra disputatio est, ad idem referuntur corpus, ad quod *Collectores Catini*. Quid vero hinc aliud sequitur, quam *Collectores Cistæ* in Civitate suis functos fuisse officiis, non autem in Synagogis? Oportet tamen, ut paulo id clarius adhuc exponamus, ne quis ex collatione nostrarum consuetudinum cum iis Veteris Reipublicæ Judaicæ imprudenti instituta, heic errandi occasionem capessat.

In Civitatibus Patriæ nostræ duplex est *Collectorum Eleemosynæ* genus. Prioris illi sunt, qui in Templis loculis instructi circumeunt singulos atque in usum & commodum pauperum Ecclesiæ Eleemosynas petunt. Hi *Diaconi* dicuntur. Belg. Diakens. Versorgers der Armen. Posterioris, qui calendi (spatium temporis contrahitur extenditurque pro arbitrio Magistratur) singulis ipsas Civium ædes per urbem circumeunt, & in scutella Eleemosynas a Civibus omnibus colligunt. Vocantur a vulgo: Arme-Voogden. Differunt hi multifariam. Qui prioris speciei sunt Eleemosynarum Collectores constituuntur a Presbyterio Ecclesiæ, posterioris autem a Magistratu Civitatis. Illi in Templis Eleemosynas colligunt: Hi ad ostia Civium. Illi ab iis unice petunt, qui in Templo præsentes adsunt: Hi vero ab omnibus Civibus cujuscunque tandem religionis & vitæ instituti. Illorum Eleemosynæ distribuuntur iis pauperibus solis, qui in numerum membrorum Ecclesiæ adsciti sunt: Horum vero in usum omnium dantur pauperum, qui ad Civitatem pertinent, nisi forte hujus vel illius religionis asseclæ suos pauperes in se sumant alere. Fieri autem posset, ut, qui apud Judæos Veteres distinctos fuisse Eleemosynarum Collectores intellexit (נבאי קופה) *Cistæ* scilicet & (נבאי תמחוי) *Catini* aut *Scutellæ*, ad nostrarum rerum constitutionem attendens sibi imaginaretur, hos duum generum Collectores ita fere a se mutuo discrepasse apud Judæos Veteres, aut apud nos duæ illæ Collectorum discrepant species, quas paulo ante enumeravi. Fieri posset, inquam, ut animum induceret credere, *Collectores Catini* convenisse cum nostris Collectoribus Civitatis, & *Collectores Cistæ* cum nostris Diaconis Ecclesiæ. Hoc autem putavi præoccupandum a me esse, nequis hanc comparationem temere instituens suo periculo graviter impingeret.

Dicam itaque, quod exploratissimum mihi est, rem ita se apud Judæos Veteres non habuisse. Collectores Cistæ & Catini instituti sunt ab eodem Magistratu. Collegerunt ambo Eleemosynas suas per oppidum ad ostia Civium. Collectæ Eleemosynæ ex arbitrio Magistratus sæpe numero invicem sunt permutatæ. Quænam igitur differentia fuit, ais? Quæ ratio, quod diversi nominis Curatores pauperum instituti sint? Differentia oppido exigua est, adeo etiam, ut *Collectores Catini* sæpe in Civitatibus neglecti sint eorumque officium *Collectori-*

ctoribus Cistæ demandatum. Ubi tamen locorum in majoribus Civitatibus Collectores hi munere & nomine diversi instituti sunt a Civitate, ibi hæc inter eos distinctio locum habuit, quod Collectores Cistæ procurarent pauperes istius Civitatis & Oppidi tantum, & Collectores Catini pauperes quoscunque alios, aliunde accedentes, qui ad diem aut dies paucos in urbe versabantur, ibant redibantque. Ea est ratio, quod singulis diebus hi Collectores Catini ostiatim tenerentur ambire & cuique sui diei dimensum distribuere, cum Collectores Cistæ singulis diebus Veneris tantum ostiatim circumirent & pauperibus Civitatis pecuniam pro hebdomada integra concederent. Cur illi quodcunque esculentum in scutellam acciperent, hi pecuniam tantum colligerent. Percipimus hinc, ni fallor, quanta sit distinctio inter nostrorum Eleemosynarum Collectorum diversas species, & eas Collectorum Cistæ & Catini apud Veteres Hebræos. Sed quoniam quædam in hac nostra dissertatione dicta sunt, quæ in præcedentibus nondum sunt probata, agedum producamus nova loca, quibus positiones nostras priores confirmemus. Quod inter *Collectores Cistæ & Catini* ea sit distinctio, quod illi incolas Civitatis suæ, hi vero *totius mundi* pauperes curarent hoc disce ex *Maimonide* cap. IX. §. VI. והתמחוי לעניי עולם והקופה לעניי אותה העיר בלבד *Eleemosyna Catini est pro pauperibus totius mundi, sed Eleemosyna Cistæ pro pauperibus istius Civitatis solummodo*. Idem est in *Jore Dea* cap. CCLVI. §. IV. Vides non eam esse distinctionem, quod illi *pauperibus*, qui extra Ecclesiæ communionem vivunt, hi vero *pauperibus*, qui in Ecclesia sunt, prospiciant, qualis apud nos obtinet distinctio, sed aliam longe, supra jam a nobis expressam, quod scilicet illi ad quoscunque aliunde accedentes pauperes attenderent, hi autem ad pauperes statos, in Civitate ordinaria alendos.

Quod autem *Collectores Cistæ* & ipsi in Civitate ostiatim circumeant, hoc ex *Maimonide* constat cap. IX. §. VIII. IX. Cautum ibi est, ne *Eleemosynarum Collectores* ambeundo per urbem a se invicem separentur, in foro pecuniam sive inventam sive ab aliis acceptam in sacco suo, suspicionis vitandæ ergo, recondant, & quæ his sunt similia. Ex quo argumento novo pariter ac ex singulis præcedentis orationis nostræ articulis evidens est, quod *Collectores Eleemosynæ* ad Civitatem pertineant non ad Synagogam. Qui enim in Civitate officio suo fungitur, is dubio procul Civitatis non Synagogæ haberi debet membrum. Cum enim Civitas & Ecclesia apud Veteres Judæos una eademque fuerit communio & societas, non possunt Civitatis & Synagogæ membra a nobis aliter distingui, quam hac ratione, quod qui in ipsis Synagogæ ædibus officio suo minime funguntur, illi inter membra Synagogæ recensendi non sint.

Cæterum in nostra Republica, non illi tantum, quos modo enumeravi, sed alii etiam pauperum Curatores sunt. In Patria Urbe Leowarda constituit Magistratus extra ordinem Collectores Eleemosynarum in gratiam orphanorum. Eleemosynæ hæ distinctæ sunt ab iis, quas Diaconi accipiunt; colliguntur autem in Templis, licet Collectores a Magistratu Oppidi designentur. Hi distincti rursus sunt ab Orphanorum Curatoribus sive Viris sive Fœminis. Weese-Vaders. Weese-Moeders. Atque hi quoque a Magistratu dependent. Præter hæc contingit aliquando, ut collectæ generatim instituantur in commodum orphanorum aut membrorum Ecclesiæ oppressorum, ut nuper factum pro Gallis fratribus nostris, qui religionis gratia Patriam & bona sua derelinquere coacti ad nos salvi pervenerunt. Hæ Eleemosynæ vel a deputatis Magistratus oppidani vel ab iisdem illis deputatis Presbyteris aut Diaconis Ecclesiæ junctis exiguntur. Horum vero omnium & singulorum cura apud Veteres Hebræos pertinuit ad גבאי צדקה *Collectores Eleemosynæ*. Sive redimendi essent fratres captivi, sive prospiciendum esset orphanis, sive curanda essent mortuorum sepulcra, sive pauperibus comparandæ essent vestes, sive alia aliqua collecta instituenda esset in gratiam publicæ rei, hoc omne non variis Personis, ut apud nos fieri memoravi, sed iisdem iis *Eleemosynarum Collectoribus* commissum est muneris. Constat id ex dicto *Maimonidis* Tractatu cap. VIII. Quod si vero hæ res apud nos adeo habeantur Civiles, ut a Magistratu non ab Ecclesiæ Presbyteris & Diaconis suspensæ sint, an persuadebis Tibi, apud Judæos, ubi tota Ecclesia Civitas erat, eas ad Synagogam, non ad Civitatem vel Magistratum pertinuisse? Cave id credas.

Proferamus nunc rursum his illustratis dictum novum ex *Codice Sanhedrin* cap. I. in Excerptis *Gemaræ* Cocceji §. XVIII. תניא כל עיר שאין בה עשרה דברים הללו אין ת״ח רשאי לדור בתוכה בד סכיז ועונשין וקופה של צדקה נגבית בשנים

בשנים ומתחלק בג׳ ובית הכנסת ובית המרחץ וגו׳ *Traditio. Nefas est discipulum sapientis commorari in urbe decem rebus destituta; collegio judicum, qui feriant mulctentque sontes. Arca Eleemosynæ, quæ a duobus corrogetur, a tribus vero erogetur. Synagogæ ædibus. Balneo* &c. Haud multum diversum est hoc testimonium ab eo, quod in eodem hoc capite de *Civitatis centum & viginti membris* habetur. Apparet autem in recensione rerum ad Civitatem necessariarum inter alias referri *Synedrium*, *Synagogam*, & *Collectores Eleemosynarum*, hæc enim Collegia in urbe omnino erant necessaria, quæ legitime esset constituta. Eccur vero mentio nulla neque Archisynagogorum, neque *Ministrorum Synagogæ?* Non possumus sane aliter putare, quam eos, qui ad Synagogam pertinent, per בית הכנסת *Synagogam* simul fuisse intellectos. Sed quæ ratio, quod *Collectores Eleemosynæ* seorsim exprimantur a Synagoga? Hæc, ni fallor, quia illi ad Civitatem pertinebant universam & distinctum efficiebant collegium, distinctum etiam a Collegio Judicum, licet ab hoc dependerint, quod probatum in antecedentibus est.

Concludam vero probationes has meas eo statuto, quod exprimitur in *Iore Dea* cap. CCLVI. §. V. מי שישב במדינה ל׳ יום כופים אותו ליתן צדקה לקופה עם בני המדינה ישב שם ג׳ חדשי׳ כופין אותו ליתן תמחוי ישב שם ששה חדשים כופין אותו ליתן צדקה בכסות שמכסים בה עניי העיר ישב שם ט׳ חדשים כופין אותו ליתן צדקה לקבורת שקוברים בה את העניים ועושי׳ להם כל צרכי קבורה וגו׳ *Si quis in urbe aliqua* (quocunque loco) *per triginta dies fuerit commoratus, hunc cogunt dare Eleemosynam cistæ cum incolis illius loci. Si per tres menses, cogunt eum dare scutellæ. Si per sex menses, cogunt eum dare Eleemosynas pro comparandis vestimentis in gratiam pauperum illius urbis. Si per novem menses, cogunt eum dare Eleemosynas, pro curanda pauperum sepultura, iisque omnibus, quæ eo spectant.* Novo argumento vides collectionem Eleemosynarum ad Civitatem & omnes ejus incolas restringi, nulla habita ratione vel facta mentione Synagogæ. Prætere ea, cogi aliquem (a Synedrio) ad Eleemosynas in Civitatis commoda dandas. Quam hæc belle conferuntur cum collectione Eleemosynarum, quæ nostris in Templis fit? Scire autem oportet eo tantum casu hæc præcipi, quo ille, qui in Civitate aliqua commoratur, animum se habere negat in illa domicilium suum figendi. Quod si enim id constaret, tum quidem absque mora ad omnia hæc officia tenebatur præstanda cum cæteris Civitatis incolis. Sic enim pergit *Joseph Karo*. כמה דברים אמורים בבא לגור ואומר שאינו רוצה להשתקע אבל אם בא לעיר כדי להשתקע כופין אותו מיד. *In quo* (casu) *hæc dicta sunt? De eo, qui venit ad peregrinandum, ac declarat, propositum sibi nequaquam esse in Civitate sedem suam figere. Quod si enim id constet, illico eum cogunt officia hæc explere.*

Si ex his rationibus & documentis, Lector, evidentissimum Tibi non sit, florentibus Hebræorum rebus *Collectionem Eleemosynarum* ad *Civitatem* pertinuisse, non vero ad *Synagogam*, quæ nostra assertio nunc est & fuit olim, non intercedam, quo minus infelicem me sophistam dicas, qui ex clarissimis positionibus perpetuo falsum colligam. Verum si judicaveris, ut nullus dubito, priorem meam affirmationem esse certissimam, & validis nunc a me evictam argumentis, tum velim, non adeo ut Viri Cl. audaciam in thesibus meis negandis mirere, (neque enim putem ad hoc te monitore indigere) quam quidem ut ad Providentiæ Divinæ in rebus etiam minimi momenti lusum animum tuum advertas. Voluptas V. Clar. fuit mihi contradicere non modo sed & me pro humanitate modestiaque sua ignorantiæ accusare. Quam primum id fecerat, ipse errorem errat gravissimum, neque, ut nunc video, ullo modo incrustandum, palliandumque. Quam bene haberet, si Vir Cl. in posterum non a me sed a *Petro Apostolo* disceret τῆς ἐλπίδος spei fideique suæ non tantum, sed cujuscunque etiam scientiæ *rationem* dare *μετὰ πραΰτητος ϗ φόβου cum lenitate & timore*. Hoc si utrinque observaremus, (studebo autem pro virili) putem conatus nostros Ecclesiis gratiores utilioresque futuros.

Sed satisfactum sibi non putabit, nisi responderim ad objectiones, in contrarium ab ipso productas. Atqui profecto illæ adeo sunt macilentæ & imbecilles, ut vix absque animi mei commotione eas possim repetere. Adeo mihi injuꞏ stum & iniquum factum videtur, magna cum audacia contemptu & acerbitate alicui contradicere, ubi tu ipse, quod producas argumentorum nihil habes, & interea temporis, quid alius producturus sit ad opinionis suæ confirmationem ignoras. *Esse autem* (sic probationes suas orditur) *Eleemosynas sacri cultus exercitium, extra omnem controversiæ aleam apud Hebræos positum est.*

Maim.

Maim. Hilch. Zedakah cap. x. §. 1. *Obligamur nos magis cauti esse in observando præcepto de Eleemosyna, quam in observandis omnibus aliis Præceptis affirmativis &c.* Sic concludit. *Unde sole meridiano clarius elucet, Eleemosynas esse insigne populi & fundamentum Regni & Religionis Judaicæ, nec non medium futuræ, quam expectant, liberationis.*

Est in his verbis, quod mirer, multum, quod negem, omnino nihil. Quod mirer, id est, quod Vir Clarissimus jam initio acerrimæ disputationis suæ oblitus sit, quid sibi incumbat probandum. Sive socordia sive fallacia hæc sit, quam in scholis *elenchi* vocant, non potest tolerari. *Unde consequitur*, ait, *Eleemosynas esse insigne populi & fundamentum Regni & Religionis Judaicæ &c.* Controversia est, an *Collectores Eleemosynæ sint membra Synagogæ*? Unde consequitur, ait, *Eleemosynas esse insigne populi Judaici*. An Tibi unum idemque est, *Eleemosynas esse insigne pupuli Judaici*, & *Eleemosynarum Collectores ad Synagogæ ædes, ut membra illius, pertinere*? Posterius defendo, prius non nego. Administratio justitiæ, institutio juventutis in Scholis, & Academiis, educatio liberorum in familiis honesta, circumcisio, fundamentum sunt Regni & Religionis Judaicæ, ergo Judices, Professores, Ludimagistri, Patresfamilias omnes sunt membra Synagogæ? Sed vero ait, *Eleemosynæ pertinent ad cultum sacrum, sunt præceptum sacrum*, מצות צדקה יותר מכל מצות עשה *Præceptum de Eleemosyna præstantius est omnibus præceptis affirmativis*. Quid audio? Tune hic videri vis ignorare, quid sit מצוה in Hebræorum scriptis, quod hic *præceptum sacrum* vertis? Non ignorare Te probe scio, sed dissimulare hoc Tibi e re visum est esse tua. Constituunt Hebræi in Lege, hoc est, Scriptis Mosaicis omnibus contineri מצוה *Præcepta cum affirmativa tum negativa* sexcenta & tredecim, quæ omnia, si placet, appellare licet *præcepta sacra*. Ex plurimis Autoribus, qui ea explicant, Rabbi *Levi Barzelonita* est in Libro, cui titulus, *Chinuc*, verso atque illustrato a Doctissimo *Hottingero*. Inter hæc ea comparent Præcepta, quibus prospicitur pauperibus, quæ Maimonides asseverat maximi momenti esse & in Civitate Hebræorum neutiquam negligenda. Nunc concludas, si placet: Præceptum de prospiciendis pauperibus inter maxima & summi momenti præcepta est, quæ in Lege Mosaica comparent, ergo Collectores Eleemosynæ ad Synagogam pertinent. Quam sit futulis & ridicula hæc consecutio, intellige ex argumentatione simili. Ex Christi sententia diligere Deum ex toto corde, ex tota anima & ex tota cogitatione ἐςὶ πρώτη κὴ μεγάλη ἐντολὴ *est primum & magnum præceptum* עקר כל מצות *radix omnium præceptorum*, fundamentum & insigne totius Religionis Judaicæ, ergo omnes, qui Deum diligunt ex toto corde, membra debent haberi Synagogæ, atque in ea officiis suis fungi. Piget inhærere adeo fallaci argumento.

Pergit: *Et hinc adeo cum precibus conjungi solet*. Maimon. l. c. §. ix. *Sapientes primarii semper ante preces solebant dare prutam pauperi*. Quid, an ita vis, Eleemosynæ solent conjungi cum precibus, ergo Eleemosynarum Collectores ad Synagogam pertinent? Bella rursus & speciosa connexio! Quasi omnia illa, quæ actum aliquem præcedunt, mox habenda sint ejusdem indolis cum illo ipso actu! Ante preces faciendas omnes Judæi se lavant, an ergo omnes illi, qui se lavant, sunt membra Synagogæ? Judices ante exercitium judicii Deum solebant orare, ergo, qui Deum orant, vel ad orandum constituti sunt, ad Curiam referendi sunt? Sed, quod observandum est, quando *Maimonides* ait, *sapientes priores solitos fuisse Eleemosynam dare pauperi ante preces*, tum non loquitur de *Eleemosynis* statis, quas ex instituto Civitatis Collectores in unum cogebant, sed de quibuscunque Eleemosynis, quæ ab hominibus religiosis ex beneplacito suo dantur eo consilio, ut Deo placeant. Hinc vero Colligere, *Eleemosynarum Collectores* ad Synagogam pertinere, est res longe diversissimas misere confundere.

Quæ allata sunt hactenus, ne speciem quidem habent. Quod sequitur, paullo propius videtur accedere ad rem, Maim. Hilch. *Tephilla* cap. xi. §. 7. ואין מחשבין בהם חשבונות אלא אם כן היו חשבונות של מצוה כגון קופה של צדקה ופריון שבויים וכיוצא בהם. *Neque rationes in iis* (Synagogis) *supputant, nisi sacræ sint, uti ærarii Eleemosynarum, & Lutri Captivorum, & id genus alia*. Notes, antequam responsionem nostram accipias, Lector, quod חשבונות של מצוה ab ipso rursus vertantur per *supputationes sacras*, quod recte quidem fit, sed si in Hebræorum statutis parum versatus non sis, occasionem Tibi errandi facile præbeat. חשבונות של מצוה sunt *supputationes Præcepti*, id est, quæ fiunt circa rem in Lege imperatam. Videamus hoc præmisso,

misso, quam presse hoc argumentum concludat. Supputationes Eleemosynarum in Synagoga fieri possunt, ergo Collectores Eleemosynæ pertinent ad Synagogam? Accipe simile. Supputationes Eleemosynarum in Academiis & Scholis institui possunt, ergo Collectores Eleemosynarum pertinent ad Academiam. Firmissima erit consequentia, modo probavero, Eleemosynarum supputationes in Academiis æque ac Synagogis fieri posse. Sic est in *Orach Chaiim* cap. CLI. §. 1. בתי כנסיות ובתי מדרשות אין נוהגין בהם קלות ראש-ואין מחשבין בהם חשבונות אאכ הם של מצוה כגון קופה של צדקה ופדיון שבויין. *In Synagogis & Academiis non solent res ludicras agere - - neque in iis supputationes instituunt, nisi quæ ad præcepta in Lege data pertinent, quales sunt ærarii Eleemosynarum & lutri Captivorum*. Hæc jam scripseram, antequam attendebam, *Maimonidem* ipsum etiam de בתי מדרשות *Academiis*, æque ac de בתי כנסיות *Synagogis* agere, quia Vir Cl. in παρενθέσει sua unice *Synagogarum* meminit, quod studio factum ab ipso est. Pergat nunc Vir Clar. bona fide concludere, *Collectores Eleemosynarum* ad *Synagogam* pertinere, quia supputationes, ab ipsis institui possunt in *Synagogis*, ego addam, esse eos membra etiam *Academiæ*, quia supputationes ejusmodi in *Academiis* iniri possunt. Atqui sic sane res se cum Collectoribus Eleemosynarum optume habebit. Ego illos rebus Hebræorum florentibus ad Curiam referendos esse validis probationibus evici. Vir Cl. eos Synagogæ adstringit non fallaci, ut sibi persuadet, argumento. Ego autem eadem plane ratione concludo, eos ad *Academiam* pertinere. Sic demum eorum res in tutiori & feliciori loco a nobis collocantur, quam illæ apud suam gentem unquam fuerunt. Verum si V. Cl. seqnentem *Maimonidis* contextum voluisset æque attente considerare ac hunc præsentem, nonne animadvertisset ipse, ratiocinium hocce suum nullius ponderis atque momenti esse? Sic pergit *Maimonides*. ואין מספידין בהם אלא הספד של רבים כגון שיהיה שם הספד גדולי חכמי אותה העיר: *Neque lugent in iis, nisi luctum publicum, sicut ubi luctus fuerit ob defunctum unum ex præstantissimis illius Civitatis sapientibus*. Asserit *Maimonides* publicum quemque luctum in Synagoga fieri. Tu ininde colligas, ergo lugentes, qui apud Veteres stati fuerunt, inter Synagogæ membra censendi sunt? Sic non dubito, quin, quod jactas, multo plura in Synagogis officia numeraturus sis, quam ego in iis unquam potui invenire. Sed concedit etiam *Maimonides Filiis Sapientum* Viris Doctis singularibus occasionibus *edere*, *bibere*, *dormire*? Ergo, qui in Synagoga edunt, bibunt & dormiunt omnes, inter Synagogæ aut Academiæ membra numerandi sunt? Sic enim arguis: Collectoribus Eleemosynarum in Synagogis conceditur Eleemosynarum computum conficere, (de reeckeninge opmaacken) ergo sunt referendi ad membra Synagogæ. Dicam itaque, quid rei sit, & quorsum in Constitutionibus Hebræorum id tradatur. Non datur Judæis, inter gentes dispersis, tribunalia curiasque habere pro more patrio. Conceduntur tamen ipsis Academiæ & Synagogæ. Academiis præficere solent hominem, quantum fieri potest, Patrii juris peritissimum. Hic a Maimonide חבר העיר *Socius Civitatis*, חכם *Sapiens*, רב *Doctor* nominatur. Hic sæpe constituitur caput Seniorum Synagogæ, quia paucissimi sæpe in Civitate Viri suut, qui, ut par est, hoc munus administrare sciunt. Quoniam vero præter Synegogas & Academias loca publica illis nulla sunt, & præter Academiæ Rectores & Seniores Synagogæ nulli ipsis Magistratus & Judices (loquor de *viginti & triumviralibus*, quales *Civitates* Veteres moderabantur, Triumviros enim *compromissarios* vel statos forte sæpe dari non est quod negem) hinc jus dictum doctumque in Academiis & Synagogis est, & officia quælibet, quæ salva imperii aut urbis, quam incolunt, Majestate & jurisdictione inter ipsos reservata sunt, (inter quæ Collectio Eleemosynarum est) licet olim florente Republica ad Synedria pertinuerint, nunc in Synagogis distribui solent, &, qui ad illa ordinati sunt administranda, res suas in Academiis aut Synagogis possunt conficere. Hoc jure factum, ut excommunicatio, flagellatio clancularia, datio libellorum repudii, executio legis de ducenda fratria, discrimina mundi atque immundi, quæque plura salva majestate populi, apud quem vivunt, etiamnum apud ipsos in usu sunt, nunc ad Proceres Academiæ & Synagogæ pertineant, quæ omnia & singula quondam ad Synedria referebantur stante republica. Hujus autem generis omnino est *Collectio Eleemosynarum*, quæ iccirco in Universitatibus Hebræorum, sicut alia omnia officia, nullis exceptis, ad Academiæ & Synagogæ Rectores hoc captivitatis suæ tempore reducenda est eorumque arbitrio subjicienda, cum Magistratus

alius

alius suæ Universitatis nunc nullus detur.

Non meruisset hic locus *Maimonidis* adeo operosam expositionem, nisi constaret, Virum Clarissimum conditiones has diversas gentis Judaicæ & heic loci & porro confundere, atque commiscere & simul una eademque hac responsione consequentem solvere possemus objectionem, quam V. Cl. ex *Orach Chaiim* format Tit. LIII. §. XXVI. Locus continet, קהל *cætum consuevisse* למנות אנשים על צורכי צבור *homines quosdam præficere negotiis publicis procurandis* בין לחזן בין לקופה של צדקה בין לשאר מנויים הצריכים לצבור. *Sive Ministrum Synagogæ, sive Collectores Eleemosynæ, sive alia etiam munia ordinare* &c. Argumentum, quod ex his verbis conficitur, hoc est sequens. *Agitur hic de omnibus in universum, qui munus aliquod in Synagoga administrant. Inter eos autem Diaconi commemorantur, qui Cistæ Eleemosynariæ sunt præfecti. Quod sane non fieret, nisi illos ad Synagogam existimassent pertinere.* Sic ergo vis. Qui in צבור *Republica* aut קהל *Ecclesia* munus obeunt, illi pertinent ad Synagogam; Sed Eleemosynarum Collectores &c. Itane vero? Atqui ego ita subsumo: Judices, & Rectores Academiæ & cæteri officiarii Civitatis omnes apud Hebræos dicuntur officiis suis fungi בצבור, dicuntur constitui a צבור, dicuntur præfecti לצרכי צבור, an igitur hi omnes Tibi erunt membra Synagogæ? Desine tandem Vir Cl. ambigue loqui & voces צבור, & קהל quæ quidem recte per *Synagogam* vertuntur, si τὴν συναγωγὴν & ἐκκλησίαν capias pro populi universitate tota, ut fit a LXX. Interpretibus, per *Synagogam* interpretando Lectorem tuum ludere, qui putat, te de ædibus Synagogæ loqui, de quibus nostra disputatio est, dum interea temporis de tota populi Civitate & Universitate loqueris sub nomine *Synagogæ*, vel Autores Hebræos citas, qui talibus vocabulis utuntur, quæ non hercle ædes Synagogæ (sic enim קהל & צבור nunquam capiuntur) sed totam Civitatem atque Universitatem Judæorum notant sive in Patria sive extra Patriam suam quocunque in loco congregatam. Sic est, Lector. Pertinent *Collectores Eleemosynæ* ad צבור *Civitatem*, συναγωγὴν. (Synagogam) ἐκκλησίαν τῶν Ιεδαίων, sed ad ædes Synagogæ florentibus rebus suis nunquam pertinuerunt. In §. XXIV. præcedenti ejusdem hujus Capitis *Orach Chaiim* sic scriptum est. צבור שצריכים לשכור רב ושליח צבור ואין בידם כדי שכר שניהם אם הוא רב מובהק וגדול בתורה ובקי בהוראה הוא קודם ואם לאו שליח צבור קודם. *Universitas* (Civitas Synagoga) *quæ necesse habet conducere Doctorem & Ministrum Synagogæ, neque tamen sufficit utrisque alendis, præfert Doctorem, si is celebris sit atque in Lege Divina & constitutionibus Patriis valde exercitatus: Sin vero, prius eligit Synagogæ Ministrum.* Doctor רב apud *Josephum Karo* is est, qui a *Maimonide* dicitur חבר עיר *Doctor Civitatis*. Ille qui Academiæ Rector est & lites ad Legem Patriam pertinentes dirimit. Hic vocatur ab eodem *cætu*, a quo vocatur חזן *Minister Synagogæ*, a quo vocantur גבאי *Collectores Eleemosynæ*. Sed an ideo membrum Synagogæ est? Dicitur *Doctor Civitatis*, Rector Academiæ, ראש הקהל Non negem frequentissime contingere, ut is idem moderetur Synagogam cum senioribus aliis, neque tamen id necessarium est ipso Viro Cl. fatente. Quid igitur? Hoc colligas ex nostra dissertatione, quoscunque Præfectos officiarios cujuscunque tandem indolis ab Hebræis referri ad צבור *Universitatem*, קהל *cætum*, ita tamen, ut hic in *Curia*, alius in *Academia*, alius in *Synagogæ Ædibus* officio suo fungatur.

Subjungit his locum ex *Juchasin*, in quo מילי דמתא *Negotia Civitatis* & מילי דשמיא *Negotia Cælestia* a se invicem distinguuntur. Ad *negotia civilia* feruntur *curationes murorum, portarum & fontium*. Ad *sacra*, *Collectio Eleemosynarum earumque distributio, ordinatio Lectionis Propheticæ & Interpretatio*. Dictum, quod hic profertur, est *R. Bebi*, expositio autem, quid sint negotia *Civilia* & *sacra*, est R. *Salomonis Jarchii*. Operæ pretium non ducimus, locum inquirere, nec qua occasione dictum hoc prolatum sit, indagare, quia quivis illico mecum animadvertit, consequentiam, ut cæteræ fuerunt omnes, in hac probatione nullam esse. Argumentum sic habet. *Jarchi* dicit, quod *Eleemosynarum Collectio* sit negotium sacrum, ergo illi, qui Eleemosynas colligunt, sunt membra Synagogæ. Ego ita. Si circumcisio sit præceptum aut negotium sacrum, ergo מוהל *circumcisor* est membrum Synagogæ. Quid sacratius esse putas, puerum circumcidere ex Lege, an pecuniam colligere, numerare & distribuere? Hoc scilicet illud argumentum est, *quo nihil evidentius ac validius desideres, imprimisque adversus eos, qui* גברא רבא *singularem titulum Archisynagogi faciunt*. Sed an non intelligebas Vir Clarissime, te cum hoc scri-

ſcriberes, ipſum illud argumentum, quod contra nos profers, refellere? Tu ſcilicet per נברא רבא *Virum magnum*, Archiſynagogum non intelligis, vel, perſuaſus hactenus non es, Archiſynagogum intelligendum eſſe, & tamen vis evincere, Collectores Eleemoſynarum ad Synagogam eſſe referendos, quia Eleemoſynarum collectio & diſtributio huic Viro Maguo attribuitur. Si de eo dubites, quod maxime facis, an nos נברא רבא recte pro *Archiſynagogo* acceperimus, utique de eo etiam maxime Tibi dubitandum eſt, an Collectio Eleemoſynarum ad Synagogam ſit reducenda, quæ τῷ נברא רבא attribuitur.

Sed damus Tibi hoc, quod נברא רבא ſit *Archiſynagogus* neque tamen Tibi largimur, quod contra nos ſtudes evincere. R. Bebhi dicit, quod נברא רבא *Vir Magnus* procuret *res cæleſtes & ſacras*, & גר *Proſelytus res Civitatis*. Jarchi interpretatur res ſacras de Lectione & interpretatione Legis, item de collectione & diſtributione Eleemoſynarum. An bene vel male faciat *Jarchius*, nunc non dicemus, licet ipſius hanc interpretationem *negotiorum cæleſtium* non conſtringamur accipere. Quid enim? Excludit a negotiis cæleſtibus preces earumque recitationem, quæ primum inter res ſacras & divinas nomem & locum habent. Sed ſit nihilominus ita res, uti eam vult eſſe *Jarchius*. Quid dicit, obſecro, *Jarchius*, quod nos negamus, immo quod non in præcedentibus ipſi ex Maimonide docuimus? Hoc dicit, quod *Vir Magnus* in Civitate & Eccleſia (qualis nunc eſt Rector Academiæ & Eccleſiæ) curam habeat colligendarum & diſtribuendarum Eleemoſynarum. Sed vero id idem plane eſt cum eo Maimonidis, quod uti res Hebræorum nunc ſunt, Synagogæ & Academiæ Rector poteſtate gaudeat pro arbitrio ſuo de Eleemoſynis diſponendi. Etenim, quod ante inculcavimus, Synedriis Civitatum ſublatis, hi *Viri Magni*, qui in Academia & Eccleſia primi ſunt, eorum vices ſuſtinent, quantum fieri poteſt. Hi iidem jus dicunt, quantum populus princeps, apud quem Judæi vivunt, id vult permittere. Inter licita & illicita, ſacra & profana dirimunt atque res omnes cujuſcunque naturæ judicio ſuo diſcernunt. Hi cum Senioribus Eccleſiæ excommunicant atque ita Synedros Veteres, quantum fieri poteſt, repræſentant. Vides itaque quam belle hoc tuum argumentum concludat, Collectores Eleemoſynarum ad Synagogam pertinere, cum Eleemoſynarum cura ad נברא רבא refertur. Sed idem patet expoſitione, quæ inſtituitur. Non eſt oppoſitio in his verbis inter מילי בית הכנסת *negotia Synagogæ* & מילי עיר *negotia Civitatis*, ſed inter negotia רשמיא *cæli*, hoc eſt, ſacra, Divina, & דמתא *urbis*. Per *negotia cæli* in hoc loco certiſſime intelliguntur res omnes, quæ ad conſtitutionem Reipublicæ ſecundum Leges pertinent ſacras, a Deo datas. In horum aut illorum præceptorum obſervatione major equidem pietatis & religionis vis conſpiciebatur, neque tamen ideo omnia præcepta alia cujuſcunque naturæ deſinebant eſſe ſacra. His opponuntur quædam negotia, quæ ad *urbem* (Civitatem ne dicas, quia hæc maxime diſtincta ſunt) attinebant, ut curationes portarum, fontium &c. Atque hæc negotia Proſelytis attribuuntur. Sic ſane res erat. Non licebat Proſelytis Synagogæ Præfectis eſſe. Non licebat eſſe Judicibus neque Academiarum Rectoribus. Si quid unquam horum mumerum aliquod adminiſtrarunt, id inſigni ſapientia ſua extra ordinem commeruerunt & compenſarunt. Atque hæ erant res ſacræ, divinæ, cæleſtes, ad populi & religionis commoda pertinentes. Sed ſi quid ignobilius eſſet adminiſtrationis genus, quæ nullam cum religione aut ſacris rebus ſuis communionem hnbebat, quales curationes fontium, portarumque, hæ ex *Jarchii* mente iis permiſſæ ſunt, atque vocantur מילי דמתא *negotia urbis*. Quid aio? *Maimonides* horum etiam curam iis vix concedit. Sic ille Tractatu de *Regibus* cap. I. §. v. אין מעמידין מלך מקהל גוים אפילו אחר כמה דורות עד שתהיה אמו מישראל שנאמר לא תוכל לתת לך איש נכרי אשר לא אחיך הוא ולא למלכות בלבד לא לכל שררות שבישרא לא שר צבא לא שר חמשים או שר עשרה אפילו ממונה על אמת המים שמחלק ממנה לשרות ואין צריך לומר דיין או נשיא שלא יהא אלא מישראל שנאמר מקרב אחיך תשים עליך מלך כל משימות שאתה משים לא תהיו אלא מקרב אחיך *Non conſtituunt Regem* (verſio eſt *Schickardi* lib. de Reg. cap. I. Theor. III.) *e cætu Proſelytorum, etiam poſt plurimas generationes, uſque dum mater ſit ex Iſraele, ſicut dicitur: Non potes dare ſuper te Virum alienigenam, qui non ſit frater tuus. Neque in regno tantum, ſed in omni poteſtate Iſraelitica: Non Principem exercitus, non Capitaneum ſuper quingentos, nec decurionem. Imo ne præfectum quidem aquarum fideliter diſtribuendarum. Dicere nihil attinet*, Ju-

Judicem aut Præsidem, quoniam non nisi ex Israele sunto. E medio fratrum tuorum pones super te Regem. Sic etiam omnes præfecturæ, quas tu ordinas, non sunto, nisi e meditullio fratrum tuorum. Vides itaque quod, cum rerum vilissimarum cura tanto sit demandata *Proselytis*, מילי מתא *Negotia urbis* in hoc textu Proselytis adscripta, nulla alia negotia possint denotare, quam quæ infimæ erant sortis & conditionis, opposita מילי דשמיא *rebus cælestibus*, hoc est, nobilioribus quibuscunque, quæ summis in Republica Viris, ex Judæa stirpe prognatis, concredebantur, inter quas facile patimur numerari *Collectionem Elaemosynarum*.

Evicta itaque validissimis probationibus nostra de *Collectoribus Eleemosynarum*, ut se habuerunt florente Republica, sententia, & refutatis non rationibus hercle sed cavilationibus infirmis, a Viro Clarissimo in contrarium allatis, parum de eo sumus soliciti, quod V. Cl. in sequentibus vulgatam de *Diaconis* sententiam repetere & omnibus suis viribus confirmare allaboraverit. Ad hoc unum dicam me sub risisse, cum in legendo hoc argumento essem, quod animadverterem Virum Clarissimum, postquam sententiam hanc adoptaverat, quod *οἱ* גבאי צדקה *Collectores Eleemosynarum* respondeant *Diaconis*, in Scriptura memoratis, & in nostra Ecclesia ita dictis, non scivisse cum hac sententia adoptata conferre historiam, quæ in *Actis Apostolorum* cap. VI. extat, & Diaconos, ibi memoratos, cum *τοῖς* גבאי צדקה conciliare, sed coactum fuisse *τὰς* גבאי תמחוי *Collectores scutellæ* in eandem hanc scenam proferre, & historiam modo nominatam inde exponere tentare. Sic oportebat factum, ut plenissime constaret hujus sententiæ futilitas. Quid enim? An גבאי תמחוי *Collectores scutellæ* inter membra etiam Synagogæ a Te recensendi sunt? Sane si beatus noster Ligtfootus id cogitasset, rationem nullam habuisset, quod adeo de supplendo numero decem Otiosorum fuisset solicitus. Sic veritas omnis sibi semper est similis atque ibi prodit maxime, ubi occultatur.

Atque hæc sunt, quæ reprehendere Vir Clarissimus voluit in iis brevissimis nostris verbis, quibus opinionem Ligtfooti de membris Otiosorum refellere conati eramus, quibus, inquam, probaveramus, neque *Rectorem Academiæ* neque *Collectores Eleemosynarum* ad Synagogæ Ædes, in quibus *Otiosi* officiis suis funguntur, pertinere, quod utrumque Ligtfootus asseruerat. Ille vero *Ligtfooto* multo vehementius, quam ego feceram, contradicturus aliam viam insistit probationis, & cum omnes Personas absque differentia, a *Ligtfootuo* in numerum Otiosorum redactas, in animo haberet hoc titulo privare, id agit, ut contra singulas earum rationes suas proferat. Credimus equidem eam esse Ligtfooti apud omnes bonos & eruditos Viros existimationem, ut si in hoc exigui pretii nomine exponendo errorem commisisset, illius autoritati & reputationi eapropter nihil decederet, atque idcirco neque mea neque alterius alicujus Viri, qui me doctior atque eruditior sit, defensione indigeret. Non dissimulabo tamen, nisi animo meo vim vellem inferre, Virum Clarissimum in prolixa sua disputatione cum Ligtfooto adeo illi ineptas ac absurdas consequentias imputasse per omnem paginam, ut nesciam, an heic calamum meum in officio suo continere satis possim. Faxim videas, Lector, me nihil dicere ita graviter & serio, quod non res multo gravius ut dicatur, postulat. Ligtfootum nosti decem *Otiosos* descripsisse per *decem homines literatos* ex sententia *Maimonidis*, ut ipse eam interpretatus est. Ille *Jarchium* sequutus, per decem Otiosos *decem* intelligit homines ad id unice conductos ære, ut tempore precationis (aut, si vis per totum diem) frequentes mane & vesperi in Synagoga se sisterent, ab omni prorsus opere abstinentes. *Ligtfootus*, qui per decem Otiosos literatos Viros & studiis incumbentes sacris intellexerat, inter *Otiosos* refert *Judices*, *Ministrum Synagogæ*, *Interpretem*, *Collectores Eleemosynarum*, *Rectorem Academiæ cum Interprete*. Res eo nunc devenerat, ut Viro Clarissimo incumberet probandum, quod neque Judices, neque Synagogæ Minister, neque Collectores Eleemosynæ &c. inter *Otiosos* censendi essent. Animum nunc adverte, quo pacto hanc suam disputationem ingressus sit. Ille missa Ligtfooti suppositione, quod *Otiosi* sint homines literati, quo uno fundamento omnis Ligtfooti determinatio nititur, propriam suam suppositionem accipit, & loco, quo contra *Ligtfootum* ex ipsius ὑποθέσει debebat disputare, ex propria sua ὑποθέσει disputat. Ille igitur distinctissime *primo* de *Judicibus*, dein de *Chassane*, postea de *Collectoribus Eleemosynæ*, tandem de *duplici Interprete Synagogæ & Academiæ*, atque hujus etiam *Rectore*, hæc probat distincta capita. Quod hujus generis hominum nullus

lus in Synagogis per omnem diem sederit, quod eorum nullus ab omni opere abstinuerit, quod eorum pauci primi & ultimi in Synagoga esse obligati fuerint, pauci etiam eorum stipendia meruerint, ac ita porro, atque hac refutatione media pars libri de Decem Otiosis teritur. Sed, mi amice, quis unquam vel minimam partem generalium harum veritatum negavit, quis themata hæc communia, omnibus nota, in dubium vocavit, quem invadis, contra quem disputas? Et disputas tamen ita serio, quasi non unius alicujus Viri Docti sed totius exercitus Doctorum opinio esset profliganda. An Ligtfootus unquam in animum suum induxit asserere, an alius unquam mortalium post Ligtfootum sentire, Judices, Collectores Eleemosynarum, Rectorem atque Interpretem Academiæ per totum diem in Synagoga sedisse Otiosos, eoque nomine stipendium meruisse, eosprimos & ultimos in Synagogam venire obstrictos & obligatos fuisse Lege, & quæ tu plura requisita in Otiosis tuis desideras? An ullus unquam ita ineptus fuit mortalis, qui id asseveraverit, quod tu magno conatu per tot paginas refellis? Quod si vero id ita est, nullum unquam mortalem hæc themata affirmasse, quæ tu falsa probas, nonne facis rem te summopere indignam, quod de Ligtfooto aliisque hanc suspicionem moveas apud animum Lectoris tui, quasi illi positiones, a refutatas, credidissent, quarum tameu nullam crediderunt unquam? Quis enim sibi persuadeat, tanto cum conatu & contentione animi per tot paginas te id probare, quod nullus, si generalia themata spectes, negat? Affirmavit equidem Ligtfootus Judices, Collectores Eleemosynarum, Rectorem atque Interpretem Academiæ, Synagogæ Ministrum Otiosos esse, sed tum per Otiosos minime intellexit homines ignavos desidesque, ad id stipendio emptos, ut in Synagogæ ædibus vitæ suæ spatium inutiliter terant. Intellexit literatos homines totidem, commodis Synagogæ prospicientes, quemque pro sua facultate. Quaudo igitur tu contra Ligtfootum disputare voluisses, probandum Tibi incubuisset, Judices, Collectores Eleemosynæ, Synagogæ Ministrum, Rectorem Academiæ &c. literatos non fuisse & commodis Synagogæ non prospexisse. Hoc probasses, inquam & abstinuisses ab impingendis Ligtfooto consequentiis, quæ ridiculæ sunt & nunquam ab ipso probatæ. Atque hic nihilominus concludere ausit: *Et ut verum fateamur, piget nos tandem omnium illarum ineptiarum, quas hic Vir Cl.* (Ligtfootus) *de literis nostris meritissimus imprudens adeo congessit*. Sic scilicet *ineptiarum* postulandus erat Ligtfootus, ne tu ipse viderere inutilem per tot paginas egisse disputatorem. Plus profecto a candore & ingenuitate Viri Clarissimi expectaveramus. Singularia quædam dogmata, quæ extra scopum disputationis considerata, ad nos non pertinent, in quibus habemus quæ laudemus, habemus etiam quæ reprehendamus, nunc non tangimus, etsi id initio constitueramus, ne Lectorem nostrum fatigemus. Non sustinemus opponentis & accusantis, sed vindicantis & defendentis personam.

CAPUT XVI.

Vetus constitutio de necessitate numer denarii Israelitarum in Conventibus *qua* Civilibus *qua* Sacris *prolixe exponitur, ejusdem notatu digna ex Hebræis Scriptoribus exempla proferuntur. Ratio necessitatis numeri denarii in* Cætibus sacris *a* Ligtfooto *secundum Hebræorum fidem ex voce* עדה *producta, nuper rejecta, expressissimo* Maimonidis *testimonio adstruitur & vindicatur*.

POstquam autoritatem *Jarchii* cum Ligtfooto rejeceramus, atque deinceps monstraveramus, quosdam homines, qui a Ligtfooto ad numerum *Decem Otiosorum* relati erant, ad illos minime referendos esse, quales erant *Judices Triumviri, Collectores Eleemosynarum atque Rector Academiæ cum duobus cum Academiæ tum Synagogæ Interpretibus*, progressi fueramus ad nostram de his *Otiosis* decem *conjecturam* aut *opinionem* proponendam. *Conjecturam* inquam, quia in obscuris & ambiguis rebus tutius & prudentius est divinare quam audacter quid verum quid falsum sit, quasi e tripode pronunciare; *opinionem* vero, quia quid ipsi nos credamus Lectori cognitum volumus, quid vero ille credere cupiat, hoc ipsi plane liberum facimus, nobis vero perinde esse judicamus. Accipe igitur eam denuo eadem hac conditione, si placet. Hebræi Autores omnes, quando loquuntur de *Synagoga* extruenda, ita quidem præcipiunt constanter, ut ubicunque *decem* sunt *Israelitæ majorennes* & *liberi* ibi extruenda sit Synagoga. Locus allegatus est a nobis in *Archisynagogo* cap. 11. Hunc canonem comparabamus cum sen-

ſententiis Veterum de *decem Otioſis Synagogæ*. Putabamus commentariis veteribus, qui ad marginem Talmudis ſunt poſiti, haud minus ac Gloſſis Corporis Juris Civilis ſæpe numero immixtas fabulas eſſe plurimas, quibus omni tempore & loco confidere non eſt tutum. Poſſe ſæpe veritatem magis ex comparatione rerum antiquarum prudenti, quam ex inſipidis poſterorum commentis erui. Convenientiam igitur ad ſpeciem magnam offendebamus inter hæc ſcita duo: quod *ubi decem ſunt Iſraelitæ*, *ibi ſit extruenda Synagoga*, quodque *Civitas magna ſit*, *in qua ſunt Decem Otioſi Synagogæ*. Videbamus hanc convenientiam inter duas has ſententias, quod utrobique decem homines aſſignarentur Synagogæ, hanc vero varietatem, quod in *priore canone* decem Iſraelitæ ſimpliciter majorennes & liberi inominarentur, qui Synagogam conſtituere poſſent, in *poſteriore* vero, decem homines ex Civitate certi Synagogæ ædibus aſſignarentur. Quoniam tamen utrobique *decem* numero Iſraelitæ requirebantur, exiſtimabamus canones hos generale habuiſſe principium, quod hoc eſſe putabamus, *ad Synagogæ munia & officia facienda decem homines pertinere*. Quando quidem enim videbamus, quod cum Judæi aſſerunt in ſuis ſtatutis, ad Civitatem majorem requiri *centum & viginti incolas*, id ipſos repetere ex neceſſitate officiorum, in Civitate præſtandorum, hinc concludebamus, admodum veriſimile eſſe, ratione pari eos *decem homines* in Synagoga requiſiviſſe, quia officia Synagogæ a minoribus numero decem hominum præſtari non poſſe vetus erat opinio. Quod vero ad varietatem attinet, quæ inter hæc ſtatuta occurrit, eam hac ratione commodiſſime conciliari poſſe opinamur, quod ea demum Synagoga perfecta eſſet, quæ decem Viros literatos habere poterat commodis officiiſque ſuis deſtinatos, ea vero minus perfecta, quæ decem rudiores habebat ex quovis Iſraelitarum genere majorennes & liberos: hanc autem eſſe prærogativam *Civitatis Majoris* ſecundum canonem *Megillæ*, quod ibi decem eſſent literati Viri, uſibus Synagogæ invigilantes: cæteras vero Civitates, in quibus quinque aut ſex viri literati reperiebantur, qui uſibus Synagogæ non ſufficiebant, nomine Civitatum Majorum gaudere neutiquam poſſe. Confirmabamus autem hanc ſententiam noſtram inde, quia Judæi etiamnum neſciunt, cur majores ſui in cætibus decem homines requſiverint. Atque hæc fere eorum ſententia eſt, quæ in *Archiſynagogo* noſtro extant initio *Capitis* III. Quid vero in his *audacter*, quid *inepte* divinatum conjectumque ſit, Lector, hoc judicio tuo quam maxime diſcernendum relinquimus. Nullus eſt mortalis, qui non quamlibet certiſſimam veritatem, nedum conjecturam, pro arbitrio ſuo ineptam, falſam, futilem dicere poſſit, ubi neque pudor obſuerit neque atramentum defecerit. Sed ego ſic animum meum induco cogitare, plus laudis habere apud bonos atque æquos Viros, ſi tantum modeſtiæ tuæ des, ut quod inepte putas a fratre tuo dictum, id inepte dictum eſſe diſſimules, quam ſi tantum tuæ tribuas audaciæ atque impudentiæ, ut *ineptum* dicas quodcunque aſſertum alterius, quod ineptum eſſe evincere nulla potes tua facultate, licet id maxime cupias. Sed ſi placet Viro Clariſſimo feram hoc atque his graviora dicta. Hoc tantum agam, ut Lectori meo oſtendam, quod jam agere cæpi, utri noſtrum non *inepti* ſed æqui diſputatoris titulus conveniat.

Ordo autem, quem in diſputatione ſequenti obſervare conſtituimus: hic erit ut *primo* inquiramus *in rationem hujus ſtatuti Judæorum hodiernorum*, *quod ad Synagogam decem Iſraelitæ ſint neceſſarii*. *Secundo*, oſtendamus, *quam convenientiam hoc ſcitum hodiernum habeat cum ſententia de Decem Otioſis Synagogæ*. *Tertio*, *dictum Codicis Megillæ comparemus cum his ſtatutis binis*, *idque pro facultate noſtra explicemus*. *Prius* per Dei gratiam hoc fiet capite. *Poſteriora duo* ſequente.

Syuagogam extruendam eſſe in *omni loco*, *ubi decem ſunt Iſraelitæ*, id probavimus ante his expreſſimis verbis, quæ in *Colbo* pariter ac *Rituum ſcriptoribus* cæteris extant. כל מקום שיש בו עשרה בישראל צריך להכין לו בית שיכנסו בתוכו להתפלל *In omni loco*, *in quo ſunt decem Iſraelitæ*, *neceſſe eſt*, *ut ordinent domum*, *in quam precandi cauſa conveniant*. Hoc itaque certum ſit, cui nullus contradicere in animo poteſt habere. Nititur autem hoc ſtatutum ſive antiquius ſive recentius (quod non diſputamus) hoc generali eoque vetuſtiſſimo canone, quod ad Synagogam conſtituendam *decem homines* requirantur. Sed quæ ratio hujus ſtatuti, quæ ratio, inquam, Canonis hujus, a longa ætate apud Judæos receptiſſimi? *Ligtfootus* ait, quod Judæi *macilentam* hujus Canonis rationem proferant ex voce עדה quæ extat Num. XIV. Mentio ibi fit *exploratorum terræ Canaan*, qui malum excitaverant rumorem de *terra Canaan*. Hi ho-

homines vero numero erant *decem*, quia *Josua* & *Caleb*, qui undecimum ac duodecimum exploratores effecerant, ex eorum numero non erant. De iis autem Hebræorum Interpretes accipiunt hæc verba: עד מתי לעדה הרעה הזאת *Usque quo congregationi huic malæ &c.* Atque ex his verbis tum exsculpunt, omnem congregationem qua sacram qua Civilem constare debere ex Decem hominibus, quia עדה *congregatiouis* vox hic usurpatur de *decem exploratoribus terræ Canaan*. Addiderat *Ligtfootus* locum ex Sanhed. cap. IV. §. VI. Verba tamen non adscripserat. Ego autem ad manus habebam locum ex Sanhed. cap. I. §. VI. qui cum sufficeret meo proposito, nolui illum, qui a Ligtfooto allegatus erat, investigare. Monet autem Vir Clariss. locum hunc, qui apud *Ligtfootum* extat, eundem esse cum eo, quem ego adduxeram, idque per varias editiones *Talmudis* probat, quod suffecisset unico verbo monuisse. Nos id accipimus, neque enim a nobis peccatum est, sed a Ligtfooto aut Typothetis. Quem enim locum nos recte allegavimus suo positum loco, hic idem apud *Ligtfootum* male citatus extat, atque alius a nostro est habitus, quod ad nos nihil pertinet. Sed ad rem, quia eo nunc pervenimus, ubi manifestissimum errorem Virri Clarissimi oportet detegere.

Ligtfootus hanc rationem, quam Judæi ex voce עדה produxerunt, pro probanda numeri denarii necessitate in quavis congregatione *macilentam* vocaverat, idque nos fueramus imitati. Res erat certissima ideoque nulli neganda. Quid igitur? Non negavit Vir Clarissimus, quod Judæi ex voce עדה *Cætus* probarent necessitatem numeri denarii in cætibns & congregationibus perfectis, sed negavit, unquam Judæos producere hanc rationem, quando probare volunt in *congregationibus sacris* decem requiri, de quibus nostra erat dissertatio. Locus scilicet a nobis allegatus pertinebat ad Judices, neque cum *Synagogis* & *Cætibus Sacris* convenientiam habebat ullam. Hæc igitur illius verba sunt p. 49. *Sed quid hæc ad congregationem Sacram, de qua agimus? aut congregatio illa, de qua* Num. XIV. 27. *agitur, Sacram fuit? immo vero* sacerrima.

—— —— Pesti devota futuræ.

Et quis recentiorum Hebræorum sacrum illum numerum denarium ex loco citato Sanhedrin probatum ivit? Quantæ asseverationes! quam audacia asserta! Ego igitur id, quod negas, probabo Tibi totidem verbis ex ipso *Maimonide*. Hoc inquam, Tibi probabo, quod etiam ratione, quæ ex voce עדה desumpta est, utantur, ubi evincere volunt ad *congregationom sacram* decem homines requiri. Hoc directe negatum est. Attende nnnc ad verba *Maimonidis*, quæ sunt in *Hilchoth Tephilla* cap. VIII. §. IV. V. Referam totum contextum. אין אומרים קרושה ולא קוראים בתורה ומברכים לפניה ולאחריה ואין מפטירין בנביאים אלא בעשרה *Non recitant* Keduscha, *& non legunt in Lege, & benedicunt ante eam & post eam, & non recitant Prophetas, nisi Decem numero.* ובן לא יהיה אחד מברך ברכת שמע והכל שומעים ועונים אחריו אמן אלא בעשרה וזה הוא הנקרא פורס על שמע. *Atque ita non benedicet, aliquis benedictione Schemah* (egregie! Convenit enim hoc cum iis, quæ nos de significatione illius φράσεως tradidimus & in præcedentibus etiam ex Colbo confirmavimus) *ita ut omnes audiant & respondeant post eum Amen, nisi adsint Decem. Atque hic dicitur* Porees ai Schemah *Exponens super Schemah.* ואין אומרים קריש אלא בעשרה ואין הכהנים נושאים ידיהם אלא בעשרה והכהנים מן המנין שכל עשרה מישראל הם הנקראים עדה שנאמר עד מתי העדה הרעה הזאת ונוסר והיו עשרה שהרי יצאו יהושע וכלב *Neque recitant* Kaddisch, *nisi per Decem, neque sacerdotes tollunt manus suas nisi adsint numero decem, ita tamen ut Sacerdotes ipsi ad numerum illum denarium complendum concurrant: Quia omnes decem Israelitæ vocantur cætus. Sicut dicitur. Quousque cætus* (עדה) *Hic pravus.* Num. XIV. &c. *Fuerunt autem ibi decem, quia Josua & Caleb egressi erant.* Huic manifestissimo testimonio aliud junge ex Codice *Berachot* fol. VI. I. ante quoque a nobis productum. אמר רבין בר ארא אמר רבי יצחק מנין שהקרוש ברוך הוא מצי בבירת הכנסת שנאמר אלהים נצב בערת אל ומנין לעשרה שמתפללין ששכינת עמהם שנאמר אלהים נצב בערת אל *Rabbin* Bar *Ada dixit: R. Isaack dixit: Unde probatur Deum reperiri in Synagogis? Ex eo quod dictum est:* Deus adstat in cætu Dei. *Verum unde colligitur Deum decem precantibus adesse? Ex eodem illo loco:* Ps. LXXXII. I. *Deus adstat in cætu* (עדה) *Dei.* Hoc est voce עדה quæ *cætum* notat *decem hominum*. I nunc, Vir Doctissime, & nega rationem hanc ex עדה petitam, pertinere ad *congregationem sacram*. Nega, inquam, Hebræos Scriptores hanc rationem quicquam curare, quando de *cætibus sacris* disserunt.

Sed

Sed quam tu ipse rationem profers necessitatis numeri denarii in *Conventibus sacris?* Inde scilicet Judæos hanc *numeri denarii* necessitatem ursisse asseris, quia Lev. XXII. 32. scriptum est. *Sanctificabor* בתוך *in medio Filiorum Israelis.* Sed quo modo inde probatur, requiri *decem?* Vocabulum תוך ajunt conjungitur aliquando cum עדה quod notat *cætum*: Ut Num. XVI. 21. *Separamini* מתוך עדה *e medio cætus.* At vero עדה *cætus* significat *cætum decem hominum*, ergo concluditur hinc, *sanctificationem Divini nominis* fieri debere præsentibus hominibus *decem*. Quid vero? An hoc est contra *Ligtfootum* argumentari? Ego sane eandem probationem produxissem, quando pro eo voluissem disputare. Constat enim ex hac sententia recensita, quod vis omnis probationis *numeri denarii in sacris* relabatur in vocem עדה *Cætus*, quodque ex priore בתוך *in medio* nihil omnino concludatur, nisi in quantum cum תוֹ עדה conjungitur. *Maimonides* cap. VIII. §. VI. Immediate post verba ante recensita. וכל דבר קרושה לא יהא אלא בתוך הערה: מישראל שנאמר ונקרשתי בתוך בני ישרט *Omnis autem res, quæ ad sanctificationem Nominis Divini pertinet, non absolvitur, nisi in medio Cætus ex Israele, ut dicitur: Et sanctificabor in medio filiorum Israel.* Sic argumentantur. *Sanctificatio debet fieri in medio. Medium notat* עדה *Cætum.* Cætus non constat ex paucioribus numero hominibus, quam *decem*, ergo in Synagoga oportet præsentes sint *decem*. Cogita apud animum tuum, an non minus vis probationis hic recidat in עדה ac idcirco optumo jure dici nequeat, Judæos ex voce עדה *numeri denarii* necessitatem in Synagoga confirmare? Sed quid tandem sibi vult, quod Vir Clarissimus adeo operose probet, locum Lev. XXII. 32. ad hanc conclusionem faciendam apud Hebræos concurrisse. Hoccine a nobis negatum est? Neutiquam. Forte ignoratum est? Neque hoc verum, quoniam diserte nos ipsi id inculcavimus. Sic habent verba in *Archisyn.* cap. VIII. *Atque hinc demum vera peti potest ratio, cur actio illa, quæ dicta est exponetio, super schemah, non potuerit præstari a privatis, sed semper celebranda sit in Ecclesia, quia benedictiones hæ, cum Keriath schemah conjunctæ, illius fuerunt indolis, ut non licitum fuerit eas extra Ecclesiam decem hominum recitare.* Rabbenu *Ascher ad locum, modo citatum, illud expresse monet ex mente Veterum:* רבי חייא בר אבא אמר קרא ונקרשתי בתוך בני ישראל כל רבר שבקרושה לא יהא בפחות מעשרה R. *Chaiia Filius Abba dixit: Scriptum est: Sanctificabor in medio Filiorum Israelis, hinc efficimus, quod quælibet oratio, quæ spectat sanctificationem nominis divini, requirat decem hominum præsentiam.* En ipsissima verba, quæ a Viro Clarissimo producta sunt!

Sed quid Lector? An credis Veteres Hebræos ita fuisse ineptos, ut putaverint ex vocibus תוך *medium* & עדה *cætus* se fuisse obligatos ad numerum denarium in sacris & quibuslibet aliis conventibus solennibus ita anxie requirendum? Id nullus hactenus Christianorum credidit, cui caput sanum est. Quamobrem merito *Ligtfootus* hanc rationem *macilentam*, nos addimus *ineptam* & *falsam* dixit. Vir Clarissimus in id, ut existimo, lubens consentiet. Quid ergo? Id ab ipsis hic rursus factum, quod sæpe apud eos fieri sæpe a nobis dictum est & probatum in antecedentibus, ut, ubi recentiores (Gemaristas non excipio) veram constitutionis alicujus causam & rationem ignorant, ipsi sibi aliquam effingant eamque posteris loco veræ rationis & causæ commendent. Quandoquidem vero eo solent esse ingenio Judæi scriptores, quod fæcundum fabularum sed sterile rerum veritatumque est, alias satis acutum. hinc rationes & causæ rituum priscorum ab ipsis productæ & inventæ fabulosi solent esse acuminis, nullis placituræ, nisi gentilibus suis, qui fæno hoc ab infantia pasti sunt. Id usu venisse ex hoc ipso exemplo manifestum est. Morem antiquum, quod in Conventibus, maxime sacris, *decem* homines requirentur, sciverunt. Rationem non sciverunt. Fingenda igitur qualiscunque erat ratio, ne ignorare viderentur, quod ipsorum intererat scire. Atque hinc orta ratio est, quam modo adduximus, ex vocibus תוך & עדה junctis petita. Doctissimus *Vorstius* eam *falsam* ac *violentam* esse asseverat, & satis evidenter ostendit, licet id nobis supervacaneum videatur. Sis, vide ejus Notas ad *Maimon.* cap. V. §. I. de *Fundamentis Legis*. Sed videamus nos, quam lucem huic negotio ampliorem nunc possumus adferre.

Consideremus igitur primo, Hebræos Scriptores quemcunque solennem & legitimum Conventum, non sacrum duntaxat (licet hunc maxime) sed civilem quoque *decem hominibus* ad minimum definire. *Si Hebræi decem pluresque adessent [quem numerum cætibus definiendis crebro usurpant] tunc* &c. Verba sunt Sel-

Seldeni lib. II. cap. x. de *Jure Nat.* & *Gent.* Res est certa & nota, Maimonidis testimonio ante confirmata, sed ex quibusdam exemplis, hic illic a nobis observatis, illustranda.

Statutum erat apud gentem Judaicam severum & nobile, si *Maimonidi* fides Hilchot *Issure Bia*, cap. XII. ut, si quis Israelita alium ex fratribus suis aliquod videret committentem facinus, quod sanctitatem sive Dei sive Templi sive gentis læderet, idque בפרהסיא *publice*, *palam*, tunc ipsi permissum esset aggressu suo quocunque modo illum a cæpto suo deterrere, cohibere & præpedire, quin morte etiam, si perseveraret, plectere. בפרהסיא inquam. Publice, palam, in conspectu רבים *plurium*. Quot hominum vero? *Decem*, ex sententia *Maimonidis*, quia totidem cætum conficiunt, qui quando præsto non sunt, res ברבים בפרהסיא publice, palam acta non censetur. Vide *Seldenum*, si placet, de *Jure* Nat. & Gent. lib. IV. cap. IV. & *Wagenzeilium* in eximia digressione, quæ *Carminis Lipmanni* refutationi immixta est p. 301. Simile huic admodum est exemplum de *sanctificatione Nominis Divini apud Gentiles*. Nimirum si quis Gentilis Israelitam aliquem ad transgressionem ac violationem quorundam Dei præceptorum adegisset (præcepta idololatriæ, adulterii, ac homicidii exipiunt) neque præsentes essent *decem* עשרה) מישראל *Decem ex Israele*, quot efficiunt עדה *cætum*) licitum omnino erat ex ipsorum constitutionibus præceptum transgredi, quin immo reus vitæ suæ מתחייב) (בנפשו judicabatur, si voluntati Gentilis morem non habuerat. Si vero *decem* adessent, omnino obligatus fuit morte potius Deum sanctificare sua, quam iniquissimo Gentilis postulato concedere. Sis, vide *Maimonidem* de Fund. Legis. cap. I. §. II. III. *Seldenum* etiam de Jure Nat. lib. II. cap. x. Non absimili modo *denarius* hic *numerus* usu venit in *excommunicatione*. Si quis homo *illiteratus* se ipsum excommunicasset, quod in usu fuisse apud Veteres Hebræos constat, is solvi vix poterat, nisi *præsantibus decem*. Difficilior etiam res fuit cum eo, qui per insomnium fuit *excommunicatus*, is nisi extrema in necessitate positus solvi non potuit, nisi *adessent decem numero Israelitæ*. Loca huc facientia, alibi ex *Jore Dea* produximus. Excommunicatus varo quivis non comprehendebatur *numero denario*, ubi ille necessarius erat, eo omni tempore quo excommunicatus manebat. Verba *Maimonidis* sunt in *Hilchoth Talmud Tora* cap. VII. §. IV. ולא כוללים אותו בעשרה לכל דבר שצריך עשרה *Non comprehendunt eum numero hominum decem, ubi ille necessarius erat*. Hoc est, cum aliis novem numerum denarium conficere aut complere non poterat. Addamus, *anathematis* pronuntiationem fieri non potuisse, nisi *præsentibus decem*. Referunt Judæi, qua sunt dementia, fratres *Josephi* eo tempore, quo *Rubene* absente *Josephum* fratrem suum vendiderant, quod turpe erat scelus, anathemate pronunciato se mutuo obstrinxisse, ne quis rem gestam Jacobo Parenti revelaret. Dixisse vero Judam, qui peritissimus videtur fuisse, scilicet! ראובן אינו כאן ואין החרם מתקיים אלא בעשרה Ruben *non adest*, *anathema vero ratum non est, nisi facta sit illius elocutio per decem*. Quid vero egisse putes? שתפו למקום עמהם וחרמו *Associarunt sibi Deum Optumum maximum & anathema pronunciarunt*. Horrenda verba! Adduxit locum ex *Pirke R. Elieser* Clarissimus *Heideggerus* Hist. Patriarch. Exerc. xx. §. XIII. Eadem ratione reconciliationem cum defuncto factam non esse, nisi præsentibus *decem* in Hebræorum statutis & moribus est. Ritus est in *Gemara Joma* fol. LXXXVII. col. I. ואם מת מביא עשרה בני אדם ומעמידין על קברו ואומר חטאתי ליהוה אלהי ישראל ולפלוני שחבלתי בו *Si vero mortuus fuerit* (offensus reconciliandus secum) *decem secum adducet homines, eosque constituet super sepulcro ejus, & dicet: Peccavi in Dominum Deum Israelis & in N. quem offendi læsique*. Sic facta reconciliatio cum sepulto. Addamus etiam ex *Maimonide* Tractatu de *Luctu* cap. XIII. שורה *seriem*, ordinem eorum, qui funus aliquod prosequuntur, haud oportuisse *minorem esse decem hominibus* פחות מעשרה Sed & apud *Josephum* signa hujus consuetudinis priscæ reperiuntur. *De Paschatis agno* præceperat quondam Deus, ut per ædes aut familias, hoc est, personas numero *plures* comederetur, ne ex carne agni aliquid maneret ad posterum diem reliqui. *Josephus* vero determinavit hunc *numerum* per sodalitium hominum, ad minimum *decem*. Sic ille de Bello *Jud.* lib. VII. cap. XVII. Ὥσπερ δὲ φρατεία περὶ ἑκάστην γίνεται θυσίαν, οὐκ ἔλασσον ἀνδρῶν δέκα. *Quasi cognatio* (sodalitium) *erit circa unaquamque victimam, quæ decem hominibus minor numero non sit*. Indicium habes, *Josephum cætum* ad minimum putasse constare decem hominum numero. Paraphrastes *Jonathan* huic simile quid dicit. Sed alium magis observandum

dum

dum locum ex *Josepho* annotavimus, ubi de *Essenis* disserit de Bell. Jud. lib. II. cap. VII. δέκα γοῦν συγκαθεζομένων ἐκ ἂν λαλήσειέ τις ἀκόντων τῶν ἐννέα. *Cum simul consederint eorum decem, nullus invitis novem loquitur*. Essenorum igitur *cætus decem* constitit Viris, absque quorum congregatorum arbitrio nulli e numero loquendi facta copia est.

Cum igitur adeo vulgatus fuerit decem hominum numerus ad conficiendum cætum, mirari minime oportet, eandem etiam consuetudinem in *sacris* obtinuisse. Sane in *Codicc Sanhed.* cap. IV. in Excerpt. Gem. §. XIII. introducitur Imperator etiam Romanus cum *R. Gemaliele* disputans id minime ignorare. אמר ליה קיסר לרבן גמליאל אמריתו כל בי עשרה שכינתיה שריה כמה שכינתה *Dixit Cæsar R. Gamalieli, dicitis Divinam providentiam adesse decem hominum cætui: quot igitur sunt numina?* Maimonidem ante audivimus declarantem, nullam actionem sacram lectionis Legis, & Prophetarum, preces publicas, recitationes sacrarum formularum benedictionum, fieri absque *decem* hominum numero. Ad librum *Megillæ* rite legendum *decem* requiri est in *definitionibus Rabbenu Ascher*. Huc item respicere existimem, quod in Lectione Legis *minores versus* numero non legantur, quam *decem*, quod est apud *Maimonidem* in *Hilchoth Tephilla* cap. XIII. §. III. ratione, inquam, habita ad cætum, qui completus habebatur, si decem præsto essent majores & liberi. Atque hæc certissima sunt documenta, ex quibus manifestum evadit in quibuslibet conventibus completis denarium numerum ad minimum quæsitum esse.

Sed quæ ratio priscæ hujus consuetudinis? Eam fuisse non dices, scio, quod *Exploratorum terræ*, pessimorum hominum *decem* societas in Historia Sacra עדה *cætus* vocatur. Macilentam atque ineptam hanc rationem esse ante dictum. Quid igitur? *Denarium numerum* omnium numerorum perfectissimum esse, quippe ultra quem nullus numerando assurgere valet, nisi nominatos jam numeros repetendo, clarum est. Hinc fieri potuisse & factum forsan esse, ut ad plenam hominum societatem *decem majores* desiderari statuerint, non absimile videtur vero. Notatu dignum existimo, quod in *Pirke Avoth* cap. V. §. I. II. III. IV. I. VI. numerus *Denarius* summopere extollatur & illius prærogativæ præ aliis numeris pene omnes singulatim recenseantur. Adi locum si placet & relege, nimis enim prolixus est, & nimis multa etiam ludirica in eo continentur, quam ut describi mereatur. Puto, habituros Judæos, quod rideant, si Christianos animadvertant, quibuscunque suis ineptis commentariis delectari, quos sapientiores ipsi contemnunt. Animadvertimus præterea in Lectione Sacræ Scripturæ, quod *numerus denarius* aliquando capiatur pro *numero multitudinis*, æque ac *septenarius*. Sic accipi existimo Lev. XXVI. 26. ואפו עשר נשים לחמכם בתנור *Et coquent* decem *mulieres panem vestrum in fornace*. Non *decem* præcise sed *multæ*, cujuscunque numeri. Observatione dignus est locus *Amosi* cap. VI. 9. והיה אם יותרו עשרה אנשים בבית אחד ומתו: *Eritque, si reliqui sint facti in una domo decem homines, illi morientur.* Kimchius: אינו דוקא אלא רוצה לומר רבים: *Non præcise*, (decem) *sed vult dicere multi*. Scimus in hodiernis Hebræorum Scriptis ῥήσεις עדה, *cætus*, עשרה גדולים *decem Majorennes*, רבים *multi* פרהסיא παῤῥησία (unde בפרהסיא *palam*, publice) æquivalere. Observemus ἐν παρόδῳ Græcum ἐν παῤῥησίᾳ eadem ratione capi Col. II. 15. τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ: *Potestates traduxit palam*. Belg. optume: Dn 't openbaer. בפרהסיא. Idem omnino notat τὸ παῤῥησίᾳ apud Johannem cap. VII. 13. Beza recte. *Palam*. Belg. Vrijmoedelijk. Alia loca mitto. Cum igitur *denarius* numerus in Scriptura aliquando accipiatur pro *numero multitudinis*, quid miramur, Veteres Judæos *societatem Conventumque* hominum ad *denarium numerum* determinasse. Sed unus præprimis locus est in Scriptura Veteris Testamenti, qui videri possit constitutioni huic antiquæ ansam dedisse. Occurrit ille in Libro *Ruthæ* cap. IV. 2. ubi narratur historia de *translatione juris* Goelis & Vindicis proximi *Ruthæ* in *Boazum*. Hæc propemodum verba ibi leguntur. ויקח עשרה אנשים מזקני העיר ויאמר שבו פה וגו׳: *Et secum sumpsit decem viros ex senioribus Civitatis, iisque dixit: Considete hic &c.* Scilicet negotium aliquod peragendum erat in *cætu* aut *Conventu* hominum publico. Ferendum quoque erat quale quale judicium. *Boaz* in unum vocat *decem* homines ad conficiendum cætum, coram quo res tota agatur. Hoc ego reor antiquissimum monumentum esse, ex quo constet, *denarium numerum* ad cætum constituendum requisitum fuisse. Sed hoc negotium erat civile? Cætus etiam *civilis*? Ita est, sed haud raro contingit, ut mores Ecclesiastici politicos imitentur. Quæ consuetudo obtinuit in *Civitate*, ut

ut res, quæ præsentibus *decem* acta non erat, minime rata haberetur, eadem facili negotio ab *Ecclesia* potuit adoptari, cum res politicæ & Ecclesiasticæ apud Veteres Judæos non admodum diversæ fuerint naturæ, ut ante plus semel est monitum.

Sed quid agimus? In priore libro adstruximus, probabile esse, Judæos Veteres *in Cœtibus sacris* præsentiam *decem hominum* quæsivisse, quia *officia in Synagoga præstanda a minoribus, quam decem non poterant absolvi*, sicut in Civitate *centum* & *viginti* homines desiderarunt, quia tot officia in Civitate necessario distribuebantur, quot exercendis *centum & viginti homines* occupari poterant. Atque eo nunc deveneramus, ut illam nostram probabilem assertionem vindicaremus. Vidimus scilicet ex præcedentibus thesibus, antiquissimum fuisse scitum gentis Judææ, ad Congregationem omnem qua sacram qua Civilem *decem homines* requiri. Vidimus insuper, Judæos illius constitutionis rationes veras ignorare. Adduximus tamen unum & alterum ex Scripturis argumentum, quod constitutioni huic formandæ ansam poterat dedisse. Sed hæ ipsæ rationes allatæ magis indicant veræ rationis hujus statuti ignorationem, quam genuinam hujus consuetudinis originem producunt. Si igitur credere volumus, Judæos Veteres non impetu quodam sed ratione & consilio Leges suas ordinasse, quid aliud nobis occurrit facilius cogitatu de origine constitutionis, quæ est de necessitate *numeri denarii* in Conventibus sacris, quam quod existimarint, tot homines requiri ad officia, in Synagoga obeunda, decore præstanda? Ita plane ut Civitatem rite constitutam centum ac viginti hominum numero constare debere nobis tradiderunt, quia tot officia in Civitate obeunda tot numero homines requirebant. Quodsi enim fateri cogimur, rationem hujus constitutionis a Judæis traditam futilem atque ineptam esse, quid vetat talem rationem excogitare, quæ si vera non sit, vera saltem esse possit, cæterisque Hebræorum statutis æque ac naturæ rei conveniens sit: Quid vetat, inquam, talem rationem per verosimilem conjecturam proponere, si de Veterum Judæorum constitutionbus honeste sentimus?

Cæterum ut licitum cuique homini est in re incerta certi quid conjicere, ita nullus labor æque infructuosus est ac ille, qui in conjectura refellenda consumitur. Cum enim ille, qui conjecturam proponit, eo ipso satis persuadet suo Lectori, se certi nihil & explorati tradere, tum vero quod quoquo modo dubium est & in obscuro positum facillime patitur contradictionem. Atque id conatus est & heic & sequentibus in positionibus, a me alibi collocatis, Vir Clarissimus. Videamus tamen quo successu. Ad id, quod dixerim, Veteres Hebræos ideo decem requisivisse homines in Conventibus sacris, quia *putarunt officia in Synagogis præstanda vix a minoribus, quam decem, decore posse absolvi*, sic monet: *Quod si sano sensu accipias, verissimum est*. Sed ego, Vir Clarissime, tales Lectores cupio, qui verba mea *sano sensu* accipiunt, quod si enim id egisses aut agere voluisses, forte non admodum multa Tibi suppetiisset scribendi materies. Sed quinam hic est *sanus sensus?* Hebræi, ait, monuerunt, quod neque *preces publicæ sint fundendæ*, neque *Lectio Legis instituenda*, neque *Shema esset recitandum* cum suis *Benedictionibus* absque decem, atque hæc demum est genuina ratio, cur ad Synagogam constituendam requisiverint *decem homines*. Sic scripsit Dissert. II. cap. V. §. VI. atque id unum agit per totum id caput. Sed quid hoc est *Vir Clarissime* rationem statuti cum ipso statuto confundere? Quæstio agitata hæc est, quorsum Judæi Veteres *in Synagogis suis quæsiverint decem homines?* Tu ais, quia *Lectio Legis*, *preces*, & *Schema recitare* requirebant decem homines. Sed an non vides, hanc unam eandemque quæstionem esse, cur ad *Synagogam constituendam* requisiverint *decem homines*, & cur ad *preces* & *Schemah recitandum* & *Legem legendam* requirantur *decem homines*? Quid enim agitur in Synagoga, quam *preces recitare* & *Legem legere*? An igitur eadem non est quæstio, cur ad *legem legendam* & *preces recitandas*, quam cur ad *Synagogam constituendam* requirantur *decem*? Quandoquidem vero Tibi placet de ratione a me data dicere, eam esse non *ineptam*, hoc enim leve nimis vocabulum erat, sed *feracem ineptiarum*, ut omnem numerum importuni disputatoris absolveres, quid ego dicam, ubi te, me reprehendentem, in miserrima hac confusione deprehendo? Mihi sane nunc videtur præstare nihil dicere, ne cogitationes Lectoris mei præoccupare velle, vel justæ indignationi locum dare videar.

Permitte mihi, Lector, ut verbo repetam, quod modo brevius in disputatione nostra dictum est. Una eademque quæstio est, *cur ad Synagogam decem pertineant homines & cur Lectio Legis & pre-*

& preces decem desiderent homines praesentes. Ratio illius utriusque vel potius ejusdem illius constitutionis haec est data, quia officia Lectionis Legis & Prophetarum, simul cum Rectura Synagogae vix poterant a minoribus, quam decem absolvi: Requiri enim *septem Lectores*, *Synagogae Ministrum* aut *Praefectum* & *duos* ad minimum *Seniores*. Sic scripseram. Judica, non an vere ita conjecerim, neque enim ita mihi sum suffaenus, ut in obscuris rebus verum semper a me teneri putem, sed an *inepte conjecerim*, & an conjectura haec sit *ferax ineptiarum*, ut nuper summa cum humanitate mihi objectum est. Quod ad id attinet, quod *canonem de Synagoga extruenda*, *ubi sunt decem homines*, Vir Clarissimus faciat posterioris originis, hoc nunc non vacat inquirere, quia id lubenter absque ullo causae nostrae praejudicio, imo cum summo disputationis sequentis commodo admittimus. Sufficit nobis, si certum sit, quod certissimum est, ad Synagogam rite constituendam requisitos esse *decem homines*.

CAPUT XVII.

Sententiae binae: Civitas Magna est, in qua sunt decem Otiosi, & Synagoga extruenda est, ubi sunt decem Israelitae: *ex eodem principio ortae amice inter se comparantur, eaque comparatio aliis exemplis illustratur. Denique locus* Megillae *de* Decem Otiosis *convenienter nostrae* ὑποθέσει *exponitur*.

Ex praescripto nobis ordine, hoc capite duo sunt agenda. *Primum* comparandus erit canon vetustissimus de necessitate numeri denarii in Conventibus sacris, ex quacunque etiam causa & ratione profectus, cum statuto de Decem Otiosis Synagogae. *Secundo*, conferenda nostra *Otiosorum* expositio erit cum loco *Megillae* famoso, unde omnis haec nostra disputatio originem suam habet.

Quod ad *prius* attinet membrum, Doctissimus *Ligtfootus* in *Annotationibus* suis ad *Matt.* IV. 23. ubi de controversis his capitibus agit, duplicem hunc canonem, quod *Civitas Magna* sit, *in qua sunt decem Otiosi*, quodque *ubi sunt decem Israelitae*, *ibi sit extruenda Synagoga*, confuderat. Sic ille. *Non quod quilibet decem ex Israele constituerent Synagogam, sed ubicunque sunt decem literati & studiosi Legis, hi vocabantur* בטלנים *Otiosi*. Ego illum his verbis fere fueram imitatus. *Decem vero hi Israelitae alibi dicuntur* עשרה בטלנים *Decem Otiosi*. Atque hoc primum disputationis *Viri Clarissimi* cum *Ligtfooto* caput est, quod satis prolixe prosequitur Diss. I. §. XI. XII. & seq. ut vero argumenta, a se prolata, recte caperentur, operam dat iis ad formas Syllogismorum varias redigendis §. XVI. quod quidem scite admodum & dextre exequitur. Quid proficiat, videbimus, postquam sententiam nostram de hac comparatione, duobus aut tribus verbis alibi a nobis tactam, proposuerimus.

Vetustissimum Gentis Judaicae scitum, quod ad *Conventum sacrum decem necessarii sint homines*, superiore capite illustratum, ex hac origine deduximus, quod *officia*, in Synagoga praestanda, decem homines requirerent exercitatos. Quoniam enim publice a *septem hominibus* praelegenda Lex erat in Synagoga, quoniam insuper *Moderatores Synagogae* rerumque in ea agendarum Arbitri & dispensatores *tres* requirebantur, quos oportuit in statutorum πατροπαραδότων cognitione probe esse versatos, hinc concludebamus, *Decem homines*, rite exercitatos, ad Synagogam constituendam requiri. Ex hoc scito Veteri duo haec dogmata profecta sunt, quae nunc studebimus inter se comparare & amicissime conciliare. *Primum* est, quod *Civitas Magna sit*, *in qua sunt decem Otiosi*. *Posterius* hoc est, quod ubi *decem sunt Israelitae*, *ibi sit extruenda Synagoga*. *Primae sententiae* hunc intellectum esse putamus, quod ea demum Civitas magna dici possit, quae Synagogam habeat, in qua decem homines literati & studiosi Legis comparent, qui officia in ea obeunda rite possint explere. Scilicet multae erant Synagogae, in quibus decem homines, officiis Synagogae administrandis pares, neutiquam reperiebantur. Quid ergo? An Synagoga illa diruenda? Minime vero: Synagoga manet licet in ea pauci, immo unus enim sit literatus in Lege legenda & precibus recitandis exercitus. Sed hoc tamen certum manet, quod officia in ejusmodi Synagoga praestanda rite & decore pro more majorum absolvi non possent, si ea *decem Otiosis* destituatur. Dabo manifestissimum documentum. *Lectores* Synagogae singulis Sabbatis requiruntur *septem*, qui ex praesentibus Israelitis a Chassane vocantur in Cathedram. Sed saepe contingit numero, ut tantum tres, quatuor, duo etiam adsint, qui Legi legendae idonei sunt. Quid ergo? Chassan illos *duos*, *tres*, *quatuor*, quin *unum* etiam *septem* tamen vicibus distincte ad legendum invitat eo

plane

plane modo, quo res peragitur, quando *septem* distincti Israelitæ, Legi legendæ idonei, adsunt. Peraguntur igitur *officia Synagogæ* licet non eo cum decore, quo peracta fuissent, si septem literati exercitatique homines adfuissent. Quoniam vero vix contingebat in locis minoribus, rarissime vero, postquam Judæi in varias regiones dispersi fuerunt, ut *Decem* homines *literati* in unum coirent locum, hinc postea cautum est, ut, ubi solummodo *decem essent Israelitæ*, majorennes & liberi, *ibi extrueretur Synagoga*, quæ *secunda sententia* est. Scilicet ea Synagoga completa & perfecta erat, in qua *decem literati*, illius commodis & usibus intenti, poterant numerari, atque illa meruit *Civitas Magna* dici, quæ Synagogam ejusmodi plenam perfectamque numero possidebat, quoniam tamen raro tot in unum sapientes coibant, nisi in Majoribus Civitatibus, & judicatum tamen est minores etiam societates hominum Synagogis indigere, permissum est, immo præceptum est, ut minores etiam Societates obligatæ essent ad extruendam Synagogam, modo *decem* hominibus constarent. Hic igitur Canon posterior duplici nomine cognationem habet cum priore. I. Quod ortus sit ex eodem principio de *necessitate numeri denarii* in Conventibus sacris. II. Quod hi *decem* Israelitæ, minus perfectam Synagogam constituentes, umbra sint Synagogæ perfectæ. Quia enim ad *Synagogam perfectam & plenam decem literati* requiruntur, hinc postea ortum suum duxit, *decem homines* majorennes & liberos quoscunque ad Synagogam ædificandam teneri. Atque id intelligere datum fuit, quando diximus, quod illi עשרה מישראל *decem ex Israele*, quorum mentio apud *Maimonidem* est, subinde vocentur עשרה בטלנים *decem Otiosi*. *Decem* enim *Israelitæ* quivis *majorennes & liberi*, qui Synagogam rite & decore constituunt, nuncupantur *Decem Otiosi*, qui vero minus exercitati, immo subinde rudes, numero *decem*, nihilominus tamen ad Synagogam constituendam concurrunt, hi umbra sunt *verorum* & *literatorum Israelitarum decem*, qui apud Veteres *Otiosi* dicebantur *decem*. Hæc eorum sententia est, quæ alibi brevissimis verbis de statuto hoc vetere scripsimus. *Ligtfootum* majorem comparationem inter hæc duo scita instituisse, non est quod negem. Si propositum nobis esset, ea omnia præfracte defendere, quæ *Ligtfootus* heic loci collocavit, producenda essent loca, quæ probent, τὸ גדולים & בני חורים aliquando ampliori significatu capi, quam simpliciter pro *majorennibus* & *liberis*, quæ *Buxtorfii* etiam sententia fuit. Atque ejusmodi ad manus habemus testimonia bene multa. Sed pugna omnis, quæ cum veritate bene percepta committitur, infelicem habet exitum. Concedimus igitur Viro Clarissimo, quod hi duo Canones, ita ut jacent, ad omnia inter se non conveniant, & si *Ligtfootus* ita senserit, ut videtur, hic omne ingenium aut eruditionem suam non adhibuerit. Aliud est. *Civitas Magna est, in qua sunt decem Otiosi*. Aliud: *Synagoga debet extrui, ubi sunt decem Israelitæ*, majorennes & liberi. Quoniam tamen, quo magis literati sunt decem Israelitæ eo perfectiorem efficiunt Synagogam, eoque magis etiam Societas aliqua Judæorum accedit ad nomen *Civitatis magnæ*, hinc nullum admodum peccare existimo, qui sententias has binas ita inter se confert, ut posteriorem ex priore deductam monstret, eoque sensu eas idem fere significare contendat. Atque hæc mens nostra fuit, quam si minus curate expressimus, fieri potest inde provenisse, quod autoritate Ligtfooti nimium nisi fuerimus. Ita statuimus ex ὑποθέσει, ante vindicata. Decem Israelitæ Synagogam rite & decore constituentes sunt Literati, Literati vero Otiosi, commodis Synagogæ intenti.

Quod vero hæc res ita se habeat, quod quo plures essent in Synagoga aut Civitas, (Synagoga enim in Civitate est, atque hinc qui Synagogæ inservit, eamque frequentat, is simul Civitatis est membrum) id quidem non multis sed evidenti aliquo exemplo declarabo, ut omnibus constet, quam hæc apte inter se cohæreant. De eo, qui per *insomnium excommunicatus fuit*, hoc statutum fuit, quod quondam ex *Jore Dea* exhibuimus, quodque idem extat apud *Maimonidem* in *Hilchot Talmud Tora* cap. VII. unde id nunc iterum exhibeo. מי שנידוהו בחלום אפילו ידע מי נידהו צריך עשרה בני אדם ששונים הלכות להתירו מי נידהו ואם לא מצא טורח אחריהם עד פרסה לא מצא מתירין לו מי שיודעים לקרות בתורה לא מצא מתירין לו אפילו עשרה שאינן יודעין לקרות לא מצא במקומו עשרה מתירין לו אפילו שלשה *Si quis excommunicatus fuerit per insomnium, licet cognitum habeat, quis eum excommunicarit, necessarii tamen sunt decem homines, qui in Talmudicis constitutionibus versati sunt*, (tu *literatos* aut *Otiosos* dicas) *ad illum solvendum ab excommunicatione. Si vero*

eos

eos non inveniat, imposita ipsi molestia est ad spatium usque milliaris eos persequendi. Quod si eos non inveniat, solvunt illum decem, qui in Lectione Legis versati sunt. Si vero tales ibidem loci non reperiantur, solvere eum possunt decem quoque homines, qui ad legendam Legem apti non sunt. His vero etiam deficientibus solvi a tribus poterit. Gradationem hic vides, Lector, mirificam de *societatibus hominum decem*. Ad singulares casus, qui in Civitate aut Ecclesia & Synagoga (excommunicatio enim in captivitate ad Synagogæ Moderatores pertinet) poterant obvii esse, requirebantur *decem literati*, hoc est, homines studiosi in *Misna* & *Gemara* bene eruditi, hoc est, *decem Otiosi*. Hi si non adessent, res acta ab aliis est *decem*, qui minus versati & eruditi erant; his etiam non præsentibus adhibiti sunt gregarii & majorennes Israelitæ. Dubium vero non est, quin si negotium hoc adeo decore & recte potuisset peragi a decem gregariis Israelitis, quin, inquam, Veteres Hebræi adeo solicite *decem literatos* quærendos non statuissent. Quod igitur gregariis Israelitis *decem* hæc sit commissa cura, hoc factum ob defectum *literatorum* extrema necessitate, ne res infecta maneret, quam fieri prima occasione debuisse palam est. Hac eadem ratione rem se habuisse aio cum Synagogis rite constitutis, in quibus æque ac in Civitatibus Majoribus *hos eosdem decem literatos* requiro, quos in *Excommunicatione*, per insomnium facta, *solvenda* Judæi. Ad Synagogam rite constituendam literati Viri decem numero concurrebant: Quoniam tamen ejusmodi totidemque numero Viri haud facile in locis minus celebribus & societatibus vulgaribus reperiebantur, hinc decretum postea, Viros etiam non literatos decem Synagogam posse constituere, eosdemque ad Synagogas ædificandas fore obligatos, ne sacra exercitia, ut sæpe fit, speciosa occasione ad tempus neglecta vilescerent. Atque id lucem quoque accipit ex illo testimonio, quod ex Libro *Ruth* in superiore capite allegavimus. Historiam putamus dignissimam notatu esse. Boaz cupiebat a Goele Ruth in se translatum jus & dominium omne, quod Goelis erat. Ea res agenda erat coram *cœtu*. Convocat igitur *decem homines*, quot *cœtum* efficiunt. Cujusmodi vero? מזקני העיר *ex senioribus illius Civitatis*. Seniores autem Civitatis, qui sunt alii in Scriptura, quam homines Civitati & Ecclesiæ prospicientes, Constitutionum sacrarum scientia instructi? Hos vero convocat in hoc casu non ut Judices, sed ut עדים *testes*. Quorsum vero *literatos* & *Seniores* testes vocat? Quorsum? si non ideo, quod horum major sit scientia & fides, ac proinde res quæque sacra an civilis multo perfectior his quam illiteratis præsentibus ad exitum suum perducatur. Dubito autem, an non eandem hanc sententiam rursus adstruere queam ex insigni loco, qui est apud *Iosephum* in libro *Antiquitatum* XX. cap. VII. Narratur ibidem, quemadmodum Judæi restiterint Regi Agrippæ sacra sua contemplari volenti ex palatio suo, super exdra porticus interioris murum extruendo altum, quo contemplandi facultas Regi adimebatur. Additur, Rege æque ac Festo hanc audaciam Judæorum ægre ferentibus, decrevisse Judæos legationem mittere ad Neronem Imperatorem. Pergit Josephus. Συγχωρήσαντος δὲ τοῦ φήστου πέμπουσιν ἐξ αὐτῶν πρὸς νέρωνα τοὺς πρώτους δέκα καὶ ἰσμάηλον τὸν ἀρχιερέα καὶ ἑλκίαν τὸν γαζοφύλακα. *Concedente autem Festo mittunt ex se ad Neronem primores illos decem & Ismaelem summum Sacerdotum & Hilkiam ærarii sacri Custodem.* Quinam hic οἱ πρῶτοι δέκα? Gelenius vertit per *decem Cives eximios*. Sed οἱ πρῶτοι apud *Iosephum* sunt *Primores*. Cur vero οἱ πρῶτοι δέκα *Decem primores* illi? Fere mihi imaginor, respexisse *Iosephum* ad certos quosdam summæ existimationis Viros, Civitati, Academiis aut Synagogis præpositos. Hæreo enim, an si aliud *Josephus* voluisset dicere, non convenisset scripsisse τῶν πρώτων δέκα *Primorum decem*. Hoc equidem dicere ausim, quod si hoc unquam moris fuerit in terra Canaan, ut in celebribus locis *decem* constituta fuerint Synedria aut Athenæa, iisque præfecti fuerint decem Viri honorati, *Otiosi* (בטלנים) dicti, quod Bagdade obtinuisse *Benjamin Tudelensis* scribit, nihil facilius esset cogitatu, quam τοὺς πρώτους δέκα hos esse eosdem *Otiosos*, Academiarum Synedriorumque Rectores, forte etiam Synagogæ necessitatibus intentos.

His præmissis operæ pretium non est multis inhærere explicationi textu *Megillæ*, (hoc enim *secundum* erat, quod hoc capite agendum proposueramus) siquidem illius intellectus ex hac nostra expositione *Otiosorum* clarissimus est ad primam considerationem. Sic habent verba vulgata. איזו היא עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנים *Quænam est Civitas Magna? In qua sunt decem Otiosi* Civitas (עיר) notat omnem societatem Judæorum, sive urbem sive pagum in-

co-

colentem, ut mox clarius dicetur. *Civitas Magna* vero est Civitas illustris, vere digna societatis nomine atque hinc quibusdam prærogativis societatis receptæ & æstimatæ præ minoribus societatibus gaudes. Hanc vero Societatem laudatam ait textus omnem illum Judæorum Conventum esse, in quo sunt *decem literati Viri*, Gemara addit, *Synagogæ*, hoc est, Synagogæ munia absolventes, & commoda ejus curantes. Prærogativa vero, quam societates ejusmodi Majores, decem studiosis ac literatis Viris instructæ, hinc capiebant, hæc erat, quod ad diem Conventus Synagogici non necesse haberent Lectionem Libri Megillæ præoccupare, sed die XIV. in legendo libro possent pergere. Hæc famosi hujus textus καθ' ὑπόθεσιν priorem explicatio est, in qua nihil insulsi hactenus animadverto.

CAPUT XVIII.

Pagos (כפרים) *ita dictos in textu Megillæ, qui de* Decem otiosis *agit, ordinario* Synagogis *non fuisse instructos, docetur: Quænam ratio sit anticipandæ* Lectionis Megillæ, ביום הכניסה ad diem Conventus Synagogici *traditur, ejusque anticipationis casus varii proponuntur & explicantur. Denique de distinctione, quæ quondam fuit inter* כרכים Urbes munitas, עיירות Civitates, Majores *&* Minores, *&* כפרים Pagos *varie disputatur, illustratis passim testimoniis Sanctæ Scripturæ.*

In disputando id frequenter usu venit, ut ad sententiam aliquam eo fortius urgendam inculcandamque non illa solum negentur, quæ dubia & ambigua sunt, sed ea etiam in dubium vocentur, quæ certa & explorata sunt. Id Viro Clarissimo nuper evenisse, est, quod hoc capite evidenter ostendam. Quando ille cum Ligtfooto certabat de vero sensu dicti Talmudici, quod *Civitas Magna sit, in qua sunt decem Otiosi*, id absurdum ex explicatione *Ligtfootiana* eruit, quod secundum illam nullæ in *pagis* fuisse statuantur Synagogæ, quod inde certissime consequitur. Hanc vero *Ligtfooti* mentem fuisse ex aliis Viri testimoniis, quæ adducit, palam facit. Atque hoc quod *Ligtfootus* de hoc negotio statuerat, licet falso principio nixum, nullisque testimoniis ab ipso comprobatum, certissimum tamen verissimumque dogma erat ex clarissimis indiciis a nobis comprobandum, & dum calamum eo consilio in manus sumimus, a Doctore Judæo, in statutis Talmudicis versatissimo, nobis hoc ipso momento confirmatum. Oportet, ut rem paulo altius ordiamur.

Statutum est in Codice *Megilla* cap. I. §. I. II. III. Lectionem *Megillæ* (libelli Esther) variis omnino temporibus fieri posse & debere pro varia constitutione Locorum & societatum. De *Oppidis*, quæ muro cincta erat a temporibus Josuæ, dictis כרכים decretum est, ea legere debere *libellum Esther die decimo quinto* mensis Adar. Verba sic habent. כרכים המוקפים חומה מימות יהושע בן נון קורין בחמשה עשר *Oppida, cincta muro a temporibus Jehosuæ Filii Nun, legunt die decimo quinto*. Præter hæc oppida erant עיירות גדולות *Civitates Majores*, עיירות *Civitatos*, & כפרים pagi. *Civitates Majores* erant societates Judæorum ejusmodi, in quibus erant *decem Otiosi*, decem homines literati, Synagogæ commodis intenti. Determinatur autem in *Megilla* eas hac gaudere prærogativa, quod legere possint *die decimo quarto*. id est, proxime accedente ad diem XV. עיירות גדולות קורין בארבעה עשר *Civitates Magnæ legunt die decimo quarto*. Si quæ vero alia esset *societas*, quæ *Decem* ejusmodi *Otiosis* esset destituta, ea non poterat legere libellum Esther, nisi ביום הכניסה *die Conventus Synagogici*, hoc est, die *Lunæ* aut *die Jovis*, quia illis diebus jus dicebatur & Synagoga frequentabatur, de quo mox latius. Posito, exempli ergo, societatem fuisse Judæorum, in qua decem literati non reperiebantur; incidisse autem lectionis *Megillæ* tempus ordinarium, sive diem *decimum quartum* in diem *Martis* aut *Mercurii*, illa societas non habuit privilegium legendi *Megillam* die hoc stato *Martis aut Mercurii*, sed debuit *anticipare* lectionem *Megillæ* ad *diem Lunæ* præcedentem, qui dies *Lunæ*, si dies *Mercurii* esset XIV. incidere debuit in diem *duodecimum*, si dies *Martis* esset XIV. in diem *decimum tertium*. Hoc vero idem tempus erat, quo כפרים *pagani* se recipere solebant in urbem, qui *propriam Synagogam non habentes*, in עיירות *urbes* debuerunt ascendere, ut in earum Synagogis *Lectionem Megillæ* absolverent. De *Civitatibus* Synagogas habentibus & nihilominus *Otiosos* non habentibus est locus *Maimon.* cap. I. §. V. וכל עיר שאין בה עשרה בטלנים היא ככפר ומקדימין וקוראין ביום הכניסה *Et omnis Civitas, quæ decem Otiosos non habet, est instar pagi & debet anticipare lectionem Megillæ ad diem Conven-*

ventus Synagogici. De *Paganis* vero neque *Synagogas* neque *Otiosos* habentibus, verba sunt *Megillæ* textus כפרים מקדימין ליום הכניסה *Pagani anticipant ad diem conventus Synagogici*. Hoc est, licet statum tempus legendi *Meggillam* incideret in diem *Mercurii* aut *Martis*, pagani tamen anticipant legere *die Lunæ*, quando ad urbes solent commeare, ne nimia ipsis molestia creetur præter stata tempora in urbem se recipiendi, quoniam *illi*, propriam *Synagogam non habentes*, in locis, ubi habitant, lectionem hanc absolvere minime possunt. Ex hac autem narratione æque est clarum, ac sol de meridie splendet, *Pagos nullis Synagogis fuisse instructos*, quia si *pagi* Synagogas haberent, necesse non esset, ut pagani & rustici in Synagogas urbium die *Lunæ* & *Jovis* ad sacra ibi peragenda proficiscerentur, nedum ad urbes proficiscerentur ad Lectionem libri Esther peragendam in Synagogis urbium; Nihil enim quicquam intercessisset, quo minus in suis Synagogis æque ac in Syuagogis urbium potuissent Librum Esther legisse. Nihil intercessisset inquam, si *pagi* (כפרים) hic memorati *Synagogas* habuissent, quod Vir Clarissimus contendit. Sed hæc dixisse & verbo inculcasse satis non est. Oportet, ut in ipsa hæc statuta eorumque originem diligentius inquiramus, tum quis sit יום הכניסה *dies Conventus*, & unde ita dictus, clarius doceamus, & occasione objectionum Viri Clarissimi distinctionem vocum כפרים עריות כרכים magis perspicue explicemus.

Quod ad primum attinet, id trademus verbis *Maimonidis*, quæ habentur in *Codice Megillæ* cap. I. §. IV. איזהו זמן קריאתה זמנים הרבה תקנו לה חכמים שנאמר בזמניהם ואלו הם זמני קריאתה כל מדינה שהיתה מוקפת חומה מימי יהושע בן נון בין בארץ בין בחוצה לארץ אף על פי שאין לה עכשיו חומה קורים בחמשה עשר באדר ומדינה זו הנקראת כרך וכל מדינה שלא היתה מוקפת חומה בימות יהושע ואף על פי שהיא מוקפת עתה קוראים בארבעה עשר ומדינה זו היא הנקראת עיר *Quodnam est tempus statutum Lectioni Megillæ? Plurima tempora statuerunt illi legendæ sapientes, secundum id quod dicitur:* In temporibus suis. *Atque hæc sunt tempora lectioni illius destinata. In omni tractu, qui fuit cinctus muro a diebus Jehosuæ, Filii Nun, sive in terra Canaan, sive extra eam, licet hodie muro cinctus non sit, legunt die decimo quinto Mensis Adar, atque ejusmodi tractus dicitur* כרך Oppidum munitum: *Sed vero in illo districtu, qui muro circumdatus non fuit diebus Josuæ, licet nunc circumdatus sit, legunt decimo quarto die, atque ejusmodi districtus dicitur* עיר Civitas §. V. שושן הבירה אף על פי שלא היתה מוקפת חומה בימי יהושע בן נון קוראים בחמשה עשר שבה היה הנס ונומר *Urbs Susan, licet tempore Josuæ munita non fuerit, hac tamen gaudet prærogativa, quod in ea legatur libellus Esther die decimo quinto, quoniam in illa hoc signum liberationis extitit &c.* §. VI. בני הכפרים שאינן מתקבצין בבתי כנסיות אלא בשני ובחמישי תקנו להם שיהו מקדימין וקוראין ביום הכניסה *In gratiam Paganorum qui Synagogas non frequentant, nisi secundo & quinto die hebdomadæ, hoc statutum est, ut possint anticipare lectionem hujus libelli, eumque legere die conventus Synagogici*, hoc est, illis ipsis diebus, *secundo* aut *quinto* hebdomadæ, quibus solent *Synagogas urbium* frequentare. De *urbibus* (עריות) *Otiosis* destitutis, quæ minores erant Societates, extat textus *Maimonidis* §. V. paulo ante allegatus.

Statuta hæc, indicante etiam *Maimonide*, originem suam habent ex *Libello Esther*, in quo cap. IX. 17. 18. 19. sic scriptum reperitur. *Die decimo tertio mensis Adar*, (Interfecerunt Judæi, qui במדינות המלך in districtibus Regis extra urbem Susan vivebant, suos hostes) *iisque requies obtigit die ejusdem decimo quarto. Judæi vero, qui in Susan erant, congregati fuerunt die decimo tertio & decimo quarto, iique quieverunt die decimo quiuto illius mensis, eumque fecerunt diem convivii & gaudii. Propterea Judæi pagani, qui habitant in Civitatibus pagorum, faciunt diem decimum quartum Mensis Adar, diem gaudii ac convivii, ac diem festum.* Ex hoc textu vero occasionem arripuerunt Judæi ea formandi præcepta & constitutiones, quæ in præcedentibus a nobis relata atque ex *Maimonide* descripta sunt. Scilicict in hoc textu mentio est duplicis generis loci פרזות & שושן. *Susan* (שושן) *Civitas* erat *munita*, sedes Imperatoris. Ab hoc oppido distinguuntur פרזות *Pagi* Belgæ habent. Dorpen Falleris tamen maxime, si putes *tales* intelligi *pagos*, quales in nostro textu *Megillæ* כפרים dicuntur. Per פרזות in hoc textu intelliguntur omnia loca, *muris non cincta*, qualia erant illo tempore perplurima, quam ob rem in textu dicuntur ערי פרזות *Civitates pagorum*. Per פרזות enim idem intelligitur, quod in *Megilla* per עריות *Civitates*, Societates plurium hominum in unum coeuntium. R. Salomo ad locum.

הפרזים

הפרזים שאינם יושבין בערי חומה בארבעה עשר ומוקפין חומה בחמשה עשר והוקף זה צריך שיהיה מימות יהושע בן נון *Pagani: Qui non habitant in Civitatibus munitis muro, die decim quarto, ſed qui muniti ſunt muro, die decimo quinto. Neceſſe tamen eſt, ut hæc circumvallatio facta fuerit a diebus Joſuæ Fili Nun.* In *Etz Hechaiim* ad cap. I. §. verba *R. Salomonis Jarchi*, ni fallor, hæc referuntur. עיר שאין מוקפת נקראת פרוז שמחוך שאין לה חומה ישיבתה נפוצ ופרוז *Civitas, quæ munita muro non eſt, vocatur* פרוז pagus, *quoniam, cum nullus ipſi ſit murus, late admodum & ample habitatur*. Kimchi. ערי המישור שאין להם לא מבצר ולא חומה *Loca* Civitatum *plana, quibus neque arx neque murus eſt*. Si ſatis necdum rem intelligis, compara cum his noſtros pagos *majores*, in quibus hominum multi in unum coeunt, & per vicinias habitant. Atque hi *pagi* in Codice *Megilla* dicuntur עיירות *Civitates*, quæ legebant Librum Eſther die *decimo quarto* Menſis Adar.

His pagis opponitur שושן *Suſan* Oppidum. Id vero erat munitiſſimum, atque hic factum eſt, ut huic loco Judæi ſubſtituerint כרכין *urbes munitas*, ſive מוקפות חומה *cinctas muro*, voce in Scriptis Sacris infrequenti: Doctiſſimus Vir, *Nicolaus Fullerus in Miſcellaneis ſacris* lib. III. cap. II. obſervavit ab hoc vocabulo כרך Græcorum κίρκος & per metatheſin κρίκος, item Latinorum *circus*, *circulus*, *circum* & *circa* deſcendiſſe, quod indubium habemus. Idem eſt quod עיר מבצר *urbs munita* in *Paraphraſibus Chaldaicis*. Exempla notavit *Elias Levita*, in ſuo *Methurgeman*, notatus etiam *Fullero* & *Buxtorfio*. Syrus Interpres כרכא vertit, quod in novo Teſtamento eſt πόλις Joh. XI. 54. Luc. XIX. 17. Plurimas vero elegantiſſimas ad hanc vocem obſervationes habet *Fullerus*, notato capite, quas quiſque apud ipſum poteſt videre & legere, qui harum rerum guſtum habet. Frequentiſſima Talmudiſtarum loquutio eſt de כרכי הים *Oppidis maritimis*, licet exemplum *Buxtorfius* nullum notaverit ad hanc vocem. Alias ab ipſis exprimitur מדינת הים *Ora maritima*. Specimina hujus φράσεως benemulta extant apud laudatum *Wangenſeilium* in Excerptis *Gemaræ* ad cap. I. Sotæ p. 294. Scilicet nullibi tutiora loca magis erant neceſſaria, quam in oris maritimis, ubi merces repoſitæ a raptoribus, & homines, eas cuſtodientes, ab undarum fluctibus itempeſtivis ſervari debent, unde celebratiſſima Veterum munimenta & arces ad maria fuerunt collocata. Punctatur autem apud Chaldæos, quorum hoc eſt vocabulum, in plurali כרכים non כרכין ut Vir Clariſſimus, dicitur autem in ſingulari כרך & כרכא.

In his vero locis diverſis diverſa extitit celebratio *Feſti Purim*. Judæi, qui in Suſan habitabant, obſervabant feſtum hoc *die docimo quinto*, quoniam vero *Suſan* urbs erat munita, hinc prærogativa hæc tranſlata eſt ad *urbes munitas* terræ Canaan, ſtatutumque, ut in iis omnibus *Feſtum Purim* celebraretur *die decimo quinto* menſis Adar. Sed cur reſtringitur hoc ſtatutum ad urbes munitas a temporibus Joſuæ? Rationem reddunt *Maimonides*, *Aſcher*, omneſque Ritualium Autores id inde eſſe factum, quia urbes plurimæ terræ Canaan eo tempore erant deſtructæ, adeo ut quam pauciſſimæ hoc privilegio fuiſſent gaviſæ, ſi urbium eo tempore munitarum habita fuiſſet ratio. Hinc itaque conſultius viſum eſt, urbes has omnes hac prærogativa donare, quas a temporibus Joſuæ munitasfuiſſe credi poterant ex hiſtoria.

Quoniam autem Judæi Veteres per פרזות loca quævis etiam intelligebant, in quibus hominum ſocietates multæ habitabant, ſed quæ tamen cinctæ muro non erant, hinc concluſum oportebat fuiſſe, Societates omnes Judæorum, loca non circumdata muro incolentes, legere poſſe libellum Eſther *die decimo quarto*, quia cenſebantur eadem prærogativa gaudere, qua פרזות pagi in terra Mediæ & Babyloniæ. Atque id eatenus verum eſt, ut hodie in quibusvis Societatibus extra terram Canaam *Megilla* legatur die XIV. menſis Adar. Verum ita concluſum non eſt a priſcis Sapientibus. Quænam vero hujus rei eſt ratio? Hanc tradam hoc momento. *Civitates* & *urbes* circa ſe in diſtrictu ſuo habebant כפרים *pagos*, per quos in hoc loco intelligas, homines rure habitantes, a ſe invicem diſperſos in diſtrictu Civitatis aut oppidi, a quibus oppidani, quæ ad victum ſuum pertinent, accipiebant. Hi vero *pagani*, nec *Synagogam nec tribunal* habentes (vivebant enim in diſtrictu Civitatis aut oppidi) bis hebdomade, hoc eſt, die *Lunæ* & *Jovis* in Oppidum aut Urbem commeare ſolebant, merces ſuas exponere, judicia experiri & Synagogas frequentare, atque hinc dies ſive *Lunæ ſive Iovis* dicitue יום הכניסה *dies congregationis in Synagogam*. Si Synagogam hi homines habuiſſent propriam, neceſſe non fuiſſet, ut in *Synagogas urbium* aut *minorum Societatum* bis tantum hebdomade

fuiſ-

fuissent profecti, quia tum ex lege fuissent obligati frequentare, omni die Synagogam, sed vero nunc, cum pagani ipsi Synagogis destituti sint, necesse est Synagogas Civitatis aut oppidi, in cujus sunt districtu, frequentare, ne sacris rebus nimis diu abstinentes inde noxam patiantur. Hæc res est. Probemus autem hanc φράσιν τῶ יום הכניסה significationem esse ex *Maimonide* in Com. ad cap. I. Cod. Megillæ. ויום הכניסה הוא יום שני וחמישי לפי שאנשי הכפרים מתכנסין בהם לשמוע ספר תורה *Dies vero Congregationis est dies secundus & quartus, quoniam pagani illis diebus congregantur* (in Civitatem apud Oppidum sui districtus) *ad audiendum libri Legis Lectionem*. Hinc sane ratio statuti etiamnum durantis, quod Lex debeat in Synagogis legi *secundo* & *quinto* hebdomadæ die. De *judiciis* intellige rem ex *Iarchio* Com. ad eandem hanc φράσιν יום הכניסה יום שני וחמישי בשבת שהוא יום כניסה שהכפרים מתכנסין לעיירות למשפט לפי שבתי דינין יושבין בעיירות בשני ובחמישי בתקנת עזרא *Dies congregationis est dies secundus & quintus hebdomadæ, qui dies congregationis eam ob causam dictus est, quia pagani congregantur in Civitates ad judicium, quoniam domus Iudicii* (Senatus Judiciales) *in Civitatibus sedent die secundo & quinto hebdomadæ ex constitutione Esræ*. Si qui igitur causas habebant coram Judice disceptandas pagani, illi Tribunalia adibant, omnes autem *congregabantur* ad ædes Synagogæ, quæ ratio hujus denominationis a *Maimonide* data nobis magis placet, quia generalior est & indoli vocis כניסה magis convenit. Dicitur enim *Synagogæ domus* בית הכנסת *domus congregationis*, ab eodem themate כנס *congregare*. Nostræ quidem terræ alia quodammodo consuetudo est, quod ad Conventus publicos tam judiciales quam Eccelsiasticos attinet. Eatenus tamen convenientia est, quod in Patria etiam nostra dies in hebdomade certus aut certi sint statuti, quibus *Pagani*, qui ad civitatis districtum pertinent, aut in urbis illius vicinia degunt, in urbem coeunt frequentes. Belgico idiomate dies ejusmodi apud nos dicitur Merckt-dagh Id idem propemodum est, quod יום הכניסה Etenim constat, paganos eum etiam in finem in urbem convenisse, ut oppidanis de necessariis omnibus prospicerent. Sic est in Gemara Cod. Hierof. Megillæ ad cap. I. §. II. f. LXX. תני שמואל מפני מה מקדימין ליום הכניסה כדי שיפסקו מים ומזון לאחיהם שבכרכים *Trad. Samuelis. Quare anticipant* (pagani) *ad diem Conventus Synagogici? Ut suppeditent aquam & cibum fratribus suis*. Quod vero per כפרים *pagos* ejusmodi *pagani*, qui ruri dispersi vitam agunt in districtu aut διοικήσει alicujus Oppidi & Civitatis, intelligendi heic sint, id unicuiqne ad rem præsentem attendent evidentissimum fit. Scilicet distinguuntur hi כפרים *pagi* a כרכים *Oppidis munitis*, עיירות גדולות *Societatibus Majoribus*, quales ad minimum *centum* & *viginti* Civibus constabant, & עיירות *Societatibus* aliis *minoribus*, quas nos קטנות dicere possumus, minoribus inquam *Societatibus*, quæ infra numerum *centum* & *viginti* hominum, sexaginta, quinquaginta, ant triginta hominibus consistebant. Quod enim Civitas constat ex *centum* & *viginti* hominibus a nobis inter *Civitates magnas* debeat numerari, id inde colligas, quia in enumeratione membrorum *Cœtus centum* & *viginti hominum*, quæ in Codice *Sanhedrin* fit, censentur etiam עשרה בטלנים *decem Otiosi*: Quoniam vero cætus ille, in quo sunt *decem Otiosi*, in hoc testimonio *Megillæ* vocatur *Civitas Magna*, עיר גדולה hinc concludas tuto, *cœtum centum* & *viginti hominum* a Judæis pro *Civitate Magna* censeri.

Hi vero *Pagi*, aut *Pagani* (כפרים) in causa fuerunt, quod volebam dicere, cur *Lectio Megillæ* in omnibus Societatibus, muro non munitis a tempore Josuæ, peracta non sit die *decimo quarto* Mensis Adar. Si enim illi Synagogam habuissent, & homines in Lectione exercitatos in iis aluissent, nulla fuisset ratio, cur non illi eodem die *decimo quarto* Librum *Megillæ* legissent. Potes id inde cognoscere, quia unus homo privatus, qui in itinere est neque loco ulli adstrictus certo, librum *Megillæ* legit *die decimo quarto*. Ratio igitur, cur *pagani* debuerint anticipare Lectionem hujus libelli hæc est, quia *pagani* Synagogis instructi non erant. Judicarunt itaque prisci Sapientes, ea molestia non esse gravandos paganos, (verba sunt Jarchi: לא הטריחום חכמים להתאחר ולבא ביום ארבעה עשר ut in Synagogas urbium aut Civitatum extra ordinarios dies Conventus ascendere cogerentur, eamque ob causam utile factu existimarunt, ut *pagani*, qui Synagogas habuissent, potuissent legisse die XIV. nunc Synagogas non habentes ideoque coacti in urbibus Megillam legere, anticiparent Lectionem *Megillæ die Conventus ordinarii in Civitate*, diem *decimum quartum*, qui ordinarius Lectionis dies erat, præcedente. Statuerunt

runt autem simul, ut *Civitates minores*, quas modo descripsimus, eodem die cum *paganis* legerent librum Megillæ, eam proculdubio ob rationem, ut & solennitas eo esset major & *pagani* in Lectione *libri Megillæ* facilius juvarentur. In *Civitate* autem *Majore*, hoc est, ea, ubi copia erat *literatorum*, Synagogæ necessitatibus intentorum præter alia Civitatis membra, ratio hæc cessabat. Recte *Salomo Jarchi*, hoc idem dictum *Megillæ* explicans. והכפרים אינם בקיאים לקרות וצריך שיקראנה להם אחד מִבני העיר *Pagani autem non sunt exercitati in legendo, atque ea propter necesse est, ut unus ex Incolis Civitatis* (sive Majoris sive minoris) *librum Megillæ illis prælegat*. Ubi igitur copia erat *literatorum*, Synagogæ necessitatibus intentorum, qui paganos rudes in legendo poterat juvare, quales erant *decem Otiosi*, ibi necesse non erat, ut tota Universitas Israelitarum una cum iis legeret, sed, ubi hi deerant, oportebat, ut cæteri omnes ad solennitatem magis celebrandam paganos in Lectione hujus libelli adjuvarent. Quod argumentum nobis novum est, unde concludere datur, *decem* hos *Otiosos* simul fuisse Lectores publicos. Ut vero, quæ huc pertinent omnia, recte concipiantur, haud incommodum duxi, hasce breves tabellas illustrationis ergo adjicere. *Prior* continebit casum, qui est de præoccupatione Lectionis Libri Megillæ, quæ fit, si dies *Lunæ* sit יום הכניסה *dies congregationis*.

Mensis *Adar*.

Dies	
12	*Lunæ*. יום הכניסה. Hoc tempore legebant pagani & Civitates Minores.
13	*Martis*.
14	*Mercurii*. Hoc die legebant *Civitates Majores*, quæ *decem Otiosos* habebant.
15	*Jovis*. Hoc die legebant *Oppida* munita a temporibus Josuæ.

Secundus casus hic est, ubi יום הכניסה *dies congregationis* ponitur esse dies Jovis.

Mensis *Adar*.

Dies	
11	*Jovis*. יום הכניסה *dies congregationis*. Hoc tempore legunt *Pagani* & *Civitates Minores*, quæ *decem Otiosos* non habent.
12	*Veneris*.
13	*Sabbathi*.
14	*Solis*. Hoc die legunt Civitates *Majores*, quæ decem *Otiosos* habent.
15	*Lunæ*. יום הכניסה. *Oppida munita* legunt.

Alii etiam bini casus sunt apud *Maimonidem* cap. I. §. XIV. qui quidem ad quæstionem nostram de *decem Otiosis* nihil pertinent, sed tamen ob similitudinem rei addi facili negotio possunt. Determinatur in iis, quomodo se res habeat cum Lectione Libri Megillæ, si dies XIV. aut XV. Mensis *Adar* incidat in Sabbathum, quoniam Sabbatho nefas est Librum Megillæ legere.

Mensis *Adar*.

Dies	
12	*Jovis*. יום הכניסה *Pagani* legunt.
13	*Veneris*. Hoc tempore legunt *Civitates Majores*.
14	*Sabbathi*.
15	*Solis*. *Oppida munita* legunt.

Mensis *Adar*.

Dies	
13	*Jovis*. יום הכניסה. *Pagi* & *Civitates* minores legunt.
14	*Veneris*. *Civitates Majores* & *Oppida munita* simul legunt.
15	*Sabbathi*.

Putamus ex præcedentibus his positionibus ad oculum monstrasse, omnem differentiam temporis Lectionis, quæ est inter כפרים *pagos*, & *Societates* (Civitates עיירות) cum *Majores* tum *Minores*, ex hoc unico fonte esse ortam, quod כפרים *Pagi* non habuerint Synagogas ullas. Si enim illi Synagogis fuissent instructi, licitum omnino fuisset omnibus Civitatibus legere die XIV. & nulla alia obtinuisset differentia, quam quæ erat in *Media*, inter *oppida* scilicet *munita* & פרזות *Civitates*, *muro non cinctas*, sive Majores sive Minores, adeo illud est verum, *Pagos*, (כפרים) quorum mentio est in hoc loco *Megillæ*, nullas habuisse Synagogas. Atque id etiam alio non minus claro & evidenti argumento probari a nobis potest. *Pagi*, qui erant in districtu כרך *Oppidi* mu-

muniti a temporibus Josuæ, legebant eodem die librum *Megillæ*, quo *oppidum* illud munitum, quia cum in districtu illius oppidi erant & proprias Synagogas non habebant, hinc cum oppidanis uni censebantur esse. Sic est in *Orach Chaiim*. Hilchoth *Megilla*. cap. DCLXXXIII. §. II. וכן הכפרים הנראין עמהם אפילו אינם סמוכים כגון שהם בהר או שסמוכים להם אפילו אינם נראים עמהם כגון שהם בעמק ובלבד שלא היו רחוקים יותר ממיל-קורין בט״ו *Atque ita etiam pagi, qui videntur cum iis*, (oppidis munitis) *licet non sint proximi, ut, qui sunt in monte, aut qui propinqui admodum sunt & tamen non videntur cum iis, ut qui sunt in valle, modo ne longius ab oppido distent, quam milliare, legunt die decimo quinto*. Milliare definitur a *Maimonide* ad אלפים אמה *mille cubitos*. cap. I. §. X. Quomodo vero fieri potuisset, ut *pagi* (כפרים) unquam legissent librum *Megillæ* die *decimo quinto*, si pagi habuissent Synagogas. Qui ex his statutis hactenus non animadvertit, *Pagos* Synagogas ordinario nullas habuisse, is vel oculos non habet, vel eos, cum habet, non aperit. Atque hæc veritas adeo testata est, ut non *Ligtfootus* modo, quem Vir Clarissimus oppugnat, id asseruerit, sed & Doctissimus *Schickardus* in *Annotationibus* ad Oratiunculam de *Festo Purim* idem ex eodem hoc testimonio quam clarissime docuerit. *Denique de* כפר *Pago*, ait, *Qui Synagogam propriam non habet, statuunt ut rustici legendo anticipent*. Id equidem Viro Clarissimo concedimus, quod principium, unde hanc veritatem *Ligtfootus* eruit, non æque constiterit, at, quod ad rem ipsam attinet, illa exploratæ certitudinis est.

Videndum nunc, quid responderi possit ad loca, in contrarium producta a Viro Clarissimo, quæ ad speciem optume videntur concludere pro sententia a se accepta. Omnia vero illa pertinent ad explicationem unius dicti Misnici, quod in hoc ipso Codice *Megillæ* cap. III. aut IV. reperitur, cui titulus בני העיר. Ita sonat. בני העיר שמכרו בית הכנסת וגו׳ *Cives, si vendant Synagogam* &c. Commentatores *Gemarici*, eosque sequuti Recentiores omnes, *R. Salomo*, *Maimonides*, *Ascher*, *Nissim*, *R. Jacob Ben Ascher*, scripserunt intelligendum hoc dictum Misnicum esse de *Synagogis Pagorum* & non de *Synagogis Oppidorum*. *Maimonidis* unicum locum adnotabimus: ואסור למכור בית הכנסת אלא בכפרים אבל בית הכנסת של כרכים אי אפשר למוכרו. *Vetitum est vendere Synagogam alibi, quam in pagis: Synagoga vero Oppidorum vendi nulla potest ratione*, לפי שהרבים יש להם בה זכות *quia plurium in eam jus est*, vel ut *Jarchi*, quia כל בעליהם *Omnes sunt domini earum*. Utique in hoc commentario totidem literis adstruitur, *Pagos* instructos fuisse Synagogis, ac proinde falsitatis convicta est *Ligtfooti* ὑπόθεσις. Sic sane ad primam speciem videtur, sed operam dabimus, ut percipiat Lector, duas has sententias, quæ adversæ sibi invicem videntur, se invicem nullo pacto ferire. Nascitur omnis hæc difficultas ex non percepta potestate vocabuli כפר, quod modo laxius modo strictius apud Autores Hebræos accipitur, atque in his duobus modis diversimode acceptum speciosæ huic contrarietati ansam dedit. Ita existimo, licet alius etiam conciliandi detur modus. Diximus in antecedentibus ad expositionem textus *Megillæ*, quod in eo occurrat mentio כרכים *Urbium munitarum a temporibus Josuæ*, עיירות גדולות *Majorum Civitatum*, sive muro cinctarum sive non, עיירות קטנות *Civitatum Minorum* & כפרים *Pagorum*. עיירות קטנות *Civitates Minores* in textu *Megillæ* non diserte exprimuntur, sed tamen satis evidenter indicantur apud *Maimonidem*. Præterquam quod ubi quædam *Civitates Magnæ* dicuntur, necesse est subintelligi alias, quas *parvas* appellare licebit. Occurrit autem distinctio inter עיר גדולה *Civitatem Majorem* & עיר קטנה *Civitatem Minorem* in cap. III. *Megillæ* §. II. licet nesciam, an ibi præcise per *Civitatem Majorem* intelligenda sit *Civitas*, in qua sunt *Decem Otiosi*. Additur autem in textu *Megillæ*, quod *Civitas, quæ decem Otiosos non habet, sit* כפר *Pagus*. Sed id a *Maimonide* recte exponitur, per ככפר *instar pagi*. Hoc est, Civitas quæcunque, licet maxima sit, si *Decem Otiosos* non habeat, est ככפר *instar pagi* ratione Lectionis Libri Esther. Sicut enim כפרים *pagi* tenebantur legere *libellum Esther* ביום הכניסה *dies congregationis in Synagogam* vel *commeatus in urbem*, ita quoque עיירות קטנות *Civitates minores*, licet Synagogis instructæ. In hac autem oppositione fieri non potest, ut *pagi* aut *pagani* aliter accipiantur quam pro rusticis per agros dispersis, Synagoga propria ejusque Ministris destitutis, quorum pauci admodum in una degebant vicinia.

Hi igitur homines rudes, Synagogam non habentes, ascendebant in urbes aut Civitates proximas bis hebdomade, ut

Sy-

Synagogas frequentarent urbium aut civitatum, atque de iis loquitur textus Megillæ. Posito fuisse עיר קטנה *Civitatum minorem*, hoc est, quinquaginta aut septuaginta rusticos in una habitasse vicinia, Synagogam habuisse cum illius Ministro & præfectis, illis equidem etiam impositum erat, ut *die congregagionis* Librum Megillæ legerent, sed illi necesse non habebant suam derelinquere Synagogam & aliovorsum se conferre. Legere tamen tenebantur hoc ipso die, ut qui in vicinia illorum erant pagani, Synagogam illam frequentare soliti, eo die cum cæteris officia sua explerent, atque in iis perficiendis possent adjuvari. Hactenus enim alia mihi hujus statuti ratio non obvenit. Sane eam esse significationem vocis כפרים in hoc priore textu *Megillæ*, id putem ex *Hierosolymitano Talmude* abunde constare. רבי סימון בשם רבי שמואל בר נחמן משפחה ומשפחה אלו הכפרים מרינה ומרינה: אלו הכרכים עיר ועיר אלו העיירות *R. Simon nomine R. Samuelis Filii Nachman*: Familia & familia: *Hi sunt pagi*. Regio & regio: *hæ sunt urbes muro munitæ*; Civitas & civitas, *hæ sunt Civitates*. Locus est in Gemara ad *Constitutionem secundam*. Respicitur ibidem ad locum, qui est in *Libro Esther* cap. IX. 28. *Et dies hi in memoria sunt & celebrantur omni ætate & ætate*: משפחה ומשפחה *Familia & familia*: מרינה ומרינה *Districtu & districtu*: עיר ועיר *Et civitate & civitate*. Viden' quod *familias distinctas* hic interpretentur per כפרים *Pagos*? Quorsum vero? Nisi ad indicandum tales in hoc loco pagos intelligi, qui a עיירות Civitatibus sive majoribus sive minoribus distincti sunt? Puto me paucis his verbis jam indicasse duorum horum locorum *Megillæ* conciliationem. Scilicet vocem כפרים in priore hoc textu *Megillæ* strictius sumi pro *paganis*, quorum pauci in vicinia habitant una, Synagogis destitutis; in posteriore autem latius & laxius sumi pro quibusvis *viciniis paganorum*, muro non cinctis, quales Synagogas non quidem necessario habebant (Canonem enim de condenda Synagoga, ubi decem Israelitæ sunt, posterioris esse originis, Vir Clarissimus concessit) sed tamen pro arbitrio suo habere poterant, si sumptus illi ædificandæ vellent impendere. In textu enim *Megillæ* opponuntur sibi כרכים *Urbes munitæ* & כפרים *Pagi*. Prouti vero כרכים hic non sunt præcise *urbes munitæ* a temporribus Josuæ, sed quævis urbes in terra Canaan munitæ muro, publici juris factæ, si non fallor, ita כפרים sunt omnes *Civitates* & *pagi* non muniti muro, licet alias maxima hominum multitudine constantes. Quod vero ejusmodi כפרים *Pagi* heic loci intelligantur, id quidem ex variis argumentis, in ipso textu latentibus, patet. Textus *Talmudicus*, qui de his Synagogis כפרים *Pagorum* agit, ita incipit. בני העיר שמכרו בית הכנסת לוקחין תיבה *Filii Civitatis*, (Cives incolæ) *qui vendunt domum Synagogæ, emunt ejus pretio arcam*. Constat utique, quod כפר *Pagus* hic dicatur עיר *Civitas* & כפריים *Pagani* בני העיר *Filii Civitatis*. Non ignoro equidem, quod τὸ עיר *Civitas* sæpe apud Judæos tenuissimum habeat significatum & pro paucorum hominum convictu & societate sumatur, quippe quod ample satis in præcedentibus tradidi, attamen non sumitur unquam nisi pro societate hominum, qui in uno loco degunt. Atque id inde etiam evidentius est, quod dicatur: בני העיר שמכרו רחובה של עיר *Incolæ Civitatis, ubi vendunt plateam Civitatis &c.* Sane tota universitas hic constanter appellatur עיר *Civitas*, licet, ubi de venditione Synagogæ agitur, vicos intelligi contendant Gemaristæ. Hic vero significatus vocis differt ab eo, qui in explicatione prioris textus usu venit, ubi כפרים sumebatur pro paganis, ruri sparsim habitantibus, quorum pauci in una degebant vicinia. Sic sane res fieri solet. Primum, ubi regio aliqua colitur, pagani hic illic Domicilia fingunt sua: Atque hæc domicilia vocantur כפרים *villæ*: כתים ut Kimchius, חוץ לעיר לכפריים ולעובדי אדמה *Domus extra Civitatem pro paganis & cultoribus terræ*. Philippus Aquinas. בתים מעטים יחד חוץ מהעיר *Paucæ domus simul extra Civitatem*. Omnino vocabulum כפר ejusdem plane significationis est cum Latino *tugurium*. Ut enim hoc a *tegendo* dictum ita & illud. Belgæ simili voce dicunt Boere-hutte. Hæc simplicissima vocabuli hujus notio est. Sed procedente tempore multiplicatis regionis incolis & domiciliis, fit paulatim ut plures ejusmodi casæ & villæ in locis non admodum dissitis collocentur, quibus aliis interpositis & adjunctis paulatim formatur *Pagus*. Is vero quia constat ex *villis & casis* eodem nomine כפר apud Hebræos dici cæpit, licet haud ita frequenter in Scriptura Sacra, ut quidem apud Chaldæos. Hinc est, quod Interpres Chaldæus illud ערי פרזות quod est in textu Esther, verterit per כופרנאז *Pagos*, quod tradit *Elias* in *Thisbi*. Ex *Buxtor-*

torfio lego כופרנאין is vero scribit כפרוניא In *Targum*, quod in *Bibliis* Buxtorfii huic Codici adjectum est, legitur קרוי פציחיא *Civitates pagorum*. פציחא vero frequentissimum in *Targumin* vocabulum est, & omnes societates hominum, laxe viventes & muro non constrictas notat. Sane ערי פרזות *Civitates pagorum* in textu *Esther* magnas admodum *vicinias* notant, licet muro non circumdatas, in quibus frequens hominum coitus erat. Belg. Dorpsteden. Convenit omnino cum hac φράσει vox κωμόπολις, quæ extat apud *Marcum* cap. VI. 38. neque ullibi præterea in S. Scriptura N. T. Ἄγωμεν, dicitur, εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις. Belgæ. Oleeken. Sed melius forte reddidissent eadem voce, quæ in Esther libro est. Dorpsteden. Est ad eum locum *Grotii* satis elegans παράφρασις, quam religio esset prætermittere intactam. *Tacitus*, ait, *cum dicit Historiarum* V. subversa longæ pacis opera, haud procul castris in modum municipii extructa, *κωμόπολιν describit. Talis κωμόπολις fuerat Bethsaida, nuper oppidi speciem nacta*, πόλεως *hic dixit* Lucas κατὰ χωρησικότερον, ut & v. 12. *Hebræorum Magistri quidam* פרזות *putant esse* κωμοπόλεις. *Sunt qui dissentiant. Neque vero ita vertunt* LXX. *Ex* Josepho *constat fuisse* κώμας πόλεως μέγεθος ἐνδεικνυμένας. *Hinc toties Scriptores nostri* πόλιν *κώμην promiscue usurpant. Sic & Poetis Græcis* πόλιν *dici, quæ sunt* κῶμαι, *notant Pollux & Harpocration, & exemplum adferunt in* Euboea, *de qua dixerat Euripedes*. Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις. Sane id quod *Grotius* heic tradit, verissimum esse opinor, licet de eo aliquos dubitare asserat, quod ערי פרזות idem sit, quod κωμόπολις, aut κώμη. *Vicus*, ad oppidi specim formatus, licet muris destitutus. Hos vero posteriores Judæi vocarunt כפרים quod a LXX. Interpretibus vertitur per κώμας, licet fatear, in loco Esther τὸ ערי פרזות neque per vocem κώμη neque per eam κωμόπολις versum esse. Κωμόπολις igitur est כפר, laxiore significatu. Hinc factum, ut vocabulum hoc כפר ita frequenter in compositione junctum sit cum propriis locorum aut hominum nominibus, quæ in ejusmodi vico erant celebria, haud propemodum aliter, ac apud Gallos fit in voce *ville* & Græcos Veteres quondam in voce πόλις. Frequentissimum est *Capernaumi* vocabulum, quæ *urbs* erat *Galileæ*. Sic apud *Lucam* est cap. IV. 31. καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ, πόλιν τῆς Γαλιλαίας. Esse autem *Capernaum* eundem locum, qui apud Talmudistas dicitur כפרנחום voce composita ex nostro כפר & נחום de eo nullum puto dubitare hominem. Adduxit Cl. *Buxtorfius* in *Lexico* suo plurima similia nomina locorum celebrium. Ut כפר חנניה *Cephar-chanania*. כפר ברקאי *Cephar-barkai*. כפר-עזיז *Cephar-Asis*. Et quod notatu dignum est, vocabulum כפר ibidem æque per *urbem* ac per *villam* reddidit. Sed plurima alia exempla præter hæc, quæ notavit *Buxtorfius*, in unum collegit laudatissimus *Wagenseilius* in *Annotationibus* ad *Excerpta Gemaræ* Codicis *Sotæ* cap. III. p. 464. Est igitur כפר κώμη & כפרים sunt κωμοπόλεις, ערי הפרזות Clarissimum quidem *Ligtfootus* ad locum *Marci* ante allegatum, existimavit vocem κωμοπόλεις respondere voci עיירות apud Hebræos. Sed id credere non possumus animum nostrum inducere. Credimus equidem, τὸ πόλις in Scriptura N. T. sæpe sumi pro κώμη & κωμόπολις, &, quando id contingit, tum respici ad vocem עיר Hebræam, quam alias diximus quamcunque Israelitarum *societatem* denotare, in unum coeuntem: Verum hoc certissimum esse reor, quod κωμόπολις nimis sit speciale & distinctum in sua significatione vocabulum, quam ut id ad vocem עיר respiceret. עיר generale est, & adscribitur sive *pagis* sive *urbibus*, sive *Oppidis* maximis, atque hinc fit, ut ea omnia loca עיירות πόλεις dicantur. Sed si accedit restrictio per adjunctam vocem κώμη, tum puto intendisse Scriptores Sacros aliam vocem, quæ est כפר. Uti vero ערי פרזות habes in libro *Esther*, sic habes τὸ ערי פרזי & כפר פרזי in Scriptura V. T. eodem significatu. Prius occurrit Deut. III. 5. ubi Belgæ nostri Interpretes optume: Onbemuyrde steden. Posterius extat I. Sam. VI. 18. ubi habent. Landt-blecken. Fatendum tamen est nullam vocem in *pagis* quibuscunque significandis ita frequentem esse, quam τὸ חצרים Opponuntur sibi mutuo omni versu, ubi de divisione *urbium* & *pagorum* terræ Canaan agitur in libro *Josuæ*. Exemplum sit Jos. XIII. 28. *Suburbanos agros* notari hoc vocabulo *Symmachus* putavit, sed *Masius* Salomonis Jarchii sententiam tenet, qui *villas minores* significari contendit. Hoc tamen verissimum reor esse, quod חצרים proprie *villas* & *pagos suburbanos* notet, qualiter nos vocem כפרים in priore textu *Megillæ* accepimus. Hos vero commodo sensu *agros* dici posse, quis neget? Immo, quod dignissimum notatione est, Scriptores Novi Fœderis elegantissime sic distinguunt. Sic est apud *Marcum* cap.

cap. VI. 56. καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας ἢ πόλεις ἢ ἀγρούς. Beza. *Et ubicunque introiveritis in vicos, aut urbes, aut Agros*. Belgæ ſignanter. Diecken. Steden. Dorpen. *Vulgatus* omnino aberrat per ſuum. *Vicos, villas aut Civitates*. Ortam hanc interpretationem eſſe ex varietate Lectionis, non dubitamus. Sic Luc. IX. 12. mentio τῶν κύκλῳ κωμῶν καὶ τῶν ἀγρῶν. *Vicorum & pagorum, qui in circuitu Civitatis erant*. Convenit utique φράσις, quæ eſt 1. Chron. XXVII. 25. שדה ערים וכפרים *Agri, urbes, & vici*, an ſignificatio, relinquo in medio Atque hæc eadem omnino eſt diſtinctio, quam nos putamus locum poſſe obtinere in explicatione duplici hujus loci Megillæ. Scilicet, quia Talmudiſtæ vocem non habent, qua diſtinguunt *pagos* a *vicis*, hinc eadem voce כפרים ambo hæc loca exprimunt, adeo ut prudentiæ Lectoris relinquatur ſecernere, utra ſignificatio in hoc aut illo loco debeat obtinere. Quod vero ad vocem חצרים attinet, de qua agimus, eam ſignificare pagos minores ſuburbanos, id vero ex ipſa vocis notione colligi poſſe exiſtimem. Deſignat חצר apud Hebræos *Atrium domus*, quæ ea pars domus eſt quæ vacat & tamen aditum ad domum præbet. Sic ſane *pagi* & *ſuburbanæ villæ* ſunt reſpectu oppidi muniti.

Cæterum opponuntur τοῖς חצרים *pagis* עירים *Civitates*, quas *munitas* intelligi putem ex hac oppoſitione. Veniunt alias in Scripturæ hæ urbes munitæ diſtinctioribus nominibus, inter quæ ſunt ſequentia. *Oppidum munitum*. עיר מבצר Num. XXXII. 36. *Civitas muri* עיר חומה vel עיר אשר לו חומה Lev. XXV. 29. & עיר בצורה חומה דלתים ובריח *Civitas munita muro, valvis & vecte*. עיר מצור *Civitas firma*. 1. Chron. VII. 5. עיר מצורה 2. Chron. XI. 10. & הבצרות apud *Danielem*, ejuſdem ſignificationis. De *Pagis* vero plura alia nomina reperiuntur apud Hebræos, ut כרים *villæ* בנות ערים *Filiæ Civitatum*, הות *Vici*, apud *Rabbinos*, פצית עבברא דרתא בית פלך קומיטיון Poſtremum vocabulum verſum ab *Plantavitio* eſt per *villam ampliſſimam*. Rectæ autem; notat enim *Comitatum*, & convenit omnium maxime cum τῷ פלך quod integrum terræ *tractum* & *Provinciam* ſignificat. De hujus autem poteſtate vide *Seldenum* lib. II. cap. V. de Synedriis, qui id per *pagum* aut *tractum* & *Provinciam* convertit, quod poſterius receptum eſt.

Ex hac tandem *pagorum* & *vicorum* (exprimuntur autem uno nomine כפרים) differentia, conſtabit tandem, ni fallor, quinam illi ſint כפרים de quibus in poſteriore textu *Megillæ* traditur, eos habere *Synagogas*. Sunt ſcilicet *vici* & *viciniæ* Majores, quales apud Judæos etiam non *Civitates* (עיירות) modo, ſed & עיירות גדולות *Civitates Magnæ* vocari poterant, ſi *centum & viginti* incolas, & in iis *decem Otioſos* numerare poſſent. Hos vero quis neget Synagogas habuiſſe? *Grotius* ad Marc. 1. 39. *Nam & in majoribus vicis, qui ad oppidorum magnitudinem accedebant, Synagogæ erant*. Sed quid etiam manifeſtius ex eo ipſo loco *Marci* Evangeliſtæ? *Et dixit iis*: (diſcipulis) *Eamus in contigua oppidula*, (κωμοπόλεις) *ut & illic prædicem; ad hoc enim ſum egreſſus. Et prædicabant in Synagogis eorum in tota Galilæa*. Videmus manifeſte ταῖς κωμοπόλεσι, attribui συναγωγάς, hoc eſt, *Ædes Synagogæ*. Atque tales profecto כפרים κωμοπόλεις erant, de quibus poſterior *Megillæ* textus loquitur, quod inde eſt evidentiſſimum, quia illis כפרים *Vicis* attribuuntur פרנסים *Paſtores*, Senioreſque *ſeptem* & שבעה טובי העיר *ſeptem boni viri Civitatis*. De iis agit Vir Clariſſ. ex *commentariis* ad eundem hunc textum *Megillæ* §. CX. & ſeq. Statutum ſcilicet eſt in textu non eſſe *vendendam Synagogam*, niſi hac conditione, ut pretio Synagogæ venditæ res magis ſacra, qualis *Arca*, pluteus, *Liber legis*, acquirenda ſit. In Commentariis vero *Gemmariſtarum* ad hoc ſtatutnm duæ ſunt limitationes, altera ipſius eſt ſtatuti, altera conditionem adjectam ſpectat. Ad ſtatutum ipſum obſervarunt, id unice pertinere ad *Synagogas Vicorum*, quia *Synagogæ Oppidorum* non venduntur. Ad *conditionem adjectam* notarunt, eam eo tantum caſu valere, quando *Synagoga* ejuſmodi vendita erat abſque ſolenni *approbatione Seniorum*. Sic *Maimonides* ad *Miſnam*. זהו כשלא מכרו אותו אנשי הכפר כולם בהסכמה אבל אם מכרוהו זקני המקום כולם במעמד אנשי המקום כולם יכולים למכור ואפילו לעשות ממנו דיר לשתות בו יין *Hoc obtinet, quando Cives illius vici omnes eam non vendiderunt cum approbatione ſolenni* (male nuper verſum *cum communi conſenſu*. Non hic communis conſenſus, ſed *approbatio publica* memoratur, quæ dicitur דעת פרנסים *decretum Seniorum*. Sic *approbationes* librorum, ut hodie loquimur, dicuntur apud ipſos הסכמות quam mentem veram *Maimonidis* eſſe, ex omnibus ſtatutis hujus negotii aliis patet) *Sed ſi omnes Seniores illius loci in publicis univerſi populi comitiis eam vendunt, tum ea etiam ratione vendere eam poſſunt, ut ex ea etiam liceat facere cauponam*. Sic igi-

igitur se res habebat. Quando *incolæ alicujus vici*, qui de suo Synagogam extruxerant, in id consentiebant, ut *privatim* Synagogam, suis sumptibus, aut forte ex pecunia aliunde collata extructam venderent, tum conditiones primum certæ debebant præscribi, quibus cautum erat, qua reverentia locus ejusmodi esset post venditionem habendus, & insuper pecunia ex venditione collecta convertenda non erat in res profanas. Sed si *venditionem* hanc publicam faciebant, & per *Seniores* in publico loco fieri curabant, tum quidem ad nullum horum obligabantur & eas etiam præscribere conditiones poterant, quæcunque iis erant placitæ. Unde etiam patet, quam non intellexerit Vir Cl. verba *Gemaræ*, quæ §. CXI. allegat, quando ad eorum explicationem addit, *Hæc autem venditio non tantum ipsi cœtui adscribitur, sed & Septem-Viris Civitatis, qui Synagogam aliquando soli pro autoritate sibi concessa, aliquando in comitiis populi vendunt*. Haud ita Vir Clarissime, neque enim horum quicquid in verbis *Gemaræ* est. Non est distinctio inter *Seniores* aliquando *vendentes in Comitiis populi, & aliquando non vendentes*, sed inter *Cœtum Civitatis*, cujus Synagoga erat, aliquando eam vendentem publice absque publico decreto & consensu Seniorum, & inter *Seniores*, eam publico nomine vendentes. Error inde profectus, quia verba *Gemaræ*: שלא מכרו שבעה טובי העיר במעמר אנשי העיר *Quam non vendiderunt Septem boni Civitatis in comitiis incolarum illius Civitatis*, ita accepit ac si verba: *In comitiis populi:* continerent distinctionis rationem, cum tamen distinctionis ratio fundata sit in universa sententia, ut scripta est. *Synagogæ privatim per Cives venditæ* pretium non converti potest, nisi in res sacras, sed *per Seniores eosque publice approbantes venditæ* potest. Hæc distinctionis est ratio. Confer *Maimonidem* Hilchoth *Tephila* cap. XI. § XVIII. Concludimus tandem, in ultimo hoc loco *Megillæ* sub nomine כפרם intelligendas esse præstantiores *villas*, majores sane iis, de quibus in priore loco *Megillæ* sermo fuerat. Atque ita existimo sententiam *Ligtfooti* recte posse defendi, quod Pagi nullas habuerint Synagogas.

Non dissimulabo autem Doctorem Judæum aliter paulo difficultatem hanc objectam tollere tentasse. Is ita prædicabat, rem esse certissimam in *Pagis* non fuisse Synagogas, idque ex priore loco plenissime constare: Fieri tamen potuisse, ut ubi numerus paganorum excrescebat, illi conspirarent ad eligendam vel ædificandam (si qui inter ipsos opulentiores) certam aliquam Ædem, in quam subinde conveniebant, ut suas quisque funderet preces. Alias neque obligatos fuisse paganos ad extruendam Synagogam neque frequenter id factum, ut ab ipsis extructa sit Synagoga, neque præterea illam Synagogam ut publicam vel privatam esse habitam, alienandam idcirco a paganis, vendendam, destruendam, si id ipsis placeret. Si cui hoc magis placeat, is vocem כפרים in priore textu *Megillæ* eadem ratione interpretari poterit atque in hoc posteriore, neque ideo quicquam statuet, quod Ligtfootum feriat. Non enim de eo disputatur, an hac illa infrequenti & rara occasione pagani instructi privata quadam fuerint Synagoga, sed an ordinario in pagis Synagogæ fuerint. Quod insuper *Ligtfootus* asserat, fuisse כרכים *Urbes munitas*, in quibus nullæ fuerunt Synagogæ, in eo certissime erravit. Sed satis videtur esse dictum de hoc argumento.

Utile erit hic adjicere, me ex loco quodam a Cl. *Wagenseilio* allegato ex *Schalschelet Hakkabbala*, quando de usu vocis כפר in conjunctione agebat, didicisse, quod ארם נהרים *Syria duorum fluviorum* & *Syria Tsobea* pro una eadem regione sumantur in Cod. Tal. *Bava Kama* cap. VII. sicut etiam in *Tosaphoth* unde nunc intelligi datur, quo sensu *Maimonides*, alibi a nobis citatus, asserat in Libro de *Decimis*. Davidem *Aram Naharaim* subegisse, quod, hoc ignorato, non æque percipiebamus, sicuti dubio procul falsum est, Ortum vero est, ut putamus, ex inscriptione Psalmi LX.

CAPUT XIX.

Hypotheses de pluribus ac speciatim tribus ראשי הכנסת *Archisynagogis & Lectoribus septem, alibi ad conficiendam conjecturam de* Decem Otiosis *a nobis jactæ, vindicantur, explicatis locis Marc.* V. 22. *Act.* XVIII. 1. 8. 17. XIII. 15. *Capernaumi unam tantum Synagogam fuisse probatur. Quinam sint* שבעה טובי העיר *septem boni Civitatis, divisi in* שלשה פרנסים *Tres Pastores,* שני טובים *duos bonos, &* שני עיקרי הקהל *duos Præcipuos cœtus docetur, instituta comparatione inter hos septem bonos & septem Viros Judices, quorum* Josephus, *a* Sel-de-

deno & Grotio *non intellectus*, *meminit*.

SI in antecedenti disputatione suo loco satis evictum non sit, posse aliquem uno eodemque tempore *Otiosum* dici & simul valde *occupatum*, fieri potest, ut aliud luculentissimum illius thematis nostri argumentum hoc capite exhibeamus. Nimirum postquam ostenderamus, veram rationem *necessitatis numeri denarii* in Conventibus sacris ignorari a Judæis, nos eam petieramus a necessitate officiorum in Synagoga præstandorum. Attendentibus autem ad officia, in Synagogis Veteribus præstanda, videbatur sponte hic numerus occurrere. *Primo* itaque notabamus, Scripturam mentionem facere τῶ Ἀρχισυναγώγων *Præfectorum Synagogæ*, quam vocem ἀρχισυνάγωγος respondere dicebamus in sua significatione φράσει ראש הכנסת *Capitis*, aut *Principis Synagogæ*, quæ apud Hebræos Scriptores satis est frequens. Eos vero *tres* fuisse numero conjiciebamus, quia is numerus in cætu formando ex Hebræorum Scriptorum sententia simplicissimus est. Horum vero unum (forte *primum*) populo præivisse preces & gratiarum actiones, in Synagoga præstandas, quod nunc committitur τῶ שליח צבור *Ministro Synagogæ*, quia hoc officium apud Veteres non ita fuit honoratum atque quidem nunc est. *Secundo* observavimus, constantissimum fuisse Veteris Synagogæ institutum, ut *septem* Israelitæ Sabbathi die *legem* in Synagogis propalam legerent, quod hodieque ab ipsis summa cum religione fieri solet. Lectionem hanc omnino esse & fuisse liberam unicuique Israelitæ idoneo, neque tamen omnes fuisse aptos ad opus hoc perficiendum. Ignorantiam Linguæ & Legis suæ post Antiochi Epiphanis ætatem apud omnes, maximos minimos, bonos, malos, adeo invaluisse, ut quandoque honoratissimi in gente Judaica Viri fuerint, qui Legem legere nesciebant, nedum interpretari. Concludebamus hinc, abs re non esse, si quis cogitaret statos quondam fuisse septem Viros *literatos*, qui præparati ad Lectionem hanc præstandam in Majoribus Civitatibus Synagogam accesserint, ut, si quis fuerit Lectorum defectus, is ab iis potuerit suppleri, si vero nulli se Lectores omnino proderent, iis hæc cura potuerit demandari. Atque hæc innocua nostra erat conjectura, modeste proposita, cujus ὑποθέσεις omnes claris documentis sunt comprobatæ.

Hactenus autem ea fueram opinione, licitum esse unicuique homini in rebus incertis atque obscuris, si nihil certi scire datur, certi quid divinare & conjicere, quia sic naturam nostram Deus formavit, ut mens nostra ad ultimum usque terminum id, quod verum est, persequatur. Hæc vero duo aut tria tantum requiri in eo, qui ingenio suo hunc lusum in obscuris rebus permittit: Primum quidem, ut formandæ sententiæ nullas falsas immisceat ὑποθέσεις. Dein, ne alii importune sententiam hanc obtrudat: Postea, ut eam modeste proponat, quia non de eo loquitur, quod verum, sed quod verisimile, non de eo, quod probatum, sed probabile est.

His autem legibus quando religiose obediveram, non existimabam sane, ullum unquam fore Virum, paulo spectatiorem, (humilioris enim animi homines id facere, non miramur, imo ægre non ferimus) qui adeo nullam otii sui rationem haberet, ut sententiam ejusmodi de re exigui momenti totam repetere, singula illius verba referre, & censere, &, si culpandi copia deesset, nullum tamen eorum intactum prætermittere, animum suum induceret, hunc enim hominem putabam, si maxime *occupatus* esset aut esse videretur, eodem tempore valde *Otiosum* fore. Sed si hoc credere potuissem, ut revera satis luxuriosum hoc seculum est, non habebam tamen rationem ullam præsumendi, hominem adeo inhumanum atque importunum exiturum esse ullum, qui me ob has ipsas cogitationes vulgatas, in quibus nihil insipidi & absurdi est, *audaciæ*, *temeritatis*, & *confidentiæ* accusaret, sententiam vero ipsam *incertam*, *falsam* & *ineptam* diceret, vocibus ubique ad invidiam meam exquisitis. Atque ita tamen nuper Viro cuidam docto placuit agere, cui has delicias suas relinquemus.

Quoniam vero fundamenta nostræ sententiæ omnia bene nobis nunc videntur jacta & quæ illi adversabantur, difficultates, quantum e re nostra erat, sublatæ, primum quidem dubii hæsimus, an ὑποθέσεις nostræ ulli egerent vindiciis, quia eas testatissimæ veritatis esse nobis imaginabamur, & per frequentes Viri Clarissimi negationes, concessiones, limitationes plus juvari quam everti credebamus; sed re curatius expensa, non putabamus committendum esse, ut ad tot Viri Clarissimi exceptiones nihil reponeremus, postquam huic disputationi nos immiscueramus. Id tamen intelligebamus piane ineptum, inuti-

utile, nobis indignum, Lectorique nostro ingratum fore, si verba nostra omnia repetere, dein omnes Viri Docti ad illas exceptiones referre, iisque singulis prolixam responsionem subjungere institueremus. Ægre ferret Vir Clarissimus, si dicerem, tanti nobis singula ipsius dicta non esse, dicam igitur potius, tanti nobis non esse universam nostram conjecturam, ut hoc pretio eam redimamus. Id igitur agemus potius, ut hypothesium nostrarum veritatem vindicemus, satis securi de consequentiis, inde ante hac nexis, & porro nectendis: Maxime, quia animadvertimus id operam dedisse Clar. Virum, ut hypothesium nostrarum veritatem convelleret. *Hypotheses* autem nostræ sunt *binæ*. Prima est, fuisse in Vetere Synagoga *tres* Presbyteros sive *Archisynagogos*. Secunda, fuisse in eadem *septem Lectores*.

Ad *primam* pertinent hæc duo capita. *Fuisse in Synagoga Vetere Archisynagogos plures*, & dein, *fuisse* speciatim *tres* numero *Archisynagogos*. De singulis distincte.

Plures fuisse *Archisynagogos* probaveram ex tribus *testimoniis* Historiographorum Novi Fœderis, quæ adeo clara & evidentia erant, ut non nisi per vim manifestam iis illatam Viro Clarissimo datum fuerit respondere. Nefas esset id dicere, nisi id ad oculum & animum unicujusque Lectoris posset demonstrari.

Prior locus desumptus erat ex Marc. V. 22. καὶ ἰδοὺ ἔρχεται εἷς τῶν Ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος. *Et ecce accessit unus ex Præfectis Synagogæ*. Inde nos olim ita: *Cæterum quando dicit hoc in loco Marcus Evangelista, quod Jairus fuerit* εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, *omnino præsupponit, quod fuerint* ἀρχισυνάγωγοι *plures*. Quid hic effugii? *Capernaumi*, ait Vir Clarissimus, *plures fuerunt Synagogæ, quarum cum singulæ suum Archisynagogum haberent, earumque uni Jairus præesset, is summo jure* εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων *potuit vocari*. Sic scilicet minima opera soluta est difficultas. Sed unde probat, *Capernaumi* plures fuisse Synagogas? *Amænissimus locus fuit*, ait, *& hinc incolis frequens*. Hinc ejusmodi consequentias format. *Capernaum fuit locus amænus: omnis locus amænus est incolis frequens: omnis locus incolis frequens plures habet Synagogas*, ergo *Capernaum habuit plures Synagogas*. Si id audeas, Vir Clarissime, ut ipse Tibi hypotheses fingas, ex fallacibus principiis deductas, ut Scripturæ sensum inflectere possis, quid miror amplius ludum jocumque Tibi esse mihi contradicere? Sed ad rem. Principia hæc: *Locus omnis amænus est incolis frequens: omnis locus incolis frequens plures habet Synagogas*; incerta esse & ambigua, si monere vellem amplius, supponendum mihi esset, Lectorem meum communi judicio non uti. Poteram igitur hic acquiescere usque quo mihi probetur, fuisse *Capernaumi* plures Synagogas, quod hactenus non est factum: Quodsi vero factum esset, ne tum quidem probata sed probabilis demum Viri Cl. exceptio esset. Sed ratio est, quod urgeam *Capernaumi* una plures Synagogas non fuisse. Sane quando attendimus ad Historiographos Novi Testamenti & ad *Josephum* (ex his autem de loco judicium formare licet) nullum omnino dictum nobis occurrit, quod illis cogitationibus ansam det. *Josephus*, quantum ex Scriptoribus colligo, qui illius dicta de locis terræ Canaan celebrioribus observarunt, in omnibus libris suis *Capernaumi* mentionem facit omnino nullam, nisi quod de Bel. Jud. lib. III. cap. XXXV. Gennesariticam Regionem describendo, tradat eam rigatam Πηγῇ ποτιμωτάτῃ, Καπερναοὺμ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι, *Fonte dulcissimo, quem accolæ Capernaumum vocant*. Locus est apud *Adrichomium* & *Ligtfootum* notatus. Meminit insuper *Ligtfootus*, Κεφαρνώμη memorari in Vita *Josephi*, de qua dubitat, an cum nostra *Capernaumo* debeat conferri. Dubitabimus cum illo, donec locus a nobis visus ac expensus fuerit, quem nunc inquirere non vacat. Certe id constat, quod lib. II. de Bell. Jud. cap. XXV. Galilææ, cui præpositus erat, urbes illustriores omnes describendo, nullam Capernaumum memoret. Quid vero? An credere potes, *Josephum*, qui celebriora loca omnia Patriæ suæ describit, hujus loci mentionem facturum omnino nullam, si cum cæteris locis frequentia & ornamentis potuisset comparari? Fontem ait fuisse, in amæno tractu ortum, quem credere possumus domicilia primum quorundam allexisse, dein per frequentes habitationes ibidem formatum fuisse *Pagum* tempore Christi valde florentem, postea vero ex vaticinio Christi rursus diminutum, quod quin Josephi ætate jam evenerit nulli dubitamus. Neque enim loqui *Josephum* de alia Capernaumo, quam hac ipsa, persuasum habuit Ligtfootus atque habeo persuasissimum, quia nostra Capernaum ibidem locorum sita fuit, ubi hunc situm esse fontem monet Josephus, licet Adrichomius heic aliter judicet. Quod vero ad Historiographos Novi Fœderis attinet, illi talia edisserunt,

runt, ex quibus vix aliter poſſumus colligere, quam Capernaumi unam tantum fuiſſe Synagogam. Præterquam enim quod, cum ſæpe admodum Capernaumi mentio injiciatur, nullibi plures illius Synagogæ numerentur, putamus eo nos ducere hiſtoriam, quæ eſt apud *Lucam* cap. VII. 5. Narratur ibi loci, Centurionem, hominem minime Judæum, ſervum moribundum ſuum ſervare cupientem in vita, miſiſſe *Seniores Judæorum* (τοὺς πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, hoc eſt, τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἀρχισυναγώγους, quorum unus fuit *Jairus*) ad Chriſtum, pro ipſo interceſſuros: Hos vero ita dixiſſe: Ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν. *Diligit enim gentem noſtram & Synagogam nobis ædificavit*. Quid? An vero ſimile, an probabile, beneficium ædificatæ Synagogæ debituros incolas Capernaumi homini gentili, ſi Capernaumum celebrata adeo fuerit Civitas? An non potius omnia huc tendunt, ut cogitemus, fuiſſe celebriorem pagum & vicum, qualem in capite præcedenti deſcripſimus. Unius Centurionis moribundus erat ſervus, hic acceſſit Judæorum Presbyteros, hi unius ſervi gratia ad arbitrium Centurionis Chriſtum adeunt, an hæc talia ſunt, ut cogitare poſſis, Capernaumum celebratam fuiſſe urbem? Apud Johannem Evangeliſtam cap. VI. 59. memoratur una tantum *Capernaumi* Synagoga. Ταῦτα εἶπεν ἐν συναγωγῇ, διδάσκων ἐν Καπερναούμ. *Hæc dixit, in Synagoga docens in Capernaum*. An hic eſt, ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν *in una Synagogarum*, ut alibi Lucas? Neque aliter unquam, quando Capernaumi mentio. Sed & ipſum nomen כפר indicat, fuiſſe *Capernaumum Pagum* aut *vicum* celebriorem, quales עיירות *Civitates* dicuntur, (ſic enim *Capernaum* πόλις dicitur apud Evangeliſtam) in præcedenti capite deſcripti. Atque hi vici an plures una habuerunt Synagogas? Dicam, ut res eſt, quando elaboratas lucubrationes *Ligtfooti* conſulimus, ad *Chorographiam ſacram*, ita omnino nobis videri, fuiſſe *Capernaumum* pagum prope *Tiberiada*, ad lacum Genneſariticum ſitum, primo, ut ex Chriſti prædicatione conſtat, exiguum, dein celebriorem, quando in eo extructa fuit Synagoga. Propinqua admodum fuit *Tiberiadi*, neque facile credi poteſt, in uno eodemque littore ad exiguam diſtantiam oppida fuiſſe duo, celebritate ſecum certantia. Profecto illuſtris *Grotius*, quod obſervatu digniſſimum eſt, licet ea fuerit ſententia, quod inter *Presbyteros Synagogæ* unus fuerit, cæteris ſuperior & præſtans, hoc tamen inane effugium non quæſivit, ſed recta confeſſus eſt, *Capernaumi una tantum fuiſſe Synagogam*. Sic ſcripſit Vir Illuſtris ad Matth. c. IX. 18. Quodſi vero Vir Clariſſime, tu eandem cum *Grotio* ὑπόθεσιν tueris, & nihilominus *Grotii* conciliatione derelicta ſpretaque aliam tibi interpretandi viam facis, an non eo ipſo ſatis ſignificas, redactum te per hunc locum in anguſtiam eſſe, ex qua niſi per vim & ſaltum te liberare nequeas? Quanto ſatius Belgæ noſtri Interpretes, ad Luc. XIV. 14. ad N. II. De Overſte van de Synagogæ. Dat is. Een van de Overſte. want elcke Synagogæ hadde meer als eenen Overſten. Atque hoc unum idemque eſt, quod nos defendimus, & mox, ſi Deo placet, expoſituri ſumus latius, ut Hebræorum conſtitutionibus conveniens.

Non auſus autem eſt V. Cl. hac exceptione ſe defendere in reſponſione ad *ſecundum* locum a nobis productum ex Act. XVIII. 8. 17. ubi in una Eccleſia Corinthiaca Κρίσπος καὶ Σωσθένης ἀρχισυνάγωγοι nominibus ſuis exprimuntur. Quid hic novarum rerum? Committitur hic *fallacia*, inquit, *quam jure compoſitionis appellare queas, quandoquidem componuntur, qui tempore erant maxime ſejuncti*. vſ. VIII. *Criſpus* dicitur Archiſynagogus, & vſ. XVII. *Soſthenes*. Putat igitur *Criſpum*, Chriſtianum factum, eſſe remotum ab officio, ſuffecto *Soſthene*. *Nam quis Judæos hominem Apoſtatam*, inquit, *putet toleraturos Archiſynagogum?* Sic reſpondet nobis per incertiſſimas conjecturas ad certas veritates, qui nos *temeritatis* & *audaciæ* inſimulabat, quando, nullum oppugnantes, conjecturam innocuam de re incerta & dubia proferebamus. *Criſpus*, inquit, remotus eſt ab officio: *Soſthenes* illi eſt ſuffectus; cum tamen in hac hiſtoria, ubi eventus Pauli & fidelium Corinthi enarrantur, nihil omnino horum obveniat. Sed ſi ego non meam ſed præſtantium Interpretum opinionem ſecutus tibi objiciam, *Soſthenem* itidem fuiſſe *Chriſtianum*. Quid aliter colligas ex Epiſtola Pauli ad Corinthios prima cap. I. 1. ubi Apoſtolus una cum *Soſthene* fratre Corinthiacæ Eccleſiæ ſalutem precatur. Quid ſimilius vero, quam eundem hunc *Soſthenem* fuiſſe, qui in Corinthiaca Eccleſia notiſſimus erat, quondam illius Eccleſiæ Archiſynagogum? Sic omnino *Syrus* judicaſſe videtur Interpres, recte notante Venerabili Beza. Cogita igitur, ut ſe res vere habuit, in Synagogis, inter gentes ædifi-

catis olim, remotioribus a terra Canaan, ſapientum doctorum non admodum magnam extitiſſe copiam; Archiſynagogos autem fuiſſe inter τὰς παρεπιδήμους τῆς διασπορᾶς honoratiſſimos, quos, qui in Synagoga fuerunt, omnes ſummopere reveriti ſunt, in Synagoga ipſa plures fuiſſe, qui Pauli annunciationi credebant, & facile conciliabis, quomodo illi, licet Paulo dediti, ſuam tamen Synagogæ Præfecturam & dignitatem plurimum temporis potuerint tueri. An res nova eſt, in ipſis Eccleſiis noſtris, ubi exploratores vigiles nulli deſunt ubique locorum, aliquando per plurimos annos ejuſmodi tolerari Doctores, ſive Eccleſiis ſive Academiis præfectos, qui ab iis diverſiſſimum ſentiunt? Recurre, ſi vis, ad ſeculi hujus primordia & intelliges, quo oculos meos intendam, ne Veteris Eccleſiæ frequentiſſima exempla allegem. Nihil docebat Paulus (ſic enim ipſe confitetur) quod Judææ Religioni contrariabatur; immo hoc docebat factum eſſe, quod omnium temporum vaticinia futurum prædixerant, atque hinc in plurimis Synagogis, ubi fama ipſius adventum & nuncium non præoccupaverat, gratiſſimus extitit Orator, quod Acta Apoſtolorum ſatis ſignificant, uſque quo Gentilium ſuorum livore & malitia eſt diffamatus. Si hæc tibi talia poſthac videantur, Vir Clariſſime, ut capere nequeas, non erit mihi amplius moleſtum, ut qua cæpiſti ratione locum hunc interpretere.

Sed bonum factum eſt, quod tandem pervenerimus ad locum, a me allegatum, quo totidem verbis in una eademque Eccleſia dicuntur fuiſſe plures Ἀρχισυνάγωγοι. Extat is in Actis cap. XIII. 15. Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς: *poſt lectionem Legis & Prophetarum miſerunt Archiſynagogi ad eos* Paulum ſc. & Barnabam, qui in Synagoga erant. Quid hic *conſilii*? Utique hic in una Synagoga plures Archiſynagogi expreſſe memorantur. Utique heic loci nulla præcedentium exceptionum valet, quod ipſe V. Cl. fatetur, quid igitur? Quæſo te mi Lector, attende. *Ne ſic quidem*, (hæc ſcripſit verba) *ex omnibus iis, quæ ad iſtum locum Lucæ diximus, ullo modo ſequitur, quod Viro Docto erat concludendum; nimirum* in una eademque Synagoga plures fuiſſe Archiſynagogos, *id eſt*, ראשי הכנסת, *quemadmodum Vir D. illa duo, ceu ejuſdem ſignificationis, vel promiſcue uſurpare ſolet, vel alterum per alterum explicare. Id ſolummodo inde recte collegeris, fuiſſe in illa Synagoga plures Præfectos, qui illam communi conſilio gubernarint, quoſque* Lucas *voce latius ſumpta vocaverit* Ἀρχισυναγώγους. Intellextin' Lector? Concedit, *in Synagoga plures fuiſſe Præfectos, quos* Lucas *Archiſynagogos vocet*, perſeverat tamen negare, *in Synagoga plures eſſe Archiſynagogos*, id eſt, ראשי הכנסת. Si ad pauciores terminos has propoſitiones reducas, hæc duo themata in iis concluſa reperies. Concedo, *eſſe in Synagoga plures Archiſynagogos*, & nego, *eſſe in Synagoga plures Archiſynagogos*. Dicam, ut res eſt, me, quando primum hæc in oculos incurrebant meos, ſerio doluiſſe, quod Vir Cl. magis amaret mihi contradicere & ὑπόθεσιν ſuam φυλάττειν, quam veritatem, totidem verbis in Scriptura contentam agnoſcere, ſed ut nunc rem video & repeto, vix eſt, ut me ſatis ſervare poſſim ſerium. Concedis mihi utique, ὦ βέλτιστε, eſſe in Synagoga plures Præfectos, quos Sacri Scriptores *Archiſynagogos* vocant, atque id ipſum eſt, quod ego volo. Si Tibi placet, nega in poſterum eſſe in Synagoga plures ראשי כנסת *Principes* (Capita) *Synagogæ*, concedas modo, eſſe in Synagoga plures Præfectos, quos Lucas *Archiſynagogos* vocat. Atqui nunc demum incipio ſapere, quando intelligo, eſſe in Synagoga plures *Archiſynagogos*, neque tamen eſſe plures ראשי הכנסת, cum tamen ראש הכנסת id ipſum ſit, quod græcum ἀρχισυνάγωγος. Eadem res eſt, ſi neges, te habere ἀργύριον & tamen concedas te habere *pecuniam*. Eſt hæc diſtinctio, fateor, adeo arguta & ſubtilis, ut neſciam, an turba Philoſophorum hactenus nomen in venerit ad illius ſpeciem commode exprimendam. Si inter acutiſſimos hos Viros educatus ſis, Lector, putabis te ſatisfacere poſſe per diſtinctionem *rationis ratiocinantis*, qua quidem, an ſublilior detur ulla, ego equidem ignoro. Sed crede mihi, non ſatisfacies, vel fatear potius ego, me vim hujus acuminis non percipere. At Syrus, etiam ſubjungit, antiquiſſimus Doctiſſimuſque Interpres expoſitionem hanc juvare videtur, qui cum vocem ἀρχισυνάγωγος alibi per רב כנושתא reddit, vel ריש כנושתא, hic loci vertit קשישא *Seniores*. Scilicet igitur Syrus Interpres notiſſimam poſitionem te negaturum aliquando præſumens tuam expoſitionem juvare voluit. Sed ego Tibi monſtrabo locum, in quo *Syrus* Interpres vocem Ἀρχισυνάγωγος in ſingulari per קשישא *Seniorem* reddit. Eſt is in Actis Apoſtolorum cap. XVIII. 17. ubi *Soſthenes*

ἀρ-

ἀρχισυνάγωγος, quem tu ante fassus es fuisse ראש הכנסת tuo significatu, dicitur קשישא דכנושתא πρεσβύτερος τῆς συναγωγῆς *Senior Synagogæ*. Scilicet Syrus ille antiquissimus Doctissimusque Interpres scivit ἀρχισυνάγωγον & πρεσβύτερον τῆς συναγωγῆς unam eandemque rem esse, quod nos defendimus, & ne quis in eo erraret, ut nunc erratur, vocem ἀρχισυνάγωγος reddere voluit per קשישא πρεσβύτερον. Siccine Vir Clarissime? Tum quidem erimus ὁμόψηφοι, quod cupio.

Vindicatis vero nunc uni Synagogæ pluribus *Archisynagogis* aut *Præfectis*, sive ראשי הכנסת, vindicemus etiam *numerum* illorum *ternarium*, quem itidem magna, ut solet, confidentia negatum ivit, licet ad loca, quæ ad ὑπόθεσιν nostram probandam præsupposita erant, vix quicquam reposuorit. Quod enim ad *primum* attinet canonem: אין עושין שררה על צבור בפחות משנים *Non faciunt in Synagoga Præfecturam, nisi quæ ad minimum duorum sit*, recte observat, illum ab ipsis referri ad Collectionem Eleemosynarum, sed id ipsum nos observaveramus. Neque desinit tamen ideo hæc regula esse generalis, ut ex ipsissima illius recitatione patet. Ad *posteriorem*, quod Deus sit celebrandus ad minimum *in præsentia duorum Seniorum*, ait *se plæraque omnia concedere*. Monet tamen Lectorem serio, testimonium illud citato cap. XVII. non inveniri in *Colbo*, ne frustra laborando quærat, quod sibi evenisse narrat. Atque ego te nunc moneo Lector reperiri illud cap. XX. in *Colbo*, ex Codice Hierosolymitano desumptum. Sed quis hic ab ipso superatus est labor? Si duas perrexisset legere unius *folii* columnas, locum invenisset, qui ita est evidens, ut ad illum reponi nihil possit. Sic habet totus: וצריך להודות בפני עשרה או יותר ועל זה נהנו להודות אחר קריאת התורה לפי שנם היא בי׳ או יותר וצריך שיהיו שני זקנים שנ׳ ובמושב זקנים יהללוהו *Necesse vero est, Deum celebrare præsentibus decem aut pluribus, quapropter etiam consueverunt Deum celebrare post Lectionem Legis, quia ad eam quoque decem numero aut plures requiruntur. Necesse autem est, ut sint ibi præsentes duo seniores, prouti dicitur: In Consessu Seniorum celebrabunt te*. Sed quid hic locus ad Archisynagogos tres probandos facit? Non ita profecto ineptus sum, ut ex *duobus tres* fingam, sed hoc tunc volebam idem, quod V. Cl. nunc contendit. Statuit is *Seniores Synagogæ* esse *septem*, iisque accedere alium, qui sit ראש הכנסת ὁ Ἀρχισυνάγωγος. Ergo *octo* dicis fuisse Synagogæ Seniores? Is tamen *septem* fuisse ait. Sic ego per hos *duos Seniores*, eos intelligebam, qui sacris rebus in Synagoga rite agendis aderant. His autem adjunctum esse *tertium*, ejusdem cum ipsis dignitatis, qui populo præibat preces & Lectionem atque interpretationem Legis, quæ officia tandem demandata sunt τῷ חזן Synagogæ Ministro, qui procedente tempore factus est honoratior. Atque heic est, ubi me graviter accusat, quod *Chazanitarum* dignitatem procedente tempore magis elevatam esse asseruerim. p. 245. quasi *omnes temporum articulos & mutationum momenta in numerato haberem*, cum tamen hoc ipso nihil sit certius & evidentius, secundum Hypothesin Cl. Viri. Quid enim? Is contendit, quod חזן distinctum sit nomen a ש״צ *Ministro Synagogæ*, quodque id vocabulum *ministerium* multo notet vilius & despectius, quam hoc est *Ministri Synagogæ* in hodiernis Synagogarum ædibus. Jam vero evidens est in Synagoga Vetere multo frequentius occurrere titulum חזן quam שליח צבור, eo significatu, quo nos illum acceptum volumus pro *Ministro Synagogæ*. Quodsi igitur tu contendas, חזן esse titulum minoris dignitatis, quam illum שליח צבור, & nihilominus constet, hunc titulum apud Veteres multo frequentius Synagogæ Ministris adscribi, quam illum ש״צ, qui nunc magis in usu est, an non inde sponte profluit, officium *Synagogæ Ministri* procedente tempore factum esse honoratius? Si enim ego plurimum non fallor, ex titulis & nominibus judicandum est de dignitatibus majoribus minoribusque. Præter hoc argumentum, quod ex ipsius ὑποθέσει ducitur, de qua nunc judicium meum non formabo, ego idem collegeram ex evidentibus locis, in quibus חזנים *Ministri Synagogæ* (ubi eorum in Talmudicis Scriptis est mentio) ut infimi gradus officiarii describuntur, haud multum a vulgo diversi. Verum in hodiernis Synagogis *Synagogæ Ministrorum* ea est dignitas, ea eorum existimatio, ut nulli pene in universa Synagoga cedant honorato Viro, sed merito ab omnibus ut sapientissimi sanctissimique cætus Viri suspiciantur. Ex his inter se comparatis, quid sequatur aliud, quam *officium* Synagogæ Ministri procedente tempore factum esse honoratius, ego perspicere non possum. Cæterum, cum officii cujusque dignitas æstimanda sit ex ratione operis & muneris, circa quod versatur, an

an ſimile eſt vero, *Miniſtros Synagogæ* idem in Vetere egiſſe Synagoga, quod agunt in hodierna? Si enim idem egiſſent munus, cur non eo habiti pretio fuiſſent quo nunc habentur? cur non æque apud Veteres honorati fuiſſent, ac nunc honorantur? Atque hinc nectebam, Veteres Miniſtros Synagogæ non ea omnia in Synagogis præſtitiſſe munia, quæ ab iis hodieque præſtantur, ſed plurima ad ipſos ab Archiſynagogis fuiſſe derivata. Hæc autem illa ſunt, Lector, ad quæ V. Cl. *ſe vix continet*, *adeo omnia non modo falſa*, *incerta*, *ſed plena audaciæ*, *confidentiæ & temeritatis* eſſe pronunciat, horum tamen nullo vel minimo capite evicto. Quæ quando ego legebam primo vix etiam me ipſum continebam, adeo mihi ex iis iniquum V. Cl. in me animum videbar poſſe colligere, ſed quando nunc repeto, ne moveor quidem, quia mei arbitrii non eſſe intelligo, alterius calamum regere.

Sed maxime exiſtimavit eo ſe ſententiam aut potius divinationem hanc noſtram de *tribus Archiſynagogis* convulſurum, quod probaret hodie plures *Synagogæ Seniores* aut *Præfectos* inter Judæos reperiri, & *ſeptem* quidem numero, qui a gente ſua שבעה טובי העיר *Septem boni Civitatis* & פרנסים *Paſtores* vocentur. Atque ita ſe res habet. *Ligtfootus* horum שבעה טובי העיר meminit in Commentario ſuo ad Matt. IV. Determinavit itidem ex conjectura, quinam ex *Decem-Viratu* Otioſorum hoc nomine compellandi veniant: Obſervabamus eriam ex *Ritualium* Scriptoribus hunc titulum, ubi de venditione Synagogæ agunt. Sed neque omnino eramus perſuaſi de ratione hujus nominis & dignitatis, neque hujus tituli inveſtigatio ad inſtitutum noſtrum nobis videbatur pertinere, quia in paucis illis locis, quæ nobis occurrebant, his hominibus cura rerum *Civilium* potius quam *ſacrarum* attribuebatur, ob rationes mox dandas. Sed neque aliter fit in teſtimoniis a Viro Cl. adductis, partim viſis, partim non viſis. Ait autem Vir Cl. hos vocari פרנסים *Paſtores* & ordinarios extitiſſe *Synagogæ Seniores*, qui cum *ſeptem* numero ſtatuantur, me culpat, quod *Seniorum Synagogæ numerum* vel *ternarium* vel *indeterminatum* reliquerim. Ab his præterea diſtinctum ſtatuit *unum* ראש הכנסת *Synagogæ Præfectum*, eorum *Præſidem*, qui hoc titulo conſtanterſolus inſigniatur. Quam objectionem quando primum ad animum meum revocabam, nihil quidem aliud me reſponſurum cogitabam, quam ita, ut ego ſentio, ſenſiſſe Clariſſimum *Seldenum*, cujus apud nos ea eſt autoritas fideſque, ut haud vereamur, rem, quæ ad antiquitates Hebræas pertinet, nobis hactenus non exploratam ipſius fide aſſerere, ubi illi ratio ſuffragatur communis. Quid enim? An vero non eſt ſimillimum, quemadmodum in noſtris Eccleſiis omnibus rem agi videmus, huic Synagogæ plures, alii pauciores præfectos eſſe pro pondere rerum agendarum & frequentia cœtus? Atque hæc aliis etiam illuſtraſſemus ſcitis Gentis Judaicæ, ſed habemus forte fortuna aliud, quod ad duplicem hanc difficultatem noſtræ ſententiæ commodo ſolvendam Tibi bona fide Doctoris Judæi, cui nomen *Samuelis* eſt, poſſimus tradere. Ille autem ita prædicabat, frequentioribus cætibus Eccleſiaſticis ac Proliticis regendis ſæpe conſtitui *Septem-Viros*, hoc nomine שבעה טובי העיר *Septem bonorum Civitatis* & פרנסים *Paſtorum* notos. Titulum tamen טובים *Bonorum* & פרנסים *Paſtorum Synagogæ* non omnibus hujus collegii membris pari jure & ex æquo tribui. *Tres* horum *Septem-Virorum* priores, honoratiores eſſe, eoſque proprie dici פרנסים *Paſtores*, ſequentes *duos* dici טובים *bonos Viros* (apud nos eadem ſignificatione Goede Luyden) ultimos *duos*, עיקרי הקהל *Principaliores* (Præcipuos) *cætus*, quos gradu aliquo inferiores tradebat cæteris. Ultimi hujus tituli quando rationem rogabam, hærebat is aliquantiſper, ſed quia vel minimum neſcire rerum articulum nolebat videri, reſpondebat, eam ob cauſam ita dici, quod hi bini *infimi* eſſent in hoc Collegio dignitate Viri, quia עקר *radicem*, hoc eſt, rem infimam notat. Videbar autem poſſe animadvertere, hoc ab ipſo vere ignorari, ideoque non perſequebar amplius hæſitantem. Quam primum autem recte intelligebam φράσιν, ſcripto comprehenſam, quod inſolentior mihi dialectus eſſet, (efferebat enim continuo una quaſi voce Ikkerkal,) omnino concluſi ex poteſtate vocis עקר hos homines ita dictos eſſe, quia *præcipui* ex cætu electi erant *Viri* ad aſſiſtendum huic *Presbyterorum* conſortio. Narrabat amplius, res plurimas minoris momenti a ſolis פרנסים *Paſtoribus tribus* decerni, alias rurſus plureis per hos junctos cum τοῖς טובים *Viris bonis*: In ſummis autem negotiis demum advocari ad hoc Collegium τοῖς עקרי קהל *Præcipuo cætus*. Quod vero ad ראש הכנסת attinet, eum hoc tempore nullum dici alium, quam *Rectorem Academiæ*, alias רב *Doctorem* no-

nominatum. Hæc vero, inopinanti bona fide ab homine patriarum consuetudinem non imperito, quippe qui Leo-Wardæ *Ministrum Synagogæ* egerat, relata, non potuerunt non a me lubenter recipi, quandoquidem omnes meas priores Hypotheses ex iis validissime confirmari intelligebam, quarum adeo luculenta argumenta in hodiernis Synagogis reperiri ego sane ignorabam. Constat hinc *Archisynagogos* (פרנסים) apud Veteres fuisse *tres*, eosque *dignitate pares*, cæteros vero *quatuor* (hoc conjiciam ut certum, neque tamen impune, si recte conjicio) successu temporis fuisse in hoc Collegium adscitos, quando *Civilium rerum* qualis qualis curæ (quod præsertim in captivitate evenit) ad ipsos accessio est facta: Qui ea propter טובים *boni* & עקרי קהל *Præcipui Cœtus* vocati sunt. Quandoquidem vero non raro evenit, ut hi homines, honoratiores quidem cœtus neque tamen sæpe doctiores, Synagogæ Rituum & juris Patrii non æque fuerint callentes, hinc vocasse *Præsidem* an *Consiliarium*, (Pensionaris) רב *dictum*, eumque titulo ראש הכנסת ornasse, ideo vero, quia moderatio Rituum in Synagoga agendorum illi concessa est, ut peritissimo. Hic vero, licet titulo superior videatur, vere tamen ab his פרנסים dependit, quia ab iis vocari debuit, (habemus etiam aliunde, quæ huc pertinent) adeoque illi sive *tres* sive *septem* פרנסים *Pastores* potestate tamen & jure manserunt ראשי הכנסת *Capita Synagogæ*, sive quod idem est ראשי הקהל *Capita cœtus*, ut Vir Clarissimus monet. Utrumque enim nomen idem est, quod Græcum ἀρχισυνάγωγος. Recordamur etiam nunc, *Seldenum* in Scriptis suis *Menassem Ben Israel*, qui Rectorem Scholæ Amstelædamensis egit (in Approbatione libri cui titulus, עשרה מאמרות vocatur אב בית דין מורה צדק בקהלה קדושה ונומר *Pater domus Judicii & Doctor Justitiæ in Ecclesia Sancta Amstelædamensi*) vocare solere *Archisynagogum*, quod si ita se habet, tum sane id quidem constat, quo pacto fiat, ut titulus hic ראש הכנסת *Capitis* aut *Principis* Synagogæ, in sequioribus Judæorum Scriptis non usurpetur in numero plurali, (ראשי כנסת) quemadmodum in sacra Novi Fæderis historia iu una Synagoga ἀρχισυνάγωγοι, hoc est, ראשי הכנסת vel ראשי הקהל memorantur: Cum enim hic titulus devolvi cæpit ad *Rectores Academiarum*, cumque *Academiæ unum* habeant Rectorem supremum, non esset quod miraremur, φράσιν ראשי כנסת ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς non æque ac illam ראשי כנסיות ἄρχοντες τῶν συναγωγῶν. Valeret igitur secundum hanc interpretationem τὸ ראש הכנסת tantum, quantum tituli ראש ישיבה vel ריש מתיבתא דקהל קדוש vel ראש לבני הישיבה nunc apud ipsos vulgati pro *Doctoribus* ac *Professoribus* publicis. Sed sane alia etiam multo est facilior & notior ratio, cur Hebræi dicant ראשי כנסיות *Capita Synagogarum* & non ראשי הכנסת *Capita Synagogæ*, quia moris est apud Hebræos recepti, ut in conjunctione duarum vocum posterior sæpe flectatur ad modum prioris. Dabo exempla pauca. Sic ajunt in singulari ראש הגולה vel ראש גלות *Caput captivitatis* (Captivæ multitudinis deportatæ) at in plurali ראשי גליות *Capita Captivitatum*. Sic בית דין *Domus Judicii* in plurali habet בתי דינים *Domus Judiciorum*, quod vide in *Sanhedrin* בית מדרש *Domus disquisitionis* in plurali בתי מדרשות *Domus disquisitionum*. בעל הבית *Pater familias* in plurali habet בעלי בתים *Patres familiarum*. Utique, quæ ad Grammaticam spectant, scivisset V. Cl. si attendisset. Si ex his nondum palam sit, priores nostras conjectationes verissimas esse, tum fateor me nescire, quæ quis argumenta pro sententiis ex Antiquitate deducendis desideret. Ego rationem habeo in iis, quæ dicta sunt, acquiescendi, quam si Tibi etiam dederim, Lector, est quod gaudeamus, disputationem Viri Clarissimi, quæ ad supprimendam hanc veritatem parata erat, illi curatius eruendæ majorem dedisse occasionem.

Affulget insuper spes fore, ut ex hac de *Septem Viris* Synagogæ *Rectoribus* sententia explicemus notatu quædam dignissima *Josephi* loca, atque insignem tollamus difficultatem, quæ *Seldeno Grotioque* crucem fixit. Observat *Seldenus* de *Synedriis* lib. II. cap. VI. §. IV. *Josephum*, describentem Leges Patriæ suæ, a Mose universæ genti relictas, tradere, κατ' ἑκάστην πόλιν *in qualibet urbe Synedrium* fuisse *Septem Virale*. Verba hæc sunt. Ἀρχέτωσαν δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν ἄνδρες ἑπτά. οἱ καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν περὶ τὸ δίκαιον σπουδὴν προησκηκότες. Ἑκάστῃ δὲ ἀρχῇ δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν φυλῆς. *Sint Rectores in qualibet urbe Septem-Viri, probatæ Virtutis & justitiæ cultores. Singulis vero Præfecturis tribuantur duo Ministri ex Levitarum Tribu. &c.* Notat præterea *Seldenus*, *Josephum* in eodem hoc capite de *depositario*, qui *depositum* perdiderit, sic loqui. Ἀφικόμενος ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ κριτὰς, &c. *Accedens ad septem Judices*. Jungam

gam his aliud non minus luculentum testimonium ex Libro II. de Bello Jud. cap. XXV. ubi *Josephus* de se suaque rerum administratione in *Galilæa* agit, quæ sibi erat commissa. Sic scribit ipse. Συνιδὼν δὲ ὅτι τοὺς μὲν δυνατοὺς οἰκειώσεται μεταδιδοὺς τῆς ἐξουσίας αὐτοῖς, τὸ δὲ πᾶν πλῆθος, εἰ δι' ἐγχωρίων καὶ συνήθων τὰ πολλὰ προστάσσοι, τῶν μὲν γεραιῶν ἑβδομήκοντα τοὺς σωφρονεστάτους ἐπιλέξας ἐκ τοῦ ἔθνους, κατέστησεν ἄρχοντας τῆς ὅλης Γαλιλαίας, ἑπτὰ δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει δικαστὰς, τῶν ἁπλεστέρων διαφορῶν. τὰ γὰρ μείζω πράγματα καὶ τὰς φονικὰς δίκας ἐφ' ἑαυτὸν ἀναπέμπειν ἐκέλευσε καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα. Ruffinus. *Dein considerato, quod potentissimos quidem amicos haberet, si eos participes potestatis fecisset, omnem vero multitudinem, si pleraque per indigenas & consuetos fieri præciperet, LXX. de Senioribus ejus gentis potentissimos elegit, eosque Rectores totius Galilææ constituit. VII. vero per singulas Civitates minorum litium Judices. Nam majora negotia & causas capitales ad se referri jussit & illos LXX.* Constat utique his ex verbis *Josephum*, Galilææ Præfectum, regionem hanc in ordinem redacturum, eam hic constituisse regiminis formam, quam Mosen suis Legibus ante expressisse ipse nobis tradiderat. Unum eligit *Synedrium* LXX. *Virorum*, ipse Septuagesimus & primus, ad formam & speciem *Synedrii Hierosolymitani*. His jungit alia *Synedria Septem-Viralia* regendis judicandisque civibus qualibet in Societate Judæorum. Quid heic *Seldenus*, qui præter *Synedrium* LXXI. *Virale* nulla nisi *trium viralia* & *viginti trium-Viralia* in Hebræorum scriptis invenerat, licet eorum in Scripturis Sanctis nulla omnino mentio? *Sed hoc*, ait, *de Septem-Viris, ut Talmudicæ Doctrinæ est mirum in modum dissonum, ita nec alibi puto, nisi ex Josepho Autore, lectum auditumque. Autore interim, qui audacius jactat, se res Hebræorum per omnia secula ad suum diligentissime & veracissime perscripsisse &c.* Amplius in sequentibus. *Sed non solum mihi nondum numeri illius Josephiani ratio ulla omnino comperta est, sed nec quonam colore aut commento illuc is irrepserit*, τῷ ἄνδρες εἴκοσι τρεῖς *locum revera debitum mire sic occupans, conjectare omnino quivi*. Quod ad *Hugonem Grotium* attinet, is putat, quod *Josephi* verba eam possint ferre expositionem, quod unicuique membro *Septem-Viralis* hujus *Synedrii* additi sint *duo Levitæ*, quod si fieret, assurgeret numerus ad *viginti & unum Synedros*. *Sed mihi* (inquit Com. ad Matth. v. 21.) *ipse Josephus nunc nodum solvere videtur, cum verbis sequentibus dicit* ἑκάστῃ δὲ ἀρχῇ ἄνδρες δύο ὑπηρέται διδώσθωσαν ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν φυλῆς. *Nam per* ἀρχὴν *intelligit singulos Magistratum gerentes, quibus singulis bini erant additi adsessores periti juris, quos Josephus* ὑπηρέτας *vocat, quod est hebraice* שוטרים. *Septem ergo municipes loci erant Judices, præterea Adsessores* XIV. *qui ex Levitis maxime sumebantur. His supernumerarii videntur accessisse unus & alter.* Hoc demum *conjectare* est. Quod si ego simile quid tentassem unquam, quam non frequenter *audax* atque *ineptus* homo dicendus? Sane neque ὑπηρέται hic possunt esse *adsessores*, neque ratio flagitat, ut ἀρχὴ hic vertatur per *singulos Adsessores*, neque id si fit, numerus XXIII. efficitur. Recte *Seldenus*. *Nodus manet, si quid video, ut ante insolutus, si non insolubilis*. Atqui verissime *nodus* manet *insolubilis*, nisi quis aperte & rotunde dicat, vel *Josephum* de sui temporis frequentissimis, familiarissimis, sibique exploratissimis ritibus & constitutionibus differentem nos turpissime fallere, vel omnia illa, quæ *Scriptores Talmudici* in Codice *Sanhedrin* & passim alias nobis de *Synedriis Trium-Viralibus aut Viginti-Trium-Viralibus* asserunt, (quorum neque in Scriptura neque apud *Josephum* ulla mentio) esse falsissima & ex suo cerebro conficta. Utrum amplecti velis, elige. Sane mihi, cui Talmudistarum fides in plurimis argumentis omni die magis magisque suspecta incipit esse, ut jam dudum fuit ante, in asseveratione ejusmodi, qualis hæc est præsens, æquissimum videtur tantum *Josepho* dare de suis temporis moribus loquenti, ut ipsi plus quam Talmudici tribuamus fidei, nisi illum pro futilissimo impostore velimus habere. Sed tanti momenti hoc postulatum est, ut ego quidem mea scriptione id potius ambiguum relinquere malim quam audacter definire. Hoc solum adjiciam, quod ad rem attinet præsentem, si *Josephi* asserto sua constaret veritas, tum quidem optume nos monstrare posse originem τῶν שבעה טובי עיר *septem bonorum Civitatis*. Scilicet in *Captivitate* aut regionibus extra terram Canaan hoc putamus obtinuisse, ut, quoniam in iis non licebat Judices & Magistratus habere Politicos, ad formam & speciem *Magistratus Civilis*, quondam in Canaan usitati, instituerint *Presbyterium* sive *Collegium Seniorum in Synagogis*, atque hinc *tribus* פרנסים *Pastoribus Synagogæ* tot addiderint, quot quidem hunc *numerum Septenarium* poterant

terant efficere. Cogita, Lector, de his diutius, ſi placet, & rem dictu non incongruam invenies. Atque ita vidimus abunde, quod hæc ſententia περὶ τῶν שבעה *de ſeptem bonis Civitatis*, ut Synagogæ Presbyteris priorem noſtram non tantum nullo feriat pacto ſed & confirmet. Cæterum, quod hæ Synagogæ plures, aliæ pauciores *Gubernatores* habeant, id adeo eſt certum ut ex *Itinerario R. Benjaminis Tudelenſis* omni fere pagina id conſtet. Sed εἰ θέλει ὁ κύριος, de eo etiam *Capite* ſequente.

Vindicata nunc noſtra de *pluribus Archiſynagogis* & ſpeciatim *tribus* numero *Archiſynagogis* ὑποθέσει, progrediamur ad alteram illam *ſeptem Lectorum* repetendam, quod verbo abſolvi poteſt, quoniam res hæc ita eſt explorata, ut hodieque etiam in uſu ſit. Non ita quidem, quod *ſeptem Lectores* ſint in Synagoga ſtati, ſed quod *ſeptem* evocentur ad Legem in Synagoga legendam, licet lectionem loco *ſeptem* horum vocatorum abſolvat *Synagogæ Miniſter*. Ad hoc autem thema noſtrum probabiliter conficiendum, has poſitiones diſtinctas in chartam conjeceramus. *Maimonidem* expreſſe asferere, τὸς בטלנים *Otioſos legi legendæ* fuiſſe deſtinatos. *Statutum* fuiſſe antiquiſſimum, conſtanter obſervatum, *ſeptem* ex cætu evocari debere ad legendum. Vulgus Judæorum inidoneum fuiſſe & impar Lectioni huic peragendæ. Poſt tempora *Antiochi Epiphanis*, ubi Lingua Hebræa in deſuetudinem abierat, maximam partem populi, nobiliores etiam, Linguæ Hebrææ fuiſſe rudes & ignaros. Atque hinc evincebamus videri neceſſarium, ut *ſeptem ſtati* deputati fuerint ex cætu Viri, quibus, nullis aliis ſe offerentibus, hæc lectio potuit demandari.

Singula hæc antequam invadit Vir Cl. prius monet, *Lectionem* in *Cœtu* Synagogico eſſe liberam, quod nos ipſi moveramus dubium & ſolveramus. Quemadmodum enim ex eo, quod omnibus rite exploratis apud nos licitum ſit *conciones* ex publico *ad populum* habere, nullus poteſt concludere, ſtatos nullos in Eccleſiis noſtris eſſe Oratores, ita ſane exinde, quod unicuique idoneo Viro licitum fuerit olim Legem publice in Synagoga legere, concludi non poteſt, certos non fuiſſe ad id ſpeciatim opus peragendum deputatos Viros. *Maimonidis* vero ſententiam non exiſtimat ad *Legem* in Synagogis publice *legendam* pertinere. Privatim *lectam* vult Scripturam ſacram ab his *Otioſis* ad fallendum tempus, quod ex ipſius vel *Iarchii* potius ſuppoſitione quidem ſequitur, neque tamen id, quod nos volumus, convellit. Ubi enim obſecro, ubi de *Lectione Legis in Synagoga* eſt mentio, unquam *Lectio Legis privata*, non *publica* intelligitur? Tituli omnes, qui de קריאת התורה *Lectione Legis* in Ritualibus occurrunt, id evincunt. Quid quod in *Colbo* cap. xx. aſſeratur a tribus ad minimum *decem verſus* (עשרה פסוקים) legendos eſſe כנגר עשרה בטלנים של בית הכנסת *reſpectu decem Otioſorum Synagogæ*? Quid evidentius eo, quod eſt in *Piske Toſephoth*, ubi עשרה בטלנים *Decem Otioſi* dicuntur קורין בספר תורה *legentes in Libro Legis*. Et quorſum quæſo hunc ſignificatum hujus φράσεως hic vitamus? Quorſum inquam? Si enim Vir Clariſſimus concedit, uti mox patebit, Iſraelitas etiam doctiſſimos non fuiſſe idoneos ad Lectionem hanc peragendam, ad eam non præparatos, quæ ratio eſt, quod non concedat, hos *Decem Otioſos*, qui commodis Synagogæ erant conſecrati, quique expreſſe dicuntur *Legem in Synagoga legiſſe*, huic operi fuiſſe deſtinatos, ſi nulli alii ſe proderent.

Cæterum ad id, quod ſtatuerim vulgus ineptum fuiſſe ad Lectionem hanc peragendam, eamque ineptitudinem maxime invaluiſſe poſt tempora Antiochi Epiphanis, reponit, in eo loco, in quo *decem* fuerunt *Otioſi* plures fuiſſe alios, Legis legendæ ſatis peritos, quales Judices xxiii. hujuſque Tribunalis *Candidati*. Dein *ludos literarios* fuiſſe in Gente Judaica frequentes, adeoque illam ignorationem Linguæ Hebrææ tantam non fuiſſe, quantam ego eam deſcripſi. Licet vero copioſa nobis heic detur occaſio probandi ſummam Linguæ & Legis eo tempore ignorantiam imperitiamque, quæ apud Judæos erat, quod ex exemplo Pontificis maximi, ſæpe numero legere neſcientis, alibi probavimus, nihil tamen nunc reſpondebimus aliud, quam quod ipſe nobis V. Clar. ſuggeſſit ex *Arba Turim Orach Chaiim* tit. cxxx. ix. הקורא הפרשה צריך לסרר אותה תחילה פעמים ושלש ב״ביני לבין עצמו כשהוא דר״ע שקראו אותו לתורה ולא רצה לעלות לפי שלא סרר אותה תחילה: *Qui ſectionem aliquam lecturus eſt, cum hanc prius bis terve* (domi) *ſecum prælegiſſe oportet; exemplo Rabi Akivæ, quem cum aliquando ad Legem evocaſſent, aſcendere noluit, quoniam illam prius ſecum non reperierat*. Utique conſtat ex diſertiſſimis his verbis, præſtantiſſimos etiam Legis Doctores ſe exiſtimaſſe ineptos ad peragendam Lectionem

nem publicam, atque evocatos non ausos fuisse in suggestum ascendere. Si de *Akiva* hoc constet, quid de ordinariis statuemus sapientibus? Non ita sane, ac si opiner, omnes modestiam *R. Akiva* fuisse imitatos, atque nullos omnino sapientes Viros, quibus hic delatus est honor, eum unquam accepisse, sed ita ut concludendi me habere rationem autumem, necessarios in Synagoga legitime formata Viros fuisse, qui aliis non præparatis presentibus ad hanc actionem sacram celebrandam potuerunt vocari. Neque, quantum video, alia est ratio, cur hoc tempore solus Minister Synagogæ totam Lectionem peragat, cæteris *septem* vocatis solum adstantibus & quod legitur tacite repetentibus, nisi quia, cum status *Lectores* nullos habeant, ex ignorantia imperitiaque communi suæ gentis nunc non audent committere, ut qui ad id speciatim paratus non est Legem in Synagogis publice legat. Neque deficiunt tamen nunc magis quam ante *ludi literarii* & *Academiæ*, in quibus vera Legis Lectio docetur.

Hypothesibus nostris, quod e re erat nostra, defensis, quibus tantum det quisque, quantum sibi placet, verbo dicamus, Virum Clarissimum, postea de eo disputantem, an hi sive *Archisynagogi* sive *Lectores* ad numerum *Otiosorum* pertineant, eodem modo procedere, quo processerat ante in argumentatione sua contra *Ligtfootum*. Probat scilicet, hos homines primos & ultimos non fuisse in Synagogis, permissum iis fuisse laborare, iis nulla data esse stipendia, atque tum subinde, ubi nescio quæ argumenta formaverat, nunquam a nobis proposita, *majorem minoremque falsam* esse pronunciat, atque in his agendis oppido deliciatur. Ubi vero superius eum hoc pacto contra *Ligtfootum* argumentantem reperiebamus, indignabamur certe, quod tot incongruas suppositiones tanto conatu refelleret, quasi ab ipso creditas acceptasque, cum tamen earum nullam Ligtfootus crediderit acceperitque unquam. Quando vero eundem contra me agendi modum instituit, nihil quidem aliud nunc superesit, quam Lectorem monere, nos tales suppositiones ex Otiosorum definitione petitas nullo pacto admittere. Si probare cupit, Archisynagogos & Lectores non pertinuisse apud Veteres Judæos ad numerum *Otiosorum*, probet hæc duo. *Primo*, hos Viros non debuisse esse Literatos. *Secundo*, illos non prospexisse negotiis Synagogæ, suisque officiis in commodum Synagogæ non fuisse functos. Hæc probet, inquam, & cesset pro suo arbitrio quascunque nobis suppositiones impingere, iisque refutandis, quasi rem seriam ageret, inhærere. Non decet id scriptorem cordatum.

Porro, quod scribat in hac dissertatione, me *sententiam sæpiuscule in hoc argumento mutasse*, id eo respicit, quod cum initium facerem exercitationes meas conscribendi, aliquantum *Grotii* errori de impari dignitate *Archisynagogarum* & *Ligtfooti* opinioni de *Ministro Synagogæ*, ut Episcopo Synagogæ, tribuerim, a qua sententia crescentibus omni die rationibus in contrarium, facile recessi, qui veritati manus dare soleo. Atque id monueram Lectorem meum in Præfatione Libri. Cujusmodi quando alius conquirit ad Tibi conflandam invidiam, tum puto, illum angustiam animi causæque suæ significare omnium maxime, officio autem Viri ingenui minime satisfacere. Similis omnino indolis est, quost observet, me alicubi *Grotium* sequutum scribere ממונה pro ממנה licet alias fere semper scribere soleam ממנה Sed non attendit Vir *Clarissimus*, quod vocabulum hoc in Scriptura Sacra Veteris testamenti absque ו scribatur ממנה unde discat, *Grotium* bene sic scripsisse. Ne mittamus etiam, quod verba אין בזה פגם כלל recte a nobis versa non esse annotet per hæc: *Sed de hac re universalis decisio non est:* verum ita vertenda velit; *In eo nihil vitii est*. Scire autem heic licet, vocem פגם *vitium* & *maculam* denotare, nos scivisse, licet non ex *Lexicographis*, quia hactenus neque apud Judæos neque apud Christianos (ne apud *Castellum* quidem) eam vocis significationem offendimus. Collegeramus tamen illam ex Lectione libri contracti *Reschith Chocma*, idque indicavimus in Archisynag. cap. XII. Non displicet equidem Viri Cl. versio, licet nobis hactenus de ea nihil magis constet, ac de nostra.

CAPUT XX.

Tituli varii dignitatum, quales illi Patriarcharum, Primatum, Majorum, Procerum, Archisynagogorum, Patrum Synagogarum, Hiereorum, Archiereorum, Presbyterorum, Seniorum, *quemadmodum accipiendi sint in* Legibus Romanis, *ad Judæos spectantibus*, *varie disputatur, excussis* Petiti *aliorumque sententiis. Forma etiam & species* Veteris Synagogæ, *alibi a nobis*

bis proposita , ut illi ex Hebræorum præceptis convenientissima, vindicatur,

QUod *Samuelis Petiti* , Clarissimi laudatissimique Viri sententiam *de Synagogæ Rectoribus* paucissimis tantum verbis attigerimus atque improbaverimus in priore nostro scripto, eam ob rationem factum est , quia illam adeo evidenter in Hebræorum Constitutiones incurrere percipiebamus , ut frustra laborem nostrum illi diutius refutandæ nos insumpturos crederemus . Superfuit nihilominus Viro Clarissimo otium illi vindicandæ, ne crederemus , esse dogma ut ut clarissimum, cui ille, si velit vires suas intendere, non possit contradicere & specie aliqua rationis succurrere . Fatetur equidem subinde , *Virum Præstantissimum in explicandis nominibus*, quæ in lege occurrebant, *omne punctum non tulisse* , *quædam minus feliciter esse assecutum* , *in interpretatione aliquid humani esse passum*, defendemus nihilominus *Petitus* erat vel potius defendendæ Leges Corporis Juris Civilis erant , ex quibus *Petiti* errores erant nati, ne nos vel minimum dixisse videremur , quod e re erat . Intelliges igitur, Lector, brevibus *Petiti* institutum, nostram in illum censuram, & quæ huc facere videntur , Viri Cl. exceptiones, cæteris omnibus a tergo relictis , quæ vel ad rem non pertinent vel extra scopum allata sunt, qualia equidem perplurima sunt.

Utilissimam rem facit *Samuel Petitus* Variarum Lectionum Lib. II. cap. x. quod Leges bene multas , quæ in Corpore Civilis Juris *Præfectos Academiarum* aut *Synagogarum* concernunt , in unum coegerit , atque ad titulos Principum Synagogæ atque Academiæ in iisdem occurrentes explicandos animum suum applicarit, duo tamen erant, quæ heic judicabamus esse observanda. *Primo* , ex Legibus , ab Imperatoribus compositis , non posse accuratam Veteris Synagogæ speciem erui . *Secundo* . *Samuelem Petitum* nomina in Legibus Romanorum obvia plæraque distinxisse, quæ unius erant communis significationis , & tot propemodum in Synagogis diversa concepisse officia, quot in Legibus distincta reperiebantur nomina.

Prius assertum probare instituerámus ex eo , quod in Leg. IV. Cod. Theodos. De *Iud. & Cæl. Hiereis Archisynagogis & Patribus Synagogarum* præponantur , cum tamen *Archisynagogi*, *Patres Synagogarum* , & *Archierei hiereis* sint priores . Quod nostrum argumentum ex ipsis terminis adeo perspicuum est, ut ratione alia opus non sit ad id firmius adstruendum . Sunt enim *Archisynagogi* omnium sententia *Præfecti Synagogis* . Quis vero dubitet , quin *Præfectis Synagogæ* primus in Synagoga locus competat , ut *Præfectis Civitatis* primus in Civitate locus ? Neque alia est ratio , cur *Epiphanius* in *notissimo illo Doctisque passim laudato loco*, *qui est Hæres*. XXX. *de Ebionitis* §. II. de *Iosepho Apostolo* loquens *Archisynagogos* præponat *Hiereis* , qui in *Lege Romana* postponuntur . Πολλοὺς τῶν κακῶν κατασταθέντων Ἀρχισυναγώγων καὶ ἱερέων καὶ Πρεσβυτέρων καὶ Ἀζανιτῶν, τῶν παρ' αὐτοῖς Διακόνων ἑρμηνευομένων , ἢ ὑπηρετῶν καθαιρεῖν . *Multos improbos Archisynagogos & Hiereos & Presbyteros & Azanitas , qui Diaconos apud ipsos significant , seu ministros deponens &c.* Et conatur nihilominus Vir Cl. aliquid ad incongruum hoc thema probandum producere . Scilicet locus erat in *Orach Chaiim*, nobis non ignotus sed *parum intellectus misereque distortus & turbatus* . §. CXXXV. CXXXVI. כהן קורא בתורה ראשון אחריו לוי אחריו ישראל *Sacerdos primus legit, post hunc Levita post hunc vero Israelita*, Israelitæ vero hoc ordine בשבת ויום טוב ויה״כ קורין אחר לוי תלמידי חכמים הממונים על הצבור ואחריהם תלמיד חכם הראויים למנותם על הצבור וגומר *In Sabbato . Festo & die expiationis post Levitas legunt Viri Docti , qui præfecti sunt Synagogæ : post hos Viri Docti , qui digni sunt Synagogæ præfici gubernatores ; tum filii Virorum Doctorum , quorum Patres Synagogæ præsunt : & demum* ראשי כנסיות *Capita Synagogæ , & universus populus* . Nos verba תלמיד חכם הממונים על הצבור transtuleramus *Discipuli Docti Præfectorum Synagogæ* , loco , quo V. Cl. *Viri Docti, qui præfecti sunt Synagogæ*. Non negamus, illum mentem suam curatius expressisse neque tamen putamus , nos tum aliud quid voluisse dicere, per verba : *Discipuli docti Præfectorum Synagogæ* quam hoc: *Discipuli docti ex numero Præfectorum synagogæ* . Quod vero תלמיד חכם per *Discipulum doctum* verterimus in eo Præstantissimos omnes Interpretes imitati sumus, qui modo per *Virum Literatum* , modo *per discipulum sapientam*, alio tempore per *discipulum sapientum* hanc φράσιν interpretantur. Extat illius explicatio apud *Maimonidem* sed operæ non est pretium heic prolixius in significationem vocis divagari . Ubi autem τὸ תלמיד חכם iterum in textu repetebatur , verteramus id per *Filios sapientes* . Atque id Viro Docto cre-

crediderim visum esse insolens. Sed inspiciat is *Maimonidis* Tractatus, cui titulus *Talmud Tora* caput VI. & videat. φράσεις בני חכמים *Filii sapientum* & תלמידי חכמים *Discipuli sapientum* tantundum valere. Ideone vero dici debuit locus a me *distortus*, *turbatus* & *parum intellectus*? Verum videamus nos, an Vir Cl. qui voces Syllabasque hujus loci bene numerasse videtur, verum illius sensum assequutus sit, & sententiam, non literas hujus testimonii intellexerit. Voluit scilicet, ut vidimus, ex hac sententia concludere, *sacerdotes* in Synagogis *primæ dignitatis esse* Personas, ipsisque Synagogæ Principibus Majores. Sed non attendit Vir Cl. ad rationem, cur *sacerdotibus* & *Levitis* in Synagogis primus destinetur in legendo locus. Constat ex Sacro Codice Veteris Testamenti, *sacerdotes* & *Levitas* a Deo fuisse quondam ad id speciatim designatos, ut Legem legerent atque docerent, eoque in munere perseverasse usque ad Templi destructionem. Hinc autem unice petenda origo ritus, quod *sacerdotibus* & *Levitis* primæ concedantur legendi in Synagoga vices. An inde jam concludas, *sacerdotes & Levitas* in Synagoga *Archisynagogis* esse majores? Sacerdotibus & Levitis ex vetere prærogativa conceduntur in Synagogis primæ in legendo vices, ergo illi *Archisynagogis* sunt majores? Sic magnam feceris his sacrificulis gratiam, qui cum in gente sua ordinario cum egestate extrema certant, nunc unius consequentiæ valore in summam evehuntur dignitatem, & omnium honoratissimi in Synagogis Viri constituuntur. Sed ne ultra quam par est *sacerdotibus* & *Levitis* videamur esse infensi, concedimus Viro Cl. *sacerdotem* & *Levitam* cæteris paribus *Israelita* habitum esse nobiliorem. Observentur verba quæ sunt in Talmude Hieros. Codice *Horajoth* cap. III. §. IX. הכהן קודם ללוי לוי לישר׳ ישראל לממזר ממזר לנתין נתין לגר וגר לעבר המשורר אימתי בזמן שכולן שוה אבל אם היה ממזר תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ *sacerdos præcedit Levitam, Levita Israelitam, Israelita Noothum, Nothus Nethinæum, Nethinæus Proselytum, Proselytus servum manumissum. Quo casu hæc dicuntur? Eo, inquam, quo omnes sunt pares, verum si Nothus sit Vir Doctus & sacerdos maximus de vulgo* (non eruditus) *spurius ille Doctus præcedit sacerdotem Magnum de vulgo*. Ad hunc locum hæc extant in *Gemara* fol. 48. col. II. חכם קודם למלך מלך קודם לכהן גדול כהן גדול קודם לנביא נביא קודם למשוח מלחמה משוח מלחמה קודם לראש משמר ראש משמר קודם לבית אב בית אב קודם למרכל והמרכל קודם לגיזבר גיזבר קודם לכהן הדיוט כהן הדיוט קודם ללוי לוי לישראל ונומר *sapiens præferendus est Regi. Rex summo Pontifici. Summus Pontifex Prophetæ: Propheta uncto ad Bellum. Unctus ad bellum* (Sacerdos) *Præfecto Ephemeriæ. Præfectus Ephemeriæ Capiti familiæ. Caput familiæ Camerario. Camerarius Thesaurario* (vide de his vocibus cap. V. *Schekalim*) *Thesaurarius sacerdoti privato. Sacerdos privatus Levitæ: Levita Israelitæ*, ac ita porro. Extat idem in *Talmude Babyl.* cap. III. fol. XIII. col. I. Contenduntur in hoc textu dignitates & honores tam officiorum quam Personarum respectu, *sacerdos* major erat & nobilior *Israelita*, si considerentur ambo ut pares, quæ conditio exerte in textu exprimitur. Alias, si quis *Israelitarum* vel *Rex* vel *Propheta* erat vel alia aliqua dignitate excellebat, tum dubium non est, quin *Israelita* sit *sacerdote* major. Declarem hoc negotium evidenti exemplo. Nobilis apud nos inter Cives vulgari cive major est, major etiam sæpe est illius dignitas dignitate singulorum, qui Civitatis, in qua degit, Magistratum conficiunt. Idem tamen ille, in quantum Magistratui illi ut Civis subjectus est, iis semper est inferior, ac proinde inepte ageret, qui recensiturus ordine varios Civitatis Magistratus, *Nobiles*, qui Cives sunt, Magistratibus præponeret eosque primo collocaret loco. Eodem plane modo res se in Ecclesiis nostris habet. Ecclesiarum variæ sunt partes, nobiles, ignobiles, divites, pauperes, Senatores, Consules, Cives variæ admodum dignitatis & constitutionis, inter quas proinde tales etiam comparent, quæ singulis, Presbyterium Ecclesiæ conficientibus, majores sunt. Ecquis vero mortalium vel litteras mittendo vel decretum formando vel edictum pronunciando de Ecclesia, non primo collocet loco illius Ministrum & Presbyteros, qui in Ecclesia ordine primas tenent, licet inter membra Ecclesiæ, ipsis honoratiora vel nativitatis vel honorum ergo, occurrant? Eodem autem pacto res se habet in Synagogis. Sunt inter eos, qui Synagogam frequentant, Sacerdotes, Levitæ, Israelitæ. Sacerdotes nobiliores habentur Israelitis, atque sic etiam Levitæ, Quando tamen in Synagoga sunt, ubi Præfecti Synagogæ primas tenent. nullus dubitare debet, quin Sacerdotes & Levitæ Præfectis Synagogæ sint mino-

no-

nores. Quod autem *Sacerdotes* & *Levitæ* prius legant, quam Israelitæ, hoc equidem ante diximus singulare quid esse πρεσβυτῶν, quod his hominibus concessum, primum quidem, quia præsumitur eos in patria Lege esse exercitatissimos, dein vero, quia quondam a Deo ad hoc opus speciatim fuerunt designati. Sed & hoc adjiciamus, hunc ordinem ita constanter non fuisse observatum, ut non aliquando sit turbatus, ubi insignior aliquis *Doctor* & Vir sapientiæ studio clarissimus præsto erat. Probatum id a nobis est ex *Colbo* in *Archisyn.* cap. VII. Quid vero? An dices, hunc etiam sapientem illustriorem extra ordinem Synagogam ingressum majorem tamen esse Synagogæ illius Præfectis? Quin in ipso illo textu Codicis *Horaioth*, cujus partem modo allegabamus, חכם *Sapiens* dicitur esse illustrior *Rege*. Additur postea ad explicationem. חכם קודם למלך חכם שמת אין לנו כיוצא בו מלך שמת כל ישראל ראוין למלכות *Sapiens antecedit Regem. Sapiens, quandocunque moritur, nullum post se relinquit sibi similem: Rex vero, quando diem suum obit*, plurimos, quia *omnes Israelitæ idonei sunt ad Regnum*. Apud *Maimonidem* idem reperitur Hilchoth *Talmud Tora*. cap. III. בשלשה כתרים נכתר ישראל כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות-כתר תורה גדול משניהם אמרו חכמים ממזר תלמיד חכם חשוב מכהן גדול עם הארץ ונו *Tribus coronis coronati sunt Israelitæ. Corona Legis, Corona Sacerdotii & corona Regni-Corona autem Legis cæteris binis præstat. Sapientes ajunt: Vir Doctus Nothus pluris æstimandus est, quam Sacerdos maximus non eruditus*. Bene habet hoc dictum. Æque expressis verbis in textu *Horajoth* dicitur, *Sapientem* esse majorem *Rege*, quam *Sacerdotem* esse majorem *Israelita*. Concludas nunc eadem vi & consequentia, Sapientibus Doctisque Viris primas deberi in Republica & Synagoga partes, priores etiam iis Sacerdotum & Regnum, & videbis, quæ efficacia sit argumenti, pro *Sacerdotibus* contra nos prolati. Sed aliud etiam volo. In Edicto *Constantini*, ad quod nos allusimus, primo numerantur loco *Hierei*, (ἱερεῖς) *Sacerdotes* sequuntur *Archisynagogi*, & *Patres Synagogarum*, hoc est, Presbyteri. At vero in textu ex *Orach Chaiim* producto, in legendo præcedunt כהנים *Sacerdotes*, sequuntur ממונים על הצבור *Præfecti Synagogæ*, per quos Vir Cl. *Presbyteros* intelligit, & postea ראשי כנסיות *Capita Synagogæ* ἀρχισυνάγωγοι. Ergo hinc consequitur ἀρχισυναγώγους esse in Synagoga minores *Præfectis Synagogæ*, cujus tamen contrarium V. Clar. disertis verbis sustinet. Quam παραλληλίαν non possumus, quin hoc sequente schemate exhibeamus, ut nunc saltem oculis suis credant, qui hactenus hæc in Codice ut sibi convenientia intuiti sunt.

Orach Chaiim tit. CXXXVI.	Lex IV. Cod. Theod. de Jud. & Cæl.	Vera nominum comparatio ad literam.
כהן	Hierei	כהן
הממונים על הצבור	Archisynagogi	ראשי כנסיות
ראשי כנסיות	Patres Synagogarum	ממונים על הצבור

Viden', quæ in *Codice* hoc ordine occurrebant: *Hierei*, *Archisynagogi* & *Patres Synagogarum*, in *Orach Chaiim* hoc ordine obvenire: *Hierei*, *Patres Synagogarum*, *Archisynagogi*. Uter erravit, Imperator *Constantinus* an vero *Rabi Jacob Ben Ascher*? Posteriorem errasse non dices, quia *miraculo* hoc simile videri deberet ex V. Cl. sententia, quod homo Judæus, in patriis ritibus exercitatus, in iis exponendis erret. Erravit ergo Imperator *Constantinus*, quod similius vero est. Animadvertimus equidem, sed non absque indignatione, Virum Clar. in Schemate convenientiæ horum nominum nobis exhibito ראשי כנסיות contulisse cum *Patribus Synagogarum* & ממונים על הצבור cum *Archisynagogis*, sed id mox excutiemus, ostendemusque omnibus V. Cl. Hypothesibus esse contrarium. Stat igitur hactenus, bene a nobis esse monitum, *Archisynagogos* & *Patres Synagogarum* *Hiereis* esse majores, quod nobis vindicandum nunc incumbebat.

Secundum nostrum assertum hoc erat, quod *Samuel Petitus* nomina, in Legibus sæpe unum idemque significantia, pro distinctis dignitatum titulis acceperit, & tot pene numerarit in Synagoga munia, quot tituli in Legibus reperiebantur. Licet vero in hoc quidem capite Virum Cl. habeamus faciliorem, quippe qui errores *Petiti* non ubique dissimulat, id tamen agit pro omni sua facultate, ut *Petitum* defendat, quantum potest. Quam feliciter, nostrum nunc erit examinare. Sententia nostra hæc erat. *Judicamus igitur*, *Juris Romani Antistites per voces* Primatum,

Ma-

Majorum, Seniorum, Archisynagogorum, Archiereorum, Hiereorum, Patrum Synagogarum, Presbyterorum, *in genere intellexisse Magistratus Judæorum, sive Politicam sive Ecclesiasticam rem moderantes in Civitate peregrina, quæ nomina summa apud illam gentem officia vel nunc significabant, vel Veteribus Judæis significasse compererant*. Sic etiamnum existimo, & palam fiet, nihil a me dictum esse, quod non sit verissimum.

Primum vero, quod Diss. II. c. IV. monet, est de *Patriarchis*, quos ait convenire cum ראשי גליות *Aichmalotarchis*, Principibus Judæorum in Captivitate. Hoc idem a *Petito* dictum, & nobis verissimum habetur, nullo loco a nobis negatum. Nos de *dignitatum* titulis loquimur, qui ad *Synagogam* pertinent, in *qua Patriarchis nullum locum fuisse* V. Cl. asseverat. §. XXVI. Nos ita potius, quod *Patriarchæ* ad ordinaria Synagogæ membra non sint redigendi. Neque enim dubitamus, quin certissimum fuerit *Patriarchas* Synagogarum loci illius, in quo habitabant, fuisse *Principes*, adeo ut iis in Synagoga locus fuerit honoratissimus. Non prætermittemus vero, quod V. Cl. de *Principibus* hisce differens, *illum, qui in Babylonia erat*, appellari dixerit ראש הגלות *Aichmalotarcham, qui in Palæstina*, נשיא *Principem*. Cave ita hæc accipias, Lector, quasi solus *Princeps Judæorum* in terra Canaan vocatus fuisset נשיא, cum revera hic titulus utique fuerit communis. Sic est in *Epistola R. Abrahami*, Filii Maimonidis, ad *R. Josephum*, Gersomi Filium. מי שהוא ממונה להיות ראש גולה בבבל נשיא קרינן ומי שהיא ראש ישיבה בארץ ישראל נשיא קרינן ליה וגו׳ *Quicunque constitutus est, ut sit Aichmalotarcha Babyloniæ, principem eum vocamus: & quisquis Rector est Academiæ in terra Israelis, principem eum vocamus &c.* Locus excerptus est a Clarissimo *Altingio*, in libro exquisitæ eruditionis, qui *Schilo* dicitur, lib. I. cap. XIX. Idem constat ex Libro *Schevetb Juda*, in quo ritus inaugurationis hujus Principis describitur. Ibi signate. והוא נקרא נשיא ונקרא ראש הגולה *Ille vero vocatur princeps & Caput exilii*. Hoc ὡς ἐν παρόδῳ.

Post *Patriarchas* sequuntur *Primates*, de quibus prolixe *Petitus*. Atque hic primus erat titulus, quem affirmavimus generalem esse, & Magistratibus Judæorum quibusvis sive Politicam sive Ecclesiasticam rem curantibus competere. Quod cum in proclici esset ex collatione Legum a *Petito* adductarum probare, vidimus, Virum Cl. hoc labore nos liberasse, qui ad hunc modum ipse disserit. *Unde illud primum constare arbitramur, titulum* Primatum *generalem esse, & tam* Presbyteros *quam* Archisynagogos *designare, cum utrique Synagogis soleant præesse, easque moderari &c.*

Post *Primates* ordine proximo, ut generalem titulum *Præfectorum Synagogæ*, posueram *Majores*. Sed & hoc concedit Vir Cl. §. XXXI. eos interpretando de *Presbyteris* & *Senioribus Synagogæ*. De titulo autem *Procerum* similiter judicat illum *generalem* esse. §. XVIII. Restant nomina *Seniorum*, *Archisynagogorum*, *Archiereorum*, *Hiereorum*, *Patrum Synagogarum*, *Presbyterorum*, quæ ego itidem asserueram communia esse *Præfectorum* Synagogæ in Romanis legibus epitheta. Vir Cl. ita de iis existimat, quod nomina *Seniorum*, *Patrum Synagogarum*, *Presbyterorum* unum idemque officium designent, respondeantque *Synagogæ Presbyteris*, quod *Archisynagogi* nomen *Præfecto Synagogæ*, qui ראש הכנסת dici solet, competat, quodque *Hierei* nomen proprium sit *Sacerdotibus*, hodieque in Synagoga reliquis. Culpa igitur a nobis commissa hæc est, quod *Archisynagogos* & *Presbyteros* confuderimus, quos in Lege distinctos esse Vir Cl. contendit. Atque hæc una eademque disputatio est, quam in antecedentibus movimus. Quomodo vero? An non attendit V. Cl. in ipsis *Legibus*, a *Petito* & a se allegatis, totidem verbis id tradi, quod *Archisynagogi* & *Presbyteri* unius dignitatis & officii homines sint. Sic scriptum est in Leg. XIV. Cod. d. l. *Superstitionis indignæ est, ut Archisynagogi sive Presbyteri Iudæorum &c.* An non totidem verbis hic significant *Imperatores*, quod per *Archisynagogos & Presbyteros* unam eandemque rem intelligant? Sed quid clarius etiam Leg. XV. ejusdem Tituli. *Si qua inter Christianos & Iudæos sit contentio: non a Senioribus Iudæorum, sed ab orditariis Iudicibus dirimantur*. Nonne *Seniores* Judæorum iidem omnino illi sunt, qui alibi dicuntur *Archisynagogi*, *Presbyteri*, *Majores*, *Proceres*, *Primates*? Quod si verum, ut verissimum, nonne constat Imperatores non distinxisse solicite *Seniores* ab *Archisynagogis*, sed eas voces absque discrimine, ut obviæ erant, in Legibus usurpasse ad exprimendos in genere quoscunque Judæorum Magistratus? Jungas his aliam *Legem*, quæ est in *Novella* CXLVI. item a *Petito* allegatam. *Ut hac data a nobis licentia, neque dam-*

nis aliquibus subjiciantur, qui Græcam vocem & alias tradunt, neque ab alio quovis prohibeantur. Neque licentiam habebunt hi, qui ab eis majores omnibus Archiperecitæ aut *Presbyteri, forsitan vel* Magistri *appellantur, perinoeis aut anathematismis illos prohibere.* Quid hæc sibi volunt verba, *Archiperecitæ* aut *Presbyteri*? Nonne heic digitus intenditur in *Archisynagogos Judæorum?* Sed, quid & hoc sibi vult: *Forsitan & Magistri*. Certe, quid evidentius, quam Imperatores titulorum illorum differentiam, si qua erat, minime intellexisse, ac proinde, quæ obvia ipsis erant nomina, promiscue usurpasse?

Quando autem porro Vir Cl. fatetur *Patres Synagogarum* esse *Presbyteros*, tum necesse etiam est fateatur, *Patres Synagogarum* esse *Archisynagogos*, quia nunc evictum a nobis est ex mente Imperatorum, *Presbyteros* eosdem esse cum *Archisynagogis*. Sed quid hic ita parcus est Vir Cl.? Qui modo titulos in legibus occurrentes omnes cum titulis nominibusque dignitatum in Synagoga obviis volebat quam accuratissime conferre, cur non explicat nobis titulum *Patrum Synagogarum*? Terruerunt illum, opinor, *Petiti* vestigia, qui, ubi hoc nomen tentavit exponere, non leviter hallucinatus est. *Hunc Patrem synagogæ* (verba sunt Petiti) *putamus primum fuisse si ab Archisynagogo discedas, cujus erat vicarius: Hujus rei conjecturam facimus e cæteris Judæorum institutis: Nam in magno Synedrio Hierosolymitano* ☧ LXXI. *erat* אב בית דין *alter a* נשיא *ut constat e jure Talmudistarum. Pari ratione existimamus Patres synagogarum primos esse ab Archisynagogis*: Ab his tum postea distinguit *Presbyteros*, quam Synagogæ formam audacter pronunciamus, ut pronunciavimus olim, nullibi nisi in animo Clarissimi *Petiti* extitisse. Præteriit vero Vir Claris. hoc nomen sicco pede, in quo conferendo cum titulis, in Synagoga usurpatis, ingenio suo maxime debebat fuisse usus. Ego igitur dicam mihi visum fuisse aliquando, titulum *Patris synagogæ* convenire cum illo, nunc apud ipsos usu receptissimo, אב בית דין *Patris Domus Iudicii* vel *Patres synedrii*. Capitur autem titulus אב בית דין *Patris domus Iudicii* hodieque ab ipsis eodem pene significatu, quo ille ראש הכנסת *Principis synagogæ* pro *Rectore* sc. *Academiæ* & *Doctore publico*, in Patriis scitis versatissimo. Sic frequentes habes: אב בית דין וריש מתיבתה בקהלה קדושה *Pater domus Judicii & caput Academiæ in Sancta Ecclesia &c.* Item: אב בית דין דקהילה קדושה *Pater domus Judicii Sanctæ Ecclesiæ*. Hos vero in *Legibus* Patres Synagogarum dici, non est quod dubitemus. Non ita sane ac si *secundi* essent ab *Archisynagogo*, ut Doctissimus *Petitus* contendebat, quia ejusmodi *Patres Synagogarum* Judæis sunt ignoti, sed quia juris Patrii periti sunt, & Synedrium vetus in Captivitate quali quali modo repræsentantes, quantum licet de *mundo & immundo*, *licito* & *illicito* sententiam ferunt. Perinde autem mihi est in hac expositione admissa, an קהילה קדושה hic respicere putes ad vocem *Synagogæ* an vero φράσιν בית דין quæ alias *Synedrium* vertitur. Quid vero, an *synagoga* significabit *Synedrium*? Omnino sane, quoniam ea latitudo significationis vocis Græca συναγωγῆς est, ut *Conventum* qua *Politicum*, qua *Ecclesiasticum* notet. Docuimus id jam in prioribus nostris *Observationibus*, monente *Grotio*, atque repetiit etiam Vir Cl. Diss. I. §. LXXIII. *Non difficile est*, ait, *existimare vel collegia ipsa Judicum vel forte loca Iudicii aliquando* כנסת *synagogam esse appellata*. Recte dicit, *collegia ipsa judicum*. Quod vero addit *locum judicii* dictum fuisse כנסת hoc dextre accipiendum est. כנסת vix unquam *locum* notat, quocunque etiam modo sumatur, nisi subintellecta voce בית Adverti quidem *Benjaminem Tudelensem* in *Itinerario* p. 75. כניסה simpliciter accipere pro *synagogæ Ædibus*. וכניסה גדולה של ראש הגולה מבנין עמודי שש וגומר *Et synagoga Magna Capitis Exulum constructa columnis marmoreis &c.* atque idem me memini observasse aliquotiens fieri in Libello, qui de *Hebræorum Cippis* agit, luci publicæ dato a Præstantissimo *Hottingero*. Tenendum tamen semper est, quod Voces כנסת כניסה קהל עדה ipsum *cœtum* denotent, neque ad alios significatus temere flectendæ sint. Inter voces כנסת & בית הכנסת tantum differentiæ est, quantum apud nos inter voces Gemeente & Kerck *Ecclesia* & *Templum*. Si Græcum *συναγωγὴ* pro *loco* etiam in Scriptura N. T. reperiatur, quod fieri omnino putamus, semper tamen subintelligendum est τὸ οἶκος. Cæterum, quando conceditur, *Patrem Synagogæ* esse אב בית דין quod concedendum esse opinor ob summam, quæ in collatione apparet, convenientiam, tum simul erit evictum, *Patres synagogæ* non significare *Presbyteros*, ut Vir Cl. contendit, diverso ab *Archisynagogis* significatu, sed ipsos *Archisynagogos* & *Academiæ* atque *Ecclesiæ Recto-*

res,

res, ac proinde patet, Virum Cl. æque ac *Petitum* in hoc nomine exponendo erraſſe. Quod Doctores apud Judæos אבות *Patres* dicantur, hoc non exiſtimavimus huc pertinere.

Progredimur ad *Hiereos*, quod idem vocabulum a Legum Conditoribus generatim acceptum eſſe nobis perſuaſimus. Non ita vero quaſi vel ignoraverimus unquam eſſe in Synagogis *Sacerdotes*, *Aarone* prognatos ſuperſtites, quippe quod nobis exploratiſſimum erat, quorumque mentionem alibi plus ſemel fecimus, ſed quia exiſtimabamus, in ipſa hac Lege rationes eſſe ſatis ponderoſas, quæ evincebant, non poſſe *Hiereos* heic accipi pro *Sacerdotibus* in Synagoga aliquando præſentibus. *Prima* eſt, quia videbamus, *Hiereos* hic præponi *Archiſynagogis*. Ratio eſt nulla, ut ante viſum, quod *Hierei* præponantur *Archiſynagogis*, niſi quia titulus ille hoc loco ut communis Nobiliorum Procerumque Judæorum accipitur. *Secunda* eſt, quoniam Reſcriptum hoc Imperatoris *Conſtantini* ad eos pertinet, qui officiis in Synagogis funguntur, vel, *qui ſynagogis deſerviunt*, ut verba habent Legis. Oportet igitur, ut *Hiereis* hic intelligantur tales, quibus cura Synagogæ ſimul commiſſa eſt, quique illius commodis intenti cum aliis ſunt. Atque ita ſe res habet. Quia Sacerdotes habiti ſunt in gente ſua juris patrii callentiſſimi, quia inſuper actio aliqua in Synagogis præſtanda (quæ נשיאות כפים *ſublatio manuum*, Benedictio publica, requirebat *Sacerdotem*, hinc *ſacerdotes* ſæpe numero vel *Rectores Academiarum* vel, quod magis in uſu erat, *Miniſtri ſynagogæ* creabantur, unde in *Colbo* illa ſæpe conditio occurrit, alibi σὺν Θεῷ notanda: *ſi Miniſter ſynagogæ ſit ſacerdos*, vel, *ſi Miniſter ſynagogæ non ſit ſacerdos &c.* Hanc rationem eſſe exiſtimem, cur *Conſtantinus* Imperator ad Synagogæ quoſcunque Præfectos ſcripturum *Hiereos* ſimul expreſſerit. Atque in eo non habemus nobis contrarium *Samuelem Petitum* ipſum, qui p. 167. ſic ſcribit: *Magiſtri nobis iidem eſſe videntur, qui* Hierei, *in Codice appellantur, erantque didaſcali & in ſynagogis Legem prælegebant atque interpretabantur*. In eo tamen non leviter errat *Petitus*, quod hos *Hiereos* de gente Sacerdotali non prognatos putet p. 162. *Hierei autem atque Archierei*, ait, *appellabantur, non quod de ſacerdotum gente eſſent, ſed quia, quod olim fuerat ſacerdotum munus, quandiu res Judæorum ſteterunt, in inſtituendo populo Hierei iſti præſtabant & Legem in ſynagogis legebant atque interpretabantur*. Male. Sacerdores jactant ſe gente Sacerdotali eſſe prognatos, ſed in Legibus ita ſtricte accipi, eſt quod negemus ob rationes ante prolatas.

Idem vero, quod de *Hiereis*, affirmaveramus de *Archiereis*. Eorum vero in Legibus allegatis a *Petito* nulla mentio, dubito an unquam in Corpore Juris Civilis. Verbum tamen extat hac ſignificatione apud *Ælium Lampridium* in *Alexandro Severo* cap. XXVIII. Verba illius hæc ſunt de Alexandro. *Volebat videri de Romanorum gente originem trahere, quia eum pudebat* Syrum *dici: maxime quod quodam tempore feſto, ut ſolent, Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſiverant eum convitiolis, Syrum* Archiſynagogum *eum vocantes &* Archierea. Quod vero vocabulum *Archiereus* hic idem ſit, quod *Archiſynagogus*, id ex prima verborum conſideratione eſt clarum. Quid enim? An hoc voluerunt dicere Ægyptii, eſſe Alexandrum ſummum apud Judæos Pontificem? Minime vero. Id voluerunt dicere, eſſe illum natione Syrum, e media quaſi gente Judæa ortum, quæ Syriam atque Ægyptum magnam partem occupaverat, adeo quidem, ut qui in iis partibus Imperii Romani natus erat, per jocum potuerit confundi cum iis, qui κατὰ σάρκα Ἰεδαῖοι erant, & frequentiſſimi in illis regionibus habitabant, ſaltem dubiæ haberi originis & nativitatis. Quoniam vero *Alexander* Imperator erat Romanæ militiæ, hinc exiſtimarunt, non convenire, ut cum aliis in Gente Judæa quam nobiliſſimis illius gentis Præfectis compararetur, quos quia *Archiſynagogos* & *Archiereos* eſſe intellexerant, hinc *Alexandrum* cum *Archiſynagogo* & *Archiereo* contulerunt. Ex quibus evidens eſt, *Archierei* titulum heic valde generalem eſſe, quod noſtrum de hoc titulo fuit aſſertum veriſſimum. Hoc autem mirari vehementer ſubit, quo modo Vir Cl. auſus fuerit titulum *Archireorum* qui in Legibus, quod ſcio, nuſpiam repetitur, per emendationem audaciſſimam in Corpus Juris intrudere. Operæ pretium erit intelligere, quemadmodum hæc res ſe habeat. In Lege XIII. Ch. Th. h. t. ita ſcriptum eſt. *Judæi ſint obſtricti cærimoniis ſuis; nos interea in conſervandis privilegiis eorum Veteres imitemur, quorum Sanctionibus definitum eſt, ut privilegia his, qui illuſtrium patriarcharum ditione ſubjecti ſunt*

sunt Archisynagogis Patriarchisquo ac presbiteris, cæterisque qui in ejus Religionis Sacramento versantur. Vides in hac constitutione *Patriarchis* subjici *Archisynagogos*, *Patriarchas* ac *Presbyteros*, quod inconvenientius videtur. Quid enim hoc est, *Patriarchæ* subjecti sunt *Patriarchis*? Samuel Petitus in necessitate hujus legis exponendæ constitutus pro *Patriarchis* legendum esse conjecit: *Patri*, *Hiereis*. Vir autem inter nos Doctus, ne ἀσύμβολος esset, reprobata *Petiti* conjectura, pro *Patriarchis* legendum censuit *Hiereisque*, vel potius, *Archiereis*, unde in Schemate convenientiæ horum nominum: *Archiereis ex nostra emendatione*. Bonum factum. Si hoc est *Leges emendare*, voces integras certæ significationis tollere, aliasque significationis & soni valde differentis illis pro tuo arbitrio substituere, tum dicam me hodie brevissimam facillimamque mihi comparasse artem difficultates omnes in omni scientia solvendi. Quod exercitati ac subtilis ingenii Viri sæpe numero ex verosimili conjectura, circumstantiis omnibus eo ducentibus, per literæ syllabæque mutationem lucem difficillimis textibus faciant, est, quod omnes boni atque æqui Viri laudent probentque; quod vero quivis alii, in alia plane disciplina versantes, ad difficultatem obviam nomina ex textu integra tollant, iisque alia tam sono quam significatu valde dissimilia substituant, id temerarium factum judico, quod in summum rei literariæ incommodum toleratur. Sed hoc addam, quod si aliam quamvis vocem Vir Cl. hic substituisset, voci *Patriarcharum*, *Procerum* puta, *Primatum* &c. non potuisset infelicius divinasse, quam heic egit. Nomen enim *Archiereorum* neque in Corpore Juris (quod sciam) uspiam reperitur, neque *Archierei* reperiuntur in *Synagogis*, & ausus nihilominus est V. Cl. hoc nomen *Archiereorum* illi *Patriarcharum* substituere, utrumque autem, posterius maxime, heic erat necessarium. Quando enim hoc agunt Doctissimi quidam Viri, ut textum aliquem male affectum emendent, operam dant, ut tales voces textui insinuent, quæ Scriptori familiares sunt, sublatis illis, quarum incerta & dubia significatio est. Sed heic contrarium accidit. Tollitur ex textu vox certa & nota, substituitur incognita & dubia, Scriptoribus nunquam usurpata, semel forte aiibi inventa. Sed quod majus est, non reperiuntur in ulla Synagoga *Archierei*, hoc est, Sacerdotum Principes. In Templo plurimi erant, hoc nomine olim gavisi, in Synagogis nulli. Petitus equidem existimavit esse in Synagoga *Archiereum* cæterorum *Sacerdotum Principem*, sed falsum est. V. Cl. autem, quod maxime opus fuisset, ad nomen *Archiereornm* exponendum nihil omnino adjungit. Atque ita apparet, quam sit hæc emendatio Legum non temeraria modo sed omni parte incongrua & inutilis. Sed tanti erat, posse monstrare, Imperatores Romanos nunquam nisi accuratissime de officiis Synagogæ in Legibus suis disseruisse! Sic itaque, ni fallor, abunde est evictum, titulos *Procerum*, *Primatum*, *Archisynagogorum*. *Hiereorum*, *Patrum Synagogarum*, *Seniorum*, *Archiereorum*, etiam generales & communes esse in Legibus, eosque omnes per eos designari, qui vel Academicam vel Ecclesiasticam rem apud Judæos in exilio suo agunt, quod nostrum erat assertum. Sed aliud insuper est, quod omittere nefas, licet id jam in antecedentibus tactum sit.

In schemate παραλληλίας nominum, cum eorum, quæ in Codice tum quæ apud Hebræos Scriptores usurpabantur, a V. Cl. invento, ea habentur, quæ sibi invicem recta repugnant, quod qui fieri potuerit, ut ab ipso animadversum non sit, quando id componebat, excogitare equidem nescio. Disputavit mecum, recollige mentem tuam Lector, quod in Leg. IV. Cod. Theod. de *Jud. & Cæl.* ordo hic *Hierei*, *Archisynagogi* & *Patres Synagogarum* Hebræorum institutis apprime conveniat, & tamen in eodem schemate opponit huic Leg. IV. Legem XIII. Cod. h. t. in qua hic ordo est nominum ex ipsius emendatione. *Archisynagogis*, *Archiereis*, *ac Præsbyteris*. Dicat nunc, utrum ordinem eligat. Si priorem, utique vel ordo ille, qui in posteriore Lege XIII. continetur, plane turbatus est, vel emendatio nihil ad rem facit. Jam scilicet *Archierei* medii erunt inter *Archisynagogos* & *Presbyteros*, qui modo omnium in Synagoga maximi contendebantur. Audaces quidem hæ sed adeo leves & inanes affirmationes sunt, ut earum quæque aliam destruat. Sed gravius est, quod contra propriam hypothesin הממונים על הצבור comparet cum latino *Archisynagogi* & ראשי כנסיות cum latino *Patres Synagogarum*. Id adeo adversum est ipsius hypothesibus, ut si quid ego dixissem simile, ab ipso graviter fuisse culpandus. Oculum mihi tuum & animum

mum da Lector, ad punctum temporis & saxim rem totam intelligas. Statuit V. Cl. in Synagogis reperiri unum *Archisynagogum*, cui dicit competere titulum ראש הכנסת & plures *Seniores*, quos appellari ait ממונים על צבור *Præfectos Synagogæ*, sive *Patres* & *Seniores Synagogarum*. Hæc ipsius assertio est per omnem librum. Sed heic recta schenam vertit mutatque, τῷ ממונים על צבור transferendo per *Archisynagogos* & τῷ ראשי כנסיות per *Patres Synagogarum*. Atque hic Autor me dicere ausit *Proteo mutabiliorem*, qui quas per omnem librum hypotheses accepit defenditque, quin & eodem hoc capite de novo propugnavit, in exhibito schemate ipse invertit, & magis quam ego unquam feci, impugnat. Recte equidem hæc ad omnia conveniunt cum nostris hypothesibus, qui τῷ ממונים על צבור *Præsbyteros Synagogæ* pro veris priscæ Synagogæ Rectoribus & Episcopis habemus, iis ex vero titulum ראשי הכנסת *Principum Synagogæ* competere statuimus, titulo ראש הכנסת sæpe ad *Academiarum Rectores* devoluto, atque eo sensu recte interpretamur ordinem, qui in *Orach Chaiim* observari dicitur in Lectione Legis, quas nostras suppositiones si Viro Cl. placeat accipere, quod facit in suo *schemate*, tum simul declaret, quæ a se omni priore pagina affirmata sunt, frustra adducta esse. Tu potius, Lector, oculos tuos verte ad hanc nostram titulorum comparationem, quæ illustrandis legibus facere possit.

ראשי גליות	*Patriarchæ*.
רבנים	*Majores*.
ראשי כנסיות	*Archisynagogi*, sive Synagogæ sive Academiæ Rectores velis, perinde id mihi est.
אבות בתי דינין	*Patres Synagogarum*.
הממונים על הצבור	*Proceres*, sive quos *Patriarchæ cæteris præposuerunt*. Leg. xv. Cod. h. t. *Qui de gentis Lege ipsi genti præsident*. Leg. II. C. h. t.
זקנים	*Seniores* aut *Presbyteri*.
כהנים	*Hierei*.
רב	*Didascalus* aut *Magister* Leg. III. C. Th. h. t.
חזנים	*Cæteri*, *qui in eodem Loco* (Synagogis) *deserviunt*. Leg. IV. C. Th. h. t.

Hæc, inquam, genuina sit horum nominum παραλληλία, quæ ab Imperatoribus promiscue accepta sunt, (*Patriarchæ*, *Chazanitæ* & *Didascali* a me non memoratos titulos excipio) licet eorum quædam huc magis ac illuc pertineant.

Cæterum quæ huc usque dicta sunt sufficiunt equidem abunde vindicandæ veritati priorum nostrarum assertionum, verum nondum satisfaciunt illis verbis, quibus affirmavit, *Petitum suam Synagogam felicius extruxisse* ex *Corpore Juris*, quam ego eandem extruxeram ex Scriptis Hebræorum. Sic scilicet ille more solito; dein, *me in omnibus Hebræorum scriptis solos Archisynagogos invenire*. Alibi jactat, se plures officiales Synagogæ monstraturum, quam ego hactenus in ea potui invenire. Locus nunc denuo Libro volventi non occurrit. Tu, si quæsiveris diligentius, offendes, quia ego harum rerum jam sum fatur. Age igitur, Lector, quia ad finem per Dei gratiam pervenimus, instituamus comparationem inter χέρας Synagogæ cum a Petito tum a V. Cl. traditas, videamusque quantum illæ a mei ædificii forma differant, ut cognoscas, an recte an secus de me judicaverit.

Petitus in Synagogis ex *Corpore Juris numerat* ראש הכנסת *Archisynagogum*, summum Synagogæ *Principem*, illius *Adsessorem*, dignitate paulo inferiorem, אב בית דין *Patrem domus Judicii*, his rursus minores *Presbyteros*, dein *Hiereos* quos publicos Doctores, Lectores, atque Interpretes esse putat, eorumque *Principem* aliquem *Archiereum*, postea vero *Chazanitam* חזן *Ministrum Synagogæ*. Talem Synagogæ speciem diversissimam esse dixi ab ea, quæ in Hebræorum Scriptis reperitur. Sed intellige prius, quas partes V. Cl. ex his *Petiti* officialibus accipiat. Probat itaque primo *Aechisynagogum*, Presbyterorum principem. Reprobat *Patrem Synagogæ*, a *Petito* illi adjunctum. Admittit rursus *Presbyteros*. *Hiereos*, quales *Petitus* intellexit, item refellit. His reprobatis neque *Archierei*, ut a *Petito* expositis sunt, subsistent. *Chazanitam* denique admittit. Sic sane dimidiam partem officialium Petiti ex Synagoga ipse extrudit, & nihilominus graviter fert me monentem, speciem Synagogæ, quam *Petitus* nobis ex Legibus Romanis exhibet & explicat, a genuina Synagogæ facie plurimum differre. Sed redigamus etiam in ordinem membra Synagogæ, ab ipso concepta. Probasse ex *Petito* in-

intelligis *Archisynagogum*, *Presbyteros* & *Ministrum Synagogæ*. His tantum jungit *Sacerdotes*, (Hiereos) non ejusmodi quidem, quales *Petitus* intellexit, sed ex Sacerdotali gente prognatos, veros inquam illos, qui officiis Synagogæ etiamnum destinantur. Atqui tales *Sacerdotes* in Synagoga reperiri, non negavi unquam, imo, quod amplius, eorum alibi plus semel feci mentionem, ubi occasio est, accuratius explicandorum. Sed hi ad decus Synagogæ pertinent, quemadmodum Lectores septem, inter quos hi *Sacerdotes* locum habent, Constat enim *Sacerdotes* omnium legisse primos. Non negavi igitur unquam, imo probavi semper, *Sacerdotes* in Synagoga, ubi adsunt, habere quod agant, sed non existimavi eos inter partes Synagogæ necessarias numerandos esse, quia vel plurimæ sunt Synagogæ, quæ ejusmodi Sacerdotes nullos habent, vel potius Synagogæ Ministri ex Sacerdotali gente desumi solent. Hoc volo, statos in Synagoga non fuisse *Sacerdotes*, Synagogæ alicujus officiales & Ministros. Opus, quod Sacerdotes in Synagoga egerunt, non fuit privatim uni eorum commissum, sed a quoque de gente Sacerdotali idoneo & honesto maturæ ætatis Viro potuit præstari. Quemadmodum enim *Lectio Legis* cuique permissa est Israelitæ, sic *elevatio manuum* cuique permissa est *Sacerdoti*, honesto ac maturæ ætatis Viro. Unde patet, ex hypothesi Viri Cl. in Synagoga nullos status fuisse Sacerdote ordinarios, non magis, inquam, quam stati in Synagoga secundum ipsius sententiam nulli fuerunt Lectores, quia Legis Lectio unicuique bono inter Israelitas Viro committi potuit. Veniunt igitur considerandi, qui restant, *Archisynagogus*, *Presbyteri* & *Ministri Synagogæ*. Si per *Archisynagogum* Vir Cl. intelligat *Rectorem Academiæ*, qui ut consiliarius in hodiernis Synagogis adest, forte & præest in minoribus Societatibus statis Synagogæ Presbyteris, non est, quod ipsi obluctor. Fero talem hominem, judicoque illum in hodiernis Judæorum cœtibus esse necessarium. Postquam enim causæ plurimæ ad Presbyteros Synagogæ in exilio devolutæ sunt, quæ vigentibus Synedriis non ad ipsos sed ad Rectores Civitatis sive Synedria spectabant, neque tamen omnes Synagogæ Presbyteri, licet cœtus honoratissimi sint Viri, in Lege Patria bene docti atque exerciti sunt, hinc flagitat ratio, ut illi sibi adsciscant *Doctorem* vel *Magistrum*, Juris Patrii & Synagogæ rituum peritum, eumque in cœtum suum adoptent. Si credere velit Vir Cl. mecum, titulum ראש הכנסת *Archisynagogi* (nunc infrequentiorem) ad hunc in Captivitate devolutum esse, distinguam cum ipso *Archisynagogum* a *Presbyteris*, quia nihil in vocibus positum est arcani, modo de re inter nos conveniat. Cæterum de vetere Synagoga ita existimo, quod illa constiterit ex *Pastoribus*, (פרנסים) & חזנים *Ministris Synagogæ*. Per *Pastores* intelligo *status* Ecclesiæ *Presbyteros*, quibus cura atque directio rerum in Synagoga agendarum est commissa, immo qui ipsi vita atque institutione sua cœtum duxerunt. Hos veros fuisse *Archisynagogos* reor, qui hodieque ממונים על הצבור *præpositi cœtui* dicuntur. Hos conferre institui cum *Episcopis* & *Presbyteris*, qui unius dignitatis fuere & muneris, in Sacra Scriptura obviis. His adjunxi חזנים *Synagogæ Ministros*, quorum dignitatem cum tempore crevisse evidenter ostendam in Libro, iis exponendis decreto, si Deus mihi vitam servet & animum. Atque non conjicio amplius, sed persuasus sum plenissime, hos eosdem esse cum *Diaconis*, quorum mentionem Paulus injicit. Quod Presbyteris accesserit רב Consiliarius aliquis, hoc inde factum esse asserui, quia Synedriis extinctis ejusmodi Viro *Presbyteri* minus in Lege exerciti indigere credebantur. Perpende ut se res habeat cum honoratissimis in nostra Civitate Viris, qui *Consulibus* a *consilio* sunt. Nostri Pensionarisen vocant. Consules omnes dignitate & munere sunt pares. Illi summi sunt Civitatis Principes & Moderatores. Quoniam nihilominus sæpe contingit, nt, qui designati sunt consules, neque Patriæ neque urbis consuetudinum admodum periti sunt, neque in dicendo & perorando valde exercitati, hinc consultum ipsis videtur, honoratum aliquem e Civitate Virum vocare, qui a perpetuis Civitati sit consiliis, patrii juris peritissimum & in dicendo felicem. Hic mox in idem collegium adsciscitur, res, ni fallor, tractandas proponit, earum momenta explicat, consuetudines priscas enarrat, suamque rogatus aperit sententiam. Quandoquidem vero hi Viri & stipendiis gaudent satis lautis, & autoritate plurima valent apud consules, cum, quia perpetua eorum dignitas est, tum, quia Cousulibus unice sæpe sunt peritiores, hinc dignitas illorum,

rum, licet a Consulibus unice dependeat, consulari etiam dignitate sæpe censetur esse major. Hæc vero ut ut se ita habeant, non existimo tamen ullum esse hominem, qui eos vel ad Consulum collegium necessario pertinere, vel Consulibus vere majores esse affirmet. Certe in urbibus Patriæ meæ longe alia illins dignitatis ratio est ac in vicina Provincia, neque aut Consulum aut Senatus populi Adsessores sunt. Confer cum his in Civitate nostra spectatis Viris, obsecro, hodiernos Synagogarum aut Academiarum Rectores *Parnasim* (פרנסים) & *Presbyteri* in *Synagoga* iidem sunt, qui *consules* in *Civitate*. Hi sæpe *Rectorem* Academiæ aut *Præsidem* aut *Consiliarium* Senatus sui eligunt, neque tamen desinunt esse summi Synagogæ Moderatores, ad quos potestas proprie pertinet, licet auctoritatem suam cum alio communicent. Sed ego hunc vel *Præsem* vel *Consiliarium* potius ut *Academiæ* membrum considerabo, quam *Synagogæ*, relicta *Presbyteris* sua Synagoga, iisque *Archisynagogorum* titulo vere vindicato. Atque huc sane spectat, quod *R. Benjamin Tudelensis*, describens *Aichmalotarcham* Babylonium, ejusque imperii latitudinem per omnes Orientis Synagogas & Academias, ita scribat: ראש הגולה נותן להם רשות בכל קהלות האלו לשום על כל קהל וקהל רב וחזן שהם באים אליו לקחת הסמיכה ורשות Constantinus L'Empereur. *Hi omnes Israelitarum cœtum ab exulum Capite* (Patriarcha) *potestatem accipiunt sibi in singulis congregationibus professorem & concionatorem præficiendo. Num ipsum conveniunt, ut manuum impositione potestatem accipiant.*

Optumus sane hic locus est, quo non alius magis ad scopum nostrum facit. Scilicet adstruitur in hoc testimonio, in cœtu Judæorum quolibet necessarios esse hos duos homines רב & חזן quos *Constantinus L'Empereur* optume vertit per *Professorem* & *Concionatorem*. רב pertinet ad בית מדרש *Academiam*, חזן ad בית הכנסת *Synagogam*. Duo hi neque alii præter hos plures memorantur in *Orach Chaiim*, & alibi. Attende autem, quod hic רב quem *L'Empereur* per *Professorem* vertit, idem ille sit homo, quem Vir Clarissimus vult esse *Archisynagogum*. Hic vero רב *Professor* proprie dependebat a ראש גולה *Capite exulum*, ab eoque confirmabatur *impositione manuum*, de qua alibi per Dei gratiam diligentius. Recollige iterum, Lector, duos esse in cœtu *Officiales*, *Professorem* scilicet, quem Vir Cl. *Archisynagogum* dici vult, & *Ministrum Synagogæ*. Ille proprie ad *Academiam*, hic ad *Synagogam* pertinet, &, quæ in ea agenda sunt, disponit. *Presbyterorum* Synagogæ hic nulla mentio, quia illi promiscue ex cœtu eligi possunt, ut honoris ergo præsideant. Similis omnino locus est apud *Benjaminem* p. 115. וביניהם רבי נתנאל שר השרים ראש הישיבה והוא ראש לכל קהלות מצרים להקים רבנים וחזנים *Utrisque ut summus Princeps præest* D. Nathanael *concessus caput, omniumque Ægypti cœtuum, ut Magistros* (ante vertit *Professores*) & *Lectores* (ante *Concionatores*) *creet, antistes*. Certe ex hoc loco evidenter constet, quod ex priore secundum interpretationem *L'Empereurii* etiamnum erat dubium, quod ipse hic ראש הגולה *Caput Exulum*, qui in Ægypto erat, constituerit *Professores* & *Ministros Synagogæ*. Omnino videtur ex priore versione *L'Empereurii* concludendum, dedisse *Aichmalotarcham* ipsis cætibus potestatem sibi præficiendi *Professores* & *Ministros* Synagogæ. Atque nunc quidem res ita se habet, postquam *Patriarchæ* esse desierunt, sed vigentibus *Patriarchis* sive *Aichmalotarchis*, ipsi hanc in sua διοικήσει exercuerunt potestatem. Unde item intelligis, quam vere a Viro Cl. dictum sit, *Patriarchis in Synagogis nullum fuisse locum*. Certe si *Patriarchæ* illi fuerunt, qui suos cuique Synagogæ præposuerunt *Præfectos* & *Ministros*, an illi ipsi igitur sedem in Synagoga nullam habuerunt? Adeo hoc abs re dictum, ut *Benjamin* noster *Tudelensis Synagogam Aichmalotarchæ* signate describat, sedem locumque supremum *Aichmalotarchæ* in ea assignet his verbis p. 75. וכניסה גדולה של ראש הגולה מבנין עמודי שיש-ושם לפני הארון מדרגות מאבני שיש כמו עשרה ובמדרגה העליונה ראש הגולה עם נשיאי בית דוד *Visitur etiam magna Synagoga Capitis exulum constructa columnis marmoreis --- Ibi autem ante sacrorum librorum thecam decem gradus e marmore constant, in quorum supremo exulum Caput cum familiæ Davidicæ Principibus sedet.* Vides, *Patriarchis* honoratissimum in Synagoga locum fuisse, quibus nuper locus in Synagoga negatus est. Sed ut ad rem redeamus, animadvertis ex ipsa Viri Clarissimi hypothesi assumpta, quæ hæc est, quod רב ad *Synagogam* pertineat, Judæos, ubi necessarios cœtus officiales nominant, plures non requi-

quirere, quam *Archisynagogum* & *Synagogæ Ministrum*, & me tamen audet Vir Cl. culpare, quod in Synagogis nullos præter hos *duos* invenerim. Quod enim ait, me nullos præter *Archisynagogos* invenisse, in eo dubio procul animo suo non satisfecit, quippe qui sibi est conscius optume, me de *Synagogæ Ministris* plurima jam literis consignasse. Voluit igitur dicere, me præter *Archisynagogos* & *Ministrum Synagogæ* in Synagoga nullos invenisse, non attendens, etiam ex sua hypothesi Scriptores Judæos plures officiales Synagogæ perfectæ hoc tempore non requirere. Si ita pergat scribere Vir Cl. ostendet certe, se vel mihi valde iniquum esse, vel in Synagoga, cujus nobis accuratiorem dare vult speciem, prorsus hospitem. Quid aio? Cum רבנים *Doctores* & *Magistri* proprie pertineant ad *Academias*, hic ipse etiam רב *Doctor* & *Magistri* proprie pertineant ad *Academias*, hic ipse etiam רב *Doctor* & *Magister* potuit abesse, si unus modo in Synagoga esset *Mixister Synagogæ*, rerum Synagogæ peritus. Insignis est locus apud *Benjaminem* p. 119. ושם חוץ לעיר כנסת משה רבינו ע״ה מימי קדם ושם זקן אחד פרנס שמש של הכנסת והוא תלמיד חכם *Ibi autem extra urbem est Synagoga Mosis Doctoris nostri, super quo pax, antiquissima. Ibidemque Senex unus Pastorem agit & Synagogæ Ministrum, qui Vir Doctus est.* Neque alias unquam explicari potest, cur *Johannes Apostolus in Apocalypsi* mentionem faciat Ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας, שליח צבור *Ministri Ecclesiæ*, & ad eum suas admonitiones dirigat. Quia enim *Presbyteri* vel *Pastores Synagogæ* in minoribus Conventibus homines solebant esse honoratiores quidem sed rudes sacrarum rerum, adeo ut cum tempore omnis cura rerum sacrarum ad *Ministros Synagogæ* devolveretur, ac negotia omnia illis committerentur crescente omni die eorum autoritate, hinc *Epistolæ*, admonitionem summi Domini & Pastoris continentes, ad ipsos debuerunt mitti. Si concepisset *Johannes* in ordinariis conventibus præter hinc חזן vel ש״צ aliquem רב *Archisynagogum*, illo superiorem, perpetuumque illius conventus Doctorem, da rationem, cur monita hæc ipsis non potius quam *Ministris Synagogæ* sint insinuata? Omnino enim ita se res habuit, ut, ubi fuit præsens in Synagoga רב *Professor* aliquis, *Seniorum* præses perpetuus, ibi minor fuerit dignitas *Synagogæ Ministri*, ubi vero solus fuit *Synagogæ Minister*, nomine tenus quidem subjectus τοῖς פרנסים *Pastoribus*, sed vere agenda omnia in Synagoga dirigens, ibi *Synagogæ Ministri* autoritas fuerit maxima. Atque ita se res habuit in perpluribus Conventibus, quia multi cœtus duobus illis alendis, *Professori* sc. & *Ministro Synagogæ*, non erant pares. Hæc dicta oportebant, cum ut ego hypothesin, jam a me jactam in Præcedenti Libro, verissimam esse demonstrarem, quæ est, simplicissimam Veteris Synagogæ formam hanc esse, quod in ea statuantur *Presbyteri* & *Minister Synagogæ*, tum ut tu intelligeres, Lector, quid rei agant, quamque feliciter agere incipiant, qui, ut mihi contradicendi occasionem capiant, plura Tibi *Synagogæ Veteris* membra obtrudere conantur. Sane ejus momenti hoc disquisitionis caput est, ut pro varia illius consideratione vel confirmemus vel enervemus præcipuum illud dogma, quod in Reformatis Ecclesiis defenditur, de æqualitate Presbyterorum Ecclesiæ. Si mecum statuis, in Veteres Synagoga fuisse *Presbyteros Synagogæ* pares omnes munere & dignitate, confirmabis validissime sententiam communem nostræ Ecclesiæ de paritate & æqualitate *Presbyterorum* & *Episcoporum*, qui apud *Paulum* & alibi memorantur, atque ita prima etiam *Episcopatus* omnis, postea speciose obtenti, semina & radices destrues atque convelles. Si vero Viri Cl. hypothesin accipias, tum sane insigne momentum adferes opinioni de superioritate *Episcoporum* præ *Presbyteris*, jaciesque illius hæreseos fundamenta, quæ deinceps universam Ecclesiam misere corrupit. Profecto alia ratio non est, cur *Grotius*, aliique *Episcopatus* defensores ita avide hanc hypothesin arripuerint, quos si V. Cl. placuerit sequi, rem veritati apud nos receptæ utilem facturum non opinor. Tu judica, Lector, ex iis, quæ dicta sunt, an *Veteris Synagogæ* speciem tibi veram an fictam tradiderim, &, si faveas, alteram *Synagogæ Veteris* partem, quæ de *Synagogæ Ministris* erit, suo tempore expecta.

Finire animus erat hanc dissertationem, sed, quæ an *Petiti* an V. Clar. an nostra potius socordia est, non cogitavimus de *Collectoribus Eleemosynarum*. In *legibus* atque *Rescriptis* Imperatorum Synagogæ membra recensentur omnia: *Petitus*, ut ut in quibusdam sententiæ suæ articulis aliquid humani

mani sit passus, satis tamen feliciter Veteris Synagogæ formam inde eruit: Vir Clar. postea ipsius vestigia legens illum correxit, sed neuter aliquam mentionem fecit *Collectorum Eleemosynarum*. Quomodo vero? An hæc negligentia vel ignorantia Imperatorum fuit, an vero *Petiti* & Viri Clar. illum sequentis? Neutrum horum in causa fuit, Lector. Rem dicam, *Collectores Eleemosynarum* ad Synagogam nunquam pertinuerunt, neque tamen frustra miraris, eum, qui paulo ante tanta cum animi sui contentione volebat probare, *Collectores Eleemosynarum* ad Synagogam pertinere, heic loci, ubi omnia Synagogæ officia ex Legibus magno studio cum *Petito* exsculpit, omni tamen sua diligentia *Collectores Eleemosynarum* nullibi reperire atque de iis in universum altissimum agere silentium. Hæc dicta sufficiunt.



CHRI-



CHRISTIANI BORNITII EXERCITATIO PHILOLOGICA PRIMA DE SYNAGOGIS VETERUM HEBRÆORUM.

Instituta veterum Hebræorum accurate cognoscere uti res jucunda admodum est, longeque, quod caput rei, utilissima: ita oppido difficilis atque ardua summopere. Idem non solum sentient qui his elegantioribus literis primam dant operam, sed summi præterea inque hac palæstra exercitatissimi viri. Neque communis illa rerum magistra, uti vulgo audit & recte quidem, experientia refragabitur; quin potius nostram, tot suffragiis approbatam, sententiam & ipsa confirmabit luculentissime. Quot enim & ritus moresque, quot instituta quoque hujus antiquissimæ gentis adeo obscura sunt, ut Oedipo sæpius opus sit quam Davo simpliciori. Quoties in hoc literarum genere ingemiscendum est; etiam summis viris: *Quantum est quod nescium*. Quod vero de rebus Hebræorum in genere dicitur, illud omne de Synagogis jure enunciari potest. Adeo & manca & intricata præterea est hæc distincta Synagogarum cognitio, adeoque difficilis. Præcipue cum hic nullum habeat Heb. antiquitatum studiosus vel tribunum vel magistrum equitum, quem sequatur ipse legionarius aut cataphractus miles. Sparsim quidem nonnulla leguntur apud Hebraicarum rerum conditores & *Sigonium* cumprimis, sed concisa admodum, prætermissis quamplurimis, quæ ad rem facere videbantur. Quo pacto apud *Sculterum* quoque nonnulla leguntur. Notum enim est & alia in N. Instrumento occurrentia Philologica Græca modo laudatum auctorem exposuisse: & hanc de Synagogis Hebræorum quoque materiam attigisse. Placuit nihilominus tamen hac vice (præcipue cum & alias quædam ex Philologorum Scholis petita in forum literatorum producere animus esset) pro modulo ingenii tenuitateque, cujus & ipse probe conscius sum, de Synagogis, quæ domi habebam privato studio collecta non solum in ordinem redigere, quæ obscuriora erant ex Rabbinis & Maimonide cumprimis, eorundem principe, dilucidare, sed & sistere ventilatione publicæ. Non unius rei

quam

quam liberalioris exercitii veritatisque indagandæ caussa, quæ mihi semper est eritque antiquissima. Quamobrem si in quamplurimis lapsus fuerim atque a scopo meo, quem proposueram, aberraverim, æqui eruditique pariter censores illud haud quaquam vitio vertent, spero, cum & nemo mortalium sit, qui non erret, & in aviis, ubi vestigia minus trita, declinare alias adeo non sit infrequens imo valde usitatum. Sed ad rem. Tu vero Deus Pater annue cœptis nostris clementissime propter filium tuum J. Chr. Amen.

I. Vox Græca Συναγωγὴ ut varias ita diversas admodum habet significationes. Potiores ordine recensebo, quæque hic locum habent, perspicue sum declaraturus, (1) Συναγωγὴ, si ipsa notatio, ut cum Tullio loquar, attendatur, generale vocabulum est, & quamvis congregationem denotat. Unde συναγωγὴ γάλακτος apud *Alex. Aphrod. pro lactis copia; συναγωγὴ πολέμε* apud *Thucyd.* pro *collectione eorum, quæ ad bellum pertinent*, usurpatur. In *Græca LXXII. Int. versione* (an hodie sit genuina non disputo) similia, exempla deprehenduntur. Aquæ *Gen. I. 9.* concongregatæ leguntur in unam συναγωγὴν. Συναγωγὴ λίθων & ὕδατος apud *Jobum* (c. 8. v. 17.) *Esaiam* (c. 19. 16. 37. 25.) & alibi reperitur. In *Psalmis* (Ps. 67. 33.) & penes *Siracidem* (cap. 31. 3.) συναγωγὴ χρημάτων occurrit. (2) Pro *hominum promiscua multitudine* accipitur. Quo pacto *Jeremias* (c. 50. 9.) prædixit fore, ut adversus Babylonem συναγωγαὶ ἐθνῶν adducantur. Conferatur *Ezechiel* (c. 26. 7.) & *Sophonias* quoque (c. 3. v. 7.). Similiter συναγωγὴ πονηρευομένων (Ps. 21. 7.) ἁμαρτωλῶν (Sir. 16. 7.) γιλώτων (Prov. 21. 16.) imo alibi hoc ipsum vocabulum ea in significatione obvium est. (3) *Universus populus Israeliticus* nomine συναγωγῆς indigitatur, diciturque vel πᾶσα συναγωγὴ τῶν υἱῶν Ισραὴλ Ex. 12. 47. 16. 1. 2. 9. c. 35. 19. Lev. 4. 13. c. 19. 2. &c. vel συναγωγὴ τῶν υἱῶν Ισραὴλ Ex. 12. 19. & aliis locis, vel simpliciter συναγωγὴ Lev. 8. 4. Num. 14. 27. 35. 36. c. 20. 2. 11. c. 31. 26. Unde ἄρχοντες πατέρων τῆς συναγωγῆς c. 32. 2. Jos. 9. 15. 18. c. 22. 30. &c. Et Ecclesia Israelitica interdum Synagoga nuncupatur. Æque enim late patebat antiquissimis quidem temporibus populus Israeliticus, verique Dei, quæ inter Israelitas colligebatur, Ecclesia. Huc non incommode referri potest, quod & pro tribu LXXII. Interpr. accipiant. Legimus enim in modo adducta versione Rehabeamum (1. Reg. 12. 12.) congregasse πᾶσαν τὴν συναγωγὴν Ιεδα; Ubi in Hebræo בית a Spirito sancto usurpatum. (4) Designatur hac voce *conventus Hebræorum particularis*, sive rerum politicarum, ut pacis conciliandæ 1. Macc. 7. alibi, vel sacrarum caussa institutus. Illustre exemplum Act. 13. 43. occurrit: λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς (Vide *Flacium* Clavi & *Salmeronem* T. XII. tr. 37. pag. 251.) ut sicco pede alia prætercam. Quemadmodum in perquam multis N. Instrum. locis perinde est, sive locus, in quo conveniebant, sive cœtus ipse intelligatur. 5. Συναγωγὴ ipsum ædificium notat, in quo particularis iste cœtus congregabatur auditurus prælectionem Mosis & Prophetarum. Μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τὸς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει ἐν ταῖς συναγωγαῖς Act. 15. 21. Imo clarius *Luc.* 7. 5. Centurio enim & Judæos diligebat & Synagogam ædificaverat iisdem. Quo & Hebraicus Matthæi interpres (laudatus a *Kirstenio* notis in Matthæi versionem Arabicam p. 16. 62. & 107.) respexisse videtur, cap. enim IV. v. 23. c. 13. 54. c. 23. 6. domos Synagogarum reddidit, cum tamen in fonte συναγωγὴ iis locis solummodo deprehendatur. Συναγωγὴ igitur pro ipso ædificio usurpatur, non aliter quidem ac ἐκκλησία tam pro convocato cœtu, quam pro loco, in quo cœtus ille cogebatur, apud profanos) *Lucianum*, *Demosthenem*) non solum sed & Ecclesiasticos) *Eusebium* l. 3. de vita Constant. *August.* l. 2. de civ. Dei) scriptores accipitur. (6) denique Συναγωγὴ *pro cœtu Christianorum*. In N. Instr. quidem *Jacob* 2. 2. conferatur locus *Hebr.* 10. 25. ubi vocabulum ἐπισυναγωγὴ ab Apostolo usurpatum legitur. Adeo ut minus firma sint, quæ apud *Augustinum in Psalmos* (qui tamen excusari potest) *Bellarminum* (l. 3. de Ecclesia militante c. 1. *Catech. Trident.* p. 111. *Barradium* (T. 2. Harm. l. 5. pag. 296.) (quibus & *Salmeron*. (T. XIII. in ep. Pauli pag. 171.) nec non Torniellus Ann. Sacris ad Ann. M. 2594. f. 397. adjungi possunt) aliosque leguntur, videlicet *hoc ipsum vocabulum semper de Ecclesia Judaica nunq. Christianorum dici*. Contrarium observarunt non solum Venerandi nostrates Theologi, *Chemnitius* L. Theol. P. 3. L. de Eccl. p. 123.; *Incomp. Gerhardus* LL. C. T. V. de Eccl. p. 210. P. I. Harmon. contin. p. 32. p. 1031. P. III. p. 991. *Brochmandus* T. 2. L. de Eccl. p. 667. & eruditissimo in Jacobi Epi-

ſtolam commentario p. *94. 95.* ſed ex
Calvinianis Paræus , *Piſcator* , *Interpre-
tes Belgici* , *Alſtedius* cumprimis ſup-
plem. T. 4. Controv. Chamieri p. 54.
Vedelius in Opuſculis Theolog. diſp. 41.
p. 102. *Caſaubonus* Ex. XVI. p. 538.
Grotius ad Matth. C. IV. *Sixtinus Ama-
ma* l. 3. Antib. Bibl. pag. 810. aliique
accuratiſſimi & erudıtiſſimi viri.

Neque ſolum in N. T. cœtus Chri-
ſtianorum Synagoga dicitur, ſed & Ec-
cleſiaſticis hoc nomen non adeo igno-
tum fuit ſcriptoribus. Ignatius ep. 1.
χωρὶς πρεσβυτέρων ἐκκλησία οὐκ ἔστιν οὐ συ-
νάθροισμα ἅγιον , οὐ συναγωγὴ ὁσίων . Imo
hæreticos conventus ſuos Synagogas nun-
cupare ſolitos, præpoſitoſque Archiſyna-
gogos ab iiſdem dictos fuiſſe Epiphanius
autor eſt. Qua de cauſſa factum , ut
diſcriminis ergo orthodoxi Chriſtiani συ-
νάξεως nomine inſignirentur.

II. Græciam luſtravimus. Iter recta
Orientem verſus inſtituendum . In Pa-
læſtinam tendimus non navibus , nec
vehiculis , ſed cogitationibus. Hanc lu-
ſtrabimus ditiſſimam regionem, ut inde
aliquid mercium ad nos deportetur .
Abſque periculo quidem aut metu, ſine
anulo , vectigali temporiſque diſpendio.
Nec res ſucceſſu carebit . Duo autem
apud Hebræos ſunt præ reliquis notio-
ra vocabula , quæ reſpondent voci συ-
ναγωγὴ ejuſdemque ſignificationibus non-
nullis , ſi LXXII. Interpr. ductum ſe-
quamur. Unum קהל dicitur , עדה al-
terum. Licet & קהל , ſi vim vocis at-
tendamus , pro quavis cœtus congrega-
tione accipiatur: עדה pro cœtu vero ,
qui certo tempore congregatur . Quæ
aſſertio non tam mea eſt, quam *Chem-
nitii* (L. Comm. T. de Eccl. l. c.) *Ge-
rhardi* (L. C. T. V. p. 212.) *Reveren-
tiſſimi Dn. D. Welleri Patroni mei ma-
ximi* (in Pſalm. I. pag. 44.) *Kircheri*
(Concord. V. Teſt. P. I. f. 1849.) alio-
rumque eruditiſſimorum virorum. Non
deſunt tamen & alia vocabula Hebræa,
quin multo plurima adduci poſſunt ,
quæ voce συναγωγῆς a LXXII. Interpr.
reddita leguntur . Catalogum breviter
prætexere placet. Sunt autem אסף Soph.
3. 8. conf. Ex. 34. 22. בירה 1. Reg.
12. 21. גל Job. 8. 17. חיל Ez. 37.
10. מחול Jerem. 31. 4. יארים Eſ. 19.
6. 37. 25. נסך Pſal. 16. 5. סוד Jer. 6.
11. עיר Joſ. 20. 4. עם Lev. 10. 3. נקבע
Eſ. 56. 8. מקוה Lev. 11. 6. Zach. 9.
12. מקום Gen. 1. 9. קיר Eſ. 22. 6. משכן
Num. 16. 24. &c.

Chaldæi utuntur quoque certis voci-
bus, nec non *Syri* , *Arabes* ipſique *He-
bræorum Magiſtri* , quæ quodammodo
cum Cræco nomine συναγωγὴ conveniunt ,
ejuſque ſi non omnibus præcipuis ta-
men ſignificationibus. Chaldaice & ערתא
& כנישה vel כנישתא & רגשא aut
אתרגושא cœtus populique congregatio
dicitur. קהלא præterea cœtus iiſdem eſt
maxime eſt ſacra collectus imo & ipſe
locus , in quo populus congregatur Cl.
Buxtorfio (Lex Chal. t. f. 1983.) con-
firmante. Thalmudici & ex parte Ma-
giſtri uſu fecerunt non ſolum cum
Chaldæis communia quædam vocabula ,
ſed & nonnulla, peculiaria ferme, in-
troduxerunt. Communia vero כת סיעא
אוכלוסא כנישתא קהלא quæ non incogni-
ta ſunt & Chaldæis & Talmudicis om-
niaque cœtum turbam aut catervam deſi-
gnant. Deinde, Talmudici cum primis,
aliis gaudent nominibus quæ ejuſdem
ſunt ſignificationis. Quo ſenſu & ויעד
ועד אסתלנניה nec non קולר uſurparunt.
Diſcimus quoque ex Baal Aruch f. *79.*
per כינופיא cœtum cum primis ſolemnem
indicari . כרם præterea apud Talmudi-
cos pro Schola & Synagoga ſæpius oc-
currit , quia ibi lineatim ſedeant , uti
vites plantantur . De quo more Mai-
monides conſuli poteſt in Jad. t. 1. l.
2. הלכות תפלה וברכה cap. quidem 11.
§. 4.) צבורא & צבור (unde צורנין plur:)
cœtum, Eccleſiam, congregationem de-
notat , & hac in ſignificatione apud
Talmud. & Rabbinos non infrequens
eſt hoc ipſum vocabulum. Uſitatiſſimum
tamen eſt præ cæteris apud eoſdem בית
הכנסת (vel כנישתא Bava Bathra f. 8.)
ipſumque ædificium deſignat , in quo
Judæi religionis cauſa conveniebant. De
quo pauca ex Maimonide referam, quip-
pe quod ad ſcopum noſtrum cum pri-
mis faciant. Sic autem ille in Jad t. 1. l.
2. הלכות תפלה וברכה in אהבה c. 11.
ab initio : כל מקום שיש בו עשרה מישראל
צריך להכין לו ביה שיכנסו בו לתפלה בכל
עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת :
In omni loco , *ubi ſunt ex Iſrael* (cur
X. quia tradunt Talmudici עדה cœtum
eſſe debere ad minimum decem homi-
num, probantque ex Num. 14. v. 27.
Verba ſunt in Miſna Sanhedr. c. 1. §.
6. ומנין לערה שיהיה עשרה שנאמר עד
מתי לערה הרעה הזאת יצאו יהושע וכלב
ideoque Judæi putant שכינה præſentem
eſſe, cum decem in domo congregatio-
nis reperiantur . Vide Baal Hattur. ad
Exod. 20. c. v. 24. Si quatuor tamen
cœtus excipias. Id n. ex Sota f. 42. 1.
conſtat : ארבע כתות אין מקבלין פני שכינה
כת הלצים וכת חניפים וכת שקרים וכת
מספרי לשון הרע: Quatuor cœtus non
ſunt digni majeſtate divina, deriſorum,
hypocritarum , mendacium & calunia-
to-

torum *neceſſe eſt parare domum*, *in qua ſe congregent propter preces omni precum tempore*, *locus autem iſte domus congregationis vocatur*. Non diſſimilia Rabbi D. Kimchi libro Rad. in Rad. כנס tradit: קראו למקום בית התפלה בית הכנסת לפי שנאספים שם לתפלה Sed ſatis de hac voce בית ועד ejuſdem ſignificationis eſt quam ſæpiſſime, uti ex Sota c. ultimo Sanhedr. f. 97. aliiſque Talmud. locis manifeſto evincitur. Neque incommode forſan Synagoga תרביצא dici poterit (conſulatur Buxt. Lex Chal. Talm. f. *2196*.) ideo שמרביצין בו את התורה *quia ibi legem Dei doceant*. De qua re tamen infra fuſius agemus.

Syri ſuum ܟܢܫܐ habent, quod congregationem, turbam notat. Unde ܟܢܘܫܬܗ & ܟܢܘܫܬܐ pro συναγωγῇ Act. 26. 11. Marc. 5. 35. 36. 38. imo paſſim in Nov. Teſt. Syriaco, & ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ pro ædificio Luc. 7. 5. uſurpatur. ܡܚܒܐ pro cœtu Act. 20. 13. ſumitur, ܚܒܠܐ vero ſæpiſſime eodem ſenſu in Paraphr. Syriaca adhibetur.

Nunc ex Arabum locupletiſſimo penu nonnulla afferre placet: vulgaria tamen, notiora & forte occurrentia. מלא cœtum & congregationem denotat, ſi CL. Erpenii ductum (notis ad Hiſtoriam Joſephi Arabicam n. 44.) ſequamur. Eadem vis eſt vocis עצבה Neque diſſimilis Arabicæ עיר (vide ejuſd. Erpenij notas l. c. n. 83.) מחפל concilium, Synodum, Synagogam, קאפלה v. & סכארה cœtum cum primis hominum exprimunt iter una facientium (Erpen. l. c. n. 13.) כניסה pro domo Synagogæ in verſione N. T. Arabica Luc. 7. 5. uſurpatur. ביעה cœtum fidelium cum primis refert, quo pacto & Pſ. 39. v. 12. in Pſalt. Savariano occurrit. ניק quoque loco Hebr. קהל ſubſtituitur in *verſione Pentateuchi Arabica Mauritan: Judæorum*, Gen. 28. 3. c. 48. 4. Num. 16. 33. c. 19. 20. 6. 10. 12. c. 22. 4. & alibi נמל & נמלה ſimiliter cœtum ſignificant. Quo ſenſu cum primis נמע & נמאעה obvia ſunt. Nec diſcrepant מנמע & נמוע cognata quippe & origine & ſignificatione vocabula. Communis vero eorum radix נמע colligere, congregare in *Pent*. Num. x. 10. &c. *Pſalt. Arabico* Pſ. 146. nec non *Qorano* (adi *Cl. Erpenij notas* l. c. n. 15. & 102.) frequentiſſime uſurpatur. Imo & Perſæ hoc verbum ſuum eſſe voluerunt, adeoque, ut & alia multa Arabica, civitate donarunt, quod ex *Tavvuſij*, vel *Tuſii* potius, *Perſica Pentateuchi traslatione*, & prioribus duobus Geneſeos cap. cum primis (integram enim videre non licuit) Rudimentis ejuſdem linguæ (a *Cl. Ludovico de Dieu* publicatis ſolummodo; auctor enim *Elichmanus* fuit, uti *Cl. Ravius Paneg*. 1. *linguar*: *Oriental*. *p*. 12. teſtatur) annexis demonſtrari poteſt. נמאעה certe, de qua voce paulo ante, pro קהל & עדה legitur in ſæpe laudata verſione. Pro עדה Ex. 12. *6*. 47. c. 16. 2. 9. c. 17. 1. Lev. 4. 13. Num. 20. 22. &c. Pro קהל vero Gen. 49. *6*. Num. 10. 7. ſic Pſalm. 22. 23. juxta Arabicam verſionem & alibi.

III. Vidimus hactenus varias vocis συναγωγῆς ſignificationes. Vidimus præterea quibus nominibus cæteri Orientales utantur, hoc ut ipſi exprimant vocabulum. Nunc reſtat ut evolutis nominibus ad rem propius accedamus. Ambiguitas prius tollenda eſt errorum genitrix. Quæ vocis ſignificatio huc quadret, noſtroque inſtituto ſit accommoda, perſpiciendum. Quinta v. in ordine occurrit & cum primis huc ſpectat; quam retinebimus quoque miſſis cæteris. Synagoga igitur hic *non pro cœtu*, qualiſcunque demum ille ſit, ſed *ædificio* accipitur, ſacris uſibus, prælectioni Moſis nec non Prophetarum precibuſque deſtinato. Qua ratione Chaldaice קהלה Syriace ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ Arabice vero כניסה dici poteſt. Talmudici denique & Magiſtri inprimis בית הכנסת appellitant. Ejuſmodi Synagogas quamplurimas apud Judæos extitiſſe certum plane eſt atque indubitatum. Erant autem *ædificia* (α) *ubi Judæi* (β) *ex inſtituto* (γ) *conveniebant diebus certis* (δ) *legis percipiendæ* (ε) *& precum cauſa*. Quæ verba uti breviſſima ſunt, ita ſingula fuſius & accurate ſunt explicanda. Hic enim ſcopus noſter, hæc meta.

VI. (α) *Ædificia* fuiſſe conſtat. Neque ſub dio hic, ſed unam in domum congreſſi leguntur Judæi. Proinde & בתי כנסיות a Magiſtris nuncupantur. De horum ædificiorum ſtructura cum uberrimus ſeſe offerat agendi campus, nec non de partibus ipſis quoque (de quibus in Jad t. 1. l. 2. הלכות תפלה וברכה paſſim) conſulto tamen ea omnia prætermittimus, ne nimium pagellæ excreſcant, imo ideo, quia rerum magis nec neceſſariarum ratio habenda eſt. Sufficit hac vice indicaſſe, quibus in locis talia ædificia exſtructa fuerint. Quæ & Hieroſolymis erant quamplurima, reliquiſque Judææ in civitatibus, imo & exteræ regiones ſuperbiebant iiſdem. Hieroſolymis non unam ejuſmodi Sy-

Synagogam ſed multo plures fuiſſe Chriſti temporibus adeo controverſum non eſt, cum illud, ſi alia teſtimonia deeſſent, ex Act. c. XXIV. 12. evincatur. Recte Calvinus (in Actor. Apoſt. cap. XXIV. v. 12.) ait: *Per varia urbis loca diſpoſitæ erant Synagogæ, in quibus conventus ſuos agerent*. Quem ex Romano-Catholicis *Cornelius a Lapide* inc. 6. Act. p. 134. 135. aliique ſequuntur. Imo numerus Synegogarum Hieroſolymitanarum ex antiquitatibus Judaicis erui poteſt. Qua de cauſa factum, ut Incomp. *Gerhardus* (Harm. p. 3. p. 991.) *Schindlerus* (Lexico f. 1002.) *Sigonius* (l. 2. de Rep. Hebr. c. 8.) *Sculterus* (l. 2. Exerc. Evang. p. 40.) *Genebrardus* l. 2. Chronol. *Toletus in* Joh. *Torniellus* in Ann. Sacris f. 398. communem Hebræorum mentem eſſe affirment, CCCCLXXX. Synagogas (in Gerhardi Harmonia 432. vitio typographorum, & non abſimile mendum in Schindleri Lexico, ubi 1480. occurrit) ante ultimam everſionem in urbe Sancta numeratas fuiſſe. Quæ oppido veritati congrua ſunt, ſi ipſos magiſtros aut Talmudicos conſulamus. *Rabbi Salomo Jarchi Campenſis* Callus, magnæ apud Hebræos auctoritatis ut רשי cognomentum retulerit (verba ſunt *Waſeri de nummis Hebræorum* l. 1. c. 1. p. 2. Vide de eodem cum primis *Schick*. בה p. 170. 171.) non contrarius eſt, ſed hanc, quam enarravimus, ſententiam luculenter confirmat, dum ad Eſ. cap. 1. hunc in modum commentatur: מצינו בפסיקתא רבי מנחם בר אושעיה אמר ארבע מאות ושמונים בתי כנסיות היו בירושלם כמניז מלאתי בגימטריא *Invenimus in Peſikta* (comm. in Tres poſteriores Moſis libros, juxta *Sixtum Senenſem Bibl. S. p. m.* 393. aut in Leviticum tantum, *Buxtorff. Bibl. Rabb: p.* 397. ſimilia autem ex eodem libro *citat Jalkut. in Danielem*) Rabbi *Menachem filius Uſchaia* (nam & alii fuerunt quamplurimi ejuſdem nominis. Vide *Buxtorff. Bibl. Rabb.* paſſim, & obiter conferatur *Druſius L. V. Præter. p.* 179.) *dixit:* CCCCLXXX. *Synagogæ fuerunt Hieroſolymis ſecundum dictionis numerum* מלאתי (apud Iſaia l. c. v. 21. quæ dictio tamen 481. complectitur. Sæpe enim fit ut numerus aliquis vel redundet aut deſideretur. Chaskuni ad Gen. c. XI. v. 1. notat שפה אחת per Gematriam eſſe לשון הקודש cum tamen in numero uno non conveniant. Vide Buxt. de abbrev. p. 64.) per *Gematriam* (in *Aruch* nec non *Lex. Buxt. Chald. Talm.* ſcribitur גמטריא, quæ eſt prima Cabbalæ ſpecies. De qua *Buxtorff.* Bibl. Rabb. p. 62. ſeqq. Lexico Chald. Talmud. f. 446. *Schikardus* בה p. 62. 63. 76. *Reuclinus* de arte Cabbaliſtica, *Gerſon.* converſus Judæus in Talmud Judæorum, *Elias Levita* licet breviſſimis in Tisbi, *Dn. D. Mullerus Judaiſmo* & celeberr. Theol. *Dn. D. Glaſſius Phil. S. l. 2. p. 1. tr. 2. ſect. 3. p. 391. alijque*) Huc uſque Raſchi. Neque antiquiores Talmudici diſſentiunt. Sic enim *Gemara Hieroſolymitana* ad titulum Megilla c. 3. ארבע מאות ושמונים בתי כנסיות היו בירושלם Et alibi non diſſimilia admodum in *eadem Gemara ad tit. Cethuboth* c. 13. reperiuntur, niſi quod numerus variet pro שמונים n. ששים ſive LX. leguntur. Videatur *Cl. Seldenus* proleg. eruditiſſimi *de ſucceſſion. libri p.* 43. ſeqq. Quin & ſeptem Synagogas in monte Sion fuiſſe Hieroſolymis, neſcio ex qua traditione aut fama docet *Optatus Afer Millevitanus Epiſcopus lib. 3. adverſus Parmenianum* & ex eo *Job. Pineda l. de rebus Salom. 3. c.* 28. p. m. 200. Quod ideo nimium veriſimile videtur, cum & alias Synagogæ altis in locis ædificari debeant juxta magiſtrorum effatum. Maim. T. 1. l. 2. citato הלכות תפלה וברכת כהנים c. 11. §. 2. כשבונים בית הכנסת אין בונים אותה אלא בגבהה של העיר שנאמר בראש הומיות תקרא . ומגביהין אותה עד שתהא גבוהה מכל ארצות העיר שנאמר ולרומם את בית אלהינו *Et cum ædificant Synagogam, non debent eam ædificare, niſi ubi: urbs elevatur* (in excelſis urbis) *quia dictum eſt:* (Prov. 1. 21.) *in vertice tumultuantium clamabit. Et tam alte debent ædificare eam, ut altior ſit omnibus urbis palatiis, quia dictum eſt* (Eſ. 9. 9.) *ad exaltandum domum Dei noſtri*. Legi quoque poteſt *Franciſcus Junius* T. 1. operum lib. de Academia peculiari cap. 2. Sed hæc de Hieroſolymitanis Synagogis ſufficiant. In reliquis quoque Palæſtinæ civitatibus Synagogæ reperiebantur. Quod uti ſupra aſſerui, ita exemplis, ſed pauciſſimis, demonſtrabo. Chriſtus (Matth. c. 4. 23. dicitur διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν ſc. Galilæorum. Idem Nazarethi in Synagoga (Luc. 4. 16.) docet. Imo in exteris regionibus Judæi proprias habuerunt Synagogas. Gens enim iis temporibus diſperſa admodum erat, quod Philo Judæus docet eruditiſſimo, quem de legatione ad Cajum ſcripſit, libro his quidem verbis, ubi (p. m. 798.) Agrippæ Epiſtolam recenſet: ἐμὴ μοὶ ἐςι πατρὶς μητρόπολις δὲ ἐ μιᾶς χώρας Ἰουδαίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείςων διὰ τὰς ἀποικίας, ἃς ἐξέπεμψεν ἐπὶ καιρῶν,

ρῶν, εἰς μὲν τὴν ὁμόρους Αἴγυπτον, φοινίκην, Συρίαν τήν τε ἄλλην καὶ τὴν κοίλην προσαγορευομένην, εἰς δὲ τὰς πόῤῥω διῳκισμένας, Παμφυλίαν, Κιλικίαν. τὰ πολλὰ τῆς Ἀσίας ἄχρι Βιθυνίας, καὶ τῶν τοῦ Πόντου μυχῶν· Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ εἰς Εὐρώπην, Θετταλίαν, Βοιωτίαν, Μακεδονίαν, Αἰτωλίαν, τὴν Ἀττικὴν, Ἄργος, Κόρινθον, τὰ πλεῖστα καὶ ἄριστα Πελοποννήσου, καὶ οὐ μόνον αἱ ἤπειροι μεσταὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀποικιῶν εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ νήσων &c. καὶ σιωπῶ τὰς πέραν Εὐφράτου. Πᾶσαι γὰρ ἔξω μέρους βραχέος Βαβυλῶνος καὶ τῶν ἄλλων σατραπειῶν, αἳ ἀρετῶσαν ἔχουσι τὴν ἐν κύκλῳ γῆν, Ἰουδαίους ἔχουσι οἰκήτορας &c. vide mox subsequentia, quæque p. m. 791. nec non libro in Flaccum p. 782. adducit. Plura de ea re dici possent, quæ apud *Job. Baptist. Villalpandum* (Apparatu Urbis & templi p. 1. l. 2. p. 119.) *Sigonium* (l. 7. de Rep. Hebr. c. 15.) & summum Theologum *Dn. D. Dorscheum* (Synopsi Theol. Zachar. p. 36. seqq.) leguntur, sed consulto ea omisimus. Uti igitur Judæi dispersi erant: ita & certa habebant loca, in quibus religionis cultusque divini caussa conventus instituerent. Quæ Synagogæ dicebantur. Proinde de Synagogis Asiæ, quas Paulus & gentium & Judæorum doctor adiit, Acta loquuntur. Neque Philo repugnat libro citato p. 801. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέστελλε τοῖς ἐπιτρόποις τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐπικρατειῶν πυθόμενος ὀλιγωρεῖσθαι τὰς ἱερὰς ἀπαρχὰς, ἵνα ἐπιτρέπωσι τοῖς Ἰουδαίοις μόνον εἰς τὰ συναγώγια συνέρχεσθαι. C. Norbanus Flaccus proconsul Epistola apud eundem Philonem: Καῖσαρ μοι ἔγραψαν Ἰουδαίους οὗ ἂν ὦσιν, ἴδιῳ ἀρχαίῳ ἐθισμῷ νομίζειν συναγομένους &c. In ipsa tunc temporis totius orbis terrarum metropoli Roma, ἐπιτομῇ sane τῆς οἰκουμένης, (quemadmodum *Athenæus* appellat (L. 1. p. 20.) & *Galenus* ferme a *Casaubono* in notis ad *Athen.* (p. 51.) adductus.) Judæi libere vivebant & non sine Synagogis. Hæc enim sunt Philonis (l. cit. p. 785.) verba, digna sane ut & hic adducantur: Πῶς οὖν ἀπεδέχετο τὴν πέραν τοῦ Τιβέρεως ποταμοῦ, μεγάλην τῆς Ῥώμης ἀποτομὴν, ἣν οὐκ ἠγνόει κατεχομένην καὶ οἰκουμένην πρὸς Ἰουδαίων· ῥωμαῖοι δὲ ἦσαν οἱ πλείους ἀπελευθερωθέντες· αἰχμάλωτοι γὰρ ἀχθέντες εἰς Ἰταλίαν ὑπὸ τῶν κτησαμένων ἠλευθερώθησαν, οὐδὲν τῶν πατρίων παραχαράξαι βιασθέντες. Ἠπίστατο οὖν καὶ προσευχὰς ἔχοντας καὶ συνιόντας εἰς αὐτὰς καὶ μάλιστα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πάτριον παιδεύονται φιλοσοφίαν &c. Ubi probe notandum, quod ἀπελευθερωθέντων, mentio fiat. Facit enim ad nostrum institutum, & egregie locum Act. 6. 9. illustrat. Legitur ibidem quosdam cum Stephano disputasse ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων. Qui vero sint ii Libertini in varias sententias itum est. *Franciscus Junius* (in c. 8. Gen. & in h. l. nec non fusius libro peculiari de Academia c. 2. T. 1. operum) explicat Libertinos quasi ad Synagogam Ægyptiam pertinentes; ideo ab eruditissimo *Fullero* (L. 2. Misc. Sacr. c. 1.) refutatus. Suidas non plane dissentit inquiens: λιβερτῖνοι ὄνομα ἔθνους. *Oecumenius*, *Gagneius*, *Hugo*, *Lyranus* ex Lybia hos Libertinos censent fuisse oriundos. Unde & nonnulli sunt, qui suspicantur corrupte legi *Libertinorum* pro *Libyrtinorum* vel potius *Libystinorum*, qui inter Cyreniacam & Ægyptum habitabant. Verum coacta sunt omnia & minus firma, quippe in curiosis hominum cerebellis nata. Ut enim inverso procedam ordine singula refutaturus. Obstat 1. constans Codd. Græcor. authentic. & Latinorum lectio. A qua non temere recedendum. Neque placet audacia quorundam Criticorum, qui, dum nimium sapere volunt, loca S. S. pro lubitu suspecta reddere allaborant. 2. Nulla cogit necessitas, ut hic nescio quos Africanos homines fingam. Libertinus Latinum vocabulum est. Quid notet vel pueri sciunt. Nec mirum ejusmodi Romanam dictionem in Græcis N. Instr. Codd. occurrere. Sic enim sæpe S. S. stylum attemperavit ut Latinas voces in N. T. usurparet. Exempla, hujus rei non pauca sunt, sed quamplurima adducuntur ab Excell. *Glassio* L. 1. tr. 4. s. 2. pag. 303. *Sculteto* (L. 2. Ex. Ev. pag. 52.) *Majero* p. 2. Phil. S. pag. 251. seqq. *Salmerone* (T. XII. p. 54.) aliisque. Huc Syrus respexit, qui retinuit hanc Romanam vocem. Cujus & Arabs quoque legit vestigia: מנמע ליברטינוא 3. *Philo* l. c. totam hanc controversiam dirimere videtur, cum dicit trans Tiberim magnam urbis partem a Judæis, maxime Libertinis, coli, quos ἀπελευθερωθέντας vocat. Hi ergo Libertini quemadmodum Romæ suas habebant Synagogas, ita in urbe sancta locum, in quo religionis causa confluebant. Constat enim libere juxta ritos patrios vixisse Judæos, qui Romæ domicilia habebant, (Lege *Philonem* l. c. & *Seld.* Prolegom. de success. p. 24. seqq. & hos proinde Libertinos quoque utpote Judæos. Ut opus non sit vel Africanos homines fingere, quibus a regione hoc nomen inditum, aut statuere *libertinos ex Jure Hebraico ita dictos h. l. intelligi*. Quo ferme

Cl.

Cl. Seldenus (L. 2. c. 5. de Jure N. & Gent. f. 174. seqq.) inclinat. Quam tamen sententiam in conflictu forte uberibus examinabimus (4.) Quod Suidam spectat (1) petimus, ut ostendatur gens quæ hoc nomine insignita. Apud *Stephanum de urbibus* & alios talium rerum conditores altum de ea re silentium. Somnium proinde est vigilantis Suidæ, præterea nihil 2. Eidem scriptori in omnibus fides non temere adhibenda. Plura bona habet Suidas, sed & non pauca falsa. Præcipue cum antiquissimus adeo non sit, si *Casaubono* credamus (Ex. I. contra Baron.) qui eum ante IC. annos floruisse affirmat. Quem *Gerardus Joann. Vossius* sequitur anceps tamen & dubius quodammodo (*L.* 2. de Hist. Græcis c. 26.) *Genebrardus* tamen octavo seculo vixisse hunc auctorem affirmat. (Quamquam *Politianus* nullum unquam fuisse Suidam acriter contendat.) Sunt quoque nonnulli qui longe antiquiorem esse hunc Lexicographum arbitrantur. Videatur cum primis *Possevinus* in Apparatu Sacro p. 437. 3. Quicquid demum sit alibi cum primis in origine Latinarum vocum Suidas hallucinatus est. Egregium hujus rei testimonium apud *Casaubonum* (Ex. XVI. n. x. f. 453.) videre est, ubi censsus eidem est nescio quod monetæ genus. Verumque plane est, quod modo adductus eruditissimus auctor affirmat, *Græcos Grammaticos, cum Romanæ cujusdam vocis proprietates non intelligant more suo ad nugas confugere solere*. Etymologia ergo hæc ex eodem petita olenticeto. (4.) cum igitur sit Latina vox ex Romano quoque idiomate debet explicari. Recte *Calvinus* in h. l. *Probabile est civium Romanorum libertos suis sumptibus extrui curasse Synagogam, quæ peculiaris Judæis esset* qui &c. Nec dissentiunt *Drusius* p. 2. annot. ad N. T. p. 153. *Valla, Cornel. a Lapide* p. 134. & *Sanctus* in h. l. p. 134. *Salmeron.* t. XII. tr. 23. p. 147. Cajetanus & Lorinus in h. l. ex antiquior: v. *Beda* & disertissimus *Chrysostomus* hom. XV. in Acta, qui præ reliquis adducendus. Hæc de Libertinis. Sic satis, ut puto, evictum est Synagogas Judaicas in medio gentilium exstructas fuisse. Iisdem recutiri & hodie gaudent privilegiis. *Sultetus* (L. 2. Ex. p. 40.) memorat apud Thessalonicenses LXXX. Synagogas numerari. *Tudelensis Beniamin*, illud Ἰεδαϊκον κόμμα (vide *Casaub. notis ad Athen.* p. 30.) 28. Synagogas Bagdadi suis temporibus floruisse testatur (*Itiner.* p. 75. aliarum mentionem facit p. 77. 78.) si modo credendum (*Constant. L. Empereur præf. in Beniam.*) fabulosissimo sæpius scriptori. Sed ad alia properandum. Nec opus demonstrare, cum satis apertum sit, Judæis in remotioribus oris non solum usum Synagogarum concedi hodie, sed & in meditullio ferme Christiani orbis. Passim ibidem videas ejusmodi perfidiæ loca, amentiæ receptacula, impietatis domos, (Synagogas dico) ut de suo hoc B. *Ambrosius* largiatur *Epistola ad Theodosium Imperatorem*. Quod quam bene fiat Deoque sit gratum Theologis discutiendum relinquo. Animus enim est Philologica saltem hic attingere. Fusius hac de re *Lutherus* t. 5. *Witt.* f. 439. *Dn. D. Gerhardus* l. c. de Mag. f. 636. *Dn. D. Mullerus* Judaif. p. 1414. aliique.

V. (β) *Judæi*. Horum enim erant Synagogæ, in his conveniebant sed diversimode. Præced. prolixius monstravimus Synagogas in urbe Sancta non solum, reliquisque Judææ civitatibus, sed & in exteris quoque regionibus exstructas fuisse. Synagogæ igitur (si urbem sanctam excipias) in Judæa Galilæa remotioribusque provinciis, ubi Hebræi gentilibus mixti degebant, incolarum causa ædificabantur, utpote quibus templum adire incommodum, ibique semper legi operam dare, aut Deum placare precibus: Hierosolymitanæ e contra peregrinorum, si non tantum, quod *Scultetus* (*L.* 2. Exercit. p. 40.) & *Sigonius* (l. 2. c. 8. p. 86.) volunt, præcipue tamen, usui erant destinatæ, quas ut plurimum ædificaverant ipsi ibique conveniebant, ut Deum precibus colerent & legem divinam addiscerent. Hinc factum fuisse modo adducti auctores memorant, ut in hac celeberrima metropoli *Synagogæ peregrinorum essent, templum civium.* Quæ verba sane cum salis grano accipi debent. Ut enim jam non disputem, annon ipsi Hierosolymitani cives propriam vel Synagogam aut Synagogas habuerint? (neque enim eam controversiam meam facio. Gerhardus tamen eo inclinat p. 3. Harmon. p. 991. c. 178.) certe hoc *Sigonii* & *Sculteti* effatum adeo exclusive intelligendum non est, ac si nusquam templum promiscue frequentaverint peregrini, sed quod insuper & ordinaria loca distinctaque ædificia habuerint, ubi cœtus ejusmodi particulares religionis caussa congregarentur. Act. VI. cap. quidam de Synagoga Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum disputasse cum Paulo leguntur, qui certe non originarii cives Jerosolymitani erant sed

Jn-

Jerosolymitani erant sed Judæi peregrini pietatis caussa ad tempus ibidem viventes. Uti autem in Ecclesia Christiana duplex potissimum hominum genus deprehenditur, docentium unum, discentium alterum & auscultantium: ita & idem apud Judæos fuit observatum, usuque receptum. Lex Mosis cum Prophetis in Synagogis prælegebatur & explicabatur non a quibusvis, sed a certis ad id singulariter electis personis. Unde per se fluit homines fuisse in Synagogis & qui docerent & qui discerent, qui prælegerent legem Dei publice exponerentque, quique auditorum partibus defungerentur & auscultarent. Auditores vidimus. Docentes, quos scribas fuisse cumprimis affirmamus, alio tempore considerabimus. Chartarum enim angustia hac vice prohibet legumque observantia.

CHRISTIANI BORNITII EXERCITATIO PHILOLOGICA SECUNDA DE SYNAGOGIS VETERUM HEBRÆORUM.

VI. Quod prima, quam de Synagogis vett. Hebræorum conscripsimus, Exercitatione restabat secundum in ordine membrum pertractandum, illud & reliqua quoque, quæ ibidem desiderabantur, quantum quidem chartarum angustia permittet, justa methodo & non dissimili enucleabimus sine ambagibus quidem, ampullis & sesquipedalibus verbis. Te vero æterni Filii æterne Pater, hoc enim omnium rerum primum esse debet, ardenti pectore rogamus: ita regas & mentem nostram & linguam: nihil ut illa cogitet, nihil ut ista enunciet, nisi quod nomini tuo gloriosum veritatique congruum sit futurum.

VII. Superius affirmavimus *scribas* potissimum in Synagogis docuisse. Vocabulum autem hoc cum æquivocum plane sit, non immerito omnis ambiguitas prius erit removenda. *Scriba* (1) pro *Critico Theologo* accipitur, quales Masorethæ, (*v. Cl. Buxtorf. Senior Tiberiade p.*40.) Ben Ascher & Ben Naphtali, sic enim *Balmesius* vocat, referente *Buxtorf. filio*, paternæ gloriæ & eruditionis ex asse hærede, luculento & eruditissimo *de Origine punctorum tract. p.* 1. *c.* 15. *p.* 263. (2) Apud Hebræos erant *Scribæ Politici*, de quibus *Gerbardus Harm p.* 1. *pag.* 1275. *Jos. Scaliger Elench. Tribæres. p.* 270. *Ludov. de Dieu ad C. XIX. Actor. L' Empereur notis ad Bertramum p.* 381. *seqq.* (3) *Ecclesiastici* scribæ, qui γραμματεῖς τῦ νόμυ dicebantur, vel γραμματεῖς, imo λαῦ Matt. 2. 4. (contra *Scaligerum l. c. p.* 270. *Scultetum l.* 1. *Ex. Evang. pag.* 136.) Horum autem munus erat cumprimis SS. prælegere, interpretari, dubia exponere, rudem populum instruere (*Gerhard. Harmonia P.* 1. *p.* 434. & 770. *Pineda de Reb. Salomon. l.* 5. *p.* 516. *Spanheimius Dub. P.* 3. *p.* 396. *Fesselius Adv. Sacror. l.* 1. *cap.* 1. *pag.* 16.) quamobrem & recte a *Luth.* redduntur: Schrifftgelehrten, docti scripturarum, non scribæ Schreiber/ judicante nobilissimo *Barthio l.* 43. *Adv. c.* 3. Conf. & *Gerh. Harm. p.* 1. *c.* 156. *p.* 1275. *Buxtorf.* Tiberiade p. 99. Ut adeo hoc nomen non sectæ sit sed officii; (*Gerhard. l. c.*) proinde scribæ nec peculiaris apud Hebræos hæresis, (quemadmodum *Epiphanius* sentire videtur hæresi xv.) nec omnes in universum Pharisæis annumerandi, ita ut qui legis interpretationi incumberent, hoc nomen haberent proprium; cæteri v. communi nomine Pharisæi nuncuparentur. Quæ Baronii hallucinatio est. Quem felicissime tamen *Casaub. Ex.* 1. *p.* 157. *Gerhadus Harm. l. c. Sultetus l.* 1. *Ex. Evang. p.* 136. Ca-

Capellus Vindiciis pro Caſaub. l. 3. *c.* 12. *Montacutius Ex.* 3. *p.* 1. *p.* 199. *Feſſelius l. c. p.* 18. aliique refutarunt. Duplices autem erant pro diverſis quippe, in quibus Lex cum Prophetis explicabatur, locis templo videlicet & Synagogis. De templo certa res eſt, ſi locus, Matt. c. 21. 15. evolvatur & Antiochi Epiſtola apud Joſephum l. XII. Antiquit. c. 3. ubi inter alia hæc verba: *Senatus*, *Sacerdotes*, *Scribæ templi & Sacri cantores ſint immunes*. Vide quoque *Scultetum l. c. Pindeam de R. Salom. l.* v. *c.* 13. *p.* 517. *Tarnovium in Johann. p.* 670. Sed & in Synagogis ſcribæ docebant, Marci 1. 22. alibi, unde & πρωτοκαθεδρία eorum in Synagogis Luc. xx. 46. (*Gerb. p.* 2. *Harm. p.* 70. *c.* 158. *Torniellus Annal. ſacris p.* 398. confer *Fullerum l.* 2. *Miſc. ſacr. c.* 9. *p.* 225.) vituperatur. De his potiſſimum ſermo eſt. Hi docebant populum Synagogis ordinarie, e ſuggeſtu quidem Maim. t. 1. הלכות תפלה c. 13. §. 3. ומעמדין בימה באמצע הבית כדי שיעלה עליה הקורא בתורה או אשר אומר לעם דברים: *Et ſtatuunt ſuggeſtum in medio Synagogæ, ut aſcendat eum, qui legem prælegit & verba facit ad populum.* Ordinarie dico, nam & alias viris gravibus & non ineruditis, τοῖς ἀπὸ παιδείας ἀναγομένοις (quæ *Sexti Empirici* locutio eſt) is honos interdum deferri ſolebat ab Archiſynagogis (in ſingulis enim Synagogis unus erat, qui Archiſynagogus dicebatur, Marc. V. 35. 36. 38. Luc. 8. 41. (*Petitus L.* 2. *Var. Lect. C. X. p.* 166.) vel plures, Act. 13. 15. (Adi *Bertramum de Rep. Hebr. p.* 331. 333. *eundem Petitum* ex parte *L.* 2. *add. cap. p.* 160. 161. *ſeqq.*) ut ad populum verba facerent, quod ex Actorum c. 13. eluceſcit, obſervante quoque *Tertulliano l.* 4. *adverſus Marcionem*. Sic Chriſtus & Apoſtoli dicuntur paſſim in ſynagogis docuiſſe. *V. Flacium Gloſſa ad C. XV.* 1. *Ep. ad Corint. p.* 808. Adhibebantur autem de jure ſpectatæ fidei, pietatis, & eruditionis viri morumque probitate præcellentes, a quibus virtutum exempla, eademque luculentiſſima, peti poſſent. Nemo qui vino ſe ingurgitaſſet, legem Dei docere poterat. *Moſes Mikkotzi* præcepto negat: ccc. inter alia: ולא יורה בתורה שתוי יין שנאמר ושכר אל תשת אתה ובניך בבואכם אל אהל מועד:

Non docebit legem, qui vinum biberit (שתוי proprie minus eſt quam שוכר ebrius, *Buxt. L. Chal. t. f.* 2540. Unde *Lyra* vini uſum ſacerdotibus ob ebrietatis periculum penitus interdictum fuiſſe arbitratur. Sæpe tamen & שתוי & שכור conveniunt. Evolvatur *Maim.* l. c. 4. & cum primis *Druſius in Lev. p.* 261. c. 28. An vero in h. l. poſteriori ſenſu hæc vox accipiatur, quod Druſius, neque ſine hæſitatione, affirmat, non diſputamus) *quia dictum: &* (Lev. x. 9.) *vinum & potionem, quæ inebriat* (id enim שכר notat juxta Rabbi David Kimchi, confer Aben Eſram in h. l. Targum ſimiliter מרוי reddidit. Conſentit *Hieronymus Epiſtola ad Nepotianum*, qui videatur (de variis quoque lectionibus in ejuſdem Patris verbis occurrentibus conſuli poſſunt *Gaſparus Barthius* l. 1. *Adv. c.* 9. *Rutgerſius l.* 4. *Var. c.* 6.) ex recentioribus vero *Fagius* iu Paraphraſi Chaldaica, *Scultetus l.* 1. Ex. Ev. c. 16. q. 44. 45. *Buxtorf.* Lex. Chal. Talm. f. 2401. *Druſius* ad loca diffic. Num. c. 22. p. 366. *Bonfrerius* in Levit. p. 616. 617. *Dietericus* Ant. Bibl. p. 1. p. 91.) *ne bibas tu & filii tui tecum cum intrabis tabernaculum conventus*. Confer tamen ejuſdem Moſis ſubſeqq. verba. *Maimonides* lib. ſæpe citato הלכות תפלה c. 8. §. 11. אין ממנין שליח צבור אלא גרול שבציבור בחכמתו ובמעשיו ואם היה זקן הרי זה משובח ביותר . ומשתדלין להיות שליח צבור אדם שקולו ערב ורגיל לקרות ומי שלא נתמלא זקנו אף על פי שהיה חכם גרול לא יהיה שליח צבור מפני כבור צבור: *Non conſtituunt miniſtrum Synagogæ, niſi qui ſit excellens in cœtu ſapientia & factis; & is ſit ſenex, tanto erit honoratior apud reliquos. Et operam dant ſedulo, ut miniſter Synagogæ habeat vocem ſuavem, ipſeque ſit in legendo exercitatus* (expeditus) *Si vero barba ejus non ſit plena, licet ſit valde ſapiens, tamen non poteſt conſtitui miniſter Synagogæ, propter reverentiam cœtus.* Cum longe aliter ſenectutem deſcribat Cozenſis præcept. 13. affirmat: מפני שיבה תקום והדרת פני זקן רבי יוסי הגלילי אמר והדרת פני זקן זה שקנה חכמה אפילו יניק רב: *Ante faciem conſurge & honora facies ſenis. Rabbi Joſe Galilæus dixit, quod iſte ſit ſapiens, licet valde juvenis.* (puer qui adhuc in ſinu geſtatur) Similia in סדר עולם הבא occurrunt p. 123. שזקן זה שקנה חכמה *Cicero de ſenectute: Non cani non rugæ repente auctoritatem afferre poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis extremos*. Fœmina penitus ab hoc officio excludebatur: Maim. l. c. c. 12. §. 17. אשה לא תקרא בציבור מפני כבור הציבור: *Non licitum eſt prælegere* (publice) *mulieri in Synagoga propter reverentiam, quæ haberi debet cœtui*. Addi poteſt כסף משנה in eundem *Maimonidis* locum. Quemadmodum & mu-

& mulieres peculiaria loco habebant, distincta a virorum cœtu fenestrisque clathratis discriminata, prout *ex Talmudico tractatu Succa Buxt. Syn. Jud. p.* 240. ostendit. Nunc a diverticulo ad rem redeamus. Qui post eversam urbem *Hierei* in Synagogis fuerint salutati, qui *Didascali*, qui *Archiperacitæ*, qui *Patres Synagogarum* denique, *Petitus* prolixe exposuit l. 2. Var. c. x. ad quem Lectorem benevolum remitto, Idem egit de Synagogarum ministris, quos *Epiphanius* Ἀζανιτὰς appellare videtur & *Nicol. Serarium* refutavit. Cujus sententia de שליח הצבור indefinite approbare non possumus dubiam quippe & minus firmam. Qua de re alibi forsan. Pauca e multis delibare animus est. Igitur pergamus. *Casaubonus* Ex. XIV. p. 311. nec non *Petitus* l. c. p. 150. 151. & 165. Judæorum Apostolos descripsere. *Et Rabbi Nathan in Baal Aruch* qui sit חזן הכנסת explicuit, imo clarius *Elias Levita in Tisbi f.* 112. *alibi* adductus. Sed jam non amplius verbum addimus. Tenuissimas particulas atque omnia minima mansa huc non inseremus. Neque mori, quem, modo exposuimus, amplius nube testium necesse est: lucem dedit sol ille Judaicæ antiquitatis & patriorum rituum promus condus, celeberrimus ille *Maimonis filius R. Moses*, in *Jad*, quem librum, rarissimum sane, *Excell. Vir Johannes Ericus Ostermanus*, Græcarum P. P. celeberrimus, Patronus, Præceptor & hospes filiali observantia æternum colendus, pro singulari humanitate juvandiquæ studio insigni benevole mecum communicavit.

VIII. Expedivimus secundum membrum, tertium sumimus. Ordo enim requirit ut & illud explicemus. Diximus *Judæos convenisse ex instituto* (γ Placet ergo auctorum eorundemque eruditissimorum sententias in medium & in aciem quasi atque arenam producere, ut, si forte dum primas aut secundas manus conferunt, eruditus lector seligat quamcunque æstimet probabiliorem esse, quo seculo cœperit hoc institutum, quæ proinde vera sit Synagogarum antiquitas. Fatemur tamen hanc quæstionem adeo difficilem esse ad explicandum, ut vel Elias expectandus videatur, qui cervi aliquid definiat, omnemque dubitandi scrupulum, in tanta rerum Judaicarum sursum atque deorsum euntium mutatione, eximere possit. Et pluribus forsan in ipso conflictu de caussis hujus difficultatis acturi sumus, aut saltem easdem adumbrabimus. *Carolus Sigonius* l. 2. de Rep. Hebr. c. 8. *Abrahamus Scultetus* l. 2. Ex. p. 40. (nec improbat eandem assertionem *Excell. D. D. Mullerus* Judaismo p. 1414.) originem Synagogarum temporibus exilii Babylonici quærunt, putanque Judæos, qui captivi Babylone detinebantur, eo quod templo carerent ubi & lex prælegi posset & preces ad Deum funderentur publicæ, non dissimilem locum aut loca elegisse, in quibus sacrorum officiorum causa convenirent, ne divinus cultus cessaret plane adeoque interiret. Proinde & factum fuisse modo laudati auctores conjiciunt, ut reliqui dispersionis Judæi in aliis quoque regionibus Synagogarum usum instituerent; Babyloniorum quippe exemplo edocti. Memorant præterea ita invaluisse inter Judæos hoc institutum, ut qui templum in urbe sancta divino numine annuente restituerent, ipsi quoque ejusmodi ædificia vel Synagogas ædificarent; peregrinorum quidem in gratiam, si forte cum urbem sanctam inviserent religione potissimum ducti, ad orandum verbumque Dei audiendum ibidem convenirent. Hæc est Sigonij sententia de Synagogarum antiquitate, aliorumque qui hic album calculum adjiciunt. Dum vero in his sumculum adjiciunt. Dum vero in his sumtimus, non præmittendum esse *Benjaminis Tudelensis* testimonium judicavimus, qui Synagogarum, quas Esram instituisse dicit, passim in Itinerario mentionem facit. Locum unum vel alterum non pigebit ascribere. Ita infit p. 60. ex eversione Const. *L'Empereur*: *Inde Rakian* (Sic enim legendum, non *Dakiam* quemadmodum & olim felicissime Cl. *Schikardus* in Tarich. p. 204. conjecit, secus ac *A Montanus in prima versione*) *uno die profectus fui, quæ olim Calne* (v. Schiek. l. c. *dicebatur*, *ad Mesopotamiæ* (Benjamin: terræ Sinear) *ingressum condita, Turcarum regnum a Mesopotamia distinguens &c.* ושם כנסת מבנין עזרא הסופר בעלותו מבבל לירושלם h. e. *Ibidem Synagoga ab Ezra scriba, cum e Babylone Jerusalem ascenderet, condita fuit*. Pergit: *Hinc itinere bidui Hananem antiquam veni: ubi* XX. *ferme Judæi & consimiliter quædam Ezræ Synagoga* Pag. 61. ובקרוב התיבה כנסת עזרא הסופר עד היום הזה וביום טוב באים יהודים מן הסרינה להתפלל שם: *Non procul ab arca* (Noachi) *etiamnum extat Ezræ scribæ quædam Synagoga; ubi Judæi festis diebus e vicina civitate ad precandum conveniunt*. Huc usque *Tudelensis* ille *Rabbinus*. Sed non est his diutius immorandum. Libet contrariæ sententiæ patronos producere, hac lege, ut neque iisdem accedamus præsenti disputatione, aut

aut manifeſto diſſentiamus, eandemque, quam ſcimus eruditiſſimorum virorum eſſe, opinionem directe impugnemus. Nec enim ii nos ſumus, qui hæc controverſa ad liquidum redigere queamus. Potius ex antiquariorum gente quis nobis exorandus eſt, cui magnum ſit ad eam rem, ut Agellius loquitur, viaticum. Inter ea tamen promiſſis ſtabimus, & quos ſcimus adverſus Sigonium ſentientes enumerabimus. Ex noſtratibus vero Excell. Theologus D. Salomon *Geſnerus* primo omnium eſt adducendus omnino enim ſtatuere videtur ſcientiſſimus vir Synagogas ante Babylonicam captivitatem extitiſſe, præcipue ſi ea, quæ p. 546. comment in Pſalmos repeㅤriuntur, cum p. 543. conferantur. Ad Reformatos ſi nos convertamus, locus eruditiſſimi Angli *Nicolai Fullerus* l. 2. Miſc. c. 9. p. 223. familiam ducat, dignus quippe ut hic tranſcriberetur, & recenſerentur verba elegantis ingenii viri: *Paulus* &c. *multiplicem apud gentem ſuam Synagogarum commoditatem & ἐυταξίαν optime noverat. Quarum conſtitutionem antiquiſſimam fuiſſe & jam inde ab initio Reipublicæ Iſraeliticæ, docet Jacobus; nempe ἐκ γενεῶν ἀρχαίων, ab ætatibus antiquis vel etiam primis, modo vim vocis ἀρχαίων (ut & ܡܢ ܩܕܡ apud Syrum paraphraſtem) accurate reddere velis* &c. *Propheta Pſalm.* 74. 8. מועדי ﭏ *συναγωγὰς ἰσχυρῦ (Interprete Aquila) Synagogas potentis Dei appellat.* Hæc Fullerus. Ubi diſſimulari non poteſt, quod omnes ferme verſiones hic conſpirent. *Luth.* Alle Häuſer Gottes *Iunij & Tremellii: Omnes Synagogæ Dei: Munſteri: exuſſerunt cunctas Synagogas Dei. &c.* Nec repugnant *Forſterus* & *Buxtorfius* in Lexicis, *Geſnerus* in h. *Pſalmum*, alii, & Hebræorum magiſtri denique, qui per מועדים ædificia in hoc loco deſignari arbitrantur. Rabbi Aben Ezra ad v. 4. נקראו המקדשים מועדים בעבור התחברות שם ישראל במועדים וכמוהו כל מועדי אל בארץ ואותותם כפי מחשבתם כדרך והאנשים שרפו כל מועדי ﭏ רדפו אחריהם. Raſchi שהיו בארץ כל בתי וועד שלו פלשתי החריבו שילה נבוכדנצר הרחיב בית ראשון רומיים החריבו בית שני. Licet aliter LXXII. & Vulgata reddiderint. LXXII. quidem Καταπαύσωμεν (ita vero editio κατέκαυσαν, & ita, κατακαύσωμεν, Theodotion ἐν ἐπύρισαν πάσας τὰς ἑορτὰς (Theodot. καιρὰς, & ſimiliter dies feſtos Theodoretus intelligit p. 131. Interpretationis Pſalmorum) τῦ Θεῦ ἀπὸ τῆς γῆς. Evolvantur quoque ſummi Theologi *Reverendiſſimi D. D. Hilſemanni* accuratiſſimæ in h. Pſ. Mſctæ notæ. Sed ad rem. Idem ſed obſure innuit literatiſſimus Juris conſultus *Petrus Cunæus l. 2. de Rep. Hebr. c. 9. p.* 217. videlicet Levitas ante diſſenſionem tribuum ortam, ubi a Judæis cætera gens Iſraelitarum divortium fecerat, in Synagogis populo legum divinarumque rerum ſcientiam tradidiſſe. Conjungi & ea poterunt quæ p. 219. ſcripta reliquit. Integra loca hic conſignare non eſt animus. Diu egregium illud ſcriptum eruditorum manibus teritur. Operam ergo iſtam compendi faciamus. *Quemadmodum & ea quæ Corn. Bertramus lib. de Rep. Hebr. p.* 129. *non diſſimili ſenſu ſcripta reliquit, huc non apponemus.* Sequitur ut ex Schola Romano-Catholica quoque nonnulli advocentur in eaſdem deſcendentes partes. *Torniellum* hic ſiſtimus & una *Toletum* Cardinalem, quem ob ingenii dotes, ſolidam doctrinam perſpicuitatemque *Poſſevinus* in Apparatu ſacro p. 594. valde extollit. *Torniellum* cum primis, quia & iſte prolixior eſt in hoc argumenti genere, & Toleti ſententiam rationeſque recenſet non ſolum, ſed & propriis nititur eandem confirmare noviſque, probationibus. *Toletum* ideo (licet ad manus non ſit) ut ſi alii ſint conſentientes, agmen ducat foreſque aperiat Cardinalis. Antequam hic togas componamus & audientiam faciamus opus eſſe indicavimus paucis mentem noſtram declarare. Nec enim ſedet animo *Tornielli* opinionem rejicere penitus, traducere ut erroneam, & a veritate alienam deprædicare; placet ἐπέχειν potiuſque nihil certi hic definire. Non tamen diſplicet *Toleti* & *Tornielli* rationes paulo diligentius expendere, quibus freti in hanc ſententiam deſcenderint; juvat inquirere pro modulo quid æra diſtent lupinis verumque a comico aurum. Et hoc mirum ſubitumque nemini eſſe poteſt. Ita fieri amat ſæpiſſime, ut qui eandem in Philologicis cum primis quæſtionibus ſententiam fovent, & ipſi in probandi medio non conveniant, ſed diſcrepent ſummopere. Cui rei & exprientia & alii ſed ψαμμακόσιοι infiniti & ut arena teſtes eſſe poterunt. Hæc præmonere voluimus antequam ad obſervationes Tornielli attenderemus. Nunc in numerum procedunt, quæ idem auctor pronunciavit. Verba vero propria adducere placet, quæ huc facere videbantur, licet conciſa, prout ea annis adhinc quatuor & quod excurrit, excerpſimus. Sic autem ſe ſe habent: *Sigonius l. 2. de Rep. Hebr. c. 8. putas eas nonniſi in Babylonico exilio primum conſtrui cæpiſſe. Contra*

tra vero Card. Toletus in Iob. XVI. *cap. ann.* 2. *cum quibusdam Rabbinis existimat Iudicum tempore circiter incipiente, quando sc. terræ promossionis pacifice ab Hebræis habitari cœpta est, hujusmodi quoque loca sacra domosque in quibus ad orandum lectiones concionesque sacras audiendas aliaque negotia pertractanda populus se recipere posset, erigi cœpisse ac deinceps paulatim fuisse multiplicatas, & has significari a Davide Psal.* XX. 12. *In Ecclesiis benedicam te Domine, & Ps.* 67. 27. *In Ecclesiis benedicit Domino: & a Salomone Eccl.* 24. 2. *In Ecclesiis altissimi aperiet os suum. Putat quoque eandem Synagogarum antiquitatem Act. c.* 15. 21. *insinuari. Moses ab antiquis temporibus &c.* Hæc ex mente *Toleti*. Sed parum hoc est *Torniello* alienis hanc sententiam stabilisse (quod & supra monuimus) rationibus: nisi & propriis argumentationibus idem evincat. Ergo & ulterius operam dabimus contradicenti. Dicit *Sigonii* sententiam minorem præ se ferre probabilitatem, sola conjectura niti: *Toleti* longe probabiliorem esse, non videri verisimile populum illum numerosissimum tam longe lateque diffusum uno tantum in loco, qui certe ab omnibus tam facile adiri non poterat frequentarive, de lege & aliis ad salutem necessariis edoceri consuevisse, imo de opposito potius constare. Legi 2. Par. XVII. cap. *Iosaphatum* misisse per singulas civitates qui populos ex lege Dei instituerent; quod proculdubio credendum esse inculcat in ædibus ad id specialiter destinatis, Synagogis nempe, præstitisse. Levitas quoque parum commode munus, docendi populum absque Synagogis obire potuisse. Judicum temporibus sane fuisse loca quædam a cæteris segregata affirmat, in quibus Prophetæ de his, quæ ad legis intelligentiam spectabant, inter se & interdum coram aliis disseruerint. In eodem libro c. 20. 2. cujusdam loci in Maspa mentionem fieri; ubi Israel convenisse legatur, quem & conceptis verbis Ecclesiam populum Dei appellari [Quæ *Salmeronis* quoque sententia est censentis t. XIII. Ecclesiam d. cap. pro loco accipi debere) subdit ipsos Rabbinos cum *Toleto* colligere hanc fuisse omnium primam & cæteris antiquiorem Synagogam. Populum Israeliticum vero non illa vice tantum sed & alias quoque pro temporis ratione, occasionem opportunitate in Maspa convenire solitum fuisse, idque ex Jud. c. XI. 11. 1. Reg. 7. 5. c. 10. 17. & 1. Maccab. 3. 46. constare, in quo ultimo loco expresse dicatur quod ante h. est ab antiquo tempore locus orationis in Maspa extiterit. Hæ *Toleti & Tornielli* forsan sunt rationes quibus *Sigonii* opinionem infringere conantur. Quas pro tenuitate nostra examinabimus, potioresque male tornatas incudi reddemus. Exemplorum quidem ex S. S. hic benigna copia adducitur: sed quorum pars multo maxima ad illustrandam hanc vel dirimendam controversiam, aut probationem sententiæ, quam susceperant defendendam, nihil omnino pertineant. Id primum æquo censori expendendum proponam, cur *Torniellus* tam securi animi sit minusque circumspecti; qui ex *Vulgata*, ut hodie est, suam sententiam confirmare nititur, quæ ipsa tamen ambiguo vocabulo utatur. Ecclesia enim tam pro cœtu quam pro ipso ædificio accipitur. Nihil ergo exinde probabit. Fontes vero lustrare debuisset Annalum pater, sed vel non potuit expers literarum Hebraicarum uti ferme sunt Romano Catholici, aut noluit sane Vulgatam extollendi studio adductus. Qui si incomparabilis *Montani* verba aurea plane cedroque digna, quæ in præfatione Bibliis interlinearibus præfixa leguntur, debito studio expedissent aliud forsan sentiret. Sunt vero: *Fit plerumque ut ea quæ in prima lingua unum vut certum aliquid, aliquid significant ab interpretibus ambigue reddantur, rursusque illa e secunda in tertiam linguam conversa adhuc magis incertam significationem relinquant, quod quidem ex quampluribus exemplis in Vet. Bibl. editione patet.* Sed *Ludovici de Tena* Isagoge ad script. Sac. l. 1. diff. 6. Sect. 1. descisio subit mentem: *Latinam editionem Vulgatam in omnibus suis locis & partibus* (vide plura) *quantumvis minimis infallibilem veritatem continere, non minus quam originalis scriptum, unde fuit transumpta. Neque ut fidem faciat indigere recursu ad illam vel aliam.* Idem ergo & Torniello hic observatum idemque ab aliis Romano-Catholicis quamplurimis. Et multos *Ludovicus de Tena* hujus sententiæ hæredes reliquit. Passim videas qui post inventas fruges pergunt βαλαφαγεῖν. Quibus & σαπροφαγεῖν licebit, uti Cl. Amma A. B. p. 646. loquitur, modo μονοφαγοι id faciant. Servent sibi istas dapes. Non invidemus. Imo si lautius cœnare velint, Nilum per me bibant, qui vinum habent, ut dictum Severi invertam. Sed hic nostrates Dn. Theologi evolvi debent; hos aditare necesse est. Alios hume-

meros id onus postulat. Ergo hæc missa faciamus & ad pensum redeamus. Adducit ex Psalmo XX. rectius tamen XXVI. v. 12. sequentia: *In Ecclesiis benedicam te Domine*. Verba fontis sunt: במקהלים אברך יהוה *In congregationibus* (populi scil.) *benedicam Domino*. Sic enim reddi debent. Consentiunt Hebraic. literarum callentissimi viri, *Buxtorfius* Concord. Hebraic. & Lexico f. 660. *Schindlerus* Lex. f. 1593. *Forsterus* f. 722. (de cujus Lexico Possevini, maledicentissimi alias scriptoris, judicium evolvi poterit l. 2. Bibl. Select. c. 24. quodque & *Bonfrerius* in c. x. Exodi & c. 36. Gen. nec non Villapandus t. 2. c. 3. p. 413. 444. alibi, citant) Conspirant versiones. *Arabica*: פי ביאחך *in cœtu fidelium Chald.* בכנישת צדקים *in cœtu justorum*. *Ariæ Montani*: *in cœtu* in margine *cœtibus*. *Lutheri*: In den Versamblungen *Junii & Tremellii in congregationibus*. *Munsteri*: *in cœtibus*. Recte *Gesnerus* in h. Ps. p. m. 271. *In Ecclesiis* &c. *id est non domi saltem privatim, sed publice in congressu populi, & non in uno aliquo conventu sed in omnibus, quot quot ego interero, publicis comitiis & conventibus & concionibus Dominum celebrabo*. Similis ad Ps. 68. 27. est responsio. Nomen plur. מקהלות in fonte hic expressum. Quod & מקהלים uti semel tantum, & locis quidem cit. in S. S. obvium est: ita aliter exponi nec potest nec debent. Miror præterea cur Eccl. c. XXIV. v. 2. adducat *Torniellus*, aut ipse potius *Toletus*. Lac Gallo facilius extorquebis, quam ex hoc commate Synagogarum antiquitatem, tam alienus est iste locus a scopo, ut nihil queat magis. Verba Græca sic sonant. Ἐν ἐκκλησίᾳ ὑψίστου τὸ στόμα αὐτῆς ἀνοίξει. Quid aliud sibi volunt, qui sic ratiocinantur, quam χοῖνον ἐκ τῆς ἄμμου πλέκειν funiculumque ex arena nectere? Quæ denique de locutione ab ἀρχαίων χρόνων profert Toletus, citante Torniello, ea ita comparata sunt, ut pari facilitate, qua affirmat, & cœteri quoque, qui hunc locum urgent) ab adversæ partis studioso negari possint, si aliæ & multo firmiores desint rationes. Hactenus Toleto potissimum respondi, nunc de Tornielli argumentis agendum. Objicit ille Sigonium sola niti probabili conjectura; quasi ipse potentissimis probationibus suam sententiam munivisset, vereque, ut illud Lucretii usurpem, voluisset & sapere & doctis rationem reddere dictis. Quid vero in quamplurimis, quæ subjiciuntur, & doctrina & judicio instructi lectores præter leves quasdam conjecturas inventuri sint, equidem non video. Verum omnino est, & nemo negare facile poterit, fuisse, in Israel nonnullos, qui populum de sacris rebus docerent. Samuelem populares instituisse S. S. oracula perhibent. De Josaphati instituto c. 17. 2. Paral. evolvi potest. Et supervacaneum esse puto id ipsum pluribus probare. Connexum tamen facillime negare poterit, ab iis qui Sigonii sententiæ applaudunt, E. Synagogæ iis temporibus extiterunt, peculiaria ædificia fuerunt extructa, in quibus ordinarie ad orandum lectiones concionesque sacras audiendas particulares cœtus congregarentur. Accedit, quod ex SS. illucescere potest, Ebræos non semel a recto numinis cultu ad sacra peregrina atque ad falsos Deos se se convertisse. Hinc tot communes calamitates & calamitosæ tempestates, tot afflictiones publicæ. Et quis negare vellet abominabilem ejusmodi cultum verum divinumque obscurasse. Josiæ historia in subsidium adduci poterit, quam attente sequioribus temporibus Israelitæ legis librum evolverint. Sed de Josaphati instituto pio & laudabili aliquid dicendum, quod Spir. S. 2. Par. 17. 17. consignavit. Urget enim hoc ipsum Torniellus. Cujus vestigia placet legere, nec tamen grandes passus facere, &, ut Seneca ait, fullonios. Dicam ergo quod res est. Nulla fit mentio ædificiorum, in quibus docuerint huic muneri a Josaphato præfecti. Individua quoque pauca sunt, ut ex tam exiguo principum & Levitarum numero unusquisque in certa Judææ civitate sigillatim docuisse non præsumatur. Hoc ex textu elucescit universas Judææ civitates circumivisse, nec fixas sedes habuisse. Et hoc quoque Spir. S. illud factum, ut extraordinarium forme minusque in populo Israelitico iisdem temporibus usitatum consignasse (Vid. Buxt. De origine Punctorum P. I. p. 199.) Sed plura forsan in ipso conflictu. Idem auctor ex Jud. c. XX. 2. Synagogarum antiquitatem eruere allaborat. Ipsos fontes lustremus. Steteruntque: פנות כל העם שבטי ישראל בקהל עם האלהים: Hic קהל עם יהוה *congregationem populi Dei* designare certum est atque indubitatum. Nullum hic Synagogæ aut ejusmodi ædificii, quale Torniellus describit, hic vestigium; exemplum nullum & ipse de voce קהל ne verbum quidem adderem; nisi viderem *Torniellum* cum sociis *Vulgatæ* mordicus adhærere dubiæ h. l. veramque vocis interpretationem ex ignoratione priscæ elegantiæ & fontium Hebræo-

bræorum repudiare. Inquiat tamen quis & pro *Torniello* excipiat, קהל interdum pro ædificio non pro cœtu accipi. Facilis vero & in promtu responsio est. Si vel maxime hæc vis esset interdum hujus vocabuli, rem tamen adhuc salvam manere, cum confirmare non poterit, an in hoc loco, de quo controvertitur, ita accipi debeat. Intrepide tamen nego קהל in *V. Instrum. libb.* uspiam pro ædificio sumi, aut eandem significationem habere. Scio quidem *magni nominis virum* statuere tabernaculum h. l. Deut. 23. 1. Lev. 16. 31. Ps. 78. 27. dici קהל a congregatione, quæ ibi fiebat ad colendum Domini nomen. Sed, quod pace tanti viri dictum, nondum eo adduci potui, ut sententia mea decederem, etsi probe contrariam inspexerim. Ita adhuc sentio. Id unum ergo assecutus est *Torniellus* potissimorum argumentorum congerie, ut lectores & ipsos ancipites redderet, remque, per se non satis expeditam, magis magisque impediret atque involveret. Maspa nunc occurrit; ubi cohærere non video: Populus Israeliticus in Maspa fuit congregatus, E. in quadam Synagoga. Fateor me hanc sequelam nondum percipere posse. Dubito an sequaciter, aut Arnobius loquitur, concludat, qui sic concludit. Quapropter ad τὸ σωέχον veniamus, Rabbinorum auctoritatem, quam cum *Toleto Torniellus* objicit. Videtur autem in his testibus spem non magnam ponere, cum ne nominibus propriis adducat, quos vult esse ὁμοψήφυς, quique his Judicum temporibus primam exstructam fuisse Synagogam pronuncient. An idem faciat *Toletus* nescimus. Neque auctorem eundem ad manus habemus. Fatemur Ebræorum magistris in patriis cumprimis ritibus non omnem fidem posse denegari. Diu hæc sententia a capitalis ingenii viris explosa est: Omnes qui præputia posuere in hoc foro esse intestabiles. Placet πολυμαθεςάτε J. C. *Petri Cunæi* (l. 2. de Rep. Hebr. c. 4. p. 185.) temperamentum. Cujus viri ductum hodie eruditissimi quique, tanquam minora signa legionum aquilam sequuntur. Hoc tamen in dubium venit an Ebræorum testimonia, & quidem in præsenti de Maspa controversia, a Toleto forsan adducta, ejusdem auctoris & Tornielli effatum adeo confirment. *Rabbi David Kimchi*, doctissimus *Grammaticus idemque Interpres* (Fullerus l. 3. Misc. S. p. 367.) ideoque cumprimis *nobilis Hebræorum doctor* (*Pererius* in Gen. c. 48. f. 1007.) ad instar omnium esse potest, qui dum & ipse primo intuitu a Toleti partibus stare videtur, forsan ab eodem, sic non conjicio saltem, in subsidium est adductus. At si verba Davidis paulo altius perpendantur, a scopo alienum Rabbini testimonium deprehendetur. Volupe ergo est eundem audire interpretem non propriis quidem verbis, cum chartarum angustia hac vice prohibeat, sed prout bona fidei reddidimus, quæ ad Josuæ C. XI. v. 6. commentatur. Ita vero sonant: *In Mizpa* (consule de hac voce *Drusium* ad loca diff. Genes. c. 92. p. 111. & ad I. Macchab. 2. p. 16.) *jugiter se Israelitæ congregabant ob insignem victoriam, quam in bello non solum altero, quod Josua cum V. regibus gesserat, reportaverant; sed & in illo, ubi quamplurimi reges cum Israel decertabant. Poterant v. ibidem convenire, quia Josua altare exstruxerat in memoriam insignis ejusdem victoriæ. Coram eo Israelitæ in unum congrediebantur, cum opus haberent ad bellum proficisci, aut quandam negotiosam rem expedire. Sic in Jephtæ historia legimus* (Jud. c. XI. 11.) *coram Domino in Mizpa; similiter in concubinæ negotio: ad Jehovam in Mizpa* (c. XIX. 15.) *Pari modo Samuel* (1. Sam. 7. 5.) *cum Philistæis pugnaturus imperat: Congregate populum universum in Mizpa;* idem cum *rex Saul crearetur* (1. *Sam.* X. 17.) *vocavit populum ad Dominum in Mizpa. Ibi n. & altare erat exstructum, & domus ad preces nec non ad congregandum populum Israeliticum, illis quidem diebus.* Quæ repetit ferme ad c. XI. Jud. v. 11. hunc in modum. *In Mizpa erat domus ejusdem, unde dicitur* (*v.* 34.) *Ingressus est Jephtha domum suam. Quod autem ait coram Domino, hoc ad illud referendum:* (*v.* 10.) *Jeova erit audiens inter nos vel ideo hæc verba usurpat, quia divinitas* (v. de hac voce *Buxtorf. Lex. Chal. Talm.* f. 2394. *Casaubonus Ex. I. p.* 186. *Elias Tisbi p.* 247. 248. Cl. *Hacksp. ad Lipmann.* p. 369. seqq. *Hugo Grotius annot. ad libb. de veritate Religionis Christ.* p. 341.) *residet in Israel; in loco quidem ubi congregantur: aut iste est sensus; Sicut* (*supra*) *in libro Josuæ exposui. Erat autem illud Mazpa, ubi convenerant Reges* (nam & alia hoc nomine insignita v. *Jum.* & Tremell. in Bibl. Major. ad c. X. Josuæ v. 3. & Jud. c. XX. 1.) *ut cum Josua prælium sererent, & propter egregiam victoriam illic partam mos fuit in Israel, ut congregarentur ibi, ubi & altare erat domusque orationis.* Non dissimilia ferme ad c. XX. Jud. v. 2. reperiuntur; quæ & ideo non opus esse judicavimus

ut

ut hic transcriberemus. Huc usque Kimchi. Ex quo pauca annotabimus, quæ nostrum scopum tangant. Pauca ut possit æquos lector ex hoc gustu de tota velitatione conjecturam facere. 1. Ait Kimchi universum populum Israeliticum in Mazpa convenire solitum fuisse. Quod & *Munsterus* in notis ad c. 20. Jud. affirmat. At de Synagoga hoc dici non potest, cum particularis saltem cœtus & hoc in respectu minima populi Judaici pars, si vel omnia antiquitatis monumenta excutiamus, in ejusmodi ædificiis convenisse legatur. 2. addit quando opus habebant, ut in bellum proficiscerentur. Consuli potest & *Munsterus* notis ad c. XI. Judicum. Quod iterum de Synagoga quomodo dici possit non video; ædificia ejusmodi sacris usibus erant destinata; Per grave negotium idem Kimchius Politicum magis quam Ecclesiasticum intelligit, quemadmodum ex adductis S. S. locis elucescit. 4. licet & hoc largiamur, quod verum Deum, ibidem adoraverint Israelitæ, nihil tamen exinde concludetur. Omnia promiscue loca, in quibus Israelitæ adorabant, Synagogæ dici non possunt. Alias & ipsum templum hoc nomine insigniendum. Quod absonum tamen 5. neque legitur apud eundem magistrum quosdam divinam legem ibidem declarasse, populum instituisse, veram S. S. mentem exposuisse, in quem finem tamen cum primis Synagogas fuisse ædificatas Torniellus non negabit. 6. multo minus, certas personas ordinarie in eodem loco statisque & certis diebus conventus instituisse. Hæc forsan & similia ad Rabbinorum auctoritatem reponi poterunt, & urgeri cum primis ab eo qui contrariam amplectitur opinionem, nec firmioribus premitur argumentis. Quamobrem & hunc Camium adduxi, ut si *Toletus* ejusdem auctoritate suam sententiam astruere velit; aut aliorum qui idem, quod Camius dixit, sentiunt, ostenderem levis armaturæ esse hunc purpuratum militem, ne Martiobarbulum, nec opus, ut quis Quirites inclamet: Urget nos iste Hannibl. *Torniellum* quoque mallem firmiores in medium protulisse rationes, quibus efficere potuisset, ut & alii in hanc sententiam pedibus manibusque irent. Sed nihil probant ferme, nullius sunt maxima ex parte & ponderis & momenti. Ergo contra disputare exercitii causa placuit. Quod cum præstiterim assecutus meum, quem intendebam, scopum, qui erat solummodo *Tornielli* probationes nec non *Toleti*, quantum ex *Torniello* innotuerunt, examinare. Paratus tamen tota voluntate dare manus & herbam ei porrigere qui me aliud docuerit. Sique quid alienum dixerim promtus ero linguarium accipere uti Seneca præcepit.

CHRISTIANI BORNITII EXERCITATIO PHILOLOGICA TERTIA DE SYNAGOGIS VETERUM HEBRÆORUM.

Satis *de tertio* membro & *Sinagogarum antiquitate*. Transeamus ad *quartum*, & persequemur *quo tempore Judæi in Synagogis convenire instituerint*. Igitur ad novas lineas iterumque ad gradum nos accingamus, sed magis presse insistemus iisdem imposterum, ne crescat in immensum nostra commentatio. *Diebus certis* (δ) id factum fuisse antea affirmavimus. Qui vero intelligantur, nunc rite perpendendum. *Sabbatho* cœtum ejusmodi particularem in unum corpus coaluisse asserimus, non solum tamen, sed *& aliis diebus*. De singulis ordine. *Sabbatis* Judæi conveniebant in Synagogis, non privatis quidem sed sacris juncti necessitudinibus. Sabbathum enim Judæi ad se solos pertinere somniant, nec

nec ulla ratione gentes obligare arbitrantur (*Seldemus L. III. D. J. N. & G. c. V. Helvicus Elencho Jud. T. 4. Disp. Giss. 196. Galatinus de arcanis Cath. Verit. L. XI. C. IX. Coccejus Excerp.* Gem. *Sanh. C. VII. p. 275. Buxt. Syn. Jud. C. XI. p. 273.*) Sabbathum iidem contendunt ab aliis non posse rite observari, qui non sint Judaicæ religionis, quippe quod superflua anima destituantur, quam Sabbathi die recutitis dari, reliquis iterum auferri ineptissime fingunt (*Buxt. Syn. Jud.* 288. ex *tractatu Talmud. Taanith.*) Qua de re nec proselytis domicilii, cum quidem proprii juris essent, Sabbathum celebrare permittebant, (*Seldenus L. III. cit. c. 12. f. 344. Gerson. in Talmud. Jud. c. XIX. p. 163.*) aut alium diem seligere non dissimilem (*Majem. Hil. Malach. C. X. Coccejus in excerpt. Gem. Sanhedr. C. VII. p. 274.*) Imo hoc tempus gentilibus esse absconditum pronunciant. (*Buxt. l. c. p. 288. Galat. l. XI. c. 9.* Paganorum vero κακοζηλίαν recenset *Hugo Grotius ann. ad libr. de Verit. Rel. Christ. p. 62.*) & nullis modis, quos præscribunt varios finguntque superstitiose, ab ipsis Judæis violandum (Adi *Aben Esram ad c. 20. Exodi, Buxtorf. Lex. Chal. Talm. Cozensem in de præceptis tam affirm. quam negat. libro, Majem. in Jad.* mille alios) Sabbathis ergo antiquiores Judæi (neque enim de hodiernis varronibus solliciti erimus) in Synagogis convenisse probatur (1) ex *Act. XV.* ubi Jacobus docet Mosen ab antiquis temporibus per singula Sabbatha legi in Synagogis (2) exemplo *Christi* Luc. IV. 16. quem legimus intrasse τὴν συναγωγὴν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων (3) *Apostolorum*; Paulus sociique ejus dicuntur εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων *Act. XIII. 14. C. XVII. 1. 2. c. XVIII. 4.* (4) *Philonis* auctoritate *Lib. III. de vita Mosis p.* 530. ἔθος γὰρ ἦν, ἀεὶ μὲν κατὰ τὸ παρεῖκον προηγουμένως δὲ ταῖς ἑβδόμαις φιλοσοφεῖν, τοῦ μὲν ἡγεμόνος ὑφηγουμένου καὶ διδάσκοντος, ἅττε χρὴ πράττειν καὶ λέγειν, τῶν δ' εἰς καλοκαγαθίαν ἐπιδιδόντων καὶ βελτιουμένων τά τε ἤθη καὶ τὸν βίον, ἀφ' οὗ καὶ εἰσέτι νῦν φιλοσοφοῦσι ταῖς ἑβδόμαις Ἰουδαῖοι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν, τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀναθέντες ἐπιστήμῃ, καὶ θεωρίᾳ τῶν περὶ φύσιν. τὰ γὰρ κατὰ πόλεις προσευκτήρια τί ἕτερόν ἐστιν ἢ διδασκαλεῖα φρονήσεως καὶ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης, καὶ ὁσιότητος καὶ συμπάσης ἀρετῆς ᾗ κατανοεῖται καὶ κατορθοῦται διά τε ἀνθρώπεια καὶ θεῖα. Et *de Essenis p. 629.* ἱερὰ γὰρ ἡ ἑβδόμη νενόμισται, καθ' ἣν τῶν ἄλλων ἀπέρχονται ἔργων. εἰς ἱεροὺς ἀφικνούμενοι τόπους, οἳ καλοῦνται συναγωγαί. (Legi quoque potest *Eusebius* ap. *Fullerum* l. 2. Misc. S. c. 9. p. 225. (5) Probatur denique *a Paraschorum conditione*, quæ certe uti antiquæ Legis Mosaicæ sectiones sunt, ita singulis Sabbathis una ordinarie in Synagogis publice prælegebatur. Neque Sabbathis solummodo, sed *& ab aliis diebus* conveniebant. Unde lux *Sigonii* verbis (*L. V. de Rep. Hebr. p. 271.*) dum inquit: *Synagogas ædes fuisse, in quibus Judæi diebus Sabbathorum convenire instituerint.* Recte *Philo de legat. ad Cajum p.* 785. Ἠπίστατο (sc. Tiberius) οὖν καὶ προσευχὰς ἔχοντας (sc. Judæos) καὶ συνιόντας εἰς αὐτὰς καὶ μάλιστα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις &c. & *libr.* 3. *de vita Mosis:* ἔθος γὰρ ἦν προηγουμένως δὲ ταῖς ἑβδόμαις φιλοσοφεῖν. Nam & *festis diebus* (*de minoribus* vero præcipue loquor *Buxt. Syn. Jud.* c. 12. p. 310.) Judæos in Synagogis fuisse congregatos qui negare vellet? & *die secundo itemque quinto hebdomadæ quoque*, ubi nempe & Legi operam dabant, & verum Deum per preces orabant. Esdræ hanc ordinationem esse ex Talmudico tractatu *Bava Kama*, Buxtorf. Syn. Judaica c. IX. p. 228. ostendit. (Licet in editione *Const. L' Empereur*, hujus rei nec vola occurrat nec vestigium ullum.) Ideo hi dies (nobis *Lunæ* ac *Jovis*) ימי הכניסה dicuntur demonstrantes eodem *Lex. Chal. Talm. f.* 1055. Addatur *Megilla* sub initium, & *CL. Seldenus L. 4. de J. N. & G.* qui hunc in modum disserit: *Sed vero in Synagogis Deus invocabatur tum Sabbathis tum secunda & quinta feria, idque rita solemni.* Hæc ille. Nec aliter *Janus Drusius* docet (*L. III. Præt. p.107.*) *Majem. T. 1. L. 2.* הלכות תפלה in אהבה *c. 12. §. 2.* ואלו הן הימים שקורין וברכה בהם התורה בצבור בשבתות ובמועדים ובראשי חדשים ובתעניות ובחנוכה ובפורים ובשני וחמשי שבכל שבוע ואין מפטירין בנביאים אלא בשבתות וימים טובים. *Hi sunt dies, quibus Legem* (Mosis) *&c. legunt in Synagogis; Sabbatha, festa,* (de quibus consulatur *Buxt. in Syn. Jud. & Lex. Cald.* passim, *Majem. l. c. T. 1. l. 3.* הזמנים *Sigonius de Rep. Ebr. Emman. de Naxera Toletanus in c. V. Josuæ p. 235.*) *novilunia* (*Majem. T. 1. l. 3.* הזמנים in הלכות קידוש החודש *Buxtorf Syn. Judaica* XVII. p. 372.) *dies jejuniorum, dies dedicationis* sc. templi (de quibus duobus idem *Majem. l. cit.* הלכות תעניות, Buxt. Syn. c. 24. p. 449.) *& singulis hebdomadis dies secundus & quintus. Non legunt autem lectionem ultimam* (ubi sc. populus dimittitur) *in Prophetis, nisi in Sabbathis, diebus festis, &c. Baal Aruch in Rad.* כנס יום

שני

שני ויום חמישי נקראו יום הכניסה מפי שנכנסין בני הכפרים כרי שיתפללו ויקראו בספר התורה: *Dies ſecundus & quintus dicuntur dies congregationis. Congregantur enim, qui in villis habitant, in civitates, ut ibi orent legantque in libro Legis*. Eundem ritum hodierni Judæi quoque obſervant, dieque ſecundo & quinto in Synagogis conveniunt. Moſes ibi prælegitur. *Neque in Sabbatho tantum Moſen legunt, ſed & die ſecundo & quinto hebdomadæ, i. e. Lunæ & Jovis, etſi minus ſolemniter*. Verba ſunt celeberrimi *Buxtorfii Bibl. Rabb.* p. 285. Non multum ab his abludit, quod traditum a *Zacutho* eſt *in Juchaſin* p. 2. f. 122. Is enim inaugurationem capitis exulum Babylonii (de qua videatur omnino C. *Buxt. Theſ. Gramm. p.* 675. *Schik.* בח *p.* 30.) ראש גלות dicti, deſcribit, & refert ſimiliter: מתקבצין בבית הכנסת ביום חמשי ומברכין אותו *Congregantur Judæi in Synagoga feria quinta, eique fauſta apprecantur*.

X. Quid *fuerit actum in Synagogis* rite perſpiciemus. Ac a Lege ipſa ordiamur. Legis ſtudium ſummopere Judæi inculcant. Unicus *Cozenſis* audiatur. Ita ille *præcepto negat. XIII.* לא לשכה התורה שנאמר ופן יסורו בלבבך כל ימי חייך והודעתם לבניך ולבני בניך. *Non* (fas eſt) *oblivisci Legis, quia dictum* (Deut. IV. 9.) *ne forte recedant verba Legis a corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ, & facies ſcire ea filios tuos & filios filiorum tuorum, &c.* Atque hactenus luculenter iſta modo laudatus auctor, atque etiam veriſſime. Nec inculcant ſolum ex eadem Synagoga Magiſtri, ſed & extollunt quoque. *R. Samuel* (ita legimus *in Gemara Sanhedrin. C. VI. §. 3. p. m.* 248.) operam, quæ in Lege divina ponitur, omnia ſacrificia exuperare pronunciat. Ipſe Rex duo Legis exemplaria (ſatis proba enim hæc eſt dictio, & *Ulpiani* teſte *Valla*) deſcribere tenebatur, ex præſtantiſſimi *Majemonidis* ſententia (Hal. Mlach c. 3.) non ſolum, itemque *Cozenſis* (*præc. XXV. affirm.*) ſed & *Talmudicorum* (Excerptis *Gem. Sanhedr. c. XI. §.* 12. *p.* 185.) Et quilibet ex Iſraelitarum gente unum. *Cozenſis Moſes præc. affirm.* 24. כל איש ואיש מישראל חייב לכתוב ספר תורה לעצמו שנאמר כתבו להם את השירה הזאת לעד כלום כתבו לכם את התורה שיש בה השירה הזאת: *Omnis Iſraelita debet ſibi librum legis conſcribere; quia dictum eſt* (Deut. 31. 19.) *Scribite vobis canticum hoc in teſtem, quaſi dixiſſet:* (Deus) *Scribite vobis Legem, in qua hoc canticum quoque*, (deprehenditur) Conſpirat *Moſes alter*, ſed *Ægyptius*, celeberr. *Majemonides* (*Hal. Thpillin. c. VII.*) Unum vero dixi non duo. Aperte *Talmudici Gem. Sanhedr. c.* 2. §. *XII.* הדיוט לא צריכה לשתי תורה *Privatus non opus habet gemino Legis exemplo, & Gloſſa* in eundem locum ita ſonat: אלו היה הדיוט סגי ליה ומלך בעי תרתי, *Si privatus, unus codex ſufficit: at rex duplici opus habet*. Deinde non ſine cauſa Iſraelitæ mentionem feci, aut potius religioni hujus populi addicti. Reliquos enim faſtidioſa gens & ſuperba voluit excluſos in univerſum, ipſos quoque domicilii proſelytos. Notum *Rabbi Johannis* dicterium (in Gemara Sanhedr. c. VII. p. 274.) גוי שעסק בתורה חייב מיתה שנאמר תורה צוה לנו משה מורשה לנו מורשה ולא להם ולהישבה נבי שבע מצוות: *Gentilis* (aut potius proſelytus domicilii, ut ex ſubſequentibus patet. De quibus & cæteris proſelytorum generibus egit fuſius *S. Seldenus L.* 2. *de I. N. & G.* & alibi paſſim, nec non ii, quos frater *meus chariſſimus* ז"ל *in de ſupliciis capit: Ebr. diſput. hic Witteb. habita* allegavit, & præter hos *Hotting. Theſ. Phil. p.* 14. *ſeqq. Simon Epiſcopius L.* 3. *Inſt. Theol. c.* 9. *p.* 112. aliiſque locis) *Si legi operam dat reus mortis eſt* (videatur hic *Seldenus Lib.* 3. *cit. C. V. p.* 295.) *quia dictum* (Deut. 33. 4.) *Legem tulit Moſes hæreditatem. Noſtra ſcil. hæreditas eſt, non illorum. Ii vero VII. præcepta meditentur* (Confer *Schick.* בח *p.* 14. *& ſeqq.*) Quæ effata tamen non ſimpliciter adeo atque abſolute ipſi eſſe intelligenda volunt, qui hæc tradunt, quaſi unuſquiſque; rex bis legem deſcribere habuerit neceſſe, privatus vero ſemel: ſed reſtrictione addita, videlicet, ſi rex, antequam rerum potiretur, nondum unum confecerit Legis exemplum; & qui ex plebe calleant literas, ſecus ſi ſint harum expertes, tunc enim deſcriptum ab alio ære ſuo uti redimerent, religione tenebantur. Et hæc quidem generatim de ſtudio Legis dicta ſunto, quæque magis univerſe illud ſpectant: nunc perſequemur ſpecialiter, quæ ad Synagogas pertinent. Hæc vero ſunt. Judæi ut legem ab oblivione vindicarent, in Synagogis conveniebant. Ibi Moſaica oracula & edicta proponebantur, in primis addita declaratione, ubi opus. Atque mos hic perſuit etiam antiquioribus familiaris. *Μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει ἐν ταῖς συναγωγαῖς, κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος*; uti *Lucas* tradit *c. XV. Actorum*, i. e. ipſa Moſaica Lex. V. libris comprehenſa.

ſa. Ita docuit nos ex Theologis *Meiſnerus in libro de Legibus*, ex Criticis & Philologis *C. Barthius L.* 59. *Adverſ. c.* XI. Neque tempus hic eſt hariolari aliter, aut diverſum quid opinione aucupari. Nihil ſeſe offert, quod receptæ ſantentiæ jure queat adverſari. Veruntamen non excluſi ideo Prophetæ. Legimus Jeſaiæ librum, ingentis Spiritus vatis, traditum fuiſſe Chriſto in manus, cum ad Synagogam Nazarethanam commoraretur. (*Luc. IV.* 17.) Scimus Principes Antiochenæ Synagogæ poſt publicam acroaſin & ἀνάγνωσιν, cum Moſis tum Prophetarum, petiiſſe a Paulo & Sociis, ut verba ad populum facerent, &, ſi quid haberent, de quo hortarentur, promerent illud atque indicarent. (*Act. XIII. C. v.* 14. *&* 15.) Moſi vero, ut diximus, præcipue in Synagogis operam dabant. Paraſcharum pervulgatum id nomen indicat. Et ratio iſta apud nos nauci non habetur. Quid enim aliud Paraſcha ſive ſectio eſt, quam certa eaque diſtincta Pentateuchi Moſaicæ pars, quæ certo Sabbatho in Synagogis prælegebatur. Tales *Elias Levita* (in *Tisbi* p. 185.) numerat tres & quinquaginta; cæteri Judæi LIV. communiter; ideoque breviores duas jungunt aliis, ut integra Lex anno integro abſolvatur. Antiqua hæc legis divinæ ſecamenta ſunt. Nonnulli ad ipſum referunt Moſen; ſunt qui cum *Buxtorfio* (*Bibl. Rabb. p.* 282.) Ezdræ aſcribant. Nolumus impræſentiarum primam originem vocare in diſquiſitionem. Nihilominus tamen idem volumus, quod *autor ad Herenn. l.* 2. *Vitioſum eſſe pro argumento ſumere quod in diſquiſitione ſit poſitum*. Itaque unico erimus probationis genere contenti. Certe Pentateuchus Moſis jam olim ante Apoſtolorum tempora in *Paraſchas* fuit diſſectus & diſtinctus, ut verbis (*Capelli* utamur *in ſpicilegio* (p. 122.) Quæ tam vera ſunt, ut, quod ajebant olim, ne Delphis quidem reſponſa ſint unquam veriora. Cauſa in promtu adeſt. Etenim Haphtaræ (ſic Propheticas Eclogas vocant Moſaicis Paraſchis reſpondentes quodammodo) jam Antiochi Epiphanis temporibus a Judæis fuerunt uſu receptæ Paraſcharum loco, cum tyrannus lectionem Legis & publicam & privatam ſub capitis pœna interdixiſſet. Propterea, quod premebantur ſummopere, ut Haphtaræ vicem Paraſcharum ſupplerent, ordinarunt. Quas & ipſas poſtea rebus gentis in melius reſtitutis, in Synagogis retinuerunt, ita ut cum Moſaica Paraſcha prælecta fuerit publice, altera quoque ex Prophetis Haphtara ſubjungeretur. Atque talis mos uti inceſſit olim, ita durat etiamnum '. Cujus rei propriis monumentis atque ſcriptis minime alium hic Germani excitabimus teſtem, quam Germanum, Eliam Levitam Tisbi p. 169. & qui fidem liberabit abunde noſtram *Cl. Buxtorfium* (*de abrev. p.* 283. *Syn. Judaica p.* 274.) utpote & ipſum fidei præclarum. Satis graves teſtes modo citavimus; ſed tamen procedant etiam alii, qui teſtimonium reddant non in hac, verum in alia cauſa. Planum faciemus in tanta rerum vicinitate, Moſen (quem רבן של כל הנביאים *Majem.* vocat *fundam: Legis c.* XII. §. 6. *&* *Seder* Olam *Rabba p.* 125. (אבי בחכמה ואבי בתבונה ab hodiernis Judæis & paulo antiquioribus cæteris Prophetis præferri omnibus. Parcamus verbis. Unicus *Amſtelodamenſis Archiſyn. Menaſſeh Iſraelis filius*, ſufficiat, qui in *Conciliatore* (*p.* 235. *& ſeqq.*) illud indicavit. Neque hoc mirandum eſt. Tanti namque gens Judaica fecit, quod arcano volumine Moſes tradidit, ut inter *Ikkarim* ſeu ſymbuli Judaici articulos & illum reponerent, ſeptimum in ordine נבואת משה dictum, qui unice inculcaret, Moſen inter Prophetas fuiſſe ſublimiſſimum & excellentiſſimum, ejuſque vaticinia reliquorum omnibus eſſe præferenda. (*Buxtorf. Syn. Jud.* p. 9. *Schik.* ב״ה p. 9. & ſeqq. *Gerſon Talmud* p. 52. *Menaſſeh B. Iſrael* de creatione probl. 1. *Genebrardus* libro peculiari *de Symbolo Judaico &c.* Pariſiis edito An. 1569. *D. D. Dorſcheus oratione de ſtudio Theol. &c.*) Ideoque Moſes iiſdem eſt cynoſura, ad quam jure reliquorum Prophetarum ſcripta examinentur. (*Cl. Hackſp. ad Lipm.* p.266. *Menaſſeh B. Iſrael Concil.* p. 161.) Imo eo progrediuntur moderni, ut nec Meſſiam Moſi ſapientia eſſe præferendum enuncient (*R. Moſes Aſchech. in c.* LII. *Iſaiæ* p. 230. & *Conſt. L' Empereur in Antidoto* p. 233. ſeqq.) Jam ad finem properamus. Unica reſtat Majemonidis & Tudelenſis Benjam. obſervatio, quæ eſt, populares & ὁμοδήμους in Paraſcharum diviſione diſcrepare.

Idcirco, eo quod huc faciat exacte, nobis temperare non poſſumus, quin apponamus eandem, & ipſos autores adducamus. *Majem. in Jad. r.* 1. l. 2. הלכות תפלה c. 13. ab initio §. 1. המנהג הפשוט בכל ישראל שמשלימין את התורה בשנה אחת מתחילין בשבת שאחר חג הסכות וקורין בספר בראשית. בשנייה אלה תולדות בשלישית ויאמר אל אברם. וקורין והולכין על הסדר הזה עד שגומרין את

את התורה בתג הסכות ויש מי שמשלים את התורה בשלש שנים ואינו מנהג פשוט. *Usu est receptum communiter penes omnes Israelitas, ut absolvant Legem anno uno,* (quotannis) *& incipiant in Sabbatho, quod est post festum tabernaculorum a Seder Breschith,* (sic vocatur Parascha I. c. I. Gen. *Buxt. de Abbrev. p.* 284. 285.) *sequenti Sabbatho legant: Elle toldboth, in tertio: Et dixit* Dominus *ad Abrahamum;* (Conf. *Buxt. l. c. p.* 283. 284.) *& pergunt secundum ordinem istum, usque legem in festo tabernaculorum absolverint. Sunt vero quidam, qui legem trienii spatio demum ad finem deducunt, quæ consuetudo tamen non est vulgaris. Benjamin Tudelensis in Itinerario p.* 115. *Et ibi* (sc. Metsraiim: Sic vocatur a Judæis metropolis Ægypti, alias Arabice Cairaton, vulgo Alcair) *sunt duæ Synagogæ* (כתי סני) *una virorum, qui in Israelitica terra nati sunt, quæ est Synagoga* (שהאמין) *Samiin* (*Drusius* reddit coelicolas *de* III. *Sectis Jud. l.* 4. *p.* 180. sed falso; rectius *Constant. L'Emper. Syros*, quem *Salmasius* Præfat. *de modo usurarum* secutus est) *altera Babyloniorum, quæ est* (ערקיין) *Irhakiin* (*Irach* in Babylonia situm; Unde *Iracenses* iidem, qui Babylonii, non Græci, secus ac *Scaliger* existimavit a *Cl. Salmasio* l. c. refutatus) *& non unum observant ritum in sectionibus & tractatibus Legis: quia Babylonii usu receperunt singulis hebdomadis unam Paraschum prælegere, quod & in universa Hispaniæ fieri solet, adeoque annis singulis Lex absolvitur: At qui in Israelitica terra nati sunt, ita non consuervunt, sed ex omni Paraschæ tres alias faciunt sectiones, legemque demum in fine trium annorum absolvunt*. Sed satis de Lege ipsa, nunc de ejus explanatione. Lex Mosaica una cum Prophetis non prælegebatur saltem, sed & declarabatur in Synagogis & exponebatur. Videantur quæ *supra n.* VII. *Ex.* II. *ad membrum* III. diximus. *Philo* libro *de Essenis* p. 679. *Unus Bibliam sumens legit* (sc. in Synagogis) *alter vero ex peritissimis minime ignota exponit &c.* & *lib.* III. *De Vita Mosis: Moris fuit Sabbathis operam dare Philosophiæ, principe antecedente ac docente, quæ opus facto, dicto essent, reliquis audientibus: ex quo nunc etiam Sabbathis philosophantur patrio more*. Idemque *legat. ad Cajum: convenire Judæos quando publice patriam docentur Philosophiam*. Ubi omnino Philosophia pro Legali genere quæstionum pro scitis Judaicis accipi debet & expositionibus. Nec infrequens hæc est vocis acceptio, apud antiquiores præsertim. *Josephus l.* 2. *Hal. c.* 12. *& Arch. l.* 18. *c.* 2. inquit: τρία παρὰ Ἰουδαίοις ἤδη φιλοσοφεῖται. Et *Chalcidius Platonicus*, nec non *Clemens Alexandrinus* Philosophiæ Hebræorum mentionem injiciunt, citante Seldeno l. I. de I. N. &c. c. I. p. 10. Legantur quoque quæ Vir incomparabilis plane, *Isacus Casaubonus* ad *Athenæum p.* 282. est commentatus, ubi ex *Chrysostomo* aliisque docet ipsam Christianam religionem Philosophiam fuisse dictam. *Talmudistæ* ulterius sunt progressi in *Gemara Hierosol. ad titul. Megilla c.* 3. (adducente *Seldeno in proleg. libri de successionibus*) ארבע מאות ושמונים בתי כנסיות היו בירושלם וכל אחת היה לה בית ספר ובית תלמוד בית ספר למקרא ובית תלמוד למשנה וכולהם עלה אספסיינות: *Collegia seu Synagogæ erant Hierosolymæ* CCCCLXXX. *In harum qualibet habebatur bibliotheca, & domus doctrinæ. Bibliotheca, qua Scripturæ prælegebantur. Domus doctrinæ, qua doceretur Misna. Has autem universas sustulit Vespesianus*. Recte *Misna*. Nam profecto *Gemara*, a recentioribus verbis sequentibus demum seculis adjecta, (*Seld. prol. libri de success. p.* 45.) tantæ non est antiquitatis, cum & fabulosior deprehendatur subinde, & doctrinæ Christo ævo a Judæis recepta non obscure sæpissime contrarietur, quod unico exemplo luculenter *Buxtorf.* (*in Syn. Jud.* p. 297. 298.) ostendit. Non tamen ideo omnem Gemaris fidem detrahimus. Longe sentimus aliter Imo hoc ipsum Gemaræ Hierosolymitanæ pronunciatum & dictum minime fictum arbitramur, si modo non ad antiquissima tempora accomodetur illud, quæ multis aliquot seculi nativitatem Christi præcesserant, sed de insequentibus annis & vicinioribus ætati Messiæ accipiatur, inde ad ultimum templi excidium usque justa serie dilapsis. Constat n. & παραδόσεις tunc floruisse quam maxime, & ipsos Pharisæos, qui his adhærebant mordicitus, in magna fuisse potestate. Insident memoriæ, quæ aliquando *Seldenus* professus est his verbis: (*in prol. libri de success. p.* 39.) *Verum est Deuteroses Mosaicas in quoddam ordinum* VI. *compendium ab Hillele ante Christi natales coniectas fuisse, cum antea per sexcentos distraherentur* &c. Nec de nihilo est, quod idem (*lib. cit.* p. 38. 39.) monet: Leges, traditiones tales atque interpretamenta ejusmodi ore & dictatis quidem a Magistris ad discipulos transmissa fuisse; sed in scriniis commentariisque privatis asservata & adversa-

riis, & nunquam fuisse publicata a quoquam recutitorum ceu populariter scripta, sed R. Jehuda, sanctum cognomine, omnium exititisse primum, qui Misnajoth cunctis palam faceret vereque publicaret. Hæc vero sufficiant. Nolumus Talmudis incunabula paulo altius repetere; tum quia id jamdudum præstiterint abunde tot celeberrimi viri, & qui reliquis palmam præripuere omnibus, ex *Batavis Const. L'Empereur* in clave Talmudica, aliisque scriptis passim, ex *Anglis Seldenus* (l. c.) ex Helvitiis denique & *Germanis Buxtorfius*: tum quia metuimus, ne hoc caput, quod olim *Flaccus*, ---------- turpiter atrum desinat in piscem mulier formosa superne. A Lege sanctissima factum initium, nec in turpissimas Judaicas Pandectas desinet. Multa & plurima dici poterant de Lege, sed satis est pauca hæc indicasse. Et pauca quoque addenda. Quoniam citare *Majemonidem* testem cœpimus, libet alia quædam ex eodem Scriptore de arca afferre, in qua Pentateuchus asservabatur. Verba ejus hac de re t. 1. l. c. 2. c. 13. §. 3. extant. וכשמעמדין התיבה שיש בה ספר התורה מעמדין אותה באמצע ואחרי התיבה כלפי ההיכל ופניה כלפי העם: *Et cum reponunt arcam, in qua liber legis, locant eandem in medio, posteriora* (quidem) *e regione atrii*, (de quo idem *Majem.* §. 2.) (facies) *anteriora e regione populi*. Deinde id minime prætermittendum esse judicavimus, quod satis constat, Judæos uti codice Legis non punctato in Synagogis. *Galat. l. 1. c. 8. Legem Mosis, quam Judæi cum veneratione tenent, sine punctis scriptam habent.* Videatur quoque *Sixtus Senensis l. 3. Bibl. S. p. 183. Salmasius Fun. Hellen. p. 193. Capellus in Diatribe de punctis c. 4. p. 14. & 18.* Errant vero hic cum errante, quot quot *Eliam* sequuntur, atque dum varia congerunt argumenta, inter alia & hoc ipsum adhibent, veram uti punctorum antiquitatem evertant plane, aut saltem suspectam efficiant. Provocant n. ad Legis volumina, quæ a Judæis hodie in Synagogis omnibus asservantur manuscripta, sed nullis vocalium aut accentuum notis distincta, quibus omnino antiquum Legis volumen, a Mose descriptum & ab ipso in arca fœderis reconditum, asservari contendunt. Sed hoc quantumcunque est, nihil est. Et tamen adeo blandita est iis hominibus commenti Eliani dulcedo, ut reperti sint nou pauci, qui concluderent ita, & tale præsidium ad sententiæ suæ probationem afferrent. Nos contra illud frigidum esse arbitramur & ab omnibus rectæ argumentationis legibus alienissimum. Sequimur autem ductum celeberr. virorum, *Plur. Rever. atque Ampliss. D. D. Abraham Calovii*, Professoris Theologi in hac Accademia celeberrimi, Patroni & Præceptoris nostri æternum honorandi &c. *nec non Cl. Iohannis Buxtorfii*, qui hanc rem eruditissimis ambo commentationibus (*D. D. Calov. t. 1. in A Confess. p. 366. Buxtorf. vero Tract. de Orig. Punct. p. 37. 40. 41. seqq.*) tam diligenter complexi sunt, ut facile, quæ & quanta vis insit veritati, exinde appareat. Quare facessant hariolationes ejusmodi. Et nos omissis istis expendiamus porro, quæ de LXXII. Interpr. versione in mentem veniunt. Hæc vero versio uti omnino invitis plerisque Judæis originariis confecta est: (Vid. *Megillath Taanith* post וסו הימים §. פרק שנים עשר f. 51. edit. Froben. f. 2. *Josephus Scaliger in animadv. Euseb. Hevicus* dissert. *de* LXX. *Interpretibus* p. 7.) ita a Judæis, qui in terra sancta aut Babylone habitabant, nunquam fuit lecta in Synagogis. Reste *Is. Casaubonus* Ex. 11. *ad Annales Baronii p.* 201. *Putare Germanos Judæos, in Judæa commorantes, versione Græca esse usos, hoc vero nihil aliud est, nisi suam rerum Judaicarum imperitiam palam facere.* Sed manum de hac tabula.

XI. Legem excipiunt *preces*. De quibus quid Judæi sentiant primo dispiciendum erit. Agnoscunt vero satis magnam vim ejusmodi verborum supplicum, (*Orach Chajim n. 1. Sect. 4.*) & tantam necessitatem, ut diebus singulis atque omnibus orandum esse pronuncient. *Majem. in Jad. l. 2.* הלכות תפלה c. 1. §. 1. מצות עשה להתפלל בכל יום שנאמר ועבדתם את יהוה אלהיכם מפי השמועה למדו שעבודה זו היא תפלה שנאמר ולעבדו בכל לבבכם אמרו חכמים איזו היא עבודה שבלב זו תפלה ואין מנין התפלות מן התורה ואין משנה התפלה הזאת מן התורה ואין לתפלה זמן קבוע מן התורה. *Præceptum est affirmativum*, (Videatur quoque *Moses Mikk. præ* XIX.) *ut orent omni die. Dictum n. est: Servietis Domino vestro. Ex traditione vero docuerunt*, (magistri) *quod iste cultus sit oratio, quemadmodum dictum est: ut serviatis ei toto corde vestro. Ubi dixerunt sapientes, quis est iste cultus cordis? Est oratio. Cæterum neque species precum sunt de Lege*, (sunt in lege definitæ) *neque formula precationis est de Lege; neque tempus precibus præcise destinatum est de Lege;* Ast acrius Sabbatharii precationes die septimo hebdomadæ ur-

gent (*Breschith Rabba* & ex eo libro *Cl. Buxt. l. Chal. Talm. f.* 1660.) easque cum primis solemnes in Synagogis, Majem. l. c. c. 8. §. I. ולא יתפלל יחיד כל זמן שיכול להתפלל עם הציבור ולעולם ישכים אדם ויעריב לבית הכנסת . וכל מי שיש לו בית הכנסת בעירו ואינו מתפלל בו עם הצבור נקרא שכן רע. *Nemo solus orabit omni tempore* (sc. destinato, quo Synagoga congregatur) *qui potest fundere preces cum cœtu. Itaque Judæus semper adire debet* (festinanter quidem *Buxt. Syn. Jud. p.* 154.) *Synagogam; ibique orare cum cœtu, si Synagoga sit in civitate; alias malus vicinus vocatur. Moses Mikk. præcepto off.* XIX. ורבי יוחנן אמר שלא תפילתו של אדם נשמעת אלא עם הצבור Idcirco *Proseucharum* nomen Synagogis inditum est. *Philo de Leg. ad Cajum*: ἠπίςατο ὂν ϗ̀ προσευχὰς ἔχοντας, &c. & *Lib.* III. *de Vita Mosis*: Τὰ γὰρ κατὰ πόλεις προσευκτήρια &c. *Iosephus in vita sua: sequenti die populus convenit in proseucha, quam vocant precationis domum*. Et aliis in locis ibidem de Proseucha mentionem injicit. Neque tamen omnes in universum Proseuchæ Synagogæ appellatæ fuerunt. Minime: Ipsos penes Judæos hic aliquod interdum & non exiguum discrimen intercessit. Videantur, quæ dicta a nobis superius *Ex.* II *n.* 8. & a *Drusio* obiter *p.* 2. *Ann. in N. T. p.* 69. & præterea a *Samuele Petito*, Viro clarissimo, observata sunt eruditissime *l.* 2. *Var. Lect. c.* XI. *p.* 171. seqq. Etiam Romani loca, ubi precibus & obsecrationibus mendici a transeuntibus stipem mendicabant, Proseuchas appellabant. Itaque infirmum exsurget argumentum, a nuda proseuchæ mentionem desumtum, quod Judaicam inferat statim. At sic conclusere summi viri & sagacissimi, quod mirum. *Scal. l.* 3. *Epist. Ep.* 244. *ad Buxt. Ego suo illo seculo Iudæos in Proseuchis suis, ut Romani in sacra via, poma vendere solitos, ut diserte in veteri inscriptione Romana extat*: P. CORFRIDIO. SIGNINO POMARIO A. PROSEUCHA. *nam Iudæum fuisse argumento sit Proseucha nomen*. Hunc heroa intrepide *Drusius* secutus est *l.* I. *Præt. p.* 44. qui *Juvenalis* dictum *sat.* III. huc accomodat: *In qua te quæro Proseucha?* & subjicit: *Erant autem Proseuchæ propriæ Iudæorum, in quibus poma vendebant, unde Pomarii cognomen. Inscriptio vetus*: P. COFRIDIO, &c. Equidem delectamur recitando verba tantorum virorum, sed tamen in tam paucis versibus aliquot errores fuisse commissos non dubitamus. Poma vendita fuisse in Proseuchis, ubi Judæi precum causa confluebant, abhorret sane ab omnibus hujus gentis institutis. *Majem.* l. c. c. XI. §. VII. ובתי כנסיות ובתי מדרשות אין נוהגין בהן קלות כגון שחוק והיתול ושיחה בטלה אין אוכלין בהן ואין שותין בהן ואין ניאותין בהן ואין מטיילין בהן ואין נכנסין בהן בחמה מפני החמה ובגשמים מפני הגשמים: *In Synagogis & ædibus studio Legis destinatis* (atque eadem hic est ratio Proseucharum) *non est usu receptum* (licitum) *clamare, ridere, jocari, confabulari otiose, neque edere, neque bibere, neque deambulare ibidem, & convenire æstate propter calorem solarem, vel quando pluit, propter pluviam.* Deinde valde dubium est, an *Iuvenalis* Judaicam Proseucham intellexerit. Aliter hunc locum *Turnebus* interpretatus est, & multo rectius. Neque *Farnabius* repugnat: *Proseucha proprie est precatio, sumitur & pro fanis Judæorum, hic pro ponte, crepidine, seu alio loco, ubi stipem mendici efflagitabant.* Quis credat prænomen *Publii* (sic n. lit. P. exponimus) huic Judæo fuisse concessum, ac si populo Romano gratus fuisset? Ut taceamus Virum Romanum & equestris ordinis, nullo ferme discerni culo, *Corfidium* fuisse appellatum, cujus *Plinius l.* VII. *c.* 52. mentionem facit. Atque quod caput rei, Signini fuerunt populi Italiæ, de quibus *Plin. l.* 3. Hæc pauca indicasse sufficiat. Reliqua antiquariorum genti committenda, ad quos, velut ad quæsitores hanc causam conjicimus. Quare tempus est ab hac inscriptione facessere. Ad preces redeamus. Precum vero XVIII. formulæ ab Ezdra & viris Synagogæ fuerunt constitutæ, (secundum *Majemon.* l. c. c. I. §. 4. *Mosen Mikk.* præc. aff. XIX. ideo potissimum, ut populares lingua sancta eaque pura [non mista ex aliis gentium, inter quas vivebant tunc temporis & ita passim loquebantur hybride. Vid. *Buxt.* quoque *de Lingua Hebr. propag.* 16. 43. 44.) supremum numen laudarent exorarentque. Idem *Majem. l. c.* Loqui de his *Misnam Talmudicam* (*in tract. Berach. c.* 4. existimamus, quæ commemorat, *Rabbi Gamalielem* præcipisse, ut unusquisque diebus singulis integras recenseret XVIII. benedictiones; *Rabbi Iosuam* vero saltem earundem summam a *Rabbi Samuele* (vid. *Glossa ad Gemar.* ejusdem loci) compositam. At præstantissimus *Majem.* (l. c. §. 7.) binas preces ab Ezdra & viris Synagogæ magnæ singulis diebus fuisse constitutas enarrat, oblationum loco lege præscriptarum: aut tres, illis quidem diebus, ubi peculiaris aliqua oblatio quoti

tidianis duabus superaddebatur. Deinde nocturnam orationem ordinasse Ezdram cum Collegis idem affirmat *Majemonides* (58.) sed non æque necessariam esse arbitratur. A formulis precum ad ritus. De quibus possemus proferre infinita ferme in medium. Verum & tempus & chartæ & instituti ratio obicem ponunt. *Moses Mikktzi (præc. aff.* XIX.) inculcat orandum esse *cum tremore & timore*, *demissis ad terram oculis*, (Vid. & *Gerson in Talmud Jud.* p. 142.) sed hic longe aliter antiquiores Judæi fuerunt affecti, quibus mos tollendi manus ad cœlum simul cum oculis, *Philone teste ap. Hug. Grot. ad c.* XVIII. *Lucæ v.* 13. uti & Christianis, apud *Clem. Alex.* VII. *Stromat & Tertullianum*) *compositis pedibus*, *manibusque super cor locatis*. Liber חסידים docet minime orandum esse juxta impium (V. *Cl. Hacksp. ad Lipm. p.* 378.) At tecto capite *Majemon.* t. & lib. cit. c. v. §. v. לא יעמוד בתפלה באפונדתו ולא בראש מגלה ולא ברגלים מגלות אם דרך אנשי המקום שלא יעמדו בפני הגדולים בבתי הרגלים: *Non orabit cum pera*, *neque retecto capite*, *neque nudis pedibus*, *nisi forte mos apud incolas sit*, *qui coram magnatibus stant* (pedibus nudis) *non cum tibialibus*. Remittit ergo ad דרך אנשי המקום Atque hic quodammodo applicari poterit; quod in *Bava mezzia c. 9. in Misna* scriptum reperitur: הכל כמנהג המדינה *omnia*, nempe, *secundum loci consuetudinem fieri debere*. Dicimus quodammodo & non sine causa. Aures nostras hic *Cozensis* vellit præc. negat. L. Et *Majem. de Idolol.* c. XI. . I. Ideoque factum esse putamus, ut hodierni Judæi occidentalibus habitantes in oris, tecto precentur capite, nec rituum & consuetudinis receptæ in his provinciis habentes rationem, nec canonis a Majemonide traditi (Legatur *Lud. Capell. Spicil. Cameronis myroth. annex. p.* 87.) Unicum nunc subjiciemus pronunciatum; Judæos nempe orasse *tum stantes* (contra *Maldon. ad Luc. c.* XVIII.) Videatur hic *Drusius l.* I. *Præter p.* 19. *H. Grotius ad c.* VI. *Matt. v.* 5. *Dieu ad Marci* XI. *p.* 215. 216. aliique *a fratre p. m.* in Disput. privata *quinta* citati) tum *flexis genibus* (contra *Drusium l. c.*) etiam *extra luctus tompora* constitutos (contra eundem *H. Grot.*) Sed hic colophonem imponimus.



JO-



JOHANNIS SAUBERTI
DISSERTATIO
DE
PRECIBUS HEBRÆORUM.

CAPUT PRIMUM.

De precum efficacia opinio Judæorum. Eæ sacrificiis abolitis surrogatæ: & a quibusdam majoris æstimatæ. Scopus hujus dissertationis. Precum synonyma. Vocum אחלים & רנה *& פגע emphasis. Quis precibus invocatus a Judæis? Taciti, Strabonis, Dionis de Judæorum Deo cognitio: Ethnicorum nonnulli existimarunt eos adorare sidera, nubes &c. ratio hujus erroris.* Nubicolæ *Christiani Varia lectio in Petronio* Κίλλος *Paganorum gerræ de capite asinino a Judæis adorato. Tacitus sibimet contrarius. Unde fabula de asinino capite orta, sententia nova. Judæi porcum adorare crediti: & ex quo principio. Judæorum de uno Deo orando constans sententia. De angelis adorandis quorundam aliorum mens: Unde nata? Repudiata.* השתחויה *qualis cultus vera sententia. Clementis Alexandrini locus expenditur & declaratur. Judæi an lunam coluerint: & quomodo?*

I. JUstorum preces apud Talmudistas comparantur palæ, מה עתר שמתהפ׳ התבא׳ ממקום למקום כך תפלתן של צדיקים מהפכת מדותיו של הקדוש ברוך הוא ממדת רגזונות למדת רחמים *Eo, quod sicut pala vertit frumentum de loco in locum, sic precatio justorum vertit proprietates S. benedicti Dei, ex proprietate iræ in proprietatem misericordiæ &c.* in mass. Jesammos fol. 64. col. 1. Præcipua nimirum virtus cœlum penetrandi divinamque misericordiam extorquendi magno consensu castis votis fuit tributa, non solum apud vetustissimos Hebræorum, sed & ad longinquam illam nec dum terminatam miseriam vergente ætate, cum ira Dei vindicis toti Judæorum populo immineret, ipsosque ab avita majestate prostratos & a patria extorres per universum mundum dispergeret. Ibi vero Hierosolymis solo æquatis vastatoque sanctuario, cum nullibi prorsus infelici genti sui liceret esse juris suique mancipii, sacrificiorum nidore penitus evaporante, in horum locum omnium usquequaque suffragio successere Preces. Ita quidem ut easce postea ipsis non dubitarint anteferre oblationibus: quas tamen juxta cum circumcisione & paschalis agni celebritate fœderis cum Deo vincula credidere prisci. Diserte scribit Rabi Bechai: הוו זהירין בתפלה שאין לך מדה אחרת יפה הימנה שהיא גדולה מכל קרבנות *Estote moniti de precatione: quia non est virtus pulchrior hac ipsa: quandoquidem ea major est omnibus oblationibus:* in Cadh hakkæmach fol. 80. col. 2. Et paulo ante:

גדול

גדול כוח התפלה אפילו לשנות הטבע ולהנצל מן הסכנה ולבטל הגזר *Magna vis est precum etiam ad immutandum naturam, ad liberandum ex periculis, & ad irritum reddendum decretum* nempe divinum, fol. 79. col. 4. Id quod a mente Sacrorum Scriptorum non omnino est alienum, preces *Sacrificia* toties nuncupantium: easdemque Hoseas XIV. 3. *vitulos labiorum* eleganter appellat. Et angelus in act. app. X. 4. ad Cornelium locutus emphatice ait αἱ προσευ-χαί σου ἀνέβησαν verbo ab holocausti ritu ad preces translato.

II. In præsenti tam insignis materiæ totam juvat aperire scenam, & ex Judaica antiquitate ritus precandi tum Christi Servatoris ætate, tum sequentibus mox seculis servari solitos colligere. Eoque amplius operæ pretium facturos nos arbitramur, quo majus hoc precibus ponunt Hebræi, quo contra pauciores istam sibi sumsere. Neque, si dixerimus novi fœderis historiam pluribus locis ex ista tali contemplatione acquisituram lucem, asseremus quicquam, quod vel veritati vel doctorum palato sit adversum.

III. Intelligimus autem easce preces, quas sive bonum consecuti, seu pro avertendo malo & beneficiis adipiscendis, seu ob lætos tristesve casus divino numini fundebant. In sacro bibliorum textu potissimum indigitantur nomine תפלה *precationis*, rarius רנה quod notat vociferationem sæpius præ lætitia & ovandi caussa sublatam, aliquando conquerendi ergo: quamvis ipsam radicem רנן in significatione acclamandi ob dolorem se non reperisse notet M. Marinus in arca Noe tom. II. fol. 177. col. 4. a חלה *ægrotare fecit* vocantur אחלים quod placando quasi ægrotare faciant furorem preces enixiores. Usitatum & verbum פגע *obviare* quasi precibus intercedere, vel corpore in terram prostrato deprecari, קרא *vocare* זעק & צעק & שוע *clamare*. Et in εὐχαριστικοῖς הלל *laudare*, הודה, *celebrare*, שורר *cantare*, ברך *benedicere &c.* veluti in εὐκταίοις ערג & שאג *rugire* בכה *flere &c.*

IV. Eum precibus adorandi cultum uni soli Deo tribuendum statuunt Judæi: quod etiam symboli fidei suæ articulo V. h. v. אני מאמין באמונה שלמה שהבורא יתברך שמו לו לבדו להתפלל ואין לזולתו ראוי התפלל *Ego credo fide perfecta, quod creator cujus nomen sit benedictum solus sit orandus, & quod præter eum neminem invocare deceat*. Idem in catalogo affirmativorum præceptorum quinto loco ponitur: להתפלל שנאמר ועבדתם יי' אלהיכם ועבודה זו תפלה *Deum unum esse orandum, prout dicatur:* Et servietis Domino Deo vestro (Exod. XXIII. 25.) *Servitus autem h. l. oratio est*, apud Maim. in præf. Jadh hachassaka. Hoc ipsum מצות בני נוח *præceptum Noachicum* seu legem Noach ætate jamdum fixam asserunt: putantque illo tibicine totius legis ac fidei suæ inniti vigorem ac nervum. R. Levi Barsellonius: וזאת המצוה היא העיקר הגדול שבתורה שהכל תלוי עליו כמו שאמרו ז'ל כל המודה בע'א כאילו כופר בכל התורה כולה ואחד המקבל באלוה לשום דבר זולתי הש' לבדו או העובד אותו דבר כדרך עבודתו כלו' כדרך שעובדין אותו המאמינים בו או אפי' שלא כדרך עבודתו בד' עבודות ידועות שהן זיבוח וקיטור וניסוך והשתחויה עבר על לא יהיה לך *Præceptum hoc fundamentum magnum est legis, a quo omnia dependent, uti dicunt majores nostri. Quisquis profitetur alienum numen, est ac si negaret totam legem. Et qui recipit aliquid præter Deum solum, servitque cuiquam ritu cultus sui, h. e. eo cultu, quo serviunt ipsi credentes in eum: aut tametsi id non fiat more consueto, quo coli solet, sed quatuor notis colendi speciebus, videlicet sacrificio, suffitu, libatione & incurvatione, transgressus est præceptum illud:* Non erunt tibi Dii &c. in sepher hachinnuch.

V. Mirum itaque in abdita illa omnibusque gentibus anxie celata Judæorum sacra tantum penetrasse Corn. Tacitum, ut de iis testaretur: *Judæi mente sola unumque numen intelligunt. Profanos, qui deum imagines mortalibus materiis in speciem hominem effingunt. Summum illud & æternum, neque mutabile neque interiturum. Igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sunt*. Et paulo ante de proselytis ipsorum: *Nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere deos*: lib. V. hist. Id quoque ex theologia Hebræorum perdidicere Strabo lib. XVI. & Dio Cassius lib. XXXVII. quem locum compilavit Joh. Xiphilinus in Cn. Pompejo. Cum ex adverso alii paulo profaniores & ἀπροσ-διόνυσοι, ubi forte Judæos inter precandum vidissent nullo Dei adstante idolo fundere preces, paganis suis hujuscemodi vendiderint fumos, recutitam gentem solem, & lunam, & sidera, cœlumque ac nubes adorare: Quam calumniam nec Christiani postea potuerunt devitare, dicti hinc per derisum *Nubicolæ*. Etsi seqq. seculorum Judæi toti extra culpam non fuere, uti infra §. ult. audietur. Juvenalis sat. XIV.

Qui-

Quidam sortiti metuentem Sabbatha patrem,
Nil præter nubes & cœli numen adorant.

Quo nonnulli referunt illum Petronii versiculum, de apellis agentis in fragm. satyr.

Et cœli summas advocet auriculas.

Quamvis Fr. Pithœus & alii post eum pro *cœli* substituant *cilli*. Κίλλος apud Dores est ὄνος, testibus Hesychio & Polluce. Atrox id fuit mendacium & intolerabilis injuria, qua Judæos passim onerarunt ethnici, seu odio nationis istius seu ex inscitia rituum Hebraicorum nugantes, aureum eos asini caput in templi sacrario servare & ad illud preces dirigere: quoniam Mose duce asinorum beneficio invenerint aquam siti confecti. Quas affanias non miror in Apione, utpote præ amara in Judæos bile nihil non ad vituperium eorum confingente: cui propterea os obtudit postmodum Josephus. Tacitum autem easce historiarum suarum lib. cit. illevisse, indignum profecto: Etsi revictione vix eget, ut qui in sequentibus istas offuciarum nebulas ipse diluit simulacra omnia omnino e templis Judæorum removens. Nihilominus pluribus eum confutat Tertullianus in apologet. cap. 16. & ejusdem superstitionis incusatos Christianos purgat. Vix quidem vestigia hodie comparent hujus tam gravis erroris gentilium, unde istiusmodi commentum in vulgus potuisset succrescere. Mihi de eo quid videatur, ut consignem, notum id est, junctissima fuisse templum & regiam Salomonis, hancque illud tetigisse mediante structura in qua per gradus ex ædibus suis rex templum ingredi poterat. Ut ita peregre adventantibus, nisi propius edocerentur, discrimen non illico constiterit. Et vero in sede throni regii a tergo sedentis expressa erat figura capitis vitulini docente Jacobo Juda Leone de Templ. lib. IV. cap. 1. num. 12. seu ut idem testatus Josephus loquitur μόσχου προτομὴν Antiqq. VIII. fol. 267. Quam eminus stantes myopes aut luscitiosi facile pro asinino capite potuerunt habere & si de Judæorum religione non essent edocti gentili persuasione pro deastri imagine reputare. Hæc de fabula mea esto conjectura. Illud facilius indagare licet, ex qua caussa iidem ethnici Judæis affinxerint cultum suilli pecoris, seu Dei, figura porci quod Petronius l. c. innuit:

Judæus licet & porcinum numen adoret.

Eos enim reverentia tam immundi ipsisque exosi animalis affici putabant, quod lege divina illo abstinerent.

VI. Tantum vero abest, ut hujus ἐθελοθρησκείας quicquam admisisse videri voluerint Judæi, ut potius solius Dei invocationem pertinaciter ac sollicite approbarint, alienumque cultum quandoque ad superstitionem usque severis sub pœnis prohibuerint. Cujus rei testimonia non modo aliquot eorum præcepta exstant negativa, sed integri insuper commentarii: Quorum præcipue nominandi veniunt ex Talmude codex עבודת זרה, ex Rabbinorum vero scriptis Maimonidis liber עבודת כוכבים ומזלות ubi inter alia initio cap. 2. עיקר הצווי בעבודה זרה שלא לעבוד אחד מכל הברואים לא מלאך ולא גלגל ולא כוכב ולא אחד מארבעה היסודות ולא אחד מכל הנבראים מהן *Fundamentum præcepti de Idololatria est, non serviendum esse ulli creaturarum, non angelo, neque sphæræ, nec stellæ, nec cuiquam ex IV. elementis, neque ulli denique quod ex iis compositum est, &c.*

VII. Fuerunt tamen, quod bene ibi observavit doctissimus Vossius, inter Rabbinos nonnulli, qui contra tribulium suorum mentem existimarent, utique etiam angelo, si legatus sit Dei, offerri posse preces. Cujus opinionis propugnator antesignanus R. Joseph Albo hunc in modum disputat: המשתחוה לו מצד מה שהוא שליח השם הוא מותר כמי שהמשתחוה לפקיד המלך מצד עצמו וכחו ומקבלו כארון ולא מצד הכח שיש לו מהמלך הוא מורד במלכות והמשתחוה לו מצד שהוא שליח המלך הוא כבוד אל המלך ובעבור זה היה מותר ליהושע להשתחות למלאך כשנראה לו ביריחו ואמר לו אני שר צבא יהוה עתה באתי ויפל יהושע על פניו וישתחו ונומר *Licet utique adorare angelum respectu ejus, quod est legatus Dei. Quemadmodum quis adoraret præfectum regis propter ipsum & virtutem suam, aut exciperet eum tanquam dominum, non autem ratione potestatis a Rege ipsi concessæ: ille reus esset læsæ majestatis. Si quis autem adoraret eum ut legatum regis: honor talis redundaret in regem. Ac propterea Josua recte adoravit angelum, cum apparet illi in Jericho, diceretque ei: Ego sum princeps exercitus domini & nunc venio. Et procidit Josua super faciem suam & adoravit &c.* (Jos. V. 14.) Et quæ ibi plura hanc in rem leguntur lib. II. Ikkarim cap. 28. Nimirum cum prici doctores השתחויה seu incurvationem accensuissent cultus soli Deo debiti speciebus: non poterant posteri auctoritatem eorum aliter tueri, ubi toties eandem vocem de

de angelis legerent, nisi ad limitationem illam dilaberentur. Maxime cum Christianorum quosdam plura talium locorum, quæ adorationis angeli faciunt mentionem, de θεανθρώπῳ explicare persentiscerent. Tanti vero non erat, ut putrido innixi principio istos sibi quærerent cuniculos. Neque enim id veterum Hebræorum de השתחויה probari quomodo potest: ut potius dubio] prorsus careat, quandam incurvationem fuisse quoque inter civilis honoris genera, orientalibus valde consuetam, regibusque inprimis exhibitam dictam προσκύνησιν Vid. Gen. XXXIII. 3. II. Sam. XIV. 4.

VIII. Quod autem Clemens Alexandrinus, de uno Deo colendo differens, scribit: *Nec vero secundum Judæos colueritis. Nam illi soli existimantes se Deum nosse, nesciunt se servire angelis & archangelis, mensi & lunæ*. lib. VI. Strom. vel Judæorum sententiam supra narratam innuit: vel Kabbalisticis eorundem argutiis deceptus fuit, ipsa divina nomina angelicis aut similibus abscondentium, qualia sunt מצפץ *mitzpatz*, כוזו במוכסז *cuſu bamuchſas* ישעי *jiſchi* &c. De his vid. plura in disput. mea altera de Angelorum adoratione §. 9. & 10. At enim de lunæ & mensis cultu quod memorat Clemens, parum versato in Hebæa historia videri posset mirum. Puto eum indigitare oblationem hirco mactato singulorum mensium initiis exhibitam lunæ חטאה לאל *in oblationem pro peccato Dei*, quod is lunam imminuisset primum luminare ejusdem cum sole magnitudinis, uti spurco & blasphemo ore interpretantur Judæi in Mass. Cholin cap. 3. fol. 60. Consuevere etiam olim & hodienum apellæ denuo illucescentem lunam certis precibus & benedictionibus consecrare: ubi inter alia βαττολογοῦσι ברוך יוצרך ברוך עושך ברוך קונך ברוך בוראך *Benedictus creator tuus: Benedictus qui te fecit: Benedictus dominus tuus: Benedictus plastes tuus*. Postea tres saltus, quam possunt, altissimos, versus cœlum faciunt: terna vice repetitis h. v. כשם שאני רוקד לנגדך ואינו יכול ליגע בך כך לא יוכלו כל אויבי ליגע בי לרעה *Sicuti ego exilio ad te, nec possum tamen tangere te: Sic non possint omnes inimici mei tangere me, ut noceant*. Vid. plura in Minhaghim fol. 13.

CAPUT II.

Judæorum de Christo orante & plorante blasphemiæ: Eorund. de Deo nugæ. Quibus orare in templo permissum? Quinam precantium cœtu exclusi? Tandem lugentes etiam & excommunicati quidam ad templum permissi? & quomodo? Cæteri immundi ante templum morati; tres excommunicationis species: Nonnulli a precibus & phylacteriis liberi. Ædem sacram inter preces præterire vetitum. Precaturi exonerabant ventrem: Lavabant manus, & quomodo? נטילת ידים *&* נטילה *Alia lotio manuum ante cibum. Profanum habitum exuebant orantes: & qualis ille? Orantes nudipedes (Pedum lotio in V. T.) Tecto capite orabant & quare? Vestitus sacer precantium: Pallium: quale? a Deo præceptum* ציצית. *Membrana seu fimbria istius pallii.* כרוספרא *apud Chaldæum.* Κράσπεδα *quid? Christus an istiusmodi membranam gestarit in veste: Cur Pharisæorum fimbrias damnarit? Pyctaciola precantium: Ex quo loco Sacra Scriptura tradita?* טטפות: *de interpretatione vocis hujus operose disseritur (memorialia veterum Hebræorum) Conjectura critica in locum quend.* LXX. *Interprr. Epiphanius obiter taxatur.* Φυλακτήρια *Matth.* XXIII. 5. *Pyctaciolorum illorum superstitiosus usus apud ægrotos.* תפילין: *vocis hujus diversa derivatio. Phylacteria capitis & manuum: & utrumque figura. Membranulæ phylacteriis inseri consuetæ: quomodo & quales? Sacer prechantium amictus quanto temporis spatio ante preces indutus: quanto post eas exutus. Philacteria quo ritu & ordine applicata rursusque deposita?* עם הארץ. *Phylacteria quo pretio Judæis æstimata?*

I. NAre detortam Messiam nostrum varie cavillantur verpi, ubi percipiunt flevisse eum & orasse: quæ duo opinione ipsorum liquido evincat eum non fuisse Deum. Cum inter ea ipsi eadem de Deo deblaterare non erubescant in Mass. Brachos cap. 9. בשעת שהקדוש ברוך הוא זוכר את בניו ששרויים בצער בין אומות העולם מוריד שתי דמעות לים הגדול וקולם נשמע מסוף העולם ועד סופו *Ea hora, qua Deus benedictus recordatur filiorum suorum, quod hobitent in afflictione inter populos mundi, demittit duas lacbrymas in mare magnum, quarum sonitus auditur ab uno fine mundi ad alterum*. Et cap. 1. מנין שהקדוש ברוך הוא מתפלל שנאמר והביאותם אל הר קדשי ושמחתם בבית תפלתי בבית תפלתם לא נאמר לא בבית תפלתי מלמד שהקדוש ברוך הוא מצלי מאי מצלי אמר רבא יהי רצון שיכבשו רחמי את כעסי *Unde probatur, quod Deus benedictus orat? Ex eo, quum dicitur:* Et adducam eos ad mon-

tem ſanctitatis meæ, & lætificabo eos in domo orationis meæ (Jeſ. LVI. 7.) *Non dicitur in domo orationis* eorum, *ſed in domo orationis* meæ *: quod docet Deum benedictum orare. Quid vero orat? Ait Rabba : Sit beneplacitum coram me, ut vincat miſericordia mea iram meam.*

II. Nunc ut miſſis probroſis illis blaſphemiis ipſas perſonas orantes in theatrum producamus: credo equidem nulli prohibitum fuiſſe murmurque humileſque ſuſurros de pectoris penetralibus ad Deum mittere. Erant tamen nonnulli βέβηλοι, quibus interdicta fuerat publica precum domus: quales v. g. excommunicati, leproſi, puerperæ, menſtruatæ, γονόρροοι, αἱμοῤῥοοῦσαι, aliique quorum frequens in ſacro Codice mentio. Et hoc quidem ex ſacroſancta lege veteri. Poſtea ædificato templo ſaltim ſecundo lugentibus etiam & excommunicatis templum ingredi licuit, ſed certo modo. Nam cum cæteri, qui mundi erant, ingrederentur, aſcenderunt montem templi ad latus dextrum ſanctuarii, quod verſus meridiem conſiſtebat, & ambularunt demiſſe ac reverenter, uſque dum pertingerent ad locum, quo permiſſum eis erat venire, cumque egrederentur, circumibant, exeundo via ſanctuarii ſiniſtra, quæ verſus ſeptentrionalem plagam erat. Excommunicati vice verſa & lugentes, tendentes ad montem, incedebant a latere ſiniſtro ſanctuarii uti ex Maimonide docet de templo Jacob Juda Leo lib. 1. pag. edit. noſtræ 19. Idem tradunt Talmudici in Cod. Middot: כל הנכנסין להר הבית נכנסין דרך ימין ומקיפין ויוצאין דרך שמאל חוץ ממי שארעו דבר שהוא מקיף לשמאל מה לך מקיף לשמאל שאני אבל השוכן בבית הזה ינחמך שאני מנודה השוכן בבית הזה יתן וכו׳ *Quicunque ingrediebantur templum ingrediebanper viam ad dextram, & circumeuntes egrediebantur per viam ad ſiniſtram : excepto eo cui obvenerat caſus aliquis, is attinebatur verſus ſiniſtram ingredi. Quid eſt tibi quod ingrederis ad ſiniſtram? Quia ulgens ſum! Qui inhabitat templum hoc ſolatium tibi præſtet. Quia excommunicatus ſum! Qui inhabitat templum hoc, det, &c.* cap. 2. halacha 2. fol. 87. col. 2. Notum præterea eſt templum Hieroſolymitanum in certas diſtinctum fuiſſe partes ſingulas certis hominum generibus peculiariter aſſignatas. Prima complexa ambitu ſuo porticus exteriores vocabatur *Mons templi* κατ' ἐξοχὴν nec non *atrium gentium*. II. *Intermurale*. III. *Atrium mulierum*. IV. *Atrium Iſraelis*. V. *Atrium Sacerdotum*. VI. *Sanctum Sanctorum*. Hæc loca immundis non perinde ac ſi mundi eſſent cuique ſuum licebat ardire. γονοῤῥόοις, enim αἱμοῤῥοούσαις, menſtruatas atque puerperas oportebat morari extra muros montis templi extimos nec pedem in atrium gentium inferre. Polluto a cadavere, cui Maimonides addit maritum menſtruatæ, in atrio gentium hærendum erat. Ab atrio mulierum præcludebatur luſtrandus: Ultra vero illud (in atrium nempe Iſraelitarum) non admittebatur debitor ſacrificii expiatorii &c. Hoc uberius diſcimus ex Maſſ. Kelim : לפנים מן החומה מקודש מהם שאוכלים שם קדשים קלים ומעשר שני הר הבית מקודש ממנו שאין זבים וזבות נדות ויולדות נכנסים לשם החיל מקודש ממנו שאין עכודת אלילים וטמא מת נכנסים לשם עזרת נשים מקודש ממנו שאין טבול יום נכנס לשם עזרת ישראל מקודשת ממנה שאין מחוסר כפורים נכנס לשם עזרת הכהנים מקודשת ממנה שאין ישראל נכנסים לשם אלא בשעת צריכיהא לסמיכה ולשחיטה ולתנופה *Locus ante muros ſanctus fit exinde, quod ibi comedunt ſancta toſta & decimas ſecundas. Mons templi, quod eo non admittuntur γονόῤῥοοι, αἱμοῤῥοοῦσαι, menſtruatæ & puerperæ. Intemurale, quod eo non veniunt Idololatræ aut pollutus a mortuo. Atrium mulierum, quod in illud non penetrat qui eo adhuc die lotione ob pollutionem opus habet. Atrium Iſraelis, quod inde excluditur deſtitutus ſacrificio expiatorio. Atrium Sacerdotum, quod inde Iſraelitæ prohibebantur extra neceſſitatis caſum, tempore nempe χειροθεσίας, mactationis, & agitationis victimarum*, c. 1. halacha 8. f. 132. col. 2. Porro obſervandum eſt, tres fuiſſe apud priſcos Hebræos excommunicationis ſpecies, quarum I. dicta fuit נידוי & erat remotio ab aliorum quorum vis ſocietate ad quatuor cubitos, durabatque ad menſis ſpatium ſive triginta dies : quibus exactis, ſi excommunicantibus talis quiſpiam nondum ſatisfeciſſet, duplicabatur ad 60. aut triplicabatur ad 90. dies. Si nec dum reſipiſceret, ſecundam excommunicationis ſpeciem incurrebat. Contigebat illa ob quatuor & viginti cauſas, quas ſigillatim percenſet Buxtorfius Lex Talm. f. 1304. & ſeq. II. חרם nuncupata priori illa longe erat gravior. Hac enim punitus ab omni omnino commercio cum aliis & congregatione ſecludebatur. III. שמתא appellabatur, quæ non ſolum erat ſeparatio a ſocietate hominum; ſed & adjunctam habebat graviſſimam execrationem, qua homo coram Deo & coram hominibus proclamabatur execrabilis, atque totaliter & finaliter ſoli divino ju-

judicio destinabatur, ut eo periret nec amplius ad ecclesiam rediret. In harum vero trium classium prima tantum qui consistebant, certo, quem supra memoravimus, modo ad ingressum templi admittebantur: ii autem qui in duabus reliquis classibus, omnino prohibebantur. Erant insuper nonnulli alii, qui non obligati erant ad preces, quidam qui non ad certas preces, alii qui nec ad phylacteria. De talibus legimus in Mass. Brachos: חתן פטור מקרית שמע בלילה הראשונה עד מוציא שבת אם לא עשה מעשה *Sponsus liber est a lectione Schemah a prima nocte usque ad exitum Sabbathi, si non fecerit opus*. cap. 2. hal. 5. מי שמתו מוטל לפניו פטור מקרית שמע מן התפלה ומן התפילין נושאי המיטה וחלופיהן וחלופי חלופיהן את שלפני המיטה ואת שלאחר המיטה את שלמטה צורך בהם פטורים ואת שאין למטה צורך בהם חייבים אלו ואלו פטורים מן התפלה קברו את המת וחזרו אם יכולים להתחיל ולגמור עד שלא יגיעו לשורה יתחילו ואם לאו לא יתחילו העומדים בשורה הפנימים פטורים והחיצונים חייבים נשים ועבדים וקטנים פטורים מקרית שמע ומן התפילין וחייבים בתפלה ובמזוזה ובברכת המזון *Cujuscunque mortuus effertur coram ipso, is liber est Kiriath Scemach, a precatione & a phylacteriis, Portantes feretrum & vicarii ipsorum & vicariorum vicarii ante & post feretrum, quibus ad feretrum opus est, liberi sunt; quibus autem non est opus ad feretrum, adstringuntur* (nempe ad Kriath Schemah) *& illi liberi sunt a precatione. Sepeliunt mortuum & circumeunt, si poterunt incipere & finire, usque dum non attingant seriem concomitantium funus, incipiant; si minus non incipiant: Stantium in serie anteriores liberi sunt, posteriores, adstricti. Mulieres & servi & minorennes liberi sunt a Kriath Schemah & phylacteriis: adstricti autem ad precationem & a mesusa & ad benedictionem cibi*. cap. 3. halach. 1. 2. 3. Cæteri licet eam ingredi permitterentur, præterire tamen inter sacra prohibebantur: qua de re ita R. Mose Maimon. אסור לו לאדם לעבור אחורי בית הכנסת בשעה שהציבור מתפללין אלא אם כן היה נושא משאוי או שהיה לבית הכנסת שני פתחים בשני רוחות שהרואה אומר שמא ילך ויכנס בפתח האחר וכן אם היה בעיר שני בתי כנסיות יאמר הרואה שמא ילך לבית הכנסת הרגיל בו ואם יש לו תפילין בראשו מותר לו לעבור *Vetitum est cuivis præterire Ecclesiam, si quando ibi orant. Quod si quis vero onus bajulet, aut si sint in synagoga duo ostia versus duas mundi plagas, ut videri possit introiturus per alterum ostium, nec minus si fuerint in urbe duæ synagogæ, ut reputari possit ex consuetudine alteram ingredi, denique si in capite gestet phylacteria, licitum est ei præterire*. in Hilchoth Thephillah cap. 6. ab initio.

III. Ut vero rite præpararentur orantes, opus illis erat ante omnia exoneratione ventris & manuum ablutione. Mass. Berachoth: יפנה ויטול ידיו ויניח תפילין ויקרא קרית שמע ויתפלל וזו היא מלכות שמים שלמה *Ventrem quis exoneret, manus lavet, phylacteria induat, recitet ea & precetur: Et hoc est regnum cœlorum perfectum* fol. 15. col. 1. Lotio illa manuum vocabatur נטילת ידים *elevatio manuum*, & נטילה eo quod הנוטל ידיו צריך שיגביה ידיו למעלה שמא לפרק ויחזרו ויטמאו את הידים *qui lavaret manus, debebat elevare eas sursum, ne forte aqua reverteretur a junctura, & circumflueret, & pollueret manus*. in Mass. Sota fol. 4. col. 2. Fundebant autem aquam duabus vicibus: In priori affusione manus elevare solebant sursum: in posteriori demittere deorsum. Prior purificare credebatur manus: posterior aquam priorem a manibus immundam. Qua de re plura alia præcipiunt Talmudici in pecul. cod. qui inscribitur ידים ubi & de mensura & qualitate aquæ, de vasculo aliisque circumstantiis sollicite disputant. Ab hac manuum lotione ante preces, multum discrepabat ea, quam ante cibum observare solebant Judæi, cujus gratia discipuli Christi a pharisæis incusantur. Matth. xv. 1. 2. Marc. VII. 1. 2. 3. 4. quem in locum vide Cl. Drusium. Utriusque differentiam liquido cognoscet, qui pellegerit cap. 4. Lesusch hattechelæt R. Mordechai Japhæ fol. 3. col. 2. & seqq.

IV. Insimul profanum & illegitimum habitum necesse erat exuere orantes, qualis v. g. pera sive bulga &c. nec minus nudare pedes (quos in veteri Ecclesia etiam sacerdos templum ingressurus una cum manibus lavabat Exod. xxx. 20. ita quidem ut מניח ידו הימנית על רגלו הימנית וידו שמאליתעל ר״שורוחץ עומד ולא יושב *imponeret manum dextram super pedem dextrum, & manum sinistram super pedem sinistrum, lavaretque stans non sedens*, uti notat auctor hachinnuch) si regionis mos in magnatum cultu ritum istiusmodi ferret. Capite autem velato seu tecto orabant, veteres quidem Judæi, quod illi calanticis uterentur & talibus mitris, quæ non ita facile possent deponi: Post exilium vero, quod ap. orientales consuetudinis esset caput coram magnatibus & monarchis non aperire. Cumque adeo canon ille de habitu

tu precantium accomodatus fuerit ad loci genium, quatenus nempe in oriente regibus hujus ſeculi reverentia tecto capite exhibita : Europæos apellas hodienum caput ſuum in Synagogis nunquam aperientes merito carpit Ludov. Capellus ſpicileg. in N. T. pag. 87. De ritibus autem illis R. Moſe Maimon. ולא יעמוד בתפלה באפונדתו ולא בראש מגולה ולא ברגלים מגולות אם דרך אנשי המקום שלא יעמדו בפני גדולים אלא בבית חרגליים *Ne quis oret cum pera , neque capite retecto , neque nudis pedibus , ſi nempe mos popularium illius loci ſit , ut non ſtent coram magnatibus niſi pedes calceati* l. c. cap. 5. num. 5.

V. Dehinc ſacrum precantiumque proprium habitum induebant. Fuit ille pallium ex quadratis particulis confectum, ex lana lino vel ſerico , bipertitum , ſuperne ligamentis laxe connexum, traductoque capite humeris injici conſuetum , ut una pars a pectore altera a tergo dependeret . Inferioribus quatuor angulis fila lanea contorta & oblonga annectebantur, coloris hyacintini, numero IV. quæ in extremitatibus panni traducta per foramen duplicabantur , ut octo dependerent . His quinque nodi ſingulari artificio præterea implicabantur Ad quem modum multis paginis paſſim Rabbinorum ſcholæ figuram amiculi iſtius delineant. At enim quanti id fuerit æſtimatum , colliges ex h. v. Maimonidis : לעולם יהא אדם זהיר במצות ציצית שהרי הכתוב שקלה ותלה בה כל המצות כולן שנאמר וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה *Semper homo obſervantiſſimus ſit præcepti de pallio precantium: Siquidem Scr. S. in illo ponderat & ſuſpendit omnia cætera præcepta* , *q. d.* Et videbitis & recordabimini omnium præceptorum Domini (Num. xv. 38.) in hilc. tzitzit cap. 3. §. 12. Eoque majori in pretio putabant, quod Deus ipſe veſtem illam præcepiſſet Num. xv. & Deut. XXII. quibus locis appellatur ציצית *fimbria* & גדילים *fila contorta*. Quamvis neque de etymologia neque an diſcrimen inter ea ponendum, quod alii contendunt , litigare animus ſit: illud ſaltim diffiteri nolumus, prius illud nomen de amiculo iſto in communi converſatione fuiſſe receptius.

VI. Alias ציצית denotabat membranulam aut ſchedam fimbriis palliorum iſtorum adſutam : in qua deſcripti exſtabant aliquot e lege Moſis verſiculi v. g. Deut. VI. 5. 6. 7. 8. 9. &c. quod diſcere poſſumus ex canone Hebræorum תפילין בראש ובזרוע מזוזה בפתח וציצית בבגד *Eadem membranula , ſi capiti alligata ſit & brachio, vocatur* Thephillin, *ſi janua* Meſuſa , *ſi veſti* Tzitzit . Ab hac fimbria tali appendice ornata toti dein indumento reſultavit cognomentum *Tzitzit* . Quod Chaldæus paraphraſta Num. xv. 28. vertit כרוספרא dictione exotica, Græcæque originis, quam ibidem retinuere LXX. interpr. *ϗ̀ ποιησάτωσαν ἑαυτοῖς κράσπεδα* &c. *ϗ̀ ἐπιθήσετε ἐπὶ τὰ κράσπεδα*. Et rurſus Deut. XXII. 12. *ἐπὶ τῶν τεσσάρων κρασπέδων*. Apud profanos ſcriptores uſurpatur de fimbria inſtitæ , de margine rei &c. & medicorum filiis vocatur ita uvæ ſeu columellæ affectus in longam & tenuem membranam deſinentis.

VII. Neque veritati omnino diſſimile videtur , Chriſtum Meſſiam noſtrum , cum in terris ageret , fimbrias iſtiuſmodi geſtaſſe : non ſolum ex eo , quod mulier *αἱμοῤῥοῦσα* tetigiſſe *τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ* diſerte legatur Matth. IX. 20. Luc. VIII. 44. ubi ipſe Div. Hieronymus per *τὰ κράσπεδα* intelligit fimbriam Tzitzis comm. in Matth. XXIII. 5. tom. IX. fol. 33. col. 3. ſed & quoniam a pueritia Judæorum filii tum erudiendi erant in recitatione phylacteriorum , tum fimbriarum geſtationi aſſuefaciendi , uti inter alios perhibet Rambam : כל קטן שיורע להתעטף חייב בציצית כדי לחנכו במצות *Omnis minorennis , qui ſcit ſe amicire , obligatus eſt ad induendum Tzitzis , eo ut initietur præceptis* . In hilcos tzitzis cap. 3. §. 9. Nec obſtat, quod Jeſus ipſe acriter caſtigaverit Phariſæos *μεγαλύνοντας τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν* Matth. XXIII. 5. Cum , uti interpretes prope omnes obſervarunt , ſuperſtitionem ibi & abuſum damnet : ſive illud *μεγαλύνειν* de magnifica jactatione & ſtulto faſtu propter legis obſervationem accipiamus cum Beza , ſive de vera & communem modum excedente dilatatione ſchedularum in fimbriis , qui hypocritarum ritus eo pertinebat , ut exquiſiti legis filii crederentur , digitiſque hominum etiam e longinquo conſpicui monſtrarentur . Nam & Hieronymus l. c. & Div. Anſhelmus comm. in h. l. tom. I. fol. 9. col. 2. referunt, alligaſſe eos fimbriis iſtis acutiſſimas ſpinas , ut eundo vel ſedendo pungerentur , eoque ad divina officia ſubinde revocarentur.


VIII. Cætera de amiculis iſtis data opera ſicco præterimus pede , eam nobis legem ponente chartæ anguſtia, alteriuſque ſingulari tractationi relinquimus. Cum in tali materia tot caſibus , quotquot effingui poſſunt, variiſque circumſtantiis integra oppleant volumina ju-

Judæi. E tanto numero vel solus legi potest primipilaris ille Maimonides part. I. immensi operis Jadh, lib. haahabha, sect. 6. fol. 59. & seqq.

IX. Restat ut eadem brevitate de pyctaciolis ab orantibus fronte & brachio gestari consuetis, agamus. Ritum illum a Deo præceptum putant Judæi Exod. XIII. 9. 16. Deut. VI. 6. 7. 8. XI. 18. Quibus locis vocantur טטפות voce nullibi in sacro textu alias usitata: cujus vera significatio judicante Marino ignoratur. Aquila vertit ἐνεκτά, *adhæsilia*, *ligamina*, Vulg. Latin. *adpensum*. Hebræorum nonnulli Ægyptiacam esse, denotantem *conspicilia* seu *dioptram*, existimant Arias Montanus, Xantes Pagninus & alii *frontalia* interpretantur, Aben Esdra זכרון, Munsterus *memoriale*, Luth. ein Denckmal/ Pontif. interpr. ein Denckzeichen/ vetustissima Germanica ein angehangenes Ding. Fullerus *circumeuntia* quasi caput & brachium, ab Arabico טוף *ciecumire*. Piscator idem significare arbitratur, quod Jes. III. 21. *monilia nasi* seu gemmæ naso impendentes, quæ in mundo muliebri commemorantur (sic enim moris erat apud Hebræos suspendere monile quoddam in fronte inter oculos, ut de re aliqua cujus recordari vellent admonerentur) quæst. 137. in Deut. Jonathan ben Usiel טטפתא aliquoties reddit, quod est in Hebræo, אצעדה. Est autem hoc armilla, & ornamentum tam capitis quam manuum, a צעד quod *motum* & *incessum* notat, quod ornamenta illa ad motum corporis moverentur. Ita Joh. Camero in myroth. Evang. p. 166. טטפות a טפף deducit quod proprie est *inter incedendum corpus agitare*, uti legitur Jes. III. 16. quoniam ornamenta illa in incessu agitarentur. LXX. verterunt ἀσάλευτα *inconcussa*, *immobilia*, sive κατ' ἀντίφρασιν, seu quod in fronte & brachio semper hærerent, nec inde unquam moveri deberent, seu quod cillendo rem nunquam memoria excidere paterentur. Etsi fortassis rectius statuitur, scripsisse eos ἁ σαλευτά, *ea quæ moventur*. In N. T. Matth. XXIII. 5. vocantur φυλακτήρια, (qua dictione Epiphanius limbos sive fascias, quibus prætexerentur vestes, significari perperam tradidit) quasi *observatoria*, *custodientia*: propterea quod erant memoralia, quæ legem Dei in assidua recordatione tenerent & custodirent. Quamvis alii sic dicta malint, quasi *cautiones*, quod iis se tutos crederent superstitiosi adversus morbos & fascinationes: Ægrotis enim imponere solebant ea, ut convalescerent, quod perdiscere possumus ex Thal. Hierosol. mass. Schabbas fol. 8. col. 2. Forte huc respicit vetus versio Anglo Saxonica, quæ in cit. Matth. l. transfert. *hi tobrædath hyra healsbec*. Certe apud Dioscoridem libr. v. φυλακτήριον usurpatur pro amuleto seu antidoto. Digni qui consulantur amplius Paulus Fagius nott. in Exod. XIII. Beza in N. T. tom. I. fol. 106. & seqq.

X. Uterque paraphrasta Chaldæus Onkelos & Jonathan vocabulum טטפות, & Syrus N. T. φυλακτήρια interpretantur תפלין: quæ appellatio inter Hebræos ad hodierna usque tempora remansit. Etsi origine ap. nonnullos dubia. Quidam enim a תפלה *oratione*, deducunt, quod eorum præcipuus in precando sit usus, quemadmodum Romano-Catholici sua rosaria *pater noster*, Gallice *pater noster* vocant. R. Elias & alii derivant a פלל *judicando* כלומר שהן אות ועדות לכל רואים שהשכינה שרה עליהם דכתיב וראו כל עם הארץ כי שם יהוה נקרא עליך *quasi dicas, quod sint* κριτήριον *& testimonium omnibus ospicientibus, quod majestas divina dominetur Judæis, uti scribitur Deut.* XXVIII. 10. &c. Nic. Fullerus miscell. v. 7. nescio ex qua ratione ab istis discedit, radicemque constituit תפלה *ad hærere*, *conjungere*, *applicare*.

II. Fuere autem *Thephillin* duplcia תפילין של ראש *phylacteria capitis*, & תפילין של יד *phylacteria manuum*. Illorum confectionem ita docet Mose ben Maimon: כיצר עושין תפילין של ראש לוקחין עץ מרובע ארכו ורחבו כגבהו ואם היה גבהו יותר על רחבו או פחות ממנו אין בכך כלום ואין מפקידין אלא על ארכו שיהא כרחבו ותופרין בו שלשה חריצין כדי שיעשה לו ארבע ראשים כגון זה ולוקחין עור ומרטיבין אותו במים ומשימין בו את העץ ומכניסין את העור בין כל חריץ וחריץ וממשמשין אותו והוא רטוב מכאן ומכאן עד שעושין בו דמות שין שיש לה שלשה ראשין מימין המניח תפילין ודמות שין שיש לה ארבע ראשין משמאל המניח ומניחין את העור על העץ עד שיבש ואחר כך חולץ העור מעל גבי האימום של עץ ונמצא העור שיש בו ארבע בתים פנויין ומכניסין פרשה על כל בית ובית ומחזירין מקצת העור מלמטה ותופרין אותו מארבע פינותיו ומניחין מן העור שלמטה מקום שתכנס בו הרצועה *Quomodo conficiunt phylacteria capitis? acipiunt lignum quadratum ejusdem longitudinis & latitu-*



di-

dinis cum altitudine. Quod fit autem altitudo ejus paulo excederet latitudinem aut minor esset ea, nihil referret. Non enim amputant nisi saltim si longior esset, ut æquale existeret latitudini. Fodiunt in illo tres cellulas, ita ut quatuor extent summitates juxta hanc figuram. Et accipiunt corium, atque humectant in aqua, & applicant ligno. Inde contrahunt corium inter singulas cellulas, & flaccidum reddunt illud & humidum hinc inde, donec conficiant in illo similitudinem ש *a dextro & sinistro latere, quod* ש *in illos tres habeat apiculos, in hoc quatuor. Et relinquunt corium super ligno usque dum exsiccetur. Postea extrahitur corium a forma ligni & deprehenduntur in corio quatuor cellulæ vacuæ. Et inserunt aliquot versiculos biblicos unicuique cellulæ, & circumvolunt in extremitate corium inferne, & consuunt illud in quatuor angulis suis, & relinquunt de corio inferne locum vacuum, cui inseri possit lorum quoddam.* In Hilcoth Thephillin cap. 3. n. 2. 3. ש illud denotat nomen שדי & Kabbalistica arte desumtum est ex initialibus litteris dictionum שם יהוה נקרא Deut. XXVIII. 10. Alia vero figura erat phylacteriorum manus, quam iterum depingit R. Mose: וכיצד עושין תפילין של יד לוקחין עץ מרובע ארכו כרחבו ויהיה נבהו כאצבע או יותר על זה מעט או פחות מעט ומחפין אותו בעור רטוב ומניחין את העור על האימום עד שיבש והולץ את העור ומניח את ארבע הפרשיות במקום העץ ומחזיר מקצת העור מלמטה ותופרו מארבע פינותיו: *Quomodo conficiunt phylacteria manuum? Accipiunt lignum quadratum longitudine æquale; Altitudo autem ejus digiti est, aut paulo major vel minor. Teguntque illud corio humido, & relinquunt hoc super forma usque dum siccum fiat. Inde extrahit aliquis corium, & indit quatuor sectiones ligni loco, & inferius convolvit corium. Atque ita consuunt in quatuor angulis.* l. c. num. 4. Talia phylacteria tam capitis quam manuum haut levi pretio a Judæo quoddam post preces ab ipso factas redemta mecum asservo.

XII. Quatuor illæ sectiones seu quatuor membranulæ, quas setis & frusto panni convolutas capsæ corii inserunt, descriptas habent IV. istas legis periochas. Prima exstat Exod. XIII. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Altera Exod. XIII. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Tertia Deut. VI. 5. 6. 7. 8. 9. Quarta Deut. XI. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Reliqua sponte omitto, quo liquore scribenda sint Thephillin, quibus litteris, qua lingua, qua καλλιγραφίᾳ, qua manu, qua devotione, a quo scriba, super quali membrana & horum sexcenta alia, quæ alterius curiosæ tractationi non video. Lectori tamen minutiarum istarum cupido præcipue evolvendum suadeo Maimonidem in Hilcoth Thephilin. Cui addere poterit e Christianis Hieronymum ab Oleastro ad Exod. XIII. 9. De eorum loris litterulisque in iis signatis conferri possunt Thosaphoth ad Meghillah f. 26. col. 2. Textus deinde istos in membranulis descriptos inter precandum certis ritibus recitabant, de quibus multa in Beracoth cap. 1. 2. 3. &c.

NOTA.

(Materiam isthanc de phylacteriis tam capitis, quam brachii, de sacris schedis ad ea pertinentibus, de loris nodisque eorum, singulis hisce accurate insuper ære depictis, erudite, ut cætera omnia, pertractavit Amplissimus Wagenseilius noster, ICtus & Polyhistor clarissimus in nuper edito comm. ad mass. Sota fol. 397. & seqq. u. a. 497.)

XIII. Habitum hunc precantium hypocritico fastu diu ante inceptas orationes & post finitas eas gestabant Judæi, ita ut plerunque per tres continuas horas in statu isto precatorio conspicerentur, uti videre est in Babyl. Beracoth fol. 30. col. 2. & fol. 32. col. 2. Et ita quidem induebant, ut certis benedictionibus, de quibus Maimon. l. c. cap. 4. §. 4. primum applicarent phylacteria manuum, postea capitis, ex ea ratione, quod in præcepto de phylacteriis Exod. XIII. & cæteris locis illarum prior mentio facta. Illa alligabantur brachio sinistro: Hæc vero fronti בין ריסי עינים *inter angulos oculorum*, ut scribit Chaldæus ad Exod. XIII. 16. seu eo loco שמוחו של תינוק רוק רופף *quo cerebri infantis est palpitatio*, uti habet glossa ad Mass. Thaanith fol. 16. col. 1. Contrario modo exuebant, ut capitis phylacteria prius deponerentur: altera succederent, & sic recondebant: cujus causam audi ex Maimonide: כשחולץ אדם תפילין להצניען בכלי לא יניח של יד מלמטה ושל ראש מלמעלה מפני שבשעה שהוא רוצה ללובשו יפגע בשל ראש תחלה: *Cum quis exuit phylacteria, ut recondat ea in capsulam, non reponet phylact. manuum infra, capitis supra, ne si iterum induere velit, incidat in capitis phylacteria primum*: l. c. cap. 4. §. 8. Ritum hunc qui minus se-

ſedulo attenderet, per contemtum nuncupabatur עם הארץ *populus terræ*. Vid. Maſſ. Sota fol. 22. col. 1.

XIV. Denique ſanctitatem iſtorum phylacteriorum plenis buccis extollunt Judæi: Namque ſacramento quiddam confirmantibus tangere ea præceptum erat, nec iiſdem indutis licebat edere ventris crepitum, aut exonerare alvum, aut ingredi locum ſepulcreti, aut intrare balneum, aut adire lautius convivium, aut denique ſomno ſe dare. Quas traditionum quiſquilias chartæ illinere rectius forte abſtinemus.

CAPUT III.

Propoſitum auctoris in geſtibus precantium recenſendis. Orantes ſtabant. עמידה. *Locis Lucæ* XVIII. 11. 13. *Matth.* VI. 5. *lux confertur. Veterum Chriſtianorum ritus. Orantes oculos deprimebant: Quare? Locus Luc.* XVIII. 13. *iterato declaratur. Ritus priſcæ Eccleſiæ Chriſtianæ. Devotio in precibus præcipuum requiſitum. Loci Jeſ.* XXXVIII. 2. *Thalmudica expoſitio. Orantes faciem quo converterint? Loci Jeſaiani alia explicatio. Orantes cur ſpectarint Hieroſolymam verſus? Cœlius Rhodiginus obiter notatur. Elxai hæretici ineptiæ. Manuum & pedum in precando poſitio. Loco Luc.* XVIII. 13. *tertia vice lux impenditur. Antiquus Chriſtianorum ritus.* IV. *Venerationis genera ap. Hebræos.* השתחויה *&* כריע *precantibus vulgo in uſu.* נפילה. *Raſchi ſcholion examinatur & ex Maimonide declaratur. De* כריע *amplius ex hiſtoria diſſeritur. Inter precandum oſcitare, ructare, exſpuere, ſternutare, num licitum? Vox precantium qualis?*

I. GEſtus precantium conſideraturi, nolumus ad quos vis decurrere angulos & ſingulas precum ruminari formulas, ut quæ ſingulares poterant requirere geſticulationes, v. g. ſi quando caput ad quatuor mundi convertebant plagas, ſubſiliebant, paſſus aliquot retro ſaliebant &c. Sed eos ſaltim perſpiciemus, qui paulo communiores erant & ad plures temporum occaſiones pertinebant.

II. Primum orantis requiſitum erat, *ſtare* unde עמידה *Statio* aliquando pro precibus ponitur. Maimon. אין מתפלל אלא מעומד היה יושב בספינה או בעגלה אם יכול לעמוד יעמוד *Nemo precetur, niſi ſtare poſſit. Si quis ſederet in nave ſuperius recta, velin plauſtro: ſi poſſibile ſit ei ſtare, ſtet.* Maſſ. Beracoth: נאמר וישכם אברהם בבקר אל המקום אשר עמד שם ואין עמידה אלא תפלה שנאמר ויעמד פינחס ויפלל *Scribitur:* Surrexit Abraham mane ad locum, quo ſteterat (Gen. XIX. 27.) *Stare autem nihil aliud ſignificat, quam orare: q. d.* Et ſtetit Pinchas & judicavit (Pſalm. CVI. 30.) fol. 20. col. 2. Unde jam intelligitur illud Luc. XVIII. 11. *Phariſæus ſtans hæc ap. ſe orabat.* Matth. VI. 5. *Et quum oraveris, non eris quemadmodum hypocritæ: nam illi ſolent in conciliabulis &c. ſtantes orare.* Ajunt etiam veteres Chriſtianos ſtantes oraſſe, ſed duntaxat diebus Dominicis, & a Paſchalibus feriis uſque ad Pentecoſten, in ſignum reſurrectionis Chriſti, uti tradit Auctor libri quæſt. & reſp. qui vulgo Juſtino perperam inſcribitur, quæſt. 115. tom. III. fol. 138. additque ex Irenæo Martyre & Epiſcopo Lugdunenſe, conſuetudinem talem a temporibus apoſtolorum accepiſſe initium.

III. Deinde deorſum ſpectabant orantes & figebant lumina terris: idque vel in humilitatis ſignum, vel ne quid vagis ſe inter religionem obſerret obtutibus, quod gentiles & poſtmodum Chriſtiani velatione cavebant. Ipſi Servatori noſtro laudatur ritus ille a publicano obſervatus Luc. XVIII. 13. ſive animi potius affectus ritu illo declaratus. De quo egregie ſane diſſerit Cl. Vorſtius Philoſ. S. part. II. cap. 38. pag. 266. R. Maimonides ולא יכפוף קומתו כבעלי חטטר' אלא מסתכל למט' כמו שהוא עומד בתפילה *Neqce incurvabit ſtaturam ſuam veluti gibboſi: Sed ſpectet deorſum, non ſecus ac ille qui ſtat in oratione.* In hilcoth deos cap. 5. fol. 18. col. 2. Maſſ. Jebammoth: המתפלל צריך שיתן פניו למטה *Precantem oportet vultum ſuum demittere deorſum* fol. 19. col. 2. Neſcio an huc pertineat illud in maſſ. Beracoht: אין עומדין להתפלל אלא מתוך כובד ראש *Non ſtant ad precandum niſi cum gravitate capitis*, cap. 5. halach. 1. Sane Chriſtianos veteres etiam diebus Dominicis & toto tempore quinquageſimæ, cum preces ſuas ſtantes fundarent, declinatis in teram vultibus oraſſe, diſertis verbis tradit vener. Beda in Luc. cap. 14.

IV. Hoc ipſum devotionis calcar reputabant & adminiculum attentionis: quam precibus unice neceſſariam & omne ferre punctum multis & egregiis ſententiis deprædicant Judæi. Sic ut abſque ea ſi eſſet, precationem diceres caſſam nucem & campanam piſtillo deſtitutam. Iis tamen brevitatis cauſa omiſſis unius producam R. Moſis Mikkotzi Ver-

verba : כפ׳ מצות חליצה אמר ר׳ יוסי העומד בתפלה נותן עיניו מלמטה כאילו הוא מביט לארץ ויהיה לבו פנוי מלמעלה כאילו הוא עומד בשמים כעניין שנאמר נשא לבבינו את כפים אל בשמים ואוהר שויתי ה׳ לנגדי תמיד *Cap.* 18. *in Maff. Jebammoth ait R. Jose : Qui ſtat in oratione , demittet oculos ſuos deorſum , ut qui intuetur terram: Cor autem ejus converſum ſit ſurſum , tanquam conſiſteret in cœlo , q. d.* Attollamus corda noſtra cum manibus ad Deum in cœlo. (Thren. III. 41.) *Et rurſus :* Propono Dominum mihi aſſidue . (Pſal. XVI. 8.) in סמ״ג Hilcoth thephillha, fol. 100. col. 3. Atque ſic Thalmudici interpretantur illud, quod de Hiskia legitur Jeſ. XXXVIII. 2. *Et convertit Hiskia faciem ſuam ad parietem* &c. ad quæ inter alia Don Iſaac Abarbenel : אל הקיר רבי יוחנן אמר שהתפלל מקירות לבו ר״ל בכוונה *Ad parietem . R. Jochanan ait oraſſe eum a parietibus cordis h. e. cum attentione*. fol. 58. col. 1. Certe inter requiſita orantis fuiſſe etiam לעמוד באימה וביראה *ſtare in tremore & timore* , teſtatur Kotzenſis l. c.

V. Veluti autem oculos in terram , ſic faciem Hieroſolymam , aut, quum illic degerent , templum verſus convertiſſe , neſcio antiquiorem dicam an notiorem ritum. De eo Maimonides: היה עומד בחוצה לארץ מחזיר פניו נכח ישרא׳ ומתפלל היה עומד בארץ מכוין את פניו כנגד ירושלם היה עומד בירושלם מכוין פניו כנגד המקד׳ היה עומד במקד׳ מכוין פניו כנגד בית קדש הקדשים *Qui conſtitutus eſt extra terram Iſraelis , convertat faciem ſuam verſus eam, ſicubi orat. Qui degit in ea, dirigat faciem Hieroſolymam verſus . Qui Hieroſolymæ eſt, verſus templum . Qui in templo, verſus ſanctum ſanctorum*. Hilcoth thephillah cap. 5. num. 3. In hunc ſenſum nonnulli locum antea allegatum Jeſaiæ exponunt, notante iterum Abarbenele: ולדעת יונתן הקיר הוא כותל בית המקדש רצה לומר כותל מערבי כי שם פיו נכח כותל הוא *Ex mente Jonathanis per parietem intelligitur paries templi S. nempe occidentalis: eo quippe diſpoſuit faciem ſuam* Hiskias. l. c. col. 2. Ritum illum ſervaſſe & Danielem , pateſcit ex cap. VI. 10. Neque cauſæ ejus fugient quenquam, qui in veteri hiſtoria hoſpes non eſt, qui reputabit templi & civitatis S. æſtimationem ap. Judæos, ſplendidaque Dei promiſſa, ſe majeſtate ſua illic quam maxime commoraturum & præcipue iri inventum. Adeoque argutias puto otioſi judicii , quas hanc in rem colligit alias rationes Cœl. Rhod. antiq. XII. 9. Poſtea cum Chriſtiani inter preces vultus ora converterent verſus orientem (cujus cauſas poteris diſcere ex aliis , inprimis ex Juſtino Mart. lib. quæſt. & reſp. cap. 118. tom. III. fol. 140. & ſeq.) ſurrexit quidam , Elxaj nomine , qui , abolita conſuetudine hac , Judæorum morem tradere non dubitavit . Ita narrat de eo Epiphanius: *κωλύει γὰρ εἰς ἀνατολὰς εὔξασθαι φάσκων μὴ δεῖν προσεύχεσθαι οὕτως, ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα δὲ ἔχειν τὸ πρόσωπον ἐκ πάντων τῶν μερῶν, τοὺς μὲν ἀπ᾽ ἀνατολῶν εἰς δύσιν προσέχειν τῇ Ἱερουσαλήμ, τοὺς δὲ ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολὴν τῇ αὐτῇ, τοὺς δὲ ἀπὸ νότου καὶ μεσημβρίας εἰς ἄρκτον, τοὺς δὲ ἀπ᾽ ἄρκτου εἰς μεσημβρίαν, ὡς πανταχόθεν τὸ πρόσωπον ἄντικρυς εἶναι τῆς Ἱερουσαλήμ·* lib. I. hæreſ. cap. 19. contra Oſſen. fol. 24.

VI. Porro manum ſiniſtram cordi , dextram vero ſiniſtræ imponere ſolebant precantes: nec non pedes arctius ad ſeſe invicem collocare & continere , uti refert Maimonides : כשהוא עומד בתפלה צריך לכוין את רגליו זו בצד זו ונותין למטה כאלו הוא מביט לארץ ויהיה לבו פנוי למעלה כאלו הוא עומד בשמים ומניח ידיו על לבו דפותיו הימינית על השמאלי׳ ועומד כעבד לפני רבו באימה ביראה ופחד ולא יניח ידיו על חלציו *Nempe, qui orat , neceſſum habet aptare pedes ſuos unum juxta alterum , & demittere oculos ſuos deorſum, ut qui aſpicit terram , cor autem convertere ſurſum, quaſi conſiſtat in cœlo : Deinde manus ſuas reponere ſuper cor, ut dextram ſiniſtræ imprimat. Stabit ita veluti ſervus coram domino ſuo, cum terrore , trepidatione & timore : neque manus ſuas relinquet in lumbis* . l. c. §. 4. R. Moſe Mikkotzi : העומד בתפלה צריך שיכוין רגליו זו אצל זו כעין מלאכים שנאמר ורגליהם רגל ישרה משמע שני הרגלים רגל אחד והוא הדין שישוה ידו על לבו זו אצל זו *Qui orat, debet diſponere pedes ſuos unum juxta alterum , inſtar angelorum , q. d.* Et pedes eorum pes rectus (Ezech. I. 7.) *Senſus ſimpliciſſimus eſt: duo pedes videntur unicus eſſe. Et hoc moris eſt , ut reponat manus ſuas ſuper cor unam penes alteram* &c. l. c. Nec inepte hinc declarabitur illud: *Et publicanus procul ſtans, nec oculos volebat ad cœlum attollere, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens* &c. Luc. XVIII. 13. H. e. cum vehementi anteactæ vitæ averſatione & tanto cordolio manus ex ritu gentis imponebat pectori jamjam precaturus, ut quaſi illud verberaret & contunderet. Simile plane exemplum reperimus apud veteres quoſdam Chriſtianos, quod conſtrictis ad pectus manibus fuerint precati . Ita enim Nicolaus I. Pont. in reſponſ. ad Bulgar . *Dicitis*

quod

quod Græci fatentur, quod in ecclesia qui non constrictis ad pectus manibus steterit, maximum habeatur peccatum. Hoc ut fieret præceptum fuisse nusquam nisi fallor invenitur; ac per hoc nisi fiat peccatum non est. Nam quidam faciunt hoc, quidam illud genus humilitatis. Cum antiquiores sublatis manibus vel expansis brachiis precationi institisse, plane sit certum. Idque fecere ad morem sanctissimorum V. T. Patrum. Ita Exod. XVII. 12. Mose inter precandum elevasse manus legitur. David Pſ. XXVIII. 2. *Dum oro ad te, dum expando manus meas ad templum sanctum tuum.* Et sic alibi sæpius.

VII. Fuere præterea quatuor venerationis genera, magnatibus virisque bene merentibus exhibita: quorum I. קדד dictum verticis erat inclinatio. II. כרע demissio capitis cum superiore corporis parte. III. ברך genuum flexio. IV. השתחויה, totius corporis extensis manibus pedibusque in faciem prostratio, de quibus plura Thalmudici inprimis in Schosuoth fol. 16. col. 2. Eorum inter preces usitata maxime erant II. & IV. Unde etiam נפילה *prostratio, casus*, quandoque sumitur pro precibus. Et caput quidem cum superiore corporis parte incurvabant quinque vicibus in oratione: In faciem autem procidebant, כריע quintum peracta, qua de re prolixius agit Maimonides l. c. §. 10. 12. 13. 14. fol. 42. col. 2. Quod si R. Salomonis Jarchi locus objiciatur ad Levit. XXVI. 1. להשתחות עליה. אפילו לשמים לפי שהשתחוה בפשוט ידים ורגלים היא ואסרה תורה לעשות כך חוץ מן מקדש *Ad incurvandum ei, etiam versus cœlum:* חשתחוה *enim fit expansione manuum & pedum: idque vetuit lex extra sanctuarium.* fol. 218. col. 2. edit. Venet. major. & minor. fol. 121. col. 3. Unde sequeretur incurvationem talem extra templum fuisse illicitam ac proinde destructo illo insuetam. Sciendum simpliciter eum intellectum, esse falsum. Declarari vero potest ex illo Maimonidis. ואסור לעשות השתחויה על האבנים אלא במקדש *Prohibetur fieri* השתחויה *SUPER LAPIDES nisi saltim in sanctuario.* l. c. §. 14. Rationem depromit idem, ne qua homo in lapidem figuratum incideret, ipsique effigiei se incurvaret: cum econtra essent certi de lapidibus sanctuarii המפיצלות *glabris minimeque figuratis* lib. עכו״ם cap. 6. §. 9. Utrumque hoc venerationis genus multoties in verbi divini tabulis reperimus.

VIII. כריע Ita demum perficiebatur, ut si quinta vice incurvassent corpus, moverent sinistrum pedem dextro sequente, & sic tres passus retrocederent, quo ipso השתחויה fiebat locus. In incurvatione autem illa primum ad latus sinistrum corpus deprimebant, postea ad dextrum: inde rursum caput & sese elevantes. Ritum hunc nuncupabant רתן שלום *Dare pacem.* Videsis Maimonidem in thephillah, cap. 5. §. 10. 11.

IX. Turpe vero ducebant, inter precandum oscitare, ructare, expuere, sternutare, & horum similia. Sic enim sentiunt Thalmudici? מנהק ומפהק הרי זה מגסי הרוח המתעטש בתפלתו סימן רע לו ויש אומרי׳ ניכר שהוא מכוער הרק בתפלתו כאילו רק בפני המלך *Ructans atque oscitans est ex elatis spiritu. Sternutans inter orandum, signum hoc sibi agnoscat infaustum: pronunciant enim eum profanum tanquam hominem turpissimum. Exspuens inter preces similis est illi, qui exspuit in faciem regis.* in Berachoth fol. 24. col. 2. Etsi de nonnullis benignius judicant alii, ut habetur prolixe ibi. Interim & hoc caverunt veteres Judæi, si tale quid imperii nescia atque impatiens natura humano corpori inter preces inveheret, qui se homo orans convenienter gerat? Et scribunt inter alia: מפהק היה מניח ידו על סנטרו *Oscitans imponat manum mento suo.* Et paulo post: איכא דאמרי היה עומד בתפלתו ובקש להתעטש מרחיק לאחריו ארבע אמות ומתעטש וממתין עד שיכלה וחוזר ומתפלל *Sunt, qui dicunt, si quis oret & sternutare velit, eum oportere recedere quatuor cubitos & sternutare, atque ibidem expectare, donec deficiat spiratio: inde recedere & orare &c.*

X. Denique qua voce usi fuerint orantes, docet Maimon: לא יגביה קולו בתפלתו ולא יתפלל בלבו אלא מחתך הדברי׳ בשפתיו *Ne quis extollat vocem suam in precando, nec tamen oret saltim in corde: sed præscindat quasi verba in labiis, &c.* in Thephilla cap. 5. §. 9. Hinc ille Thalmudicorum canon: המשמיע קולו בתפלתו הרי זה מקטני אמנה המגבי׳ קולו בתפלתו הרי זה מנביאי השקר *Qui orat, ut audiatur ab aliis, ille est ex* ὀλιγοπίστοις: *Qui extollit vocem suam inter preces, ille est inter prophetas mendacii.* In Brachos. l. c. Pro antiquitate hujus ritus advocant Judæi Hannam Deo supplicantem, labraque moventem, ita ut sermo ejus percipi non posset. 1. Sam. 1. 13. Erat tamen tempus & locus, quibus lumbos excitarent, & Stentorea voce aera implerent, nubesque ferirent. Id quod ad speciales illos casus §. 1. refero & nunc prætermitto. Pertinet tamen huc etiam, quod prompte & citra hæsitationem oportebat Ju-

dæos precari, uti infra cap. v. ex Maſſ. Brachos probabimus. Hinc narratur fabula in Thalmud: אמרו עליו על רבי חנינא בן דוסא כשהיה מתפלל על החולים היה אומר זה חי וזה מת אמרו לו מנין אתה יודע אמר להם אם שגורה תפלתי בפי יודע אני שהוא מקובל ואם לאו יודע אני שהוא מטורף *Perhibent de R. Chanina ben Doſa, quod ſuper ægrotos precatus dixerit: hic convaleſcet, iſte morietur. Quæſiverunt ergo ex eo unde id ſciret? Reſp. ſi preces meæ in ore meo promtæ ſint & expeditæ, ſcire poſſum quod hic reſtituendus ſit, ſi minus, cognovi viceverſa, quod ille ex mortalium communione tollendus.* Maſſ. cit. cap. 5. hal. ult.

CAPUT IV.

Preces Judæorum in templo ſeu Synagoga. Circumſtantiæ loci neceſſitas רשע & שכן רע *quis? Samaritanorum templum & ſecta. Joh.* IV. 20. 21. *Locus orandi in templo ſingulorum proprius: Et qualis? Feneſtris & januis apertis orabant Judæi: Cur in loco eminentiori orare vetitum? Oranti jacere in lecto, ſedere in ſcabello &c. prohibitum. Synagogæ lapide ſtratæ ſtoreis aut ſtramine tegebantur, & quare? Aliquando in limine templi orare incipiebant & deſinebant. Orabant & extra templum, quare? Precatoria ubi ædificata? Locus Matt.* VI. 5. *ſolide illuſtratur: Ibi in ſignificato vocis* συναγωγῶν *quibuſdam abſentitur. In plateis quando oraverint? & cur? Loca precantibus profana & illicita apud Hebræos: An talia apud Chriſtianos quoque diverſæ Patrum ſententiæ. Mens Divi Pauli* 1. *Tim.* II. 8. *Tempora diei ſtata, precibus deſtinata. Preces veſpertinæ, matutinæ, & meridianæ: & earum auctores. Circumſtantiæ temporis neceſſitas. Preces fortuitæ.*

I. MAjorem Judæi vim ac efficaciam aſcripſerunt precibus, quæ, veluti olim in templo Hieroſolymitano, ita poſtea in Synagogis conjunctis quaſi cordium viribus ad Deum funderentur. Id quod neceſſarium prorſus duxere, uti tradit Rabbenu Aſcher: אבא בנימין אומ׳ אין תפלתו של אדם נשמעת אלא בבית הכנסת שנ׳ לשמוע אל הרנה ואל התפלה *Aba Benjamin dixit: Preces hominis non exaudiuntur, niſi in domo ſynagogæ, q. d.* Ad audiendum orationem & preces (1. Reg. VIII. 28.) in Prakim ſuper Maſſ. Brach. cap. 1. fol. 1. col. 3. Et paulo poſt: ואמר רבי יוחנן משום רבי יוסי אין תפלתו של אדם נשמעת אלא בבית הכנסת שנ׳ ואני תפילתי לך ה׳ עת רצון אימתי עת רצון בשעה שציבור מתפללין *Ait R. Jochanan nomine R. Joſe: Nullius preces exaudiuntur, niſi in templo q. d.* Et ego oratione mea ad te Domine tempore beneplaciti. (Pſal. LXIX. 24.) *Ecquando nam tempus beneplaciti? Illud, quo eccleſia orare ſolet.* Quæ deſumſit ex maſſ. Brachos fol. 8. col. 1. Et ita quidem neceſſarium, ut qui ejus minus eſſet obſervans, famoſis nominibus רשע *impii* & שכן רע *vicini mali* vulgi ore differretur. Rabbenu Aſcher: ואמר רבי חלבו אמר רב הונא כל המתפלל אחורי בית הכנסת נקרא רשע שנ׳ סביב רשעים יתהלכון *Ait R. Chelbo, ait Rab Huna: Quiſquis orat poſt Synagogam, vocatur impius q. d.* Circumcirca impii ambulabunt. (Pſal. XII. 9.) ibid. Maſſ. Brachos: אמר הקב״ה כל העוסק בתורה ובגמילות חסדים ומתפלל עם הצבור מעלה אני עליו כאילו פדאני לי ולבני מבין אומות העולם אמר ר״ל כל מי שיש לו בית הכנסת בעירו ואינו נכנס שם להתפלל נקרא שכן רע שנאמר כה אמר ה׳ על כל שכני הרעים הנוגעים בנחלה אשר הנחלתי את עמי את ישראל הנני נותשם מעל אדמתם *Dixit Deus benedictus, quiſquis operam dat legi & retributioni pietatis, & orat in Synagoga: de eo reputo ego ac ſi redemiſſet me filioſque meos a populis mundi. Ait Reſch Lakiſch: Quiſquis in civitate ſua habet Synagogam, neque ingreditur eam cum precatur, ille vocatur vicinus malus, q. d. Jerem.* XII. 14. *&c.* fol. 8. col. 1. quæ in capitulis ſuis repetit Rabbenu Aſcher, l. c.

II. Smaritanorum autem ſecta, Judæis æque inviſa atque Ethniciſmus, quamvis ſuperſtitione ne latum unguem a ſe invicem diſtarent, precibus deſtinavit templum in monte Gerizim, repudiata æde Solymæa: quod ducentos circiter annos floruit tandem ferro ac flammis Hircani vaſtatum. De quo multa videri poſſunt in Juchaſin fol. 14. col. 2. Benjam. Tudel. itiner. fol. 60. Joſeph. Antiqq. XI. 8. Adrichomii theatr. T. S. in tribu Ephr. litt. G. num. 45. Lightfoot. centur. chorogr. cap. 56. Nos verbo ejus mentionem fecimus ad fœnerandum lucem loco Joh. IV. 20. 21.

III. In Synagoga vel templo locum quiſque orandi habebat proprium & peculiari modo adaptatum. Rabbenu Aſcher: א״ר תנחום ברבי חייא צריך אדם ליחד לו מקום בבית הכנסת שנ׳ ויהי דוד בא עד הראש אשר ישתחוה *Ait Rabi Tanchum cum R. Chajia: Neceſſum eſt, ut quilibet proprium ſibi vendicet locum*

in

in templo, *q. d.* II. *Sam.* XV. 32. *&c.* Et paulo post: אמר רבי יוחנן משום רש״י בן יוחי כל הקובע מקום לתפילתו אויביו נופלין תחתיו שנ׳ ושמתי מקו׳ לעמו ישראל ונטעתיהו ושכן תחתיו *Ait R. Jochanan nomine R. Jochaija: Quisquis sibi locum determinat ad preces suas, ejus inimici procident sub ipso*, *q. d.* I. *Paralip.* XVII. 9. *&c.* l. c.

IV. Locus orandi (sive publicus ille, sive privatus) debebat esse declivior, in quo facies nulla mole interjecta converti posse ad parietem: Dein fenestræ & januæ Hierosolymam versus apertæ. Rabi Maimonides: יעמוד במקום נמוך ויחזיר פניו לכותל וצריך לפתוח חלונות או פתחין כנגד ירושלים כדי להתפלל כנגדן שנאמ׳ וכוין פתיחן ליה בעליתיה וכו׳ *Stabit in loco declivi, convertetque faciem suam ad parietem. Necesse vero est ut aperiat fenestras januasve versus Hierosolymam, ut eo versus precetur, ceu dicitur, Dan.* VI. 10. *&c.* in Hilc. Theph. cap. 5. §. 6. fol. 42. col. 1. Rabi Mose Mikkotzi: אל יעמוד אדם במקו׳ גבוה ויתפלל משום שנאמ׳ ממעמקים קראתיך ה׳ ושלא דבר חוצץ בינו ובין הקיר שנאמר ויסב חזקיה פניו אל הקיר *Ne quis stet in loco editiori sicubi orat*, *q. d.* Ex profunditatibus vocavi te Domine (Psalm. CXXX. 1.) *Et ne quicquam intermedianum sit inter ipsum & parietem*, *q. d.* Et vertit Hiskia vultum suum ad parietem. (Jes. XXXVIII. 2.) in סמ״ג l. c. Caussas R. Mordechai reddit potissimum duas: I. ויירא שמא יפול ולא יוכל לכוין בתפילתו ne talis in altiori loco constitutus *timeat, ne forte cadat, adeoque orationi nequeat attendere.* II. שנרא׳ כגאות אם הוא עומד במקום גבוה יותר משאר העם ואם הוא עומד במקו׳ עמוק הרי הוא משפיל עצמו ומכניע ותפלתו מקובלת יות׳ *Quoniam superbiam redolet, si ille, qui constitutus est in elevatiori loco, emineat præ cæteris hominibus: cum viceversa, qui in depressiori loco existat, deprimat & humiliet seipsum, precesque ejus oppido sint acceptæ.* in Lesusch hattech. sect. 90. num. 1. fol. 31. col. 2. & 3. Istiusmodi precatorii effigiem accurate secundum hactenus recensitas circumstantias delineatam, sistit Rabbi quidam, quam etiam in hac dissertatione una cum ipsis phylacteriis exhibuissemus, si glypta fuisset ad manus. Quantitatem interim prohibitæ altitudinis dimetitur Maimonides l. c. & ex eo fonte rationem producit, quare interdictum fuerit orare jacenti in lecto aut sedenti in solio vel scabello: לא יעמוד על מקום גבוה שלשה טפחים או יותר ויתפלל לא על גבי מטה ולא על גבי ספסל ולא על גבי כסא *Non stabit supra locum altum tres palmos, aut quod excedit, sicubi oret: Non super lecto, nec super scabello, aut solio.* §. 7. Casus autem, quos excipiunt & variatis paulo circumstantiis fingunt, jam sponte omitto.

V. Incurvatio השתחויה non poterat peragi in loco lapidibus strato: Ne forte inciderent in lapidem figuratum, adeoque imprudentes idololatriam committerent. מפני זה נהגו כל ישראל להציע מחצלאות בבתי כנסיות הרצופות באבנים או מיני קש ותבן להבדיל ביניהן ובין האבנים ואם לא מצא דבר מבדיל בינו ובין האבן הולך למקום אחר ומשתחוה או שוחה על צדו ומטה כדי שלש ידביק פניו באבן: *Ex hac causa solebat omnis Israel in synagogis, quæ lapide essent substratæ, storeas sternere aut straminis genus: quo inter ipsos & lapides aliquid intermedium foret. Quod si deesset, quo lapides contegerent, alium in locum ibant, atque ibi se prosternebant vel in latus inclinabant, ne facie lapides contingerent.* Maimonides lib. Akom. cap. 6. §. 10.

VI. Ex iis, quæ hactenus dicta sunt, constare puto, Judæos preces fuisse orsos, cum in templo jam consisterent. Refertur tamen in Thalmudh, quod רבי חנניה בן הקנה היה מתפלל בכניסתו לבית המדרש וביציאתו תפלה קצר׳ אמרו לו מה מקום לתפלה זו אמ׳ לה׳ בכניסתי אני מתפלל שלא יארע דב׳ תקלה על ידו וביציאתי אני נותן הודאה על חלקי *Rabbi Jechoniia ben Hakkanna oraverit brevem precatiunculam, cum adiret Ecclesiæ domum & cum exiret ea. Cumque rogassant, num hic esset locus precum? respondisse: in ingressu orare se, ne excidat sibi verbum male ominatum, & in exitu se gratias agere pro portione sua.* Berachoth fol. 67. col. 3. Simile legas in Hieros. Berachoth cap. 9. halach. 4.

VII. Veruntamen & alias extra templum vel scholam orabant. Idque facile colliget, qui modo sanæ rationis usu pollet, non cuivis nec ubique patuisse synagogam aliquam: & nihilosecius absque precibus Judæos nuspiam egisse. Ecclesiam enim constituebant decem demum Judæi: qui si alicubi locorum degerent, necesse erat extrui ibi synagogam. Maimonides: כל מקום שיש בו עשרה מישר׳ צריך להכנה בה בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת *In quocuque loco decem sunt ex Israele, necessum est, ut ædificetur ibi ædes, in quam se omni tempore precum orandi ergo recipiant Locus autem ille vocatur synagoga.* cap. 11. ab init. in hilcoth thephill. fol. 46. col. 1. Unde illud in Mass. Berachoth: אמר רבי יוחנן

בשעה שהקב״ה בא בבית הכנסת ולא מצא בה עשר׳ מיד הוא כועס שנאמר מדוע באתי ואין איש קראתי ואין עונה *Ait Rabbi Jochanan: Quando S. Benedictus Deus venit in synagogam aliquam, nec reperit ibi decem, statim indignatur*, q. d. Quare veni & non erat quisquam? vocavi & nemo respondebat? (Jes. I. 2.) fol. 6. col. 2. Atqui illud sæpe accidere poterat, ut numerus ille non esset integer, vel solus aliquis versaretur alicubi Judæus: quod bene etiam subnotavit Resch Lakisch loco superius §. I. allegato. Hinc proficiscentibus licebat orare in navi, in curru, in equo, in asino &c. Berachoth: היה רוכב על החמור ירד ויתפלל ואם אינו יכול לירד יחזיר את פניו ואם אינו יכול להחזיר את פניו יכוין את לבו כנגד בית קדשי הקדשים *Qui inequitat asino, descendat oraturus. Si descendere nequeat, vertat saltim faciem suam: Si nec hoc possit, saltim cor suum disponat versus sanctum sanctorum*, fol. 67. col. 3. Quin imo in tantum laxabantur limites isti, ut, qui foris extra templum staret, ritc precaretur, tametsi non ingrederetur, modo rite subsisteret. R. Mordechaj Japhæ: טוב יותר הוא שיכנס לב״ה מקום שהקהל מתפללין שם אשר שם השכינה ואם הוא עומד בחוץ בכותל צפוני או בכותל דרומי אם הופך פניו מב״ה ואחוריו לב״ה נקרא רשע ואם הופך פניו לב״ה לא נקרא רשע אע״פ בחוץ כיון שפניו כלפי ב״ה *Melior est ille, qui ingreditur synagogam cum ibi Ecclesiæ precatur: siquidem illic majestas divina moratur. Si vero stet foris ad parietem septentrionalem, & avertat vultum suum ab ipsa synagoga, vocatur Impius &c. Si vero vertat vultum suum ad synagogam, non ita vocatur, etiamsi stet foris, quandoquidem facies ejus disposita est versus synagogam*. lib. cit. fol. 31. col. 3. 4. Ubi plura hanc in rem vide.

VIII. Ipse certe Servator noster affectatam Pharisæorum pietatem increpans, Matth. VI. 5. eorum refert morem precandi ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν. Ubi quidam illud ἐν ταῖς συναγωγαῖς minus recte, in den Schulen / *in synagogis* (scil. ædificiis) vertunt. Melius Erasmus, *in conciliabulis*: & Beza, *in conventibus*, *es compagnies*, interpretantur. Licet neuter ad ritum intenderit oculum. Nimirum cum in Republica Judæorum omnia vergerent in deterius, solebant illi in festis & publicis jejuniis publice in plateis convenire & ibidem fundere preces: quas eo minus negligere studebant Pharisæi, quo magis observantes sacrorum vitæque inculpatæ videri cupiebant hypocritæ, quoque plus sub dio in tam solemnibus congregationibus oculis universæ plebis notarentur. De ritu illo satis manifesto constat ex mass. Thaanith: סדר תעניות כיצד מוציאין את התיבה לרחובה של עיר ונותנין אפר מקלה על גבי התיבה וברא׳ש הנשיא ובראש אב בית דין וכל אחד ואחד נוטל ונותן בראשו הזקן שבהן אומר לפניהם דברי כיבושין אחינו לא נאמר באנשי נינוה וירא אלהי׳ את שקם ואת תעניתם אלא וירא אלהים את מעשיה׳ כי שבו מדרכם הרעה ובקבלה הוא אומר וקרעו לבבכם ואל בגדיכם: עמדו בתפלה מורידין לפני התיבה זקן ורגיל ויש לו בנים וביתו ריקם כדי שיהא לבו שלם בתפלה ואומר לפניהם ארבע ועשרים ברכות *Ritus jejuniorum equalis? Produxerunt Arcam in plateas urbis & sparserunt pulverem super arcam, & in caput præsidis synedrii & vice-præsidis: & sic unusquisque cinerem capiti suomet imposuit. Senior ex illis dicebat: O fratres nostri! non exstat in historia de Ninivis*: Et vidit Deus saccum illorum & jejunium illorum. *Sed*: Et vidit Deus opera illorum, quod converterentur a via sua mala (Jon. III. 10.) *Et in traditione majorum sic loquitur*: Scindite cor vestrum & non vestimenta (Joel. II. 13.) *Stabant orantes, constituebantque coram Arca senem aliquem expeditum, cui essent liberi, domus autem vacua, quo cor ipsius perfectum esset inter orandum: & recitabat coram eis viginti quatuor orationes &c.* cap. 2. halach. I. & 2. Causam subnectit R. Mose Ægyptius: רחובה של עיר אע״פ שהעם מתפללין בו בתעניות ובמעמדות מפני שהקיבוץ רב ואין בתי כנסיות מכילין אותן אין בו קדושה *Plateæ urbis, tametsi populus oret ibi in jejuniis & festis (tunc enim multitudinem ecclesiæ non capiunt synagogæ) non tamen sanctæ sunt &c.* in thephill. cap. II. num. 21. fol. 46. col. 2.

IX. Fuere tamen loca, in quibus precari usque adeo non liceret, ut ne meditari divini aliquid in iis sine piaculo posset quisqpam: Qualia v. g. balneum, locus ventri exonerando aptatus & similia immundis negociis destinata. Idque eo, quod non solum evacuatione immunditiæ sed & retectione partium obscęnarum profanari existimarentur. Quam rem aliquot paginis pertractant Rabbini. Solum huc producam canonem ex mass. Berachot: והאמר רבא בר בר חנה אמר רבי יוחנן בכל מקום מותר להרהר בדברי תורה חוץ מבית המרחץ ומבית הכסא *Ait Rabba bar bar Channa: Ait Rabbi Joachanan in omni loco licet contemplari S. Scr. præterquam in balneo & loco secreto*. fol. 24. col. 2. Quam Judæorum consuetudineur, si absit hypocri-

critica malitia, neque ineptam nec damnandam reor. Quantumvis veterum Christianorum quidam N. T. libertatem etiam ad hæc usque impura loca extenderint, nefas haud ducentes precibus ibidem Deum lacessere. Div. Augustinus, postquam de variis fidelium ritibus orandi sedendo, stando, in genua procumbendo, jacendo &c. egregie disseruisset, concludit tandem: *Cum aliquid repente venit in mentem, quo supplicandi moveanur affectus gemitibus inenarrabilibus, quocunque modo invenerit hominem, non est utique differenda oratio, ut quæramus, quo sedeamus aut ubi stemus &c.* lib. II. ad Simplic. quæst. IV. fol. 151. col. 2. litt. F. Ita plures senserunt alii, adducti I. Tim. II. 8. *Volo igitur orare viros in omni loco &c.* Quæ verba prisci interpretes fere universaliter intellexerunt. At div. Ambrosius restrinxit ea & juxta Hebræorum sententiam talibus limitibus obsepsit com. in h. l. *Si tamen* ait, *in omni loco orandum præcipit, ut competens locus intelligatur, non utique in inoportuno aut sordido loco. Quippe cum prohibeat Dominus vulgo orare: sed hoc monet, ne in sola ecclesia putarent orandum.* Tom. V. fol. 401. Altas nimirum radices egerat opinio ista, non exaudiri preces nisi solum in templo. Vid. supra §. I. Cum Ambrosio penitus consentit Div. Basilius M. de Baptism. lib. II. quæst. 8. Quem locum inprimis evolvendum suadeo: Exstat autem in veter. edit. Basil. Græca inter ascetica fol. 602. in vet. Basil. Latina tom. II. fol. 429. & seq.

X. De tempore precandi acturis nobis non est propositum singula ruminari festa tam majora quam minora, quæ pro solemnitatis & traditionum ratione multis variabant modis, atque adeo diversa precibus requirebant tempora: quibus sigillatim definiendis integrum destinandum esset volumen, videri autem ea possunt apud Thalmudicos Maimonidem, in Minhaghim & alios Rabbinos. Verum de illis duntaxat precibus jam agemus, quæ erant statæ quotidianæ, deinceps quibus agendis quotidie occasio poterat accidere. Diem igitur precantes tribus certis statisque dimetiebantur spatiis: quorum primum tempus *vespertinum*, alterum *matutinum*, tertium *meridianum*. Quas horas singulis diebus quilibet sacris votis celebrare majorum statutis severe astringebatur. Inde preces ipsæ cognominatæ & divisæ in *vespertinas*, *matutinas*, *& meridianas*. R. Mordechaj: חייב אדם להתפלל ג' תפלות בכל יום מקנת חכמים והם ערב ובקר וצהרים שהם ערבית ושחרית ומנחה *Quilibet obligatus est fundere tres precationes quotidie ex instituto sapientum: nempe vesperi, mane & meridie: Orationem vespertinam matutinam & meridianam*, lib. cit. fol. 31. col. 1. Iis cum maxime patulas præbere Deum aures sibi persuasissent, omnes quotquot publicum cœtum adire necessitate impedirentur, domi quoque easdem precibus conterere lege adigebant. Idem ibid. col. 4. Utque eo majus pretium reverentiusque obsequium statuto illi conciliarent, originem ejus ipsis ascripsere patriarchis: ceu ex Thalmude commemorat idem Rabbi: אברהם תקן תפילת שחרית דכתי' וישכ' אברה' בבוקר וגו' ופי' הפס' שהתפלל יצחק תקן תפל' מנח' דכתי' ויצא יצחק לשוח בשדה לפנו' ערב ואין שיחה אלא תפלה שנא' לפני יי' ישפוך שיחו יעקב תקן תפלת ערבית דכתיב ויפגע במקום וילן שם ואין פגיעה אלא תפלה *Abram ordinavit precationem matutinam, uti scribitur:* Et surrexit Abraham mane &c. (Gen. XIX. 27.) *sensus est, quod oraverit. Isaac instituit preces meridianas. q. scr.* Et egressus fuit Isaac ad meditandum in agro appetente vespera. (Gen. XXIV. 63.) *At meditatio nihil aliud est, quam oratio, q. d.* Coram Domino effundet meditationem suam (Psal. CII. 2.) *Jacob instituit preces vespertinas, q. scr.* Et incidit in locum & pernoctavit ibi (Gen. XXIIX. 11.) *sed* פגיעה (*incidendi vox*) *orationem significat*. l. c. col. 1. Quamdiu autem precibus istis institerint, sequenti capite edocebitur.

11. Præter stata ista tempora infinitis vicibus fortuiti contingere poterant casus & quotidie contingebant, quibus certis precum formulis aut Deum laudabant aut ipsi deprecabantur. Ejus rei saltim dabo specimen ex Hierosf. Berachoth: הרואה מקום שנעשו בו נסים לישראל אומר ברוך שעשה נסים לאבתינו במקום הזה מקום שנעקרה ממנו ע"ז אומר ברוך שעקר ע"ז מארצנו על הזיקין ועל הברקים ועל הרעמים ועל הרוחות אומר ברוך שכחו וגבורתו מלא עולם על ההרים ועל הגבעות ועל הימים ועל הנהרות ועל המדברות אומר ברוך בראשית רבי יהודה אומר הרואה את הים הגדול אומר ברוך שעשה את הים הגדול *Cum quis videret locum, quo facta essent miracula Israelitis, dicebat: Benedictus qui fecit miracula patribus nostris in hoc loco. Si locum, a quo eradicata erat Idololatria, dicebat: Benedictus qui eradicavit idololatriam a terra nostra. Super cometas, super terræ-motum, super fulgura, super turbines ventorum, dicebat: Benedictus cujus potentia & robur complent mundum.*

dum. Super montibus, & clivis, & maribus, & fluviis, & desertis dicebat: Benedictus sit qui est initium. Jehudha ait: Qui videret mare magnum, ei dicendum: Benedictus, qui fecit mare magnum &c. cap. 9. halach. 1. & 2. Vid. totum caput. Eodem modo oratiuncula utebatur, qui novam ædificare occiperet domum, qui indueret vestes novas, qui nova sibi compararet vasa, qui prole augeretur, qui aspiceret hominem formosum, qui intueretur arborem pulcram, qui videret æthiopem, nanum, curvum, luscum, cœcum, mancum: & horum sexcenta alia.

CAPUT V.

Preces statæ diversæ: Quotidianæ. שמנה עשרה, Preces octodecim: *Quando & a quibus concinnatæ? Samuelis hakkaton ætas. Cur Octodecim? Earum breviarium,* מעין *hujusque ratio. Judæi an Christianis quotidie precibus maledicant? Preces addititiæ. Ante Octodecim preces nulla certa orandi formula. Preces privatæ a diversis doctoribus ad eorum discipulos diversæ profectæ. Locus Luc.* IX. I. *declaratus. Preces in numero plurali prolatæ. Canonis Thalmudici verus sensus proponitur. In Orationem dominicam commentatio. Publicæ preces a publico ministro oranti populo prælectæ.* שליח ציבור חזן. Angelus Ecclesiæ *Apocalyps. cap.* II. *&* III. *Inspectoris ecclesiæ officium. Lapsus in recitatione precum mali ominis. Antiphona: Clausulæ publicarum precum duæ: Antiphona signa denunciata in ecclesia Alexandrina. Quo sono prolata? Rite erant efferenda.* Amen *in Ecclesia Christiana antiphonon; mos pervetustus. Loco* I. *Cor.* XIV. 16. *lux. Utraque precum Judaicarum clausula orationis Dominicæ a Christo adjecta, Matth.* VI. 13. *Alterius causa quædam verisimilis consignatur. Clausula illa orat. Dom. an supposititia? In Vulgata vers. omissa: an bene? Ad argumenta adversariorum respondetur. Versio Bibl. S. Hieronymi interiit. Locorum Matth.* VI. *& Luc. XI. differentia enucleata & ostensa. Clausulæ precum aliæ. Qua lingua fuerint precati Judæi? Judæorum preces prolixæ: & harum encomium Thalmudicum.* קהלא קרישא. *Multiloquium in precando a Christo repudiatum: & a patribus vet. Ecclesiæ.* Ejaculatoriæ preces. Jaculari preces.

I. Formularum precandi quædam erant statæ universoque Judæorum cœtui communes, & juxta diversitatem stati temporis vespertinæ, matutinæ, meridianæ. Nec minus ordinariæ erant illæ, quæ in sabbathis, diebus festis, jejuniis, circumcisionibus & hujusmodi solemnitatibus publice essent recitandæ. Quæ omnia e ritualibus eorum librisque precationum sunt notissima.

II. Ea vero, quam singulis recitare diebus publice in templo & terna quidem vice consuevere prisci non minus atque moderni Judæi, vocabatur שמנה עשרה *Oodecim*, quod ex tot particulis & gratiarum actionibus conflata esset precatio illa. Auctores constituunt synedrium magnum, quod ait Bechaj: באו אנשי כנסת הגדולה ותקנו תפלה זו של שמנה עשרה *Venerunt viri synagogæ magnæ & ordinarunt istam precationem octodecim.* in Cadh hakkæmach fol. 79. col. 4. Quamvis alii jussu tantum synedrii concinnatam & introductam, confectam autem seu in hunc ordinem redactam a Samuele quodam parvo sentiant: quem Christi Servatoris coævum fuisse admodum mihi fit verissimile ex seq. verbis Berachoth: תנו רבנן שמען הפקולי הסדיר שמנה עשרה ברכות לפני רבן גמליאל על הסדר ביבנה אמר ר״ג לחכמים כלום יש אדם שיודע לתקן ברכת צדוקים עמד שמואל הקטן ותקנה *Tradunt magistri, Simonem Pekolæum in ordinem redegisse Octodecim preces coram Rabban Gamaliele super seriem in Jafne. Dixit R. Gamaliel ad sapientes: Nam quisquam est, qui novit orationem instituere in Sadducæos? Prostitit Samuel parvus & ordinavit.* fol. 28. col. 2. in fin. Gamalielem autem istud præceptorem fuisse Div. Pauli apostoli recte judicat doctissimus Lightfoot. Numeri precum istarum rationes ibid. reddunt diversas Gemaristæ: הני י״ח כנגד מי א״ר הלל בריה דרבי שמואל בר נחמני כנגד י״ח אזכרות שאמר דוד בהבו לי״י בני אלים רב יוסף אמר כנגד שמנה עשרה אזכרות שבקריית שמע אמר רבי תנחום א״ר יהושוע לוי כנגד שמנה עשרה חליות שבשדרה ואמר ר׳ תנחום א״ר יב״ל המתפלל צריך שיכרע עד שיתפקקו כל חליות שבשדרה *Quare istæ preces sunt Octodecim? Ait R. Hillel filius R. Samuelis Nachman: Respectu nominis tetragrammati decem & octo vicibus repetiti Psal.* XXIX. *a Davide. Raf Joseph dixit: respectu octodecim nominum divinorum, quæ exstant in Krias schma. Ait R. Thanchum: ait R. Josua Levi, respectu octodecim officulorum, quæ sunt in spina dorsi. Perhibet enim idem, dixisse eundem Josuam, quod orantem oporteat se incurvare usque dum obstruantur omnes vertebræ in spina dorsi.* Quæ eadem repetun-

petuntur in maſſ. Jeſammos fol. 63. col. 2. Plures vide in maſſ. Thaanis fol. 65. Erant tamen præter iſtas palmarias & aliæ ſtatæ preces, quotidie in ſynagoga proferri ſolitæ.

III. Octodecim iſtæ precationes poſtmodum in compendium fuere redactæ, nuncupatum מעין: cujus cauſam unam referunt doctores Miſchnici: ר״ג אומ׳ בכל יו׳ ויו׳ תפלל אדם י״ח ר׳ יהושע אומר מעין י״ח ר״ע אומר אם שגורה תפלתו בפיו מתפלל י״ח ואם לאו מעין י״ח *R. Gamaliel inquit: Quotidie quilibet oret Octodecim. R. Joſua dicit: Summulam octodecim. R. Akiba dicit: Si expedita ſit oratio in ore ejus, oret octodecim: ſecus ſaltim ſummulam*. in Berach. l. c. Alteram reddit Rabbenu Aſcher: בימיה׳ הראשוני׳ היו בתי בנסיות שלהם בשדות והיו יראים להתעכב שם עד אחר תפלת ערבית נתיקנו לומר פסוקים אלו שיש בהן אזכרות כנגד שמונה עשרה ברכות של שמונה עשרה *Priſcis temporibus ſynagegæ veterum erant in agris: Metuebant autem illic morari uſque ad finitas preces veſpertinas. Itaque inſtituerunt, ut recitarent aliquot verſiculos, in quibus ſumma precum octodecim*. fol. 1. col. 2. in Berach.

IX. Continebat præterea quotidiana iſthæc precatio horrendam execrationem הגוים &c. &c. qua fulminari a nequiſſimis verbis Chriſtianos magno conſenſu perhibent noſtrates & prolixius id perſequitrr Buxtorſius in Synag. Jud. cap. 5. Quanquam tribules ſuos excuſet, & non ſine ſpecie innocentiæ aulæo palliatum eat Salman Seſi in libr. apologetico, Jüdiſcher Theriack, in cujus cap. V. ſolum preces Judæorum, quæ Chriſtianos pungere videntur, operoſe defendit, gentemque ſuam pugat. Ubi inter alia dej precatione Octodecim: jetzund kömmt מומר (*apoſtata*) vornen in die תפלה (*formulam precandi*) ſagt ב״אי אמ״ה שלא עשינו גוי (*Benedictus tu Domine Deus Rex mundi, quod nos non feceris Goj*) das ſey: wir loben GOtt, daß er uns zu keinem Chriſten gemacht hat. מומר (*apoſtata*) *Antoni Margarita*, nach Martinus Luther deutſchen *Goj* Heiden. Workömmt ein Chriſt in die תפלה (*precationem*) die in Eſra Zeiten gemacht worden? Oder was wolles ſeyn? Beten wir doch: שלא עשאנו אשה (*quod non feceris nos fœminam*) *&c.* cap. 5. num. 16. fol. 31. col. 1. Et cap. 3. num. 31. amplius demonſtras, vocula גוי in ſcriptis Judæorum nequaquam poſſe intelligi Chriſtianum. Imo ſtatim in exordio libelli iſtius ita præfatu: Wiß, daß חכמינו ז״ל (*ſapientes noſtri b. m.*) noch kein ספר (*liber*) erlaubt oder heiſt die Chriſten, die da glauben an ישוע נוצרי (*Jeſum Nazarenum*) zu verachten oder zu verſpotten, vielweniger zu fluchen, mit Worten oder Wercken zu beleidigen, &c. cap. 1. num. 1.

V. Porro precibus ſtatis adjecere alias a ſemet pro cujuſque neceſſitate & lubitu effictas, quibus ultimum quaſi punctum horæ precandi conterebant. In Thalmude legitur: רבי אלעזר בתר דמסיים צלותיה אמר הכי יהי רצון מלפניך ה׳ אלהינו שתשכן בפורינו אהבה וכו׳ רבי יוחנן בתר מסיים צלותיה אמר הכי יהי רצון מלפניך ה׳ אלהינו שתציע וכו׳ ר׳ זירא בתר דמסיי׳ צלותיה אמר הכי יהי רצון מלפניך ה׳ אלהינו שלא נחטא ולא נבוש וכו׳ רבי חייא בתר דמצלי אמר הכי יהי רצון מלפניך ה׳ אלהינו שתהא תורתך וכו׳ רב בתר צלותיה אמר הכי יהי רצון מלפניך ה׳ אלהינו שתתן לנו חיים וכו׳ רבי בתר צלותיה אמר הכי יהי רצן מלפניך ה׳ אלהינו ואלהי אבותינו שתצילנו וכו׳ *Rabi Elieſer poſtquam finiſſet preces ſuas, dicere ſolitus eſt: ſi ita beneplacitum tibi Domine Deus noſter, ut habitet in ſorte noſtra amor &c. R. Jochanan, poſtquam finiſſet preces ſuas, dixit: Si ita beneplacitum coram te Domine Deus noſter, ut proſpicias &c. R. Sira, poſtquam abſolviſſet preces ſuas, dixit: Eſto ita beneplacitum coram te Domine Deus noſter, ne pecoemus aut confundamur &c. Rabi Chaija, poſtquam precatus fuiſſet, dixit: ſi ita beneplacitum coram te Domine Deus noſter, ut ſit lex tua &c. Raf poſt preces ſuas dixit: Eſto ſic beneplacitum tibi Domine Deus noſter, ut largiaris nobis vitam &c. Rabbi poſt preces ſuas dixit: Ita placeat tibi Domine Deus noſter & Deus patrum noſtrorum, ut eripias nos &c.* in Brach. fol. 16. col. 2. Non ſolum formulæ hæ leguntur ibi integræ, quas forte charta hæc non cepiſſet, ſed aliæ inſuper R. Alexandrini & aliorum. Similiter apud priſcos ante Synedrium magnum & concinnatas preces Octodecim, certam ſtatamque, qua Deum quotidie invocarent, formulam exſtitiſſe prorſus nullam, teſtatur Bechai: צריך אתה לדעת כי מימות משה רבינו עד אנשי כנסת הגדלה היתה התפלה בישרא בלתי מסודרה בתיקון שוה לכולנו שהיה כל אחד ואחד עושה מליצה והתפלל לעצמו לפי ידיעתו וחכמתו וצחות לשונו *Operæ eſt te ſcire, a temporibus Moſis magiſtri noſtri uſque ad Synedrium magnum nullam ordinariam & æqualem inter Iſraelitas fuiſſe formulam precandi, quoniam unuſquiſque pro ſe ipſo conficiebat precationem, ſecundum ſcientiam propriam, ſapientiam & ornatum linguæ ſuæ*. l. c.

VI. Iſtiuſmodi tamen cæteraſque privatas preces ſinguli Doctores ſibimet ex inge-

ingenii sui placito struebant, discipulosque suos & auditores easdem edocebant: uti notissimum est ex mass. Brach. l. c. Id quod Johannem Baptistam quoque fecisse, & Christum ipsum rogatum, legimus apud Lucam XI. 1.

VII. Tametsi autem cordis sui desideria etiam homini solitario sive in via sive intra domus suæ parietes peculiaribus exponere precibus nulli tamen esset vetitum: Præceptum erat, ubi ubi quis versaretur, preces formare in numero plurali: idque certo & stricto canone: לעולם לישתף אינוש נפשיה בהדי צבורא *Perpetuo associabit se* (oraturus) *cum ecclesia*, in Brach. fol. 30. col. 1. Cujus sensus non ita nudus juxta simplicitatem verborum, sed talis, qualem eruit Glossator in h. l. והיכי לישתף נפשיה אל יתפלל תפלה קצרה בלשון יחיד אלא בלשון רבים שמתוך כך תפלתו נשמע *Quomodo associabit semetipsum? Non orabit precatiunculam* (aliam scil. a statis precibus) *in numero singulari, sed in plurali: Quoniam ex hac ipsa caussa oratio ejus exauditur*, ab init. fol. Morem hunc tantum abest ut aversatus fuerit aut illaudabilem censuerit Servator noster, ut ipse in sanctissima prece cuilibet Christiano simili ratione præiverit: *Pater Noster &c. Panem Nostrum quotidianum da Nobis hodie. Et remitte Nobis debita nostra, sicut & Nos Remittimus debitoribus Nostris. Et ne Nos inducas in tentationem. Sed libera Nos a malo.*

VIII. Cæteroquin privatarum precum concinnatio ac structura cujusvis, uti diximus, artificio & ingenio & placito relinquebatur. Cum viceversa publicæ a sapientissimis auctoritate publica essent confectæ atque communi consensu ubivis receptæ. Neve in mussitandis iis quisquam cespitaret, easdem in quavis synagoga præibat publicus aliquis minister, præcipuæ in ecclesia existimationis ac certæ dignitatis, dictus vulgo חזן *Inspector* ἐπίσκοπος, nec non שליח צבור *Angelus ecclesiæ*, cujus nominis frequens mentio facta Apocalyps. c. 2. & 3. Ejus partes erant publice orare, aliquando in ecclesia habere conciones, si non esset alius, qui hoc munere fungeretur: denique de lectione legis Sabbathina curare. Non enim ipse legem prælegit, sed ad singulas paraschajos legendas septem evocavit, quos ad hoc judicaret idoneos: Iis adstabat, sollicite observans ne quid in legendo perperam recitaretur aut incongrue pronunciaretur, revocansque corrigensque si quid erratum. Et nihilominus poterat accidere, ut ipse in precibus recitandis laberetur, quod tristissimum omen totique ecclesiæ inauspicatum credebatur. Mass. Beracoth: המתפלל וטעה סימן רע לו ואם שליח צבור הוא סימן רע לשולחיו מפני ששלוחו של אדם כמוהו *Si quis oret & cespitet, portentum est ei: & si talis sit angelus Ecclesiæ, infaustum signum est iis, quorum minister is est, quoniam minister seu legatus hominis repræsentat ipsum hominem &c.* fol. 24 col. 2. cap. 5. halach. ult.

IX. Nunc breviter de antiphonis & publicarum precum clausulis videamus. Nam stante templo, quoties in eo mentio nominis Dei facta, populus conjuncta voce certa formula, qua regnum Dei commemorari opus erat, respondit: eademque preces in fine obsignavit. Cujus vicem extra sanctuarium finitis orationibus Sacerdotum, & alias pro antiphono erat Amen. R. Salomo Jarchi ad illud Deut. XXXII. 3. *Date magnitudinem Deo nostro*, commentatur: ברכו שמו מקאן שעונין ברוך שם כבוד מלכותו אחר ברכה שבמקדש *Benedicite nomen ejus. Hinc illud, quando responderunt.* Benedictum sit nomen gloriæ regni ejus &c. *post orationem in sanctuario* fol. 179. col. 3. Formula hæc desumta erat ex Psalm. LXXII. 19. (quamvis in Mass. Pesachim fol. 56. col. 1. inventorem ejus & auctorem constituant Jacobum Patriarcham) & integra sic habebat, ut recitatur in Mass. Joma f. 39. col. 1. f. 41. 2. fol. 66. 1. Hierosl. Beracoth fol. 13. 3. &c. ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד *Benedictum sit nomen gloriæ regni ejus in sempiternum.* Et hodienum in libris precum abbreviate scribitur ברוך שם כבוד מלכותו לעולם וע״ר usitata & Judæis in fine librorum. In cæteris autem locis publicis ad singulas Sacerdotis orationes, benedictiones respondebatur Amen. Cumque Templum Alexandriæ insolitæ magnitudinis esset, ubi populus Sacerdotem ægre audiebat, post unam quanque precationem quidam per ventilationem sudarii dabat signum, quandonam respondendum esset Amen, quod prolixe narratur in Mass. Succa f. 55. col. 1. & 2. Antiphona ista in orationibus phylactericis voce submissa & tacito susurro proferebantur. In templo omnium clara voce & distincta. Quod si quis vel præcipitaret ea vel absorberet, gravissimis obnoxius credebatur malis, de quo multis disseritur in Beracoth fol. 47. col. 1. Vid. Buxtorfium Lex Talmud. rad. אמן, Rob. Sheringham in Joma cap. 3. §. 8. Joh. Ligtfooth comm. in Matt. cap. VI. Joh. Viccars decap. in Psalm. &c.

X. Ob-

X. Observa hic morem illum, si quando cœtus Sacerdoti vel benedicenti vel publicas preculas fundenti alta & clara voce Amen acclamat in Ecclesia Christiana, non heri demum aut nudius tertius id fuisse ortum: sed cum ipsis hominibus Judæis quasi in incunabula N. T. Ecclesiæ deportatum & ab Apostolis municipio donatum. Div. Paulus I. Cor. XIV. 16. *Si benedixeris spiritu, is qui implet locum indocti, quomodo dicturus est Amen ad tuam gratiarum actionem?* Etenim inter Hebræos id quoque obtinuit, ut indocti & idiotæ, qui nec nossent octodecim preces nec summulam earum, obligati essent saltim ingredi templum & respondere ibi Amen, uti constat ex Mass. Beracoth.

XI. Utramque formulam Dominus noster Jesus Christum orationi Dominicæ in clausulam adjecit Matt. VI. 13. illam quidem h. v. *Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in secula sæculorum.* Quæ in Ecclesia in S. communione etiam a cantante choro omittebatur hodieque omittitur, eo quod apud Judæos sæpe subintelligebatur. Cum ex adverso altera *Amen* passim fuerit pro antiphono & ab Ecclesia alta junctaque voce orationi illi subjuncta. Quare autem priorem illam Servatori nostro placuerit adjicere, nostrum non est judicare. Nihilominus cum vocem βασιλείας in capite & calce precum locaverit, nescio an ad canonem respexerit Judæorum omnium severissimum, & præcipua religione æstimatum, qui exstat in Mass. Beracoth כל ברכה שאין בה מלכות אינה ברכה *Omnis precatio, in qua non exstat vocula Regnum (Dei) non est precatio* fol. 40. & col. 2. Et ibidem historiis & ἀκροάμασι amplius illustratur. At hic non pauci oggerent, formulam hanc esse suppositițiam a Christianis longo post Christum tempore assutam, ut qui istiusmodi coronide preces sacras alias claudere sueverint Fateor quidem eam nec in omnibus Græcis Cod. reperiri, nec apud Vulgatum Latinum. At ego neque de illorum diversitate, neque de hac translatione jam multis querat, cum id dudum pro me fecerint alii. Solo eo contentus, quod maxima vetustissimorum Codicum Græcorum pars eandem servaverit, quod testatur Beza comm. in l. c. Et, quod potissimum censeo, quod summæ omnium auctoritatis Syrus intepres eam ostentet. Objiciunt isti nec in versione nec in commentariis Hieronymi doctissimi & seduli interpretis & accurati sacrorum codicum collatoris eam conspici. Illam quod attinet, desideramus eam hodie & ubique frustra requirimus. Quæ enim hodie pro Hieronymiana impudentissime venditatur, genuinam haud esse dudum observarunt, (ut jam alios silentio prætermittam) Xantes Pagninus præfat. suæ interpr. Bibl. ad Clem. VII. & Paulus Forosempronianus Episcopus de die pass. Dom. lib. II. cap. I. Cum commentariis autem paulo aliter sese res habet: si concedamus in plerorumque sententiam, eos legitimos existere, licet dubitandi causa nec nulla nec levicula suppeteret. Siquidem non solum Hieronymum sed & reliquos patres nec coronidem illam in commentariis suis memorasse nec exposuisse urgent adversarii & vulgatæ patroni. Id de nonnullis sc. Cypriano, Augustino, Anselmo &c. concedam: de omnibus fortiter negem. Unicum in theatrum producam Theophylactum, circa cujus ætatem etsi Sixtus Senensis lib. 4. Bibl. & Bellarminus de Script. Eccl. duobus seculis a se invicem dissentiant, uterque tamen integra sua commentaria in Matth. ipsum ex Chrysostomo compilasse constanter asseverat. Is itaque post illa: *Sed libera nos a malo* &c. talia annotat: *Quoniam tuum est regnum & potentia & gloria in secula. Amen*) *Animat nos hoc loco. Nam si rex est, & gloriosus; omnino & nos vincemus malignum, & glorificabimur post hoc.* Cæterum id jam puto notare eos, quibus pectus sapit, perperam id colligi, cum glossatores verba quædam scholiis suis non exposuere ea in textu esse adulterina aut subreptitia: Multo minus sequi hoc, si commentatores aliqui saltim prætererint verba nonnulla, alii notula expolierint. Alias enim e vulgata versione eradendum quoque esset tanquam adulterinum alterum antiphonon, *Amen*, quod a multis patrum in expositione Orat. Dom. silentio prorsus omissum videbis. Quod superest si historiam hanc Matth. VI. cum illa, quæ Luc. XI. exstat, conferas & eandem constituas, inepte id & præcipitanter feceris. Primo enim apud Matthæum Christus inter disserendum in monte illam orationis formulam discipulis ultro tradidit, cum a nemine esset rogatus, eamque cum gemina adjecta clausula, quæ utraque cæteroquin publicarum precum erat. Igitur & illam oratiunculam publicam esse credebant discipuli: & nihilominus aliquam qua privatim uti possent, a magistro suo more gentis edoceri flagitabant. Cum id solemne fuerit, ut Rabbini seu Doctores precum privatarum formulas ex

ex suo ingenio formaverint, suisque postea Talmidim seu discipulis tradiderint. Itaque post solidum fere sesquiannum, incertum quo loco, altera vice adeunt Christum discipuli, non docentem & concionantem plebi, sed postquam vacasset precibus, enixe petentes ut doceat ipsos orare, *sicut & Johannes docuit discipulos suos*, h. e. formulam quandam precationis, qua privatim possent uti. Ibi Christus repetiit formulam illam, quam ante sesquiannum inculcaverat, omissa tamen duplici coronide, quæ publicum sapiebat usum, ne discipuli amplius errarent.

XII. Nunc ut eo, unde digressi fueramus, revertamur, præter istos erant & alii precum epilogi Judæis communes v. g. ברוך אתה יהוה שומע תפלה *Benedictus tu Domine, qui exaudis preces*, in Beracoth fol. 29. col. 1. & hujus generis plures. De quibus & reliqua qualitate precum rectissime consulentur ritualia & libri orationum Judaicarum, quorum plures eosque præcipuos recensui lib. de Sacrif. c. XIII. pag. 311. nec non in præf. ad lect. ejusd. libri. Illud verbo adhuc commemorandum, qua lingua fundere licitum fuerit preces? Respondet R. Joseph Karro: יכול להתפלל בכל לשון שירצה והני מילי בצבור אבל ביחיד לא יתפלל אלא בלשון הקדש ויש אומרים דהני מילי כששואל צרכיו כגון שהתפלל על חולה או על שום צער שיש בביתו אבל תפלה הקבועה לצבור אפילו יחיד יכול לאמרה בכל לשון ויש אומרים דאף יחיד כששואל צרכיו יכול לשאול בכל לשון שירצה חוץ מלשון ארמי *Poterit aliquis precari, quacunque lingua voluerit: Et hoc quidem in Synagoga. At si solus degat, ne oret nisi in lingua Sancta. Hoc tamen locum saltim tunc habere dicunt nonnulli, si quis necessitates suas expetat v. g. cum quis oret propter res angustas & adversitates, quas domi suæ sustineat. Cæterum ordinarias preces posse in quacunque lingua proferre etiam eum, qui degat solitarie. Rursus alii dicunt: Si quis sit solus & petat sibi necessaria, eum rogare posse pro lubitu in quacunque lingua, nisi tantum in Aramæa*. In Sulchan aruch mittur Orach cajim in Hilcoth Tephillah sect. 101. Num. 4. fol. 19. col. 1.

XIII. Qualitate precum considerata, restat ut ponderemus easdem & secundum quantitatem dimetiamur. Semper vero ampliores & protractas preces brevibus prætulere Judæi multis parasangis, ut prolixam orationem numerarent inter eas res, quæ מאריכין ימיו ושנותיו של אדם *protrahunt dies & annos hominis*. In Beracoth fol. 45. col. 2. Ita hypocritico fastu & stulta jactatione, quo quisque multiplicatis verbis magis magisque dilataret sermonem, eo sanctior a plebe haberi cupiebat & revera habebatur, utut voces ejus nullo niterentur fundamento, sed a summis labris venirent. Equidem casu necessitatis fortuito ingruente, ut si quis in latrones incideret, aut in ferarum spelæa &c. breviores precatiunculæ ut plurimum indulgebantur. Mass. Beracoth: רבי יהושע אומר המהלך במקום סכנה מתפלל תפלה קצרה וגו' *Si quis in locum incidat, in quo periclitetur, oret laconice* &c. fol. 29. col. 2. At statæ preces quotidianæ singulæ per integram producebatur horam, sic ut solida hora prius, quam inciperent, eas rite peragendas meditarentur, & ubi easdem finissent, insuper hora sacro silentio secummet ruminarent. In Mass. Beracoth inter multa alia huc spectantia fol. 32. col. 2. sic legitur תנו רבנן חסידים הראשונים היו שוהין שעה אחת מתפללין שעה אחת וחוזרין ושוהין שעה וכי מאחר ששוהין תשע שעות ביום בתפלה תורתן היאך משתמרת ומלאכתן היאך נעשית *Tradunt Rabbini, majores religiosos moratos fuisse per spatium horæ* (ante preces) *per spatium horæ precatos, & rursus moratos per spatium horæ*. (post preces) *Quandoquidem igitur novem horas diei precibus immorando consumerent, qui legem reliquam potuerunt servare, aut qui opificia sua agere?* &c. Nam ubi in templum convenissent, composite ac meditabundos oportebat sedere, nec mutire dum momentum precandi adesset & totus cœtus ordiretur. Rabbenu Ascher: אסור לאדם שיקדים תפלתו קודם תפלת הציבור *Vetitum est, ne quisque anticipet Ecclesiam orantem precibus suis*. fol. 9. col. 2. in Beracoth Talmudicorum encomio ob precum amplitudinem extolluntur duo quidam, quos κατὰ ἐξοχὴν nuncupant קהלא קרישא *cœtum sanctum*. R. Josua Hallevi: קהלא קרישא הם רבי שמעון בן מנסיא ורבי יוסי בן משולם שהיו משלשים ימותם שליש בתורה שליש בתפלה שליש במלאכה Cœtus sanctus *in Talmude vocatur R. Simeon ben Menasia & R. Jose ben Mesullam, qui tertiam vitæ suæ partem impederunt legi, tertiam precibus, tertiam operæ*, in halicoth Olam part. 1. cap. 3.

XIV. Intolerabilem animi elationem, quæ ex sesquipedalibus istis precibus ad sanctitatis speciem spemque meriti usque Judæis succrescebat, & inane multiloquium Servator noster prohibet discipulis suis Math. VI. 7. Ubi quid pro-

proprie nomine βαττολογίας intelligatur, cum res sit uberioris tractationis, ipse jam terram spectans & vela colligens dicere supersedeo. Interim cum exacte id negotii persecuti fuerint Theologi meritissimi Erasmus lib. de modo orandi Deum, Dilherrus electt. lib. II. cap. 5. Hildebrandus in ritual. orant. cap. IV. §. I. usque ad §. 9. lectorem eo remitto. Sane apud vet. Christianos idem postea tradidere patres multum oportere precari, non multa, & breve suspirium Deo magis placere, quam strepitus verborum. Crebras orationes esse fundendas, sed non longas. Quales precatiunculas *ejaculatorias* & *jaculari* solemni in Ecclesia phrasi dicebant veteres, Vid. Augustinum Epist. 121. tom. II. fol. 129. col. 2.





NICOLAI POLEMANNI DISSERTATIO DE RITU PRECANDI VETERUM HEBRÆORUM.

Magnam esse devotarum precum vim, vel ad Deum iratum placandum, vel ad bona quævis ab eo impetranda, non solum SS. passim inculcat, verum etiam Hebræorum Sapientes uno ore confitentur. R. Becchai in כד הקמח fol. 79. 2. *magnam vim esse precum*, scribit, *etiam ad immutandam naturam*, *ad liberandum ex periculis*, *& ad irritum reddendum decretum* sc. divinum. Atque eo magis sequioribus temporibus maximis encomiis preces extulerunt, cum Hierosolymis solo æquatis, vastatoque sanctuario, sacrificia, utpote ad templum Hierosolymitanum alligata, Judæis amplius offerre non liceret, quod omnis vis placandi Deum solis precibus relinqueretur, adeo ut & eas ipsis oblationibus anteferre non dubitarint. Ita enim idem R. Becchai *l. c. fol.* 80. 2. *Estore moniti*, inquit, *de precatione*, *quia non est virtus pulchrior hac ipsa;* שהיא גדולה מכל קרבנות *quandoquidem ea major est omnibus oblationibus*. Quod Maimonides More Nevoch. *P.* III. *c.* 32. *p.* 431. ex eo probat, quia præcatio & deprecatio permissa in omni loco & cuivis, offerre autem quovis tempore & quovis loco non liceat. Hinc in ipsorum scitis, citante nobiliss. Joh. Seldeno *de J. N. & G. l.* 3. *c.* 3. *p.* 283. præcipitur, *ut homo quotidie supplicationibus & deprecationibus utatur*, *& laudes Dei benedicti exprimat*, *atque dein ea*, *quæ sibi sunt necessaria*, *petitionibus & deprecationibus postulet*, *quo peracto etiam profiteatur cum Numinis laudibus bona ab eo ubertim accepta*, *quantum fieri potest*, *etiam singula*. Bene autem & sapienter monet Autor *libri Cosri P.* III. *p.* 160. ex interpretatione Cl. Buxtorfii, ita esse precandum, ut *lingua consentiat cum cogitatione*, *nihil quicquam ei addat*, *neque orationem suam veluti ex consuetudine effutiat*, *sed* (*ut*) *cum singulis verbis cogitatio & intentio sit conjuncta*. *Nam præcipuum in precatione est intentio*, ut scribit R. Aben Esra *in Ps.* 78. & תפלה בלא כוונה כגוף בלא נשמה *precatio sine intentione est sicue corpus absque anima ;* quemadmodum legitur *in Deuter. rab. sect.* 23. *in princ.* Unde & *meliores* dicuntur *orationes paucæ cum intentione*, quam *multæ sine intentione ; Orach Chajim n.* 1. *sect.* 4. Ritus autem ab Hebræis inter precandum adhibendi prolixe describuntur *P.* I. *Talmudis*, *Mass. Bera-*

Berachoth & a Maimonide in הלכות תפלה. Et cum nonnullorum etiam mentio fiat in SS. operæ pretium nos facturos existimavimus, si ipsorum insigniores precandi ritus, pro ingenii modulo in præsentia exponeremus. Faveat Jehova conatibus!

I. *In Deuter. rab. sect.* 23. *in principio*, decem nomina precum esse dicuntur, quæ etiam recensentur in *Tanchuma fol.* 85. 4. citante Buxtorfio *Lex. Talm. p.* 1745. ex quibus tamen in S. Bibliorum textu usitatissimum & maxime adæquatum est illud, quo תפלה dicuntur a פלל f. התפלל quod *precari* f. *orare* significat, non autem a תפל f. טפל quod *conjungere* & *adhærere* significat, ut Fullero *Misc. l.* v. *c.* 7. *placet*. Atque istum precum cultum uni soli Deo tribuendum esse, Hebræi fidei suæ Symbolo *artic.* 5. (vide Buxt. *Synag. Jud. p.* 12. *edit. post.*) diserte profitentur his verbis: אני מאמין באמונה השלמה שהבורא יתברך שמו לו לבדו להתפלל ואין לזולתו ראוי להתפלל: *Ego credo fide perfecta, quod creator, cujus nomen sit benedictum, solus sit orandus, & quod præter eum neminem invocare deceat*. Idemque in catalogo affirmativorum præceptorum quinto loco ponitur apud Maimonidem *Præf.* יד qui & *Hilc. Avoda Sara c.* 2. præceptum de cultu extraneo f. idololatria instar præceptorum cunctorum esse dicit. Conf. Joh. Seldenus *l.* 2. *c.* 1. *l. c.* Hottingerus *de legibus J. Hebr. p.* 39. *f.* Nihilominus tamen R. Joseph Albo *l.* 2. *Ikkarim f. articulorum fidei c.* 28. contra tribulium suorum mentem disputat, *licere etiam Angelum, si legatus Dei sit, adorare, quia honor ille ad ipsum Deum redundet*: putatque Josuam Jos. v. 14. hac ratione recte angelum adorasse de quo conf. Theologi.

II. Ante templi primi quidem excidium, pro vario hominum perversorum affectu atque dominantium libidine, ita idololatria seu cultus extraneus subinde apud eos recruduit, ut nullum ferme ejusdem genus non sit etiam publice admissum. Id quod passim in fœdere veteri liquet. De Baalim, Astarte, lucis f. cultis f. cultui inservientibus, militia cœli, Thammuz & ejusdem farinæ cæteris mentio est obvia. Tandem tamen post templi primi excidium gens toties icta eousque sapuit, ut nihil magis atque cultum extraneum, idque ex majorum disciplina, quam mali, temporis anterioris, mores nimium sæpe obumbrarant, sed delere non potuerant, velut pestem gravissimam præ aliis execrandam, fugeret. Et quanquam subinde apud priscæ ecclesiæ Doctores, ut Clem. Alexandrinum *l.* 6. *Strom.* Hieronymum *Epist.* 151. *ad Algasiam quæst.* 10. de quibus conf. Baronium *ad Ann. C.* 65. de Judaico angelorum & astrorum cultu aliquo, etiam post secundi templi excidium, testimonia occurrant, conjecturæ tamen illæ potius sunt, nec temere admittendæ, ut judicat Seldenus l. c.

III. Ex re ergo & vero de iis tradit Corn. Tacitus *Hist. l.* 5. *c.* 5. *Judæi mente sola unumque numen intelligunt. Profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in speciem hominum effingunt. Summum illud & æternum, neque mutabile neque interiturum. Igitur nulla simulacra urbibus suis nedum templis sunt*. Et paulo ante: *nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos*. Quibus similia tradit Strabo *l.* 16. & Dion. Cassius *l.* 37. Idem tamen Tacitus futilem vulgi opinionem amplexus, sibi ipsi contradicit, scribens *l. c. cap.* 4. *effigiem, qua monstrante errorem sitimque repulerant, penetrali sacravere, cæso ariete in contumeliam veluti Hammonis*. Asinum ipsum indigitare, ex Plutarchi *Sympos.* 4. *c.* 5. facile patet: ubi: Ἴσως inquit ἔχει λόγον, ὡς τὸν ὄνον ἀναφήναντα πηγὴν αὐτοῖς ὕδατος τιμῶσιν, οὕτω καὶ τὴν ὗν σέβεσθαι, σπόρου καὶ ἀρότου διδάσκαλον γενομένην. Similiter Petronius *in Catalectis* falso Judæis cultum porci tribuit, scribens: *Judæus licet & porcinum numen adoret*; & Juvenalis *sat.* 14. *quod nil præter nubes & cœli numen adorent*, quemadmodum & Petronius *l. c. Et cœli summas advocet auriculas*: quamvis aliqui legendum esse velint *cilli*, cum κίλλος apud Dores idem sit quod ὄνος teste Hesychio & Polluce. Orta autem hæc iniquissima mendacia, tum ex suiliæ carnis abstinentia, (quam illi venerationem interpretati sunt) quæ præ abstinentia aliarum sacra lege interdictarum, gentibus multo notior erat; tum ex singulari asini primogeniti redimendi jure ac more (Ex. XIII. 13.) gentilibus perperam intellecto, tum ex solenni Hebræorum loquendi more, quo numen sanctissimum, quod solum volebant adorandum, שמים i. e. cœlum nuncupabant, uti etiam *Luc.* XX. 4. conf. Seldenus *de Dis Syris Syntagm.* II. *c. ult.* & *l. c.*

IV. Blasphema autem vox est Talmudistarum *Mass. Berachoth c.* 1. ubi legitur: *unde probatur, quod Deus benedictus oret? Ex eo, quum dicitur* (Ef. LXI. 7.) & adducam eos ad montem sanctitatis meæ, & lætificabo eos in domo orationis meæ. *Non dicitur in domo ora-*

orationis eorum, *ſed* בבית תפלתי *in domo orationis meæ quod docet Deum benedictum orare. Quid vero orat? ſit beneplacitum coram me, ut vincat miſericordia mea iram meam, quo regere poſſim filios meos juxta miſericordiam pariter & juſtitiam*. Equidem Autor Caphtor Vuphærah. f. 109. col. 2. id ænigmatice interpretatur, *ad ſignificandum, quod ſicuti preces noſtræ coram Deo intendunt dari nobis petitionem noſtram, & ut miſereatur noſtri; ita Deus ipſe deſideret, & multo quidem vehementius, infundere in nos bonum ſuum*; atque vult *hoc ſenſu* dici Deum orare, *quo optare dicitur* Deut. v. 29. Verum, licet non omnia in Talmude ſerio ab illis afferri, vel κατὰ γράμμα intelligi, multa quoque iisdem affingi concedamus: verba tamen citata explicationem allatam non admittere videntur; ſed potius allegatio textus aliud ſuadet, cum Talmudiſtæ illud in animo habuiſſe videantur, quod legitur *Sanhedr. p. 96.* in alio exemplo: *dicit A. Aſhu niſi textus expreſſe ſcripſiſſet, non poſſibile aut fas fuiſſet dicere illud* (de Deo) Accedit quod plura blaſphema Deo tribuant, nempe quod ſtudiis *invigilet*, & *præ mæſtitia ploret quod habitent filii ſui in afflictione inter nationes*. Conf. Schickardus *Bech. Happer diſp. 6.* Exc. Dn. Scherzerus *Trifol. orient. p.* 162. & Cl. M. Pfeifferus *diſſ. de Talmude th.* 29. & 31.

V. Ut autem debita cum reverentia precarentur, ante exonerabant ventrem, & manus (nec non faciem Buxt. *Syn. Jud.* p. 156.) abluebant, ut præcipitur in *Maſſ. Berach. f.* 15. 1. ne ad preces illotis manibus accederent, ſicut olim ſacerdoti manus & pedes erant abluendi ex labro (Ex. xxx. 20. ſ.) antequam cultum divinum perageret, cum in ejus locum hodie ſucceſſerit precatio: quæ manuum lotio, quomodo rite peragenda ſit, docent Talmudiſtæ in pecul. cod. cod. qui inſcribitur ידים Conf. & Cl. Buxtorfii diſſertatio de lotione manuum *Diſſ. p.* 397. *ſ.* Similiter ſi quis forte pera ſ. bulga vel alio minus decenti habitu indutus eſſet, illum precaturus exuebat, pedes autem calceis tegebat, *ſi mos popularium loci ſit, ut non ſtent coram magnatibus niſi* בבירת הרגלים *pedibus calceatis* Maimon. *Hilc. Tephilla c.* 5. *num.* 5.

VI. Tantum vero abeſt, ut indecedens çenſeant tecto capite orare, ut id potius in præceptis habeant. Prohibet enim Maimonides l. c. *orare* בראש מגולה *capite retecto*. Valde nempe probroſum Judæis & a ſeptimo inde anno religione quadam prohibentur ſine tegmine capitis incedere: cum enim divina majeſtas ſuper ipſos feratur, cenſent aperto capite incedentem illi proterve occurrere, impudentem fieri & pietatis atque præceptorum Dei oblivisci vide Cl. M. Pfeifferi *notas ad* סור מרע *lit. P.* 4.; adeo ut *non liceat inter eos nomen aliquod Dei detecto capite proferre* teſte Buxtorfio *Syn. Jud. c.* 10. *p.* 100. Veteres namque Judæi more orientalium calanticis utebantur, & talibus mitris, quæ non ita facile poſſent deponi; unde & coram ipſis Principibus tecto capite ſtabant. Quapropter, cum eo habitu precandum ſit, quo ſolent homines reverentiam ſuam & cultum erga magnates & Principes hujus ſeculi teſtari, recte Hebræorum ſapientes tecto capite orandum eſſe præceperunt. Quemamodum & Apoſtolus 1. *Cor.* XI. 4. quia tum temporis inter Græcos & Romanos, quibus ſcribebat, vulgo obtinebat, ut plerumque nudo & aperto capite eſſent, vid. Taubmannum *ad Plautum p.* 330. idem a precaturis obſervandum eſſe jubet, cum contra iſti, adorantes Deos ſuos, ſtarent capite operto vel etiam obvoluto, ibidem p. 92. Sed cum hodierni Judæi iſtis cauſis deſtituantur non præter rem eos tecto capite orantes carpit Lud. Cappellus *Spicil. in N. T. ad l. c.* cum videatur eo ipſo teſtari odium ſuum in Chriſtianam religionem, quod nolint eo habitu Deum precari, quo ſolent Chriſtiani, inter quos verſantur.

VII. Præprimis autem precaturi induebant ſacrum habitum ציצית dictum, & præterea תפילין ſibi applicabant. Deducitur autem ציצית juxta Raſchium a ציץ quo ait vel notari cincinnum ſ. filamentum ſimile ex *Ez.* VIII. 3. quod & Aben Eſræ placet, vel promicans quiddam ex *Can.* II. 9. Aben Eſra dicit eſſe *fila exeuntia quæ non texuntur*. Conf. Buxtorf. Lex. Talm. *p.* 1908. In Targum Onkeloſi dicuntur כרוספדין ex Græco κράσπεδα uti a Salvatore vocantur *Matth.* XIII. 5. *Deut.* XXII. 12. dicuntur גדילים, Buxtorfius & Junius inſtitæ. Ubi notat Aben Eſra denotari *faſcias opere catenato ex* 1. 7. 2. De his præceptum habetur *Num.* xv. 38. & *Deut.* XXII. 12. cui quo minus κατὰ ῥητὸν veteres Judæi morem geſſerint, vix dubium eſſe poteſt. Unde videtur antiquitus apud Judæos in uſu fuiſſe, ut in extremis oris togarum vel palliorum, (quibus ſe tegebant Deut. XXII. 12.) relinquerent ציצית i. e. fila quædam exeuntia veluti in textoriis operibus, & iis (ut patet

ex

ex *Num.* xv. 39.) superinderent פתיל contortum filamentum, תכלת i. e. coloris vel hyacinthini juxta LXX. & Raschium, vel cœrulei, juxta Aben Esram, ut haberent μνημόσυνον divinæ legis. Et ipsum Salvatorem nostrum hac in parte sese legibus Hebræorum attemperasse, quidam concludunt *ex Luc.* VIII. 44. & Maimonide *Hilc. Tzizit. c.* 3. *num.* 9. propter morem gentis; ut D. Hieronymus *comm. in Matth. c.* 23. *t.* 9. *f.* 33. *col.* 1. & Gerhardus *Harm. Ev. ad l. c.* Quod autem Pharisæi præ aliis suas Ziziot facerent prolixiores & nodos atque funiculos densiores, quo se præ illis mandatorum divinorum semper memores ostenderent Salvator eosdem taxavit *Matth.* XXIII. 5.

VIII. Sequioribus tamen temporibus Judæi in κακοζηλοποιήσει a ῥητῷ præcepti longe recesserunt. Finxerunt enim peculiarem vestem *thoraci non absimilem*, ut ait Fagius *ad Num.* xv. *nisi quod manicis careat*, quam pingit Leusdenius Philol. mixto p. 119. Constat ea duabus quadrangulis particulis plerumque & comuniter laneis, interdum sericeis, quæ superne duabus vittis bene colligatæ, traducto capite humeris injiciuntur, ut sic ambæ illæ particulæ a fronte & a tergo humeris dependeant. Quatuor inferioribus angulis, propter quos hanc vestem ארבע כנפות *quatuor alas* vocant, annexa sunt fila lanea contorta & oblonga, interdum quatuor interdum octo vel duodecim digitos lata, quæ illi Zizis vel Zoten vocant. Hæc per foramen s. nodum traducta, in medio duplicantur, ut octo dependeant, quibus iterum quinque nodi singulari artificio innectuntur. Vestis hæc una cum fimbriis comuniter est alba, quod hic color innocentiæ & puritatis symbolum, cum colorem hyacinthium תכלת in lege præceptum commode habere nequeant. Atque hujusmodi vestem duplicem habent, quarum una est minor טלית קטן dicta, quam sanctiores perpetuo sub toga circumferunt, ita tamen ut fimbriæ paulatim emineant, quo illas in oculis habere possint. Altera est major טלית גדול dicta, qua tempore precum in Synagoga utuntur.

IX. Alterum insigne precantium sunt תפילין. Ista appellantur Hebræis טוטפות ex *Ex.* XIII. 16. *Deut.* VI. 8. & *c.* XI. 18. quam vocem commodissime Cl. Hottingerus *Smegm. Orient. p.* 159. derivat a Radice apud Hebræos obsoleta sed Arabibus adhuc usitata טאף, circomdedit. LXX. reddiderunt ἀσάλευτα *immobilia*, etsi alii velint legendum esse ἀσαλευτὰ *ea quæ moventur*: Aquila ἄνεκτα *adhæsilia ligamina*. Vulgatus *Appensum*. Arias Montanus, Pagninus, Junius & alii *frontalia* interpretantur, Munsterus, *memoriale* Lutherus ein Denkmal. Targumistis Rabbinis & hodiernis Judæis usitatissime dicuntur תפילין quam vocem Buxtorfius Lex Talmud. a singulari תפלה deducit: sed R. Elias a פלל judicando; quemadmodum & in *Levusch Hattecheleth Num.* 25. §. 3. scribitur esse ex significatione פלילה h. e. judicii, ac proinde sic dici quod sint אות ועדות *signum & testimonium omnibus quia ea vident, quod majestas divina inter ipsos habitet*. Christo in N. T. vocantur φυλακτήρια, quasi dicas *conservatoria* vel *custoditoria* sc. divinæ legis, a φυλάττω, non, ut ineptiunt Abulensis & Lyranus a φυλάξαι custodire & thora lex. Hieronymus *in c.* 23. *Matth.* cui assentitur etiam Cl. Lightfootus Hor. Hebr. p. 245. putat dicta esse φυλακτήρια quasi *cautiones s. amuleta*, in qua significatione vox φυλακτηρίς adhibetur apud Dioscoridem *l.* 5. eo quod existimarent Judæi, ea vim habere ad fugandos Dæmones, ut legitur *Hieros. Berachoth fol.* 2. 4., vel etiam quod ægrotis imponere solerent, quod perdiscere possumus ex *Talm. Hieros. Mass. Schabbath. fol.* 8. *col.* 2.

X. Sunt autem Tephllin Judæis duplicis generis תפילין של ראש quæ dici possunt *frontalia*, & תפילין של יד i. e. *manualia* vel *brachialia*. φυλακτήριον frontale est lorum coriaceum ita complicatum ut quatuor distinctas habeat בתים cellulas s. capsulas. Has probat R. Kimchi & Raschi ex nomine טוטפות; quod Tot in Cathe notet duo, & Pot duo in Africa. Autor v. Baal Turim istas per Gematriam exstruit. Conf. Maim. Hilc. Tephillin c. 3. n. 2. His includuntur quatuor schedulæ membranaceæ conscriptæ periochis quatuor: quarum prima desumitur ex *Exod.* XIII. *a v.* 3. *ad* 10. altera a sequente *vers.* II. *ad* 16., tertia ex *Deut.* VI. *a vers.* 5. *ad* 9. quarta denique ex *Deuter.* IX. *a vers.* 13. *ad* 20. Atque ista Tephillin per aliud assutum lorum fronti inter oculos e cerebri regione s. בין ריסי עינים *inter augulos oculorum* ut scribit Jonathan *ad Exod.* XIII. 16. alligant Judæi precaturi, & textus istos in membranulis descriptos certis ritibus recitant, ut traditur *Berach. c.* I. *f.* putantes se hoc modo divino præcepto belle satisfecisse. Philacterium brachiale simili ferme ratione conficitur & tempore precum, brachii sinistri veste tecti nudæ cuti in superiori ejus parte quæ maxime uarnosa est, regione

ne cordis alligatur. Atque SS. eosdem quatuor textus per quatuor paginas in uno pergameno quod convolvunt, sicut librum legis a fine usque ad initium ejus, scribunt, & uni domunculæ s. capsulæ v. Maim. *Hilc. Teph. c.* 2. *ab initio*.

XI. Quanquam autem Judæi. תפלין dicant esse הלכה למשה מסיני ordinationem Mosis e monte Sinai, ut traditur in *Mass. Berach. c.* I. *f.* 7. orta tamen demum post captivitatem Babylonicam videntur, cum legi divinæ multa absurda glossemata ab hypocritis & portentosæ sapientiæ magistris indies affingerentur. Nam licet loca *Ex.* XIII. 16. & *Deut.* VI. 8. etiam nonnulli ex Patribus *κατὰ ῥητὸν* explicent, plerique tamen metaphorice ea de perpetua recordatione capiunt; quemadmodum ipse Deus se explicat per vocem ולזכרון & *ad recordationem:* quam sententiam pluribus confirmat Gerhardus *Harmon. Ev. c.* 158. *p.* 60. Quanquam ergo Scaliger *Elench. Tribæres. c.* 8. asserat *Christum* ipsum *propter divinam ordinationem phylacteria gestasse*, nec improbabile id sit Cl. Lightfooto *Hor. Hebr. p.* 245. *obinnorem gentis*, nos tamen cum Gerhardo *l. c.* & Cl. Buxtorfio *Diss.* 6. §. 98. de eo valde dubitamus, cum ejus rei vestigium in evangelica historia non possit monstrari, nec videatur Christus suo exemplo ἐθελοθρησκείαν confirmare voluisse.

XII. Et de hisce Tephillin loquitur Salvator *Matth.* XXIII. 5. quando taxat Pharisæos, quod non contenti ea gestare, ampliora & speciosiora eadem in majoris sanctitatis aucupium conficiant; vel ut *plura mandata latioribus illis phylacteriis inscriberent, aut grandioribus literarum characteribus uterentur* ut putat Gerhardus *l. c.*, vel ut *loræ quibus alligabant φυλακτήρια aliis longiora & prolixiora facerent* ut vult Buxt. *Syn. J. p.* 177. Cæterum sanctitatem tum istorum phylacteriorum tum etiam Zizit plenis buccis extollunt Judæi: v. Maimonides *Hilc. Zizit. c.* 3. *n.* 12. R. D. Kimchi *comm. in Psal.* I. & præprimis Buxt. *Syn. Jud. c.* 9. Nihilominus fœminas horum præceptorum obligatione non obstringi existimant. Sed conf. Cl. M. Pfeifferus *Antiq. Sacr. Dec.* II. *Posit* I. & autores ab eodem laudati.

XIII. Hoc sacro ornatu induti, orabant *stantes*. Ita *Nehem.* IX. 3. populus ad preces consurgit, neque aliter verbum עמד usurpatur *Job.* XXX. 20. *Jerem.* XV. I. *c.* XVIII. 20. Chaldeus *Gen.* XVIII. 22. ubi in Hebræo est Abraham stabat coram Deo, vertit: *orabat. Mass. Berach. fol.* 26. 2. ad *Gen.* XIX. 27. dicitur ואין עמידה אלא תפלה: *statio nihil aliud est quam precatio. Berach. Hieros. f.* 20. I. dicitur: *Ingreditur aliquis in synagogam* ומצאן עומדין לתפלה *invenitque illos stantes inprecatione*. Atque id adeo requirit Maimonides *Hilc. Tephilla c.* 5. ut dicat: *nemo precetur, nisi stare possit. Si quis sederet in navi superius tecta vel in plaustro, si possibile sit ei, stare, stet*. Ad hunc Hebræorum morem alluditur *Matth.* VI. 5 *Marci* XI. 25. *Luc.* XVIII. II. Ipsi etiam veteres Christiani stantes orare solebant, ut Cyprianus innuit libro de oratione, inquiens: *quando stamus ad orationem*. Unde Drusius *Præter ad Matth.* VI. 5. *Veteres* inquit *orabant stantes, non de geniculis ut nunc*. Conf. Walæus *ad loc. citata N. T.* & Lightfootus *Hor. Hebr. ad Matth. p.* 114.

XIV. Atque hic receptissimus erat apud ipsos orandi modus. Sed luctus tempore orabant proni aut in genibus, ut patet ex *Dan.* VI. 10. *cap.* IX. 20. Aliquando etiam in faciem procidebant, ut tradit Maimonides Hilc. Teph. c. 5. num. 10. s. ubi tamen simul monet, prohiberi fieri השתחויה prostrationem *super lapide nisi saltem in sanctuario: ob metum ne, si in lapidem figuratum inciderent, ipsiusque effigiei se incurvarent, idololatriam commisisse viderentur, cum contra essent certi de lapidibus sanctuarii, quod essent glabri minimeque figurati* ut tradit idem *libro* עכום *c.* 6. *n.* 9. Atque ex hac causa *solebat omnis Israel in synagogis quæ lapide essent substratæ, storeas sternere aut straminis genus, quo inter ipsos & lapides aliquid intermedium foret. Quod si deesset quo lapides contegerent, alium in locum ibant, atque ibi se prosternebant, vel in latus inclinabant, ne facie lapides contingerent ibid. n.* 10.

XV. Stabant autem ita ut oculos ab initio quidem nonnihil sublatos in cœlum, mox cum corde humili deorsum flecterent, quo eo ardentius & debita cum reverentia ac humilitate orare possent. *Omnia* enim *membra* debent (inter precandum) *stare quasi consternatione & metu perculsa Cosri P.* III. *pag.* 160. Rabi Moses Mikkotzi *in* סמג *Hilc. Tephil. fol.* 100. scribit *c.* 18. *in Mass. Jebhamm. ait Rabi Jose: qui stat in oratione demittet oculos suos deorsum, ut qui intuetur terram: cor. autem ejus conversum sit sursum, tanquam consisteret in cœlo*. Convertebant vero faciem suam versus templum Hierosolymitanum: qui autem in templo ora-

orabant, versus sanctum sanctorum. Hinc *qui constituti* erant *extra terram Israelis convertebant faciem suam versus eam; qui in ea degebant, Hierosolymam versus, qui Hierosolymæ, versus templum* ut tradit Maimonides *Hilc. Teph. c.* 5. *n.* 3. Sic Judæi hodie precantes faciem suam convertunt versus orientem, quia habitant in locis, qui terræ Israelis sunt occidentales. Ita Abarbenel comm. *ad Es.* XXXVIII. 2. dicit: *Ex mente Jonathanis per parietem intelligitur paries templi S. nempe occidentalis; eo quippe disposuit faciem suam.* Quem ritum Danielem prophetam servasse patescit ex *cap.* VI. 10. Hæc omnia complectitur Maimonides *l. c.* inquiens: *Stet orans, faciem Hierosolymam versus convertat, caput operiat atque oculos figat deorsum.*

XVI. Manus porro ab actionibus suis cessare oportebat, & complicatas, dextra super sinistram, pectori imponi; similiter pedes *unus juxta alterum*, ita *ut duo pedes viderentur unicus esse* disponi debebant *Cosri l. c.* Maimonides & Mikkotzi *loc. cit.* atque ita quidem ut hunc positum corporis nullo dolore moti mutarent quemadmodum *in Mass. Berach. cap.* 5. dicitur, *quod si etiam serpens circumvolvat se calcaneo orantis, non cessabit.* Cavebant etiam, ne quid inter precandum admitterent, quod indecorum esset, ut oscitare, ructare &c. & si invitis tale quid obreperet, vel mento manum imponebant, vel recedebant quatuor cubitos, indeque post revertebantur & orabant: conf. *Berach. fol.* 24. 2. Buxt. *Syn. Jud. c.* 10.

XVII. Vox orantium erat submissa, maxime in ecclesia; nam domi suæ clara voce orare, ut domestici orationis formulam discerent, licebat. Docet hoc Maimonides *Hilc. Teph. c.* 5. *num.* 9. *Ne quis extollat vocem suam in precando, nec tamen oret saltim in corde, sed præscindat quasi verba in labiis.* Quemadmodum 1. *Sam.* I. 13. de Hanna Deo supplicante refertur, quod labra moverit, sermo autem ejus percipi non potuerit. *Et in Ecclesia s. Synagoga quidem licitum cuivis precari, quacunque voluerit: at si solus degat non nisi in lingua sancta, præterquam si ordinarias preces recitet, tunc licitum ei in quacunque lingua orare, excepta Aramæa*, ut respondet R. Karo *in Schulchan Aruch sect.* 101. *n.* 4. Cujus ratio petitur ex *Schabbath fol.* 12. 2. ubi ait R. Jochanan: *Quicunque petit necessitates suas a Deo lingua Chaldæo-Syra, illi angeli ministeriales non adjunguntur:* (ut sc. preces ad Deum deferant) *uam angeli ministeriales non intelligunt linguam Chaldæo Syram* ut refert Cl. M. Pfeifferus *diss. de Targumim c.* 2. *th.* 12.

XVIII. Precabantur autem Judæi vel in cœtu aut loco aliquo publico vel etiam solitario. Publice quidem olim in templo Hierosolymitano; quo repudiato, Samaritanorum secta precibus destinarat templum in monte Gerizim, quod ducentos annos circiter floruit, tandem autem ferro ac flammis est vastatum vid. Josephus *Antiq. l.* XI. *c.* 8. cujus a mentio fit *Joh.* IV. 20. 21. Postea autem in synagogis conjunctis quasi cordium viribus ad Deum preces fundi cœperunt, quibus majorem vim atque efficaciam quam solitariis Judæi tribuerunt vid. *Mass. Berachoth fol.* 8. *col.* 1. Inde est quod etiam excommunicatis per Niddui liceret stante templo illud ingredi, sed per portam lugentium & excommunicatorum de quo vid. Cl. M. Pfeifferus *Ant. S. dec.* 3. *Pos.* 11. 6. In synagoga autem vel templo quemque habuisse proprium locum deducunt Hebræi ex 2. *Sam.* XV. 32. ubi de Davide dicitur, quod ascenderit in fastigium montis אשר ישתחוה שם ut ibi se incurvaret s. oraret: & ita fieri necessum esse dicunt *Berach. l. c.* ita ut addant: *quisquis sibi locum determinat ad preces suas, ejus inimici procident sub ipso, quemadmodum dicitur* 1. *Paralip.* XVII. 9. Quando autem Salvator *Matt.* VI. 5. taxat Pharisæos quod ament orare ἐν ταῖς συναγωγαῖς non omnes in synagoga orationes damnat, sed ipsos reprehendit, quod ita se gerant orantes in synagoga, ut singularis pietatis famam aucupentur a videntibus. Unde frustra *Beza not. ad l. c.* per συναγωγὰς quosvis hominum in foro & celebrioribus locis cœtus s. circulos intelligit, hac motus ratione quod *synagogæ precibus fuerint destinatæ.* Vel etiam ideo reprehenduntur, quod dum preces publicæ a synagoga funderentur, vanæ gloriæ captandæ causa preces privatas & a synagoga discretas mussitarent, quo intentius in precantes oculi omnium converterentur. v. *Hieros. Berach. f.* 8. 3. conf. Lightfootus *Hor. Hebr. pag.* 116.

XIX. Sed si non esset in civitate synagoga, quod non degerent ibi decem Judæi, qui sufficerent pro synagoga constituenda v. *Mass. Berach. f.* 6. 2. Maim. *Hilc. Teph. c.* 11. ab init. licebat extra synagogam orare; nec non si aliquis solus alicubi versaretur. Ita proficiscentibus licebat orare in navi in curru &c. quemadmodum dicitur *Berach. fol.* 67. 3. hoc

hoc pacto, ut *qui inequitat asino, descendat oraturus*, (ut possit stans orare) *si descendere nequeat, vertat saltim faciem suam. Si nec hoc possit, cor suum disponat versus sanctum sanctorum*.

XX. Solenne vero ipsis erat in plateis orare, in festis & publicis jejuniis, teste Maimon. *in Tephil. c.* 2. Causam idem reddit *l. c. n.* 21. *quia tunc synagogæ non capiunt multitudinem Ecclesiæ*. Ritus autem jejuniorum *Taanith. c.* 2. *halac.* 1. *&* 2. & apud Maim. *in Taanith. c.* 3. describuntur. Sed non tam de isto more videtur loqui Salvator *Matth.* VI. 5. quando carpit Pharisæos quod ament orare ἐν ταῖς γωνίαις πλατειῶν; sed potius illas preces intelligit quas singuli in plateis fundebant: quemadmodum dicitur *Hieros. Berach. loc. c. Dixit R. Jochanan: vidi ego R. Jannai stantem atque orantem in plateis Tsipporis & progredientem ad* 4. *cubitos, orantemque orationem addititiam*. Nam cum cautum esset ab interpretibus legis, ut videre est in *Berachoth*, ut adveniente ordinariarum precum hora, ubicunque quis esset positus, ad orationes se reciperet protinus, curæ atque industriæ Pharisæis fuit, ut adveniente orationum phylactericarum hora in plateis deprehenderentur, quo magis, tempore canonico eos ad preces illic cogente, ab omnibus conspicerentur, & zelum ac religionem eorum miraretur vulgus. Cui accedebat quod ex occursu cujuslibet fere rei vel in plateis vel in via obviam euntis ansam precandi caperent, *Berach. cap.* 9. Lightfootus *loc. cit.*

XXI. In omni ergo loco, ita exigente necessitate licebat precari, nisi essent loca sordida, qualia balneum, locus ventri exonerando inserviens & similia immundis negotiis destinata, in quibus etiam ne meditari quidem divini aliquid licebat, ut traditur *Berach. fol.* 24. 2. locus, autem in quo stabat orans sive publicus ille esset s. privatus, debebat esse declivior. Rabi Mikkotzi in סמ״ג *l. c.* Maimonides *Hilc. Teph. c.* 5. *n.* 6. qui *n.* 7. addit: *non stabit*, (precaturus) *supra locum altum tres palmas aut quod excedit; non orabit super lecto nec super scabello aut solio*. Propterea nempe ut scribit R. Mordechai *in Lebhusch Hattech. sect.* 90. *n.* 1. tum ne timeat lapsum, tum ut sic humilitatem suam declaret. Præterea autem fenestræ vel januæ Hierosolymam versus erant aperiendæ, quemadmodum dicitur de Daniele *c.* VI. 10. ut præcipit Maimonides *l. c. n.* 6.

XXII. Quotidie autem ipsis tria stata erant precandi tempora. *Cosri P.* III. *n.* 5. Nam apud Judæos stante templo & usu sacrificiorum obtinente singulis diebus mane & vesperi sacrificia Deo offerebantur, quorum vice, ubi non poterant ea offerri, preces ad Deum fundebantur. Hinc binæ constitutæ sunt preces singulis diebus, quæ responderent gemino illi jugi sacrificio lege præscripto; ita ut oratio quæ respondebat matutinæ oblationi vocaretur שחרית *matutina*, incipiens hora tertia i. e. nostra nona matutina, & quæ vespertinæ, מנחה קטנה mincha s. oblatio minor, vel ערבית *vespertina*, hora 9. incipiens s. tertia pomeridiana. Quibus addita tertia מנחה גדולה dicta, cujus tempus est hora sexta, nobis duodecima vel circiter. Atque hæc tria tempora jam Prophetarum ætate usitata fuisse ex *Dan.* VI. 10. & *Ps.* LV. 8. constare potest. Rabbini originem eorum ipsis Patriarchis adscribunt v. Mordechai *l. c. sect.* 90. *f.* 31. Atque has horas singulis diebus sacris votis celebrare majorum statutis severe adstringebantur. Idem *l. c.* Hinc *Act.* III. 1. *c.* X. 3. & *v.* 30. mentio fit horæ precationis nonæ *c.* X. *v.* 10. horæ sextæ i. e. circa meridiem, unde mox esuriisse Petrus dicitur. Sed conf. Cl. Buxt. *not. ad Cosri l. c. p.* 163. & Bald. Walæus *Comm. Ev. p.* 1035. *&* 1046. Præter hæc alia etiam fixa erant precum tempora, ad quæ tamen non tam arcte obligabantur, de quibus Maimonides *tract. de orat. & benedict. sacerdotum c.* 1. Alias infinitis vicibus fortuiti contingere poterant casus, & quotidie contingebant, quibus Deum certis formulis aut laudarent, aut ipsi deprecarentur.

XXIII. Preces publicæ certis & universo Judæorum cœtui communibus formulis absolvebantur, &, juxta diversitatem stati temporis, erant vel vespertinæ, vel matutinæ, vel meridianæ. Ea v. quam singulis diebus ter non solum prisci sed etiam hodierni Judæi recitant, vocatur שמנה עשרה i. e. octodecim, quod totidem gratiarum actiones contineat v. *Orach. Chajim. n.* 113. Hanc viros synagogæ magnæ concinnasse, ut haberent Israelitæ æqualem & communem precandi formam, tradit R. Becchai *in Cad Hakkemach f.* 79. 4. *In Berach.* tamen *fol.* 28. 2. traditur eam a Simone Pekolæo (circa tempora Christi) in ordinem redactam esse. Postmodum hujus precationis compeneiosa quædam summula concinnata fuit מעין dicta, ut dicitur *Berach. l. c.* Conf. Lightfoo-

footus *Hor. Hebr. p.* 118. Hæ quotidianæ præces ſceleratam & blaſphemam orationem in Judæos, qui ad Chriſtianam fidem converſi, ſacro initiati ſunt baptiſmate, imo in Chriſtianos ipſos in genere, & Chriſtianum magiſtratum continent: quæ in preces iſtas a R. Samuele Parvo, paulo poſt Chriſti tempora intruſa, & illius recitandæ neceſſitas Judæis injuncta fuit, ut notat Cl. Buxtorfius *Syn. Jud. c.* 10. *p.* 213. unde fruſtra tribules ſuos ab iſta virulentia excuſare conatur Dſalman Zebi Judæus in libro apologetico Jüdiſchen Theriack *c.* 5. ex hac ratione, quod tempore Eſdræ confectæ ſint iſtæ preces.

XXIV. In publicis autem precibus recitandis voce præibat publicus aliquis eccleſiæ miniſter, dictus vulgo חזן *Inſpector* nec non שליח ציבור *Angelus Eccleſiæ*, cujus inter alia erat publice orare, qui ſi reſpitaret inter orandum, infauſtum ſignum habebatur, ut dicitur *Maſſ. Berach. fol.* 24. 2. Sed præter has habuere alias privatas preces, quas ſinguli Doctores ſibimet ex ingenii ſui placito ſtruebant, diſcipuloſque ſuos & auditores eaſdem docebant, ut videre eſt ex *Maſſ. Berach. fol.* 16. 2.; id quod Johannem Baptiſtam quoque feciſſe, & de eo Chriſtum ipſum rogatum legimus *Luc.* XI. I. Interim ſi quis ſolus oraret, preces ipſius efferendæ erant in numero plurali: ut præcipitur in *Gloſſa ad Berach. fol.* 30. I. *Non orabit precatiunculam* בלשון יחיד *in numero ſingulari* אלא בלשון רבים *ſed in plurali; quoniam ex hac ipſa cauſa oratio ejus exauditur:* quem morem Salvator noſter in ſanctiſſima oratione dominica etiam nobis commendavit. Et vero quo prolixiores eſſent preces, eo gratiores Deo futuras putabant: quemadmodum legitur in *Hieroſ. Taanith. f.* 67. 3. *Omnis multiplicans orationem auditur*. Et in *Berach.fol.* 45. 2. *oratio prolixa* inter eas res numeratur, quæ *protrahunt diem & annos hominis*. Ad quem Judæorum opinionem alludere videtur Salvator *Matth.* VI. 7. v. Lightf. *Hor. Hbr. p.* 117. conf. Magnif. D.D. Hildebrandus *rituali orantium* c. 4. §. I. ſ.

XXV. Cæterum preces ſuas certis formulis obſignabant. In templo quidem finitis precibus publicis clara voce reſpondebant ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד Benedictum ſit nomen gloriæ regni ejus in ſempiternum; non autem אמן. Quemadmodum legitur *Hieroſ. c.* 2. *f.* 63. 4. & *Berach. f.* 13. 3. *Traditio eſt, non reſponſum fuiſſe Amen in domo ſanctuarii. Quid ergo dicebant? Benedictus ſit Deus gloriæ, regnum ejus in ſeculum & ſempiternum*. In ſynagoga autem ad preces fuſas a miniſtro, a populo, nec non domi patrifamilias benedicenti aut oranti, reſponſum eſt Amen: at rarius, aut nunquam quidem, privatim quis orans hoc ſuis precibus ſubjunxit. Interim tantum iſti antiphono tribuunt, ut in *Medraſch. Tehillim. ad Pſ.* 31. dicatur. *Qui dicit Amen omnibus viribus ſuis, ei aperientur portæ paradiſi*. Quicunque autem reſpondent Amen vel acceleratum, vel amputatum vel pupillare ſive orbum, illi pœnam ſecum trahunt neglecto attentionis *Berach. fol.* 47. I. & 57. I. Conſ. *Rob. Sheringham in Joma c.* 3. §. 8. Lightfootus *in Matth. c.* VI. *p.* 123. Cl. Buxt. *Lex. Talm. p.* 114. & *in Syn. Jud. p.* 226. 224. 264. Dilherrus *Elect. p.* 285. *ſ.* Utramque formulam Salvater noſter orationi dominicæ in clauſulam adjecit *Matth.* VI. 13. *Tuum* (o Deus) *eſt regnum & potentia & gloria in ſecula ſeculorum. Amen*





FRID. VVILHELMI JAHR
DISSERTATIO
DE
PRECIBUS GENTILIUM
EXPIATORIIS
Vulgo Pœnitentialibus ab Hebræo Populo desumtis.

I. DEliberanti mihi, cum animum ad scribendum applicuissem, de materia quadam utili & jucunda, variæ sese offerebant doctrinæ, quarum illa *de precibus gentilium pœnitentialibus ab Hebræo populo desumtis*, præ reliquis sese commendare mihi videbatur. Imprimis cum dissertatio illa, quam habuit Præses meus, *de sacrificiis gentilium* ΙΛΑCΤΙΚΟΙC (quæ doctrina cum præsenti arctissimo nexu cohæret) occasionem scribendæ hujus dissertationis dederit. Hanc itaque doctrinam, eum in modum prosequar, ut non solum ostendam, quales fuerint preces gentilium, quas fundere solebant, dum sacrificia *ἱλαςικὰ* peragebantur, sed etiam aliquid de iis in medium afferam, quas tempore quocunque in loco ad expiandos Deos mittebant gentiles. De omnibus vero harum precum speciebus ostendam, ex Hebræorum moribus, gentiles easdem desumsisse.

II. Nullum ferme sacrificium sine precibus conficiebatur, nec pauci sunt, qui Adamum, primum hujus ritus extitisse auctorem, opinantur, J. F. Buddeus *in Hist. Eccles. Vet. Test. Tom.* I. *p.* 348. saltem de ea re non esse dubitandum, censet. Nullà autem cum harum precum appareant vestigia, tantum mihi non sumo, ut pro harum certitudine, tanquam pro aris & focis dimicem, hoc autem scio, Patriarchas fideles cultus hujus divini fuisse custodes, quod sine ullo negotio ex oraculo *Gen.* XXXIII. 20. demonstrare possum. Exstruebat *Jacobus* aram, & nomen אלהי ישראל אל invocabat, Jobus etiam qui *Mose*, uti statuit *J. H. Heideggerus in Enchirid. Bibl. p.* 384. fuit antiquior, ejusmodi sacrificia obtulit, ipse *Aaron* cum suffimento preces miscebat, *Num.* XVI. quem precandi ritum imitatos esse gentiles dubitabit fortassis nemo, spectat huc testimonium *Horatii lib.* III. *od.* XXXIII.

Cœlo supinas si tuleris manus
Nascente luna, rustica Phidile
Si thure placaris & horna
Fruge lares avidaque porca
Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda vitis nec sterilem seges
Rubiginem &c.

vid.

vid. & *Dion. Halicarnassensis lib.* VII. *rerum antiquarum*, *Philemon in fragmentis a Clerico editis p.* 325. Imo durante sacrificii actu, maxime autem, quo victimæ in ara comburebantur, hymnis numina sibi propitia reddere studebant. Egregium occurrit in *Homero Jl. a. u.* 472. exemplum, quorundam hominum, qui Apollini, pro depellenda peste sacrificium offerebant, pueris peana canentibus. Et nemini dubium est, semper hunc precandi ritum, cum sacrificiis conjunctum fuisse. Sed quis docuit gentiles huno precandi ritum? Nolo meam alicui obtrudere conjecturam, credo tamen, me a veritate non aberrare, si dicam gentiles hymnis celebrandi & invocandi Deos ritum, *ex veterum Hebræorum moribus*, in suos usus transtulisse, qui crebrius superato magno quodam periculo, ejusmodi hymno Deo viventi gratias agebat. Insigne testimonium continet caput *Exod.* XV. in quo relatum legimus, Israelitas ex mortis faucibus ereptos, summum Numen hymnis & invocasse & celebrasse.

III. Plerosque gentilium, quibus fœda superstitio, non omnem judicandi libertatem ademerat, in hac opinione versatos fuisse, quod solis facrificiis ἱλασικοῖς non expiarentur Deorum Numina, ita manifestum est, ut probatione vix ulla indigeamus. Quare opus ipsis erat, ut de alio, quod animabus solatium afferret, medicamine solliciti essent. Probe autem ex ipsa Hebreorum disciplina sciebant, Deum pluris facere pietatem, obedientiam, & preces devotissimas quam hecatombas. Hujus rei commonefacti videbantur ex durissimo quod sibi ipsi asciverat, *Saulis* fato 1. Sam. XV. 22. & ex precibus ardentissimis *Mosis*, quibus afflictis & conclamatis sæpe Israelitarum rebus auxilio venerat. Hinc fortuna maligna vexati, sicut Ninivitæ ad concionem *Jonæ*, ad preces, velut ad sacram ancoram confugiebant, certo credentes Deos qui ob commissa peccata tanta mala sibi in domus inferrent, optime precibus castissimis flecti posse. Hinc *Persius* ad preces respiciens *Satyr.* II. elegantissime cecinit.

> *Compositum jus fasque animi sanctosque recessus*
> *Mentis & incoctum generoso pectus honesto*
> *Hæc cedo, ut admoveam templis & farre litabo.*

Statuit itaque, cordis castitatem, ad quam preces pertinent, optimum Deorum cultum esse. Hujus sententiam *Plinius in Panegyr. cap.* III. amplectitur. *Animadverto enim*, inquit, *Deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia & sanctitate lætari, gratioremque existimari, qui delubris eorum puram & castam mentem, quam qui meditatum carmen intulerit*. Gentiles enim rationis lumine edocebantur, Deos haud curare eorum dona, cum iis plane non indigerent. *Quis* enim *dicit* sacrum oraculum, Deo, unquam *aliquid dedit*? & licet *Ovidius lib.* III. *de art. amandi* cecinerit:

> *Munera crede mihi placant hominesque Deosque*
> *Placatur donis Juppiter ipse datis.*

Intelligit per Jovem, uti videtur, non summum aliquod numen, sed talis modi Deum, quem superstitio hominum in numerum Deorum asciverat, ut *Augustum* qui a Poetis sæpius Deorum nomimine salutatur, & in numis ΘΕΟΣ ΣΥΝΕΤΟΣ dicitur & *Liviam*, quæ ΘΕΑ ΡΩΜΑ appellabatur v. *Patinum in numis Imperat. p.* 58. Vel ideo dicit, Deos donis placari, ut comparatis majoribus cum minoribus, dictis suis eo citius fides adhiberetur. Alias *Cicero* Lib. II. *de leg.* vetuit, *ne quis impius oblatis donis Deum placare auderet*. Causa hujus asserti hæc erat, quia *Ciceronem* non fugiebat, diis placere mentem castam, preces devotas, non autem dona, quæ a multis vitiis polluta ipsis offerentur.

IV. Varia inveniuntur apud Gentiles, uti & apud Hebræos, precationum genera. Apud Romanos tria observavit *Plinius H. N. Lib.* XXVIII. *c.* II. *Victimas cædi sine precatione non videtur referre, nec Deos rite consuli.* vel uti celeb. *Salmasius in Exercitat. Plin. fol.* 413. *lit. d.* legit. *quippe victimas cædi sine precatione non videtur, referri ad Deos, rite consuli.* pergit *Plinius*, præterea sunt *alia verba impetriti*, *alia depulsorii*, *aliæ commendationis*. Valerius Maximus *lib.* I. *c.* I. *Prisco etiam instituto*, inquit, *rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est precatione, cum exposcendum voto: cum solvendum gratulatione: cum inquirendum vel extis vel sortibus impetrito: cum solenni ritu peragendum sacrificio, quo etiam ostentationum ac fulgurum denunciationes procurantur*. Proclus *in* Timæum *lib.* II. *p.* 64. *Primæ preces*, inquit, *de animæ salute*, *secundæ de bono corporis temperamento*, *tertiæ autem eorum*, *quæ extrinsecus adveniunt*, *curam habentes*. Satis prolixe de his egit *Brissonius de F. R. p.* 61. usque ad 68. Et si dicendum quod res est, mirum in modum mihi pla-

placet divisio, quam celeberrimus *Buſ. Antiquit. Græc. c.* 5. *p.* 18. attulit. Is duas veluti constituit precationum classes, quarum prima eas omnes preces sub se continet, quibus apprecari bona quævis sibi invicem solebant gentiles, & pro pro iis benigniter concessis diis gratias agere. Altera vero eas complectitur, quæ ut expiarentur numina, fundebantur. Si vero preces nimis anxie dividere vellem, haberemus *matutinas Plato L. Lib.* x. *p.* 665. *meridianas*, *veſpertinas*, *Magiſtratuum*, Livius *lib.* XXXIX. *c.* 15. *plebejorum*, *ſacerdotum*, *auditorum*, *virorum*, *feminarum*, *virginum & caſtarum*, *& defloratarum*. Equis vero esset tanta dicendi ubertate, ut omnes justo titulo ornare posset?

V. De variis nominibus, quibus utuntur his in sacris aliquid dicam. Precationes apud Romanos præsertim solenniores erant precibus, quippe quæ cujusvis erant privati, illæ vero fiebant in comitiis, *Cicero in Orat. pro Muræna*, ab auguribus, *Cicero lib.* II. *de divinat. adjunctis votis, Tacitus, annal lib.* IV. *c.* 9. Comprecationes eæ dicebantur, quæ fiebant vel a solo magistratu, vel ab illo & populo simul. Omnes vero ii, qui preces fundebant, dicebantur Deos *orare*, *adorare*, *precari*, *deprecari*, *obſecrare*, *obteſtari*, *contendere*, *flagitare*, *exigere*, *implorare ſupplicare*, *vovere*, *vota facere* Hebræis סגר התפלל התחנן חלות פנים השתחות & quæ sunt alia. Sed mearum partium non est, in omnes, sedulo inquirere precationum denominationes, de iis solummodo sollicitus ero, quibus gentiles Deorum iram deprecabantur. Illæ vero preces nominabantur *procuratoriæ*, quæ generaliores erant, & ob dira visa fundebantur. *Suetonius in Claud. c.* XII. ob terræ motum, *Cicero de Aruſp. Livius lib.* XVII. *cap.* II. vocabantur porro *depulſoriæ*. *Ammianus Marcellinus lib.* XV. cap. 5. *poſtulatoriæ Arnobius lib.* IV. *p.* 148. *obſecratoriæ Feſtus expiatoriæ Arnobius l. c.* quas omnes generaliori quadam denominatione *pœnitentiales* appellare licitum erit.

VI. Sunt itaque preces gentilium, quæ ad expiandos Deos fundebantur, *elevatio cordis*, *cultus animi*, *gemitus cordis*, *colloquium cum Diis*, *ut peccatorum pœnam auferrent*, *atque depellerent calamitates*, *quæ imminebant*, *aut quibus jam ſupprimebantur*. Sed dixerit quispiam, hæ descriptiones, qua maximam partem, conspirant cum precibus Hebræorum & Christianorum? Rsp. concedo eas convenire, magnum tamen inter illas & nostras discrimen erit, tum si spectes orantes, quorum intellectus divina luce collustratus minime erat, tum si consideres numina, quæ exaudire preces debebant, Deos Deasque imbecilles, ad quos a gentilibus eæ dirigebantur.

VII. Ritus precantium apud Gentiles varios fuisse, ex vario illorum gestu, motu, habitu, flexuque corporis cognoscimus. Persæ sacrificabant soli & lunæ, & incolæ Lybiæ versus solem orientem precati, & reges suos, quos filios solis esse jactabant, divino cultu venerati sunt. Quanquam non negandum, si *Herodoto* fides in *Euterpe* habenda, Ægyptios solem & lunam prima vice divino honore coluisse, qui vero supplices numen adorabant, manum ori admovisse, veluti illud exosculantes, basia versus solem jactabant, quo de legendi sunt *Lipſius lib.* II. *elect. c.* VI. & *Muretus lib.* X. *var. lect. c.* I. Multa de cultu solis in hymno in solem *Proclus Lycius* posteritati reliquit, de quo hymno eleganter P. D. *Huetius in demonſtrat. Evangel. Tom.* I. *pag.* 155. *Poſtulat, inquit Proclus a Sole, ſive Apolline, ut Deum precibus ſuis propitium faciat, noxarumque veniam ſibi impetret & pœnarum, juſtitiam divinam placabilem præſtet, & animæ ſuæ lucis divinæ radios infundat, quæ ſunt hujuſmodi, ut Iſraelitas Moſen alloquentes audire mihi videar.* Vaga vero hæc superstitio, qua commoti gentiles, cultum soli divinum præstabant, non solum orientis finibus continetur, sed etiam ad alios populos transiit, de Græcis vid. *Lucianum de ſaltat. Tom.* IV. *pag.* 105. *J. Ph. Pfeifferum A. G. lib.* I. *cap.* IV. *p.* 5. a quibus & illum Romani acceperunt. Hoc præterire nolo, insignem ex hac ritus notitia præferri lucem *oraculo Jobi* XXXI. *v.* 26. 27. Quidam dicto huic difficili, sensum mysticum tribuunt, id quod *Luth.* & *Seb. Schmidium* fecisse observo, quorum ille super verba *hab ich das Licht &c.* ita commentatur *Wenn mirs gluckſeelig ging. hab ich. meine Frende daruber gehabt?* & verborum *hab ich meine Hand. &c.* talis est interpret. *oder meine eigene Wercke preiſete, Weſches allein Gott zugeboret.* Verum qui auctoritatem horum virorum salvam semper esse cupio, intueorque hunc ritum, varie rem mecum pensitavi, verba quæ tandem præcedunt & quæ subsequuntur, quodam vinculo inter se conjungenda esse inveni. Scilicet vult *Jobus* publice profiteri, se nunquam solem adorasse, nec lunam, ne abne-

abnegare summum Numen, & peccati gravissimi accusaretur, coram judicio divino. Loquitur itaque *Jobus* אם-אראה אורכי והל ופך הלף: מפת בכתר לבי ותשק ידי לבי: גם הוא עון עלילי ביסחשתו לאל ממעל: Consentiunt aliqua ex parte mecum, *Tremelius* in h. l. *Pineda*, *Dougtaeus*, *in Anaclect. Sacr. Vet. Test. excurs.* 122. *p.* 211. Osculabantur poro gentiles, in ipso precandi actu Deorum simulacra. vid. *Xenophon*, *in orat. pro Agesilao*, *Cicero*, *in Verrem. A. V.* Morem hunc fortassis inde deduxerant, quia auctor *Psalm.* II. disertis verbis נשקו בר פן-יאנף *osculamini*, inquit, *filium*, quæ dictio idem significat, quod adorare, v. *Dougtaeum l. a. excurs.* 125. *p.* 214. Dissentiunt vero gentiles hac in parte ab Hebræis, quod Hebræi stante templo & tabernaculo versus solem occidentem semper precati sunt, causam hujus consuetudinis lege apud celeb. E. *Wokeaium in Observat. Hist. Bibl. Fasc.* §. 1. *p.* 3. *seqq.* Hoc tamen non obstet, quo minus gentiles ritum hunc ab Hebræis acceperint, licet quædam ab ipsis sint mutata. Porro & precantes in orbem se circumagebant, quo facto ad solem orientem se convertebant, quod fecisse imprimis Pythagoricos *Caelius l. a. lib.* XII. *c.* 9. *fol.* 1236. *observat* vid. & *Pfeifferum l. a. c.* IV. *p.* 5. & *Plinium lib.* 28. *c.* 2. Puras porro item supplices & erectas ad cœlum manus tollebant, cujus causam lege apud *Aristotelem de Mundo c.* II. Huc spectat oraculum 1. Tim. II. v. 8. vid. *Dougtheum* in *A. S. N. T. p.* 355. *excurs.* 90. Derivari posset hic ritus a facto *Mosis* commemorabili, qui expansis manibus, Israelitis, victoriam ab Deo expetebat. vid. interpret. *Onkelos & Jonathan Ben-Usiel Paraphr.* Et *Moses* jam ante cultum ceremonialem ad *Pharaonem Exod.* IX. 29. כצאתיאת-העיר אצרש את-כפי אל-יהוה Flexis porro genibus, presertim adversa fortuna pressi, Deos adorabant, & hic erat summus cultus, quem reges gentium *Messiæ* præstare debebant, orabat vero flexis genubus *Abrahamus Gen.* XVII. & alii, quem morem imitatos esse gentiles, nos docet *Theophrastus c.* XVI. *p.* 43. *charact. ethic.* Velato insuper orabant capite, *Curtius lib.* IV. *Aristander ad preces & vota vocatus in candida veste, verbenas manu præferens velato capite, præibat.* Vespasianus Templum Hierosolymitanum intrans, ex insolentia quadam, majorem capitis partem detegens, preces peregit vid. *Josephum belli Jud. lib.* VII. *c.* 15. Ex quo tuto colligimus, Hebræos hunc morem exsecratos esse, ipse Paulus Christianis illum concedere nolebat 1. *Cor.* XI. *v.* 4. 5. *P. Virgilius* aliam hujus ritus originem nominat, in *lib.* IV. *de rerum invent. Magistratibus enim*, inquit, *& aliis potentioribus caput aperimus tanquam omnia nostra patere illis debeant auctore Plutarcho: hinc haud dubio mos nobis est aperto orare capite.* Nudis demum pedibus, ut eo citius Deorum iram averterent suas preces fundebant. Quibus in moribus Judæos esse secutos, nemo non videt, hinc recte *Pfeifferus l. a. c.* VI. *p.* 6. *de adoratione discalceatis pedibus facienda, præceptum extat Pythagoræ apud Jamblichum c.* XXIII. ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει, *id quod forte hausit ex historia Mosis in Exod. ad rubum in monte ardentem, nudis pedibus accedentis Dei ipsius jussu.*

VIII. Progredior nunc ad formulas, quæ varii generis fuerunt Hebræi illa imprimis utebantur, audi Deus *Abraham*, *Isaac* & *Jacobi*, & hanc precandi formulam ab ipso Deo acceperant *Exod.* III. 15. יהוה אלהי אבותיכם אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב של חני אליכם זה שמי לעולם וזה זכרי כדר דר: aliias & Deum creatorem totius terrarum orbis invocabant, & sæpe exaudi nos addebant, sic & Baalitæ clamarunt Hebræorum more הבעל חנני *Baal exaudi* nos. Gentibus etiam suarum erat formulæ precum, quas inter illa solemnis maxime erat

Dis Deabus vel Dis
Deabus omnibus Dis
Deabus penatibus Dis
Deabus tutelaribus.

Agellius lib. XIII. *noct. Attic. c.* XI. *si Deus si Dea est. Macrobius Sat. lib.* III. *c.* 21. vel sive *tu Deus es sive Dea. Agellius lib.* II. *c.* 28. Incipiebat vero omnis precatio a *Jano*, Deorum æditu de quo *Arnobius lib.* III. *Janum*, inquit, *in cunctis anteponitis precibus & viam vobis pandere Deorum ad audientiam creditis*: hujus causam *Ovidius lib.* I. *fastorum* aperit, scilicet *quia custodiret limina facilisque per illum ad Deos aditus pateret.* Ritus hujus originem *Moses* dedit, qui *Janus* est, teste *Huetio l. a. Tom.* I. *p.* 196. Is locutus est cum Deo *a facie ad faciem, & Israelitarum* μεσίτης *preces ad Deum quasi detulit.* Variabant vero precum formulæ, pro rei temporisque varietate. *Cato de re rustica c.* XCI. *ejus rei ergo te* (scilicet Mars) *hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi, domo, familiæque meæ, liberisque meis.* vid. *Salmasius l. a Cicero in Verrem Orat.* II.

Ce-

Ceteros Deos, *Deasque* omnes imploro atque obtestor. *Velleius Paterculus lib.* II. *cap. ult. Jupiter Capitoline & auctor & stator*. (vid. observavit Vir doctissimus *Heinsius in notis ad h. l.*) *Romani nominis, gradive Mars, perpetuorumque custos Vesta ignium & quicquid Numinum, hanc Romani imperii molem, in amplissimum orbis terrarum fastigium extulit, vos obtestor atque precor, custodite, servate, protegite hunc statum, hanc pacem eique &c. Brutus* apud *Halicarnassensem lib.* IV. *Jupiter aliique omnes quibus cordi sunt res humanæ*, unicam adhuc addam formulam, Porphyrius *lib.* IV. *de abstin. O Domine sol! & vos dii reliqui. qui vitam hominibus largimini, me accipite, & diis immortalibus familiarem commendate, ego quidem Deos quos parentes colendos mihi commonstrarunt, pie semper colui, quamdiu in hoc seculo vixi. v. Th. Gale, in not. ad Jamblich fol.* 294. Multas precandi formulas congessit *Brissonius de form. p.* 61. *usque* 68. & T. *Pfannerus in Syst. Th. gent. purioris c.* XV. *p.* 384. *&c.*

IX. Peculiaris adhuc precandi restat formula, ulteriore disquisitione digna, extat illa apud *Arrianum in Epictet. lib.* II. *c.* VII. ille dicit, quando nos precamur, dicimus ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗCΟΝ, quam precandi formulam adhibebant tempore Christi, ii, qui morbis gravissimis affecti, aut qui alio infortunio pressi erant, exemplo nobis esse potest mulier Cananæitica *Matth. cap.* XV. Multi sane eruditorum, misere se torserunt quid de formula *Arriani*, qua adhuc nos hodie utimur sentiendum sit, sed plerosque hallucinatos esse, quod pace tantorum nominum dixerim, qui formulam aliunde quam ex sacris Hebræorum explicare noluerunt, comprobatum dabo quia (α) hæc formula Hebræis erat receptissima, qui peccatorum suorum mole pressi, semper ad misericordiam Numinis provocabant, quod Moses fecit, cujus vestigia pressit *David* Psalm. LI. LVI. LVII. חנני אלהים כחסדך כרוב רחמך מחה פשעי *miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*. (β) quia unum solummodo Deum invocabant, id quod testimonio esse potest, illos integram hanc formulam recepisse & fortassis Deum ignotum, sive ut *Aristoteles*, ens entium invocasse, cum in aliis precibus Deos Deasque invocaverint. (γ) Judæi qui maximo odio prosequebantur gentiles, *vid. Justinum lib.* XXXVI. *c.* 5. *Lysim* apud *Josephum lib.* I. *contra Appionem*, hanc precandi formulam sine dubio rejecissent, nisi hæc ab ipsis originem duxisset (δ) ex historia mulieris Cananæiticæ colligo, gentiles quibus sacra Hebræorum incognita esse non poterant, hunc orandi modum Judæis acceptum referre debere (ε) ad veritatem quam proxime accedit, studio quædam ex sacris Hebræorum hausisse, ne illi gloriari possent, suam religionem nihil commune cum religione gentilium unquam habuisse.

X. Vix credibile dictu, quam intolerabili fastu malus genius tumescat, ut etiam se peccatorum culpam remittere posse, gentilibus persuaderet, quod solus sibi Deus, tanquam regale quoddam, ut ita loquar, reservavit. Ille ipse malus genius a *Christo* cultum adorationis petiit, & ita dubium non est, quin gentiles instigaverit ad preces, quibus Deum Hebræi expiabant. Sed qua ratione id factum, pro virili demonstrabo. Sacra enim omnia gentilium ab Hebræis originem suam habuisse aperte docet *Josephus Lib.* II. *contra Appionem* & *Huetius l. a. p.* 144. Innuit ritus plerosque hausisse Ægyptios ab Hebræis, & ab his Græcos. Obscuriora equidem sunt, fateor, precum istarum vestigia, exinde tamen non sequitur, preces has Patriarchis & Israelitis in usu haud fuisse. Et facillime creditu est, Ebræos, nulla sacrificia ἱλαστικὰ peregisse nisi prius precibus ad divinam clementiam aditus sibi muniverint, quia Deus ipse iussit *Psalm. L. v.* 15. וקראני ביום צרה אחלצך ותכבדני De precibus *Adami* jam §. 11. quædam monui, Judæorum doctores, qui mirifice fabulis delectantur, statuunt, *Abrahamum* venia peccatorum impetrata cecinisse vid. Targ. ad cant. 1. & *Mechilta* ad sect. בשלה. Sed hæc num veritati respondeant, judicium sit penes alios. Tempore *Enochi* incipiebant ejus posteri prædicare nomen Domini ut recte noster *Lutherus* explicat *den Gottes. Dienst essentlech zu treiben, Gottes Wort zu horen, zu beten und zu opfern*. Quanquam *Antonius van Dalen*, *Bodinus* in *coll. heptaplon. manuscripto* lib. VII. profanationem nominis divini intelligi debere contendant. vid. cel. *Wokenii dissert. de locis & temporibus fidelibus ante legem ceremonialem precibus destinatis*. Horum tamen virorum auctoritas me non movet, ideo & cultus divini publici hic inveniri epocham totus crede. Ipse *Abrahamus* sacros suis habebat sermones *Gen.* XIII. 4. Invocabat Deum Gen. XIX. 3. 23. Gen. XII. *Isaacus* Patris mores imitabatur Gen. XXXII. *Jacobus* exstruebat aram & Deum invocabat Gen. XXXIII. 20. Moses victoriam Israelitis expansis ma-

manibus exorabat, & *Davides* peccatis commissis, precibus, uti vulgo loquimur, pœnitentialibus, illum expiare studebat. Cum itaque non solum *Abrahamus* per aliquod temporis spatium, sed & ejus posteri apud Ægyptios commorati sint, nescio sane quid obstet, quo minus precandi ritus, sicut pleraque sacra, Ægyptii ab allis acceperint. Ab his vero desumserunt Phœnices, ab his omnes, qua patet terrarum orbis, incolæ, Theologiæ suæ principia derivavere, uti observavit *Philo Byblius* apud *Eusebium in præparat. Evangelica lib.* I. Hoc saltem non negabo, depravasse illas gentes ritus a *Mose* acceptas, & puerilibus ita implicuisse fabulis, ut monimentorum veterum investigatores, maxima ingenii juxta ac judicii vi pollentes, vix pristinæ sanctitatis vestigia invenire potuerint, attamen inde non consequitur, illos sua sacra nunquam ab Hebræis arcessisse, licet veritatem plane extinxerit, densissimis tenebris eam involventes. Hoc labore libenter supersedere voluissem, nisi Cl. *Spencerus* mihi aliquid negotii facesserit, cujus num tanti ponderis sint argumenta, mox videndum erit.

XI. Sed ne injurius in *Spencerum* videar, bona fide illius verba allegabo. Præces illæ, quæ ad placanda Numina publice fiebant, nominat *sacrificia precatoria*, quia sacrificiis ἱλαστικῶς plerumque addebantur. Hinc *in Rit. de leg. Hebræor. dissert.* II. *de origine sacrificiorum cap.* III. *sect.* II. *fol.* 661. *Sacrificia precatoria lege vetustiora fuisse & e gentium antiquarum usu in mores Hebræorum transiisse non injuria creditur*. Et hoc exinde colligit, quia I. *ex historia Noachi pateat, cum exstructo altari victimas obtulisse, & si* Josephum, pergit, *audimus victimis incensis precatos fuisse, ut in posterum pristinus rerum ordo maneret & nulla tanta incideret calamitas, utque affectis merito supplicio scelestis Deus parceret innocentibus &c. Abrahamum & Isaacum iisdem in locis altaria struxisse & Deum invocasse*. Resp. Ipse *Spencerus* in his gladium quo jugulari potest, mihi porrigit. Dicat *Spencerus*, an lex de sacrificiis & precibus, quam primi parentes divinitus accepere, sit alia, quam quæ Hebræis data fuit? Aliter si sentit, sequetur illud, & alia habuisse patriarchas præcepta, quod affirmare nemo nisi qui veritatem violare velit, poterit. Si itaque lex eadem est, sique ab illa lege, quod *Spencerus* non negat, Gentiles suos ritus derivarunt, hosque a Patriarchis legis Hbræorum custodibus, cujus restaurator & amplificator jussu Dei viventis Moses fuit, acceperunt, certe sequitur Israelitas gentilibus ad hæc sacra lucem veluti prætulisse. Certum enim est *testante Buddeo in Institut. Theolog. dogmaticæ, c.* I. §. XXIV. *p.* 23. *ex traditionis & rationis fonte corruptam esse gentilium religionem* II. Secundum argumentum *Spencerianum* minoris adhuc est ponderis, dicit, *Nullum in tota lege præceptum invenire datur, quo Judæi sacrificiis preces addere, iisque tanquam supplicandi ritu, vel impetrandi beneficia medio aut motivo uti tenebantur*. Resp. Fallitur *Spencerus*, nonne dixit Deus, se supra omnia esse colendum? preces sunt divini cultus pars, sunt ab ipso mandatæ, qui jussit, ut semper in omni loco, in omnibus ærumnis illum invocaremus, ut peccatorum veniam, & omnium beneficiorum genera, & ab ipso impetraremus. Et si Judæi imitati essent hac in parte gentiles, Deus non exaudivisset preces ἐθελοθρησκείαν damnasset, nec sua illos gratia beasset. Nam ipse *Messias*, *Psalmo L. v.* 14. nobis hanc legem dedit זבח לאלהים תורה ושלם לעליון נדריך : ad quæ verba *Lutherus preise GOtt seine Wohlthaten, insonderheit fur das Versohn-Opfer meines Blutes und Todes am Creutz, und bezahle &c. dess du ihm gelobet hast Er solte dein GOtt seyn, im ersten Geboth.* ita videt bonus *Spencerus* suas conjecturas nullo fundamento innixas esse. III. *ævi prisci ruditas opinata est, Deum omnia muneribus concessurum quasi more humano demulceri possit, aut largitione quavis, ut paria cum iis faceret, obstringeretur. Adeo ut nundinationem quandam cum Deo exercerent veteres, & ita cum illo agerent, quasi fœnorator esset, daretque tantum ut acciperet. Hæc opinio tam crassa fuit & longe propagata, quod eam non immerito explodant Plato, Menander comicus, Persius, Arnobius, & ex antiquis alii. Hinc interim tuto colligendum est, antiquos orasse oblatorie, sic loquitur Medus, serio nempe persuasos, eorum preces mollem facilemque aditum ad Deum si munera viam præstruerent, facere*. Resp. Vera omnia sunt quæ hic disputantur a *Spencero*, sed nec vola nec vestigium hic invenitur, Hebræos precandi ritum ex sentinis gentilium accepisse. Et qualis est hæc colligendi ratio? Veteres donis & precibus expiarunt Deos, ergo Hebræi hoc ipsum eorum inventioni debent, nexum argumenti nondum video. Inverto illud, Veteres gentiles simili ratione, ut Hebræi, precibus coluerunt Deos, ergo gentiles, quod ex supra disputatis facile

le apparebit, eorum mores imitati sunt. Quartum argumentum leviori adhuc negotio convelli potest. *Multo probabilius esse* dicit *Spencerus*, *Gentes a patribus humano generi communibus accepisse hos ritus*. Resp. Acceperunt a patribus, sed apud illos jam viguerunt leges a *Mose* Hebreis patefaciendæ, vid. *Buddeus l. a. c.* I. §. XXV. *p.* 24. Ad *Abrahami* exemplum antea provocavit *Spencerus*, ille vero non pater gentium superstitione immersarum, sed pater omnium fidelium, appellari meretur, & sic hoc argumentum iterum non probat, quod probandum erat. Addit adhuc quædam argumenta de sacrificiis pacificis, votivis, & fœderalibus, sed cum hæc ad institutum meum plane non spectent, prolixius in isto refellendo non ero, nam quid de illis sentiendum sit, facile quisque subodorabitur.

XII. Ebræorum preces eximia quadam instructas fuisse virtute, ut eas, si casta mente, fidei in *Messiam* funderentur, summum Numen exaudiret, nemini est dubium, sed preces gentilium, fœda superstitione pollutas, licet a purissimis fontibus ortum traxerant, hoc fructu optimo plane caruisse, mihi jam dudum persuasi. Erant enim impuræ *Martialis lib.* VII. *epig.* 37. ridiculæ, *Menander in fragm. p.* 267. absonæ, *Callimachus hymno* in *Dianam* v. 6. jejunæ, *Persius Sat.* II. v. 9. & in meras tandem *βαττολογιας* definebant. *Nonus lib.* XI. *Dionys.* Vana erat titulorum pompa, Jupiter ab ipsis, *omnipotens*, *sospitator*, *servator*, *opitulator*, & *Cæsarum defensor*, vocabatur. Nolo plura adjicere, tædet me harum ineptiarum, alias totam farraginem ejusmodi incastarum precum sine ullo negotio addere possem.



MAT-



MATTHÆI HILLERI
DISSERTATIO
DE
VESTIBUS FIMBRIATIS
HEBRÆORUM.



Umer. xv. 37. 38. 39. 40. 41. ויאמר יהוה אל משה לאמר : דבר אל בני ישרל ואמרת אליהם ועשו להם ציצית על כנפי בגדיהם לדרתם ונתנו על-ציצית הכנף פתיל תכלת : והיה לכם לציצית וראיתם אותו וזכרתם את-כל--מצות יהוה: ועשיתם אותם ולא--תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם אשר אתם זונים אחריהם : למען תזכרון ועשיתם את כל מצותי והייתם קדושים לאלהיכם: אני יהוה אלהיכם אשר הוצאתי אתכם מארץ מצרים להיות לכם לאלהים אני יהוה אלהיכם

Chaldaica Onkelosi Paraphrasis. ואמר יהוה למשה למימר : מלל עם בני ישראל ותימר להון ויעבדון להון כרוספרין על-כנפי כסותהון לדריהון ויתנון על-כרוספרא דכנפא חוטא דתכלתא : ויהון לכון לכרוספרין ותחזון יתיה ותדכרון ית-כל-פקוריא דיהוה ותעבדון יתהון ולא-תטעון בתר-הרהור לבכון ובתר-חיזו עיניכון די-אתון טען בתריהון: בדיל דתדכרון ותעבדון ית-כל-פקודי ותהון קדישין קדם אלהיכון : אנא יהוה אלהיכון די אפקית יתכון מארעא דמצרים למהוי לכון לאלה אנא יהוה אלהיכון:

LXX. *Interp. Versio*. Καὶ ἔιπε κύριος πρὸς Μωυσῆν, λέγων· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, καὶ ποιησάτωσαν ἑαυτοῖς κράσπεδα ἐπὶ τὰ πτερύγια τῶν ἱματίων αὐτῶν εἰς γενεὰς αὐτῶν· καὶ ἐπιδήσετε ἐπὶ τὰ κράσπεδα τῶν πτερυγίων κλῶσμα ὑακίνθινον. Καὶ ἔσαι ὑμῖν ἐν τοῖς κρασπέδοις, καὶ ὄψεσθε αὐτὰ, καὶ μνησθήσεσθε πασῶν τῶν ἐντολῶν κυρίου, καὶ ποιήσετε αὐτάς· καὶ οὐ διαστραφήσεσθε ὀπίσω τῶν διανοιῶν ὑμῶν, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐν οἷς ὑμεῖς ἐκπορνεύετε ὀπίσω αὐτῶν. Ὅπως ἂν μνησθῆτε καὶ ποιήσετε πάσας τὰς ἐντολάς μου, καὶ ἔσεσθε ἅγιοι τῷ Θεῷ ὑμῶν. Ἐγὼ κύριος ὁ Θεος ὑμῶν, ὁ ἐξαγαγὼν ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, εἶναι ὑμῶν Θεός· ἐγὸ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. *Junio-Tremelliana*. Item alloquutus eſt Jehova Moſſchen, dicendo: Alloquere filios Iiſdraelis, & edic eis, ut faciant ſibi peniculamentum in oris veſtimentorum ſuorum per generationes ſuas; & adhibeant peniculamento ipſius oræ filum hyacinthinum. Erit autem vobis peniculamentum, ut videntes illud recordemini omnium mandatorum Jehovæ, & faciatis ea; ac non attenta obſervatione ſequamini animum veſtrum & oculos veſtros, quæ vos ſequentes ſcortamini. Ut, *inquam*, recordemini, & faciatis omnia mandata mea; & ſitis ſancti Deo veſtro. Ego Jehova Deus veſter, qui edu-

xi vos e terra Ægypti , ut ſim vobis Deus, ſum Jehova Deus veſter . Locus *Parallelus* , *Deuter.* Cap. XXII. v. 12. ita habet : נדילים תעשה-לך על-ארבע כנפות כסותך אשר תכסה-בה: i. e. *Inſtitas filamenta facito tibi ; in quatuor oris tegumenti, quo tegis te.*

SECTIO PRIMA.

Siſtens Argumentum , & diſpoſitionem textus.

TRadita hic eſt Ceremonia circa veſtes Iſraelitarum , quæ præceptorum Dei memoriam refricaret.

PARTITIO I. Inſinuatur *Legislator* Dominus Iſraelitarum ex fœdere *Deus*. *Verſ.* 41. אני יהוה אלהיכם *ego Dominus Deus veſter*.

II. *Miniſter Legis* Moſe, divino alloquio dignatus; *Verſ.* 37. ויאמר יהוה אל משה לאמר *alloquutus eſt Dominus Moſen, dicendo*.

III. *Legis Subjectum* ; Iſrelitæ , *Verſ.* 38. דבר אל-בני ישראל alloquere filios Iſraelis.

IV. *Materia :* Fimbriis a limbo veſtium pendentibus addita *hyacinthina fila*; cod. ואמרת אליהם ועשו להם ציצת על כנפי בגדיהם לדרתם ונתנו על-ציצת הכנף פתיל תכלת *& dicas eis , ut faciant ſibi peniculamentum in oris veſtimentorum ſuorum , & adhibeant peniculamento ipſius oræ filum hyacinthinum.*

V. *Duratio in ætates poſteras ;* Verſ. eod. לדרתם *in generationes veſtras*.

VI. *Finis triplex* (α) ut præceptum de fimbriis veſtium ſit legum Moſaicarum memoriale . *Verſ.* 39. וראיתם אתו וזכרתם את-כל-מצות יהוה ועשיתם אתם: *ut eis videndis omnium Domini præceprorum recordemini, eaque faciatis*. (β) ut ſit eorum , quæ vel prava cogitatio vel oculorum concupiſcentia ſuggeſſerit, quoddam quaſi ſufflamen. Verſ. eod. ולא-תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם אשר-אתם זנים אחריהם *ne ſpeculantes ſequamini mentem veſtram , ant oculos veſtros , ad quorum libidinem meretricemini*. (γ) qui primarius finis eſt, *Sanctificatio*. *Verſ.* 40. למען תזכרו ועשיתם את-כל-מצותי והייתם קדשים לאלהיכם *ut omnium præceptorum meorum memores iis pareatis, Deo que veſtro ſancti ſitis.*

VII. *Obſequii incitamentum*, Dei majeſtas & benignitas; *Verſ.* 41. אני יהוה אלהיכם אשר הוצאתי אתכם מארץ מצרים להיות לכם לאלהים אני יהוה אלהיכם: Ego Deus veſter, qui eduxi vos a terra Ægypti, ut ſim vobis Deus, ſum (ego) Deus veſter.

SECTIO II. EXEGETICA.

ויאמר) *Tum loquutus eſt*. Docuit nos Chriſtianus Noldius in Concordant. 73. ſignificata habere particulam Vav, quæ pro ratione contextus locum in Scripturis divinis habeant. In his etiam eſt ſignificatio adverbii *Tum* vel *Tunc*, quod, noſtro quidem judicio, apte ad initium textus noſtri convenit . Præceſſit enim hiſtoria ſupplicii, quod de eo ſumtum, qui lignando Sabbathum violaverat. *Loquutus eſt*, nempe ut ſolebat , ore ad os , i. e. familiariter , in tentorio conventus , quod a Tabernaculo, publicis deſtinato ſacris , diſtinctum fuiſſe poſt alios docuit Herm. Witſius , Miſcell. ſacr. Lib. II. Diſſertat. I. vid. Exod. XXXIII. 7.

יהוה) i. e. *Ille* , *qui eſt* , *qui fuit*, *& qui futurus eſt*. Græci omnium optime extulerunt per Κύριος, quod & ipſum eſt a κύρω exiſtendi verbo. Neque enim placuit nihil ſonaturam in patrio ſermone vocem græco ſermoni intexere . In quo quidem ſequi eos animadvertimus divinos Scriptores , Exram & Danielem , qui licet proxima ſit Hebraicæ Chaldaicæque linguæ cognatio, nunquam tamen Tetragrammaton vel in textum Chaldaicum recepere, vel ad ejus analogiam domeſticam vocem confinxerunt . Ille igitur ab incomprehenſa æternitate dictus Deus , ad finem ſectionis hujus , Iſraelitarum Deum ſeſe quatuor continuis vicibus adpellat , eaque loquendi formula & fœdus cum populo initum refricat, & cauſas ei graviſſimas oſtendit , propter quas ad obſequium ejus obſtringeretur .

אל-משה) *ad Moſen*, Dei ſervum , quo internuncio Deus ad populum utebatur . Videtur משה Prophetæ vocabulum habere formam Particip. præſentis, quod Benoni vocitant Hebræi ; ſed multum fallitur, qui ita ſenſerit. In hac enim forma ſonuerit *Eum* , *qui extrahit* , non , quod textus innuit , *eum qui extractus eſt ;* Itaque deductum eſſe ſtatuimus a Participio Pual, effictumque ad formam זרה *ventilatus* , Jeſa. XXX. 24. Cholem eſt loco dageſch fortis pro משה quod factum obſervamus in verbo הנה *amotus fuis* II. Sam. XX. 13. & nomine proprio המצביה *Hammezobaja* I. Paral. XI. ult.

לאמר) Dictio hæc, ubi vel congenerum vel cognati ſenſus verbum præceſſerit, id notat, quod latine dicimus , in hæc verba, hujuſmodi verbis. Itaque allocutus eſt Dominus Moſen hujuſmodi ver-

verbis. Ex quo intelligitur, non saltem imaginem rerum, quæ loquerentur, animis Prophætarum indidisse Deum, sed ipsa etiam verba inspirasse, quibus voluntatem suam explanarent. Porro ipsum לאמור *dagesch in litera initiali* ל *habet*, quia *ex singulari privilegio* cum prævia voce per accentum ‹ copulatur, quamvis cum ista per syntacticas regulas non cohæreat.

דבר אל בני ישראל ואמרת אלהם) *Alloquere filios Israelis, & dic illis &c.* Castalio: *Admone Israelitas, ut in posterum fimbrias in vestimentis suis faciant.* Quadrat ista versio ad mentem celebris R. Don Isaac Abarbenelis, qui Comment. in h. l. existimat, jam in Ægypto vel in Mara hoc præceptum accepisse Israelitas, quod statim infra in Quæstionibus refutabitur. Cæterum duo isthæc verba דבר & אמר notionibus suis differre monent Scripturarum SS. Interpretes. R. D. Kimchi אמר, inquit, *semper alteri jungitur, sed* דבר *est absque conjuctione ad alterum*, quia locutio significat loquendi facultatem, quæ est in homine ex sua origine absque alio respectu. Nam dicis: homo loquitur, at non item: homo dicit, nisi adjungas alteri. Johannes Coccejus ait, דבר *notare actionem mentis formantis ideam rei, & per sermonem declarantis sua νοήματα:* אמר *vero significare conceptionem sententiæ affirmantis aut negantis, vel animo, vel lingua ac voce, vel scripto aliove signo.* Nos merito de utriusque sententiæ veritate ambigimus, præsertim Kimchianæ. Quum enim Deus diceret: Fiat lux! & vocaret ea, quæ non fuere, non fuit, quicum loqueretur Deus: quin utrumque verbum promiscue usurpatum de idea mentis & noemate per sermonem nondum declarato, Eccles. II. 15. ואמרתי & dixi in corde meo: idem evenit sapienti & stulto: quare igitur sapui amplius? & locutus sum in corde meo: ודברתי quod hoc etiam esset vanitas. Videatur etiam Proverb. XXIII. 33. Psalm. IV. 5. X. 6. XXVII. 8. Gen. XXVII. 41. Exod. IV. 16. Deut. VIII. Hose. VII. 2. Nobis igitur verbum אמל & דבר hoc interesse videtur quod דבר *proxime dicendis præmittitur*, דבר *non item*. Judic. XII. 6. ויאמרו לו אמר-נא שבלת ואמר סבלת ולא יכין לדבר כן *dixeruntque ei, dic, age, Schibboleth, ille autem dicebat; Sibboleth, neque comparare se potuit, ut loqueretur recte.* Sic in textu nostro præsenti. Allocutus est Dominus Mosen, dicendo: alloquere filios Israelis. Innumera alia sunt loca, quæ hanc expositionem confirmant. Placet tamen ad eorum cumulum duo adhuc subjicere, quæ ab aliis aliter versa nostram sententiam solicitaverint. Unus legitur Jobi XXXIII. 34. 35. Viri cordati dicent mihi, vir, inquam, sapiens auscultans mihi: Ijob minus scite loquitur. Alter Psalm. CXXXIX. 20. אשר 20. יאמרוך למזמה נשוא לשוא עריך *Qui scelerate dicunt tibi: frustra tollitur quisquam inimicorum tuorum.* II. Notamus, *fieri aliquando, ut quæ dicenda sunt, verbo* אמר *non adjungantur, ubi scil. ea proxime jam præcesserint.* ut Gen. IV. 7. 8. Si recte feceris, remissio; si male, pro foribus excubat peccatum: verum ad te adpetitus ejus, & tu dominaberis illi. Dixitque *ea* Cajin fratri suo. Simile Exod. XIX. 24. 25. Abi, descende populus ne perrumpunto *terminum*, ascendendo ad Jehovam, ut non irrumpat in eos. Descendit ergo Mosche ad populum, ויאמר אליהם atque *hæc* retulit eis, ea scil. quæ dicenda hactenus ex Deo audiverat. III. *Sæpius* אמר *ubi jubentis vel cogitantis verbum fuerit, ante dictum vel sententiam unius pluriumve dictionum, cum particulis* כי ו & ל, *construitur*, ut in his locutionibus יהוה אמר לשכן הערפל *dixit Dominus habitare in caligine*, i. e. promisit se habitaturum. I. Reg. VIII. 12. ויאמר להכות *& dicebat*, i. e. cogitabat, *percutere Davidem*. II. Sam. XXI. 16. אמר להביא *jussit adduc.* Esth. I. 17. אמר לנער ויעבר לפנינו *dic puero, ut transeat ante nos.* I. Samuel. IX. 27. & in textu, qui in manibus est, ואמרת אליהם יעשו *edicas eis, ut faciant Vers.* 38. IV. *Verbi* אמר *frequentissima est ellipsis, verbi* דבר *nulla.* e. g. Quum respicio cœlos tuos, opus digitorum tuorum, *dico*, quid est mortalis? Sic Psalm. CXXXVII. 3. Quamvis peterent a nobis cantiones -- qui contumulabant nos, *dicentes*, canite nobis de canticis Zionis *Ab utroque denique verbo* דבר & אמר *differt in vaticiniis frequentata vox* נאם Neum. Id enim a nomine אמון solita gutturatæ mobilis & literæ Nun trajectione ductum pro נאום in regimine facit נאם & ex nativa origine significat Veritatem, seu, veracissime dictum, πιστὸς λόγον καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον. I. Tim. IV. 6. Hoc sensu ubique accipi potest, Numer. XXIV. 16. *verissimum dictum* audientis sermones Dei. Num. XXIV. 3. 15. *verissimum dictum* Bilhami filii Behor 2. Sam. XXIII. I. *verissimum dictum* Davidis, filii Isai. Psalm. XXXVI. 2. *verissimum dictum* improbitatis impii.

ועשו להם) *Ut faciant sibi*, vel ut comparent vel acquirant sibi. עשה pro *acquirere* usurpatum legimus Gen. XII. 5. ואת-הנפש אשר-עשו *& animas quas fecerant*, i. e. acquisiverant Chatane. item Genes. XXXI. 1. ומאשר לאבינו עשה את כל-הכבוד הזה & ex eo, quod erat Patris nostri, fecit i. e. acquisivit omnem istam gloriam. Idem verbi sensus Deut. VIII. 17. Eccles. II. 8. Jerem. XVII. 11. Ezech. XV. 7. & XXVIII. 4.

ציצית) *Peniculamentum*, *fimbrias*: Est enim שם כלל nomen collectivum. Luth. Schnürlein / Belgæ. Snoerkens. Illud, quod Zizith posterioribus seculis Hebræi vocarunt, peniculus fuit ex nodis & ligamentis, quorum quidem Rabbini mentionem faciunt, Scriptura nullam. *Distinguunt* enim inter ציצית & נרילים putantes, illud quod ציצית nominatur, esse fila retorta ad oram vestium, h. e. quod relinquitur in tela; fila autem assuta, nec texta vocari נרילים. Aben Ezra comment. in h. l. scribit, יתכן על שני פירושים האחד שיעשו ציצית כמו בציצית ראשי והם החוטים היוצאים שאינם ארוגים *duas posse esse explicationes*, *unam hanc*, *ut faciant cincinnos*, quemadmodum in loco Ezech. VIII. 3. *in cincinno capitis mei*) *qui sunt fila*, *quæ egrediuntur neque contexta sunt*; additque, והפירוש השני כאשר העתיקו חכמים זכרונם זכרונם לברכה ובעבור שיש עדים נאמנים על הפירוש השני בטל הראשון והם העתיקו כי זאת המצוה עם בגד שיש לו ארבע כנפים והציצית הם הגרילים: *Altera explicatio est juxta translationem sapientum f. m. quæ*, *quoniam fidis testibus est confirmata*, *priorem illam abolevit*: *ipsi autem explicarunt*, *præceptum hoc innuere vestimentum quatuor alarum*, *& Zizith idem sonare quod filamenta*. conferatur R. Salamon Jarchi Commentario in h. l. Vide etiam Fagium in Num. XV. Celeberrimus R. Don Jitzchak *Abarbenel* Comm. in תורה confirmat contribulium suorum opinionem. Is enim p. m. 289. col. 4. explanationem hanc adhibet: ועשו להם ציצית וציצית הם חוטים או שערות יורדים ומרלדלים כמו ויקחני בציצית ראשי והיא קצות שערים וכן חוטי הציצית הם כזאת הצורה בתחתית ונקראו נרילים לפי שהם נרילים על הצורה מלמעלה שהיא קלועה מעשה נבלות לחזוק וכן בלשון חכמים זכרונם לברכה קוראין לקליעה גדיל ואין הקליעה קיימת רק בקשרים אם כן נקרא ציצית על שם דלדול הפתילים למטה ונקרא נרילים על שם הקליעה והקשרים שבעליון הפתילים: *Et faciant sibi Zizith*: *Zizith autem sunt fila vel crines*, *qui descendunt & demittuntur*, *quemadmodum* (in loco Ezech. VIII. 3.) *& assumsit me crinibus capitis mei*. *i. e. extremitatibus capilli*. *Similia sunt fila Zizith*, *quæ inferne eandem habent figuram*, *vocanturque* נרילים *quia sunt glomerata superne*: *& Interp. exponunt vocem* נרילים *de forma superiore*, *quæ est contorta opere æqualiter terminato ad firmitatem*, *& sic in sermone sapientum nostrorum f. m. contortum voce* נדיל *vocant*, *neque est contortum firmum nisi nodis*, *ideoque vocatur Zizith a dependentia filorum*, *& vocantur* נרילים *propter opus contortum & propter nodos*, *qui sunt in superiore filamentorum parte*. Sed locus parallelus Deut. XXII. 12. arguit נרילים esse idem quod ציצית. Itaque & *Chaldæus* נרילים vertit in ציצית filamenta fimbriarum vel peniculamenti, quæ scil. fimbrias constituunt, Germ. Faden / vel Franzen / Gallic. *franges*, pro ציצית. *Idem* Onkelos hoc loco posuit *Græcam* vocem כרוספדא κράσπεδα, quæ *Hesychio* teste sonant τὰ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου κεκλωσμένα ῥάμματα, καὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ *illa quæ ad oram vestis assuuntur fila*, *& extremitas ejus*. Nec aliter *Beza* intellexit, qui κρασπέδων, ait, *appellatione intelliguntur contorti quasi cincinni filorum*, *quæ ab extrema vestium ora pendebant*. Matth. XXIII. 5. Cæterum voce Zizith & Schedulam notabant Hebræi, sive membranulam fimbriis palliorum assutam, in qua descripti extabant aliquot e lege Mosis versiculi v. g. Deut. VI. 6. 7. 8. &c. quod discere possumus ex Canone Hebræorum; *Membranula ista si capiti alligata & brachio vocatur* תפילין *si januæ*, מזוזה *si vesti* ציצית. Ita nimirum divinis præceptis sua commenta quasi in suppelementum Hebræi addebant.

על כנפי בגדיהם) *Ad alas*, *sive*, *ad oras vestium suarum*. Ex eo, quod כנפי scribatur, cujus absoluta כנפים *Kenaphaim* dualis, colligit R. Aben Ezra, ציצית vestem esse חלוק id est bipertitam, ut sunt מכנסים *femoralia*. At nimis lubricum est in forma duali fundamentum. In quibus enim masculinus pluralis est insusitatus, dualis solet pluralis numeri vicem supplere: nisi malit sapiens ille Rabbinus ex quadrupede facere bipedem quia sc. dualis רגלים de pedibus equorum effertur. Pro nobis est locus parallelus, in quo diserte pro על כנפי *in alis*, dicitur על ארבע כנפות *in quatuor alis*. Igitur, qui viderunt hoc, eam vestem finxerunt ex particulis quadratis ex lino lana, serico, quæ superne ligamentis late connexa traducto capite hume-

Pag. 621. Pag. 622.



meris injiciantur, ut una pars a pectore altera a tergo dependeat. In prioribus 4. angulis fila lanea contorta & oblonga annectunt, quæ visui objecta, de observatione omnium præceptorum Dei hominem moneant. vid. Buxtorf. Lex. Talmud. p. 1908. Synag. Jud. p. 160. seq. Leusd. Phil. Hebr-mixto diss. 17. p. m. 130. seq.

בגדיהם) *Vestimentorum suorum*. Exteriora intelligi vestimenta arguit locus parallelus, ubi pro בגדיהם est כסותך tegumenti tui. Quin & alias בגד *Beghed* pallium seu togam exteriorem notat, a מעיל *meil* inferiori tunica distinctam, ut Isai. IX. 4. 6. Ezech. XXVI. 16. Sic etiam rependit בגד significatum nominis כסות quando scil. pro eo accipitur, quod insternitur cubanti. 1. Reg. 1. 1. Num. IV. 7. Amos II. 8. Bene igitur vertit *Luth.* Un den vier Zittigen deines Mantels/ & *Belgæ*; aen de vier hoecken uwes overkleets. Hoc tamen amiculo non amplius velantur Judæi, neque id dissimulat sæpius laudatus *R. Abarbenel* l. c. f. 299. col. 1. ואמרו על כנפי בגדיהם רמז אל הכסות העליון והטעם שבזמניהם נוהגים ללבוש על כל בגדיהם מעיל ארבע כנפים ומעטפים במעיל ההוא בצורה הטלית אשר לנו היום וכנפי המעיל מתפשטים אנה ואנה וצוה יתברך שהציצית תהיינה תלוים בהם וזהו ענין וראיתם אותו: id est *cum dicit; ad oras vestium vestrarum, innuit velamentum corporis exterius, atque hoc vult; quod ea tempestate soliti fuerint gestare quatuor alarum pallium, quod super omnes reliquas vestes induebant, eoque pallio circumdabantur eum in modum, quo velamur hodie inter nos usitato* טלית *Talleth, alis pallii hinc inde pendentibus. Præcepitque Deus, ut peniculi ad eas appenderentur, quod insinuatum est verbis; quum videritis illud*. In obsoleti igitur istius amiculi, cujus scil. modum Deus præscripserat, locum venit טלית *Talleth*, quæ vestis etiam ארבע כנפות *Arban Canpoth* appellatur. Duplicem autem Talleth nostra tempestate habent. *Majorem unam, alteram minorem*. Minorem, qui pietate & sanctitate ceteris volunt antecedere, quotidie simul ac surgunt, cum ceteris vestibus induunt, & sub toga circumferunt, ita tamen, ut fimbriæ ציצית paululum emineant, & illas intueri atque in oculis habere possint. Et sic hodie plerumque id sub thorace ferunt, ne ab illis inter quos vivunt, ludibrio habeantur, & derideantur, quia quadrangulæ ejusmodi vestes non sunt in usu. Præter טלית קטן *Talleth Katon sive parvum* habent & illud quo tempore precum in Synagoga utuntur, quod vocant טלית גדול *Talleth gadol* sive magnum. Hoc itidem vulgo constat ex panno albo, ad instar Mappæ quadratæ, & quatuor ejusmodi fimbrias sive peniculamenta habet a singulis quatuor angulis. Id non corpori applicant, sed capiti & collo circumvolvunt in Schola vel Synagoga. vid. de his fusius agentem Buxtorf. Synagog. Judaic. c. 9. p. m. 160. Leusd. Philol. l. c. *Materia hujus pallioli* debet esse lana ovilla, sive agnina alba: fila itidem ex lana eaque detonsa non evulsa & retorta manu fœminæ Judææ, & quidem hoc fine ut peniculamentis serviant, ad angulos quatuor debent annecti, trium circiter digitorum spatio supra oram extremam, quia dicitur, *& faciant ea* על כנפי בגדיהם *supra oras vestimentorum suorum*. Fila sumuntur quatuor, quæ per foramen transmissa & duplicata faciunt octo. Septem illius sunt æqualis longitudinis, octavum debet esse longius ut sufficiat circumvolvendis reliquis, & quinque nodis firmis nectendis, & tamen residuum æqualem cum reliquis septem habeat longitudinem, circumvolvunt ad tertiam filorum partem, ceteras duas dependere sinunt. Vestis hæc una cum fimbriis juxta legem deberet esse coloris תכלת *hyacintini*, sed hodie quia illum habere nequeunt, communiter ea faciunt alba, (quandoque fusca, ut in ea, quam possideo) quoniam color albus innocentiæ & puritatis sit symbolum. Cum ista induuntur, duæ pallioli particulæ & fimbriæ a fronte & a tergo pendere oportet, ut undiquaque præceptis Dei sint cincti & circumdati, & sic in illis impleatur, quod David ait, Psalm. XXXIV. 8. *castrametatur angelus Domini circa timentes eum*, nam ajunt, *Præcepta Domini sunt ipsius Angeli*. Vid. Buxtorf. l. c. Pfeiffer. Dub. vexat. p. 285. *Formam & figuram* hujus pallioli æri incisam habet in Celeberr. Wagenseilii Sota p. 406. & Leusden. Philol. Hebr-mixt. l. c. Possidendi istud copiam raro dant Christianis Judæi, sive, quod ludibrio se haberi putant, sive quod sanctissimæ rei metuunt profanationem. Quo magis mirabar nuper, cum a Judæo & hanc vestem fimbriatam, & Fascias puero in circumcisionis ritu circumdatas impetrarem, quarum speciem, quoniam ita occasio quidem tulit, æri incisam cum interpretatione sua rerum talium curiosis exponam. Verba, quæ Hebraica, mulier acu sua ornatissime depinxit, ita habent:

(*) ישׂשכר

(*) יששכר בר אלחנן נולד במ״ט יו׳ ב׳ ח אדר מזל דגים חמ״ט יגדל בתו׳ ולחו׳ ולמ׳ טובים א״ס: id est Issachar filius Elchanan, natus est fausto sidere, die II. septimanæ, octavo mensis Adat, signo Piscium. Anno ab orbe condito 5449. Magnus fiat in lege, dieque nuptiarum & bonis operibus! Amen, Sela! Abbreviatura במ״ט integre scribitur במזל טוב in signo fausto יום שני die secundo scil. septimanæ, qui nobis lunæ dies, nam & Judæi septimanam a die Dominico incipiunt, חמ״ט id est. 449. anno cui numero si addideris 240. erit annus a nato Christo 1689. Millenarius sive 5000. in ære Judaica solet omitti, in cujus rei indicium alias addunt לפ״ק id est secundum computum minorem. ולחו׳ pleniori scriptura ולחפה & die nuptiarum ולמ׳ id est ולמעשים & Operibus. Fasciæ hæ, quas Wimpels barbare vocant, ex involucris infantium componuntur, quibus involutos octavo post puerperium die ad circuncidendum proferunt. Ista deinceps in fascias dissecta iterum consuuntur, & animantium florumque imaginibus picturata pueri parentisque nomina & nativitatis diem exhibent. Anno, vel, pro loci consuetudine, semestri completo, puerum in scholam deferunt, fascia in sacrificii locum addita. Ipsum vero Scholæ Antistiti (רב) commonstrant, qui dextra capiti ejus imposita veteri Benedicentium formula utens Gen. 48. v. 20. ponat, inquit, te Deus ut Ephraim & Manasse. Tum fasciam pater infantis illi, qui ligni vitæ tractandi habet officium, tradit, hic vero alteri, qui officium *gelilæ*, seu involutionis administrat. Cæterum ea fascia ita Liber legis involvendus est, ut literæ introrsum conversæ pergamenum, cui Lex inscripta, quam proxime contingant. Tales fasciæ magno numero reperiuntur in *Alemar* seu suggestu, & quoties תורה sive Lex prælecta involvitur, toties nova volumini Legis applicatur, eo scil. fine, ut ejus involutionis utilitas vel in eum redundet, a quo primum illa fascia venit, vel hoc defuncto transeat ad posteros. Vid. Wagenseil. Memorab. Norimb. & Buxt. Synag. Judaica.

לדרתם) *in ætates eorum*; i. e. *usque ad consummationem seculorum*. Hebr. VII. 26. Eandem scil. hic vim habet, quam Exod. XII. verbum לעולם. Utrobique enim continuationem operis ritumque in posteros propagandum denotat, usque ad tempus emendationis Hebr. IX. 10. Sic etiam Sacerdotii Lex in generationes Hebræorum observari jussa, tamen quo tempore Sacerdos juxta Melchisedeci ordinem extitisset, antiquari debuit. Fieri autem præcepti superioris abrogatio debuit propter infirmitatem ejus & inutilitatem, quando nihil persecit Lex, sed adjectio melioris spei, per quam ad Deum accedimus. Hebr. IX. 10.

ונתנו על-ציצת הכנף) *Dabitis autem ad peniculamentum oræ cujusque*, i. e. *applicabitis filamenta oræ cujusque*: על idem quod אל *ad*. Nihil ista permutatione frequentius. Hinc explices illud Gen. I. 20. ועוף יעופף על הארץ על פני רקיע השמים volucres volanto supra terram, superficiem versus expansi cœlorum.

פתיל תכלת) *filum tortum hyacinthinum*. פתיל est contortus, glomeratus, ex forma absoluta פתיל quæ legitur Num. XIX. 15. collactaneum est פתלתול contortus, tortuosus, διεϛραμμένος, epitheton populi Israelitici. Deut. XXXII. 5.

תכלת) *Thecheleth*. Chaldæis תכלא *Thicla*, hyacinthinum, qui color mari similis, mare cœli speciem refert, cœlum throni gloriæ. *Paratus olim fuit ex sanguine purpuræ, piscis, qui Hebræis* חלזון *Challazon dicitur*. Vid. R. S. Jarchi, Aben Ezra & Abarben. l. c. fol. 199. Item Buxtorf. Lexic. Thalm. p. 760. Thargum Jonathanis: Ad littus maris magni habitabunt Zebulonitæ, & oblectabunt se טרית *Tarisa*, יאחדון וחלזונא & Chalsonam capient, & ejus sanguine colorabunt fila ויצבעון מארמה תכלא stolarum suarum. Apud Talmudicos idem legitur in Megilla fol. 6. 1. Conqueritur ibi Zebulon, quod Deus fratribus suis agros & vineas, sibi autem montes duntaxat & colles, illis terras, sibi autem maria tantum & flumina in sortem assignarit. Respondet ei Deus: Omnes opus habebunt te propter Chalazon, sicut dicitur Deuter. XXX. 19. ושפני טמוני חול Nam Raf Joseph docuit, per שפני intelligi חלזון per טמוני intelligi טרית per חול autem vitrum album. Ut autem conciliemus ea, quæ Hebræi nunc de hyacinthino seu cœruleo colore, nunc de purpura loquuntur, eumque colorem qui est hyacinthinus vel cœruleus ex purpura pisce derivant: notandum est, purpuræ sanguinem in officinis ita parari potuisse, ut vel sanguinis concreti nigricantis adspectu, simulque suspectu refulgentis colorem imbiberint lanæ, vel dilutiorem illum, qui est in hyacintho. Vid. de his fuse agentem Plinium in Hist. Natur l. IX. cap.

cap. 39. Itaque ex eodem purpuræ ſucco & nigra illa h. e. violacea exſaturata purpura, & hyacinthina ſeu cærulea produci potuit, qua pannos ad velum & veſtes Sacerdotum tegumentumque tabernaculi pertinent; & veſtium ſuarum peniculos tinxerant Hebræi. *Luth.* hyacinthinum, quod apud Vulgatum & Græcos Interppr. invenerat, extulit gelbe Seiden. Sine dubio fefellit eum, quod ſua ætate hyacinthus gemma diceretur, quæ coloris fulvi interque aureum & rubicundum ambigentis fuit. Quod etiam de noſtratibus hyacinthis veriſſimum. Aliam hyacinthos veterum habuiſſe ſpeciem Plinius teſtatur: *Is ab hac*, inquit, *videlicet*, *Amethyſto multum diſtat hyacinthus*, *tamen e vicino deſcendens*. Differentia hæc, quod ille emicans in Amethyſto fulgor violaceus dilutus eſt in hyacintho, primo quoque aſpectu gratus evaneſcit antequam ſatiet, adeoque non implet oculos, ut pene non attingat, marceſcens celerius nominis ſui flore. Hyacinthos Æthiopia mittit, & Chryſolithos aureo colore translucentes. Horum temporum Judæi, quia purpuræ ad hyacinthi æmulationem urendi modus inde a multis ſeculis ignoratur, communiter peniculamenta ſua alba faciunt, certi nullam in ſe violatæ legis culpam aut crimen hærere. R. *Abarbanel* l. c. fol. 299. 1. אבל אם אין לו תכלת יצא ידי חובתו בחוטים לבנים כלם i. e. *quodſi autem careat iſto colore*, *ſatisfecit officio ſuo adhibiturus nonniſi fila candida;* Autor quidam MSS. *Ezhachajim*, quod Excellentiſſimus Wagenſeilius poſſidet (vid. Sotam ejus fol. 396. & Buxtorf. Bibl. Rabbinic. p. m. 118.) rationem fila hyacinthina parandi paucis nos docuit, ſed non ego credulus illi. Interim haud ingravabimur eum hic per laudatum Interpretem audire. *Quomodo imbuuntur filamina colore hyacinthino? Maceranda eſt lana calce*, *ac deinde probe lavanda*, *ut reddatur mundiſſima*, *atque ſic elixanda ſmegmate uti ſolent præparare tinctores lanam*, *quo colori recipiendo apta ſit: His peractis*, *Murice*, (externa is forma mare refert, ſanguinem autem nigrum habet, ac in mari ſalſo reperitur) *accepto*, *ſanguis ejus cum aliis pigmentis in cortina calefit*, *& tum eidem lana tamdiu committitur*, *quod cœli cum ſudum eſt*, *faciem exibeat*. *Atque hic eſt color ille hyacinthinus*, *quo filamina tinguntur*, *&* (qui tamen perdurat) *nec unquam immutatur*. De תכלת plura more ſuo præclare diſſerit Sam. Bochartus p. II. Hietozoici lib. v. cap. 9. Confeſratur Excellentiſſimi Domini Præſidis tractatus de Gemmis pag. m. 105.

Verſ. 39. והיה להם לציצית) *Eritque vobis peniculamentum*. והיה maſculinum verbum eſt; quod retuleris, vel ad כנף maſculini generis nomen 2. Paral. III. 12. vel ad פתיל *filamentum*, nullo ſenſus detrimento. ל hoc loco recti caſus indicium. Talia: *& ero vobis* לאלהים id eſt *Deus*. Exod. VI. 7. לנביא id eſt *Propheta hodie vocatus fuit*, *anten videns* 1. Sam. IX. 9. *tertius* לאבשלום id eſt *Abſalom filius Malcha* 1. Paral. III. 2. Ad hunc locum R. Iſaac *Abarbenel* ſequentia annotavit. ואמרו היה להם לציצית פירשו המפרשים והיה להם כנף המעיל הנזכר העליון לציצית להתדלדל ולהתחבט בפניכם וכנגד עיניכם וראיתם אותו לאות ולסימן לזכור כל מצות יהוה כי מפני שרוב בני אדם טבועים במגולות ים התאוות החמריות גם בטרדות העסקים וצרכיהם חייבה החכמה האלהית את האדם לשום אות וסימן לזכר בבשרו אם יהיה ערום והוא ברית מילה וכן במלבושיו הכנף מעילו העליון שהוא תמיד לנגד עיניו והוא הציצית ועל ידיו העסקניות ובין ידיו התפילין של יד ושל ראש ועל פתח ביתו המזוזה ולדבר בהם תמיד בבקר ובערב כדי לזכור תמיד את בוראו וכמו שכתב שויתי יהוה לנגדי תמיד ועל זה אמר למען תזכרו ועשיתם את כל מצות יהוה והייתם קדושים: id eſt dictum autem hoc והיה להם לציצית ita exponunt Interpretes: *Eritque vobis ala pallii memorati exterioris pro peniculamento*, *ut dependeat & dejiciatur ante faciem veſtram*, *& ante oculos veſtros*, *ut videatis iſtud*, *tanquam ſignum & monumentum*, *ut recordemini omnium præceptorum Dei*. *Quia enim ut plurimum mortalium libidinum terreſtrium fundo immerguntur*, *negotiorumque & neceſſitatum ſuarum opere prægraventur*, *obſtrinxit divina ſapientia hominem ut nudo ei memoriale ponerentur in carne*, *fœdus nempe circumciſionis*, *veſtito in oris pallii exterioris*, *quod jugiter oculis ejus obveſaretur*, *peniculamentum; ſuper manus denique negotioſas & inter manus*, *manuum capitiſque Pylacteria*, *& ſuper oſtium domus Meſuſa*, *& ut de illis loquatur aſſidue*, *cum mane tum veſperi*, *ut ſemper recordaretur Creatoris ſui*, *ſicut dicitur: poſui Dominum ante me jugiter*. *Qua de cauſa etiam ſcriptum*, *ut recordemini & faciatis omnia præcepta Domini*, *ſitiſque ſancti*.

וראיתם אותו) *Et videatis illud;* ſcil. filum hycinthinum. Sic Onkelos Interpres Chaldæus; ותחזון יתיה & videatis illud, ſcilicet חוטא דתכלתא *Chuta dethichletha*, *filum hyacinthi*.

וזכרתם) *Et recordemini;* ſummo ſtudio

dio retractetis. Ne recedant ab oculis tuis, ſervetis ea in medio cordis veſtri. Prov. IV. 21. Ita שמור poſitum loco זכור meminiſſe, Deut. V. 12. Exod. XX. Oppoſitum שכח oblivisci, dememiniſſe. Pſalm. IX. 13. Ea igitur mens, idque conſilium *Dei* fuit, ut Iſraelita conſpectis peniculamentis Dei præcepta retractaret, retractata faceret, factiſque ſanctitatem ſuam ei approbaret. Noſtroque judicio in ſumma inanitate verſantur Hebræi, qui in ipſo memoriali rerum cœleſtium & ſpiritualium imagines quærunt. Ante omnes eſt ſæpius citatus *R. Abarbenel*, qui in Comment. in תורה fol. 299. col. 2. ita philoſophatur: האמנם ראוי לבאר איך הטלית והציצית יהיו זכרון המצות מדריכות אל הקדושה והרלב״ג כתב שהיו ארבע כנפים רומזים אל ארבע יסודות והקשרים לגלגלים והוא בעיני בלתי נכון ומה שנראה לי היא שבמצוות הציצית יזכתנו ארבעה דברים האחד הוא הטלית שהוא אחד כולל ומקיף לכל. והשני הם הכנפים ארבעה היוצאים מהטלית הכולל ההוא. והשלשה הוא הקליעה והם הקשרים אשר בעליון הפתילים והארבעה הם הציציות רוצה לומר הפתילים והחוטים היוצאים משם עם פתיל התכלת. והנה המעיל או הטלית ירמוז אל הבורא כי הוא מעיל צדקה אחד כולל ומקיף לכל הדברים. והכנפים רומזים לשכלים הנבדלים הסובבים את כסא כבודו. ולפי שהם בארבע מחנות הם נעלמים ונסתרים כמהותם לכן תארם בכנפים שהוא לשון הסתר. והיו ארבע כנפים והקליעה והקשרים הוא רמז ל ההנעה שיניעו הנבדלים לגרמים השמימיים ולכך היו חמשת הקשרים. האחד הוא רמז להנעת הגלגל העליון המקיף הכל שמניעו הוא הבורא יתברך בעצמו. וארבעת הנשארים הם התנועות הבאות מארבע כנפים מהגרמים השמימיים. ואמנם הציציות והחוטים הם רמז לגרמים השמימיים ההם ולכן היו החוטים חמשה ועם הפתיל תכלת תשעה כמספר הגלגלים וכל זה לרמוז כי גבוה מעל גבוה שומר וגבוהים עליהם. וכאשר האדם יהיה לנגד עיניו מציאות הא׳ והשפעתו על מלאכיו והנעתם לשמים המחייבים עניני בני אדם בארץ. יחרד לבבו ויפחד מאדון העולמים ויזכור מצותיו לעשותם ולא יתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם: *Eſt omnino operæ pretium exponere:, quomodo Talleth & Zizith ſint memoriale præceptorum, quæ ad ſanctimoniam viam ſternunt. R. Levi Gerſonides, tradit quatuor alas notare quatuor elementa, & ligamenta ſphæras, quod meo judicio non eſt firmum. Ita autem ſtatuo, in præcepto de* ציצית *Zizith quatuor contineri. Primum eſt Talleth, quod unum comprehendit & conjungit omnia. Secundum ſunt Alæ quatuor, quæ ex Talleth, iſta quod comprehendit, egrediuntur: Tertium eſt ligatura ſive nodi, qui ſunt in ſuperiori filamentorum parte: Quartum peniculamenta, ſive fila ex illis egredientia cum filo hyacinthino. Porro Talleth ſive pallium innuit Creatorem, pallium juſtitiæ, quod unum comprehendit ambitque omnia. Alæ autem ſignificant intelligentias ſeparatas, quæ thronum gloriæ divinæ circumdant; & quoniam in quatuor ſunt caſtris, quod qualitates ſuæ abſconditæ & occultæ ſunt. Idcirco alis præfigurantur, quod occultationis ſymbolum eſt. Quod autem memorantur quatuor alæ & ligatura & nodi, id indicat motum, quia movent ſeparati a cauſis cœleſtibus: ideoque ſunt quinque nodi. Unus denotat motum ſphæræ ſupremæ omnia ambientis, quam Deus benedictus ipſe per ſe movet: quatuor autem reliqui ſunt motus, qui a quatuor oris, ex cauſis cœleſtibus oriuntur. Nec dubium, quin peniculamenta & fila cauſas cœleſtes ſignificent, idcirco ſunt octo fila & cum hyacinthino novem, juxta ſphærarum numerum: quæ omnia indicant, quod altus ſuperior alto obſervat, imo quod altiſſimus ſit ſuperior ipſis.* Eccleſ. V. 7. *& quum homines ſuo judicio ſubſtantiam Dei habeant, Deus autem Angelis ſuis influit, Angeli cœlum movent, cœli humana in terris moderentur conſternatur animus eorum, pavetque a Domino mundi & recordatur præceptorum ejus, neque ſpeculantur amplius mentem aut oculos ſuos ſequentes.*

את כל מצות יהוה *Omnium præceptorum Domini*: moralium nempe, ceremonialium & forenſium.

ועשיתם אותם *Et faciatis ea*. Senſus eſt: In hunc uſum parabitis vobis veſtium peniculamenta, ut his conſpectis memoriam mandatorum a Deo excitent iiſque omnibus & ſingulis obtempretis. Rabbini hoc ſenſu accipiunt. Faciatis ad veſtium oras peniculamentum. Sic enim fiet, ut eo conſpecto non ſolum ad memoriam omnia Dei præcepta referatis, ſed ea etiam vita & moribus perfectiſſime exprimatis. Itaque non verentur ceremoniæ hujus obſervationem præceptis omnibus æquiparare, & ab iſta totius legis implementum ſuſpendere. Diſerte *R. Maimonides*, (quem alias ob inſignem eruditionem Judæi vocant נשר הגדול aquilam magnam, quique hoc elogio ab ipſis celebratur ממשה עד משה לא קם כמשה a Moſe (Legiſlatore) uſque ad Moſen (Maimonidem) non ſurrexit, qui ſit ſicut Moſes iſte) לעולם יהא אדם זהיר במצות ציצית שהרי הכתוב שקלה ותלה בה כל המצות כולם שנאמר וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה id eſt *Semper in mente hominis*

nis verſetur præceptum de filamentis oralibus. Scriptura enim manifeſte ſuſpendit ab eo omnia & ſingula præcepta, inquiens, ut videatis illa & recordemini omnium mandatorum Domini. Idem de ציצית & תפילין Miſn. c. שבת 2. ita כל מי שיש לו תפילין בראשו או בזרועו וציצית בבגדו ומזוזה בפתחו מוחזק הוא שלא יחטא שהרי יש לו מזכירין רבים והם הם המלאכים שמצילין אותו מלחטא: id eſt *Cujuſcunque capiti aut brachio precatoria ſive frontalia & cujus veſtimento filamenta oralia, & cujus oſtio ſchedula liminaris eſt alligata, is probe munitus eſt adverſus peccatum, hæc enim memoralia ſunt inſignia, & Angeli eripiunt eum a peccato. R. Bechai* in תורה Sectione שלך לך iiſdem pene verbis R. Maimonidi ſuccinit: כל מי שיש לו תפילין בראשו ומזוזה בפתחו וציצית בבגדו מובטח לו שלא יחטא h.e. *Quicunque habet Thephilin in capite ſuo, & Meſuſa in janua ſua, & Zizith in veſtimento ſuo, is certus eſt, quod non ſit peccatum*; juxta illud Eccleſ. IV. 12. Filium triplicatum non facile rumpitur. R. Abarbenel l. c. ita: וכן אמרו גדולה מצות ציצית ששקולה כנגד כל המצוות שנאמר וזכרתם את כל מצות יהוה שבגמטריא כל מצות יהוה עולה לתרי״ב מצוות ומצות הציצית אחת הרי תרי״ג ועוד תמצא כי ציצית עולה תר״ת חוטים וחמשה קשרים הרי תרי״ג ואף על פי שהוא כתיב חסר יו״ד מפרש בתנחומא שלשה פעמים כתוב בפרשה לציצת חלק למ״ד לשלשתן והיא משלמת המנין . גם אמרו שיש ס״ד תיבות מן דבר אל בני ישראל וגו׳ ועשו להם ציצת עד אני יהוה אלהיכם. h. e. *Pariter dicunt* (Doctores noſtri) *Magnum eſt præceptum de* ציצית *Zizith, quoniam præceptis omnibus eſt æquilibre, prout dicitur*, & recordemini omnium præceptorum Dei; *ſiquidem per Gematriam* כל מצות יהוה *rependit numerum* DCXII. *præcepta, cui præceptum de filamentis, ſi adjicimus, conficientur ecce* DCXIII. *Amplius reperias, quod* ציצית *conficiat* DC. *nimirum* VIII. *fila &* V. *nodi conficiunt* XIII. *Quamvis enim* ציצית *cum Jodh defecto ſcribatur, explicat* תנחומא *tribus vicibus ſcriptum eſſe in Sectione* לציצת *diviſo* ל *in ſingula iſthæc tria, atque ſic completur numerus. Præterea dicunt, eſſe* LXIV. *vocabula a verbis* דבר אל בני ישראל ועשו להם ציצת uſque ad verba, *ego Dominus Deus veſter*. Confer. de his etiam Zennorenna p. m. 77. col. 2.

ולא תתורו) *& non inveſtigeris*, ſive indagetis, vel, ſcrutemini, propter affinia ſignificata junguntur ei verba דרש & בקש ut Eccleſ. II. 4. *Ad quærendum & explorandum in ſapientia de omni, quod ſit ſub cœlo*, Eccleſ. VII. 25. ad cognoſcendum & explorandum & quærendum ſapientiam & rationem. Affine eſt etiam Deuter. XIV. 15. verbum חקר & intendes rei, וחקרת & veſtigabis, & ſcrutaberis, & rogabis. Chaldæus Interpres: ולא תטעון neque fornicemini, quaſi dicat, ne ſcrutemini, ne veſtigetis viam ad ſpiritualem fornicationem.

אחרי לבבכם) *poſt montem veſtram*; i. e. poſt mentis primigenia labe corruptæ decreta & judicium: לבב φρόνημα σαρκός, quod caro ſapiat, quod cogitet, ſive rationis naturalem induſtriam cum in cognoſcendo bono, tum in eligendo. Ei ſtatim adjuncti oculi, qui adparens adpetitui bonum ſignificant.

ואחרי עיניכם) *& poſt oculos veſtros*; ſeu, poſt id, quod in oculis veſtris bonum rectumque videtur, i. e. quod ſenſuum oculorumque judicium comprobaverit. Juxta vetuſtiores Rabbinos, *verba* אחרי לבבכם *innuunt Epicureiſmum*, & ואחרי עיניכם *ſcortationem*. Ita enim *R. Abarbenel*; ואז״ל אחרי לבבכם זו אפיקורוסות ואחרי עיניכם זו זנות *dicunt autem Rabbini noſtri p. m. poſt cor veſtrum idem eſſe quod poſt Epicureiſmum, & poſt oculos veſtros, idem quod, poſt ſcortationem. Mens dicti eſt, non debere Iſraelitas credere falſis verbis, neque obſequi pravis libidinibus*.

אשר אתם זונים אחריהם) *quæ ſequentes ſcortamini*. Onkelos: טען ſcortamini, מעל אלהיכם averſi a Deo veſtro. Hoſeæ IX. I. Scortari poſt mentem atque oculos, i. e. ſpretis legibus divinis cupide licenterque rationis aut ſenſuum ſequi judicium. vid. Deut. XII. 8. 32.

למען תזכרו) *ut recordemini*. Alibi recordari eſt habere quaſi ſignum ad manum, & monumentum inter oculos, ut doctrina in ore: quo quidem modo Paſchatis feſtum in memoriam reduci jubet Deus. Exod. XIII. 9.

ועשיתם את מצותי) *Ut faciatis*, id eſt ut facere ſtudeatis, nam & ea *futuri* vis eſt. Porro: Facere eſt implere. Jure enim Deus a populo ſuo poſtulat, quod debent. R. *Abarbenel* exiſtimat, Deum ideo præcepiſſe aſſiduam fimbriarum oralium contemplationem, ut ea memoria legum frequentius repetita habitum virtutis acquirerent: אבל ענינו מה שכתב הפלוסוף שרבוי המעשי׳ בפרט הלמוד יעשה קנין חזק בנפש באופן שאחריו יצאו המעשים בנקלה ומבלי קושי׳ וכן אמר הכתוב כאן שיעשו ציצית ויראו אותו ויזכרו את כל מצוות יהוה וכו׳ למען אשר אחרי הקנין הנכבר ההוא מבלי ראיית הציצית אתם מעצמכם תזכרו את כל מצות יהוה ועשיתם אותם והייתם קדושים לאלהיכם כי לבעבור שתבואו לקנין הזה בלבבכם צויתי אתכם במצות הציצית: *Innuitur*, inquit, *quod*

quod nonnemo Philoſophorum ſcripſit, crebros diſcentium actus efficere habitum in animo radicatum, ita ut actiones cum nulla difficultate ſequantur. Ita hoc loco Scriptura ait, ut faciant peniculamentum, videantque illud, & recordentur omnium mandatorum Dei, & hoc omne, ut acquiſito præſtanti hoc habitu abſque Zizitharum uſu ipſi per vos recordati omnium mandatorum Domini faciatis ea, ſanctique ſitis coram Deo veſtro, ideo enim, ut acquiratis hanc facultatem in corde veſtro, præcepi vobis præceptum Zizis.

והייתם קדושים לאלהיכם) *ſitiſque ſancti coram Deo veſtro*. Vox לאלהיכם idem quod לפני vel לעיני אלהיכם in conſpectu Dei veſtri. Similiter Paulus *ut ſitis ſancti & immaculati in conſpectu ejus* Eph. I. ל etiam eſt genitivi nota, itaque extuleris: ut ſitis ſancti Dei veſtri, ἅγιοι Θεῦ· Coloſſ. III. 12. Diſtinguunt docti ἅγιον inter & ἁγιασμένον, illud enim eum notat hominem, in quo actus permanens vel habitus Sanctitatis eſt, hoc vero cum qui ſanctus eſt, vel actione Dei vel ſua. Utraque notio huc ſpectat. Conf. Levit. XIX. 2. Ne dicam & Sanctos appellari a legibus, a doctrina divina, a Sacramentis, a toto denique cultu, quo Deum venerantur.

אני יהוה אלהיכם) *Ego Dominus Deus veſter ſum*. Dominus dicitur Deus Iſraelitarum, i. e. Beatitudo, quam animo concipere nemo queat. Non poteſt enim alicujus Deus eſſe, cui non propter ipſum bene ſit & æternum vivat. Levit. XX. 38.

אשר הוצאתי אתכם מארץ מצרים) *qui eduxi vos e terra Ægypti*. Is autem qui eduxit, perſona Trinus fuit. Memoratur enim Angelus, in quo fuerit Patris æterni nomen, Patris facies, i. e. Imago & character eſſentiæ paternæ: memoratur etiam Spiritus, quem exacerbarunt, verbo: Is, qui eſt Jehova Elohim Echad. i. e. hypoſtaſes divinæ, quæ ſunt unus Deus.

להיות לכם לאלוהים) *ut ſim vobis Deus*; ut me ſummum Numen colatis, & viciſſim ego vos divinis cumulem beneficiis, vos mihi populum elegi, regale Sacerdttium. Exod. XIX. 6. I. Petr. II. 9.

אני יהוה אלהיכם) *Sum*, inquam, *Dominus Deus veſter*. Is qui unus æternus eſt, & ex fœdere Deus veſter, uti viciſſim vos eſtis populus meus. Æquum eſt, ut legibus æterni Numinis omni ſtudio pareatis, nihil non præclarum ab eo expectantes, qui Deum ſe vobis bona fide pollicetur.

SECTIO III. PERIPHRASTICA.

Verſ. 37. idem tempus; Ille vivens & ſtabilis in ſecula Deus, vel, Is qui eſt, qui fuit & venturus eſt, Deus, in tontorio conventus allocutus eſt miniſtrum & internuncium ſuum Moſen his verbis:

Verſ. 38. Alloquere poſteros Iſraelis, atque meo nomine edic ipſis, ut vel ipſi faciant, vel parari ſibi ſinant, in quatuor extremitatibus vel alis veſtimenti, quod ſuper reliquas veſtes induere ſolent, fimbrias vel peniculamenta, quæ & ipſi & eorum poſteri deinceps geſtent.

Verſ. 39. Erit autem fimbriata hæc veſtis in hoc vobis uſui, ut ea videnda omnium Dei præceptorum, moralium, ceremonialiumque & forenſium recordemini, & recogitata ex animo faciatis, neque curioſius ſpeculantes ſequamini judicium mentis, quæ malis cogitationibus ſcatet, aut oculos veſtros, quorum concupiſcentia a vero Bono alienati idola colatis.

Verſ. 40. Ut, inquam, recordemini, animoque ſollicite reponatis omnia præcepta & ſtatuta mea, & ſitis cum inhærente & habituali ſanctitate, tum ſanctitate propter Chriſtum Dominum imputata ſancti coram Deo veſtro.

Verſ. 41. Sum Deus ille vivens & ſtabilis in ſecula, (*Dan.* VI. 27.) Deus veſter, & vos populus meus, qui haud ita pridem vos ex duriſſima ſervitute in libertatem vindicatos ex terra, quæ Chami filio Mizrajimo in hæreditatem antiquitus ceſſit, i. e. ex Ægypto, eduxi, ut eſſetis populus, qui me condigna coleret veneratione, & ego viciſſim, qui vos tueretur & æternum bearet. Ego, inquam, Deus vivens & ſtabilis in ſecula, Deus veſter.

SECTIO IV. PROBLEMATICA.

QUESTIO I.

Quo tempore Deus Legem de veſte fimbriata tulerit?

Exiſtimat R. Don Iſaac Abarbenel, *ex primis præceptis fuiſſe, quæ Deus revelaverit Moſi, utpote fundamentum eorum, quæ deinceps promulgata, nec diſſimile ei quod eſt de fontalibus & ſanctificandis primogenitis, quippe quæ ante vulgata fuerint, quam Ægypto populus exiret, atque adeo pallii præceptum vel in Ægypto, vel ſaltem in Mara datum fuiſſe.*

ſe. *Generaliter enim*, ait, *dictum*, ibi poſuit ei ſtatutum & judicium. Exod. XV. 25. *Sed Moſes illud celaverat hactenus Iſraelitas, donec ei lignantis hiſtoria illud ſuggereret*: Dixitque, alloquere filios Iſraelis, & dicas ipſis, *ut ſignificet illis præceptum iſtud*, *prout meminerit*: *Dixitque eis id ſcil. quod acceperat*, *ut promulgatum ei fuit in Sinai*. Verba Abarbenelis in Comment. in תורה fol. m. 298. col. 4. ita habent: וכתבו המפרשים שמצוות הציצת היתה מהמצוות הראשונות כי היא עקרית באורת וכטוטפרת ויקדוש בכורים שנאמרו קודם שיצאו ממצרים ושכן תיתה מצוות הציצית באמרת במצרים או במרה והוא מכלל שם לו חק ומשפט אבל משה לא אמרה לישראל עד המקום הזה מפני שענין המקושש הביאה אליו ואמר דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם שיגיד להם המצוות ההיא כמו שיזכור ויאמר להם הפירוש המקובל כאשר ניתן בסיני Equidem ſeorſim a Rabbino ſentiam, & hoc de fimbriis præceptum Iſraelitas tum primum audiviſſe aſſeram, cum ſupplicium de homine ſumeretur, qui lignando Sabbatum violavit. Id eum feciſſe per imprudentiam hoc unum arguat, quod tota Eccleſia dubitans, quid homine eſſet faciendum, Deum conſuleret, minime id factura, ſi is quidem ſciens prudenſque in legem peccaſſet, cujus transgreſſionem jam antea in Sinai monte capitalem Deus ſanxerat. Exod. XXXI. 14. 15. 18. Et vero oblivione in hanc maxime legem peccari, ipſa Lex perſpicue docet, cujus primum verbum eſt, *Memento*, cæteris non præfixum. Nimirum perſonæ vel res, in quæ peccare cæteris præceptis vetamur, nobis ſunt præſentiores, quam tempus feriandi Sabbati, quod extra oculos poſitum e memoria hominis facile elabi poteſt. Cum igitur, qui Sabbato lignaverat, factum iſtud, licet in naturæ impegiſſet legem, oblivionis prætextu diluere poſſet: ut ei Legi venerationem apud omnes crearet Deus Legiſlator, ultimum ei ſupplicium irrogavit, juſſitque, ut ab univerſa multitudine extra caſtra lapidibus obrueretur. Et ne ſimili poſthac imprudentia perniciem ſibi arceſſerent Iſraelitæ, fimbriatam veſtem eos geſtare juſſit, contra oblivionem & ſtuporem remedium. Vid. Oſiand. Coment. in h. l. p. 157. & Zennoren. Sect. שלח לך fol. 77. col. 2.

QUÆSTIO II.

An Moſes, non autem Deus legum ceremonialium Autor ſit?

Alphonſus *Salmero*, Doctor Romanus-Catolicus Diſp. 61. 62. in Acta Apoſtol. docet, legem Moſaicam, qua parte continet præcepta ceremonialia & forenſia, non habere autorem Deum, ſed Moſen, qui ejus non ſolum Promulgator quoad hanc partem, ſed & proprie Autor fuerit. Verum enimvero multæ rationes hanc Salmeronis ſententiam evertunt. Primam textus noſter eique conſimiles alii ſuggerunt, ubi & Legibus ceremonialibus ſolenne illud præmittitur: וידבר יהוה אל משה לאמר *Alloquere Iſraelitas in hæc verba*, ita Levit. XI. I. item, *Allocutas eſt Dominus Moſen & Abaronem edicendo eis*: *alloquimini filios Iſraelitas his verbis*, *hæc ſunt animalia*, *quæ vos comedetis*. Simile Levit. XIII. I. 2. XIII. I. 2. XIV. I. 2. &c. Ex quo colligitur, & ſenſa legum ceremonialium, & ipſa adeo verba, quibus conciperentur, Deum tradidiſſe Moſi. Nec admittendam Salmeronis diſtinctionem in præcepta Decalogi & in præcepta ceremonialia, quod illa fuerint immediate a Deo tradita, autoritate, ut ipſe loquitur, ſuppoſiti & virtutis, iſta vero immediatione tantum virtutis, inſpirando ſcilicet Moſi, quæ vellet immediate ab ipſo conſtitui, autoritate ſibi a Deo data. Hæc enim diſtinctio nullum habet fundamentum in Scriptura, quæ locis laudatis ſignificat omnia illa præcepta ſimili modo fuiſſe ab ipſo Deo lata, Moſique tradita, ut ea promulgaret. Secundo, quoniam ceremonialia præcepta id, quod in moralibus commune eſt, determinant, id facere non eſt humanæ rationis, quam conſtat in particularibus agendis ſæpius obſcurari. Igitur non ſaltem apud Gentiles, quorum ratio & mens in tantum ſæpius aberraverat, ut quæ eſſent ſecundum ſe mala, ea licita judicaret, ſed & apud Dei populum indigebant præcepta Legis naturæ communia determinatione. Ex qua ceremoniæ exortæ ſunt, quæ a moralibus præceptis ad Legem naturæ pertinentibus diſtinguuntur. Sic, colere Deum, quatenus eſt actus virtutis, pertinet ad morale, ſed determinatio hujus præcepti, ut ſcil. colatur talibus hoſtiis & donis, pertinet ad ceremonialia. Nec eſt, quod objicias, legem purgationis & primitiarum Moſis legem appellari Luc. II. Malach. IV. aliiſque locis, eadem quippe Lex, quæ Moſis appellatur, certum eſt, vocari etiam Legem Domini, aut aperte ſignificari traditam a Domino fuiſſe, nam Luc. II. ſcribitur, *poſtquam impleti ſunt dies purgationis ejus ſecundum legem Moſis, tulerunt illum in Jeruſalem*, *ut ſiſterent eum Domino*; ad ſignificandum ſcil. eandem eſſe legem Do-

Domini, ut Autoris, & Mosis, ut Promulgatoris, qui eadem de causa Legislator dictus a Johanne cap. I. *Lex per Mosen data est*, & Malach. IV. Deus sic loquitur: *Mementote legis Mosis servi mei, quam mandavi ei in Horeb, ad omnem Israelem præcepta & judicia.*

QUÆSTIO III.

An non supervacaneum sit divinas leges inculcare, quas implere nullus mortalium potest?

Nihil impossibile, inquiunt Sociniani, *præcepit Deus, aut est iniquus*: Imo, qui legis divinæ implementum urgent, terrore ac metu perculsis spem salutis præcidunt. Rom. II. 15. Sed nihil agunt veritatis hostes, habent enim multum utilitatis sanctissima hæc monita. Nam & viam ostendunt, qua eundum est ad cœlestia, & homines damnationis suæ convictos humiliant, & eos, qui nullâ justi rectique cura nisi coacti tanguntur, dum audiunt, diras legum sanctiones, coercent pœnarum formidine. Denique excitant nos ad obsequium, in eo roborant, & a delinquendi lubrico renatos detrahunt. Id autem cum dicitur, nec ignominia afficitur Deus, nec ad desperationem rediguntur homines. Sane, si leges divinæ exigerent, quod præstare nullo tempore virium humanarum fuisset, iniquus diceretur Deus. Nunc vero cum nostra culpa facultas hæc solvendi nomen perierit, utitur jure suo creditor Deus, repetens debitum ab illis, qui sua culpa amplius solvendo non sunt. Nec metuendum, ne spe sua excident Evangelicis promissionibus suffultis, ad quas confirmandas & constituendas arrhæ locum spiritus tenet, de quo Apostolus: *Pstquam credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est Arrhabo hæreditatis nostræ*. Eph. l. 13.

QUÆSTIO IV.

An Scriptoribus sacris immediate & verba & sensum inspiraverit Deus?

Non aliis verbis, quam quæ Spiritus Sanctus in os & linguam ingessit, referre divinam revelationem Prophetas, hinc est discere, quod iisdem verbis uti jubetur ad populum Moses, quibus eum Deus affatus fuit. Id enim vult solenne illud: Alloquere Israelitas dicendo. Eodem tendit quod Paulus I. Corinth. II. 12. 13. Apostolos, ait, res divinitus revelatas verbis ex immediata revelatione suggestis protulisse, spiritualia verba spiritualibus rebus συγκρίνοντες seu adaptantes. Nec alienum est, quod Nostri contra Socinianorum blasphemias urgent, *nullum esse Jota legis, nullum apicem, qui non tanquam divinus approbetur*. Matth. V. 18. 19. *& quod omnis Scriptura inspirante Deo sit consignata*. 2. Timoth. III. 16. Quibus argumentis convicti asserere non dubitamus, quod Deus ipsos etiam sonos & verba formalia linguis hominum, quorum ministerio in exarandis Scripturis utebatur, imposuerit. *Ita Salvator noster* (refero B. Hulsemanni, Theologi profundissimi, verba) *magnus ille Propheta eam conditionem, quæ prædicta erat, de magno Propheta successuro in locum Mosis, quod Deus verba vellet ponere in os ejus, quæ verba Prophetæ Deus per pronomen possessivum quoque postea vocavit sua Deut.* XVIII. 18. *sic explicat Johannis* IV. 26. VII. 17. 18. XII. 49. 50. *quod non solum nihil re diversum, sed etiam nihil vocibus & verbis diversum proferatur, quin una numero actione iisdem proferat id pater cœlestis*. Vid. Prælection. Cap. I. p. 1110. Qui hanc de verborum θεοπνευστίᾳ sententiam sollicitant, solœcismos opponunt sacris Scriptoribus passim usitatos. Huc referunt institutionis Cœnæ Dominicæ verba: ἐν τῷ αἵματι τὸ ἐκχυνόμενον. Luc. XXII. 20. & quæ Apocal. XXI. 12. 13. ἔχουσαν πυλῶνας δώδεκα, ἀπ' ἀνατολῆς πυλῶνες τρεῖς, pro eo quod scribi debuerat πυλῶνας. Denique illud initio Apocalypseos dictum. in quo Johannes pacem precatur Ecclesiis ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος. Sed qui Scripturæ solœcismos imputant, ii sacrarum literarum ignarissimos sese produnt. Constat quippe, cum in Poetis tum in divinis libris, *articulum præpositivum quandoque poni pro subjunctivo*, ut Rom. XIII. 7. τῷ τὸν φόρον, τὸν φορον, τῷ τὸ τέλος, τέλος. Itaque *Lucæ verba* exposueris, ἐν τῷ αἵματι, ὃ ἐκχυνόμενον. In *secundo loco* subaudiendum, ut alias frequentissime solet, verbum substantivum, ἀπ' ἀνατολῆς πυλῶνες ἦσαν τρεῖς. *In tertio* ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος tanquam proprium ex Tetragrammato expressit Johannes, vel, quod potius est, relativum articulum ante subjunctivum omisit, quod pariter ab eo factum Apocal. l. 5. in verbis: ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ μάρτυς· pro eo quod scriberet, ὡς ὁ μάρτυς.

QUÆ-

QUÆSTIO V.

An præceptum de fimbriandis vestibus sit ceremoniale?

Si, quod nonnullis visum, ceremonialia præcepta ea duntaxat dicenda sunt, quæ ordinantur ad figurandum Christum, Lex de fimbriis non veniet in ceremonialium præceptorum censum, & plurimæ leges in medio relinquentur, quas neque ad moralium, neque ad forensium classem retuleris. Hujusmodi sunt leges de purificatione puerperæ, Lev. XII. 1. 2. de Eunucho & spurio Deut. XXIII. 1. 2. de munditie castrorum, ibid. de simplicitate & fuga duplicitatis Levit. XIX. 19. de cibis immundis Deut. XIV. 4. Levit. XI. per totum caput. Igitur & illa erunt ceremonialia præcepta, quæ sacerdotium Christi non figurant, sed rationem habent ad ea, quæ sunt mere moralia, adeoque accuratius *Lex ceremonialis* describitur, *observatio rerum externarum seu sensibilium a Deo mandatarum, & cultui morali inservientium*. Quoniam enim homo rebus sensibilibus præcipue movetur, humanæ infirmitati accomodare se placuit Deo, fidemque ejus rerum etiam in sensus incurrentium specie juvare. Neque ob hunc finem moralia hæc præcepta dici possunt, denominatio enim est non a fine, sed a forma, i. e. a vi directiva & coactiva circa facienda & fugienda ea, quæ sunt Legis Naturæ. Interim certum est, *dari mixta etiam præcepta*, v. g. *ex ceremonialibus & moralibus*, quale est in Decalogo præceptum *Sabbati*, item, *decimarum primitiarumque* Levit. XXVII. 30. 32. *ex moralibus & judicialibus simul*, ut præceptum *de maleficorum & Diis sacrificantium supplicio*. Exod. XXII. 18. 20. *ex ceremonialibus simul*, ut præceptum, *qui non fecerit Pascha justo tempore, exscindetur e gente sua*, Numeror. IX. 13. & illud *de marito Zelotypo*, itemque *de terra promissionis in perpetuum non vendenda* Levit. XXV. 23. *ex moralibus* denique *ceremonialibus & forensibus simul*, ut Lex *de filia Sacerdotis scortante*, *filia* item *Sacerdotis deprehensa in stupro, & ob violatum nomen patris sui, flammis exurenda*. Levit. XXI. 9.

QUÆSTIO VI.

Quo fine Deus jusserit gestare vestes fimbriatas?

Stolidi Judæi credunt, fimbrias hyacinthinas, quas Israelitis gestare Deus jussit, *præmium* fuisse illius, quod dixerat Sodomorum Regulo Abrahamus Gen. XIV. 23. Quia, inquiunt, Pater noster dixit, *si a filo ad corrigiam calceamenti accepero, si*, inquam, *accepero de re ulla quæ sit tua*: Ideo in præmium concessa sunt filiis ejus duo præcepta, filamina nempe hyacinthina & lora Phylacteriorum. Indiguit scil. hoc peniculamentorum loramentorumque præmio, cui Deus ipse scutum fuit atque merces amplissima Gen. XV. 1. *Alii putant, ad avertendos malos genios vim habuisse ut Phylacteria*. *Mirum est*, verba sunt celeberr. *Fagii* in h. l. *quantum Judæi tribuant huic vesti, quasi singularem vim quandam habeat contra* יצר הרע id est *malum genium, seu pravam illam concupiscentiam, unde est, quod, qui inter illos cæteris religiosiores haberi volunt, perpetuo eam sub aliis vestibus gestant. Et tales religiosulos vulgo vocant* Zizisbeisser. Conf. Bertram. in Math. XXIII. 5. p. 63. 3. Lightfoot. in Chronolog. tempor. f. 46. Beracoth f. 2. c. 4. Quasi vero mali dæmones spiritalis nequitiæ architecti carnalibus fugarentur armis, non potius, ut malum vincamus, opus sit fidei clypeo. Ephes. VI. *Alii, quibus cum facit* R. Don Isaac Abarbenel, *vestem hanc pro fundamento habent omnium præceptorum, magnamque sibi mercedem pollicentur a Deo, coram quo ex operibus legis nulla caro justificatur*. vid supra Sect. 4. quæst. 1. *Sunt* denique, *qui has fimbrias pro memoriali datas eorum majoribus, sanctitatem & justitiam parare gestantibus opinatur*. Ita enim *Babal haturim*: Zizith per Gematriam est צדקות justitiæ, & per eandem Cabbalæ speciem נשרים aquilæ. Insinuatur, eum, qui diligenter observat præceptum Zizith, sceleris immunem visurum esse faciem majestatis divinæ. Scriptum quippe, ego in justitia videbo vultum tuum. Sed quare immunis a scelere? Ideo quia dictum in S. Scripturis est: Portabo vos alis aquilinis: *& paucis interjectis*: Ideo præcepit facere quatuor peniculamenta in quatuor oris vestimenti ejus, ut, quotiescunque istud conspexerit, recordetur legem. In singulis autem sunt quinque nodi, ut recordetur Pentateuchi, & in singulis sunt octo fila, ut pro-

prohibeatur a delictis, quæ octo membris patrantur, quæ assuefaciunt hominem ad peccandum; ut, aures, oculi, os, nasus, manus, pedes, pudenda & cor. Quod si integrum se a trasgressione præservarit, impunis & insons est, in tantum ut octo cœlis sublimior censeri queat. Scriptum enim est: Eritque anima Domini mei ligata in fasciculo vitæ. Quod si autem eas violaverit, reus fiet octo judiciorum, percussionis sepulchri, septemque habitaculorum infernalium. Hæc repetit etiam R. Bechai in תורה Sect. שלח לך ex Medraschim & Cabbalistis. Verus & genuinus præcepti finis ab ipso Deo insinuatus est, jugis præceptorum suorum memoria, & nunquam intermittendum sanctitatis studium *ut recordemini & faciatis omnia mandata mea, & sitis sancti coram Deo vestro*. vers. 39. 40. cap. XV. Num. Sane omnes ceremoniæ inservire debebant cultui spirituali, & exosi cœperunt esse Deo Israelitæ, cum primum a ceremoniali cultu moralem sejungerent. Itaque is, qui absque interna animi devotione præscripto legis externo sacrificaverat Deo bovem aut pecudem, perinde dictus est fecisse, ac si canem mactasset vel decollasset. Isai. LXVI. 3. eodem respectu totum externum hypocriticum cultum in sacrificiis & sacrorum dierum observatione consistentem execratur Deus. Isai. I. 10. seq.

QUÆSTIO VII.

Num actionum fideique regula sit conformitas cum judicio rationis?

Infinitorum errorum esse compertam rationem, non exempla saltem *Gentilium* docent, qui *vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratum est cor eorum intelligentia carens*. Rom. I. 21. sed Judaicæ etiam gentis cœcitas, quæ quoties a divinæ legis præscripto decessit, ad idolorum cultum delapsa est. Graves ergo causas habuit Deus, quamobrem Israelitas moneret, ne oblitis mandatis suis attenta observatione sequerentur rationem aut oculos suos. In quibus periculum docet, eorum qui in rebus fidem aut cultum divinum concernentibus rationis & consuetudinis vulgatæ normam sequuntur. Non potest non a distorta regula perversa actio venire. Quomodo cœcus cœcum duxerit? & quæ facultate divina cognoscendi aut adjudicandi destituitur, imo quæ contrario habitu corrupta est *ratio*, quomodo judicium de mysteriis ferat? I. Cor. II. 13. Quæ ne quidem naturalium rerum norma, quo jure rerum sublimiorum, quæ sunt Spiritus Dei, regula dicetur? Igitur, quod Scriptura toties inculcat, non est cur intellectum aut oculos nostros in iis, quæ ad cultum æterni Numinis attinent, sequamur. Humana ratio captivanda sub fidei obsequium est. 2. Cor. X. 4. 5.

QUÆSTIO VIII.

An intentio satis sit ad boni operis complementum?

Quamvis intentio bona necessaria sit ad opus bonum, illa tamen absque mandato & promisso divino non sufficit ad operis bonitatem. Unde enim constabit, intentionem & studium nostrum Deo placere, si non constet, velle id Deum quod agimus. Itaque ad leges suas nos revocat, id solum sibi placere testatus, quod ipse approbasset, non quod ex mentis nostræ judicio bonum nobis videretur. Hinc *D. Augustinus* l. IV. contr. Julian. c. 4. *quicquid boni fit ab homine & non propter quod sapientia vera fieri præcipit, etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est*. Ea de causa ab elogio bonitatis exciderunt opera irregenitorum, & qui ex electitia intentione mandatis hominum hæserunt, frustra colere Deum prohibentur. Matth. V. Sic Micha idololatra cultui a semet dedicato visus sibi est Deo placere, sed erravit. Judic. XVII. ult. Sic Israelitis, quoties Molocho filius immolarunt, non defuit animus Deum colendi iis scil. pignoribus, quæ essent ipsis longe carissima. Sed ejus pietatis scil. Deum vindicem experti sunt. Bene *Drexelius* libro de recta ratione cap. VI. monet, *inobedientia intentione bona defendi nequit, corium furari & calceos egenis dividere, eleemosyna patibulo digna est, opera hypocritica* Isai. LXVI. 3. Duas hactenus causas, ex quibus bonitas actuum moralium æstimanda, significavimus; addamus & tertiam fidem videlicet, bonorum operum largissimum fontem & originem, fidem videlicet, bonorum operum largissimum fontem & originem, sine qua opus quantumvis pretiosum, simulacrum virtutis est, corpus examine & caritas cœca. Audiamus Apostolum. *Quicquid non est ex fide, peccatum est*. Rom. XIV. 23. eique succinentem *Augustinum*: Quid ergo? debemus nulla opora præponere fidei, id est ut ante fidem quisquam dicatur bene operatus? ea enim opera, quæ

quæ dicuntur ante fidem quamvis videantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi videntur esse, ut magnæ vires & cursus celerrimus præter viam. Nemo ergo computet opera sua bona ante fidem, ubi fides non erat, bonum non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem dirigit, fides Ps. XXXI.

QUÆSTIO IX.

An liceat bonum operari non saltem gratitudinis testandæ gratia, sed & præmii a Deo consequendi intuitu?

Plus simplici vice repetit Dominus, esse se Israelitarum Deum. Nihil poterat dici, quod acrius vel ad Legis studium eos incitaret, vel obligationem gentis Judaicæ pulchrius exprimeret. Quoties enim Deus nostrum sese fatetur, & beneficia tanto nomine digna id est hujus & venturi seculi præmia promittit. Itaque ex eo etiam Christum contra Sadducæos animarum immortalitatem corporisque resurrectionem evicit, quia Deus Abraham Deus appellatur. Is autem qui tanto favore nos cumulat, dignus est, cujus cultui nos vicissim totos impedamus, id est *ut diligamus eum ex toto corde & omnibus denique viribus nostris*. Deut. VI. Math. XXII. 37. Illa autem tam splendida promissa, quæ Legis observatoribus data, non sinunt nos dubitare, licere homini regenito directe bonis operibus dare operam, ut divinitus promissa præmia consequatur. Neque ideo evertitur doctrina, quæ vitam æternam negat operibus, nec ea, quæ intuitu & intentione consequendi ipsam vitam æternam per bona opera, bene operari vetuit. Quicquid autem præmii ex opere suo sperat regenitus, id diversum est ab essentiali gloria & beatitudine, ad quam frustraneum foret contendere. Neque merito in his quoque præmiis, quæ per opera quæruntur, locus conceditur, quando nostris virtutibus condignam mercedem & Scriptura negavit, & sanctissimus quisque desperavit.

QUÆSTIO X.

An aliquid conferat ad sanctificationem suam Regenitus?

Jussit Israelitas, quibus Deum se promiserat Dominus, ut *visis peniculamentis recordentur omnium mandatorum suorum, faciantque ea & sancti sint coram Deo suo*. Subjectum sanctificationis innuitur *Israelita Deo conciliatus*. Nec enim Deum se Israelitarum dicere potuisset Dominus, nisi in fœdus suum recepti peccata condonasset. His talibus legalium mandatorum obsequium præcipit eum in finem, ut qui antea justitiam Deo acceptam fide adepti essent, deinceps observatis divinis legibus evaderent sancti, h. e. ut ab omni impuritate purificatis animis membra corporis ad opera justitiæ exercenda usuparent. Hæc ut accuratius intelligantur, notamus, *duplicem esse sanctificationis causam efficientem*, unam *primariam*, *secundariam* vero alteram. *Primaria Deus est*, qui nos creavit in Christo Jesu ad bona opera, quæ præparavit, ut in illis ambularemus. Ephes. II. 10. *Secundaria* vel *subjectiva* causa *est homo justificatus*, qui a Deo renovatus indies per vires divinitus datas, quatenus ex Deo natus est Joh. I. 13. & fœderis divini particeps seipsum sanctificat. Ex quo colligitur, sanctificationis & renovationis opus Deo & homini commune esse, atque in hoc a justificatione differre, quæ solius Dei actio est, & quoad actum primum, sensumque fidei acceptantis hoc beneficium in instanti peragitur. Rom. IV. 3. 6. Matth. IX. 2. & 22. Igitur justificare quidem seipsos homines negamus, renovare concedimus. In illa enim sola imputatio locum habet, in hoc justificati sunt ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ *perficientes sanctitatem in timore Dei*. 2. Cor. VII. 1.

QUÆSTIO IX.

Quam sanctitatem ab Israelitis requirat Deus.

In sacris literis קדוש sive *sanctus proprie est* separatus vel sejunctus. Inde primo Deo tributum sonat ab omni impuritate sejunctum. Lev. XI. 44. Sanctus sum, i. e. a peccatoribus ἀφωρισμένος, ut Sacerdos novi fœderis Jesu Christus describitur Hebr. VII. 26. Idem nominis sensus Habac. I. 12. יהוה אלוהי קדושי *Domine Deus meus, Sanctus meus*, i. e. quem unum omnium Deorum colendum sumsi. Insinuatur eodem vocabulo, Deum ab humanis & Angelicis mentibus ita disjungi, ut nec infinita ejus essentia comprehendi, nec voluntatis ejus decreta, nisi ab ipso revelata intelligi, aut ullo scrutinio investigari queat. Sic usurpatur Proverb. XXX. 3. ודעת קדושים ארע *& cognitionem Sanctorum cognoscerem?* קדושים i.e. sanctarum in divina essentia personarum, ut Proverb. IX. 10. Jos. XXIV. 19. Hose. I. 2.

Ea causa est, quod, ubi Angeli Deum magnificare volunt, nihil aliud fere pronuncient, quam קדוש קדוש קדוש *Sanctus Sanctus Sanctus*. Isai. VI. 3. quasi id cum primis præstantiam Dei infinitam, & a nulla creaturarum quantumvis nobili intellectam exprimeret. *Secundo*, sancti *vocantur homines, qui ab omni impuritate, aut saltem a profano negotio abstracti cultui divino operantur*. ut Num. XVI. 5. 7. Lev. VI. 9. & 19. Deut. VII. 6. Sanctus vocatur *tertio & ille, qui peculiaribus ceremoniis Deo consecratus est*, ut Naziræus Num. VI. 5. *is item, qui Sanctus habetur*, ut Lev. XXI. 8. *Sanctificabis autem Sacerdotem quia cibum Dei tui comedit, Sanctus esto tibi*, id est Sanctum habebis, quia sanctus ast, ego Dominus sum Sanctificator vester. Quo sensu per nobis imputatam fidem dicimur Sancti Actor. XXVI. 18. I. Cor. I. 2. & quo electionis nostræ finem Apostolus describit, ut essemus Sancti & irreprehensibiles Ephes. I. ubi juxta *Balduinum* intelligitnr sancta & immaculata vita in caritate, id est Sanctitas imputata & inchoata, quam habemus per Christum, & addi potest perfecta, quam habituri sumus in vita æterna. *Grotius*, frigidissime annotat: Ostendit quo tendat vocatio prius in decreto, deinde in actu, nempe ut sic vocati edant magnæ pietatis opera, & ab omni crimine vacent: *Quarto* sancta censetur res, *quæ cultui Numinis destinari solet*, ut vestes, panes I. Sam. XXI. 4. aqua Num. V. 17. vel tempus Deo consecratum. Nehem. VIII. 9. seq. Isai. LVIII. 13. vel locus, quem præsentia Dei honestavit, ut castra Israelitarum. Deut. XXIII. 14. Dei habitaculum. Psalm. XLVI. 5. mons in quo templum. Psalm. XCIX. 9.

QUÆSTIO XII.

An vitam æternam etiam Lex vetus promiserit?

Communiter id negant *Socini* asseclæ, & ab eodem Magistro disciplinam suam edocti *Muhammedani*. In quibus *Ismael filius Alo* ideo corruptam esse ab Hebræis Pentateuchum asserit, quia nihil de mortuorum in vitam reditu, nihil de vita æterna contineat, eademque de causa divino libro præferre ausus est Alcoranum, solide refutatus a *Marraccio*, *Romano-Catholico*. Vid. *Prodromum ad refutation. Alcorani P.* I. *fol.* 13. *nuper cum Arabico Alcorani textu characteribus nitidissimis, latina item versione & refutatine, Patavii editum*. Verum illud de vita æterna Veteribus in V. T. non revelata temerarium assertum, ut loca alia brevitatis studio prætermittamus, unus jugulet præsens locus, in quo Israelitarum Deum compluries sese profitetur *Dominus*. Quid enim aliud eo dicto persuadere gentem voluit, quam sublata veteri inter Deum & hominem inimicitia, viam deinceps ad immortalitatem patere, cunctisque cœlestibus bonis cultores suos securissime fruituros? Neque putandum est, terrestrium temporaliumque rerum abundantiam vim tantæ promissionis adimplevisse. Siquidem illi quibus primum hæc promissa data sunt, in exilio vitam consumserunt, aliam ab ea, quam reliquerant civitatem quærentes. Fide prædití, mortui sunt omnes hi, non adepti promissa, sed ea procul conspicati crediderunt, & amplexi sunt, seque in terra hospites & peregrinos esse confessi. Qui enim talia dicunt, patriam se requirere declarant. Quodsi eam recordarentur, ex qua profecti sunt, haberent revertendi tempus: nunc potiorem desiderant, hoc est cœlestem. Itaque *non dedignetur Deus cognominari Deus ipsorum, quippe quibus urbem paraverit* Hebr. XI. 13. seq.

SECTIO V. PORISMATICA.

Primum Porisma deductum ex v. 37. & 38.

Quæ ad informandos homines de agendis credendisque in Scriptura S. habentur, ea Deus vel immediate, vel mediate, vel eadem utroque modo revelavit.

Secundum ex iisdem versibus.

Mosaica Leges divinitus sunt inspiratæ.

Tertium ex vers. 38. 39. 41.

Omnibus modis Deus homini ad sanctitatem autor est.

IV. ex versu 39.

Verbum Dei est perfectam morum & fidei regula, nec humanis opus est traditionibus cultibusque electitiis, in quibus mens nostra facile sibi perfectionis imo supperogationis persuasionem fingit.

V. ex eodem.

Omni tempore damnatus fuit cultus, quem ex suo sibi corde homines finxerunt. I. Reg. XII. 33. Isai. I. 12. XXIX. 15. Math. XV. 9. Deut. XII. 22. Itaque & sacrificia Abelis & aliorum, qui ante Diluvium vixerunt. Patrum præceptum habuisse minime dubitamus.

VI.

VI. ex eodem.

Corrupta ratio & carnalis concupiscentia pessimi in cultu divino Duces sunt.

VII. ex vers. 39. 40.

Perire etiam in regenitis potest benefactorum Dei memoria.

VIII. ex iisdem versibus.

Regeniti memoria Legum divinarum thesaurus est.

IX. ex versus 39.

Non satis est, esse memorem mandatorum Dei, nisi eis obtemperemus, nec enim Legis auditores apud Deum erunt insontes, sed Legis executores Rom. II. 13. Qui in perfectam libertatis Legem penitus introspexerit & in ea manserit, is qui non sit obliviosus auditor, sed operis effector suo facto beatus erit. Jacob I.

X. ex eodem.

Cultus a Deo non præceptus idololatria est.

XI. ex versu 38.

Ad posteros quoque transmittenda Legum divinarum cura.

XII. ex eodem.

Lex ceremonialis non est perpetua, & a jugo ejus & a necessitate observandi Leges Ecclesiasticas de rebus adiaphoris liberi sunt Chistiani.

XIII. ex versu 39.

Est quidam in renatorum mentibus, quod ad spiritalem scortationem pellicit.

XIV. ex vers. 39. 40.

Jugis præceptorum divinorum memoria præparat animos ad obsequium.

XV. ex vers. 39.

Ex oblivione Scripturarum nascitur Dei contemtus.

XVI. ex eodem.

Et qui scienda ignorat, & qui obliviscitur, in Legem Dei peccat.

XVII. ex vers. 39. 40.

Lex perfectam requirit obedientiam & minimus etiam defectus vel deformitas a Lege totam hominis actionem vitiosam reddit. Jacob. II. 10. II. ut adeo impossibile sit per Legem justificari.

XVIII. ex vers. 40.

Deus a tenatis postulat, quod debent, licet nemo eorum Legem ejus partium graduumve perfectione præstare queat.

XIX. ex versu 40.

Nova obedientia debet esse continua.

XX. ex eodem versu.

Hæc est Dei voluntas Sanctificatio nostra.

XXI. ex eodem.

Sanctificatio liberavit fideles Veteris Testamentis a servitute peccati, ut eosdem justificatio a maledictione Legis.

XXII. ex versu eodem.

Non decet esse peccati servos, qui servi facti sunt justitiæ in sanctificationem. Rom. VIII. 12. seq. Gal. V. 16.

XXIII. ex vers. 41.

Abunde nominis יהוה אלהים mentione sub divinæ Majestatis jugum redigimur, quia portentosum fuerit ab ejus ditione velle nos removere, extra quem esse non possumus.

XXIV. ex eodem versiculo.

Ingens devoti cultus incitamentum est fœderalis Dei gratia, promissa verbis, Ego Dominus Deus vester. Eodem enim argumento *Paulus* ad sanctitatis nostræ commendationem utitur. *Vos viventis Dei templum estis:* quemadmodum dixit Deus*: Habitabo & versabor apud eos, eroque eorum Deus, & ipsi mihi populus erunt. Quapropter exite ex medio eorum, at separamini, inquit Dominus, neque impurum tangite, & ego vos accipiam, vobisque Pater ero, & vos mihi eritis filii & filiæ*, inquit Dominus Omnipotens. Hæc igitur habentes promissa, charissimi, purgemus nos ipsos ab omni & corporis & animi labe, sanctimonia perfungentes eum Dei metu. 2. Cor VI. ult. VII. I.



CHRISTOPHORI LUBECI
EXERCITATIO
DE
DECISIONIBUS PENICULAMENTI
HEBRÆORUM.

SI tempus & charta concederent, ut præfamen dissertationi huic præmitteremus, non diu fluctuaremus, unde illius capienda esset materia, siquidem eadem, quæ disputationi inservit, alia tamen facie considerari posset. Notum est, sectionem *Zizith* in actione Judæorum religiosa *Krischma* dicta adhiberi, ut videre est in *Hilchoth* קרית שמע *Rabbi Mose Ben Maimon Cap.* I. §. 2. & 3. *Hilchoth gedholoth Rabbi Kairæ fol.* 47. *col.* 4. *Gemara Hierosolymitana Massecheth Berachoth cap.* 1. *fol.* 3. *col.* 3. *l.* 8. *seq.* Ast cum nobis hæc jam deficiant, eam non ut partem קרית שמע, sed ornatum quendam seu signum externum ponderabimus. Ubi tum de vocabulorum mente, tum de re ipsa & ejus confectura sermonem cædemus. Dividit igitur sese hæc Tractatio in duo capita, quorum alterum de κρίσει vocabulorum, alterum de re & ejus parandæ modo aget. Ante vero quam provehamur, vota ad Divinum Numen fundimus, quo cœptis nostris Favonio suo adspiret, sicque tenuis noster labor optatum finem suum nanciscatur; Faxit feliciter! Loca; *Numeror.* xv. *a vers.* 37. ad finem. ויאמר יהוה אל משה לאמר דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם ועשו להם ציצית על כנפי בגדיהם לדורתם ונתנו על ציצית הכנף פתיל תכלת והיה לכם לציצית וראיתם אתו וזכרתם את כל מצות יהוה ועשיתם אתם ולא תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם אשר אתם זנים אחריהם למען תזכרו ועשיתם את כל מצותי והייתם קדשים לאלהיכם אני יהוה אלהיכם אשר הוצאתי אתכם מארץ מצרים להיות לכם לאלהים אני יהוה אלהיכם: *Deuter.* XXII. v. 12. גדלים תעשה לך על ארבע כנפות כסותך אשר תכסה בה: Targum Onkolosi & Jeruschalmi conferemus in ipsa evolutione.

CAPUT PRIMUM.

De Κρίσει Vocabulorum.

I. Zizith derivatur tum Christianorum tum Rabbinorum consensu a ציץ. Ut inter Christianos *Buxt. L. T. p. m.* 1907. *Concord. Hebr. sub* שרשי אות הצדי *radicali litera Zade*, in specie ציץ: Inter Judæos *R. David Kimchi in* ספר שרשים *sub* ציץ Interdum scribitur cum, in-

interdum deficiente Jod, quo de vide *R. Bechai in Num. XV. & Masoram.* Inde quoque est Syrorum ܨܨܐ clavus Joh. 20. 25.

II. Variis hæc radix gaudet significatibus. *Buxtorfio in Concord. Hebraic.* sub citata radice, non attento Lexico Talmudico, ubi sex occurrunt, fidem habituri dicimus, quod quatuor in Scriptura Sacra inveniantur. Mox florere, mox prospectare, mox bracteam sive laminam, mox pennam vel alam denotat. Conferatur רד״ק *in libro Radicum sub* ציץ. E quibus secundum huc quadrare asserimus. Vide *Magnificum Dn. D. Augustum Pfeifferum, Patronum ac Præceptorem nostrum omni venerationis cultu prosequendum in Duc. Vex. Cent.* II. *Loc.* XXII. *Qu.* I. Quam significationem approbat Jalkuth על כל התורה Num. XV. רבי אומר למה נקרא ציצית על שם שהציץ המקום על בתי אבותינו במצרים שנאמר קול דודי הנה זה בא דומה דודי לצבי הנה זה עומד וגו׳ מציץ מן החרכים: *Rabbi dicit: quare vocatum est ejus nomen* ציצית, *peniculamentum? propterea quod Deus perspectavit super domibus Patrum nostrorum in Ægypto, ut dicitur:* Vox amici, ecce hic venit, similis amicus meus capreolo ecce hic stat &c. prospectans per cancellos.

III. In loco huic parallelo Deuter. XXII. 12. legitur גדילים, quod *Buxtorfius & Junius* institas, *Vulgata* rectius funiculos (in fimbriis) *Lutherus* Läplein utroque in loco vertit. Radix est גדל, apud Syros ܓܕܠ nomenque inde derivatum ܓܕܝܠܐ *implicationes*; unde ex Judæorum mente funem contortum notat. *R. David Kimchi in* I. *Reg.* 7. 17. גדילים מעשה שרשרות תרגום מעשה עבות גדילים עובד גדילו scribit, i. e. *hæc verba* גדילים מעשה שרשרות *fila opere catenarum, Targum sc.* reddidit: *opus catenarum &c.* Pro reliquis duobus vocabulis עובד גדילו legitur in nostro Targum עובד גדילן, opus filorum, & pro מעשה עבות legitur קליען; quare forte aliam usurpavit editionem. Ad quem locum *Aben-Esra quoque in Deuter.* 22. in ejus explicatione provocat, simulque aliorum derivationem rejicit: ופירוש גדילים כמו כבניינה (sic Buxtorfius in Bibliis Rabbinicis, forte בבנין הבית legi debet,) גדילים מעשה שרשרות והמכחשים הוציאוהו מגזרת גדולה ואנחנו מאמינים בדברי קדמונינו לברם: *& expositio* גדילים *fasciarum, est eadem ac illa quæ apud ædificationem domus occurrit:* fasciæ opere catenato. *Et abnegatores derivant illud a significatu Magnitudinis, verum nos solis antiquorum nostrorum verbis credimus. Confer Baal Hatturim.* Sententia, quam *R. Abraham* refutat, assumitur *a R. Bechai in suo* ביאור Deuter. XXII. ולשון גדילים שהזכיר כאן במלבוש הציצית הוא רמז למה שכתוב יהוה אלהי גדלת מאד הוד והדר לבשת והבן זה כי הלובש ציצית בשלשים ושנים חוטין הוא דוגמא וזה מבואר: *significatus* גדילים *quod memoravit hic de indumento Zizith alludit ad id, quod scriptum est:* Domine Deus mi, magnus es valde, decorem & magnificentiam induisti. *Observa igitur hoc; nam induens* Zizith *e triginta & duobus constans filir, est imago* (Dei) *& est clarum. Abarbenel* varie illud deducit *Numer.* XV. scribens: ונקראו גדילים לפי שהם גדלים מלמעלה והמפרשים פירשו גדילים על צורה מלמעלה שהיא קלועה מעשה גבלות לחזק וכן בלשון חכמים זכרונם לברכה קוראין לקליעה גדיל ואין קליעה קיימת רק בקשרים אם כן נקרא ציצית על שם דלדול הפתילים למטה ונקרא גדילים על שם הקליעה והקשרים שבעליון הפתילים: *Vocantur* גדילים *propterea, quod crescant sursum, ast interpretes exponunt* גדילים *de forma sursum directa, quæ est implexa opere catenæ ad fortitudinem; sicque in locutione sapientum p. m. vocant implicationem* גדיל *nam implicatio non est firma, ni fiat per nodos, hoc præsupposito, Zizith vocatur propter connexionem filorum infra, &* גדילים *propter implicationem & nodos, qui in suprema filorum parte. Jonathan & Onkelos in Targum* utroque loco per כרוספדין, qnod est Græcorum, uti de eadem materia ab *Evangelista Matth.* 23. 5. offenditur, κράσπεδον. *Targum Jeruschalmi* vocabula Hebraica retinuit. *Syrus* jam citato loco vertit ܟܪܘܣܦܕܐ, quod *Ludovicus de Dieu in Animadvers. in* IV. *Evangel. Matth.* 23. ita explicat: quia Deus jusserat, ut על ציצית הכנף *super fimbriam oræ* assuerent פתיל תכלת *filum contortum hyacinthinum, Syrus* ipsa κράσπεδα, quæ & LXX. *Interpretes* retinuerunt, vocavit תכלתא, *quasi hyacinthina.* Quibus collatis patet, ly Zizith esse ens aliquod aggregatum, quod & fila & involutiones designat, & Rabbini per ענף *ramum* exprimunt. Sic enim *R. Moses Ægyptius in* ה״י *hilchoth Zizith Cap.* I. א. ענף שעושין על כנף הבגד ממין הבגד הוא הנקרא ציצית: *Ramus, quem faciunt super ala vestis de specie vestis vocatur* ציצית. Explicatius *R. David Kimchi in* ספר שרשים *sub* ציץ in verba: ועשו להם ציצית ענף הבגד ונקרא ציצית על שם הענף הנתלה בו כי רוב חוטי הציצית הם ענף וכן אמרו אין ציצית אלא ענף: *faciant sibi Zizith i. e. ramum vestis, & vocatur Zizith propter ramum in eo appensum; nam mul-*

multitudo filorum peniculamenti sunt ramus; hinc ita dicunt: Zizith nihil significat nisi ramum. Quem κατὰ πόδα *Michlal Jophi* sequitur.

IV. Varie igitur Zizith describitur. Quidam dicunt, esse fila ab extremitate vestis egredientia, ut *Aben-Esra in suo* פירוש *in Num.* XV. הם החוטים היוצאים שאינם ארונים *sunt fila egredientia, quæ non sunt texta. Siphri* adductus *in Jalkuth* על כל התורה *fol.* 229. *col.* 3. Alii, esse fila separatim vestis extremitati addita, quæ sententia communi Rabbinorum consensu juxta *Aben-Esram* est confirmata, qui propterea suam priorem rejicit: כאשר העתיקו חכמים זכרונם לברכה ובעבור שיש עדים נאמנים על הפירוש השני בטל הראשון: *quia tradiderunt Sapientes b. m. & dantur præteræ testes fideles expositionis secundæ, prima cessat*. Cui sententiæ non repugnat, si dixerimus cum *R. Salomone*, ita dici propter fila appensa, ut quæ constituunt partem peniculamenti: *in suo Comment. Num.* EV. *& R. Bechai in* ביאור על התורה scribente: שם ארבע פתילים התלויין בה כמו ויקחני בציצית ראשי *propter quatuor fila eidem appensa, sicut*: & sumsit me cincinno capitis mei. Reliqua ab ipsis illustrationis solius ergo adducuntur, ut cum *Jalkuth l. p.* רד״ק *Numer.* FV. רמב״ם *in Hilchoth Zizith c.* I. א. *R. Schlomo Ben Melech Numer.* XV. similia de capillis adducunt; quorum omnium nomine *Abarbenel in Numer.* XV. ועשו להם ציצית וציצית הם חוטים או שערות יורדים ומדלדלים כמו ויקחני בציצת ראשי והיא קצוות שער וכן חוטי הציצית הם בזאת הצורה בתחתית: & facient sibi Zizith, *& Zizith sunt fila aut crines descendentes & dependentes, sicut*, & sumsit me cincinno capitis mei, *& sunt extremitates capilli; & ita fila peniculamenti sunt ad hanc formam inferius*. Dicis: Si Zizith sunt fila vestimento superaddita, quomodo nomen potest derivari a prospectando? Respondeo, quam optime. Usus enim sæpissime in derivatione alicujus vocabuli respicitur. Quare apprime scribit *R. Schelomo Jarchi in suo* פירוש *in h. l.* על שם וראיתם אותו מציץ מן החרכים *propter* & videbitis illud, *ut*, prospectans e cancellis. Quod in עקדת יצחק eleganter dicitur in שער 77. וזה שהוא מבואר שענין הציצית הוא הצצה והבטה כמו מציץ מן החרכים וצוה שיעשו להם סימן שבו ישקיפו ויציצו השקפה חושיית ושכלית לשני הענינים האלו ואותו הדבר המוצץ אמר שהיא פתיל תכלת כי בזה יושלם הרמז אל שני הענינים: *& hoc clarum est, quod sensus Zizith sit prospectatio & contemplatio, ut*: prospectans e fenestris; *nam præcepit, ut facerent sibi signum, per quod perspicerent & contemplarentur visione sensuali & intellectuali duas res illas (refrænationem operum suorum ethicam & theologicam;) res ipsa considerata, dicit, quod sit filum hyacinthi, nam in hoc perficitur allusio ad duas res*. Vide fuse & profunde differentem Autorem ibidem. Ex hac sententia commode quoque phrasis: והיה לכם לציצית verti potest: *& erit vobis in prospectaculum, ut adspiciatis &c.* Nec moramur *R. Bechai*, qui hanc derivationem מדרש dicit.

V. Ast nec Lutherus in vertendo aberravit, quippe qui id, quod Judæi, ne ala simplex scindatur, particulam nempe panni assuere assolent, adhibendo partem pro toto, expressit. Ut taceamus, τὸ גדיל quod *Deut.* XXII. 12. reperitur, mappam, mensæ tegumentum, quasi filatum dictum, quia e filis aut lana netur, vel texitur, denotare. *Bava basra fol.* 57. 2. Quæritur vero an ציצית & גדיל sint synonyma? Ad quod cum Judæis affirmative, certo discrimine posito, respondemus. Hæc enim loca *Numer.* XV. *Deut.* XXII. 12. parallela esse, fatentur Rabbini. *Rabbi David Kimchi in* ספר שרשים super verba: גדילים תעשה לך הציצות התלויות בבגד שאינם ארונים יקראו גדילים וענין הפסוק על הציצית אשר צונו במקום אחר: fila facies tibi, *peniculamenta suspensa de veste, quæ non sunt texta vocantur* גדילים, *& sensus versus de peniculamento, quod præcepit nobis alio in loco*. Eadem chorda ejus oberrat compilator. *Aben-Esra in Deut.* XXII. eos, qui duo præcepta citatis in locis contineri prætexunt, refutat, quorum alterum die, alterum nocte observari debuisset: אמרו המכחשים הציצית ביום על כן כתוב תכסה והמעתיקים העתיקו כי זאת מצות ציצית ביום: *dicunt abnegatores, quod hoc sit præceptum peculiare nocturnum, uti Zizith diurnum, propterea scriptum*: Operies, *& Traditores tradiderunt, quod sit præceptum Zizith diurnum*. Consentit *Abarbenel in Deuter.* XXII. Dicendum tamen est, ציצית totum, גדיל vero partem fabricæ esse. Quod non solum *ex* רד״ק *& Michlal Jophi in Deuter.* XXII. patet, sed & Talmudicorum dicto: גדיל שנים גדילים ארבעה: h. e. גדיל (*singulariter*) *duo fila significat; quia scil. non potest confici e paucioribus quam duobus filis: ergo* גדילים (*plurale*) *significat quatuor fila scil. ex quatuor filis contortum. Vide Jebhamoth f.* 5. 2. *Menachoth f.* 39. 2. Li-

cet

cet *Abarbeael* alio respectu aliam suppeditet responsionem. Vide ipsum §. 3. adductum. E quo illud, quod alicui sub oriri potuisset, solvitur dubium, quod Zizith tantum in singulari in Scripturis, גדיל contra in plurali legatur. Nempe dum prius totum, posterius saltim partem designat, quod *R. Bechai in suo* ביאור על התורה *in Numer.* xv. confirmat: ולוקח אחד מן החוטין וכורך אותו על שאר החוטין עד שלישן וזהו הנקרא גדיל: *& arripiens unum e filis superinvolvit illud reliquis filis usque tertiam eorum partem, & hoc vocatur* גדיל. Interim *Targum Jeruschalmi Numer.* bis ציצין *Rabbini* ציציות & *Chaldæi* ציציתא, ut *Buxtorf. L. T. pag.* 1908. *Jonathani in Numer.* xv. adscribit, cum Talmudicis, nullo Numerorum discrimine habito, efferunt.

VI. Prima voce excussa tendimus ad secundam כנף. Circa quam pauca expendenda veniunt. Ut enim taceamus, literas ejus radicales illæsas hic offendi, significatumque e sacro Hebræo Codice ubertim constare, quippe qui ala aut ora est; de quo *R. Schelomo ben Melech sine Duce utroque in loco*: הכנף קצה הבגד מלמטה יקרא כנף *pars vestis inferior vocatur ala*. Nec versiones, quæ, quas adspicere licuit, consentiunt, afferamus: *Onkelos* retinuit כנף *Targum Jeruschalmi transtulit* צנפת & צניפות a צנף quod volutare significat, (pro quo juxta *Buxtorf.* legendum כנפת quia pro Hebræo כנף plerumque in *Targum* manere soleret) *Luth.* Fitrich, LXX. πτερύγια & κράσπεδα, *Vulgata* angulos reddiderunt; De eo modo solliciti, cur mox in plurali, mox in singulari adhibeatur. Ad quod respondemus, illud non fieri, ut liberum Judæis relinquatur, vel uni vel pluribus alis prædictum peniculamentum annectere, sed præcise quatuor. In cujus probatione non adducemus longe petitas rationes *R. Bechai*, quas *Num.* xv. habet: ויש לך להשכיל כי הקדוש ברוך הוא כוון בבריאת האדם להיותו בארץ כאחד מן המלאכים שבשמים או כחיות הקודש והנה האדם גוף אחד ומשתרגים ממנו חלקים מיוחדים כדמיון גוף האילן שמשתרגים ממנו ענפים ועלים כן משתרגים מגוף האדם ארבעה אברים מיוחדים להיות האדם מרכבה כמו חיות הקודש ותשרה השכינה עליו והם המוח והלב ובריית לשון וברית מילה ועל כן נצטווה בעטיפת הטלית להיות ארבע כנפות הטלית מחופפים על החיה הוא שכתוב גדילים תעשה לך על ארבע כנפות כסותך וזהו סוד הלשון שהזכיר במצוה זו מלת כנפים והיה יכול לומר על ארבעה צדי או רבעי וכן הזכיר בכאן על כנפי בגדיהם הכנף פתיל תכלת וכדי לרמוז מבין הכנפים והפנים בכל חיה וחיה באה הקבלה להיות שמונה חוטין בכל כנף כדי שיהיו שלשים ושתים חוטין וכשם שהחיה נחלקת לארבעה חיות מחופפים עליה הכבוד ושכינת עזו כן גוף האדם שממנו נחלקים ארבעה אברים שהזכרנו נצטוה בטלית המחופף עלינו: *& necesse ad te instituendum est, quod Sanctus Benedictus ille intenderit in creatione hominis, ut esset in terra sicut unus ex Angelis in cœlo, aut animalia sanctitatis, & ecce homini corpus unum, & oriuntur ex eo partes peculiares juxta similitudinem trunci arboris e quo oriuntur rami & folia; ita oriuntur e corpore hominis quatuor membra peculiaria, ut sit homo thronus (Dei) sicut animalia sacra (Ezech.* I. 5.) *& habitet majestas super ipso; Sunt vero cerebrum, cor, solutio linguæ & fœdus circumcisionis; & propterea mandatus fuit se pallio obtegere, quo quatuor alæ pallii ipsum obtegerent,* (hic quædam deficere, non nemo suspicatur) *& hoc est, quod scriptum est:* fila facias tibi super quatuor alis tegumenti tui; *& in hoc consistit momentum sermonis, quod usurpet in hoc præcepto vocem* כנפים *potuisset enim dicere: super quatuor lateribus aut quadraturis; & sic hic dicit: super* כנפי vestium suarum; *it.* הכנף i. e. ala fascia hyacinthi; *& quo alluderet ad numerum alarum & facierum cujuslibet bestiæ, mandavit Traditio, ut essent octo fila in qualibet ala, sicque fierent triginta & duo fila; & quemadmodum quælibet bestia divisa fuit in quatuor bestias, operientibus illam gloria & majestate roboris ejus; ita corpus hominis (a quo oriuntur quatuor membra, quod meminimus) adstrictum est pallio nos obtegenti.* (Pro עלינו rectius legitur עליו, ut quidam autumant.) Sed ipsam hujus legis repetitionem גדילים תעשה לך *fila facias tibi* על ארבע כנפות *super quatuor alis*. Quod *R. Salomo Jarchi in* על כנפי בגדיהם ita declarat: כנגד ואשא אתכם על כנפי נשרים על ארבע כנפות ולא בעלת שלש ולא בעלת חמש כנגד ארבעה לשונות של גאולה שנאמרו במצרים והוצאתי והצלתי וגאלתי ולקחתי: *Propter verba: & tuli vos super alis aquilarum;* super quatuor alis *nec tribus nec quinque propter quatuor verba Redemptionis in Ægypto dicta: & educam, & eripiam, & redimam & sumam*. Lege de hac materia uberius *R. Abarbenelem in Deut.* 22. *& Num.* xv. *R. Aben-Esram in l.c. Deut. Siphri super verba* על כנפי בגדיהם *R. Kairam in Hilchoth gedoloth f.* 48. *col.* 1. *R. Bechai in Deut.* XXII. *Massechet Sebachim cap.* 11. *fol.* 18. *col.* 2.

רמבם

רמבם *in hilchoth Zizit cap.* III. א.

VII. Non vero nude ipsis præcipitur, ut peniculamentum alæ affigant, sed alæ בגד *sive vestimenti*. Inde disquiritur a Rabbinis, quænam vestis species debeat intelligi. Certum est, hoc vocabulum quamcunque vestis speciem designare; ut & כסות huic parallelum *Deuter.* XXII. 12. ceu verba אשר תכסה בה ostendunt. Versiones hoc vocabulum varia verterunt, ut *Targum Jeruschalmi* גולא utroque in loco, quod vestimentum exterius, sic dictum quod convolvatur & complicetur, innuit. *Buxtorf.* idem fecisse dicit *Jonathanem* utrinque. Apud Talmudicos: גולתיה יאי pallium ejus pulchrum est. *In Bava basra fol.* 101. 1. *Vulgata*, pallium, quo operieris, *Luth.* Kleider & Mantel/ damit du dich bedeckest. Quæ eo collimant, vestimentum aliquod speciale debere intelligi. Nullum vero aliud requisivisse videtur Deus, quam pallium extrius, quod ad vestigia usque deducebatur; hoc ipse *Abarbenel innuit in Num.* XV. ואמרו על כנפי בגדיהם רמז על הכסו׳ העליון והטעם שבזמניהם היו נוהגים ללבוש על כל בגדיהם מעיל בעל ארבע כנפים ומתעטפים במעיל ההוא כצורת טלית אשר לנו היום: & dicente illo: super alis vestium suarum, *alluditur ad tegumentum superius, & sensus est, quod suis temporibus soliti fuerint superinduere vestimentis suis pallium quadrangulare, seque eo operire, secundum formam* טלית *quo nos utimur*. Inde accurate *Deut.* 22. 12. videtur adjectum, quod sit ejusmodi vestis, quæ cæteras obtegat ac obvelet. Nec absimilis huic videtur ἱματισμός, quo Christus fuit indutus, χιτών quoque dictus & cæteris ἱματίοις contradistinctus *Math.* 27. 35. *Joh.* 19. 24. Hinc *Magnificus Dn. D. Pfeifferus, Antiquit. Hebraic. Select. p.* 89. *videtur antiquitus apud Judæos moris fuisse, ut in extremis oris togarum vel palliorum (quibus se tegebant Deut.* 22. 12.) Fabulose contra est expositio horum verborum a *facta*: אשר תכסה בה כי יקח בעל הטורים רמז להא דאיתא בנדרים רבי אליעזר אומר מגלה טפח ומכסה טפח בעדת ביאה דבר אחר רמז אשר תכסה כי יקח רמז לתלמיד חכם שמאפיל בטליתו דבר אחר רמז כי יקח אשר תכסה מלמד שמכסין לו על עונותיו: operies &c. quando sumet &c. *allusio ad id, quod (scriptum) in* נדרים *c. 2. f. 20. b. quod Rabbi Eliezer revelarit palmum & operuerit palmum tempore ingressus* (puta indusium. A. S. *alluditur ad discipulum sapientem se operientem suæ pallio*. A. S. *docet, quod condonent ei peccata ejus*, sc. quando uxorem duxit. Hodierni Judæi longe aliter de hoc vestitu sentiunt. Quod si enim jus respiciant, dicunt, cuicunque quatuor alarum vesti crotala ista adaptari posse, ut discimus ex *Abarbenele* super verba ועשו להם ציצית על כנפי בגדיהם לדורותם הגיד שאף בהמשך הדורות אם לא ינהגו בני ישראל ללבוש מעילים יעשו על כל פנים בגד מארבע כנפות ועשו להם ציצית: & faciant sibi Zizith super alis vestium suarum in generationes suas, *indicat, quod etiam quando continuantur generationes nec in more filorum Israel est, induere pallia, faciant nihilominus vestimentum quadrangulare & faciant sibi Zizith*. Refutat insimul exinde quorundam sententiam dicentium, nullo in vestimento requiri Zizith nisi טלית. Ast cum thesis e textu non fluat, cadit quoque elenchus. *Aben-Esra* vestem vult esse bipartitam, ut sunt מכנסים *femoralia*, & ideo dici בכנפי *in duabus extremitatibus*, veluti sunt כנפים alæ avium. *L. T. Buxtorf. p.* 1908. Factum quod concernit, Judæi peculiarem vestem gerunt, quam טלית nuncupant pallæ muliebri non absimilem. De qua *Maimonides in* יד חזקה *Hilcoth Zizith* 3. א. כסות שחייב אדם לעשות מן התורה היא כסות שיש לה ארבע כנפים או יותר על ארבע ותהיה מדתה כדי שיתכסה בה ראשו ורובו של קטן המתהלך לבדו בשוק ואינו צריך אחר לשומרו ולילך עמו: *tegumentum, ad quod faciendum homo e lege obstrictus est, sit quatuor alarum aut plurium. Ejusque mensura sit tanta, ut caput & maximam partem corporis pueri sine custode ambulantis in platea tegat. R. Mazliach apud Baal Aruch* per רדיד id est *peplum* explicat. Quare minus congrue Epiphanius a Casaubono, qui & pro Scaligero simul verba facit, taxatur, quod ostendit *Excell. Wagenseil. Sota p.* 402. *seq.*

VIII. Ita ne idem erit sive hanc vestem טלית sive ארבע כנפות vocaveris? R. Cum ipsimet Judæi sæpe citata duo loca pro parallelis agnoscant, conveniret certe ipsis unicum ejusmodi parare vestimentum cæteris superimpositum: Verum sequioribus temporibus Judæi non servarunt τό ῥητόν in ista χρασπεδωποιῆσα, finxerunt peculiarem vestem Epomidi non absimilem, nisi quod manicis careat. Ut ait *Fagius ad Num.* 15. quam depingit *Leusdenius Phil. mixt. p.* 119. Ea constat ex duabus quadratis particulis vel panneis vel bombycinis vel sericis, quæ superne ligamentis quibusdam late connectuntur, & traducto capite humeris injiciuntur, ut una pars a pectore, altera a tergo dependeat. Inferioribus quatuor angulis (propter quos hanc vestem ארבע כנפות appellant) fila

la lanea contorta oblongaque annectunt. *Vid. Buxtorf. L. Talmud. p.* 1908. *& Synag. Judaic. c.* 9. Alii aliter de paratura hujus vestis sentiunt. Alteram vocant Talleth, quam pictam exhibet *Magnificus atque maxime Reverendus Domin. Doctor Carpzovius Patronus atque Praeceptor studiorum nostrorum omni submissinis cultu prosequendus in Pugione Fidei & disputatione de Chuppa Hebraeorum*, *Excell. Wagens. l. c.* & nos pluribus persequemur. Neque porro Talleth cum Chuppa confundi debet, quod saepissime a Judaeis fieri, observavit jam signatus *Magnificus Dominus Autor in citata disputatione cap.* II. §. 9. adeo ut Talleth loco Chuppae in nuptiarum solennitatibus adhibeant.

IX. פתיל תכלת Non incongrue fieri existimo, si duo haec vocabula conjungantur & ut unus terminus considerentur, siquidem id natura textus requirit, eorumque cujuslibet derivatio alias patet. Primum enim פתיל a radice פתל cujus juxta *C. Hebr.* duo significata sunt α) Luctari, β) filum, funiculus contortus, panniculus. Cui & *R. David Kimchi in* ספר שורשים assentitur. Hic vere milita significatus secundus. Alterum תכלת a radice juxta utrumque חכל quod Chaldaice fidere, orbari, vermem, hyacintum dicit. In sacro codice semper idem est ac hycinthus. *Buxtorf. sub radice*: כל לשון תכלת, *omnis significatus est hyacinthus*. Inepta est derivatio *R. Simeonis*, de quo in *Siphri* scribitur, vide *Jalkuth* על כל התורה in verba ונתנו &c. רבי שמעון בן אלעזר אומר למה נקרא שמה תכלת על שם שנתכלו המצרים בביכוריהם שנאמר ויהי בחצי הלילה: *Rabbi Simeon Filius Eleasar dicit: quare vocatur ejus nomen* תכלת*? quia cosumti sunt Ægyptii in suis primogenitis; sicut dicitur:* & factum est media nocte. Alia sententia ibidem: על שכלו המצרים על הים *quia consumti sunt Ægyptii prope mare*. Nascitur nunc quaestio, quid פתיל תכלת sit. פתיל scribit *Buxtorf in L. T. p.* 1874. est fascia filata ex filis implexis contorta. Cui sententiae multa Scripturae succenturiantur dicta. רד״ק ex opinione Rabbinorum *in libro Radicum in verba* פתיל תכלת scribit: חוט כפול ושזור וכן אמרו רבנים זכרונם לברכה פתיל שיהיה טוי ושזור: *filum duplicatum & contortum & sic Rabbini N. f. m. fascia, quae est neta & contorta; ut & compilator R. S. B. M. & in Gemara Tract. Sota cap.* II. *Targum Jerusalmi* habet שזיר & intelligitur חוטא, inde Rabbini: חוטין שזורין *fila duplicata. L. T. p.* 2360. Adde *Siphri super* על כנפי בגדיהם

Mystice hoc פתיל exponitur in עקדת יצחק *l. c.* Circa תכלת omnes conveniunt, hyacinthum significare, hoc etiam extra dubium ponunt, hic neque de hyacintho flore, neque de hyacintho gemma, dum Scripturam Sacram sequuntur, quae ejusmodi solum modo coloris meminit; quemadmodum loca omnia evincunt. LXX. habent ὑακινθινόν. Judaei per hunc colorem coeruleum intelligunt, ceu patet ex *Aben-Ezra super h. l.* בעל הטורים *Maimonide Hilcoth Zizith cap.* II. א. Sic enim ultimus: תכלת האמורה בתורה בכל מקום היא הצמר הצבוע כפתוך שבכחול וזו היא דמות הרקיע הנראין לעין השמש בטהרו של רקיע: *hyacinthus dictus in omni loco lana tincta, sicut mixtum, quod in fuco, & haec est similitudo expansi visi, quando Sol lucet coelo sereno*. Quod approbat *R. Joseph Karo in* כסף משנה *pag.* 96. *col.* 2. חוט צמר שנצבע בעין הרקיע וחוט זה הוא הנקרא תכלת. בפרק התכלת אמרינן תכלת דומה לרקיע, *filum laneum infectum ad instar firmamenti, & filum hoc vocatur hyacinthus*. (hic distinctionem ponimus, licet in nostro exemplari post sequentia duo vocabula illa fuerit posita, cum sic sensus efflagitet.) *In capite* תכלת *legimus, quod* תכלת *similis sit coelo. R. Salomo Jarchi* dicit, quod sit similis expanso המשחיר לעת ערב, coeruleum obsuscanti tempore vespertino. *in Num.* XV.

X. Huic expositioni nec *Vulgata*, quae vittas hyacinthinas vertit, nec *Targum Onkelosi*, quod חוטא דתכלתא retinuit nec *R. David Kimchi in* ספר שרשים obstare possunt; sic enim ultimus scribit: הוא העין שקורין לו בלעז בל״ב והוא צבוע בדם חלזון עם סימנים ידועים: *est color, quem vocabulo exotico id est Gallice, Bloeu vocant, & est tinctus in sanguine Chilason cum coloribus notis*. Quo dato colligimus, errorem esse in Michlal Jophi, ubi pro בל״ב vox כל״ב posita est. Confer ejus *citatum librum Radicum* in vocibus barbare explicatis. De apparenti Judaeorum in hac materia contradictione *vide Braunium de vestitu Sacerdotum super* תכלת *Luth.* qui geele Schnürlein transtulit, forte ad circellos flavos, de quibus *cap.* II. §. 16. respexit. Constans vero est Judaeorum sententia, huncce colorem e murice depromi & alii etsi admixtis praevalere, de quo רד״ק in ספר שרשים *& R. Melechjam citati, Don Jizchak in Numer.* XV. *& Maimonides in Hilcoth cit. l.* Docent vero esse piscem minutum in mari falso morantem, cujus sanguis atramenti speciem refert, quod confirmat *R. Jizchak l. c. R.*

c. R. Becbai Num. xv. *Jalkuth in h. l.* רמ״בם *in Hilcoth Zizith c.* 11. *ſcribit:* חלזון הוא דג שדומה עינו לעין התכלת ודמו שחור כדיו ובים המלח הוא מצוי : *Chalſon eſt piſcis ſimilis ſui forma hyacinthi, & ejus ſanguis niger ut atramentum, & invenitur in mari ſalis*. Prætendunt, hunc piſcem ſibi promiſſum fuiſſe *Deut.* 33. 19. Ubi *Jonathan in Targum ita: populi multi in monte Domus ſanctuarii adorabunt: ibi offerent oblationes veras. Nam ad littus maris magni habitabunt & oblectabunt ſe ex piſce Tariſa* יאחדון ויצבעון מרמה תכלא, *& Chalſonam capient, atque ex ejus ſanguine tingent hyacinthinum pro filis ſtolarum ſuarum &c.* Alii exiſtimant, non eſſe piſcen, ſed figuram piſcis præſe modo ferre, cui ſententiæ *Buxtorf. L. T. p.* 759. per limacem, conchylium vel aliquam turbinatorum ſpeciem exponens accedit. Huic opinioni favet dictum Talmudiſtarum: חלזון זה גופו דומה לים ובריתו דומה לדג ועולה אחד לשבעים שנה ובדמה צובעין תכלת לפיכך דמיו יקרים *Chalſon hujus corpus (i. e. color corporis ejus) ſimile eſt mari, & ſtructura corporis ejus ſimilis eſt piſci: ſemel autem duntaxat adſcendit ſingulis ſeptuaginta annis, & ſanguine ejus coloratur hyacinthinum, unde in graviſſimo eſt pretio*. Ex hiſce conjectat *Buxtorfius*, intelligi hac voce eam turbinarorum ſpeciem, quæ purpura vocatur, quia quamdiu creſcit, cum ipſa theca creſcit, multiſque adductis ſic concludit: unde liquet, non ſine ratione Hebræos dicere, ex ſanguine חלזון fieri colorem hyacinthinum: de תכלת plura diſſerit *Samuel Bochartus part.* 2. *Hierozoici l.* 5. *cap.* 9. *ſqq.* Magni Judæi hunc colorem æſtimant, quod probatur *ex Maſſechet Megilla f.* 6. 1. *Ubi introducitur Sebulon conquerens, quod Deus fratribus ſuis agros & vineas; ſibi autem montes duntaxat & colles; illis terras, ſibi autem maria tantum flumina in ſortem aſſignavit. Reſpondit ei Deus*: כלז צריכין לך על ידי חלזון שנא׳ ושפוני טמוני חול תני רב יוסף שפוני זה חלזון טמוני זו טרית חול זו זכוכית לבנה : *Omnes opus habebunt te propter Chalſon, ſicut dicitur*: ושפוני טמוני חול. *Nam Rabb Joſeph docuit, per* שפוני *intelligi* חלזון; *per* טמוני *intelligi* טרית; *per* חול *autem vitrum album. Confer Bereſchith Rabba ſect.* 91. Imo dicunt, ipſum ceteros colores pulchritudine antecellere omnes. De quo legitur *in Maſſecheth Sota*, ubi Rabba quærit *cap.* 11. *fol.* 17. *col.* 1. חוט תכלת מאי היא היה רבי מאיר אומר מה נשתנה תכלת מכל צבעונים מפני שתכלת דומה לים וים דומה לרקיע ורקיע דומה לכסא הכבוד שנא׳ ויראו את אלהי ישראל ותחת רגליו כמעשה לבנת הספיר וכעצם השמים לטהר. וכתיב כמראה אבן ספיר דמות כסא : *filium hyacinthinum ad quid conducit? Traditio: Rabb Meir dicit: quare hyacinthus præ omnibus coloribus electus? quia hyacinthus ſimilis mari, & mare ſimile cœlo, & cœlum ſimile throno gloriæ, ut dicitur*: & viderunt Deum Iſraelis & ſub ejus pedibus ut opus lateritium ſapphiri & ut ſubſtantiam cœli in munditie, *& ſcriptum eſt*: inſtar adſpectus lapidis ſapphiri erat forma throni. *Confer Maimonidem in Hilcoth cap.* II. א. Ex quo fundamento *Abarbenel in Numer.* xv. colligit, hunc colorem a Deo præceptum fuiſſe, ut huic negotio adhiberetur ad elevandum hoc præceptum: ונתנו על ציצית הכנף פתיל תכלת להגיד שיהדרו המצוה ההיא בשומם פתיל תכלת לקלוע בו הציצית: & dabunt ſuper Zizith alæ faſciam hyacinthi *ad indicandum, quo magni faciant hoc præceptum, quando ponerent filum hyacinthi ad implicandum illud peniculumento*. Et paulo poſt: והוא מצוה מן המובחר *& hoc modo præceptum hoc omnium optime peragitur*. Tantum de capite I.

CAPUT II.

De Re & ejus parandæ modo.

I. NON exiſtimandum eſt Judæos, ceu alias in more habent poſitum, integrum præſentem ritum propria ex voluntate excogitaſſe, aliiſque ſuis affaniis inſinuaſſe, quales ſunt טוטפות ſive תפילין של ראש, ſive של יד phylacteria capitis & manus. De quo vide ſis Magnificum Dn. Doct. Pfeifferum, &c. Antiquit. Hebr. S. cap. XI. de Phylacteriis §. 4. p. 85. b. Galov Exod. 13. 9. 16. Varen. & alios ibid Conſtat enim duobus in locis Numer. xv. 37. & ſeq. & Deut. XXII. 12. expreſſe a Deo hoc præceptum ipſis injunctum fuiſſe. Hinc recte *Maimonides in ſummario* הלכות ציצית *ſcribit*: מצות עשה אחת והיא לעשות ציצית על כנפי הכסות *præceptum affirmativum unum, & eſt de faciendo peniculamento ſuper alis tegumenti: & porro cap.* I. נמצאו במצוה שתי צווים שיעשה על הכנף .ג ענף יוצא ממנה . ושיכרוך על הענף חוט תכלת שנאמר ועשו להם ציצית ונתנו על ציצית הכנף פתיל תכלת. *inveniuntur in præcepto hoc duo præcepta; ut faciat ſuper ala ramum egredientem ex ea, & ſuperinvolvat ramo filum hyacinthi, ceu dictum eſt*: Et facient ſibi fimbriam &c.

Cui

Cui ὁμόψηφοςest *R. Simeon Kaira in Hilcoth gedoloth in ſpecie* ציצית *pag.* 47. *col.* 4. dicens : תנו רבנן וראיתם אותו וזכרתם ראה מצוה ז , *Docent Rabbini noſtri*, & videbitis illud & recordabimini. *Ecce præceptum hoc*. Dum enim Judæi ſexcentis & tredecim in univerſum præceptis gaudent , quorum ducente , quadraginta & octo מצות עשה ſive præcepta affirmativa ſonant , & numero numerum membrorum Corporis humani complent ; trecenta vero ſexaginta & quinque) מצות לא תעשה ſ. negativa , diebus anni numero reſpondentia dicuntur, ex priorum claſſe præſens eſt decimum quartum, pertinetque ad ea, quæ amorem attinent . *vide* מפתח לספר הרמב״ם Duorum vero ea , quæ in hoc præcepto continentur , ſunt generum ; vel enim generalia ſunt, quæ omne præceptum concernunt, vel ſpecialia , quæ præſens ſolummodo reſpiciunt ; de quo *R. Beebai in* ביאור על התורה *Num.* xv. 37. ita*:* דבר אל בני ישראל מצות ציצית בכלל ואמרת אליהם פרטי המצוה וכן הדין בכל הפרשיות שבשאר מצות שיאמר בהם דבר אל בני ישרא׳ ואמרת אליהם שפירושו כן כי כל מצוה יש לה כלל ופרט. וכבר הזכרתי זה בראש סדר ויקרא. *Loquere ad filios Iſrael*, præceptum zizith in genere, *& dices ad eos*, ſpecialia præcepti ; *& ſic mos in omnibus ſectionibus , quæ in reliquis præceptis, quando in eis dicit:* loquere ad filios Iſrael & dices iis, *quod expoſitio ejus ita. Nam omni præcepto eſt generale & ſpeciale, & jam tum memini hujus in initio ordinis* ויקרא.

II. Occaſio hoc præceptum promulgandi erat neglectus Sabbathi. Præceperat enim Deus , ut quemcunque diem ſeptimanæ ſeptimum ſanctificarent Iſraelitæ, uti patet ex Exod. xx. 10. Deut. v. quo a quodam Iſraelita inſuper habito, obque id pœnas indictas lapidationis dante, productis teſtibus & admonitione facta ; aliter vero aliis accedentibus circumſtantiis. *Conſ. Hottinger. Jus Hebr. leg.* XXXIII. *p.* 45. Quo ergo imposterum cautius vivere diſcant , hoc præcetpum iis injunxit , quod ipſimet fatentur Judæi. Sic enim *Jalkuth* על כל התורה *adducit* : תנא רבי אליהו וימצאו איש מקושש עצים אמר לו הקרוש ברוך הוא למשה חלל זה את השבת אמר לפניו רבונו של עולם אתה יורע בכל יום תפילין בראשו ותפילין בזרועו ורואה אותם וחוזר בו. עכשיו שאין עליו תפילין חלל זה את השבת. אמר לו הקרוש ברוך הוא למשה צא וברור להם דבר שינהנו בו בשבת ובימים טובים שנאמר ועשו להם ציצית לדורותם . אין לדורותם אלא לדרתם ואין תם אלא יעקב ויעקב איש תם חם מגזל תם מגלוי עריות תם משפיכות דמים. (*Gen.* 25.) שנאמר *Docet domus Eliæ:* & invenerunt virum colligentem ligna, *dixit ipſi Sanctus Bonedictus ille Moſi: profanavit hic Sabbathum, dixit coram Domino mundi , Tu noſti omni die , quo phylacteria in ejus capite , inque brachio ejus , ille videt ea inque ſeſe deſcendit : nunc cum non ſuper ipſo phylacteria, profanavit hic Sabbathum. Dixit Sanctus Benedictus ille Moſi : egredere , & propone ipſis rem , cui aſſueſiant Sabbatho diebuſque bonis , ceu dictum eſt*: & facient ſibi Zizith in generationes ſuas , *non in generationes ſuas , ſed in generationem integram , & non integer niſi Jacob , ut dicitur :* Et Jacob vir integer , *integer a rapto , integer a retectione nuditatum , integer ab effuſione ſanguinis* . De quorum verborum ſcopo ſi quis dubitaret , cum ex commentatione myſtica ſint excerpta , adjungat *Abarbenelem*, cauſam *Num.* xv. interſerentem*;* ולפי שנקרה זה למקושש ההוא מפני ששכח שהיה יום השבת או ששכח דין המקושש לכן בחמלת השם על עמו צום במצות ציצית: *& propterea quod accidit , hoc collectori huic , quia oblitus fuerat , quod eſſet dies Sabbathi , aut oblitus fuerat judicii ſtipulantis , propterea ex miſericordia Dei erga populum ſuum præcepit præceptum Zizith : Baal Hatturim* in citatum locum & *Raſchi* eandem inſlant tibiam, quamvis paulo aliter procedant, ſic enim iſte*:* סמך מקושש למגדף לומר לך שבזמן אחד היו כדאיתא בחולין פרק קמא ומפני ששבת חמור כעבודה זרה סמך להם פרשת ציצית ששקולה גם כן בכל המצות דכתיב וזכרתם את כל מצות יהוה: *Adjunxit colligentem ligna ad latus calumniatoris, dicendo tibi, quod uno tempore fuerint , ſicut adduxit in Colin cap.* 1. & quia *Sabbathum exæquat Idololatriam , adjunxit ſectionem Zizit, quæ æſtimatur jam tum ut omnia præcepta , quia ſcriptum:* & recordabimini omnium præceptorum Domini: Hic eadem prolixius profert *Num.* xv. De cætero non quæſito, num hoc præceptum tum prima vice a Deo profectum fuerit an vero tantum per Moſen jam pridem accipientem a Divina Poteſtate publice primum repetitum . Interpretes, quod *Don Jizchak* allegat, autumant illud ante egreſſum ex Ægypto a Deo datum, quippe quod ſit fundamentale ſicut ſignum, & ſicut frontalia; Loquentes eos ita introducit: וכתבו המפרשים שמצות הציצית היתה מהמצות הראשונות כי היא עקרית כאות וכטוטפות וכקרוש בכורים שנאמרו קודם שיצאו ממצרים ושכן היתה מצות הציצית נאמרת במצרים אז במרה והוא מכלל שם שם לו חק ומשפט. אבל

משה לא אמרה לישראל עד המקום הזה מפני שענין המקושש הביאה אליו . ואמר דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם שיגיד להם המצוה ההיא כפי שיזכור ויאמר להם הפירוש המקובל כאשר נתן בסיני כי הנה לא צוה יתברך במצוה אלא ועשו להם ציצית על כנפי בגדיהם לדורותם ונתנו על ציצית הכנף פתיל תכלת: & *scribunt interpretes , quod præceptum Zizith sit ex præceptis primariis , nam est fundamentale , sicut signum Sacbathicum sc. & ut frontalia & sanctificatio primogenitorum , quæ dicta sunt antequam egressi sunt Ægypto ; & ita sit præceptum Zizith dictum in Ægypto aut Mara , & inter ea comprehensum:* ibi posuit ei statutnm & judicium : *Ast Mose non dixit illud Israel usque ac locum hunc , quia materia colligentis ligna adduxit illud ad ipsum . Et dixit :* Lequere ad filios Israel & dices illis , *ut indicaret illis præceptum hoc , i.e. ut recordaretur & diceret illis explicationem traditam , quemadmodum dederat in Sinai . Nam ecce non præcepit Benedictus in præcepto nisi :* Et facient sibi Zizith super alis vestium suarum in generationes suas , & dabunt super Zizith alæ fasciam hyacinthi . Alii plane occasionem hujus præcepti ad tempora Abrahami referunt , ceu patet ex *Cap.* II. *Gemaræ tract. Sota .* Ibi enim dicit *Raba* ad exercendum suum ingenium : *Quia Abraham Pater noster dixit :* (*Gen.* XIV. 23.) Si a filo ad corrigiam calceamenti : *ideo in præmium cocessa sunt filiis ejus duo præcepta , Filamina puta hyacinthina , & lora phylacteriorum :* דרש רבא בשכר שאמר אברהם אבינו אם מחוט ועד שרוך נעל זכו בניו לשתי מצות חוט של תכלת ורצועה של תפילין:

III. Mose itaque mandatum divinum promulgante , certæ requirebantur personæ , quæ id effectui dabant , machinam ejusmodi parando , insimulque vestibus superioribus appeudendo . Istæ , quibus opus perficere incumbebat , erant soli Israelitæ , quod ex verbis : דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם ועשו להם ציצית: item : גדילים תעשה לך: probare allaborant . Quapropter omnes peregrinos ab hoc opere conficiendo arcent , veluti *Jalkuth* : על כל התורה nos edocet *pag.* 128. *col.* 3. אמר רב מנין לציצית בנוי שיהא פסולה שנאמר דבר אל בני ישראל ועשו להם ציצית בני ישראל יעשו להם ציצית ואין הגוים יעשו להם ציצית: *Dicit Rabb , unde probatur , Zizith per gentem confecta est inepta? quia dicitur ,* loquere ad filios Israel , ut faciant sibi Zizith , *filii Israel faciant sibi Zizith , nec gentes facient illis Zizith . Vide in Talmude Babylonica Massech.* מנחות *Cap.* תכלת *fol.* 42. *col.* 1. Licet *Ben Majmon in Hilchoth Zizith* Samaritani solummodo mentionam faciat , hoc tamen vocabulum omnem Gentilem includere , ex aliorum Rabbinorum scriptis constat . Ejus verba hæc sunt *Cap.* I. יב״. ציצית שעשה אותו כותי פסול שנאמר דבר אל בני ישראל ועשו להם ציצית: *Zizith , quod Samarita fecit , ineptum est , quia dicitur :* loquere ad filios Israel ut faciant sibi Zizith . Quæ approbat *R. Joseph Karo in* כסף משנה adducens verba ex mox citato *tract. Talmudico* , ubi tamen נוי legitur . Inde Rabbini : ציצית שעשאו נוי פסול: *peniculamentum , quod facit gentilis , prophanum est .* Num vero insimul mulieres Israeliticæ aut servi ad hoc conficiendum fuerint admissi , ex scriptis eorum mihi visis non patet . Forsan quemadmodum ipsis integrum uon fuit illud induere ni fiat absque benedictioue , ita quoque conficere . Solis enim viris competebat ita , ut inferiores pallii partes vel ulnis plenario exciperent , vel posteriores post se dimitterent , ad majorem sanctitatis speciem excitandam , de qua obligatione רמב״ם in יד חזקה sequentia annotat *pag.* 98. *col.* 2. נשים ועבדים וקטנים פטורים מן הציצית מן התורה ומדברי סופרים שכל קטן שיודע להתעטף חייב בציצית כדי לחנכו במצות: *Uxores & servi & parvuli liberi sunt a Zizith juxta legem . Verba autem scribarum volunt , ut parvus sciens se obtegere , obligetur Zizith , ut initiaretur in præceptis .* Adjungens , ut , si uxoribus & servis allubesceret , fieret absque benedictione : ונשים ועבדים שרצו להתעטף מתעטפים בלא ברכה וכן שאר מצות עשה שהנשים פטורות מהן אם רצו לעשות אותן בלא ברכה אין ממחין בידן: & *sic reliqua præcepta affirmativa , a quibus absolvuntur uxores , possunt exequi absque benedictione , nec viri eis interdicant .* Rationem cur uxores non obligentur Zizith , adducunt hanc , quia esset præceptum certo solum adstringens tempore ; ab omnibus autem præceptis , quæ a tempore dependent , liberas dicunt esse mulieres , nam in *Talmude Babylonico Massech.* קדושין *cap.* 1. *fol.* 34. כל מצות עשה שהזמן גרמה אנשים חייבים ונשים פטורות: *Omne præceptum affirmativum , quod a tempore dependet , obligat tantum viros , non fæminas .* Super quæ verba *Gemara ibidem ita* : תנו רבנן איזהו מצות עשה שהזמן גרמה סוכה ולולב שופר ציצית ותפילין: *Docent Rabbini nostri : quodnam est præceptum affirmativum , quod tempus causatur? tabernaculum , & palma , tuba , & Zizith , & phylacteria .* Interim alii

sen-

ſentiunt, etiam mulieribus competere hoc præceptum obſervare; de quo vide *Sipbri*, qui ita: דבר ל בני ישראל ואמרת אליהם אף הנשים במשמע: loquere ad filios Iſrael, & dic illis, *etiam mulieribus*, *quæ hic intelliguntur*. *Rabbi Kaira in Hilchoth Zizith pag.* 48. *col.* I. addit peregrinos, ſervos, libertos, ſcribens: תנו רבנן הכל חייבין בציצית כהנים לוים וישראלים גרים נשים ועבדים משוחררים: *Docent Rabbini noſtri*: *omnes obligantur Zizith*; *Sacerdotes*, *Levitæ & Iſraelitæ*, *peregrini*, *uxores & ſervi liberti*. Aſt uterque ſtatim contrariam ſententiam ratione allata ex *Talmude* ſuffultam admittit, quod & firmum manet. Hinc in eodem *Sipri* dicitur: רבי יהודה בן בבא אומר ביחוד פטרו חכמים את הרדיד של אשה מן הציצית ולא חייבו בטלית אלא מפני שבעלה מתכסה בה: *R. Jebuda filius Baba dicit*: *Seorſim abſolverunt ſapientes pepulum uxoris a Zizith*, *nec adſtringunt pallio*, *niſi quod maritus ejus eodem ſit tectus*. Quæ ratio forte impellit, ut Magiſter, qui Chuppæ ſolennibus præeſt, toga indutus ſponſæ ſub Chuppa adſtet, & ejus caput velo ſponſi ſacro, quod Talles vocant, tegat, de quo vid. *Magnif. Dn. D. Carpzovium*, *Præceptorem atque Patronum noſtrum plus quam filiali cultu proſequendum in Diſp. de Chuppa Hebr. Cap.* III. §. 15. Et ipſum Servatorem noſtrum ſeſe hac in parte legibus Judæorum attemperaſſe, quidam ex Luc. IIX. 44. concludunt, quod ſine metu oppoſiti videtur affirmari poſſe. Imo nec cæcum ab hoc abſolvunt præcepto, licet dicatur וראיתם אותו nam dicunt: סומא חייב בציצית אף על פי שאינו רואה אחרים רואין אותו: *Cæcus geſtet Zizith*, *licet enim ipſe non videat*, *vident tamen alii*. *R. Moſe in* משנה תורה *pag.* 98. *col.* 2. *Baal Hatturim* hujus veſtigiis inſiſtens, per Gematriam probat, cæcum induere debere pallium fimbriatum; ſic ergo procedit *Deut.* XXII. 12. אשר תכסה בגימ׳ להביא בכסות סומא שהוא חייב: verba אשר תכסה *per Gematriam ad includendum pallium cæci*, *qui eſt obſtrictus*. Ille quoque qui ad nullum certum poteſt referri genus vel androgynus eſt, huic præcepto obſtringitur abſque tamen benedictione facta. *R. Moſes Ægyptius* de hoc caſu ita diſſerit: טומטום ואנדרוגינוס חייבין בכולן מספק לפיכך אין מברכין אלא עושין בלא ברכה: *Præcluſus & Androgynus iiſdem omnibus ſcilicet præceptis*, *cum ſint dubii*, *obligantur*, *modo non benedicant*. Conſentientem non habet *R. Joſephum Karonem in* כסף משנה *pag.* 99. *col.* I.

IV. Quamvis autem Tempus, quod attinet, hoc præceptum tantum die obliget, quia dicitur: וראיתם אותו; quæ verba *R. Kaira in Hilchoth gedoloth ita* παραφράζει: תנו רבנן וראיתם אותו פרט לכסות לילה אתה אומר פרט לכסות לילה או אינו אלא פרט לכסות סומא? כשהוא אומר אשר תכסה בה הרי כסות סומא אמור הא מה אני מקיים וראיתם אותו? פרט לכסות לילה. ומה ראית לרבות כסות סומא ולהוציא כסות לילה. מרבה אני כסות סומא שישנה בראייה אצל אחרים ומוציא אני כסות לילה שישנה בראייה אצל אחרים ומוציא אני כסות לילה שאינה בראייה אצל אחרים: *Docent Rabbini noſtri*: & videbitis illud, *excipe tegumentum noctis*, *tu dicis*: *excipe teg. noctis*, *verum non illud forte ita*, *ſed excipe tegumentum cæci*; *R. quando dicit*: quo te teges, *ecce de tegumento cæci dictum* (*ecce quid ego ſtatuo*, & videbitis illud) *excipe tegumentum noctis*, *& quid vidiſti*, *quod multiplicares tegumentum cæci & dimitteres tegumentum noctis*? *Multiplico tegum. cæci*, *quod repetitur in viſione apud alios*, *& dimitto tegumentum noctis*, *quia non eſt in viſione apud alios*. Sentit idem *R. Moſe Majmon in Hilchoth Zizith Cap.* III. I. *Siphri* citatus in *jalkuth*, *& Jalkuth* על כל התורה *pag.* 228. *col.* 4. 229. *col.* I. Tamen cum & diurnum tempus ſua certa intervalla habeat, quæritur an toto & omni illud neceſſe fuerit die? Quidam autumant, hoc præceptum omni diei cujuslibet articulo requiri, quales ſunt *R. Ben Eſra Num.* XV. *& R. Maimonides Hilchoth Zizith cap.* III. יא. quorum prior aliorum nomine ita diſſerit: והם העתיקו כי זאת המצוה ביום תמיד ולא יסירנו מעליו למען יזכרו והמתפללים בטלית בשעת תפלה יעשו זה בעבור שיקראו בקריאת שמע והיה לכם לציצית ועשו להם ציצית רק לפי דעתי יותר הוא חייב להתעטף בציצית בשאר השעות משעת התפלה: *Et illi*, *ſcilicet Rabbini*, *tradiderunt*, *quod hoc præceptum in die perpetuum*, *nec removeat illud a ſeſe*, *ut recordaretur ejus*; *& orantes in pallio hora precationis faciant hoc*, *quia dicunt in* קרית שמע *ſive Confeſſione Audi*: & erit vobis in peniculamentum, & facient ſibi peniculamentum. *Verum juxta ſententiam meam hoc potius reliquis*, *excepta precationis hora faciat*. Conferatur *idem Deuter.* XII. 12. Poſterior eadem habet, quare ejus recenſione nunc ſuperſedebimus. Sabbato quoque illud indutum pallio obligare exiſtimant. quorum in numero eſt *R. Kaira in Hilchoth gedoloth pag.* 48. *col.* I. אמר רב הונא היוצא בטלית שאינה מצוינת כהלכתה בשבת חייב חטאת: *Dicit Rabbi Huna*; *egrediens indutus pallio non fimbriato de-*

cen-

center Sabbatho reus est peccati. Hodierni Judæi illud ſolum, ſi domi fuerint, uſurpant tempore precationis; inde Argumentum *cap.* XI. *Antiquit. Hebraic. ſelect. Magnif. Doct. Pfeiff. Phylacteria & fimbriæ hodieque ſunt Judæorum precantium inſignia. conf. Excell. Wagenſeilium Sotæ pag.* 406. Peregre autem abeuntes aliam fimbriatam veſtem *Cap.* I. §. 8. deſcriptam adhibent, quæ ſub reliquis tegumentis latet, ne riſui Chriſtianorum exponantur; quod *Fautor ac Amicus noſter magni æſtimandus Dn. Frid-Alb. Chriſtianus hujus Acad. Lector Rabbin-Talmudicus* nos edocuit; noctu autem ſi quis ejuſmodi induat veſtem, benedictionem ſuper ea non dicat, de quo *Rabbi Moſe loco mox citato:* מותר לאדם ללבוש ציצית בלילה בין בחול בין בשבת ואף על פי שאינו זמנה ובלבד שלא יברך: *Licitum est homini induere Zizit nocte ſive profeſti ſive ſacri diei, quamvis ejus non ſit tempus, modo non benedicat*. Veſtimenta quoque alias peniculamentum requirentia, omni tempore, quo homo iis non veſtitur, libera ſunt ab hoc prucepto, quippe quod non veſtem; ſed Hominem veſtitnm urget. *R. Kaira in Zizith pag.* 48. *col.* I. טלית המונחת בקופסא פטורה מן הציצית ומאי טעמא? חובת גברא הוא. *pallium depoſitum in arca liberum eſt a peniculamento, raſio: quia eſt obligatio viri*; uberius vide *Maimonidem in* יד חזקה *pag.* 99. *col.* I. Nec hiſce obſtant verba, quæ in *Maſſecheth Berachoth Talmud. Hieroſolym. cap.* II. *fol.* 14. *col.* 2. *im Gemara* reperiuntur: ציצית חובת טלית הוא ואפילו מונחת בקופסא: *Zizith eſt de neceſſitate pnllii, etiam quando in ciſta eſt poſitum*. Hanc enim litem quoque movit *R. Karo in* כסף משנה. *pag.* 99. *col.* I. & decidit, dicens: והלכה כרב נחמן דאמר חובת גברא הוא: *& deciſio fit juxta R. Nachmanem, qui dixit: Debitum viri eſt*. Inde quoque licitum eſt induto veſtimento fimbriato ad locum ſeceſſus vel lavacrum ſe conferre, imo & illud abſciſſis filis albis & hyacinthino fimo committere, qnoniam hoc præceptum in ſe nullo modo eſt ſanctum. *Vid. Maimonid. cap.* III. *Hilchoth. Zizith.* ש. Nequaquam vero conceditur, ut Samaritano aut Gentili illud fimbriatum venum exponat, ſiquidem periculum eſt, ne ſuſpectus fiat ſcortationis Iſraelita aut occidatur: *Sic R- Kaira in Hilchoth Zizith, fol.* 48. *col.* I. אמרו אין אדם רשאי למכור טלית מצוינת בשוק עד שיתיר ציציותיה מאי טעמא הכא תרגימו משום חשד זונה רב יהודה אמר גזירה שמא יזדמן לו גוי בדרך ויהרג: *Dicunt, non licere homini pallium venundare fimbriatum in platea, donec ejus fimbrias ſolverit, ex qua ratione? ſic exponit: ob aliquam ſuſpicionem ſcorti. R. Jehuda dicit, periculum eſt, ne forte ipſi obveniat gentilis in via & occidat. Conf. Maimonid. loc. cit.*

V. Materia ex qua ramus iſte conficitur, eſt lana & linum. Quod conjunctim poteſt adhiberi, ceu probant ex eo, quod פרק ציצית *Deut.* XXII. 12. ei annectatur, in qua veſtimentum ex lana & lino conſtans interdicitur. Sic nimirum R. *Salomo* in hunc locum גדילים תעשה לך אף מן הכלאים לכן סמכן הכתוב ונסמך לשעטנז בעבור הציצית שהוא מותר: fimbrias facias tibi, *etiam de diverſis ſpeciebus, propterea conjunxit ea ſcriptura (Aben-Eſra ibid.) & eſt annexum heterogeneis propter Zizith, quod eſt licitum*. De quo ſpeciatim conſuli poteſt *R. Bechai in Deut.* XXII. *& Talmud. Babylon. in Maſſecheth Menacoth cap.* IV. *fol.* 39. *col.* 2. *Gemara in Jebbamoth cap.* I. *fol.* 4. *col.* 2. *Maſſecheth Scabbas cap.* 2. *fol.* 27. *col.* 2. quare & *Talmud* ירושלמי *in Maſſecheth* נדרים *cap.* IV. *fol.* 37. *col.* 4. ſcribit: גדילים תעשה לך לא תלבש שעטנז שניהם בדבור אחד נאמרו: fimbrias &c. non indues &c. *duo illa unam per dictionem dicta ſunt*. Nunquam verò id effectui dant, ſed ſemper unam tantum uſurpant ſpeciem, propter rationem, quam de סכות dabimus. Parant itaque hunc ramum vel ex lana vel ex lino ſeparatim. Lana vero non debet eſſe conquiſita in dumetis, nec beſtiis evulſa, nec de filis, quæ textor in pannis relinquit, nec de lana caprina, nec ſit rapta aut præda civitatis anathematizatæ, aut ſanctitatum, nec cæſaries, ſed de vellere; de quo diſſerit *Maſſecheth Succa cap.* I. *fol.* 9. תנן התם סוכה ישנה בית שמאי פוסלין ובית הלל מכשירין ובית הלל לירת להו הא דאמר רב יהודה אמר רב עשאה לציצית מן הקוצים ומן הנררים ומן הציצין פסולה אלמא טויה לשמה: *docent ibi: Tabernaculum inveteratum Schola Schammai rejicit, aſt Sch. Hillelis rectificat, & domus Hillel non ſtatuit id, quod dixit R. Juda, dixit Rabb: fecit illam ſcilicet lanam Zizith ex ſpinis, ſegmentis & cinnis ineptum eſt, quia textura ſit propter illud*; quod dilucidius tractavit *Maimonides loc. alleg. cap.* I. יא. *Cap.* II. א. Cæſaries rejicitur in *Maſſechoth Menacoth cap.* תכלת *fol.* 42. *col.* I. תנו רבנן שער של בלורית הטיל על הקרן או על הגדיל כשרה רבי אבין פוסל שרפוקא למעלה בשתיהם: *Docent Rabbini noſtri: crinis cinni, quem quis adhibet cornu aut fimbriæ, legitimus eſt,*

est, Rabbi Abin rejicit, quoniam intricatio sursum inter sese. Lana, cujus bestiam quis adoravit, huic facturæ non convenit. Linum plantatum & cultu religioso affectum potest adhiberi. Consule *R. Mosen in* משנה תורה *Cap.* I. יב. המשתחוה לבהמה צמרה פסול לציצית אבל המשתחוה לפשתן הנטוע הרי זה כשר שהרי נשתנה: interdictum insimul est hunc ornatum ex antea tali conficere, ut si quis alam fimbriatam de vestimento absciderit, quod R. Bechai in ביאור על התורה ita infert: ועשו להם ציצית ולא מן העשוי שלא יוציא נימין מן הטלית ויעשה מהם ציצית: & facient sibi peniculamentum, *nec ex facto, ne fila evellat ex pallio, exque iis peniculamentum faciat. Maimon. cap.* I. יב. Quamvis negari nequeat, ex aliis quoque materiis peniculamentum parari, ut ex filis sericis aut capillis caprarum, ut de priori legitur in *Massecheth Menacoth cap.* IV. *fol.* 39. *col.* 2. non obstante quod *R. Nachmam* differit: השיראין פטורין מן הציצית *Serica immunia sunt a peniculamento:* Respondit enim *Rabba*: השיראין והכלך והסרקון כולן חייבין בציצית מדרבנן: *pallia serica, & involucrum bombycis, & serica omnia requirunt peniculamentum secundum Rabbinos nostros.* Adde רמבם *cap.* III. ה. Illud tamen non fit, nisi pallium ipsum sit ejusdem speciei: Sic enim ille: ושאר הבגדים עושין להן של כל מין ומין ממינו כגון חוטי משי לכסות משי וחוטי נוצה לכסות נוצה: *& reliquorum vestimentorum Zizith faciunt ex qualibet specie de sui vestimenti specie, v. g. filum bombycis ad tegumentum bombycis, & fila lanuginis ad vestimentum tale, de quo uberius §. sequenti* VII.

VI. Unde apparet, τὸ Zizith non solum in sensu præcisionis, sed insimul compositionis debere perpendi, dicitur enim גדילים תעשה לך על ארבע כנפות כסותך: Quodnam vero vestimentorum genus hic debeat accipi, *supra cap.* I. §. 7. attigimus. Jam modo solliciti erimus, ex quanam materia fuerit confectum. Requiritur a Judæis saltem lana & linum. *vid. cit. Maimon. cap.* III. א. ותהיה הכסות של צמר או של פשתן כלבד *& erit tegumentum lana aut lini solum. Sericum, lana vitis, camelorum, leporum & caprarum obligantur ex traditione:* אבל טלית של שאר מינין כגון בגדי משי ובגדי צמר גפן ובגד צמר גמלים וצמר ארנבים ונוצה של עזים וכיוצא בהן אין חייבין במצות ציצית אלא מדברי חכמים כדי להזהר במצות ציצית: *R. Kaira tradit:* היא של בגד וכנפיה בגד פטורה מאי טעמא עיקר בגד הוא: *Si tegumentum est e panno, & alæ ejus e pelle, obligatur. Sin e pelle, & alæ ejus e panno, liberum est, quia principale sit pannus.* Adde *R. Ben Maimon cap.* III. 7. Si duo unum possiderent טלית iidem quoque obstricti essent annectere peniculamentum, cum dicatur: על כנפי בגדיהם, quod *Massechet Chulin* ita exponit *cap.* XI. *f.* 136. *col.* I. ציצית אף על גב דכתב רחמנא כסותך דידך אין דשותפות לא כתב רחמנא על כנפי בגדיהם לדורותם ואלא כסותך לל לכדרב יהודה דאמר רב יהודה טלית שאולה כל שלשים יום פטורה מן הציצית: *Zizith, quamvis scripserit Lex,* tegumentum tuum, *quod tuum est, non quod sociorum est, nonne scripsit Lex* super alis vestimentorum suorum in generationes suas? *ast tegumentum tuum ad quid mihi?* Resp. *juxta Rabbi Judam, qui dixit pallium mutuo acceptum integros triginta dies liberum est a Zizith, deinde obligatur.* Hæc ipsa paululum mutata invenies in *Jalkuth* על כל התורה *pag.* 228. *col.* 4. Et eadem clariora *exhibet R. Mose in Hilcoth Zizith cap.* III. ד. *R. Kaira in Hilcoth gedbolo th fol.* 48. *col.* I. Vestimentum in decorem suum solummodo depositum non requirit peniculamentum: *R. Kaira loc. cit.* Quærere autem quis potest, num linum & lana inter se permisceri queant ita, ut pallium sit lanosum, Zizith vero linosum & vice versa? Quæstio hæc apud *Maimonidem reperitur in* יד חזקה *fol.* 98. *col.* I. Ad eam vero respondet, illud quidem ex lege esse licitum, interim propter alia obstacula, ne præceptum aliquod lædatur, non fieri, *vide ipsum de hoc ibid. erudite disserentem.* Quod si pallium sericum aut pilosum fuerit, tale itidem Zizith requiritur, vel si tale non adhibeatur, lanosum aut linosum. Quod nos edocuit *Massecheth Schabbas cap.* II. *fol.* 27. *col.* I. 2. רמי כתיב הכנף מין כנף וכתיב צמר ופשתים יחדיו גדילים תעשה לך הא כיצד? צמר ופשתים פוטרין בין במינן בין שלא במינן שאר מינין במינן פוטרין שלא במינן אין פוטרין: *Rabba objecit scriptum est:* ala) *species alæ:* (*& scriptum est:* lana & linum, fimbrias facies tibi!) *ecce quomodo? lana & linum licita sunt tum apud suam speciem, tum apud alienam, reliquæ species in sua specie sunt licitæ, in aliena minus.* Huic assentitur *Massecheth Menacoth cap.* תכלת *fol.* 39. *col.* 2. אמר רבא אמר רבי יהודה חוטי צמר פוטרין בשל פשתן ושל פשתן פוטרין בשל צמר חוטי צמר או פשתן פוטרים בכל מקום ואפילו בשיראין ופליגא דרב נחמן דאמר שיראין פטורין מן הציצית: *Rabba dixit, dixit Rabbi Juda: fila lanæ licita sunt in lino, & lini in lana, fila lanæ*

aut

aut lini ubique ſunt licita etiam in ſericis; & pugnat contra Rabbi Nechmanem dicentem : ſerica non requirunt Zizith. De qua Rabbinorum diſſenſione lege ibidem plura. Ex quo elicitur ex variis materiis effici poſſe & pallium, & Zizith, ſi modo utrumque de una ſumatur ſpecie, aut de lana ſive lino adhibeatur peniculamentum. *Rabbi Kaira in Hilcoth Zizith pag.* 47. *col.* 4. ſindonem addit : תנו רבנן סרין בציצית בית שמאי פוטרין ובית הלל מחייבין והלכה כדברי בית הלל. רבי זירא אומר נזירה משום כסות לילה. מלאכא אשכחיה לרב קטינא דמיכסי סדינא אמר ליה קטינא קטינא כדינא בקייטא סרבלא בסיתוא ציצית מה תהא עליה? אמר ליה ענשיתו במדות עשה אמר ליה בזמן דאיכא ריתחא ענשינן. אמר רב יהודה אמר רב כך היה מנהגו של רבי יהודה ברבי אילעאי ערב שבת מביאין לו עריבה מליאה מים חמין ורוחץ פניו ידיו ורגליו ומתעטף ויושב בסדינין המצויינין ודומה למלאך יהוה צבאות: *Docent Raabini N. de ſindone in Zizith; Schola Schammai liberant & Schola Hillel obligant, & deciſio eſt facta juxta ſententiam Scholæ Hillelis. Rabbi Sira dicit : periculum adhuc eſt de tegumento nocturno*. R. *Angelus invenit Raabi Kethinam opertum ſindone, dixit ei : Kedina, Kedina. Sindon æſtate, ſar ab allum hyeme. Zizith cur non erit ſuper ea? dixit ei : pœna ejus propter præceptum affirmativum; dixit ei: Tempore, quo eſt fervor ſcilicet Dei, punimus. Dixit Raab Jebuda, dixit Rab: Hic fuit mos R. Jehuda apud R. Hilai, veſpere Sabbathi adduxerunt ei mactram plenam aquis calidis, in quibus faciem ſuam, manus & pedes abluit, & amictus ſedit ſindonibus fimbriatis, ſimilis Angelo Domini Zebaoth*. Harum Hiſtoriarum prima occurrit in *Maſſecheth Menacoth fol.* 41. 1. Pallium non tam abſolute eſt neceſſarium, ut quilibet eo carens ſibi acquirere quocunque modo ſtudeat, viro tamen ſancto indecorum eſt huic præcepto ſe ſubtrahere. Pallium fimbriatum ab Iſraelita vel Mercatore Samaritano acceptum admittitur, ab idiota rejicitur; quod offendes in *Maimonide Hilchoth Zizith cap.* 11. 5. *Rabi Kaira in Hilchoth gedoloth fol.* 48. *col.* 1. De Quadratura hujus pallii jam antea dictum eſt, nunc diſpiciendum nobis venit, quomodo ulterius comparatum eſſe debeat in reſpectu ad peniculamentum. Si pallium totum fuerit ruffum aut flavum, aut ex reliquis coloribus, facienda quoque fila ſunt ejuſdem coloris: Sin totum hyacinthinum, fila fiunt ex aliis coloribus, excepto nigro, qui ſpeciem hyacinthi gerit. Pallium in duas partes compoſitum ſuis angulis non admittit Zizith, antequam totum a qualibet conſuatur parte. Ala diſrupta ultra tres digitos ſuo loco eſt reſarcienda, infra vero minus; Angulus veſtis imminutus, qui inter fila peniculamenti & finem texti, excepto eo, cui Zizith eſt alligatum, legitimus eſt. *Rabi Moſe ben Maimon in* משנה התורה *fol.* 95. *col.* 2. 97. *col.* 1. Pallium tribus ſaltem gaudens alis non fimbriatur, licet hoc facto quarta adderetur ac fimbriaretur, cum eſſet de facto; *vid. mox citatum Rabbi* : & quoad caſum ſecundum *Rabi Kairam in Hilchoth Zizith fol.* 47. *col.* 4.

VII. Hoc modo pallio conſtituto, quatuor ejus angulis fila annectunt quæ Zizith vocantur, hæc fila ſunt contorta & duplicata e ſimplicibus, quorum numerum ante complicationem non attendunt, poſt complicationem vero æſtimantur filum unum, ceu docet *Maimonides in Hilchoth Zizith cap.* 1. 7. אחד חוטי לבן ואחד חוטי תכלת אם רצה לעשות שזורין עושה אפילו היה החוט כפול משמנה חוטין ושזור עד שעושה פתיל אחד אינו נחשב אלא חוט אחד : *Tum fila albi, tum fila hyacinthi ſi quis velit contorta facere, faciat etiam ex octo, contorta & duplicata, ut fiat filum unum, non tamen reputatur niſi filum unum*. Confectura filorum non alia eſt ſuſcipienda fine, quam propter peniculamentum, *vide Maſſechet Menachoth cap.* IV. *Maſſecheth Succa cap.* 1. *fol.* 9. *R. Moſ. cit. loc.* חוטי ציצית בין לבן בין תכלת צריכין טויה לשם ציצית : *Netio filorum Zizith ſive alborum, ſive hyacinthinorum fiat cum intentione ad conficiendum Zizith*. Numerus filorum contortorum eſt octonarius, quorum ſeptem potiſſimum alba, unum vero hyacinthinum ſunt. Alba dicuntur ענף ſive ramus *vid.* §. 3. *cap.* 1. Relinquuntur alba, quoniam Judæi prætexunt ſibi non eſſe de illorum infectione quicquam præceptum. De quo ita ſcribit *R. Moſe bar Nachman felicis memoriæ, citante R. Bechai Num.* XV. במנין חוטין שהם שמונה שהשבעה לבנים רוצה לומר שאינן צבועין והשמיני תכלת משום שנאמר פתיל תכלת משמע חד וזה התכלת הוא חוט של צמר : *De numero filorum, quod ſint octo, ſeptem alba, id eſt quæ non ſunt infecta, & octavum hyacinthus, quia dicitur* filum hyacinthi, *ſignificat unum, & hic hyacinthus eſt filum lanæ*. Confer *Raſchi Num.* XV. de octo filis & dictum Rabbinorum: חוטי הציצית בכל כנף ארבעה כפולים שהם שמונה *numerus filorum peniculamentorum in omni* (Buxtorf. utroque) *angulo ſunt* qua-

quatuor duplicata, quæ faciunt octo. Disceptatur de hoc numero *in Massecheth Menacoth cap.* IV. *f.* 41. *col.* 2. תנו רבנן כמה חוטין הוא נותן ? בית שמאי אומרים ארבעה ובית הלל אומרים שלשה. וכמה תהא משולשלת ? בית שמאי אומרים ארבע ובית הלל אומרים שלש. ושלש שבית הלל אומרים אחד מארבע בטפח של כל אדם: *Docent Rabbini nostri, quot fila quis adhibeat, Domus Schammai dicunt: quatuor, & Domus Hillelis dicunt, tria, & quod erit circumvolutum? Domus Schammai dicit: quatuor, & Domus Hillel dicit: tribus & tribus; nam domus Hillel dixit: unum e quatuor secundum quartam partem palmi vulgaris hominis*. Conf. *Hilcoth gedoloth fol.* 47. *col.* 4. Verum fatentur Rabbini numerum eorum ex scriptura sacra nequaquam posse probari, ut & quinque nodos in suprema parte peniculamenti annexos, ita enim *Abarbenel Num.* XV. אך מנין החוטים פשוטים נעשים מארבעה כפולים וחמשה קשרים קבלה הוא: *Verum numerus filorum expansorum factorum e quatuor duplicatis & quinque nodorum est traditio*. Adde *Maimonidem in* יד חזקה *cap.* I. *de Zizith*. א. Alii dicunt, duo fila esse hyacinthina, sex vero alba. Quam sententiam *R. Bechai in* ביאור על התורה adduxit: ויש אומרים שהשנים חוטי של תכלת והששה לבן: & *sunt dicentes: duo fila de hyacintho, sex vero alba*. Ast valet sententia prior, hinc *R. Mose in Hilcoth Zizith cap.* I. ויהיה אחד משמנה החוטים חוט תכלת ו. והשבעה לבנים: & *erit unum ex octo filis hyacinthus, septem alba*. Octavum quod coloris hyacinthini est parant sequenti modo.

VIII. Capiunt Chilason sive limacem de quo cap. I. §. 10. ejusque sanguinem exprimuut, qua de causa in *Massecheth Schabbath fol.* 26. I. *ad* 2. *Regum* 25. 2. dicitur per יוגבים intelligi ציידי חלזון *capientes Chilason*. Volunt ibi esse quasi יוקבים Torculatores, יוגבים quia piscem Chilason solent premere ad sanguinem ejus eliciendum *conf. L. T. Buxtorf. fol.* 760. הצד חלזון והפוצעו *qui capit Chilason & exprimit eum. ibid. f.* 751. Sanguinem hunc aliis admistis coloribus, ut patet ex. cit. loc. hoc processu in hyacinthum transmutantem qui describit *Ex Hechajim Hilcoth Zizith*. כיצד צובעין תכלת של ציצית ? שורין צמר בסיד ואחר כך מכבסין עד שיהיה נקי ומרתחין אותו באחלא כנון שהצובעין עושין כדי שיקלטו העין שלו ומביאין את חלזון שדומה עיניו לעין ים ודמו שחור ומצוי בים המלח ונותנים את הדם ליורה עם סמנים ומרתחין אותו ונותנין בו הצמר עד שיעשה כעין הרקיע וזה תכלת של ציצית שאין צבעו משתנה: *Quomodo imbuuntur filamina colore hyacinthino? Macerenda est lana calce, ac deinde probe lavanda, ut reddatur mundissima, atque sic elixanda smegmate, uti solent præparare Tinctores lanam, quo colori recipiendo apta sit. His peractis, Murice (externa is forma mare refert, sanguinem autem nigrum habet, ac in mari salso reperitur) accepto, sanguis ejus cum aliis pigmentis in cortina calefit, & tum eidem lana tam diu committitur, quoad cœli cum sudum est, faciem exhibeat. Atque hic est color ille hyacinthinus, quo filamina tinguntur & nec unquam immutatur*. Idem tradit *R. Bechai Num.* XV. & *Maimonides Hilcoth Zizith cap.* II. ב. Debet autem iste color parari cum intentione ad faciendum Zizit, quod *Tanchuma* ita explicat: וראיתם אותו. אותו ולא אותה שאם עשיתם כן כאילו אתה רואה כסא הכבוד שהוא דומה לתכלת: videbitis אותו illum *nec* אותה *scil.* תכלת *faciatis ac si quisque videret thronum gloriæ similem hyacintho. Adducitur in* ילקוט על כל התורה *fol.* 229. *col.* I. *conf. R. Mai*[illegible] *cap.* II. א. *Cortina, in qua est color, si ei parum lanæ ad probandum illum, sive pulcher sit sive minus, fuerit concreditum, totu est rejectanea. Paululum itaque pigmenti alii vasi modico committunt, illudque lana probata effundentes lanam comburunt, hyacintho per reliquum pigmentum non contaminatum infecto. In lanam, num rite sit infecta, inquirentes, sumunt stramen, salivam conchæ & urinam, inque iis quadraginta dies fermentatis hyacinthum certum tempus macerant, quo facto color durans nec caligans censetur probus. Fusco existente, sumunt massam hordeaceam in salsugine piscium putrefactam, mutatamque lanam hyacinthinam ejus medio immittunt, eque massa in furno pista* הכלת *educentes contemplantur: si aucta fuerit caligo, est inepta, sin color hyacinthinus atque nigror, apta est*. Quod vide in Rabbi ultimum citato *cap.* II. א. והיורה שיש בה הצבע אם צבע בה מעט צמר לבדקו אם הוא יפה אם לאו נפסלה היורה כלה. אלא כיצד יעשה לוקח הצבע מן היורה בכלי קטון ומניח בו צמר שבודק בו ושורף את שבדק שהרי נצבע לבדיקה. ושופך הצבע שבכלי שבדק בו שהרי טעמו ופסלו. וצובע התכלת בשאר הצבע שלא נפגם: ה. כיצד בודקים אותה עד שיודע אם נצבע כהלכתה אם לאו ? לוקחין תבן וריר של שבלול ומי רגלים שנתחמצו ארבעים יום ושורין התכלת בכולן מעת לעת. אם עמדה בעינה ולא כההה כשרה ואם כהתה לוקחין בצק של שעורים שמעפשין אותו למוריס ונותנין את זו התכלת שנשתנית בתוכו

בתוכו ואופה הבצק בתנור ומוציאים התכלת
מן הפת ורואין אותה אם נהתה ממה
שהיתה פסולה ואם הוסיף עינה והושחרה
יותר ממה שהיתה קודם האפייה כשרה:

חכלת *Tabernæ, in qua vendunt, ſi
hominos fuerint probati, tam diu ſine pro-
batione valet, donec obſcureſcat. Hyacin-
thus comuiſſus Samaritano, eſt ineptus,
forte fortuna permutavit, ni fuerit in va-
ſe duobus ſignetis, uno alterum premente
obſignato; uno ſiquidem tantum adhibito
ineptus eſt. Inventus in platea, filis diſ-
cerptis ineptus, contortis, aptus eſt.* Ver-
ba *Moſis Ægyptii* de hiſce conditionibus
hæc ſunt, *in Hilcoth Zizit cap.* II. ו.
חצר שמוכרין בה תכלת והיו מוחזקין
בכשרות לוקחין ממנה סתם ואין צריך
בדיקה והרי היא בחזקתה עד שתחשך
המפקיר תכלת אצל הכותי הרי זה פסולה
שמא החליפה. ואם היתה בכלי והיה חתום
בשני חותמות חותם בתוך חותם כשרה
בחותם אחד פסולה. ז. המוציא תכלת בשוק
אפילו מצא חוטין פסוקין פסולה שזורין
כשרה:

IX. Octavum filum infectum filis con-
tortis albis annectunt, totumque hoc
conſtitutum quadruplicatumque orificio
pallii obfirmato indunt, non ultra digi-
tos ab angulo tres, quo facto octo fila
duplicata, ſeptem alba, unumque hya-
cinthinum ab uno pendent cornu. Ner-
voſe hanc ligaturam *R. Bechai in* ביאור
על התורה deſcribit, quærens: וכיצר
עשיית הציצית וכמה חוטין נותן בה?
ארבע. שתוחב בה ארבע חוטין בחור הטלית
וכופל באמצע והוין להו שמונה ומניחן בתוך
שלש אצבעות בכנף הטלית וצריך להרחיק
קביעות הציצית משפת הבגד כמלא קשר
גודל משיעור הצפורן ובשר עד פרק ראשון
ולא יהא אורך החוטין מתחלתן פחות
מארבע אצבעות בגודל: *& quænam para-
tura Zizith, & quot fila applicat ei?
Quatuor; nam infigit quatuor fila fora-
mini palli, duplicata in medio, ut ſint
ipſa octo, deinde quieſcere facit ea in me-
dio trium digitorum in ala pallii, & ne-
ceſſe eſt, ut elonget fixiones Zizith ab
ora veſtimenti integrum articulum pollicis
juxta menſuram unguis & carnis uſque
ad juncturam primam, nec ſit prolixitas
filorum a principio ſuo infra quatuor di-
gitos juxta pollicem.* Eadem ferme habet
R. Moſe Ben Maimon in משנה תורה *fol.*
44. *col.* I. Et ultimum momentum tra-
ctat quoque *R. Kaira in Hilchoth gedo-
loth fol.* 48. *col.* I. Dicunt enim: ועוד
דרשו ציצית אין לו שיעור למעלה אבל
יש לו שיעור למטה: *Prolixitatis Zizith
non datur menſura, attamen parvitatis,*
prout legere eſt במדרש תהילים *cit. R.
Bechai. Deinde arripit filum unum ex al-
bis, ſemelque in ora veſtimenti eodem fi-
la cætera circumdat, poſtmodumque dimit-
tit; accipiens ſtatim filum hyacinthi, bis
eo prope album circumvolutum circumdat
cætera & nexum facit* (h. e. in duas
æquales partes ſegregat octo fila, po-
ſteaque nectit:) quas tres circumvolu-
tiones קוליא ſive membrum vocant.
Vide R. Kaira in Hilcoth Zizith pag.
48. *col.* I. וכמה שיעור חוליא? רבי אומר
כרי שיכרוך וישנה וישלש ורא גדלה כולה:
*& quænam proportio membri? Rabbi di-
cit: nimirum quando ſuperinvolvit, repe-
tit & triplcat, & hoc totum accreſcit;
R. Moſe in* יד חזקה *pag.* 94. *col.* I. *R.
Bechai Num.* XV.) *porro paululum pro-
grediens filo ſolum hyacinthino* חוליה *ſive
membrum ſecundum facit, & ſic uſque
membrum ultimum, quod bis circumvolu-
to filo hyacinthino & tandem albo confi-
cit.* Hoc legere eſt in *Maimonide Hil-
coth cap.* I. ז. ולוקח חוט אחר מן הלבן
וכורך בו כריכה אחת על שאר החוטין בצר
הבגד ומניחן. ולוקח חוט התכלת וכורך
בו שתי כריכות בצר כריכה של לבן
ומרחיק מעט ועושה חוליא שניה בחוט של
תכלת לברו ומרחיק מעט ועושה חוליא
שליש. וכן ער חוליא אחרונה שהוא כורך
בה שתי כריכות של תכלת וכריכה אחרונה
של לבן: Confer *Bechaj in* ביאור על
התורה *Num.* XV. duabus vicibus. Liga-
tura poſt primum membrum facta vo-
catur קשר ſive nodus ſupremus juxta
R. Bechai cit. loc. dicentem: וקושר וזהו
הנקרא קשר העליון: *& ligans, & hoc
ipſum vocatur nodus primus.* Quinque
ejuſmodi juxta eundem apponuntur c.
I. Incipit autem albo, & deſinit albo,
ut elevet ſanctitatem, & ut ſit confor-
me ſuo colore alæ, de quo diſſeritur in
Maſſechet Menacoth cap. IV. *fol.* 38. לא
צריכא אלא להקרים. והתניא מצוה
להקדים לבן לתכלת ואם הקדים תכלת
ללבן יצא? אלא שחסר מצוה. מאי חיסר
מצוה? דלא עבד מצוה מן המובחר: *Non
neceſſe eſt niſi ut præponat, & ſententia
præcepti, ut album præponat hyacintho,
ſi vero hyacinthum albo præpoſuerit, tranſ-
greſſus eſt, ideo, quod defecit præceptum
aliquod, quia irritum fecit præceptum,
dum non quam optime præceptum obſer-
vavit.* Rationes *vid. in* ביאור *R. Bechai
& R. Moſis* חשנה תורה *fol.* 94. *col.* I.
quorum ille: מפני שהתחיל בלבן מסיים בו
שכן כתיב ונתנו על ציצית הכנף פתיל
תכלת. ואמרו רבותינו זכרונם לברכה הכנף
מין כנף שיהא סמוך לכנף מינה ואחר כך
פתיל תכלת. ומסיים בלבן משום דמעלין
בקרש ולא מורידין וכיון שהקרימו הכתוב
למין כנף שמע מינה חשוב הוא ואי הוה
מסיים בתכלת מוריד הוא. ולפי שהמצוה
של תכלת שיהיה הפתיל כלו תכלת לא נעשה
מהלבן אלא כריכה אחת בלבד סמוכה

לכנף

לכנף מין כנף ושאר החוליא עם החוליות כלם בתכלת חוץ מכריכה אחרונה שהיא בלבן הואיל והתחיל בו . וכן כתבו הגאונים זכרונם לברכה בחבוריהם ובתשובות ושאלות שלהם: *quia incepit ab albo , desinit in albo; nam sic scriptum:* & ponent super Zizith alæ fasciam hyacinthi . *Et dicunt Rabbini nostri p. m. ala i. e. species alæ, ut sit connexa alæ sua species , & postea fascia hyacinthi, & desinit in albo , ut elevent sanctitatem , nec deprimant ; & quia Scriptura album præposuit ad speciem alæ , puta speciem ejus, æstimandum est ; & si desierit in hyacintho , deprimeret ; & propterea præceptum hyacinthi, ut sit fascia tota hyacinthina non facta ex albo, nisi quoad unicam superi involutionem tantum annexam alæ, ut sit species alæ , reliqua vero* חוליא *cum omnibus illis* חוליות *ex hyacintho præter superinvolutionem ultimam quæ fit per album ; quia & incepit albo ; & sic scribunt Excellentes b. m. in suis compositionibus & responsionibus quæstionum suarum.* Hoc modo *in cæteris quoque procedunt alis. In omni autem ala non infra septem nec ultra tredecim adornant* חוליות *sive membra , cum hoc observato, præceptum quoque rite observatum fuisse autument. Maimon. cap.* I. .ח. *in Hilcoth Zizith ?* כמה חוליות הוא עושה בכל ענף לא פחות משבעה ולא יותר משלשה עשר . וזו היא מצוה מן המובחר: *idem tangit R. Bechai Num.* XV. hanc adjiciens rationem : כנגד שבעה רקיעים וששה אוירין שביניהם *in respectu septem expansorum & sex spatiorum quæ inter ea.* Unum tantum apponens membrum, aut תכלת toti tertiæ τš Zizith superinvolvens recte facit. *R. Kaira in Hilcoth Zizith fol.* 48. *col.* I. ואי לא גדל בה אלא חוליא אחת כשרה *& si non creverit in ea nisi quoad membrum unum recta est*: confer רמבם *in Hilcoth Zizith cap.* I. .ח *Decor hyacinthi consistit in eo, ut omnia membra filis contortis tertiam partem.* ענף *vero sive ramus reliquas duas occupent*, filaque, quæ ענף constituunt, separentur, ut pendeant in morem cincinnorum probe pectinatorum. Quo de vide *Massecheth Menacoth cap.* IV. *fol.* 42. *col.* I. תנו רבנן ציצית . אין ציצית אלא ענף . וכן הוא אומר ויקחני בציצית ראשי . ואמר אביי וצריך לפרודה כי ציציתא דארמאה: *Docent Rabbini nostri. Zizith est ramus , & sic dixit : & sumsit me cincinno capitis mei, Ezech.* 8. 3. *& dixit Abaji : hinc necesse est , ut quis separet illud sicut cincinnum Aramæi*, conf. *Jalkud* על כל התורה *fol.* 228. *col.* 3. 4. *R. Kairam in Hilcoth Zizith fol.* 48. *col.* I. & רמבם *c. l.* quorum ultimus dicit : וכוי התכלת שיהיו כל חוליות בשליש חוטים המשולשים ושני שלישיהן ענף: Ramo aliis ex coloribus præter album constanti filum unum hyacinthinum secundum modum , quo peniculamenta non infecta fiunt, superinvolvitur . *Ultimo citatus cap.* II. ח. & licet hoc filum in scriptura sacra sit præceptum, involutiones tamen & membra non sunt præcepta. *Conferatur idem ibid.*

X. Non autem se invicem impediunt hyacinthus & album in uno peniculamento. Nam si cui non est hyacinthus, ille solum album adhibet : imo si utrumque in paratura adhibeat , album vero abscindatur , aut imminuatur , relicto hyacintho solo , legitimum habetur . Hinc *Massecheth Menachoth cap.* תכלת *fol.* 38. *col.* I. אינה מעכבת את הלבן והלבן אינו מעכב את התכלת: Quæ verba *R. Obadias de Bartenora in Commentario super hunc locum ita* exponit : אף על גב דמצוה לחת שני חוטין של תכלת ושני חוטין של לבן או חוט אחת של תכלה ושלשה חוטים של לבן אפילו הכי אין זה מעכב את זה ואם נתן ארבעתן של לבן או של תכלת יצא? *Quamvis præceptum esset ad ponendum duo fila hyacinthina & duo alba , aut unum hyacintinum & tria alba , etiam sic unum alterum non impediret ; quod si quis singula quatuor alba aut hyacinthina constitueret , transgrederetur sc. præceptum*. Conf. *Thosephot Jom Thobb in eundem locum*. Hanc thesin limitat *R. Bechai in Numer.* XV. ita scribens : הנה הציצית והתכלת ברמיון הלולב והאתרוג מעכבין זה את זה כן הציצית ותכלת מעכבים זה את זה בזמן שהיה התכלת מצוי: *Ecce Zizith & hyacinthus sunt similia palmæ & pomo citreo. Hinc quemadmodum palma & pomum citreum se invicem impediunt ; ita Zizit & hyacinthus impediunt se invicem tempore , quo hyacinthus invenitur*. Hinc paucis interjectis subjungit : וכדי שלא יפריד האדם בין הציצית והתכלת ולא יקצץ בנטיעות . הוצרכו רבותינו זכרונם לברכה לדרוש ולא תתורו אחרי לבבכם זו מינות. כלומר שלא יחשבו בה לומר שתי רשויות יש רק ליחד הכל ביחוד שלם . ועוד אני מוסיף ביאור אם תסתכל בפסוק הנמרץ שאמר שלמה ירא את יהוה בני ומלך . שענינו על הדרך הזה. ירא יהוה זו מצות ציצית . ומלך זו התכלת. שהיא מדת המלכות ותכלית הספירות . וכדי שתיחד יחוד שלם ולא תקצץ אמר ועם שונים אל תתערב. אל תחשוב בלבבך שניות כי אם יחוד שלם . וזהו שדרשו רבותינו זכרונם לברכה ולא תתורו אחרי לבבכם זו מינות . ולפי הענין הנזכר יהיה וראיתם אותו . מלשון אות וסימן . כאלו אמר וראיתם חותמו והוא חותם התכלת. ואת תזכה תבין . ובספר

הבהיר תמצא מפורש מאי טעמא דתכלת משל למה הדבר דומה למלך ובתו למרחוק פחדו מאימת המלך נתן להם סימנים פחדו מן הבת נתנה להם סימן. אמרו מעתה בשני סימנים אלו יהוה ישמרך מכל רע ישמור את נפשך: *Et ne ſeparet homo Zizith & hyacinthum, nec amputet plantationes, coacti ſunt Rabbini noſtri p. m. explicare*, nec ſcrutabimini poſt cor veſtrum, *hoc eſt hæreſis, q. d. ne cogitent de ea dicendo: duæ potentiæ ſunt: verum ſimul omnia ad unitatem perfectam ſc. referantur, & adhuc ego addo expoſitionem: ſi attenderis verſui accurate, quem dixit Salomo*: time Dominum fili me & Regem, *Prov.* 24. 21. *nam ſenſus ejus juxta modum hunc*: time Dominum, *hoc eſt præceptum Zizith*, & regem, *hoc eſt hyacinthus, qui eſt menſura regni & ſcopus numerationum; hinc ut adunias unitate perfecta, nec amputes, dicit*: & cum detrectatoribus ne miſcearis, *ne cogites in corde tuo duplicatem ſed unitatem perfectam; & hoc eſt quod explicant Rabb. n. b. m.* nec ſcrutabimini poſt cor veſtrum, *hoc eſt hæreſis, & juxta ſenſum memoratum erit*, & videbitis illud, *e ſignificatu ſigni & indicii, q. d. & videbitis ſigillum ejus, & eſt ſigillum hyacinthi, & ſi purus fueris, intelliges; & in libro Bair invenies expoſitam ipſam rationem:* חכלת *Hæc res ſimilis eſt Regi & filiæ ejus, qui quæſiverunt, ut timor ejus in longinquum abiret; propter terrorem Regis dedit eis ſigna; propter filiæ ſc. timorem dedit illis ſignum, dixerunt: nunc duo ſigna, quæ ſunt*: Dominus cuſtodiet te ab omni malo, cuſtodiet animam tuam. Deficiente autem hyacintho album ſolum adhibetur, & probatur, de quo legitur *in Talmude Babylonico Maſſechet Menacoth cap.* IV. *fol.* 43. *col.* 2. quando dicit, quod pœna ejus, qui hyacinthum non applicuerit, lenior ſit ejus, qui album neglexerit: תניא היה רבי מאיר אומר גדול עונשו של לבן יותר מעונשו של תכלת. משל למה הדבר דומה למלך בשר ודם שאמר לפני עבדיו לאחד אמר הבא לי חותם של טיט ולאחר אמר הבא לי חותם של זהב ופשעו שניהם ולא הביאו. איזה מהם עונשו מרובה? הוי אומר זה שאמר לו הבא לי חותם של טיט ולא הביא. *Docens fuit R. Meir dicens: major eſt pœna albi quam hyacinthi. Parabola: Res hæc ſimilis eſt Regi, qui dixit duobus ſervis ſuis carni & ſanguini, alteri, adduc mihi ſigillum luti, & alteri: adduc mihi ſigillum auri; aſt rebellarunt nec adduxerunt. Cujus horum pœna major eſt? Dixit: ejus, cui dixit: Addut mihi ſigillum luti, nec adduxit.* Conf. *Jalkud* על כל התורה *pag.* 229. *col.* 1. *R. Kairam in Hileoth gedbholoth fol.* 47. *col.* 4. Rationem hujus deciſionis *R. Moſes Ægyptius in* יד חזקה *fol.* 47. *col.* 2. & *R. Bechai in ſuo* ביאור *pag.* 168. *col.* 1. reddunt hanc: לפי שהלבן מצוי לכל והתכלת אינו מצויה בכל מקום ולא בכל זמן מפני הצבע: *Propterea quod album cuique ſit obvium, hyacinthus vero non omni in loco inveniatur, nec omni tempore propter colorem, quod* diximus. Porro diſſerunt & dicunt, quod quamvis unum alterum non impediret, proinde non ſint duo præcepta, ſed unicum ex conſenſu ſapientum. *Vid. R. Kairam l. c. R. Bechai l. c. & R, Maimonidem in Hilcoth Zizith cap.* 1. ה. quorum ultimus ita: אף על פי שאין אחד מעכב את חבירו אינן שתי מצות אלא מצות עשה אחרת אמרו חכמים הראשונים והיה לכם לציצית. מלמד ששניהם מצוה אחת: *Etſi unum eorum alterum non impedit, non tamen duo duo ſunt præcepta, ſed unum affirmativum. Dicunt Sapientes antiqui*: & erit vobis in Zizith, *docet, quod duo illa ſint præceptum unum*.

XI. Quatuor contra Zizijoth ſe invicem impediunt, ceu traditur in *Maſſecheth Menachoth cap.* 3. *Miſchn.* 7. *fol.* 27. *col.* 1. ארבע ציציות מעכבות זו את זו שארבעתן מצוה אחת רבי ישמעאל אומר ארבעתן ארבע מצות: *quatuor Zizijoth ſe invicem impediunt, quia quatuor illa præceptum unum. R. Iſmael dicit: quatuor illa ſunt quatuor præcepta. Quæ R. Obadias de Bartenora* in ſuo Commentario ſuper hæc verba ita decidit: ארבעתן ארבע מצות ואין מעכבות זו את זו. ואין הלכה כרבי ישמעאל: *quatuor illa ſunt quatuor præcepta, nec ſe invicem impediunt; aſt conſtitutio non eſt ſecundum Rabbi Iſmael*. Hujus deciſioni aſſurgit *Jalkuth in num.* XV. duobus in locis. Quare *induens pallium, in quo eſt album aut hyacinthinum vel ſimul vel ſeorſim in una ala, ille ſervavit præceptum affirmativum unum*. R. *Moſe Ben Maimon. in* משנה תורה *fol.* 94. *col.* 1. *part.* 1. והלובש טלית שיש בה לבן או תכלת או שניהם כאחד הרי קיים מצוה עשה אחת: Solum album uſurpans abſque hyacintho, facit eo, quo *R. Bechai in ſequentibus in num.* XV. deſcribit modo: ועכשיו שעושין הכל לבן לוקח אחד משמונה החוטין וכורך אותו עד שלישן ומניח שני שלישיתן ענף. וכריכה זו אם רצה לכרוך אותה חוליות חוליות כעין שכורך בתכלת הרשות בידו וזהו מנהגנו. ואם רצה לכרוך בלא מנין חוליות עושה. כללו של דבר יתכון היות הכרוך שליש והוא למעלה והענף שני שלישין והן למטה: *Nunc qui omnia faciunt alba, ſumunt filum unum ex octo filis,*

filis, & superinvolvunt illud usque tertiam partem eorum, & duas residuas partes sinunt ramum, hancque involutionem, si placeat, faciunt recensito modo; hanc morem dicit citatus Rabbi valere suo tempore. Si perplacet membra sine numero adjicere, licet. Summa rei est, ut attendat, quo involutum tertia pars superne, ramus vero duæ tertiæ sint inferne. Sentit idem *R. Moses in Hilcoth Zizith cap.* 1. ט. De hoc quoque scribit *Excell. Dn. Wagenseil. Sota- p. 396.* Judæi pro hyacinthinis filis, quorum nulla copia habetur, albis communiter utuntur. Quidam hanc ἀκρίβειαν prorsus negligunt, sive enim filum aliis superinvolvant *sive non, excepto membro uno, probum est. R. Kaira in Hilchoth Zizith fol.* 48. *col.* 1. ואי לא נרל בה לא חוליא אחת כשרה *Vid.* רמב״ם *in* יד חזקה *fol.* 94. *col.* 2. Hodiernum Judæi album solum adhibent, & quatuor חוליות sive articulos, quinque insimul nodos ita, ut quatuor filis contortis oræ alæ immissis primum nodum infigant septem supervolutionibus adjunctis, quem secundus novem additis supervolutionibus, postea tertius cum undecim, denique quartus cum tredecim, quod agmen factum quintus nodus claudit: Accurate semper duas partes dissipatis & exporrectis filis constantes a tertia, quæ nodos servat, discriminantes. Ornatui studentes non modo filum superinvolvunt, sed post quamcunque factam superinvolutionem illaqueant. Quinque nodos tractat *R. Becbei in suo* ומרה *in Pentat.* dicens: שאנו עושין חמשה קשרים לפי שאמרו שקולה מצות ציצית ככל התורה כולה שכל המצות שהן תרי״ג רמוזות במצות ציצית. ציצית בגימטריא שש מאות ושמונה חוטין וחמשה קשרים הם שלשה עשר הרי תרי״ג. וזהו שכתוב וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה. *Nos facimus quinque nodos,* quia *dicunt: præceptum Zizit valet pro omnibus præceptis, quoniam omnia præcepta numero sexcenta & tredecim indicantur in præcepto Zizith; Nam Zizith per Gematriam 600. & octo fila & quinque nodi sunt tredecim, ecce 613. & hoc est, quod scriptum est:* & videbitis illud & recordabimini omnium præceptorum Domini. Nam fatentur Judæi per traditionem sese modos accepisse, quo de vide *Abarbenelem in Num.* xv. *Si quis Zizith duabus simul involvat alis, ut ab utraque indivulsim dependeat, & alam quamlibet more debito nectat, postmodumque illas in medio dissecet, ut una ab altera separetur, inconveniens facit. Sin unum alteri superimponat cum hac intentione, ut prius abroget (solvat aut abscindat) rectum est, primum autem adaugere intendens, quamvis deinde unum ex iis absciderit, utrumque ineptum reddidit. Sol. ab una veste alterique alligans aptum fecit. Maimonides in Hilcoth Zizith fol.* 95. *col.* 1. תלה החוטין בין שתי כנפים מזו לזו וקשר כנף זה כהלכתה וכנף זה כהלכתה ואחר כך חתכן באמצע ונתפרדו זו מזו פסול. שהרי בעת שקשרן היו פסולין לפי ששתי הכנפים מעורות זו בזו בחוטין שביניהן ובשעת שפסקו נעשו שתי ציצית נמצא עושה מן העשוי. *Nam ecce tempore quo ligavit, ea fuerunt inepta, quia binæ alæ ad invicem erant mistæ per fila, quæ inter eas, & hora, qua illud abscidit, duo sunt facta peniculamenta, invenitur itaque faciens de facto:* הטיל ציצית על הציצית אם נתכוון לבטל את הראשונות מתיר הראשונה או חותכה וכשרה. ואם נתכוון להוסיף אף על פי שחתך אחרת משתיהן הרי זו פסולה. שהרי כשהוסיף פסל את הכל וכשהיתיר או חתך התוספות נמצא השאר נעשה מן העשוי שעשייתו פסולה היתה: *Nam ecce postquam addidit, immundavit omne, & postquam solvit aut abscidit additamenta, iuventum est reliquum factum de facto, nam factura ejus prima inepta facta est:* ומותר להתיר ציצית מבגד זה ולתלותה בבגד אחר בין לבן בין תכלת: *Appendens fila, eorumque dein abscindens capita, minus recte fecit. R. Kaira in Hilcoth gedoloth fol.* 48. *col.* 1. חלאן ואחר כך פסק ראשי חוטין שלהן פסולה: *Fila adeo detrita, ut de illis præter connexionem remanserit nihil, valida sunt: filum abruptum e stirpe sua ineptum reddit peniculamentum; R. Bechai in num.* xv. אבל אם נתמעטו אחר כן ולא נשתייר מהם לא כדי לענבן כשר אבל אם נפסק אפילו חוט אחד מעקרו הרי זו פסולה: Adde *Jalkuth* על כל התורה *num.* xv. *R. Kairam in Hilcoth Zizith fol.* 48. *col.* 1. Ultimum paratura Zizith *ab Israelita potest fieri absque intentione ac benedictione; Maimonides in* משנה תורה *fol.* 95. *col.* 1. 98. *col.* 2. אם עשה אותה ישראל בלא כונה כשרה. Rite peniculamento constituto, obligatur unusquisque tegumento, quod aptum est ad Zizith illud annectere, quando eo obtegendus venit, alias trangressus est præceptum affirmativum. *Vid. Abarbenel* על כל *fol.* 380. *col.* 2. Antequam vero eo circumtegitur, benedictio ipsi est peragenda, quæ omni diei tractu fieri convenit; etiam si indutus jam tum fuerit; mane itidem quando innotescit discrimen inter hyacinthum & album. *Vid. Maimon. loc. cie.* quo temporis momento ultimum memorato dicunt quoque ק״ש sive Confessionem Audi. *Talmud Jeruschalmi Massechet Beracoth cap.* 1. *fol.*

fol. 3. *col.* I. *R. Kaira l. c.* priuſquam vero benedictionem Zizith impertiunt, ad Deum ſequentem ablegant precationem : יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו ואלהי אבותינו שיהא מצות ציצית חשובה לפניך כאלו קיימתיה בכל פרטיה ודקדוקיה וכוונתיה ותרי״ג מצות התלוים בה אמן: *Placeat coram te, Domine Deus noſter & Deus patrum noſtrorum, ut ſit præceptum Zizith reputatum coram te, ac ſi ſervaſſem illud in omnibus ſuis particularitatibus & ἀκριβείαις & intentionibus, & ſexcenta tredecim præcepta eidem appenſa, Amen! Vid.* ספר תפלות *pag.* 1. *col.* 1. *in ſummario*, קודם ברכת ציצית יאמר זה *ante benedictionem Zizith dicet hoc.* Modum benedicendi deſcribit רמב״ם *in Hilcoth Zizith cap.* III. וכיצד מברך עליה ה. ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצוותיו וצונו להתעטף בציצית: *Et quomodo benedicit ei? Benedictus tu Domine, qui Rex Mundi, qui ſanctificavit nos in præceptis ſuis, & præcepit nobis, ut nos obtegeremus peniculamento.*

XII. Quemadmodum §. 1. hujus capitis diximus, hoc præceptum a Deo eſſe inſtitutum; ita quoque Deum finem certum per illud intendiſſe in propatulo eſt. Pluribus iſte deſcribitur in textu verbis, quæ recenſere ſuperſedemus. *Tanchuma* id eleganter indicat ſcribens *ſuper verba*: דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם ועשו להם ציצית: זה שאמר המלך אור זרוע לצדיק ולישרי לב שמחה. ואומר יהוה חפץ למען צדקו יגדיל תורה ויאדיר. זרע הקדוש ברוך הוא את התורה ואת המצות לישראל להנחילם חיי עולם הבא לא הניח דבר בעולם שלא נתן בו מצוה לישראל. נתכסה בטלית ועשו להם ציצית: Loquere ad filios Iſrael, & dices illis, ut faciant ſibi peniculamentum, *hoc eſt quod dixit Rex: Lux ſata eſt juſto, & rectis corde gaudium; & dico:* Dominus delectatur propter juſtitiam ſuam, augebit legem & magnifaciet. *Sevit Sanctus Benedictus ille legem & præcepta Iſraeli ad hæreditare faciendum eos vitam ſeculi venturi. Non omiſit quicquam in mundo, in quo non dediſſet præceptum Iſraeli: Operti pallio faciant ſibi peniculamentum.* Patet porro e textu, finem hujus præcepti neque moralem, ut volunt nonnulli, Deum videlicet præcepiſſe, quo Judæi veſtes ſuas, quas dicunt ita fuiſſe comparatas, ut anteriorem & poſteriorem partem tegerent, lateribus utrinque apertis, certis funiculis vel anſulis connecterent, nec veſtibus hinc inde diffluentibus aliquam corporis partem turpiter denudarent. *Conf. L'Empereur ad Bava kama pag.* 197. *Svveigger. Itiner. lib.* 3. *cap.* 18. neque diacriticum, ut *Epiphan. hæreſ.* 15. *Hieronym. ad Matth. cap.* 23. *Cornel. a Lapide, ad num.* XV. aliique addunt, ut nimirum hoc veſtitu a gentibus diſtinguerentur; quod ipſe *Abarbenel* ſtatuit in *ſuo* ביאור *ſuper* תורה *num.* XV. Et ſic pro Zizith Veterum hodie utcunque alternarent circelli flavi, quibus in nonnullis Germaniæ locis Judæi a Chriſtianis diſtingui ſolent. *Conf. Baal Hatturin in num.* XV. ſed ſymbolicum fuiſſe, ut haberent μνημόσυνον divinæ legis, ut *Jalkuth* על כל התורה fatetur: וראיתם ועשיתם מגיד הכתוב שכל המקיים מצות ציצית מעלה עליו הכתוב כאילו קיים כל המצות כולן: & videbitis & facietis, *indicat ſcriptura, quod omnis ſervans præceptum Zizith reputetur ac ſi ſervaſſet omnia præcepta illa.* Et pergit: והלא דברים קל וחומר ומה אם המקיים מצות ציצית מעלה עליו כאילו קיים כל מצות קל וחומר לכל מצות שבתורה: *& nonne hæc a minori ad majus? nam ſi ſervantem præceptum Zizith æſtimat ſcriptura, ac ſi omnia præcepta ſervaſſet, (a minori ad majus* ſcil. argumentatur*) ad omnia præcepta in Lege.* Licet limites veritatis tranſiliat. Adde *R. Moſen Ægyptium in Hilcoth Zizith cap.* III. יב. Rectius *R. Salomo* ſcribit: hæc Zizith ſunt memoriale omnium præceptorum; Adjunge *Buxtorf. L. T. fol.* 1908. *Burgenſem ad num.* XV. & omnino *Magnif. Dn. D. Auguſtum Pfeifferum Dub. Vexat. Cent.* II. *Loc.* XXII. *quæſt.* 3. *Antiq. Hebraic. ſelect. cap.* XI. §. 8. Cæteras rationes, quas Judæi afferre ſolent, inſuperhabemus, ſiquidem conſtat, meris ſpeculationibus præter ſcripturam excogitatis eſſe ſuffartas. Quod fatetur *Cl. Buxtorf. Lex. T. p.* 1908. hoc præceptum in miram ſuperſtitionem apud poſteros converſum eſt, quam vel magno libro hodie ſatis explicare nequeunt. Talis eſt quam עקדת יצחק fovet dicens: והנה להיותה זה כלל גדול לכל המצות המעשיות ולכל פעולות האדם הנתנות להשערתו אמרו חכמים זכרונם לברכה וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה מגיד הכתוב שכל המבטל מצות ציצית כאלו בטל כל המצות. כי ודאי מי שקיים ענין זאת ההשערה וההגבלה הנכברת על ידה יתקיימו כל המצות המעשיות ואם יצא מההשערה הזאת נמצאו כלן בטלות משלימותן: *Et ecce quia Zizith eſt ſummum caput omnium præceptorum practicorum & omnium operum hominis datorum ipſi ad obſervationem ſuam, dicunt ſ. m.* & videbitis illud & recordabimini omnium præceptorum Domini, *indicat ſcriptura, quod omnis negligens præceptum Zizith, quaſi negligeret omnia præcepta; nam certum*

tum est, qui servat negotium hujus observationis & determinationis honorandæ, per eam confirmabuntur omnia præcepta practica, & si transgredietur hanc observationem, omnia illa a perfectione recedunt. Illustrat hoc *Rabbi Bechai* simili in ביאור על התורה dicens: משל לאדם שטבע במים מה עשה הקרבניט הושיט לו את החבל אמר לו הנה החבל בידך ואל תניחהו שאם תניחהו אין לך חיים. אף כאן אמר הקדוש ברוך הוא לישראל כל זמן שאתם מדבקים במצות יש לכם חיים. שנאמר ואתם הדבקים ביהוה אלהיכם חיים כלכם היום עד כאן: *Comparatur homini, qui immersit aquis; quid facit gubernator? porrigit ei funem dicitque ei: ecce funis in manu tua, ne dimittas eum, quem si dimiseris, non tibi vita. Etiam hic dixit S. B. Israeli, omni tempore, quo præceptis adhæretis, est vita vobis; quemadmodum dictum est*: & vos adhærentes Domino Deo vestro vivi estis, omnes vos hodie, usque huc. Hujus quoque occasione lepidam de Davide narrant historiam, quam consignatam lege apud *R. Kairam in Hilcoth Zizith fol.* 47. *col.* 4. תנו רבנן חביבים ישראל שסיבב הקדוש ברוך הוא במצות תפילין בראשיהם תפילין בזרועותיהם ציצית בבגדיהם מזוזה בפתחיהם. ועליהם אמר דוד שבע ביום הללתיך. ובשעה שנכנס דוד לבית המרחץ וראה שהוא ערום אמר דוד שאני עומד ערום בלא מצות. כיון שנזכר מילה שבבשרו נתיישבה דעתו. לאחר שיצא אמר עליו שירה למנצח על השמינית. על המילה שניתנה בשמיני: *Docent Rabbini nostri: dilecti Israelitæ! quod obstrinxit eos Deus præceptis, phylacteriis in capitibus eorum, phylacteriis in eorum brachiis, peniculamento in eorum vestibus, poste in æorum foribus; & de illis dixit David*: septies in die laudo te; *& hora, qua ingressus est David in lavacrum, & vidit se esse nudum, dixit: Væ quia nudus sto absque præceptis, postmodum in memoriam revocata fuit circumcisio, quæ in carne ejus, hinc tranquillatus fuit; postquam egressus est, de eo cecinit* canticum præcentori super octava, *super circumcisione, quæ data fuit ut octavo die observaretur. Abarbenel* in Commentario suo super legem ferme paria tractat. Utpote qui dicit: Hominem duo habere memorialia præceptorum Domini, alterum quando nudus incedit, quod est circumcisio, alcerum quando tectus, quod est peniculamentum. Ex hisce liquet, quantum hoc præceptum æstiment. Accedit quod *R. Salomo Jarchi, Abarbenel & Baal Hatturim* omnia sexcenta & tredecim ex voce Zizith, octo filis & quinque nodis deducant præcepta. Aliis subinde modis hunc finem transgressos fuisse Judæos, ut cum justo prolixiores & densiores ea adornarent (quod Christus in Pharisæis reprehendit *Matth.* 23. 5. *conf. Harm. Evang. Gerhard. p.* 66.) semperque sese ejusmodi palliis contra morem aliorum involverent, patet. Antequam colophonem imponamus huic sermoni, mirabilem effectum, quem Judæi peniculamentis adscribunt, enarrare animum prolubium subit. Non sufficit ipsis cum *R. Bechai in num.* XV. dicere peniculamentum repræsentare resurrectionem mortuorum; non sufficit asserere, servanti hoc præceptum servire bis mille octingentos servos sed *jactant*, hoc præceptum ex omni præsenti liberare periculo. Exemplum potest capi e *Massechet Menacoth cap.* IV. *fol.* 44. *col.* I. quod propter prolixitatem hid adscribere nolumus.

XIII. Est itaque Zizith opus quatuor filorum e lana vel lino contortorum, obfirmato orificio alæ vestimenti superioris sive pallii minutioris, particula ejusdem speciei assuta, injectorum, ut sic duplicata octo, ad minimum quatuor complentia longitudine digitos vel etiam unam aut duas ulnas, prodeant, quorum unum est hyacinthinum, aut omnia alba, quæque quoad tertiam partem in fine vestimenti semel nexa membrum primum sequitur, quem nexum quater repetitum tria membra alia distinguunt, duabus partibus a nexu ac membro liberis & exporrectis, mandatum a Deo viris Israelitis, ut eo benedicto tempore precationis diurno vestiti omnium præceptorum memores sint eaque faciant.



BLASII UGOLINI
DISSERTATIO
DE
PHYLACTERIIS HEBRÆORUM
CAPUT PRIMUM.

I. *De nominibus Phylacteriorum Hebraicis, & Græcis.* II. *An a Deo jussa?*

PRimo vocantur *Totaphoth: Deut.* VI. 8. והיו לטטפות *Et erunt in Totaphoth.* Hęc vox semel occurrit in S. Scriptura, quę vexatissima est. Hebræi Interpretes *Menacoth* 34. *col.* 2. ita explicant. תנו רבנן לטטפות לטטפות לטטפות הרי כאן ארבע דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא אומר אינו צריך טט בכתפי פת באפריקי שתים : Tradiderunt sapientes: *In Totaphoth, in Totaphoth, in Totaphot:* Ecce quatuor. Verba R. Ismaelis: R. Akiba dicit: Non est necesse: טט in Katphe significat duo, פת in Aphrica significat duo. *Katphe Drusius* de tribus *Sectis lib.* 2. vult Ægyptum intelligi, ubi quando volunt designare duo dicunt טט, in Aphrica autem פת. Ex his duabus vocibus volunt Hebræi l. c. *Menachoth* compositam esse vocem טטפת, quæ designat duo duo, id est bina bina. Nam *Totaphoth* quatuor habent cellas, in quibus totidem loca scripturæ in pergameno subtili scripta reponunt. Vide *R. David* in præfatione libri radicum & *R. Salomon Exod.* XIII. 16. Hinc fortasse פתכומריכון *Binorum sacrificulorum vestrorum: Amos v.* 25. quod *Interpres Latinus* reddit: *Et portastis bini tabernaculum Sacerdotum vestrorum.* Hæc *Buxtorfius* in suo Lexico 869. *Onkelos*, & *Jonathan* טטפות per תפלין exponunt; תפלין a תפל, seu potius literis ת & ט permutatis, a טפל *conjunxit, adhæsit*, derivantes. Hæc significatio confirmatur ab *Aquila*, qui טטפות ἐκ ἐνεκτά, *adhætilia*, vel *alligabilia*, sive *ligamina* interpretatur, a verbo ἐνεχέσθαι, quod *obstringi, obligari, alligari* significat. Hinc Gemarici טטפות per חומרתא *nodum*, vel *ligamen* exponunt. Confirmatur hæc lectio a LXX. Interpretibus, qui טטפות ἀσάλευτα *immobilia* reddidere, quod fronti manuique sinistræ alligata non moverentur: Hinc *Vulgata* ex *Græcorum* versione: *Eruntque, nec move-*

vehantur inter oculos tuos: Ex his cum *Avenario*, & *Schindlero* טטפות ex voce Arabica طوق *circumire*, i. e. *circundare circunligare* derivari possunt: Quæ opinio a *Fullero* Miscel. lib. v. cap. 7. confirmatur. Mihi certe (*inquit*) maxime consertaneum rationi videtur, vocem טוטף ex Arabica lingua peti, quæ Hebraicæ dialectus est altera, quippe Arabibus verbum est טוף *circumire* denotans, unde dictum conjectemus טוטף, nempe quia frontem, brachiumque circumire, eisque ritu Judaico circumdare solet.

Præterea ex Chaldæorum lingua per טוטפתא *Armilla*, aut *tiara*, ornamenta brachio vel capiti circunligata denotantur. Hinc *Paraphrastes Chaldæus* 2. *Sam.* I. 10. וטוטפתא *Et armillam quæ erat in brachio ejus*: Et *Esth.* VIII. *& supra coronam erant* טוטפן *tiaræ*. Et *Ezech.* XXIV. 17. טוטפך *Tiaræ tuæ erunt super te*.

Secundo ab Hebræis vocantur תפלין, etenim *Paraphrastes Chaldæus* לטטפות interpretatur לתפלין, & *Syrus* φυλακτήρια ἀυτῶν per תפליהין reddit. תפל *Fullerus*, & *Weemesius* ex Hebræo טפל literis inter se pernutatis *adjunxit*, *adhæsit*, *conjunxit*, *applicavit* pro certo derivandum censent. Hinc *Symmachus* טפל προσθέναι, & *S. Hieronymus applicare* transtulit. Hinc ratio apparet, cur Judæi, & Chaldæus טוטפות per תפילין transtulerint, eo quod eandem significationem habeant, etenim טטפות *appensa adjuncta*, *alligata*, תפילין etiam *apposita*, *adhærentia*, *adjuncta*, *applicata* denotant. Errant Judæi, תפילין deducentes a תפלה *oratione*, vel פלל *oravit*: Etenim ut *Fullerus* l. c. observat: *In eo punctis subjectis* Tephila *plane habetur*, *non* Tephilla, *sicut in* Targum *mendose scribitur*, *& a Judæis recentioribus vitiose profertur*. Præterea ex תפלה in plurali תפלות formatur, non תפלים aut תפלין: Hac de causa Autor *Aruch* in voce טפל; תפלין non in radice פלל *oravit*, sed in תפל pro טפל *adjunxit adhæsit* notavit.

Græce *Tephilin* vocantur φυλακτήρια & ἀσάλευτα. *Matthæi* cap. XXIII. 25. loquitur πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν; & in *Græca* LXX. Interpretum versione dicitur *Exod.* XIII. 4 καὶ ἔσαι ἀσάλευτον πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν.

Inquirendum primo est de ratione nominis φυλακτηρίȣ. Nonnulli putant φυλακτήρια dicta fuisse, quod quasdam Legis Mosaicæ sectiones custodirent; Alii volunt, quod eorum gestatores de lege custodienda admonerentur. *Fullerus* l. c. *nomen hoc Græcum*, inquit, *a fine videtur inditum*, *quia* טוטפות *adhibita essent tanquam adminicula ad efficacem legis memoriam firmius conservandam*; Consentit cum eo *Lightfootus* Hor. Hebr. in *Matthæum* XXIII. dicens. *Dicta sunt Græce* φυλακτήρια, *id est observatoria*, *eo quod erant memorativa legis*. Præterea *Fullerus* l. c. vult φυλακτήριον Hellenistarum respondere τοῖς טוטפות & תפילין Hebræorum. *Concedere* (inquit) *oportet* φυλακτήριον *sic finem* τῶν תפילין *significare*, *ut habendi modum*, *situmque etiam simul denotet*: *Nam cum adjectivum sit*, *consistere per se nequit*, *nisi subintelligatur substantivum* περίαμμα, *aut aliud simile*, *quod alligationem sonet*, *aut conjunctionem*, *perinde ut Syriacum vel Chaldeum* תפלא, *quo a veteribus* טופף *semper exprimebatur*. Alii contendunt illa ita dicta fuisse, quod facta essent ad similitudinem Phylacteriorum Ethnicorum. *Phylacteria* (scribit *Camero* prælect. ad *Matth.* 19. pag. 174.) *Græce dicuntur*, *quod fuerint ad instar phylacteriorum*, *aut amuletorum ethnicorum concinnata*: *Grotius* Annot. ad *Matth.* XXIII. 5. agens de phylacteriis Judaicis fronti alligatis: *Vox* φυλακτήριον (inquit) *ideo membranis istis a Judæis aptari cœpit*, *quia similes erant* τοῖς περιάπτοις, *quæ Græci adversus morbos valere credita inde* φυλακτήρια *nuncupabant*, *quorum mentio est in Canone* 36. *Synodi Laodicenæ*: Alii putavere, quod hoc nomine insignita fuerint frontalia, quod φυλακτήρια a fascinatione, morbo vel dæmone, φυλάττειν crederentur. Etenim φυλακτήριον erat Græcis περίαμμα *amuletum*, quod homini alligatum credebatur ab eo genium malignum, fascinationem, & morbos amoliri; In Canone 36. Concilii Laodicæi legitur, eos qui solent ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια ab Ecclesiæ communione privari. Apud Judæos etiam fuisse nonnullos, qui ad usus profanos Phylacteriis abuterentur, testis est *Maimonides* in tractatu de *Idololatria* cap. 11. המניח ספר תורה או תפילין על הקטן בשביל שישן לא די להם בכלל מושים וגו׳: *Qui imponit librum legis*, *vel Tephilin super infantem ut dormiat non solum censetur inter præstigiatores*, *& incantatores*, *sed etiam annumeratur inter eos qui legem negant*, *quia verbis legis ad valetudinem corporis utitur*, *quum non sint nisi animarum medicina juxta illud Proverb.* III. 22. *Et erunt vita animæ tuæ*. Et in Tractatu de *Tephilin* cap. v. *Qui scribunt in inferiore parte Mezuza nomina Angelorum*, *vel nomina sancta*, *vel versum*, *vel signacula* הרי הן בכלל מי שאין להם לעולם הבא: *illi censentur in-*

ter eos qui non ſunt participes ſeculi futuri: Ii enim ſtulti non ſolum irritum faciunt præceptum, ſed etiam præceptum magnum, quod eſt de unitate, & cultu Dei, & faciunt Mezuzam קמיע *amuletum, & ligaturam ad privatas ipſorum uſus*. Hinc conſtat Hebræorum phylacteria Ethnicorum φυλακτηρίων vicem non præſtitiſſe, neque Hebræos iis vim φυλακτετὴν tribuiſſe. *Epiphanius* adverſus Hæreſ. lib. I. Hæreſ. 15. nos de hoc dubitare non ſinit, de Phylacteriis ſcribens ait: *Cum Evangelium meminerit, ſuſpicari quiſpiam poſſit* μὴ ἄρα περιάπτων λέγει: ἐπειδὴ γὰρ ϗ εἰώθασί τινες τὰ περίαπτα φυλακτήρια ὀνομάζειν. *De amuletis ibi ſermonem inſtitui, quod a nonnullis amuleta Phylacteria vocantur* οὐκ ἔχει δὲ ὁ λόγος τὸ παράπαν περὶ τȣτȣ. Cum φυλακτήριον teſte *Suida*, & *Etymologo* τόπος, ἔνθα οἱ φύλακες οἰκȣ̃σι *locus* eſt, *in quo cuſtodes habitant*, cum legis Dei ſint hominum cuſtodes, Tephilin merito φυλακτήρια dicuntur, quod in iis diſpoſitæ ſint leges, quæ homines cuſtodiant: Hinc *Proverb*. VI. υἱὲ φύλασσε νόμȣς πατρός σȣ *& ne dimittas legem matris tuæ, cum ambulaveris deducet te, & cum dormieris cuſtodiet te*. τȣ̃ διαφυλάσσειν σε ἀπὸ γυναικὸς ὑπάνδρȣ, ϗ ἀπὸ διαβολῆς γλώσσης ἀλλοτρίας. Et III.21. 22. 23. *Fili mi cuſtodi legem & conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia circa collum tuum:* ἔςαι δὲ ἴασις ταῖς σαρξί σȣ, ϗ ἐπιμέλεια τοῖς σοῖς ὀςέοις, *tunc ambules fidens in pace omnes vias tuas, & pes tuus non impingat*. Quod addit *Epiphanius* l. c. φυλακτήριον a veſtimenti genere Judæis olim uſitato, originem accepiſſe, intellectu difficile eſt. *Stolis* (inquit) *quibuſdam utebantur, quas Dalmaticas appellare poſſimus, quæ amplioribus ex purpura ſegmentis erant intextæ*. τὰ δὲ σήματα τῆς πορφύρας φυλακτήριον εἰώθασιν οἱ ἠκριβωμένοι μετονομάζειν, τȣτȣ ἕνεκεν φυλακτήρια αὐτὰ ϗ ὁ Κύριος κατ' ἐκείνας εἴρηκε. *Ejuſmodi porro ſegmenta, qui accuratius loquuntur, phylacteria nominare ſolent: Horum conſuetudinem ſecutus Dominus, eadem illa phylacteria nuncupavit*. Certum eſt non ita nobis deſcripta eſſe a veteribus Judæis ſua phylacteria.

Præterea Græce a LXX. phylacteria ἀσάλευτα appellantur, quia טוטפות Hebræorum ἀσάλευτα tranſtulerunt. *Scaliger*, Elenchi Trihæres. cap. VII. per ἀσάλευτον amuletum deſignari vult. *Totaphoth* (inquit) *Septuaginta Interpretes* ἀσάλευτα, *ideſt amuleta verterunt quam vocem Grammatici nondum in ſua Lexica tranſtulerunt: Itaque idem eſt* ἀσάλευτον *&* φυλακτήριον *utrumque enim eſt amuletum: Veteribus Latinis* Varrone *teſte* Proebia, *pro quo in Gloſſario perperam* Praevia: φυλακτήριον Servatorium Amolimentum, Amoletum, Praevia: Vitium ex *prava* V. *cum* B. *commutatione natum*. *Samuel Petitus* Var. Lect. cap. 20. ſic hujus nominis ſignificatum illuſtrat. LXX. *Interpretes acceſſerunt proxime ad nominis* טוטפות *notationem, & rei uſum; nam vertunt* טטפת *ut nobis quidam videtur*, ἀξάλευτα, *quomodo emendandum putamus, voce compoſita, quæ derivatur* ἀπὸ τῆς ἄξας, ϗ τȣ̃ ἀλέω. *Significat* ἄξα, *ut conſtat ex* Heſychio κόνιν. Κόνις *videtur ſignificare pudenda*. Heſychius *enim interpretatur* ἀκαθαρσίαν, & κονίσαλοι, ἀφροδίσια, ϗ αἰδοῖα: & ἀλέω, *vero, eodem* Heſychio *teſte, idem eſt quod* φυλάσσω. *Quare* τὰ ἀξάλευτα *ſunt appenſa* αἰδοῖα ἐπὶ ἀποτροπῇ, *qua in voce habes ſignificationem vocis* טטפת, *& præterea horum pudendorum appenſorum uſum, nempe ut* φυλακτήρια, amuleta *eſſent*. Quis ferat tam turpem phylacteriorum originem? Præterea vox ἀξάλευτον ignota Græcis. Melius meo judicio, qui vocem ἀσάλευτα *immota, inconcuſſa* deſignare arbitrantur, ut hæc vox res denotet res fronti, vel manui tam firmiter alligatas, ut illic immotæ, atque inconcuſſæ maneant.

II. Reliquum eſt, ut inquiramus, num phylacteria Deus gerenda juſſerit. *Juſtinus Martyr* in Dialogo contra Tryphonem Judæum vult Deum lege diſerta ad phylacteria gerenda Judæos devinxiſſe. *Ut coccineum* (inquit) *panniculum tibi ipſis Judæi circumponerent, præceptum eſt vobis, quo per eum vos Dei non caperet oblivio;* ϗ φυλακτήριον ἐν ὑμένι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν ἃ πάντως ἅγια νοȣ̃μεν εἶναι περικεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε. *Et phylacterium literis quibuſdam, quas ſanctas omnino eſſe intelligimus, in tenuiſſimis membranis deſcriptis, circumdare vos juſſit, & per iſta religionem quandam vobis incutere*. Conſentit etiam *S. Jo: Chryſoſtomus* phylacteria juſu Divino fuiſſe mandata; ſcribens Hom. 73. in *Matth*. ἐπειδὰν συνεχῶς ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν τȣ̃ θεȣ̃, ἐκέλευσεν ἐγγραφῆναι βιβλίοις μικροῖς τὰ θαύματα αὐτȣ̃, ϗ ἐξηρτῆσθαι αὐτὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν. *Quoniam facile Dei beneficiorum obliviſcebantur, idcirco Deus ſigna ſua in libellis breviſſime conſcribi, & manibus eorum appendi juſſit*, & ibid. ὃ πολλοὶ πολλάκις ποιȣ̃ν ὡς ἐπιλανθανόμενοι λίνῳ ἢ κρόκῃ τὸν δάκτυλον ἀποδεσμȣ̃ντες, τȣ̃το ὁ θεὸς ὥσπερ πεδίοις ἐκέλευσε ποιεῖν. *Quod oblivioni crebro facere ſolen*

ſilot

filo linteo vel coccineo digitum ſtrictius ligantes id Deus ceu infantulis juſſit facere. Vittam hyacinthinam in extremitate veſtis aſſui praecepit, ut animos & oculos eo advertentes, mandatorum recordarentur. Conſentientes cum his habemus *Iſidorum Peluſiotam*, *Joſephum*, *Ariſteam*, *Onckelos*, *Jonathan*, & omnes Judæos. Contra *S. Hieronymus* negat ullum Dei præceptum de phylacteriis extare, & male intellectum fuiſſe a Judæis Dei mandatum; Poſtquam mentionem fecit legis: *Ligabis ea in manu tua &c.* Addit comment. in *Matth.* XXIII. 5. *Senſus eſt: Præcepta mea ſunt in manu tua, ut opere compleantur: Sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis: Hoc Phariſæi male interpretantes, ſcribebant in membranis Decalogum Moyſi, id eſt, decem verba Legis; complicantes ea, & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes, non intelligentibus Phariſæis, quod hæc in corde portanda ſint, non in corpore*. Cum eo conſentiunt multi ex Patribus, & Chriſtianis Theologis.

Ex phylacteriis Judæorum Gentium amuleta enata probabiliter credenda ſunt: Primo, quod gentiles crediderint, quod amuleta contra faſcinum & dæmones utilia eſſent: *Horus Apollo* Hieroglyph. 25. poſt deſcriptum φυλακτήριον Ægyptiorum, addit; ὄυτω γάρ φασιν ὀυδὲν τῶν δαιμονίων ἐφάψεται. *Nam ita munitum nullum Dæmonem invadere poſſe dicunt*. Annulos & ſigilla magica etiam contra Dæmones valuiſſe teſtatur *Lucianus* in Philopſeud. Judæi pariter amuleta ſua contra Dæmones valuiſſe ſcribunt *Hieroſol. Beracoth* fol. 2. *Neceſſe eſt ut recitentur phylacteria veſpere domi*. בשביל להבריח את המזיקין: *ad fugandos dæmones*. II. Gentium amuleta collo, capiti, vel brachio plerumque alligabantur. Chaldaice קמיע ſcheda certis literis notata, & collo appenſa a קמע *ligare* derivatur: Græcorum περίαμμα annuletum ab ἄμμα *vinculum* deduci exiſtimatur. Apud Græcos, *Harpocration* in voce καταδῶ καταδέω, καταδεδέσθαι, & καταδεσμοὶ inter vocabula magica numerat. *Euſebius* orat. de laudibus Conſtantini cap. XIII. ſcribit; Quidam δαίμονας καταδέσμοις τισὶν ἀπειρημένης γοητείας, *quibuſdam artium vetitarum ligamentis aſſeſſores ſibi adſciſcere* dicuntur: *Hinc Artemidorus Onoc.* lib. I. cap. 79. φαρμακείας, καὶ καταδέσμους, & *Syneſius* lib. IV. ἐπωδὰς, καὶ καταδέσμους, καὶ ἐρωτικὰς καταναγκα ſimul conjungit. III. ad ſimilitudinem Judaicorum Gentium phylacteria fere conſtabant loris, & vinculis coriaceis, quibus collum aut brachium alligabatur. *Laertius* lib. IV. de Bione ægrotante ſcribit:

Καὶ γραΐ δῶκεν, εὐμαρῶς
 Τράχηλον εἰς ἐπωδὴν
Καὶ σκυτίσιν βραχίονας
 Πεπεισμένος ἔδησε.

Etiam anus cantionibus
 Collum libenter præbuit,
Perſuaſuſque brachia
 Coriis alligavit.

Hinc Atticum adagium: *Coriaceum auxilium*. Quod illuſtrat *Heſychius*, in voce σκύτη. Σκυτικὴ ἐπικουρία: Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν ἀσθενέντων βοηθημάτων. IV. Gentium phylacteria cum Judaicis conveniebant, quod coriis illis pelliculam κύστις dictam περιάπτε vel amuleti loco, brachio ſeu collo ſuſpendere, vel alligare ſolerent, quod teſtatur *Tatianus* cap. XXVIII. orat. ad gentes: πάθος οὐκ ἔστι δὲ ἀντιπαθείας ἀπολλύμενον, οὐδὲ ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται. *Nullus affectus per occultam rei alterius diſſenſionem tollitur, nec inſanus aliquis curatur amuletis, aut pelliculis appenſis*: Idem teſtatur *Dioſcorides*, lib. III. cap. 13. de dipſaco carduo. Οἱ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κύστιδα ἐνδεόμενοι, καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἱστοροῦνται τεταρταϊκοὺς θεραπεύειν. *Capitis vermiculi pellicula, vel membranula illigati, & collo brachioque circumligati, febre quartana laborantes ſanare perhibeantur*.

Contra nonnulli volunt, Deum phylacteria ſtatim ab exitu ex Ægypto in ſuperſtitionis Ægyptiacæ remedium inſtituiſſe. *Scaliger* Elench. Trihære. cap. VII. de phylacteriorum origine loquens: *Ne gentium (inquit) phylacteriis populus Dei uteretur, quod aſſueverunt facere, dum inquilini in Ægypto ſervirent, & Ægyptiorum ſuperſtitionis amuletis frontes muniebant, Moſes præcepit, ut Decalogus in membranulis, quas* κεφαλίδας *vocabant inſcriptum in frontibus geſtarent; Hæc ſunt Totaphoth, ut vocantur Ægyptiaco vocabulo*: Cum eo conſentit *Petitus* Var. Lect. cap. XX. docens, Deum voluiſſe, ut *Iſraelitæ Decalogum in membranulis deſcriptum in frontibus geſtarent*, & ut eſſent illis *vice Ægyptiacorum amuletorum*, לטוטפות εἰς φυλακτήρια. Et *Abenophius* ex Arabico Latine redditus a *Kirchero* Oedip. Ægypt. Tom. I. Synt. IV. cap. I. *Frequens erat in Ægypto uſus Phylacteriorum variis imaginibus inſignitorum, queis ſe fortunatos futuros eſſe credebant, queis adjungebant ſtatuunculas quaſdam quaſi Avertentes nuncupabant, quas nunc in collo, pectore, manibus portare nunc in angulis domorum, aliiſque locis veluti cuſtodes eorum collocare*

care ſolebant: Quos uſus omnes lex Tephilin, *&* Mezuzoth, *&* Totaphoth *convertit; quæ quidem nihil aliud erant, quam coria ex animali mundo in quibus verba Dei Legis ſervandæ memoriam continuam ſuadentis, & præcipientis ſcribebantur, ponebanturque ſuper frontem, & brachium, & poſtes portarum.* Hactenus de nominibus, & origine phylacteriorum, quæ pleraque ex *Spencero* in diſſertatione de natura, & origine phylacteriorum Judaicorum deſcripſimus.

CAPUT II.

I. *De ratione ſcribendi;* II. *Et faciendi Phylacteria.*

I. RAtionem ſcribendi phylacteria deſcribit *Maimonides* in capite II. conſtitutionum *Tephilin*: כיצר כותבין את התפילין של ראש כותבין ארבע פרשיות על ארבע קלפין ונוללין כל אחד ואחד לבדו ומניחין אותם בארבעה בתים שהן מחוברים בעור אחד ושל יר כותבים אותם הארבעה פרשיות בארבעה דפין של קלף אחד ונוללו כמין ספר תורה מסופו לתחלתו ומניחו בבית אחד. וצריך להזהר בפרשיות שאם עשה הסתומה פתוחה או הפתוחה סתומה פסלן ושלשת הפרשיות הראשונות כולן פתוחות ופרשה אחרונה שהיא והיה אם שמע סתומה. וצריך להזהר במלא וחסר עד שיהיו ארבעתן כתובות כמו שהן כתובות בספר תורה הברוק שאם כתב החסר מלא פסל עד שימחק השיור ואם כתב המלא חסר פסול ואין לו תקנה. ואלו הן החסרות והמלאות שיש בארבע פרשיות אלו. פרשה ראשונה קרש לי כל בכור מלא זכור מלא בחזק חסר הוציא מלא יצאים חסר יביאך מלא והאמרי חסר והיבוסי מלא לאבתיך חסר ויו העברה חסר ויו מצת חסר ויו השביעי מלא מצות מלא שאר חסר גבלך חסר בעבור מלא לאות מלא ולזכרון מלא עיניך מלא תורת מלא הוצאך חסר יור החקה חסר למוערה מלא. פרשה שניה והיה כי יבאך חסר יור ולאבתיך חסר ויו חמר חסר בכור מלא בחזק חסר הוציאנו מלא ויהרג חסר בכור מלא מבכר חסר ועד בכור מלא זבח חסר ויו וכל בכור מלא ירכה כתוב בהא לאות מלא ולטוטפת חסר ויו תניינא עיניך מלא בחזק חסר הוציאנו מלא. פרשה שלישית שמע עין של שמע גרולה רלית של אחר גרולה מארך חסר לבניך מלא בביתך בלא יור שנייה ובקומך מלא לאות מלא ידך חסר לטטפת חסר שני ויין עיניך מלא מזוזות חסר ויו ראשונה ביתך בלא יור שנייה ובשעריך מלא. פרשה רביעית והיה אם שמע חסר מצותי בויו אחרת יורה מלא ומלקוש מלא ותירשך חסר ויו והשתחויתם מלא יבולה מלא הטבה חסר נתן חסר אתם חסר לאות מלא לטוטפת חסר ויו שנייה עיניכם מלא אתם חסר בביתך בלא יור שנייה ובקומך מלא מזוזות מלא ביתך יור שנייה ובשעריך מלא לאבתיכם חסר ויו. וצריך להזהר בתגין של אותיות והן כמו זיינין זקופות על האות שיש לה תג כמו שהן כתובין בספר תורה ואלו הן האותיות המתויגות שבארבע פרשיות אלו. פרשה ראשונה יש בה אות אחת בלבר והיא מ״ם סתומה של מימים עליה שלש זיינין. פרשה שנייה יש בה חמש אותיות וכל אחת מהן ה׳ ועל כל ה׳ מחמשתן ארבעה זיינין והן ה׳ של ונתנה והא ראשונה והא אחרונה של הקשה והא של ויהרג והא של ירכה. פרשה שלישית יש בה חמש אותיות ואלו הן קוף של ובקומך יש עליה שלשה זינין וק׳ של וקשרתם יש עליה שלשה זינין וטית טית פא של טטפת על כל אות משלשתן ארבעה זינין. פרשה רביעית יש בה חמשה אותיות פא-של ואספת יש עליה שלשה זינין ותיו של ואספת יש עליה זין אחת וטית טית פא של טטפות על כל אחת משלשתן ארבעה זינין. כל האותיות המתויגות י״ו ואם לא עשה התגין או הוסיף וגרע בהן לא פסל. Quomodo ſcribunt Tephilin capitis? Scribunt quatuor ſectiones ſuper quatuor pellibus, & involvunt ſingulas ſimul, & eas collocant in quatuor cellulis, quæ conjuguntur in una pelle. Et in Tephilin manus, ſcribunt has quatuor ſectiones in quatuor foliis unius pellis & involvunt ſicut librum legis ab ejus fine uſque ad ejus initium, & collocant in una cellula. Et animadvertendum eſt in ſectionibus, ſi faciat ſectionem clauſam apertam, aut apertam clauſam ſunt illegitimæ; & primæ tres ſectiones omnes ſunt apertæ, & ſectio ultima, quæ inſcribitur; *& erit ſi audieris*: clauſa. Et pariter animadvertendum eſt in plena, & defectiva, donec quatuor omnes ſcriptæ ſint, ſicut ſcriptæ ſunt in libro legis probato; ſi enim ſcribat defectivam plenam, erit illegitimum, donec deleatur reliquum; pariterque ſi ſcribat plenam defectivam, erit illegitimum, & non eſt illi correctio: & iſtæ ſunt defectivæ, & plenæ, quæ deprehenduntur in his quatuor ſectionibus: In ſectione prima: קרש לי כל בכור plena, זכור plena, בחזק defectiva; הוציא plena, יצאים defectiva, יביאך plena, והאמרי defectiva, והיבוסי plena, לאבתיך deficit Vau; העברה deficit Vau, מצת deficit Vau, השביעי plena. מצות plena; שאר defectiva; גבלך defectiva; בעבור plena: לאות plena; ולזכרון plena, עיניך plena, תורת plena; הוצאך deficit Jod: החקה defectiva; למוערה plena.

In ſectione ſecunda: והיה כי יביאך deficit Jod; ולאבתיך deficit Vau, חמר defectiva; בכור plena בחזק defectiva; הוציאנו plena; ויהרג defectiva, בכור plena;

na; מבכור defectiva; ועד בכור plena: זבח deficit Vau וכל בכור plena: ידכה scribitur cum He; לאות plena; ולטוטפת deficit Vau secunda: עיניך plena; בחזק defectiva; הוציאנו plena. In sectione tertia: שמע Ain שמע est magna; Daleth אחד est magna; מאדך est defectiva; לבניך est plena; בביתך sine Jod secunda; ובקומך est plena; לאות est plena; ידך est defectiva; לטטפת deficiunt duo Vau עיניך est plena; מזזות deficit Vau prima; ביתך sine Jod secunda; ובשעריך est plena: In sectione quarta: והיה אם שמע, est defectiva; מצותי cum Vau una: יורה est plena; ומלקוש est plena ותירשך; deficit Vau; והשתחויתם est plena; יבולה est plena; הטבה est defectiva; נתן est defectiva; אתם est defectiva; לאות est plena; לטוטפת deficit Vau secunda; עיניכם est plena, אתם est deficiens; בביתך sine Jod secunda; ובקומך est plena: מזזות est plena, ביתך sine Jod secunda, ובשעריך est plena: לאבתיכם deficit Vau; est animadvertendum ut coronamentis literarum; & illa sunt sicut apices erecti super litera, in qua sit coronamentum; sicuti sunt scripta in libro legis; & istæ sunt literæ apicibus notatæ, quæ deprehenduntur in his sectionibus: In sectione prima est una tantum litera, & est Mem clausa מימים, super qua sunt tres apices: In sectione secunda sunt quinque literæ, & in singulis est He, & his quinque sunt quatuor apices, & istæ tunc He ונתנה, & He prima & He ultima הקשה, & He ויהרג & He ידכה. In sectione tertia sunt quinque literæ, & istæ sunt Choph ובקומך, super qua deprehenduntur tres apices; & Choph וקשרתם super qua deprehenduntur tres apices, & Teth, & Teth & Pe טטפת; in quibus singulis literis deprehenduntur quatuor apices. In quarta sectione sunt quinque literæ Pe ואספת, super qua deprehendunt tres apices; & in Tau ואספת deprehenditur unus apex; & Teth, Teth, Pe טטפות; super tribus singulis deprehenduntur quatuor apices. Omnes literæ apicibus notatæ sunt sedecim; si faciat, aut si non faciat coronamenta, aut si addat, aut diminuat in illis, erit illegitimum:

וידבר יהוה אל משה לאמר קדש לי כל
בכור פטר רחם בבני ישראל באדם ובבהמה
לי הוא ויאמר משה אל העם זכור את
היום הזה אשר יצאתם ממצרים מבית עבדים
כי בחזק יד הוציא יהוה אתכם מזה ולא
יאכל חמץ היום אתם יוצאים בחדש האביב
והיה כי יביאך יהוה אל ארץ הכנעני והחתי
והאמרי והחוי והיבוסי אשר נשבע לאבתיך
לתת לך ארץ זבת חלב ודבש ועבדת את
העבדה הזאת בחדש הזה שבעת ימים
תאכל מצת וביום השביעי חג ליהוה מצות
יאכל את שבעת הימים ולא יראה לך חמץ
ולא יראה לך שאר בכל גבלך והגדת לבנך
ביום ההוא לאמר בעבור זה עשה יהוה לי
בצאתי ממצרים והיה לך לאות על ידך
ולזכרון בין עיניך למען תהיה תורת יהוה
בפיך כי ביד חזקה הוצאך יהוה ממצרים

ושמרת את החקה הזאת למועדה מימים
ימימה.

והיה כי יביאך יהוה אל ארץ הכנעני כאשר
נשבע לך ולאבתיך ונתנה לך והעברת כל
פטר רחם ליהוה וכל פטר שגר בהמה אשר
יהיה לך הזכרים ליהוה וכל פטר חמר
תפדה בשה ואם לא תפדה וערפתו וכל
בכור אדם בבניך תפדה והיה כי ישאלך בנך
מחר לאמר מה זאת ואמרת אליו בחזק יד
הוציאנו יהוה ממצרים מבית עבדים ויהי
כי הקשה פרעה לשלחנו ויהרג יהוה כל
בכור בארץ מצרים מבכר אדם ועד בכור
בהמה על כן אני זבח ליהוה כל פטר רחם
הזכרים וכל בכור בני אפדה והיה לאות על
ידכה ולטוטפת בין עיניך כי בחזק יד
הוציאנו יהוה ממצרים

שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד ואהבת
את יהוה אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך
ובכל מאדך והיו הדברים האלה אשר אנכי
מצוך היום על לבבך ושננתם לבניך ודברת
בם בשבתך בביתך ובלכתך בדרך ובשכבך
ובקומך וקשרתם לאות על ידך והיו לטטפת
בין עיניך וכתבתם על מזזות ביתך ובשעריך

והיה אם שמע תשמעו אל מצותי אשר
אנכי מצוה אתכם היום לאהבה את יהוה
אלהיכם ולעבדו בכל לבבכם ובכל נפשכם
ונתתי מטר ארצכם בעתו יורה ומלקוש
ואספת דגנך ותירשך ויצהרך ונתתי עשב
בשדך לבהמתך ואכלת ושבעת השמרו לכם
פן יפתה לבבכם וסרתם ועבדתם אלהים
אחרים והשתחויתם להם וחרה אף יהוה
בכם ועצר את השמים ולא יהיה מטר
והאדמה לא תתן את יבולה ואבדתם מהרה
מעל הארץ הטבה אשר יהוה נתן לכם
ושמתם את דברי אלה על לבבכם ועל
נפשכם וקשרתם אתם לאות על ידכם והיו
לטוטפת בין עיניכם ולמדתם אתם את
בניכם לדבר בם בשבתך בביתך ובלכתך
בדרך ובשכבך ובקומך וכתבתם על מזוזות
ביתך ובשעריך למען ירבו ימיכם וימי בניכם
על האדמה אשר נשבע יהוה לאבתיכם
לתת להם כימי השמים על הארץ

Maimonides cap. I. cit. tract. describit modum conficiendi atramenti, quo scribantur Tephilin. כיצד מעשה הדיו מקבצין העשן של שמנים או של זפת ושל שעוה וכיוצא בהן וגובלין אותן בשרף האילן ובמעט דבש ולותחין אותו ומצניעי אותו ובשעה כתיבה שורהו במי עפצא וכיוצא בו וכותב בו: Quomodo fit atramentum? Colligunt fuliginem olei vel picis vel cerę, aliarumve rerum similium; *tum pista cum ellychnio ligneo*, & modico mellis tandiu subigitur, donec frustatim comminuatur. Deinde exsiccata reponitur: Quum quis ea uti voluerit ad scribendum, aqua ex gallis, vel allis ejusmodi resolvat, eaque scribat.

II. *Maimonides* cap. III. tract. cit. sic describit rationem conficiendi *Tephilin cap.* כיצד עושין תפילין של ראש לוקחין עץ מרובע ארכו ורחבו כגבהו ואם היה גבהו יותר על רחבו או פחות ממנו אין בכך כלום ואין מפקידין אלא על ארכו שיהא כרחבו וחופרין בו שלשה חריצין כדי שיעשה לו ארבע ראשים כגון זה ולוקחין עור ומרטיבין אותו במים ומשימין בו את העץ ומכניסין את העור בין כל חריץ וחריץ וממשמשין אותו והוא רטוב מכאן ומכאן עד שעושין בו דמות שין שיש לה שלשה ראשין מימין המניח תפילין ודמות שין שיש לה ארבעה ראשין משמאל המניח. ומניחין את העור על העץ עד שיבש ואחר כך חולץ העור מעל גבי האימום של עץ ונמצא העור שיש בו ארבעה בתים פנויין ומכניסין פרשה בכל בית ובית ומחזירין מקצת העור מלמטה ותופרין אותו מארבע פינותיו ומניחין מן העור שלמטה מקום שתכנס בו הרצועה כמו תובר והוא הנקרא מעבורת. Quomodo faciunt Tephilin capitis? Accipiunt lignum quadratum, quod parem habeat longitudinem, latitudinem, & altitudinem, si vero superet altitudo sua latitudine, aut sit minor, nihil refert; sed curant, ut altitudo sit æqualis latitudini; & excavant in eo tres fissuras, ita ut ibi fiant capita quatuor juxta hanc formam (*vid. fig.* I. *quam exhibemus in ænea tabula*.) Et sumunt pellem, eamque aqua macerant, atque ita aptant ligno, ut immittant pellem inter singulas fissuras, & flaccidam reddunt, dum adhuc madet, hinc inde, donec faciant in ea formam *Schin*, ut in ea sint tres apices ad dextram induentis Tephilin, & fiat figura *Schin*, & in ea sint quatuor apices ad sinistram induentis. Et relinquunt pellem super ligno, donec exarescat; & deinde extrahitur pellis ex typo ligneo, & deprehendetur pellis, in qua sint quatuor cellulæ vacuæ; & indunt sectionem in singulas cellulas, & contrahent partem pellis ab inferiori parte, eamque consuunt ab quatuor lateribus, & relinquunt ex pelle ad partem inferiorem locum; per quem introducatur corrigia in-

Pag. 701. Pag. 702.



inſtar rupturæ, & illud vocatur foramen. *Ez Hezchaim*, quem MS. poſſedit Celeb. *Wagenſeilius*, eumque citat. in *Sotah* 409. סדר מעשה התפילין כך הוא לעשות תפילין של ראש לוקחין עץ מרובע ארכו כרחבו ורחבו כגבהו ואם גבהו יותר על רחבו או פחות אין בכך כלום ואין מפקידין רק על ארכו שיהא כרחבו וחופר בו שלשה חריצים כדי שיעשה ארבע ראשים כמו זה. ולוקח עור ומרטיבו במים וישים בו העץ ויכניס העור בין כל חריץ וחריץ וסכבש אותו והוא רטוב מכאן ומכאן עד שעושה מן העור דמות שין של שלש ראשין מימין המניח תפילין ודמות שין שיש לה ארבעה ראשין משמאל המניח ויניח העור על העץ עד שיבש ואחר כך חולץ העור מעל גבי האימום של עץ ונמצא העור שיש בו ארבעה בתים פנויין. Sic conficere oportet phylacteria, ut capitis phylacteria parentur: accipiendum eſt lignum quadratum, cujus longitudo eadem ſit quæ latitudo, & latitudo eadem, quæ altitudo. Quod ſi vero altitudo latitudinem excedat, aut paulo minor ſit, id nihil refert, nam ad id unice attendendum, ut inter longitudinem, & latitudinem æqua ſit proportio. In hoc porro ligno tres fiſſuræ excavandæ ſunt, ut inde emergant capita quatuor ea forma, quam exhibemus. (*Vid. fig.* 1.) Nunc capienda pellis, eaque aqua probe macerata, aptanda ligno eſt, ita quidem, ut fiſſuras quæque immittaur, & poſtea dum adhuc madet ab utroque (*fiſſuras claudente*,) latere ita concinnanda eſt, ut pellis hæc figuram literæ *Schin*, tribus apicibus præditam, cum capiti aptantur phylacteria, dextrorſum, & figuram ejuſdem literæ *Schin*, quatuor apicibus præditam, quum induuntur ſiniſtrorſum, nanciſcatur. (*His peractis*) pellicula tandiu in ligno relinquenda, quoad exareſcat, areſactam ſi a typo ligneo abſtrahas, pellitum σχῆμα, in quo ſunt ædiculæ vacuæ quatuor, confeciſti.

Tephilin manus ſic deſcribuntur a *Maimonide* l. c. וכיצד עושין תפילין של יד לוקחין עץ מרובע ארכו כרחבו ויהיה גבהו כאצבע או יתר על זה מעט או פחות מעט ומחפין אותו בעור רטוב ומניחין את העור על גבי האימום עד שיבש וחולץ את העור ומניח את ארבע הפרשיות במקום העץ ומחזיר מקצת העור מלמטה ותופרו מארבע פנותיו ומניחין מן העור תוכר מקום הרצועות. Et quomodo faciunt Tephilin manus? Sumunt lignum quadratum, cujus longitudo ſit æqualis ejus latitudini, & ejus altitudo ſit ad quantitatem digiti, aut paulo major, aut paulo minor; & illud obducunt pelle madefacta, eamque relinquunt in typo donec exareſcat; & extracta pelle indet quatuor ſectiones in locum ligni, & involvet marginem pellis ad inferiorem partem, & conſuet ab quatuor lateribus, & relinquetur in pelle foramen, ſc. locus corrigiarum. *Ez Hechajim* loc. cit. תפילין של יד כן מעשיהן יקח עץ מרובע ארכו כרחבו ויהיה גבהו כאצבע או יתר על זה מעט או פחות מעט כגון זה. ויחפהו בעור רטוב ויניח העור מלמטה ותופרהו מארבעה פנותיו ומניח מן העור מעברתא מקום הרציעה או עושה התיתורא והמעברתא מעור אחר כאשר פירש בתפילין של ראש. Brachii Phylacteriorum hæc parandi ratio eſt. Capiatur lignum quadrum, (*ſive tale*) cujus longitudo & latitudo pares ſunt, altitudo digitum circiter æquato, & en tibi figuram: (*Vid.fig.*2.) Lignum hoc, obducatur pelle madefacta, relinquatur (*infra margo*, &c.) operimentum. Hæc (*deinde cum exaruerint*) in quatuor lateribus, conſuantur, relicto tamen prius quoque ex eadem pelle, poſtico meatu: per quem tranſire lorum debet, aut facere ſane licet marginem, meatumque ex pelle alia, ceu de Capitis Phylacteriis expoſui.

Juxta mentem *Maimonidis* ſectiones Tephilin capitis ſic diſponebantur: כיצד סידור הפרשיות בתפילין של ראש מכניס פרשה אחרונה שהיא והיה אם שמוע בבית ראשון שהוא על ימין המניח ושמע סמוכה לה והיה כי יביאך בבית שלישי סמוכה לשמע וקדש לי בבית רביעי שהוא לשמאל המניח תפילין כדי שיהא הקורא שלפניו כנגד פני המניח על הסדר הזה חריץ חריץ כגון זה ואם החליף סדר זה פסולות. Qualis erat ordo ſectionum Tephilin capitis? Indet ſectionem ultimam, quæ eſt והיה אם שמוע in cœlulam primam, quæ eſt ad dextram induentis; & שמע prope illam: כי יביאך in cellulam tertiam prope שמע; וקדש לי in cellulam quartam, quæ eſt ad ſiniſtram induentis Tephilin, ut legens qui eſt in ejus conſpectu, ſit e regione induentis, juxta hunc ordinem (*Vid.fig.*3.) ſi vero immutetur iſte ordo ſunt illegitimi. *Ez Hechajim* l. c. ויכניס פרשה אחת בכל בית ובית מעומד ראש גליון עליון תחלה שיוכל לקרותם כסדרן בשיונחו בבתיהן וכן סדר הכנסתן מכניס והיה אם שמע בבית ימין המניח ושמע בבית הסמוך והיה כי יביאך בבית שלישי סמוך לשמע וקדש בבית רביעי שהיא שמאל המניח כגון זה: Harum cuique, περικοπὴ ex lege, (*membranæ cum ea, quam inſtituta majorum exigunt, ſedulitate inſcripta*) indenda eſt, ſed erecta, ita ut ſuperior margo primus receptaculum ſubeat, atque ea ſchedæ ſit diſpoſitio, quæ lectionis ordinem naturalem ſervet in ipſa ædicula.

No-

Nota jam ſchedarum ordinem. Pericope והיח אם שמע (*Deut.* XI. *commate* 13. *&* *ſequentibus ad* 22. *uſque*, *deſcripta*, *occupato eam ædiculam* ,) quæ ſi aptentur phylacteria , ad dextram ea induentis prima eſt . In eam , quæ ſuccedit immittenda pericope שמע (*quæ habetur Deut.* VI. *a* 4. *ad* 10. *uſque commatibus*) Huic proxima ædicula tenere debet Pericopen והיה כי יביאך (*eam ſcilicet quæ legitur Exod.* XII. *ad* 11. *ad* 17. *uſque commatibus*) Denique in ultimam ædiculam, quæque aptatorum phylacteriorum finiſtrum latus eſt , condatur Pericope וקדש (*ex eodem* XIII. *cap. Exodi illiuſque principio uſque ad comma* 11.) Integra hæc pericoparum ſeries melius patebit ex proximo Schemate : *vid fig.* 3.) Sectiones Tephilin manus ita diſponuntur teſte *Maimonide* l. c. תפילין של יד כותבם בארבעה רפין כעור אחד ארוך כספר תורה על סידורן בתורה כגון זה

קדש	והיה	שמע	והיה
לי	כי	ישראל	אם
כל	יביאך	יהוה	שמע
בכור		אלהינו	תשמעו

אם כתבן על ארבע עורות והכניסן בבירת אחר יצא ואינו צריך לבדקם: כשהוא נולל הפרשיות בין של ראש בין של יד גולל אותן מסופן לתחלתן עד שתמצא כשתפתח הפרשה תקרא כל פרשה ופרשה מתחלתה ועד סופה: Et Tephilin manus ſcribuntur in quatur colummis in una pelle longa juxta librum legis juxta ordinem , qui eſt in lege juxta hanc formam :

קדש	והיה	שמע	והיה
לי	כי	ישראל	אם
כל	יביאך	ידוה	שמע
בכור		אלהינו	תשמעו

Si ſcribat ſuper quatuor pellibus , & indat in cellulam unam ; ſatisfacit debito , neque opus eſt connectantur. Quando involuit ſectiones ſive capitis, ſive manus , ut involuet ab earum fine ad earum principium , donec deprehendatur, quando aperitur ſectio, quod legantur ſingulæ lectiones a principio ad finem. *Ex & Hechajim* l. c. ita diſponit. תפילין יד כותבם בארבע רפין בעור אחד ארוך כספר תורה על סידורן בתורה כגון זה:

והיה אם שמוע	שמע ישראל	והיה כי יביאך	קדש לי כל בכור

אם כתבן על ארבע עורות והכניסן בבירת אחר יצא ואינו צריך לבדקם : שהרי אמרו כי שיש לו שני תפילין של ראש פירש שלא הונחו בראש מעילם ואין כאן קרושת ראש ישים עור על אחד מהן לכסות בתים וכשרין לשל יד: Pericopæ Phylacteriorum brachii (*quæ eædem ſunt cum iis quæ phylacteria capitis complectuntur*) columnis quatuor, in membrana unica oblonga, ſcribendæ ſunt, fere ita uti Pentateuchum deſcribere ſolemus , eſtque in ipſis is ordo ſervandus, quem ipſæ ſacræ literæ ſuppeditant (*ut quæ prior in iiſdem occurrit , priore quoque loco exaretur*) prout in ſubjecto ſchemate demonſtratur:

והיה אם שמוע	שמע ישראל	והיה כי יביאך	קדש לי כל בכור

Sed ſi pericopæ hæ quatuor ſeparatis membranis inſcriptæ , uni ædiculæ includantur, id licitum reputari debet, nec enim opus eſt ut combinentur . Nam traditum deprehenditur : Si quis duo habeat phylacteria capitis (puta quæ capitis nunquam fuere aptata , neque ex eo ſanctitatem contraxerunt) huic fas eſt, alterutra ex his, pelle operire , ut ædicularum interſtitia tegantur, atque tum iſtis pro brachii phylacteriis uti, non prohibetur.

Qua ratione conſuerentur *Tephilin* docet *Maimonides* loc. citat. וכשמכניסן את הפרשיות בבתים שלהם כורכין אותן במטלית ועל המטלית שיער ואחר כך מכניסין אותן בבתיהן ושיער זה צריך להיות שיער בהמה או של חיה טהורה ואפילו מנבילות וטריפות שלהן וכבר נהגו כל העם לכורכם בשער זנב העגלים. כשתופרין התפילין אין תופרין אלא בגידין של בהמה או של חיה טהורה ואפילו מנבלות וטריפות שלהם לוקחין הגידין שיש בעקב הבהמה או החיה והם לבנים ואם הם קשים מרככים אותן באבנים וכיוצא בהן עד שיעשו כפשתן וטווין אותם ושוזרין אותן ובהם תופרין התפילין ויריעות ספר תורה. כשתופרין התפילין תופרין אותן ברבוע והלכה רווחת שיהיו בכל צד שלשה תפירות עד שיהיו הכל שתים עשרה תפירות בין של יד בין של ראש ואם עשה התפירות עשרה או ארבעה עשר כשר וכל התפירות יהיה החוט שלהן סובב משתי רוחות. וצריך שיגיע החריץ של תפילין של ראש עד מקום התפר ואם היה החריץ ניכר כדי שיהיו ארבעה ראשין נראין לכל אף על פי שאין החריץ מגיע למקום התפר כשירות ואם אין חריץ ניכר פסולות וצריך להעביר בתוך כל חריץ וחריץ על גבי העור חוט או משיחה להבדיל בירת לבית ומנהג פשוט להעביר גיד מגידי התפירה בכל חריץ וחריץ משלשתן. : Et quando introducunt ſectiones in ſuas cellulas , involvunt

vunt eas pallio & ſuper pallio piluum, & poro hæc introducunt in ſuas cellulas, & neceſſe eſt, ut pilus ſit beſtiæ, aut feræ mundæ, vel ex earum cadaveribus, & diſcerptis; & jam conſuerit univerſus populus involuere pilo caudæ vitulinæ. Quando conſuunt *Tephilin*, non conſuunt niſi nervis beſtiæ aut feræ mundæ, vel ex earum cadaveribus & diſcerptis; Sumunt nervos, qui deprehenduntur in calce beſtiæ, aut feræ, & illi ſunt albi; & ſi fuerint duri, amolliuntur lapidibus, aut his ſimilibus, donec fiant quaſi linum; & nentur, & contorquentur, iiſque conſuuntur Tephilin, & cortinæ libri legis: Quando conſuunt Tephilin, conſuunt in quadratum, & conſuetudo vulgaris eſt, ut in ſingulis lateribus ſint tres ſuturæ, donec omnes ſint duodecim ſive ſint manus, ſive capitis: ſi vero faciat decem, aut quatuordecim ſuturas erit legitimum; & neceſſe eſt, ut earum filum circumeat ab duobus lateribus; & neceſſe eſt, ut pertingat foſſula *Tephilin* capitis uſque ad locum ſuturæ, atque ut foſſula poſſit cognoſci, ut in ſingulis quatuor apices videantur; licet foſſula non pertingat locum ſuturæ, ſunt legitimi, ſi vero foſſula non cognoſcatur, ſunt illegitimi; & neceſſe eſt, ut traducatur in ſingulis foſſulis ſuper pellem filum, aut funiculus, ut cognoſcatur diſcrimen inter cellulam & cellulam; & conſuetudo vulgata eſt, ut traducatur nervus ex nervis ſuturæ in ſingulis cellulis ex tribus ſingulis. *Ez Hechajin* l. c. ואחר ליקח נירי בהמה או חיה טהורה ואפילו מנבילות וטריפות וכך יקחם לוקח הנירין שיש בעקב הבהמה או החיה והם לבנים קשים וירככם באבנים וכיוצא בהן עד שיעשו כפשתן ויטום וישררם ויקחם ויתפור העור שהחזיר למטה עם העור של מעלה בנירין אלו מארבע פנותיו ברבוע בכל צד שלשה תפירות שיהיה בן הכל שנים עשר תפירות כנגד שנים עשר שבטים וכל התפירות יהיה החוט סיבב משתי רוחות וצריך שיגיע הריץ של הבדלת הבתים עד התפר פירש עד בית מושבו ואם החריץ ניכר כדי שיהיו ארבע ראשין נראין לכלן אף על פי שאין החריץ מגיע למקום התפר כשירות ואם אין החריץ ניכר פסולות ואמר רבי ברוך רצריך שיגיע החריץ עד מקום התפר וקאמר התפר זה הוא חריץ של שין אבל יודין שבתוך השין אין צריך שיגיע שטוב יותר להיות קצרות שיהא אז ניכר כטוב שין אם פיחת מן שנים עשר תפירות ועשה עשרה כנגד עשרה שבטים בלא יהודה שהיה מלך ובלא לוי שהיה שמש או הותיר ועשה ארבעה עשר כנגד שנים עשר שבטים ומנשה ואפרים אין בכך כלום וכן כתב רבי אלעזר סדר מניין התפירות ארבעה לארבעה זויות ושנים לשרשי השינין ושלשה כנגד המעברתא במקום חריץ מכאן ושלשה כנגד מעברתא מכאן ולאחר שתפרס יעביר עדין המחט במקומות אלו שיהיו הבתים והתיתורות מהודקין היטב למעביר בתוך כלל חריץ חוט או משיחה להבדיל בין בית לבית ונוהג להעביר בניר מנירי התפירה ואם נפסק התפירה לאחר שהתחיל לתפור שני פעמים כדאמר רבי זעירא איפסיק נידא דרצועתו ושרו ליה איפסיק זמן תניינות ושרו ליה דלא מן אולפן פירש שלא מן הדין דכיון שנפסקה גנאי הוא וכשיתפיר יתחיל לצר קדש והיכא שהתחיל שם יסיים תפירתו קוצצין כל עור ארבעה בתים למטה ולוקחין עור ממקום אחר ועושין בראשו כמין ארובה ומכניס שם ארבעה הבתים שני כפולים לעשות תיתורא ומעברתא כאשר פירש שינה סדר השינין שעשה של ארבעה ראשין מימין המניח ושל שלשה ראשיהן משמאל אין בכך כלום: Porro opus eſt ut nervi animalis & quidem puri (*atque hoc unice obſervandum*) nam ſi maxime morticinum fueri, aut alio vitio laboraverit, id nihil refert. Nervi hi depromuntur ex animalium calcibus, ſuntque albi, & duri. Ergo lapidibus aut re alia ſimili (*multum terendo*) emolliendi, & in linum quaſi quoddam redigendi ſunt, ut e colo duci, & in fila duplicari queant: Iſtis filis conſuere oportet illam quæ (*in vagina phulacteriorum*) infra e pelle reſidua manſit, laciniam, cum parte ſuperiore, in omnibus quatuor lateribus, quadrate; & ſunto in quoque latere ſuturæ tres, hoc eſt in univerſum duodecim, quoto numero fuere tribus Iſraelitarum. Nec minus illud obſervandum, ut ſemper filum & ſuperiorem, & inferiorem partem (*marginis vaginæ*) ex æquo ambiat: Cæterum ipſum, quod inter ædiculas eſt interſtitium, pertingere debet ad marginem uſque in quo ſit ſutura. Imo ſint modo conſpicua interſtitia, ut ab omnibus quatuor ædiculæ agnoſci queant, nihil oberit, etiamſi interſtitia marginem, in quo ſit ſutura, non attingant. Quod ſi vero ædiculæ quatuor diſtingui non poſſint, hoc vitioſum eſt. At enim R. Baruch, aliter non nihil opinatur, aſſerens non ædicularum interſtitium, ſed infimam tantum partem utriuſque Schin, marginem vaginæ attingere debere, ad apices tamen, ſive rectas lineolas, quæ in mediis literis Schin efformantur, idem non producendum, has enim breviores facere ſatius eſſe, ut tanto magis figura literæ Schin repræſentetur. Si quis pauciores quam duodecim faciat ſuturas, & denario numero delectetur, ut a XII. tribubus, Ju-

dæ tribum, quæ regimini, & tribum Levi, quæ ministerio sacro addicta fuit, removeat, in ea re nullum vitium est; Pariter nec vitium est si cui plures quam XII. & adeo XIV. suturas facere placeat, ut præter XII. Tribus Ephraim quoque & Menasses rationem habeat. Secundum R. Eleasarem, ita disponendæ suturæ sunt, ut una fiat in quoque angulo, & duæ ad radices cujusque Schin, quatuor vero in quoque interstitiorum latere: Quando hæc ita consuta sunt, acu ædiculas, & marginem vaginæ lævigando comprimere oportet, ut omnia apte sibi respondeant: Juvat quoque trahere per quodque ædicularum interstitium, filum, aut funiculum, ut eadem probe discriminentur, atque plerumque in hunc finem filum ejusmodi adhiberi solet, quo consutura facta est. Si accidat, filum, postquam suturæ duæ jam fieri cæperunt, rumpi (*imitari convenit id*) quod de R. Seera legitur. Huic enim cum (*inter suendum phylacteria*) filum ruptum esset, solvit (*quæ suerat, & denuo suere exorsus est*) cumque idem secunda vice accidisset, rursus suturas solvit, etsi ad hoc faciendum nulla majorum traditione compellebatur. Scilicet ista leges haud imperant, sed tamen turpe est (*si quis semel ruptum filum, nodo colligat atque sic opus persequatur. Illud quoque observandum*) quod tam suendi initium, quam ejusdem finis, juxta illam ædiculam, in qua pericope קדש latet, fieri debeant. (*Prope excidisset monere*) rescindendas esse inferiores superfluitates pelliculæ, quæ ipsi phylacteriorum vaginæ materiam præbuit, atque in corio alio (*quadrato*) foramen exscindendum esse (*formæ similis*) ut per hoc quatuor ædiculæ, ad gemellas quasi geminas redactæ, educantur, atque deinde ex eodem corio margo vaginæ, & posticus meatus illo quo explicui modo, confiant. Si mutetur ordo τῶν Schinim, ita ut illud quod apices quatuor habet, dextrum phylacteria induentis latus, & illud quod tribus tantum apicibus instructum est, latus sinistrum occupent, id neminem turbare debet.

Posthæc facienda erant lora, sive corrigiæ, quibus alligarentur Tephilin, quas ita describit *Maimonides* loc. cit. וכיצד עושין הרצועות לוקחין רצועה של עור רחבה כארך השעורה ואם היתה רחבה מזו השיעור כשרה ואורך רצועה של ראש כדי שתקיף את הראש ויקשור ממנה הקשר ותמתח שתי הרצועות מכאן ומכאן עד שיגיעו לטבור או למעלה ממנו מעט וארך רצועה של יד כדי שתקיף את הזרוע ויקשור ממנה הקשר ותמתח רצועה אחת על אצבע אמצעית ויכרוך ממנה על אצבעו שלש כריכות ויקשור ואם היו הרצועות ארוכות יתר על שעורים האלו כשרות. ומכניס רצועה של ראש בתובר שלה ומקיף במדת ראשו וקושר קשר מרובע כמין דלת וקשר זה צריך כל תלמיד חכם ללמדו ואי אפשר להודיע צורתו בכתב אלא בראיית העין וכן בשל יד קושר קשר כמין יוד ותהיה הרצועה של יד עולה ויורדת בתוך הקשר כדי שירחיב ויקצר בעת שירצה לקשור על ידו: Capiendum est lorum e pelle, cujus latitudo æquivaleat longitudini grani hordeacei; si vero sit ejus latitudo magior hoc grano hordeaceo, erit legitima. Et longitudo lori capitis tanta erit, ut possit ambire caput, & ex eo nodus alligari, ut duæ corrigiæ hinc inde extendantur, ut pertingant ad umbilicum, aut paulo supra, & longitudo corrigiæ manus tanta sit, ut possit ambire brachium, & innodari, & pertingat ad digitum medium, & circa illum ter possit convolvi. Si vero corrigiæ fuerint latiores duobus granis hordeaceis erunt legitimæ. Et introducenda est corrigia capitis in ejus foramen, & mensurata crassitie capitis, nodus quadratus alligandus est ad formam *Dalet:* Et hujusmodi nodum quivis discipulus sapiens debet addiscere; quia non potest ostendi ejus figura scriptura, sed tantum adspecta oculi; & similiter nodus manus debet alligari juxta formam Jod; & corrigia manus debet adscendere & descendere in nodum, ut possit dilatare, & abbreviare, quando voluerit, nodum manus. *Ez Hechajim* ibid. לוקח רצועה של עור רחבה כאורך השעורה ואם רחבה יותר מזה השיעור כשירה והאמר רבי מאיר קמוצי כתב יתר מחיטה ופחות משעורה שיעור הרחב וארכה כדי שתקיף הראש ויקשור ממנה הקשר ותמתח רצועה אחת בימין עד הטבור ואחרת בשמאל עד החזה וכן איתא בשמושא רבה ואם ארוכות יותר אין בכך כלום ומכניס הרצועה במעברתא ומקיף כמדת ראשו וקושר קשר מרובע כמין דל״ת וצריך כל תלמיד חכם ללמדו ועתה אפרש ענינו כמו שיכולתי לפרשו כי קשה הוא להבין בכתב רק בראיית עינים וכך יעשה לוקח הרצועה שלישיתה או פחות או יותר אחר ביד ימין ושלישיתה או יותר או פחות אחר ביד שמאל והמותר בין שתי ידיו וכופל השליש שביד ימין לשנים ושליש אחר שביד שמאל לשנים ומה שבין שתי ידיו בלא כפילות ויהיו ראשי הרצועות לצד חוץ מנופו ויהיו פני שחרות הרצועות לצד נופו ואחר לוקח ראש כפילות שמאל ומכניס בחור ראש כפילות ימין עד כדי שתי אצבעות או יותר רחוק מכפל ימין ונמצא עשוי כנגדו מן הרצועות כנון עינול ואחר לוקח ראש רצועות

ימין

ימין של חוץ גופו ומכניס בתוך היד של כפילות שמאל שהוא בתוך כפילות לימין ולוקח ראש רצועת שמאל ויכניס בתוך העינול לצד גופו וירכיבנו דרך ימינו על כפילות ימין ויקח ראש רצועת ימין ויקפנה עד שיכניסנה בתוך כפילות שמאל ויהדק הכל יחד ונמצא עשוי כמין דל׳ת והיא דל׳ת משדי והשין היא בבתים והיוד היא בתפילין של יד שקושר בראש הרצועה ומניח מעט ודומה ליוד או חותכה כמין יוד בראשיתה וכו׳ ואורך רצועה של יד כדי שתקיף הזרוע ויקשור ממנה הקשר ותמתח הרצועה על אצבע אמצעית ויכרוך ממנה על אצבעו שלש כריכות ואם ארוכה יותר אין בכך כלום ורחבה כגון שפירש בשל ראש (*corrigias phylacteriorum capitis parare volenti*) Capiendum lorum e corio, ejus latitudinis, quæ grani hordei longitudinem exæquat, quod si vero major ejus latitudo sit, etiam id probum censeri debet. R. tamen Mose Kozensis latitudinem, ita definivit (*ut longitudine*) grani tritici ampliorem, sed hordeacei minorem esse conveniat. Quod ad longitudinem lori attinet tanta exigitur, ut ambire caput, & in nodum ligari queat, ac una deinde ad dextam dependens extremitas, umbilicum, altera vero ad sinistram pectus attingat. Sic enim in Schimmuscha Rabba traditum est, etsi nihil prohibet illud facere etiam longius. Jam porro lorum educendum per vaginæ phylacteriorum partem illam posticam cavam, & mensurata sic crassitie sui capitis, nodus quadratus nectendus est, formam literæ *Daleth* repræsentans. Modum hunc innodandi quemvis, qui pro erudito haberi vult, tenere æquum est, atque prout potero explicabo ejus rationem, etsi ex verbis negotium intelligere difficile est, & αὐτοψία requiritur. Interim sic rem instituere oportet. Una tertia, aut plus minus, lori manu dextra, & una tertia aut plus minus, manu sinistra capiantur; quod restat, inter utramque manum esto. Mox illa tertia dextræ manus, plicando, geminata reddi debet, debetque similiter geminata reddi tertia manus sinistræ; quod vero inter utramque manum (*pendens*) deprehenditur, haud geminatur. (*Sed illud advertendum*) extremitates lororum a corpore aversas, at nigrum illorum latus, ad corpus (*ligantis*) obversum esse debere. Nunc ergo extremitas plicaturæ sinistræ sumatur, ducaturque per mediam plicaturam dextram, ita tamen ut ab ea parte lori, in qua ipsa plica facta est, digitos duos sit remota, atque sic figuram quamdam rotundam lora exhibebunt. Postea accipiatur extremitas corrigiæ dextræ, quæ a corpore adhuc aversa est, & ducatur per mediam plicaturam sinistram, quæ ipsa jam plicaturæ dextræ, est immissa est, accipiatur item extremitas corrigiæ sinistræ, & per medium illius, quam efformari dictum est, rotunditatis dextrorsum, & versus corpus ducta, plicaturæ dextræ superponatur; denique extremitas corrigiæ dextræ trahatur per plicaturam sinistram, atque omnibus probe contractis, emerget similitudo quædam literæ *Dalet*. Pertinet vero id *Dalet* ad (*Dei nomen*) שדי, cujus *Schin*, est in vagina phylacteriorum capitis, *Jod* vero deprehenditur in loris phylacteriorum manus, nam in horum summitate si nodus (*simplex*) fiat, & parum quid residuum relinquatur, figura literæ *Jod* habetur, vel potest quoque scissione ibidem ea figura exprimi. Cæterum lori phylacteriorum manus ea debet esse longitudo, ut ambire brachium, innodarique possit, pertingatque deinde ad digitum medium, & circa illum ter queat convolvi: Quod si longius fiat nihil id refert; de latitudine vero (*eadem tenenda*) quæ de loris phylasteriorum capitis diximus: *Vid figur.* 4.

Corrigias in parte exteriore nigras esse faciendas legitur apud *Maimonidem* l. c. הרצועות של תפילין בין של ראש בין של יד פניהם החיצונים שחורים וזו הלכה למשה מסיני אבל אחורי הרצועות הואיל ומפנים הן אם היו ירקות או לבנות כשרות אדומות לא יעשה שמא תהפך הרצועה ונגאי הוא לו ולא יהיה אחורי הרצועה לעולם אלא כעין הקציצה אם ירוקה ירוקין ואם לבנה לבנים ונוי הוא לתפילין שיהיו כולם שחורות הקציצה והרצועה כולה: Corrigiæ Tephilin sive capitis sive manus in parte exteriori erunt nigræ; & hæc est constitutio Mosis ex Sinai; at corrigiæ in parte interiori, si fuerint virides, aut albæ, erunt legitimæ; rubræ non sunt faciendæ, ne si forte convertat se corrigia sit sibi ignominiæ; & pars interior corrigiæ numquam erit nisi juxta colorem nodi, si fuerit viridis, erunt virides, si albus, albæ; sed erit decorum phylacteriis, ut omnia sint nigra, sc. nodus, & tota corrigia: Atque *Ez Hecbajim* l. c. רצועותיהן של תפילין הלכה למשה מסיני לעשות פניהם החיצונים שחורים אבל אחורי הרצועות הואיל ומבפנים הם אם היו ירקות או לבנות כשרות ארומית לא יעשה שמא תהפך הרצועה ונגאי לו ולא יהיה אחורי הרצועה לעולם אלא כעין הקציצה אם ירוקה ירוקין לבנה לבנים אבל טוב שיהא הקציצה והרצועה כולם שחורים ואומר רבינו ברוך רצריך שישחירם ישראל ולא גוי כגון

צביעת תכלת רבענן לשמה : De loris phylacteriorum, traditionem a Mose in monte Sinai perceptam habemus, partem ipsarum exteriorem, nigram faciendam esse. At quod ad alteram, & quæ interior est, partem attinet, si maxime viridis, aut alba ea sit, non id vitiosum reputari debet. A rubro tamen colore abstinendum, ne cæteroquin si forte convertant sese lora, ea res ignominiam afferat. Interim, nunquam alius debet esse color lororum partis interioris, quam est color ipsius phylacteriorum vaginæ, qui si viridis sit, aversa lororum viridia, si albus fuerit, alba sunto, sed illud optimum est, si & vagina, & utraque lororum facies nigricolores sint. Atque opinante ita doctore nostro Baruch, necesse est, ut homo Judæus lora illa nigro colore imbuerit, non τῶν ἔξω aliquis, prorsus uti fili quoque hyacintini tincturam religiose fieri jubet *Gemara* in *Menacoth* cap. 4. *Menacoth* fol. 35. אמר רבי יצחק רצועות שחורות הלכה למשה מסיני מיתיבי תפילין אין קושרים אותם אלא במינן בין ירוקות בין שחורות בין לבנות ארומות לא יעשה מפני גנאי ודבר אחר אמר רבי יהודה מעשה בתלמידו של רבי עקיבא שהיה קושר תפיליו בלשונות של תכלת ולא אמר לו דבר איפשר אותו צדיק ראה תלמידו ולא מיחה בו אמר לו הן לא ראה אותו ואם ראה אותו לא היה מניחו מעשה בהורקנוס בנו של רבי אלעזר בן הורקנוס שהיה קושר תפיליו בלשונות של ארגמן ולא אמר לו דבר איפשר אותו צדיק ראה בנו ולא מיחה בו אמרו לו הן לא ראה אותו ואם ראה אותו לא היה מניחו קתני מיהא בין ירוקות בין שחורות ובין לבנות לא קשיא כאן מבפנים כאן מבחוץ אי מבפנים מאי גנאי Dicit R. Isaach: Quod corrigiæ sint nigræ, est constitutio Mosis ex monte Sinai: Oppositio: Tephilin non ligabantur nisi ex eorum specie, sive essent virides, sive nigræ, sive albæ; Rubras non faciet propter dedecus; & rem aliam dicit R. Jehuda: Naratur de discipulo R. Akiba, qui ligavit suos Tephilin corrigiis hyacinthinis, & nihil ei dixi; Fieri potest, quod iste justus viderit discipulum suum, & non prohibuerit. Respondit: sic. Non vidit ipsum, & si vidit, eum non coercuit. Narratur de Hyrcano ben R. Oliefer ben Hyrcani, qui ligavit suos Tephilin corrigiis purpureis, & nihil ei dixit: Fieri potest, ut iste justus viderit filium suum, & non prohibuerit. Responderunt: sic: Non vidit ipsum, & si vidit, non prohibuit: Hinc docet; sive sint virides, sive nigræ, sive albæ. Non est oppositio: Hic agitur a parte interiori, & ibi ab esteriori: Si in parte interiori, num erit dedecus?

Pellis, qua tegebantur Tephilin, & corrigiæ, debebat esse ex bestia, vel ex fera munda teste *Maimonide* loc. cit. העור שמחפין בו התפילין ושעושין ממנו הרצועות הוא עור של בהמה או חיה או עוף הטהורים ואפילו נבלות וטרפות שלהן ואם עשה מעור טמאים או שכפה תפילין בזהב פסולות ועור הרצועה צריך עיבוד לשמן אבל בעור שמחפין בו אינו צריך עיבוד כלל אפילו עשהו מצה כשר ומקומות הרבה נהגו לעשות אותן בעור מצה : Pellis, qua tegebantur Tephilin, & ex qua perficiebantur corrigiæ, erat pellis bestiæ, aut feræ, aut volucris mundæ, vel si essent earum cadavera, & discerpta. Si faciat ex pelle immundorum, aut si tegat Tephilin auro, sunt illegitimi, & pellis corrigiæ præparanda est suo nomine; & in pelle, qua tegitur, nullo modo requiritur præparatio; vel si fiat ex pelle non præparata, erit legitimum; & in multis locis fieri solet pelle non præparata. Atque *Ez Hechajim* l. c. כשאומר פרק התכלת עור שמחפין התפילין ושעושין הרצועות יהיה מעור בהמה חיה ועוף טהורין ואפילו נבלות וטרפות ואם עשה מעור טמאים או שחיפה תפילין בזהב פסולות ועור הרצועות צריך עבוד לשמן אבל עור שמחפין אין צריך עבוד כלל ואפילו מצה כשר וכן נוהג בהרבה מקומות אבל לא מרבים ברוך שצריך הכל עבוד לשמן Corium, e quo Vagina Phylacteriorum, & eorumdem lora parantur, ex mansueta bestia, fera, aut ave mundis desumtum esse debet, neque refert etsi animal ejusmodi vitium quoddam habuit, aut fuit morticinum. At si ex corio animalis immundi lora ex auro vaginam quis parare vellet, id nefas foret. Amplius requiritur ut corium, quod loris phylacteriorum materiem præbere debet, cum diligenti intentione ad finem fuerit probe probeque præparatum; ad illud vero, e quo vagina fit, tanta cura opus non est, nam & corium sine sale, farina, & galla, quomodocumque paratum, adhibere licebit, atque id multis in locis fieri solet; non tamen diffitendum laudatum Doctorem Baruch etiam hic intentionem exigere.

Prætera scribendi & faciendi erant Tephilin ab Israelita teste eadem *Maimonide* l. c. אין עושין התפילין אלא ישראל שעשייתן ככתיבתן מפני השין שעושין בעור כמו שאמרנו לפיכך אם חפן הגוי או תפרן פסולות Non facient Tephilin nisi Israelita, tam eorum opus, quam eorum scri-

ſcripturam , propter *Schin* quam faciunt ſuper pelle ſicuti diximus; Idcirco ſi tegat aut conſuat gentilis, ſunt illegitime.

Præter hæc phylacterium capitis non poteſt inſervire manui, at phylacterium manus poteſt inſervire capiti, uti ſcribit *Maimonides* loc. cit. תפלין של ראש אין עושין אותה של יד ושל יד עושין אותה של ראש לפי שאין מורידין מקרושה חמורה לקרושה קלה וכן רצועה של תפילין של ראש אין עושין אותה לתפילין של יד במה דברים אמורים בשלבשן אבל תפילין של ראש שלא לבשן אדם מעולם אם רצה להחזירה ליד מותר וכיצר עושין תולה עליה עור עד שתעשה אחת וקושרה על ידו: Phylacterium capitis non faciunt phylacterium manus; at phylacterium manus fieri licet phylacterium capitis; quia non deſcendunt a ſanctitate gravi ad ſanctitatem levem; pariterque corrigiam phylacterii capitis non faciunt corrigiam phylacterii manus: De quo hæc dicta ſunt? In earum indutione; at phylacteria capitis præter indutionem, ſi velit immutare in phylacteria manus, licitum erit, quomodo faciunt? Appendet illi pellem, priuſquam unus perficiatur, & illigabit manui.

Si in Tephilin ſuturæ diſrumpantur, ſunt illegitimi, uti teſtatur *Maimonides* l. c. תפילין שנפסקו התפירות שלהן אם היו שתי תפירות זו בצד זו או שנפסקו שלשה תפירות אפילו זו שלא כנגד זו הרי אלו פסולות [במה דברים אמורים בישנות אבל בחרשות כל זמן שפני טבלה קיימת כשרות ואלו הן החרשות כל שאוחזין מקצו העור שנקרע תפרו ותולין בו התפילין והוא חזק ואינו נכרת הרי אלו חרשות ואם אין ראוי לתלות בו אלא הוא נפסק הרי אלו ישנות רצועה שנפסקה אין קושרין אותה ואין תופרין אותה אלא מוציאה וגונזה ועושין אחרת ושירי הרצועה פסולין עד שיהא ארכה ורחבה כשיעור או יתר עליו ולעולם יזהר להיות פני הרצועה למעלה בעת שקושר אותן על ידו ועל ראשו: Si in Tephilin ſuturæ diſrumpantur, ſi fuerint duæ ſuturæ altera e regione alterius, aut ſi diſrumpantur tres ſuturæ, vel altera non fuerit e regione alterius, ſunt illegitimæ: De quo hæc dicta ſunt? De veteribus; at in novis, quamdiu facies pellis, integra conſervatur. Sunt legitimi, & iſtæ ſunt novæ; quando apprehendatur pars pellis, quæ rupta ſit, & cenſuatur, eique appendantur Tephilin, & firma ſit, & non cognoſcatur, ecce iſtæ ſunt novæ; at ſi non fuerit apta, ut illi appendantur, niſi diſrumpatur ecce ſunt veteres: Si corrigia rumpatur, non ligabitur, neque conſuetur; ſed educetur & abſcondetur, & faciunt aliam; & reſidua corrigiæ ſunt illegitima, donec ejus longitudo, & latitudo ſit juxta quantitatem grani, hordeacei, aut amplius; & ſemper animadvertendum eſt, ut facies corrigiæ ſit in ſuperiori parte, quando alligatur manui, & capiti: *Gemara Menacoth* l. c. אמר רב הונא כל זמן שפני טבלה קיימת כשירות רב חסרא אמר נפסקו שתים כשירות שלש פסולות אמר רבא הא דאמרת שתים כשירות לא אמרן אלא זה שלא כנגד זה אבל זה כנגד זה פסולות וזה כנגד זה נמי לא אמרן אלא בחרתתא אבל בעתיקתא לית לן בה אמר ליה אביי לרב יוסף היכי דמיין חרתתא והיכי דמיין עתיקתא אמר ליה כל היכא כי מיתלי ביה בשלחא והדרנא עתיקתא ואידך חרתתא ואינמי כל היכי דכי מיתלי ביה בפוחנא אתייא אבתריה חרתתא ואידך עתיקתא Dicit R. Huna: Quando facies pellis firma ſit in Tephilin, ſunt legitimæ: R. Chaſda dicit, ſi rumpantur duæ (*ſuturæ*) ſunt legitimæ, ſi tres ſunt illegitimi: Dicit Raba, quod dicis, ſi rumpantur duæ, quod ſint legitimæ, non Dicimus, niſi quando altera non ſit e regione alterius, at ſi altera fuerit e regione alterius, ſunt illegitimæ; & quando altera ſit e regione alterius, non dicimus, niſi quando ſint novæ, at de veteribus non dicimus. Dixit Abaje לר, R. Joſeph: Quomodo reputantur novi, & quomodo reputantur veteres? Reſpondit; quando appenditur pellis, & revertatur ſunt veteres, ſi minus, ſunt novæ; atque etiam ſi appendantur corrigiæ, & revertantur, ſunt novæ, ſi minus, ſunt veteres.

CAPUT III.

I. De ratione. II. Tempore, & loco induendi phylacteria.

I. RAtio induendi phylacteria deſcribitur in *Mechiltha* fol. 8. col. 3. והיה לך לאות וגו׳ כרך אחד של ארבע פרשיות . והדין נותן הואיל ואמרה תורה תן תפילין ביר תן תפילין בראש מה בראש ארבע טוטפות אף ביר ארבע טטפות תלמור לומר והיה לך על ידך כרך אחד של ארבע פרשיות . יכול כשם שביר כרך אחד כך בראש כרך אחד . והדין נותן הואיל ואמרה תורה תן תפילין ביר תן תפילין בראש . מה ביר כרך אחד . אף בראש כרך אחד : תלמור לומר לטוטפות לטוטפות הרי ארבע טוטפות אמורות . או יעשה ארבעה כיסין של ארבע פרשיות . תלמור לומר ולזכרון בין עיניך כיס אחד של ארבע פרשיות על ירכה על גובה של יד או אינו אלא על יד כמשמעו . והדין נותן הואיל ואמרה

תורה

תורה תן תפילין ביד תן תפילין בראש.
מה בראש על נובה של ראש. אף ביד על
נובה של יד. רבי אליעזר אומר על ידך על
נובה של יד. אתה אומר על גובה של יד.
או אינו אלא על יד כמשמעו. תלמוד
לומר והיה לך לאות על ידכה לך לאות
ואינה אות לאחרים. רבי יצחק אומר על
נובה של יד. או אינו אלא על ידכה
כמשמעו. תלמוד לומר ושמתם את דברי
אלה על לבבכם לא אמרתי אלא דבר
שהוא מכוון כנגד הלב. ואיזהו מכוון כנגד
הלב. זה גובה של יד. על ידכה
זה [שמאל. אתה אומר זה שמאל:
או אינו אלא ימין אף על פי שאין
ראיה לדבר זכר לדבר. שנאמר אף
ידי יסדה ארץ וימיני טפחה שמים ונומר
ואומר ידה ליתד תשלחנה ונומר. הא אינו
יד בכל מקום אלא שמאל. רבי יונתן אומר
וקשרתם וכתבתם מה קשירה בימין אף
כתיבה בימין. אבא יוסי אומר מצינו
שהימין קרויה יד. אף על פי שאין ראיה
לדבר זכר לדבר שנאמר וישלח ישראל את
יד ימינו. ומה תלמוד לומר על ידך להביא
את הגידם שיהא נותן בימין. והיה לך
לאות על ידך כל זמן של יד ביד. תן את
של ראש בראש. מכאן אמרו מצות תפילין
כשהוא נותן. נותן של יד. ואחר כך נותן
של ראש. וכשהוא חולץ חולץ את של
ראש ואחר כך של יד. בין עיניך על גובה
של ראש. אתה אומר גובה של ראש או
אינו אלא בין עיניך בשמועו תלמוד לומר
בנים אתם ליהוה אלהיכם ונומר מה בעיניכם
האמור להלן על נובה של ראש אף בין
עיניך גובה של ראש. רבי יהודה אומר
הואיל ואמרה תורה תן תפילין ביד תן
תפילין בראש. מה ביד מקום שהוא ראוי
להטמא בנגע אף בראש מקום שהוא ראוי
להטמא בנגע. למען תהיה תורת יהוה
בפיך. למה נאמר לפי שנאמר והיה לך
לאות שומע אני אף הנשים כמשמע והדין
נותן הואיל ומזוזה מצות עשה ותפילין
מצות אם למדת על מזוזה שהיא נוהגת
בנשים כבאנשים יכול אף תפילין נהגו בנשים
כבאנשים תלמוד לומר למען תהיה תורת
יהוה בפיך. לא אמרתי אלא שהוא חייב
בתלמוד תורה. מכאן אמרו הכל חייבין
בתלמוד תורה חוץ מנשים ועבדים. מיכל
בת כושי היתה מנחת תפילין. אשתו של
יונה היתה עולה לרגלים. טבי עבדו של
רבן גמליאל היה מניח תפילין. ולזכרון בין
עיניך. למען תהיה תורת יהוה בפיך. מכאן
אמרו המניח תפילין כאלו קורא בתורה
וכל הקורא בתורה פטור מן התפילין.
ושמרת את החקה הזאת למועדה למה
נאמר לפי שנאמר ושמרת את החקה והיה
לך לאות על ידך. שומע אני את הקטנים.
והדין נותן הואיל ומזוזה מצות עשה
ותפילין מצות עשה. אם למדת על מזוזה
שהוא נוהג בקטנים כבגדולים יכול אף
תפילין ינהגו בקטנים כגדולים. תלמוד לומר
ושמרת את החוקה הזאת לא אמרתי אלא
במי שיודע לשמור תפילין מכאן אמרו קטן
היודע לשמור תפילין הרי הוא עושה לו תפילין.

Et erit tibi in signum. Involutio una, quæ contineat quatuor sectiones: Et ratio persuadet: Quoniam dixit lex: Impone Tephilin manui, impone Tephilin capiti, sicut in capite quatuor Totaphoth, ita pariter in manu quatuor Totaphoth: Idcirco dictum est: & *erit tibi in signum super manum tuam*. Una involutio, quæ contineat quatuor sectiones. Crederem, sicut una fuit involutio in manu, ita pariter unam fuisse in capite involutionem? & ratione potest probari; quoniam dixit lex; impone Tephilin manui, & impone Tephilin capiti, sicut in manu una involutio, ita pariter in capite una involutio. Idcirco dicum est: לטוטפות לטוטפות; Ecce memorantur quatuor Totaphoth: Aut faciendæ sunt quatuor cellulæ, quæ contineant quatuor sectiones: Idcirco dictum est: *In memoriale inter oculos tuos*: Una cellula, quæ contineat quatuor sectiones. *Super manum tuam*: Super summitatem manus; Aut non erit nisi super manum juxta sensum literalem; Et ratione probari potest; quoniam dixit lex: Impone Tephilin manui, impone Tephilin capiti; sicut in capite in summitate capitis, ita pariter in manu in summitate manus; R. Elieser dicit: *Super manum tuam*: In summitate manus: Tu dicis in summitate manus; Aut non erit nisi super manum juxta sensum literalem. Idcirco dictum est: *Et erit tibi in signum super manum tuam*: *Tibi* in signum, non autem in signum aliis. R. Isaach dicit: In summitate manus; Aut non erit nisi *super manum tuam*, juxta sensum literalem: Idcirco dictum est: *Et ponetis verba hæc super cordibus vestris*: Non dixi nisi rem, quæ directe sit e regione cordis. Et quænam est, quæ directe est e regione cordis? Hæc est summitates manus: *Super manum tuam*: Hæc est sinistra; tu dicis quod sit sinistra; Aut non erit nisi dextra; Licet non sit rei demonstratio, tamen est rei memoriale; dictum est enim *Isai.* XLVIII. 13. *Manus quoque mea fundavit terram, & dextra mea emensa est cœlos &c.* Pariterque dictum est: *Manum misit ad clavem* ecce manus ubique non est nisi sinistra. R. Jonatham dicit: *Et ligabitis ea, & scribetis ea*. Sicut ligatio fiebat dextra, ita pariter scriptio fiebat dextra. Aba Jose dicit: Reprehendimus, quod manus vocetur dextra; licet non sit rei demonstratio, tamen est rei memoriale: Dictum est enim: *Et immisit Israel manum dextram suam*: Et cur dictum est: *Super manum tuam?* Ad includen-

dendum enervatum, quod induere debeat in dextra: *Et erit tibi in signum super manum tuam*: Quando Tephilin manus erunt in manu, impone Tephilin capitis capiti: Hinc dixerunt; præceptum est, quando induit Tephilin, induet Tephilin manus, & postea induet Tephilin capitis, & quando exuit, exuet Tephilin capitis, & postea exuet Tephilin manus: *Inter occulos tuos*: In summitate capitis: Tu dicis in summitate capitis; aut non erit *inter oculos tuos* nisi juxta sensum literalem: Idcirco dictum est: *Filii vos Domino Deo vestro &c.* Sicut בעיניכם quod ibi dicitur in summitate capitis; ita pariter בין עיניך quod hic dicitur in summitate capitis. R. Jehuda dicit: Quoniam dixit lex: Impone Tephilin manui, impone Tephilin capiti; Sicut in manu intelligitur locus, qui sit conveniens immunditiei plagæ lepræ, ita pariter in capite intelligitur locus, qui sit conveniens immunditiei plagæ lepræ: *Ut sit lex Domini in ore tuo*: Cur dictum est? Quia dictum est: *Et erit tibi in signum*: Crederem comprehendi vel fœminas? & ratione probari potest: Quoniam Mezuza est præceptum affirmativum, & Tephilin præceptum affirmativum; Si docuisti de Mezuza, quæ observatur tam a viris quam fœminis, crederem Tephilin observandos tam a viris quam a fœminis? Idcirco dictum est: *Ut sit lex Domini in ore tuo*: Non dixi nisi de illo, qui obligatur ad studium legis: Hinc dixerunt: Omnes obligantur ad studium legis, exceptis fœminis, & servis: Michol filia Cusci induebat Tephilin; Uxor Jona adscendebat ad solemnitates; Tabi servus Raban Gamaliel induebat Tephilin. *Et in memoriale inter oculos tuos ut sit lex Domini in ore tuo*: Hinc dixerunt; Qui induit Tephilin considerator perinde ac legat in lege; & qui legit in lege, absolvitur a Tephilin. *Et custodies statutum hoc in tempore suo*: Cur dictum est. Quia dictum est: *Et custodies statutum hoc, & erit tibi in signum super manum tuam*. Crederem comprehendi vel minorennes? Et ratione probari potest: Quoniam Mezuza est præceptum affirmativum, & Tephilin præceptum affirmativum; Si docuisti de Mezuza, quod observatur tam a majorennibus, quam a minorennibus; crederem vel Tephilin observandos esse tam a majorennibus, quam a minorennibus? Idcirco dictum est: *Et custodies statutum hoc*; Non dixi nisi de illo, qui sciat custodire Tephilin; Hinc dixerunt; Si parvulus sciat custodire Tephilin, faciendi illi erunt Tephilin. Et in *Siphri* 33. col. 3.

וקשרתם אילו בקשירה. ואין ויאמר בקשירה שהיה בדין ומה אם קדש לי והיה כי יביאך שאינו בשינון הרי הם בקשירה. ויאמר שהם בשינון אינו דין שיהא בקשירה תלמוד לומר וקשרתם אילו בקשירה ואין ויאמר בקשירה ועדין אני אומר והרי קדש לי והיה כי יביאך שקידמו מצות אחרות הרי הם בקשירה. עשרת הדיברות שלא קידמום מצות אחרות אינו דין שיהו בקשירה. הא אמרת קל וחומר אם ויאמר שהוא בשינון אינו בקשירה עשרת הדיברות שאינן בשינון אינו דין שלא יהיו בקשירה. והרי קדש לי והיה כי יביאך יוכיח שאינן בשינון והרי הם בקשירה. יכול עשרת הדברות שאף על פי שאינן בשינון יהו בקשירה תלמוד לומר וקשרתם אילו בקשירה ואין עשרת הדיברות בקשירה. וקשרתם לאות על ידך כרך אחד של ארבע טוטפות שהיה בדין הואיל ואמרה תורה תן תפילין ביד ותן תפילין בראש מה בראש ארבע טוטפות. אף ביד ארבע טוטפות. טוטפות הרי ארבע. או נעשה ארבעה כיסים של ארבע טוטפות תלמוד לומר וקשרתם לאות על ידך. כיס אחד של ארבע טוטפות. על ידך בגובה שביד. אתה אומר בגובה של יד או אינו אלא על ידיך כמשמעו. והדין נותן הואיל ואמרה תורה תן תפילין ביד ותן תפילין בראש מה תפילין שבראש בגובה שבראש אף תפילין שביד בגובה שביד. רבי אליעזר אומר על ידך בגובה של יד אתה אומר בגובה של יד או אינו אלא על יד ממש תלמוד לומר והיה לך לאות על ידך לך לאות ולא לאחרים לאות. רבי יצחק אמר על ידך בגובה של יד אתה אומר בגובה של יד או אינו אלא על יד כמשמעו תלמוד לומר והיו הדברים האלה על לבבך דבר שכנגד לבך. ואיזה זה גובה שביד. דבר אחר על ידך זה שמאל. אתה אומר זה שמאל. או אינו אלא ימין. אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר. ידה ליתר תשלחנה וימינה להלמות עמלים והלמה סיסרא מחקה ראשו ומחצה וחלפה רקתו. הא למדת שאין יד האמורה בכל מקום אלא שמאל. רבי נתן אומר וקשרתם וכתבתם. מה כתיבה בימין אף קשירה בימין. רבי יוסי אומר מצינו שאף ימין קרויה יד שנאמר וירא יוסף כי ישית אביו יד ימינו על ראש אפרים וירע בעיניו ויתמוך יד אביו להסיר אותה מעל ראש אפרים על ראש מנשה. אם כן מה תלמוד לומר ידך להביא הנידם שיהא נותן בימין. וקשרתם לאות על ידך והיו לטוטפות בין עיניך כל זמן של יד ביד תן של ראש בראש. מכאן אמרו כשנותן תפילין נותן של יד תחילה ואחר כך של ראש. וכשהוא חולץ חולץ את של ראש תחילה. ואחר כך חולץ של יד. בין עיניך. בגובה של ראש או אינו אלא בין עיניך כמשמעו והדין נותן הואיל ואמרה תורה תן תפילין ביד ותן תפילין בראש. מה ביד מקום שהוא ראוי ליטמא בנגע אחד אף בראש מקום שהוא ראוי ליטמא בנגע אחד.

Et

Et alligabitis? Hæc ſunt alliganda*;* at ויאמר non erit alligandum & ratione probari poteſt: Si קרש כי והיה כי יביאך quod non eſt commutandum ecce eſt alligandum; ויאמר quod eſt commutandum non erit æquum ut ſit alligandum? Idcirco dictum eſt: *Et alligabis ea:* Iſta ſunt alliganda; at ויאמר non eſt alligandum. Atqui etiam ego dico: Ecce קדש לי והיה כי יביאך, quæ præcedunt reliqua præcepta, ecce eſt alligandum. Decalogus quem non præcedunt reliqua præcepta non erit æquum ut ſit alligandus? Dixiſti*?* eſt argumentum a minori ad majus; Si ויאמר quod erat commutandum non erat alligandum; Decalogus, qui non erat commutandus non erit æquum, quod non ſit alligandus. Atqui קדש לי והיה כי יביאך probet, quod non erat commutandum & erat alligandum. Crederem decalogum, licet non ſit commutandum fuiſſe alligandum? Idcirco dictum eſt*: Et alligabis ea*: Hæc erant alliganda, at Decalogus non erat alligandus: *Et alligabis ea in ſignum ſuper manum tuam*. Involutio una, quæ contineat quatuor ſectiones: Quod probari poteſt argumento: quoniam dicit lex: Impone Tephilin manui, & impone Tephilin capiti; ſicut in capite quatuor Totaphoth, ita pariter in manu quatuor Totaphoth: Idcirco dictum eſt*: Et alligabis ea in ſignum ſuper manum tuam*: Involutio una, quæ contineat quatuor Totaphoth: טוטפות טוטפות ecce quatuor*:* Aut conficiendæ erant quatuor cellulæ, quæ contineant quatuor Totaphoth. Idcirco dictum eſt: *Et alligabis ea in ſignum ſuper manum tuam*. Cellula una, quæ contineat quatuor Totaphoth. *Super manum tuam*. In ſummitate manus: Tu dicis in ſummitate manus: Aut non erit: *Super manum tuam*: niſi juxta ſenſum literalem. Et ratione probari poteſt. Quoniam dixit lex. Impone Tephilin manui, impone Tephilin capiti; Sicut Tephilin capitis in ſummitate capitis, ita pariter Tephilin manus in ſummitate manus. R. Elieſer dicit: *Super manum tuam*. In ſummitates manus. Tu dicis in ſummitate manus; Aut non erit, niſi ſimpliciter ſuper manum. Idcirco dictum eſt*: Et erit tibi in ſignum ſuper manum tuam*; *Tibi* in ſignum, at non aliis in ſignum: R. Iſaach dicit*: Super manum tuam:* In ſummitate manus. Tu dicis in ſummitate manus; aut non erit niſi ſuper manum juxta ſenſum literalem. Idcirco dictum eſt: *Et erunt verba iſta ſuper cor tuum*: Quod ſit e regione cordis tui: Et quodam eſt? Summitas manus. Alia expoſitio: *Super manum tuam*: Hæc eſt ſiniſtra; Tu dicis eſſe ſiniſtram; aut non erit niſi dextra: Licet non ſit rei demonſtratio, tamen eſt rei memoriale: *Manum ſuam miſit ad clavum, & dextram ad fabrorum malleos, percuſſitque Siſaram quærens in capite vulneri locum, & tempus valde perforans*: ecce didiciſti, quod manus ubicumque dicta non ſit niſi ſiniſtra: R. Nathan dicit: *Et alligabis ea, & ſcribes ea*: Sicut ſcriptio manu dextra, ita pariter alligatio dextra. R. Joſe dicit: Deprehendimus, quod etiam dextra vocetur manus: Dictum eſt enim *Geneſ.* XLVIII. 27. *Videns autem Joſeph quod poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraim, graviter accepit, & apprehenſam manum patris levare conatus eſt de capite Ephrain, & tranſerre ſuper caput Manaſſe*. Si ita eſt, cur dictum eſt: *Super manum tuam?* Ad includendum enervatum quod debeat imponere dextræ: *Et alligabis ea in ſignum ſuper manum tuam*; *& erunt in Totaphoth inter oculos tuos*: Quando imponis Tephilin manus manui, impones Tephilin capitis capiti: Hinc dixerunt: Quando imponit Tephilin, imponet a principio Tephilin manus, & poſtea Tephilin capitis; & quando exuet, exuet prius Tephilin capitis, & poſtea Tephilin manus*: Inter oculos tuos*: In ſummitate capitis*;* At non erit inter oculos tuos niſi juxta ſenſum literalem*;* & ratione probari poteſt: Quoniam dicit lex. Impone Tephilin manui, & impone Tephilin capiti: Sicut in manu in loco, qui ſit conveniens, qui polluatur una plaga lepræ; ita pariter in capite in loco, qui ſit conveniens, ut polluatur una plaga lepræ. *Peſichtha* fol. 69. col. I. וקשרתם לאות על ידך כרך אחר של ארבע טוטפות. לאות. יצאו שבתות וימים טובים שהן אות ואין צריכין אות. על ידך. על יד שמאל . וכן הוא אומר ידה ליתד תשלחנה וימינה להלמות עמלים. והיו לטוטפות בין עיניך בגובה שבראש. כדמפורש במסכת מנחות ובפרשת והיה כי יביאך. *Et alligabis ea in ſignum ſuper manum tuam*: Una involutio, quæ contineat quatuor ſectiones*: In ſignum*: Excluduntur Sabbatha, & dies feſti, qui ſunt ſignum, & non opus habent ſigno. *Super manum tuam*: In ſummitate manus: *Super manum tuam:* Super manum ſiniſtram; & ſic dictum eſt*: Manum ſuam miſit ad clavum, & dextram ad fabrorum malleos*. *Et erunt in Totaphoth inter oculos tuos*. In ſummitate capitis, ſicut exponitur in Maſſecheth *Menachoth*, & in ſectione, quæ inſcribitur. *Et erit*, *quando introduxerit*

te,

te . *Gemara Menachoth* 36. col. 2.
תנו רבנן ידך זו שמאל אתה אומר שמאל
או אינו אלא ימין תלמוד לומר אף ידי
יסדה ארץ וימיני טפחה שמים ואומר ידה
ליתד תשלחנה וימינה להלמות עמלים
ואומר למה תשיב ידך וימינך מקרב חיקך
כלה רבי יוסי החורם מצינו ימין שנקרא יד
שנאמר וירא יוסף כי ישית אביו יד ימינו
איקרי יד סתמא לא איקרי רבי נתן אומר
אינו צריך הרי הוא אומר וקשרתם וכתבתם
מה כתיבה בימין אף קשירה בימין וכיון
דקשירה בימין הנחה בשמאל היא ורבי יוסי
החורם הנחה דבשמאל מנא ליה נפקא
ליה מהיכא דנפק ליה לרבי נתן רב אשי
אמר מידכה כתב בהי כהה אמר ליה רבי
אבא לרב אשי ואימא ידך שבכח אמר
ליה מי כתב בחית כתנאי ידכה בהי זו
שמאל אחרים אומרים ידך לרבות את
הגידם תנו רבנן איטר מניח תפילין בימינו
שהוא שמאלו והתניא מניח בשמאלו שהוא
שמאלו של כל אדם אמר אביי כי תניא
ההיא בשולט בשתי ידיו תנא דבי מנשה
על ידך זו קיבורת בין עיניך זו קדקד היכא
אמרי דבי רבי ינאי מקום שמוחו של תינוק
רופס בעא מיניה פלימו מרבי מי שיש לו
שני ראשים באיזה מהן מניח תפילין אמר
ליה או קום גלי או קבל עלך שמתא
אדהכי אתא ההוא גברא אמר ליה
יתיאליד לי ינוקא דאית ליה תרי רישי
כמה בעינו למיתב לכהן אתא ההוא סבא
תנא ליה חייב ליתן לו עשר סלעים איני
והתני רמי בר חמא מתוך שנאמר פדה
תפדה את בכור האדם שומע אני אפילו
נטרף בתוך שלשים תלמוד לומר אך חלק
שני הכא דבגולגולת תלא רחמנא אמר
מר ידך זו קיבורת מנלן דתנו רבנן על ידך
זו גובה שביד אתה אומר זו גובה שביד או
אינו אלא על ידך ממש אמרה תורה הנח
תפילין ביד והנח תפילין בראש מה להלן
בגובה שבראש אף כאן בגובה שביד רבי
אליעזר אומר אינו צריך הרי הוא אומר
והיה לך לאות לך לאות ולא לאחרים לאות
רבי יצחק אומר אינו צריך הרי הוא אומר
ושמתם את דברי אלה על לבבכם וקשרתם
שתהא שימה כנגד הלב רבי חייא ורב
אויא מכוין ומנח ליה להדי ליביה רב אשי
הוה יתיב קמיה דאמימא הוה צרייא בידיה
וקא מתחזיין תפילין אמר ליה לא סבר לה
מר לך לאות ולא לאחרים לאות אמר ליה
במקום לך לאות איתמר נובה שבראש מנלן
דתנו רבנן בין עיניך זו גובה שבראש אתה
אומר זה גובה שבראש או אינו אלא בין
עיניך ממש נאמר כאן בין עיניך ונאמר
להלן לא תשימו קרחה בין עיניכם למת מה
להלן בגובה שבראש מקום שעושה קרחה
אף כאן בגובה של ראש מקום שעושה
קרחה רבי יהודה אומר אינו צריך אמרה
תורה הנח תפילין בראש מה להלן במקום
הראוי ליטמא בנגע אחד אף כאן במקום
הראוי ליטמא בנגע אחד לאפוקי בין עיניך
דאיכא בשר ושיער לבן ואיכא נמי שיער
צהוב: Tradiderunt ſapientes : *Manum tuam*: Hæc eſt ſiniſtra ; tu dicis , quod ſit ſiniſtra, at non erit niſi dextra: Idcirco dictum eſt : *Manus quoque mea fundavit terram* , *& dextra mea menſa eſt cœlos*: Pariterque dictum eſt : *Manum ſuam miſit ad clavum & dextram ad fabrorum malleos* : Pariterque dictum eſt: *Ut quid avertis manum tuam & dextram tuam de medio ſinu tuo in finem?* R. Joſe ſimus. Invenimus, quod dextra vocetur manus : Dictum eſt enim ; *Et vidit Joſeph*, *quod poſuiſſet pater ſuus manum ſuam dextram*. Manus dextra vocatur manus abſolute non vocatur. R. Natham dicit : Non eſt neceſſe : Ecce dictum eſt : *Et alligabis ea*, *& ſcribes ea :* Sicut ſcriptio dextra , ita pariter alligatio dextra , & quoniam alligatio fit in dextra indutio, fuerit in ſiniſtra. R. Joſe ſimus , quod indutio fiat in ſiniſtra, unde probat? Hinc probat juxta mentem R. Natham. R. Aſſe dicit : מירכה ſcriptum eſt cum He quod ſit manus inferior. Dixit R. Aba ipſi R. Aſſe; & dicam ידכה in quo ſit robur : Nam ſcriptum eſt cum Cheth juxta hos doctores. ידכה cum He ſcriptum eſt ; Hæc eſt ſiniſtra: Alii dicunt : *Manum tuam* : Ad includendum enervatum: Alia traditio: Sicui non fuerit brachium, abſolvitur a Tephilin : Alii dicunt : ידכה ad includendum enervatum. Tradiderunt ſapientes: Ambidexter poterit induere Tephilin dextra ſua, quæ eſt ſua ſiniſtra : Atqui extat traditio : Induet ſiniſtra ſua , quæ eſt ſiniſtra omnium hominum: Dicit Abaje : Sic extat traditio de eo qui dominatur ambabus manibus ; Docet Schola Menaſſe ; *Super manum tuam* : Hic eſt calamus brachii : *Inter oculos tuos* : Hic eſt vertex . Sunt qui dicunt, quod Schola R. Janai dicat : Locus ubi cerebrum pueri molle eſt . Quæſivit Pelimo ex Rabi : Si cui ſint duo capita, in quod eorum ponet Tephilin? Reſpondit illi : Aut ſurgens manifeſta , aut accipe ſuper te anathema : Iterum venit iſte vir dicens illi : Si naſcatur mihi puer, qui habeat duo capita, quantum dandum erit Sacerdoti? Venit iſte ſenex & docuit : Debet illi dare decem ſiclos. Itane? Atqui docet Rame bar Chama : Quoniam dictum eſt : *Redimendo redimes primogenitum hominis*. Crederem vel ſi fieret diſcerptum intra triginta dies? Idcirco dictum eſt : *Tantummodo*. Diſtinguit duo: Hinc capita reſpicit textus . Dicit Mor: *Manum tuam*. Quod iſte ſit calamus brachii unde probatur? Tradiderunt ſapientes: *Super manum tuam*: Hæc eſt ſummitas, quæ eſt in manu : Tu dicis , quod ſit ſum-

mi-

mitas, quæ eſt in manu, aut non erit: *Super manum tuam* niſi abſolute. Dicit textus: Indue Tephilin in manu, & indue Tephilin in capite; Sicut ibi in ſummitate capitis, ita pariter hic in ſummitate manus. R. Elieſer dicit: Non eſt neceſſe. Ecce jam dictum eſt: *Et erit tibi in ſignum. Tibi* in ſignum non autem in ſignum aliis. R. Iſaach dicit: Non eſt neceſſe. Ecce jam dictum eſt: *Et ponetis verba hæc ſuper cordibus veſtris, & alligabitis*; Ut ſit collocatio e regione cordis: R. Chijah, & R. Hujah Bar R. Hujah: Ut ponat directe e regione cordis: R. Aſſe aſſidebat coram Amima; erat fiſſura plagæ in manu ſua, & ibi conſpiciebantur Tephilin: Dixit: Non? Putat Mor: *Tibi in ſignum*; at non aliis in ſignum. In quo loco *tibi in ſignum*? Dicendum eſt in ſummitate capitis; Unde probatur quod tradiderunt Sapientes: *Inter oculos tuos*? Hoc eſt in ſummitatis capitis; Tu dicis, quod hæc ſit ſummitas capitis, aut non erit *inter oculos tuos* niſi abſolute. Dictum eſt hic *inter oculos tuos*: Et dictum eſt ibi: *Non ponetis calvitium inter oculos veſtros pro mortuo*; Sicut ibi in ſummitate capitis in loco ubi ſit calviſium, ita pariter hic in loco ubi ſit calvitium. R. Jehuda dicit: Non eſt neceſſe: Dixit lex: Indue Tephilin in manu, & indue Tephilin in capite; Sicut ibi intelligitur de loco, qui ſit conveniens, ut polluatur una plaga, ita pariter hic de loco, qui ſit conveniens, ut polluatur una plaga, ad excludendum *inter oculos tuos*, ut ſit caro, & pilus albus, & ſit etiam pilus flavus. *Maimonides* loc. cit. cap. IV. היכן מניחין תפילין של ראש מניחין אותם על הקרקר שהוא סוף השיער שכנגד הפנים והוא המקום שמוחו של תינוק רופס בו וצריך לכוין אותם באמצע כרי שיהיו בין העינים ויהיה הקשר בגובה העורף שהוא סוף הגלגלת . ושל יד קושר אותה על שמאלו על הקיבורת והוא הבשר התופח שבמרפק שבין פרק הכתף ובין פרק הזרוע שנמצא כשהוא מרבק מרפקו לצלעו תהיה תפלה כנגר לבו ונמצא מקיים והיו הדברים האלה ונומר על לבבך: המניח תפילה של של יד על פס ידו או של ראש על מצחו הרי זה דרך מינות. Quando induunt Tephilin capitis, induent ſuper vertice, ubi eſt extremitas comæ, quæ eſt e regione faciei, & eſt locus ubi cerebrum pueri malle eſt; & neceſſe eſt ut aptentur in medio, ut ſint inter oculos, & nodus in ſummitate cervicis quæ eſt extremitas cranii. Et phylacterium manus alligabit ſiniſtræ ſuper calamo brachii, & eſt caro craſſa quæ eſt in axilla; quæ eſt inter juncturam humeri & inter juncturam brachii; ita ut deprehendatur, quando adhæret axilla coſtis, quod ſit phylacterium e regione cordis ſui; & deprehenditur, quod obſervetur: *Et erunt verba hæc &c. Super cor tuum*. Si quis imponat phylacterium manus volæ manus, aut phylacterium capitis fronti, hæc ut conſuetudo hæretica.

II. Phylacteria diebus profeſtis & interdiu ſunt induendi. *Mechilta* loc. cit. ושמרת את החקה הזאת . זו חוקת תפילין אתה אומר או אינו אלא חוקת המצורת אמרת במי הענין מדבר בתפילין. מימים ימימה למה נאמר לפי שהוא אומר והיה לך לאות שומע אני אף הלילות במשמע והדין נותן הואיל ומזוזה מצות עשה ותפילין מצות עשה. אם למרת על מזוזה שנוהגת בלילות כבימים יכול אף תפילין נוהגים בלילות כבימים תלמוד לומר מימים ימימה בימים אתה נותן ולא בלילות . רבר אחר מימים ימימה למה נאמר לפי שהוא אומר והיה לך לאות שומע אני אף שבתות וימים טובים במשמע . והרין נותן הואיל ומזוזה מצות עשה ותפילין מצוח עשה אם למרת על מזוזה שנוהגת בשבתות ובימים טובים יכול אף תפילין ינהגו בשבתות ובימים טובים תלמור לומר מימים ימימה . יצאו שבתות וימים טובים. רבי יאשיה אומר מימים ימימה . הואיל ומזוזה מצות עשה . ותפילין מצות עשה . אם למרת על מזוזה שנוהגת בשבתות ובימים טובים · יכול אף תפילין כן תלמוד לומר מימים ימימה. יש ימים שאתה נותן ויש ימים שאין אתה נותן יצאו שבתות וימים טובים . רבי יצחק אומר הואיל ושברת קרויה אות . לא יתן אות בתוך אות או יתן אות לתוך אות . אמרת תרחה שבת שחייבין עליה כרת ומיתת בית רין. לתפילין שאינן חייבין עליו לא כרת ולא מיתת בית רין רבר אחר מימים ימימה מגיר שארם צריך לברוק את התפילין אחת לשנים עשר חרש נאמר כאן מימים ימימה . ונאמר להלן ימים תהיה גאולתו. מה ימים האמור להלן אין פחות משנים עשר חרש אף ימים האמורים כאן אין פחות משנים עשר חרש רברי רבי בית הלל בית שמאי אומרים אינו צריך לברקן עולמית. שמאי הזקן אומר אלו תפילין של אבי אימה: *Et cuſtodies ſtatutum hoc*: Hoc eſt ſtatutum Tephilin; Tu dicis eſſe ſtatutum Tephilin, aut non erit niſi ſtatutum azymorum. Dixiſti? De quo ſubjecto agitur? De Tephilin: *De die in diem*: Cur dictum eſt? Quia dictum eſt: *Et erit tibi in ſignum*. Crederem vel noctibus juxta ſenſum literalem? Et ratione probari poteſt; quoniam Mezuza eſt præceptum affirmativum, & Tephilin præceptum affirmativum; ſi percepiſti de Mezuza, quod obſervetur tam noctu, quam interdiu,

etiam

etiam Tephilin erunt obſervandi tam noctu, quam interdiu. Idcirco dictum eſt: *De die in diem:* Interdiu, tu indues, at non noctu: Alia eſpoſitio. *De die in diem:* Cur dictum eſt? Quia dictum eſt*: Et erit tibi in ſignum*. Crederem (vel Sabbathis, & diebus feſtis juxta ſenſum literalem? Et ratione probari poteſt: Quoniam Mezuza eſt præceptum affirmativum, & Tephilin præceptum affirmativum; Si percepiſti de Mezuza, quod obſervetur Sabbathis, & diebus feſtis, crederem vel Tephilin fuiſſe obſervandos Sabbathis, & diebus feſtis? Idcirco dictum eſt: *De die in diem*. Excluduntur Sabbatha, & dies feſti. R. Joſia dicit: *De die in diem*. Quoniam Mezuza eſt præceptum affirmativum, & Tephilin præceptum affirmativum; Si percepiſti de Mezuza, quod obſervetur Sabbathis, & diebus feſtis, crederem vel Tephilin? Idcirco dictum eſt: *De die in diem*. Alia expoſitio*: De die in diem*: Sunt dies, quibus indues, & ſunt dies, quibus non indues; excluduntur Sabbatha & dies feſti: R. Iſaach dicit: Quoniam, Sabbathum vocatur ſignum, & Tephilin vocantur ſignum. Non pones ſignum in ſigno; an pones ſignum in ſigno? Dixiſti? Rejicitur Sabbathum, cujus cauſa tenentur excidio, & morte infligenda per Synhedrim, ex Tephilin, quorum cauſa non tenentur excidio, neque morte infligenda per Synhedrim: Alia expoſitio: *De die in diem:* Oſtendit, quod homo debeat explorare Tephilin ſemel duodecimo quoque menſe: Dictum eſt hic: *De die in diem*; & dictum eſt: *Diebus erit ejus redemtio*: Sicut dies ibi memorati non ſunt pauciores duodecim menſibus, ita pariter dies hoc loco memorati non erunt pauciores duodecim menſibus; verba ſcholæ Hillel: Schola Schamai dicit; Non ſunt umquam explorandi: Schamai ſenior dicebat. Iſti ſunt Tephilin patris matris meæ. *Gemara Menacoth* 36. תנו רבנן תפילין מאימתי מברך עליהם משעת הנחתן כיצד היה משכים לצאת לדרך ומתיירא שמא יאבדו מניחן וכשיגיע זמן ממשמש בהן ומברך עליהם ועד מתי מניחן עד שתשקע החמה רבי יעקב אומר עד שתכלה רגל מן השוק וחכמים אומרים עד זמן שינה ומודים חכמים לרבי יעקב שאם חלצן לצאת לבית הכסא או ליכנס לבית המרחץ ושקעה חמה שוב אינו חוזר ומניחן אמר רב נחמן הלכה כרבי יעקב רב חסדא ורבה בר רב הונא מצלו בהו באורתא איכא דאמרי והא אין הלכה כרבי יעקב והא רב חסדא ורבה בר רב הונא מיצלו בהו באורתא וזה הלכה ומי אמר רבה בר רב הונא הכי קאמר אמר רבה בר רב הונא ספק חשיכה ספק לא חשיכה לא חולץ ולא מניח הא ודאי חשיכה חולץ החם בערב שבת איתמר מאי קסבר אי קסבר לילה זמן תפילין שבת נמי זמן תפילין אי קסבר שבת לאו זמן תפילין לילה נמי לאו זמן תפילין דמהיכא דממעטא שבת מהתם ממעטי לילות דתניא ושמרת את החוקה הזאת למועדה מימים ימימה ולא לילות מימים ולא כל ימים פרט לשבתות וימים טובים דברי רבי יוסי הגלילי רבי עקיבא אומר לא נאמרה חוקה זו אלא לפסח בלבד ורבי יוסי נפקא ליה מהיכא דנפקא ליה לרבי עקיבא דתניא רבי עקיבא אומר יכול יניח אדם תפילין בשבתות ובימים טובים תלמוד לומר והיה לך לאות על ידך ולטוטפות בין עיניך מי שצריכין אות יצאו שבתות וימים טובים שהן גופן אות אמר רבי אליעזר כל המניח תפילין אחר שקיעת החמה עובר בעשה ורבי יוחנן אמר עובר בלאו לימא ברבי אבין אמר רבי אילא קא מיפלגי דאמר רבי אבין אמר רבי הילא כל מקום שנאמר השמר פן ואל אינו אלא לא תעשה דמר אית ליה דרבי אבין ומר לית ליה דרבי אבין לא דכולי עלמא אית להו דרבי אבין אמר רבי אילא והכא בהא קא מיפלגי מר סבר השמר דלאו לאו והשמר דעשה עשה ומר סבר השמר דעשה נמי לאו ואמר רבי אליעזר ואם לשמרן מותר ואמר רבינא הוה יתיבנא קמיה דרב אשי וחשך והניח תפילין ואמינא ליה לשמרן קא בעי להו מר ואמר לי אין וחזיתיה לדעתיה דלאו לשמרן הוא בעי קסבר הלכה ואין מורין כן אמר רבה בר רב הונא חייב אדם למשמש בתפילין בכל שעה קל וחומר מציץ ומה ציץ שאין בו אלא אזכרה אחת אמרה תורה והיה על מצחו תמיד שלא תסיח דעתו ממנו תפילין שיש בהן אזכרות הרבה על אחת כמה וכמה: Tradiderunt Sapientes Tephilin quando benedicit? A tempore quo induit. Quomodo? Si ſummo mane ſurgens, ut egrediatur ad iter, timens ne forte perdantur, induet; & quando pervenit tempus, quo iis utatur, ſuper illis benedicet. Et quandiu induet? Donec occidat ſol. R. Jacob dicit: Donec ceſſet pes a foro. Et ſapientes dicunt uſque ad tempus dormitionis; & conſentiunt ſapientes cum R. Jacob; ſi eos exuat, ut ſe confert in latrinam, aut in balneum, & occidat ſol, eos amplius non induet; Dicit R. Nachman: Conſtitutio juxta mentem R. Jacob: R. Chaſda, & Raba bar R. Huna orabant in veſpera. Alii dicunt quod conſtitutio non ſit juxta mentem R. Jacob: & ecce R. Chaſda, & Raba bar R. Huna orabant in veſpera: & hæc eſt controverſia: Quid dicit Raba bar R. Huna? Si fuerit dubium utrum obortæ fuerint tenebræ nec ne; non exuet, ne-

neque induet; si certum sit, quod sint tenebræ; exuet: Ibi agitur in vespera Sabbathi, quod dicitur. Quid putat? Si putat noctem esse tempus Tephilin, Sabbatum quoque erit tempus Tephilin. Si putat, Sabbathum non esse tempus Tephilin, ne nox quidem erit tempus Tephilin. Unde excluditur Sabbathum, inde excluduntur noctes: Etenim scriptum est: *Et custodies statutum hoc in statuto tempore suo de die in diem*. Diebus non noctibus: *De die* non cunctis diebus. Excludit Sabbatha & dies festos; verba R. Jose Galilæi. R. Akiba dicit: Non memoratum est hoc nisi pro Paschate duntaxat: Et R. Jose probat unde probat R. Akiba. Etenim extat traditio: R. Akiba dicit: Crederem possit hominem induerem Tephilin Sabbathis & diebus festis? Idcirco dictum est: *Et erit in signum super manum tuam, & in Totaphoth inter oculos tuos:* Comprehenditur id, cui necessarium ut signum, excluduntur Sabbatha, & dies festi, qui ipsimet sunt signum: Dicit R. Eliesér. Qui induit Tephilin post occasum solis transgreditur præceptum affirmativum; & R. Jochanan dicit: Transgreditur præceptum negativum. Dicendum ne est juxta mensem R. Abin? Dicit R. Ela: In hoc consistit, controversia. Etenim dicit R. Abin; dicit R. Ela; Ubicunque dictum est: השמר פן ואל non sit nisi præceptum negativum. Mor consentit cum R. Abin, & Mor non consentit cum R. Abin. Omnes non conveniunt cum R. Abin. Dicit R. Ela; & hic in quo consistit controversia? Mor putat; quod *Cave* dictum in præcepto negativo sit negativum, & *Cave* dictum in præcepto affirmativo sit affirmativum; & Mor putat *Cave* dictum in præcepto affirmativo quod sit etiam præceptum negativum: Et dicit R. Eliesér: Si fiat ad custodiendos, quod sit licitum. Et dicit Rabena: stabam coram R. Asse, & obortis tenebris induit Tephilin: Et dixerunt. Num ad eos custodiendos quæsivit Mor? Et dixit mihi; utique. Et vidi juxta ejus mentem, quod ad custodiendos non quæsierit. Etenim putat, quod sit constitutio; at non ita docent. Dicit Raba bar R. Huna. Debet homo semper uti Tephilin argumento a minori ad majus ex lamina; Si de lamina, in qua non est nisi unum memoriale, dicit lex *Et erit super ejus frontem jugiter*; ne ab ea ejus mens abalienetur, Tephilin, in quibus sunt memoralia multa, quanto magis? *Maimonides* l.c. זמן הנחת התפילין ביום ולא בלילה שנאמר מימים ימימה חוקה זו היא מצות תפילין וכן שבתות וימים טובים אינן זמן תפילין שנאמר והיה לאות ושבתות וימים טובים הן עצמן אות ומאימתי זמן הנחתן משיראה את חבירו ברחוק ארבע אמות ויכירהו עד שתשקע החמה: מי שהניח תפילין קודם שתשקע החמה וחשכה עליו אפילו הם עליו כל הלילה מותר ואין מורין דבר זה לרבים אלא מלמדין את הכל שלא יניחו תפילין עליהן בלילה אלא יחלצו אותן משתשקע החמה וכל המניח תפילין לכתחלה אחר שתשקע החמה עובר בלאו שנאמר ושמרת את החקה הזאת וְגו׳ מימים ימימה. היה בא בדרך ותפילין בראשו ושקעה עליו החמה וקדש היום מניח ידו עליהן עד שהוא מגיע לביתו וחולץ היה יושב בבית המדרש ותפילין בראשו וקדש עליו היום מניח ידו עליהן עד שמגיע לביתו וחולץ ואם יש בית סמוך לחומה שמשתמרין בו מניחן שם ואם לא חלץ תפילין משקעה החמה מפני שלא היה לו מקום לשמרן ונמצאו עליו כדי לשמרן מותר. Tempus induendi Tephilin est interdiu; at non noctui: Dictum est enim: *De die in diem statutum*: hoc est præceptum Tephilin; & similiter Sabbatha, & dies festi non sunt tempus Tephilin: Dictum est enim. *Et erit in signum*: Et Sabbatha & dies festi ipsimet sunt signum: Et quando erit tempus eos induendi? Postquam conspicere possit socium suum in foro, in spatio quatuor cubitorum, & eum agnoscere usque ad occasum solis: Si quis induat Tephilin antequam occidat Sol, & obstoriantur tenebræ, vel si fuerint super illo tota nocte, erit licitum; At hoc non docent multos, sed docent omnes, ne induant Tephilin noctu, sed exuat, postquam occiderit sol; & qui consulto induit Tephilin postquam occiderit sol, transgreditur præceptum negativum: Dictum est enim: *Et custodies statutum hoc &c. de die in diem*. Si incedat per viam, & sint Tephilin in ejus capite, & occidat sol, & sanctificaverit diem, imponet illis manum suam, donec perveniat domum suam, & exuet: Si sedeat in Academia, & Tephilin sint in ejus capite, & santificavit diem, imponet illis manum suam, donec perveniat domum suam, & exuet. Si ejus domus fuerit proxima muro, ubi sunt custodes, ibi deponet; Si non exuat Tephilin postquam occiderit sol, eo quod sibi non sit locus, ubi eos custodiat, & super se deprehendantur, licitum erit.

In induendis Tephilin erat benedicendum teste *Maimonide* l. c. תפילה של ראש אינה מעכבת של יד ושל יד אינה מעכבת של ראש מפני שהן שתי מצות זו לעצמה וזו לעצמה וכיצד מברכין עליהם

עליהם על של ראש מברך ברוך אשר קדשנו במצותיו וציונו על מצות תפילין ועל של יד מברך אשר קדשנו במצותיו וצונו להניח תפילין במה דברים אמורים בשהניח אחרת מהן אבל אם הניח שתיהן מברך ברכה אחת והיא להניח תפילין וקושר של יד ואחר כך מניח של ראש וכשהוא חולץ חולץ של ראש ואחר כך חולץ של יד. מי שבירך להניח תפילין וקשר תפילין של יד אסור לו לספר ואפילו להשיב שלום לרבו עד שיניח של ראש ואם שח הרי זו עבירה וצריך לברך ברכה שנייה על מצות תפילין ואחר כך מניח של ראש . תפילין כל זמן שמניחן מברך עליהן ואפילו חולץ ולובש כמה פעמים ביום . וכל המצות כולן מברך עליהן קודם לעשייתן ולפיכך צריך לברך על התפילין של יד אחר הנחה על הקיבורת קודם קשירתן שקשירתן זו היא עשייתן .
Phylacterium capitis non impedit phylacterium manus, neque phylacterium manus impedit phylacterium capitis, quia ſunt duo præcepta inter ſe diſtincta : & quomodo benedicunt ſuper Tephilin capitis? Benedicet : Sit benedictus Dominus Deus noſter, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis de præceptis Tephilin; & ſuper Tephilin manus benedicet : Benedictus ſit Dominus Deus noſter, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis & præcepit nobis induere Tephilin. De quo hæc dicta ſunt? quando unum ex iis induat, at ſi ambos induat benedicet una benedictione, cum induit Tephilin, & alligabit phylacteria manus, & poſtea induet phylacteria capitis: & quando exuet, exuit Tephilin capitis, & poſtea exuet Tephilin manus: Poſtquam benedixit de induendis & alligandis Tephilin manus, vetitum eſt ſibi loqui, vel ſalutem, reddere magiſtro ſuo, donec induerit Tephilin capitis; & ſi vero alienetur ejus mens, hoc erit peccatum; & debet benedicere benedictione ſecunda ſuper præceptis Tephilin, & poſtea imponet Tephilin capitis. Quando induit Tephilin, ſuper illis benedicet, vel ſi eo die ſepiſſime exuat, & induat : Et in cunctis præceptis eſt benedicendum, antequam perficiantur; ideoque benedicendum eſt ſuper Tephilin manus poſtquam impoſuerit calamo brachii, priuſquam eos alliget, quia eorum alligatio eſt eorum opus. *Et Gemara Menacoth* fol. 35. col. 2. רב מנשיא אמר שמואל תפילין מאימתי מברך עליהן משעת הנחתן איני והא אמר רב יהודה אמר שמואל כל המצות כולן מברך עליהם עובר לעשייתן אביי ורבא דאמר תרוייהו משעת הנחה ועד שעת קשירה אמר רב חסדא סח בין תפילה לתפילה חוזר ומברך סח אין לא סח ליה והא שלח רב חייא בריה דרב הונא משמיה רבי יוחנן על תפילה של יד אומר ברוך אשר קדשנו במצותיו וצונו להניח תפילין על תפילין של ראש אומר ברוך אשר קדשנו במצוותיו וציונו על מצות תפילין אביי ורבא דאמרי תרוייהו לא סח מברך אחת סח מברך שתים תנא סח בין תפילה לתפילה עבירה היא בידו וחוזר עליה מערכי המלחמה תנא כשהוא מניח מניח של יד ואחר כך מניח של ראש דכתב וקשרתם לאות על ידיך והדר והיו לטוטפות בין עיניך אלא כשהוא חולץ חולץ של ראש ואחר כך חולץ של יד מנלן אמר רבה רב הונא אסברא לי אמר קרא והיו לטוטפות בין עיניך כל זמן שבין עיניך יהיו שתים. Dicit R. Menaſcia dicit Samuel: Super Tephilin quando benedicit? A tempore, quo induit: Itane? Atqui dicit R. Jehuda, dicit Samuel; Super omnibus præceptis benedicet quando ex facit. Abaje, & Raba ambo dicunt; a tempore quo induit uſque ad tempus quo alligat: Dicit R. Chaſda : ſi alienetur ejus mens, inter phylacterium, & phylacterium, iterum benedicet, at non, ſi non alienetur ejus mens. Miſit R. Chijah bar R. Huna nomine R. Jochanan : Super phylacterio manus dicet: Benedictus ſit, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis induere Tephilin : Super Tephilin capitis dicet : Benedictus ſit, qui ſantificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis de præceptis Tephilin : Abaje & Raba ambo dixerunt : Si non alienetur ejus mens, benedicet benedictione una, ſi alienetur ejus mens, benedicet duabus benedictionibus : Traditio : Si alienetur ejus mens inter phylacterium, & phylacterium, peccatum erit in ejus manu; atque iterum repetet ab ordinibus belli. Traditio : Quando induit, induit Tephilin manus, & poſtea induit Tephilin capitis, & quando exuit, exuit Tephilin capitis, & poſtea exuit Tephilin manus : Concedatur, quando induit, quod induat Tephilin manus, & poſtea induat Tephilin capitis; Scriptum eſt enim : *Et alligabis ea in ſignum ſuper manum tuam*; Et poſtea : *Et erunt in Totaphoth inter oculos tuos*: At quando exuit, quod exuat Tephilin capitis, & poſtea exuat Tephilin manus, unde probatur? Dicit Raba, R. Huna : Mihi videtur; dicit textus. *Et erunt in Totaphoth inter oculos tuos*: Quandiu erunt inter oculos tuos, erunt duo.

Poſt exutos Tephilin, ſumma cura, & diligentia fuiſſe cuſtodiendos teſtatur *Maimonides* loc. cit. כשחולץ אדם תפיליו להצניעו בכלי לא יניח של יד מלמטה ושל ראש מלמעלה מפני שבשעה שהוא רוצה ללובשן יפגע בשל ראש תחלה

ונמצא

ונמצא שמניחו ומוציא של יד לפי שאין לובשין של ראש קודם של יד ואסור לאדם להניח מצוה ולעבור ממנה למצוה אחרת אלא שצוה שתבא לידו של אדם בתחלה הוא בה מתעסק לפיכך צריך להניח של יד למעלה כדי שיפגע בה תחלה וילבש על הסדר. כלים שהכינו להניח בו תפילין והניחם בו נתקדש ואסור להשתמש בו בדברי חול הכינו ולא הניח בו או שהניח בו עראי ולא הכינו לא נתקדש והרי הוא חול כמות שהיה. ואסור לתלות את התפילין בין ברצועה בין בתפלה עצמה אבל תולה הוא את הכיס שהתפילין מונחין בו. Quando exuit homo Tephilin, ut recondat in vase, non supponet Tephilin manus, ut illis imponat Tephilin capitis, eo quod quando velit induere, prius sibi occurrent Tephilin capitis; & deprehendetur, quod eos debeat reponere, ut educat Tephilin manus; quia non induunt Tephilin capitis, antequam induat Tephilin manus; & vetitum est homini deserere præceptum, ut transeat ad alterum præceptum; at in præcepto, quod in principio homini occurrit, debet occupari; ideoque debet superimponere Tephilin manus, ut sibi prius occurrant, & induat juxta ardinem: Vas, in quo destinet reponere Tephilin, & reponit, santificatur; & vetitum ut illo uti pro rebus profanis: Si destinet, at non deponat, aut si reponat accidentaliter, & non destinet, non santificatur, & ecce est profanum, sicut erat: Et vetitum esse appendere Tephilin sive corrigia, sive ipso phylacterio, at appendet marsupium, ubi reponuntur Tephilin.

Apud *Maimonidem* l. c. legimus qui liberi sint ab induendis Tephilin. כל הפטור מקרית שמע פטור מתפילין קטן שיודע לשמור תפיליו אביו לוקח לו תפילין כדי לחנכו במצות. חולי מעיים וכל מי שלא יכול לשמור את נקביו אלא בצער פטור מן התפילין וכל הטמאים כולם חייבין בתפילין כטהורים. מצטער ומי שאין דעתו מיושבת עליו ונכונה עליו פטור מן התפילין שהמניח תפילין אסור לו להסיח דעתו מהן. כהנים בשעה העבדה והלוים בשעה שאומרים השיר על הדוכן וישראל בשעה שעומדין במקדש פטורין מן התפלה ומן התפילין. חייב אדם למשמש בתפילין כל זמן שהם עליו שלא יסיח דעתו מהם אפילו רגע אחד שקדושתן גדולה מקדושת הציץ שהציץ אין בו אלא שם אחד ואילו יש בהם אחד ועשרים שם של יוד הא בשל ראש וכמותו בשל יד. Qui absolvitur a lectione *Audi*, absolvitur quoque a Tephilin; Si puer sciat custodire Tephilin, debet illi pater emere Tephilin, ut initietur præceptis: Qui ægroti sunt visceribus, & qui non potest sua foramina custodire nisi cum dolore, liber est a Tephilin; At omnes immundi obbligantur ad Tephilin æque ac mundi: Qui afflictus est, & ille, cujus mens non est tranquilla, & præparata, absolvitur a Tephilin; Etenim qui induit Tephilin, vetitum est sibi alienare suam mentem ab illis: Sacerdotes tempore ministerii, & Levitæ quo tempore recitant canticum super pulpito, & Israelitæ quo tempore stationem faciunt in Sanctuario liberi sunt a precibus atque a Tephilin. Debet homo tangere Tephilin, quandiu induit ab illis non alienabitur ejus mens, vel uno momento, quia eorum sanctitas præstat santitate laminæ, quia in lamina non scriptum est nomen ineffabile, nisi semel; at in Tephilin capitis semel & decies scriptum est nomen ineffabile, & similiter in Tephilin manus.

Cum puritate fuisse induendos Tephilin docet *Maimonides* loc. cit. תפילין צריכין גוף נקי שיזהר שלא תצא ממנו רוח מלמטה כל זמן שהם עליו לפיכך אסור לישן בהם לא שינת קבע ולא שינת עראי אלא אם כן הניח עליהן סודר ולא היתה עמו אשה ישן בהם שינת עראי וכיצד הוא עושה מניח ראשו בין ברכיו והוא יושב וישן היו תפיליו כרוכין בידו מותר לישן בהם אפילו שינת קבע ואינו אוכל בהם אלא אכילת עראי אבל אם נכנס לסעודת קבע חולצן ומניחן על שלחנו עד שיטול ידיו ואחר כך יניחם ויברך על מזונו והוא לבוש בהן. היה לבוש תפילין והוצרך לבית הכסא לא יניח תפילין בחורין הסמוכים לרשות הרבים ויכנס שמא יטלום עוברי דרכים כיצד יעשה אפילו הוצרך להשתין מים חולץ תפיליו ברחוק ארבע אמות ונוללן בבגדו כמין ספר תורה ואוחזן בימינו כנגד לבו ויזהר שלא תהא רצועה יוצאה מתחת ידו טפח ונכנס ועושה צרכיו וכשיצא מרחיק ארבע אמות מבית הכסא ולובשן. במה דברים אמורים בבית הכסא הקבוע שאין ניצוצות ניתזות עליו אבל בית הכסא עראי לא יכנס בהן כשהם גלולים אלא חולץ אותן ונותנם לחבירו לשמרם ואין מי רגלים כלין אפילו בבית הכסא קבוע אלא בישיבה ואם היה עפר תחוח אפילו בעמידה היה במקום קשה יעמד במקום מדרון כדי שלא ינתזו ניצוצות עליו היה לבוש תפילין והוצרך לבית הכסא לעת ערב ולא נשאר מן היום כדי ללבשן אחר שיצא לא יכנס בהם גלולים בבגדו ואפילו להשתין מים בבית הכסא הקבוע אלא כיצד יעשה חולצן ומניחן בכליין אם היה בו טפח או בכלי שאינו כליין אף על פי שאין בו טפח ואוחז הכלי בידו ונכנס וכן אם הוצרך בלילה מניחן בכלי ואוחז הכלי בידו ונכנס. שכח ונכנס לבית הכסא והוא לבוש תפילין מניח ידו עליהן עד שיגמור עמוד ראשון ויוצא וחולץ ואחר כך נכנס ועושה צרכיו

שאם


שאם יפסיק בעמוד ראשון בין בגדולים בין בקטנים יבא לידי חלאים שיש בהן סכנה גדולה. שכח ושמש מטתו בתפיליו הרי זה לא יאחוז לא ברצועה ולא בקציצה עד שיטול ידיו ויטלם מפני שהידים עסקניות. הנכנס לבית המרחץ מקום שבני אדם עומדין לבושין מותר להניח תפילין מקום שבני אדם עומדין שם מקצתן ערומים ומקצתן לבושין אינו חולץ תפילין ואינו מניח שם תפילין לכתחלה ומקום שבני אדם עומדין ערומים חולץ תפיליו ואין צריך לומר שאינו מניח. לא יהלך אדם בבית הקברות ותפילין בראשו ואפילו אם נכנס בתוך ארבע אמות של מת או בתוך ארבע אמות של קבר צריך לחלוץ תפיליו עד שירחיק ארבע אמות ולא ילבש אדם תפילין עד שיכסה ערותו וילבש בגדיו. הנושא משאוי על ראשו חולץ תפיליו של ראש עד שיסיר המשא ואפילו מטפחה אסור להניח על הראש שיש בו תפילין אבל צונף הוא מצנפתו על תפיליו. בית שיש בו תפילין או ספר תורה אסור לשמש בו מטתו עד שיוציאם או יניחם בכלי ויניח הכלי בכלי אחר שאינו כליין אבל אם היה הכלי השני מזומן להם אפילו עשרה כלים ככלי אחד הן חשובין ואם הניחן כלי בתוך כלי מותר להניחן תחת מארשותיו בין כר לכסת שלא כנגד ראשו כדי לשמרן ואפי' אשתו עמו במטה.

Tephilin requirunt puritatem corporis; ita ut ſit animadvertendum; ne crepitum reddat quandiu eos induit: Ideoque vetitum eſt cum illis dormire, ſive ſit dormitio ſtabilis, ſive accidentalis, niſi quando illis impoſuerit ſudarium; neque ſecum ſit uxor, tunc poterit dormire dormitionem accidentalem: Quomodo faciet? Ponet caput ſuum inter ſua genua, & ſedens dormiet: Si fuerint ejus Tephilin involuti in manu ſua, licitum eſt ſibi dormire cum illis, vel dormitionem ſtabilem; at cum illis non comedet niſi comeſtionem accidentalem. At ſi ſe conferat ad convivium ſtabile, eos exuet, & reponet ſuper menſam, donec abluerit manus ſuas, & poſtea induet, & benedicet ſuper cibo, & induet. Si induerit Tephilin, & cogatur ſe conferre in latrinam, non deponet Tephilin in foraminibus proximis loco publico, ſed introducet, ne forte illos diripiant tranſeuntes per viam. Quomodo faciet? Vel ſi opus habeat mejere, exuet ſuos Tephilin in ſpatio quatuor cubitorum, & involvet in veſte ſua, ſicut Pentateuchum & apprehendet dextra ſua e regione cordis ſui; & animadvertendum eſt, ne corrigia excedat infra manum ſuam palmum, & ingrediens faciet, quod ſibi opus fuerit, & quando egreditur in ſpatio quatuor cubitorum procul a latrina eos induet: De quo hæc dicta ſunt? De latrina ſtabili, ubi guttæ non exſiliunt; At in latrinam accidentalem non ingredietur, quando eos involuerit, ſed exuet, & tradet ſocio ſuo, ut eos cuſtodiat; neque utina perditur vel in latrina ſtabili niſi quando ſedeat; ſi vero pulvis moveatur, vel ſi conſiſtat; ſi fuerit in loco duro; ſtabit in loco declivi; ne guttæ ſuper ſe exſiliant. Si indutus Tephilin opus habeat ſe conferre in latrinam prope veſperam, neque ſit reliquum tantum de die, ut poſſit eos induere, poſtquam exierit, non ingredietur cum Tephilin involutis in veſte ſua vel ad bibendum aquam in latrina ſtabili: Quomodo faciet? Eos exuet, & deponet in vaſe peculiari ſi illi fuerit profunditas palmaris, aut in vaſe quod non ſit peculiare, vel ſi in eo non fuerit profunditas palmaris, & apprehendet vas manu ſua, & ingredietur; Si cogatur nocte deponet eos in vaſe, & apprehenſo vaſe manu ſua ingredietur. Si oblitus ingrediatur in latrinam, & indutus ſit Tephilin, imponet illis manum ſuam, donec perficiat primum impetum & egrediens exuet, & deinde ingrediens faciet, quod ſibi opus erit; ſi vero ceſſet in primo impetu ſive in excrementis ſive in urina, poteſt incidere in morbos, in quibus eſt periculum magnum; Si oblitus dormierit cum uxore cum ſuis Tephilin, tum eos non apprehendet corrigia, neque nodo niſi prius laverit manus, & tum apprehendat, quia manus ubique tangunt. Si ingrediatur in balneum, ubi homines induti conſiſtant, licet induere Tephilin. Si ubi homines conſiſtant, partim nudi, & partim induti, non exuet, neque induet ibi conſulto Tephilin; Si ubi homines conſiſtunt nudi, exuet ſuos Tephilin, neque neceſſe eſt ut dicatur, quod non debeat induere. Non ibit homo in domum ſepulchrorum, quando habeat in capite Tephilin, ſi ingrediatur intra ſpatium quatuor cubitorum mortui, aut intra ſpatium quatuor cubitorum ſepulchri, debet exuere ſuos Tephilin, recedet quatuor cubitos; neque induet homo Tephilin, niſi prius tegat nuditatem ſuam, & induat veſtem ſuam: Si ferat onus in capite, exuet Tephilin capitis, donec remoneatur onus, vel in ſpatio palmi eſt interdictum, ut imponat capiti, cui ſint impoſiti Tephilin; niſi quando involvat ſudarium ſuper Tephilin; In domo, ubi ſint Tephilin, aut liber legis, eſt vetitum dormire, donec eos eduxerit, aut ponat in vaſe, & ponat vas in alio vaſe, quod

non

non sit illi peculiare; at si vas secundum fuerit illis destinatum, vel si fuerint decem vasa quasi vas unum considerantur, quando non fuerit illis peculiare; at si ponat vas intra vas, erit licitum ponere sub cervicali inter pulvinar & Calcitram at non e regione capitis, ut eos custodiat, vel si uxor secum fuerit in eodem lecto.

Sanctitas Tephilin celebratur a *Maimonide* loc. cit. קדושת תפילין קדושה גדולה היא שכל זמן שהתפילין בראשו של אדם ועל זרועו הוא עניו וירא שמים ואינו נמשך בשחוק ובשיחה בטילה ואינו מהרהר מחשבות רעות אלא מפנה לבו בדברי האמת והצדק לפיכך צריך אדם להשתדל להיותן עליו כל היום שמצותן כך היא אמרו עליו על רב תלמידו של רבינו הקדוש שכל ימיו לא ראוהו שהלך ארבע אמות בלא תורה או בלא ציצית או בלא תפילין . אף על פי שמצוותן ללבשן כל היום בשעת תפילה יותר מן הכל אמרו חכמים כל הקורא קרית שמע בלא תפילין כאילו מעיד עדות שקר בעצמו וכל שאינו מניח תפילין עובר בשמנה עשה שהרי בארבע פרשיות צוה על תפילין של ראש ועל תפילין של יד וכל הרגיל בתפילין מאריך ימים שנאמר יהוה עליהם יחיו. Sanctitas Tephilin est sanctitas magna; etenim quandiu Tephilin sunt in capite hominis, & in ejus brachio, est humilis, & timens Deum; neque delectatur risu, neque verbis otiosis; neque commovetur cogitationibus malis, sed convertet mentem ad verba veritatis, & justitiæ; ideoque debet homo eos induere toto die; eo quod eorum præceptum hujusmodi est. Dixerunt de Rab discipulo magistro nostri sancti, quod nemo eum viderit incedentem quatuor cubitos sine lege, sine fimbriis, ant sine Tephilin. Licet eorum præceptum sit, ut induantur toto die, at multo magis tempore orationis: Dixerunt sapientes; Si quis legat lectionem *Audi* sine Tephilin, consideratur perinde ac testificetur testimonium falsum contra seipsum; & qui non induit Tephilin, transgreditur octo præcepta affirmativa; quia in quatuor sectionibus præceptum extat de Tephilin capitis, & de Tephilin manus; & qui diligens est in Tephilin, producit dies suos; Dictum est enim *Dominus; In ipsis vivet*.



THEODORI DASSOVII DISSERTATIO DE RITIBUS MESUSÆ.

I. CUM in nonnullis Judæorum ritibus cõtemplandis verſari hac vice conſtitutum nobis eſt; non opus fore arbitramur, ipſas illorum domos ingredi, omnes angulos perrepere, abdita & ſecluſa quælibet rimari, aut ſupellectilem eorundem univerſam excutere, ut dicendi argumentum ſuppeditetur: vel in ipſis liminibus ſi hæſerimus, offendemus, quod remorari intuentem, invitareque ad indagandum poſſit. Scilicet in poſtibus ædium Meſuſæ apparent, diligenter ſcriptæ, convolutæquæ & modis omnibus cuſtoditæ, de quibus nunc uberius diſſerendi animus eſt, ut concepta hactenus de illis ſententia ipſis Talmudiſtarum & Rabbinorum cæterorum verbis munita explicataque luculentius fortaſſis effulgeſcat.

II. Atque ut melioris ordinis gratia definitio nominalis præmitatur, Meſuſa vox eſt Hebræa ratione Etymologiæ deſcendens a rad. זוז, que ſignificat movere ſe, moveri, recedere ex aliquo loco; Ratione Homonymiæ etiam eo nomine appellatur poſtis domus, per antiphraſin, ut quibuſdam placet, minime mobilis dictus. *Buxt. Lex. Talm. p. 654. Edmundus Caſtell. in Lex Heptagl.* rad. זוז Unde quia Meſuſa in poſtibus reperitur, nomen poſtis illi manſit. Synonyma & paſſim apud Rabbinos tacentur, & forte etiam nulla ſunt.

III. Succedit definitio realis, quæ qualiſcunque hic dari poteſt. Itaque Meſuſa eſt ſcheda membranacea certas voces continens, quæ poſti certo certi domicilii vel loci certis ceremoniis in ſingularem uſum affigitur. Unde in illa conſideranda veniunt ſcriptio, affixio, & uſus. De ſingulis aliqua dicentur.

IV. In *Scriptione* iterum occurrunt varia; videlicet dicendum hic quid ſcribatur, quomodo ſcribatur, in quo ſcribatur, quibus mediis ſcribatur & deſcriptionem conſequente convulutione.

V. Quid ſcribatur interius docetur in *Seph. Arb. Tur. in Jor. Dea fol. 68. col.* 2. his verbis: מצות עשה לכתוב פרשה שמע והיה אם שמוע ולקובעו על מזוזת הפתח דכתיב וכתבתם על מזוזות ביתך ובשעריך: *Si præceptum affirmativum eſt, ut ſcribatur ſectio Audi,* (& ſectio) *& erit ſi auſcultando, & affigatur poſtibus januæ, juxta illud, quod ſcriptum eſt: ſcribes quoque illa in poſtibus domus tuæ & in portis tuis.* (Deut. v. 9.) Scilicet hoc vult autor, ſcribi debere in illa ſche-

ſcheda ſectionem, quæ habetur *Deut* 6. *v.* 4 5. 6. 7. 8. 9. his verbis : שמע
ישראל יהוה יהוה אחד : ואהבת את יהוה
אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך ובכל מארך :
והיו הדברים האלה אשר אנכי מצוך היום
על לבבך : ושננתם לבניך ודברת בם בשבתך
בביתך ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך :
וקשרתם לאות על ידך והיו לטטפת בין
עיניך : וכתבתם על מזוזות ביתך ובשעריך :
Audi Iſrael, Deus Deus noſter Deus unus (eſt) *Itaque dilige Dominus Deum tuum ex toto corde tuo, & ex toto anima tua, & ex totis viribus tuis : Et erunt verba iſta, quæ ego præcipio Tibi hodie in corde tuo : Eaque acute ingeres filiis tuis, ac loqueris de eis cum ſedes domi tuæ, & cum ambulas per viam, cum cubas & cum ſurgis: Etiam alligabis ea in ſignum manui tuæ, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos: Denique inſcribes ea poſtibus domus tuæ, & portis tuis*. Ut & ſectionem, quæ legitur *Deut.* 11. *verſ.* 13. *ad* 20. hunc in modum: והיה אם שמע תשמעו אל מצותי
אשר אנכי מצוה אתכם היום להאבה את
יהוה אלהיכם ולעבדו בכל לבבכם ובכל
נפשכם : ונתתי מטר ארצכם בעתו יורה
ומלקוש ואספת דגנך ותירושך ויצהריך :
ונתתי עשב בשדך לבהמתך ואכלת ושבעת
השמרו לכם פן יפתה לבבכם וסרתם
ועבדתם אלהים אחרים והשתחויתם להם :
וחרה אף יהוה בכם ועצר את השמים ולא
יהיה מטר והאדמה לא תתן את יבולה
ואבדתם מהרה מעל הארץ הטבה אשר
יהוה נתן לכם : ושמתם את דברי אלה על
לבבכם ועל נפשכם וקשרתם אותם לאות
על ידכם והיו לטטפת בין עיניכם : ולמדתם
אותם את בניכם לדבר בם בשבתך בביתך
ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך : וכתבתם
על מזוזות ביתך ובשעריך למען ירבו ימיכם
וימי בניכם על האדמה אשר נשבע יהוה
לאבותיכם לתת להם כימי השמים על הארץ :
Si erit itaque ſi ſerio auſcultaveritis præceptis meis, quæ ego præcipio vobis hodie; diligendo Dominum Deum veſtrum, & colendo eum ex toto corde veſtro, & ex toto animo veſtro : Ut dem pluviam terræ veſtræ tempore ſuo tempeſtivam & ſerotinam; ſic colligas frumentum tuum, & muſtum tuum, & oleum tuum: Etiam dem herbam in agro tuo pro jumentis tuis: ut comedas & ſatureris. Cavete vobis, ne ſeducatur animus veſter; ut recedentes colatis Deos alienos & incurvantes vos (honorem habeatis) *illis: Unde accenſus ira Deus in vos ita claudat cœlos, ut non ſit pluvia, & terra non edat proventum ſuum : ſic pereatis celeriter a terra illa optima, quam Deus daturus eſt vobis : ſed reponetis hæc verba in corde veſtro & in animo veſtro; & alligabitis ea in ſignum manui veſtræ, eruntque pro frontalibus inter oculos veſtros; Præterea docebitis ea filios veſtros, loquendo de eis; cum ſedes domi tuæ, & cum incedis per viam, & cum jaces & cum ſurgis: Etiam inſcribes ea poſtibus domus tuæ, & portis: Ut tam multiplicentur dies veſtri & dies filiorum veſtrorum ſuper terram illam, quam juramento promiſit Deus majoribus veſtris ſe daturum eis; quam* (multi ſunt) *dies cœli ſuper terram*. Hæ ſunt duæ illæ ſectiones Deuteronomii, quæ Meſuſæ inſcribuntur. Unde etiam *Lyra in Deuter. 6. v. 9.* ait: *Et adhuc Judæi hoc obſervant in pluribus locis quod prædicti duo paſſus* (duæ ſectiones) *ſcribuntur in ſchedula, quæ ponitur in ſuperiori limine oſtii domus*. Patet itaque non inſcribi illi legem integram. Unde recte *Auguſt. quæſt.* 17. *in Deuter.* de inſcriptione legis in poſtibus ædium inquit, *quod ſecundum proprietatem nemo Iſraelitarum feciſſe commemoratur, quia nec quiſquam poteſt, niſi forte dividat verba Domini per multas partes domus ſuæ*, citante *Magnifico Dn. Calovio præceptore omni obſervantia devenerando in Bibl. v. Teſt. illuſtr. p.* 563. Atque præter has jam dictas Paraſchas nil ulterius Meſuſæ inſcribendum eſt. Sunt equidem ex Judæis, qui certos characteres vel nomina alia divina, vel nomina angelorum, & textus alios Scripturæ præterea addunt; ſed illi objurgantur idcirco ab aliis, & dicuntur non habere partem in ſeculo futuro. *Buxt. ſyn. jud. p.* 583. Hinc *R. Maimon in Hilc. Meſ. cap.* 5. acerrime in illos invehitur his verbis :
אבל אילו שכותבים בה מבפנים שמות או
חותמות הן בכלל שאין להם חלק לעולם
הבא שאלו הטפשים לא די להם שבטלו
המצוה אלא שעשו מצוה גדולה שהיא
יחוד שמו של הקדוש ברוך הוא ואהבתו
ועבודתו כאילו הוא קמיע של הנאה עצמו כמו
שעלה בלבם הסכל שזה הדבר מהנה בהבלי
העולם : *Illi autem qui ſcribunt interius nomina vel ſignacula univerſim non habent partem in ſeculo futuro; quia ſtulti illi non ſolum intermittunt præceptum, ſed etiam magnum illud præceptum de unitate Dei benedicti, & amore cultuque ejus habent inſtar amuleti utilis, ſicut ſibi imaginantur hanc ſtultitiam, quod conducat hæc res in vanitatibus mundi*. Hinc etiam *R. Aſcher* ait *in Hilc. Ketan. Hilc. Meſ.*
אבל מבפנים אין להוסיף מאומה ולא
לעשות חותמות לפי שנראה כאילו מכוין
לעשות לו קמיע לשמירה אלא יעשה
המצוה כתקונה לקיים מאמר הבורא יתברך
והוא שומרינו והוא יצילנו על יד ימינו :
Interius autem non eſt addendum quicquam, nec facienda ſunt ſignacula, unde appareat, quaſi quis intenderit facere ſibi

bi amuletum in custodiam (sui) *sed faciat præceptum juxta ordinationem ejus, ad confirmandum verbum* **Creatoris** *benedicti, qui est custos noster & umbra nostra super dextram nostram*, *Ps.* 121. Non autem solum interius sed & exterius scribitur Mesusa. Unde *R. Maim. l. c.* ait : מנהג לכתוב שדי מבחוץ *Solent scribere* vocem *Schaddai* (omnipotens) *exterius*. Ita & *R. Ascher. l. c.* & *Buxt. in syn. cit. p.* 584. Quare autem hæc vox & non alia scribatur, de eo audiemus infra, cum de usu Mesusæ dicetur. Adscribunt alii insuper כוזו במוכסז כוזו *Husu Bemochsas Kusu*, quod nomen volunt angeli, cujus etiam meminit *Antonius Margarita*. Sunt autem hæ voces arte Cabalistica ex illis יהוה אלהנו יהוה interius scriptis productæ, ut pro unaquaque litera harum vocum proxima in Alphabeto sequens assumpta fuerit v. g. כ pro י, ו pro ה; &c. *Buzt. l. c. p.* 585.

VI. Ita vidimus quid scribatur, quomodo scribatur nunc adjungemus, ubi iterum & scriptio interna & externa attendi debet. Utraque fit literis Hebraicis s. Assyriacis veteribus. Hoc innuitur in *Megilla c.* 1. *in Mischna. fol.* 8. *p.* 2. h. m. אין בין ספרים לתפילין ומזוזות אלא שהספרים נכתבין בכל לשון ותפילין ומזוזה אינן נכתבות אלא אשוריה: *Non differunt libri* (Glossa explicat, Lex, Prophetæ, Hagiographa h. e. Biblia vid. *Alting. diss. phil.* 2. *p.* 139.) *a ligamentis precatoriis & Mesusis, nisi quod libri scribantur in qualibet lingua ; ligamenta autem precatoria & Mesusa scribantur non nisi in Assyriaca*. Ad quem locum *Raschi* ita commentatur : אשורית לשון הקודש *Assyriaca*: l. e. *lingua sancta*. Et mox in Gemaram h. l. scribit : כתב אשורית הוא כתב שלנו *Scriptura Assyriaca est Scriptura, quæ nobis in usu est*. Literis his imponuntur תגין s. coronæ aut apices, qualis litera ש dicitur habere septem *Maim. Hilc. Tephil. c.* 2. Scriptio interna ita adornatur, ut ab uno folio capiatur. Id quod legitur in *Arb. Tur. Jor. Dea. fol.* 68. *col.* 3. quando autor inquit : ורשי פסל אפילו אם כתב בעור אחר בשני דפים *Raschi ait esse illegitimum etiamsi scripserit in una membrana, si scribat in duobus foliis*. Et statim addit de suo: ומכול מקום טוב לכותבה בדף אחר *Omnino præstat scribere illam in uno folio*: Conveniunt hæc cum illis in *Menacoth c.* 3. *fol.* 33. *p.* 1. *in Gem.* אמר רב יהודה אמר שמואל כתבה על שני דפין פוסלה מיתיבי כתבה על שני דפין והניחה בשני סיפין פסולה הא בדף אחד כשרה: *Dixit R. Jehuda: dixit Samuel, si scribit eam* (Judæus) *in duobus foliis illegitima est. Respondeo, si scribit eam in duobus foliis & affigit duobus Siphin vel postibus, illegitima est, quæ autem est in uno poste, legitima est*. In quem locum *Raschi* : על שני דפין חצייה בדף זה וחציה בדף זה: בשני סיפין בשני מזוזות של פתח *In duobus foliis*, i. e. *ut dimidia ejus pars in hoc folio, & dimidia pars in isto folio sit. In duobus Siphin* i. e. *in duobas postibus januæ*. Quid præterea in linearum ductu & vocum collocatione observandum sit, docetur itidem passim. In *Arba Tur. loc. cit.* habentur hæc : ועוד חמורה מספר תורה שלדברי הכל צריכה שרטוט ואם לא שרטט פסולה ועוד שאין תולין בה כמו שתולין בספר תורה ומניח ריוח למעלה ולמטה כחצי רוחב צפורן ובתחלתה כדי לגול אותה אחר שתכרך ובסופה אין צריך להניח כלל וכותב כל שיטותם ביושר שלא תהיה אחרת ארוכה מחבירתה ואם האריך בשיטה אחת יותר מכאותה שלפניה וכאותה שתחתיה קיצר יותר מכאותה שלפנים ולפני פניה כשרה ובלבד שלא יעשנה כקיפה כאהל שהוא צר למעלה ורחב למטה כזנב רחב למעלה וצר למטה: *Præterea majoris momenti est* (scriptio Mesusæ) *libro legis, quia ad verba omnia opus est linearum ductu, quod si quis non duxerit lineas, illegitima est. Insuper quia nullæ literæ in ea suspenduntur, ut suspenduntur in libro legis. Relinquit porro* (Judæus) *spatium in parte suprema & infima ad dimidiam unguis latitudinem, ut & ab initio, ad devolvendam illam* (Mesusam) *postquam fuerit convoluta; in calce autem non opus est, aliquid* (spatii) *relinquere. Scribit autem omnes ejus lineas æqualiter, ne una altera sit longior ; quod si autem extenderit lineam unam magis quam præcedentem, & sequentem contraxerit magis quam præcedentes, legitima est: modo non faciat eam instar cuppæ*, h. e. *instar tentorii supra angusti, infra lati, nec instar caudæ infra acutæ, supra latæ*. Similia in Talmud occurrunt v. g. *in cap.* 3. *Menach. in Gem. fol.* 32. *p.* 2. כל מזוזה שאינה משורטטת פסולה: *In quacunque Mesusa non sunt ductæ lineæ illegitima est*. Et mox שרטוט של מזוזה הלכה למשה מסיני *Linearum ductus in Mesusa est constitutio Mosis de Sinai*. Ibid. *fol.* 31. *p.* 2. traditur: אמר רב מזוזה שכתבה שתים שתים כשרה איבעיא להו שתים שלש ואחת מהו אמר רב נחמן בר יצחק כל שכן שעשאה כשירה מיתיבי כשירה או שירה כמותה פסולה. *Dixit R. Mesusa scripta binis* (i. e. lineis constantibus binis vocibus) *legitima est. Interrogavit illos : quid autem si duabus, tribus & una* (voce constantibus) *dixit R. Nachman*

man filius Iſaac: *Multo minus* (erit legitima) *ſi fecerit eam inſtar Cantici*; *Reſpondeo*, *ſi fecerit eam inſtar Cantici vel canticum ad inſtar ejus*, *illegitima eſt*. R. tamen Johannes ibid. dixit מזוזה שעשאה שתים שלש ואחת בשרה *Meſuſa ſcripta duabus* , *tribus & una* (voce) *legitima eſt*. Huic loco Tælmudico ſi adjungatur explicatio *R. Salomonis* in h. l. ſenſus erit ſatis clarus. Ita autem ille: שתים שתים שטות קצרות שיטה שיטה כרת שתי תיבות שתים בזו ושלשה בזו ואחת בזו מאי כל שכן דכשרה שעשאה כשירה דאז ישיר משה ששיטה אחת ארוכה ושיטה אחת קצרה שאין ממלא כל השיטה או שירה כמותה שכתב השירה כשאר התיבות אריח על גבי אריח שתים שלש ואחת כשירה: *Binis* (ſcripta Meſuſa.) Intelliguntur *lineæ breves* , *quarum quælibet duabus conſtat vocibus*. *Duæ* (voces) *in hac* (linea) *tres in illa*, *una in iſta* , (ſi ponantur) *quod hoc* (ſibi vult?) *Multo minus legitima erit*, *ſi fecerit inſtar Cantici* (incipientis) *tunc cecinit Moſes* (Exod. 15.) *ubi una linea eſt longa*, *altera brevis*, *ut non tota linea adimpleatur*: *vel ſi canticum ad inſtar ejus* (Meſuſæ fuerit) *i. e. ſi ſcripſerit canticum ad inſtar reliquarum vocum* (ut faciat) *laterem dimidium ſ. unius palmi cum dimidio* , *ſuper laterem dimidium* (i. e. ut lineæ fiant æquales, contra ſi lineas inæquales indicare volunt Rabbini ajunt eſſe אריח על גבי לבנה *laterem dimidium ſuper laterem integrum*, ut loquitur *Abarb. in Eſ. f.* 11. *col.* 2.) *duæ tres & una* (voces ſi ſcribantur ſub ſe invicem) *inſtar Cantici eſt*. (Tum n. linæ ſunt inæquales.) Prohibetur itidem ibid. *in Men. fol.* 31. *in Comment. R. Salomonis* , quod non ſcribi Meſuſa debeat inſtar tentorii vel caudæ, & explicatur, inſtar tentorii ſcribi דהיינו אחת שתים שלש *ſi ponatur una* , *duæ* , *tres* (voces) *inſtar caudæ autem* דהיינו שלש שתים אחר ſi ponantur *tres*, *duæ* , *una*. Omnium clariſſime explicat ſcriptionem Meſuſæ internam *R. Maimon c.* 5. *in Hilc. Tephill.* inquien: ונהנו לעשותה עשרים ושנים שיטין וזהו התחלתן שמע . יהוה . הדברים . לבניך . ובשכבך . בין . והיה . מצוה. בכל. יורה. עשב. פן. והשתחויתם. השמים. ואבדתם . ושמתם. אותם. אותם . בדרך . ובשעריך . אשר . על הארץ . קדמאה . לטוטפת. בתראה . לטטפורת . ידך חסר . קדמאה מזות . בתרא מזוזות. ותירשך חסר ו . הטבה לאבתיכם חסר ו . *Solent autem facere* 22. *lineas* , *quarum initia hæc ſunt* . *Audi* . *Deum* . *Verba*. *Filiis tuis* . *Et cum cubas* . *Inter* . *Et erit*. *Præcipio*. *Omni*. *Pluviam tempeſtivam*. *Herbam*. *Ne* . *Et incurvantes vos*. *Cœlos* . *Et pereatis* . *Et reponetis Ea*. *Ea* . *In via tua* . *Et in portis tuis* . *Quam*. *Super terram*. *Primo* (ſcribitur) *lethothaphoth ſine Vau* (Deut. 6. 8.) *Ultimo lethothaphot cum Vau* (Deut. 11. 18.) *Vox Jadecha defective ſine Jod* (Deut. 4. 8.) *Primo Meſuſoth ſine Vau* (Deut. 4. 9.) *Ultimo Meſuſoth cum Vau* (Deut. 11. 20.) *Vox Vetiroſchecha deficiente Vau* (Deut. 11. 14.) *Voces Hattobha* , *laabhotechem deficiente Vau* (Deut. 11. 21.) Præterea cum duæ in Meſuſa ſectiones ſcribantur, diſceptant Rabbini an inter illas duas facienda ſit ſectio aperta an vero clauſa. Utrumque concedere videtur *Maimon loc. cit.* inquiens : וכהפסק שבין פרשת שמע לוהיה נהגו לעשותה סתום על כן טוב שלא להניח שלשה אותיות לא בסוף שיטה שמסיים בה שמע ולא בראש שיטה שמתחיל בה והיה ואם עשאה פתוחה כשרה *In intervallo autem quod eſt inter ſectionem Audi* , *& ſectionem Et erit* , *ſolent facere clauſam* (ſectionem). *Idcirco conducit*, *ſi nec in fine lineæ*, *qua finitur* (ſectio) *Audi* , *nec in initio lineæ*, *qua incipit* (ſectio) *Et erit*, *tres literæ relinquantur* . *Quod ſi fecerit aliquis eam apertam* , *legitima eſt* . Idem conceditur *a Raſchi in com. in cap.* 3. *Menach. fol.* 32. *p.* 1. ubi ait: תפילין קרושתן חמורה ממזוזה שיש בהם ארבע פרשיות הכא סתומות והכא פתוחות במזוזה אלא שמע מינה במזוזה נמי סתומות הן *Ligamentorum precatoriorum ſanctitas eſt gravior* (major) *quam Meſuſæ* , *quia in illis ſunt quatuor ſectiones*; *illic clauſæ* -- *hic autem apertæ in Meſuſa*; *ſed collige exinde in Meſuſa etiam eſſe apertas* (ſectiones.) Videntur tamen alii probare magis, ſi fiat ſectio aperta . Hinc in *Menach. fol. cit. p.* 1. dicitur : רב נחמן בר יצחק אמר מצוה לעשותם סתומות ואי עבדינהו פתוחות שפיר דמי ומאי פתוחות דקאמר רבי שמעון בן לעזר אף פתוחות לימא *Rab Nachman filius Iſaac dixit* : *Jubemur facere illas* (ſectiones) *clauſas* . *Quare autem facimus apertas*? *Pulchrius videtur*. *Quare autem* (aſſeruntur) *apertæ*? *Juxta illud quod dixit R. Simeon filius Eleaſar* : *Etiam apertas dici poteſt* (fieri debere ſectiones.) In quem locum *R. Salomon in com.* ſimilia recenſet , quando inquit : אמרתי לו רבי מה טעם אתה עושה אותן פתוחות והלא בתורה סתומות הן אותו ריוח של אחר ובשעריך סתום שמאל של שיטה והריוח באמצע רשיטה. אמר ליה הואיל ובתורה אינם סמוכות הנך שתי פרשיות שזו כתיב בואתחנן וזו כתובה בוהיה עקב לפיכך אנו עושין פתוחות מאי לאו אפתוחות קאמר והלכה כרבי שמעון.

Dixi

Dixi illi Ribbi: quæ ratio est, Tu facis illas (sectiones Mesusæ) *apertas, nonne autem in lege sunt clausæ? Ita spatium illud post:* (verba) *& in portis tuis clausa est* (sectio) *versus sinistrum latus lineæ, & spatium est in medio lineæ. Respondit: posteaquam in lege* (illæ sectiones) *non sint conjunctæ, cum sint duæ sectiones, quandoquidem hæc scribitur in sectione: Et cum deprecarer* (quæ habetur *Deut.* 3. 25.) *illa in sectione: Et erit propterea quod.* (quæ extat *Deut.* 7. 12.) *Idcirco facimus illas apertas. Nonne ita intelligendum est, quando apertæ esse dicuntur? Constitutio autem est juxta R. Simeon.* Et in *Tosephos in eundem loc.* dicitur: דכשיש כתוב בתחילת ובסוף שיטה ופרשה באמצע זו היא סתומות ואנו נוהגין להניח חל מעט בתחילה שיטה ואחר כך מתחיל והיה אם שמוע ושמא גם זה קרוי סתומה. *Quando scriptum est aliquid in initio & fine lineæ & sectio est in medio, vocantur clausæ* (sectiones) *Solemus autem relinquere aliquid spatii in initio lineæ, ut postmodum incipiat:* (sectio) *& erit si auscultandc. Fortassis autem & hoc appellatur clausa* (sectio). Denique disputant hic etiam Rabbini, ubi voces ultimæ Mesusæ על הארץ (super terram) sint ponendæ, an in initio, an in fine lineæ. Recensetur hæc disputatio *in c.* 3. *Menach. f.* 31. *p.* 2. h. m. אמר רב חסרא על הארץ בשיטה אחרונה איכא דאמרי בסוף שיטה ואיכא דאמרי בתחילת שיטה מאן דאמר בסוף שיטה כגבוה שמים על הארץ ומאן דאמר בתחלת שיטה כי היכי דמרחקה שמים מארץ *Dixit R. Chasda* (verba) *super terram, in linea ultima* (scribantur.) *Sunt qui dicunt, in fine lineæ* (scribenda esse): *Sunt etiam qui dicunt in initio lineæ. Qui dicunt in fine lineæ, respiciunt* (dictum Ps. 103. 11.) *quam altum est cœlum super terram &c.* (Nam tum vox שמי cœlum quasi imponitur terræ in scriptione.) *Qui autem dicunt in initio lineæ,* (ita scribunt) *sicut remotum est cœlum a terra. R. Maimon* autem hanc controversiam ita decidit *in c.* 5. *Hilc. Teph.* ועל הארץ יכתוב בראש שיטה אחרונה ולא יכתוב בה יותר (Verba) *super terram, scribat in linea postrema, neque scribat in ea aliquid amplius.* Hæc de scriptione interna. Addendum hic est, quomodo se habeat externa. Hanc accurate describit *R. Ascer in Hilc. Ket. Hilc. Mes.* his verbis: שדי מבחוץ על הריות שבין פרשה לפרשה וכן נוהגין באשכנז ובצרפא לכתוב מבחוץ כנגד יהוה אלהינו יהוה שם של אותיות הסמוכות לאותיות של יהוה אלהינו יהוה באלפא ביתא והם כוזו במוכסז כוזו. (Vox) *Schaddai exterius* (scribitur,) *juxta spatium quod inter duas sectiones interjacet. Ita etiam consueverunt in Germania & Gallia scribere exterius juxta* (verba) *Dominus Deus noster dominus, nomen literarum vicinarum literis* (verborum) *Dominus Deus noster dominus in alphabeto, quæ sunt: Kusis bemochsas Kusu.*

VII. Ita vidimus quomodo scribatur Mesusa, videamus nunc porro in quo scribatur. Scribenda ergo est in Membrana & quidem una. Hoc indicatur in *Tosephos in Men.* 3. *fol.* 33. *p.* 1. quando dicitur: שהספרים נכתבין בשני עורות והתפילין ומזוזות אין נכתבין אלא בעור אחד *libros quidem scribi in duabus membranis; ligamenta autem precatoria & Mesusas non scribi nisi in una membrana.* Et in *Arb. Tur. Jor. dea. f.* 68. *col.* 4. his verbis. כיצד מצותה יקח עור אחד שיש בו לכתוב פרשת שמע והיה אם שמוע ויכתבם זה אחר זה כסדר ואם שינה והקדים והיה לשמע פסולה ואם כתבה בשני עורות פסולה ואפילו אם דבקם: *Quomodo se habet præceptum ejus* (Mesusæ)? *Accipiat* (Judæus) *pellem vel membranam unam, in qua scribi debet sectio Audi,* (& sectio) *& erit si auscultando, & scribat ordine unum post alterum. Quod si autem mutat præmittendo* (sectionem) *Et erit* (sectioni) *Audi, illegitima est. Quod si scribat in duabus membranis, illegitima est, etiamsi conglutinaverit.* Qualis autem illa membrana esse debeat, de eo controvertitur ibid. in *Arba Tur. h. m.* וחמורה מספר תורה שעיקר מצותה דוקא על דוכסוסטוס ואם כתבה על הקלף כשרה ורבי יצחק פסל אם כתבה על הגויל ואדני אבי הרא״ש זכרונו לברכה הכשיר כמו על הקלף לכן טוב לכותבה בכל דבר שמשתמרת בו יותר *Majoris momentis est* (scriptio Mesusæ) *quam libri legis, quia præceptum ejus eo tendit, ut inprimis scribatur in Dechsostos* (membrana crassiore, quæ in divisione pellis est versus carnem s. ut *Raschi in Men.* 3. *fol.* 31. *p.* 2. שלא נקלף membrana non decorticata vel rasa) *si autem scribat aliquis in Kelev* (membrana tenuiore quæ in divisione pellis est versus pilos) *legitima est. R. Isaac a. ait: si scribat in Gevil* (pelle integra non divisa) *illegitima est. Dominus autem Pater meus, magnus ille R. Ascher f. m. legitimam pronuntiavit, sicut quæ in Kelev scribitur. Propterea præstat scribere illam in re qualibet, in qua durat longius.* In Dochsostos tamen plerique scribi malunt. Huc tendit illud *in Menach.* 3. *fol.* 31. *p.* 2. אמר רבי שמעון בן אלעזר רבי מאיר היה כותבה על דוכסוסטוס כמין דף ועושה

ריוח

ריוח מלמעלה וריוח מלמטה *Dixit R. Simeon filius Eleaſar: R. Meis ſcripſit illam* (Meſuſam) *in dochſoſtos , inſtar folii* (i.e. ut *R. Sal. in h.l.* כמין עמוד שבספרים ארוכה וקצרה *inſtar columnæ in libris longæ & anguſtæ ſ.* ſmahl.) *& reliquit ſpatium ſupra & infra*. Et illud, quod ſequitur ibid. *per ſeq.* דתניא הלכה למשה מסיני תפילין על הקלף ומזוזה על דוכסוסטוס קלף במקום בשר דוכסוסטוס במקום שיער למצוה *Traditio eſt eſſe conſtitutionem Moſis a Sinai, ligamenta precatoria* (ſcribi debere) *ſuper Kelev , Meſuſa ſuper dochſoſtos. Kelev eſt verſus carnem, dochſoſtos verſus pilos juxta præceptum*. Quia autem dochſoſtos eſt membrana craſſior, hinc movetur quæſtio , an ſit aptanda (ob mans gerbe?) *&c. Maim. c. 1. in Hilc. Seph. Tor.* ait: שאינה צריכה עיבור *non eſſe opus aptatione . R. Aſcher* autem *in Hilc. Ket. H. Meſ.* ait נהיגי להצריך עיבור *ſolere urgeri aptationem*.

VIII. Media, quibus ſcribitur Meſuſa, ſunt calamus ſcriptoris & atramentum. Diſcitur id ex *Menach. l. c. fol.* 34. *p.* 1. ubi dicitur hic intelligi כתיבה תמה והדר *ſcripturam perfectam & decentem* , ſicut etiam ibid. paſſim legitur eſſe debere Meſuſam אינרת מקרא ולא מסורת שלא דקדק בחסירות ויתירות אלא כאגרות בעלמא *Epiſtolam quæ legi poſſit , non Maſeram, ut habeatur ratio accurata literarum defectivarum & abundantium , ſed inſtar epiſtolæ mundanæ*. it. adhibendam eſſe כתיבה הנוהנת לדורות *ſcripturam hominibus uſitatam*. Ita etiam expreſſa ſit mentio atramenti in *Megill. c.* 1. *in Gem. fol.* 8. *p.* 2. *& Arb. Tur. l. c. f.* 68. *col.* 4. Probare volunt Rabbini haac ſcriptionem ex *Jer.* 36. ubi verbum כתב de ſcriptione atramento facta uſurpetur. Urgent autem hæc propterea, ne vel lapidibus vel auro vel alii materiæ inſculpantur verba Meſuſæ. Unde legitur in *Toſaph. ad Men. l. c. fol.* 31. *p.* 2. שכתב שלא בדיו או שכתב האזכרות בזהב הרי אלו יגנזו בספר תורה *Qui ſcripſerit ſine atramento, aut qui ſcripſerit nomina divina in auro, ecce illi occultant myſteria legis*. Hinc etiam ex vetuſtis libris legis vel ligamentis precatoriis non faciunt Meſuſam, quia hic nova requiritur ſcriptio, utpote cum cetera jam dicta ſint Meſuſa ſanctiora. Hoc apparet ex *Men. l. c. f.* 32. *p.* 1. ubi ita: ספר תורה שבלה ותפילין שבלו אין עושין מהן מזוזה לפי שאין מורידין מקדושה חמורה לקדושה קלה *Ex libro legis inveterato vel ligamentis precatoriis inveteratis non faciunt Meſuſam, quia non ſe demittunt a ſanctitate gravi ad ſanctitatem levem*. Additur *Arb. Tur. l. c. f.* 69. *col.* 2. ob eandem rationem לא כותבין אותו על גליונים של ספר תורה *non ſcribi in marginibus libri legis*.

IX. Quando itaque eo modo ſcripta eſt Meſuſa , tum convolvitur , de quo *Maim. in c.* 5. *Hilc. Teph.* וכורכן מסופה לראשה מאחד כלפי שמע *Convolvitur a fine verſus initium a* (voce) *unus verſus* (vocem) *Audi*. Huc pertinet illud in *Men. l. c. f.* 31. *p.* 2. אמר רבי חלבו חזינא ליה לרב הונא דכריך לה מאחד כלפי שמע *Dixit R. Chalbo: vidimus illum ſc. Rab Huna convolvere illam a* (voce) *Unus verſus* (vocem) *Audi* . Quem locum luculenter explicat *Raſchi* inquiens: לאחר שנכתבה כופלה מצד שמאל לצד ימין שהניחן בדלת והיינו מאחד כלפי שמע : שראש השורה שמע ישראל וסופה יהוה אחד והתחיל לכופלה מאחד וקיפל ובא עד שמע *Ex quo ſcripta eſt conduplicat* (Meſuſam Judæus) *a latere ſiniſtro verſus dextrum , quia finiverat eam in Daleth , & eſt a* (voce) *unus verſus* (vocem) *Audi: quia initium lineæ eſt: audi Iſrael, & finis ejus: Dominus unus. Incipit ergo conduplicare illam a* (voce) *unus & convolvit uſque dum parveniat ad* (vocem) *Audi*. Conf. etiam *Buxt. in Synag. Jud. p.* 585.

X. Sed ſatis de ſcriptione ſermocinati ſumus , pes promovendus eſt ad *Affixionem* Meſuſæ, ubi de locis in quibus affigitur & in quibus non , de tempore & modo etiam affixionis audiemus.

XI. De Locis cum dicimus , operæ erit pretium , contemplari primo loco & portas integras, quæ communiter ita a Rabbinis conjunguntur, deinceps poſtes locorum, & denique locum in poſtibus ut ordine adjutus quilibet, qui voluerit, facilius nos aſſequatur.

XII. De locis & portis integris erudimur accurate in *tract. Talmud. Joma c.* 1. *in Gem. f.* 11. *p.* 2. ubi hæc leguntur: ותניא בשעריך אחד שערי חבתים ואחד שערי חצרות ואחד שערי מדינות ואחד שערי עיירות ורפת ולולין ומתבן ואוצרות יין ואוצרות שמן חייבין במזוזה יכול שאני מרבה אף בית שער אכסדרה ומרפסת תלמוד לומר בית מה בית מיוחד לדירה יצאו אלו שאין מיוחדין לדירה יכול שאני מרבה אף בית הכסא ובית הבורסקי ובית המרחץ ובית הטבילה תלמוד לומר בית מה בית העשוי לכבור אף כל העשוי לכבור יצאו אלו שאין עשויין לכבור יכול שאני מרבה אף הר בית והלשכות והעזרות תלמוד לומר בית מה בית שהוא חול אף כל שהוא חול יצאו אלו שהן קודש תיובתא תני רב שמואל בר יהודה קמיה דרבא ששה שערים פטורים מן המזוזה בית התבן ובית הבקר ובית העצים ובית האוצרות

ושער

ושער המדי שאינו מקורה ושער שאינו נבוה עשרה: *Traditio est verbis : in portis tuis*. (Nam ex plurali בשעריך plures portas colligunt *Raschi in Deut.* 6. 9. inquiens esse hanc vocem לרבות שערי חצרות ושערי מדינות ושערי עיירות *pluralis numeri ut indicentur portæ atriorum, provinciarum , civitatum* , &c. Et *R. Mos. Bar Nachm. in bibl. Bomb. qui in h. l. commentatur* : וטעם ובשעריך ובמזוזות שאר שעריך כגון שערי הערים והמדינות כמו באחד שעריך *sensus verborum : & in portis tuis est : & in postibus reliquarum portarum tuarum* v. g. *portarum civitatum & provinciarum q. d. in una ex portis tuis*) *Portæ domuum, portæ atriorum , portæ provinciarum, portæ civitatum , bovile, cochleæ, straminarium, horrea vini horrea olei tenentur Mesusa. Fortasis plura addere possum : Etiam Domus portæ, Exedra* (Sommerhauß od Saal) *& porticus* (tenentur) *Vult dicere textus appellari Bajith* (domum). *Quid est Bajith?* (s. quid significat vox hæc in Scriptura ?) *Est domus appropriata inhabitationi ; excipiuntur ergo hæ, quæ non approprientur inhabitationi. Fortassis plura addere possum : Etiam locus secretus , officina coriarii , locus balnei , locus lotionis* (tenentur) *Vult dicere textus* (appellari) *Bajith . Quid est Bajith ?* (Est domus) *quæ facta in honorem, quia ergo sunt omnes* (Bajithim) *factæ in honorem, excipiuntur hæ non factæ in honorem . Fortassis plura addere possum : Etiam mons domus* (in quo templum erat ædificatum) *atria & conclavia* (tenentur) *Vult dicere textus* (appellari) *Bajith . Quid est Bajith? quæ est profana ; quia ergo omnes sunt profanæ, excipiuntur hæ quæ sunt sanctæ. Tisbi veniet & indicabit ore suo solutionem veram . Tradidit Rab Samuel filius Jehuda coram Rabba : sex portæ liberæ sunt a Mesusa , straminarii, bovilis, loci lignorum, horreorum, porta persica* (facta cum cippo ut in Persia , quam quidam teneri quidam non teneri volunt , unde hac exclusa relinquuntur adhuc sex portæ) *porta non contignata* (superius non tecta) *porta, quæ non habet in altitudine decem* (cubitos.) Quæ in h. l. Talmudico adducuntur , alibi quoque passim explanantur, quæ adjiciemus , ut magis in Judæorum hac de re sententia confirmetur. Itaque de לול s. *cochlea* legitur *in c. 3. Menach. fol. 34 p. 1. in Gemar.* לול פתוח מן הבית לעלייה אמר רב הונא אם יש לו פתח אחד חייב במזוזה אחת אם יש לו שני פתחים חייב בשני מזוזות. *Cochlea aperta e domo in superius conclave dicit R. Huna si habet portam unam, tenetur Mesusa una si duas, tenetur duabus Mesusis* . Lucem his addit *R. Sal. in h. l.* ita inquiens : לול הפתוח מן הבית לעלייה זה דרכן ארובה באמצע העלייה ועולין לה מן הבית למעלות ועושין ארבע מחיצות סביב המעלות למטה כדי שלא ירד אדם מן העלייה לבית כי אם ברשות בעלייה ועושין פתח במחיצות וכן עושין בני עליה ארבע מחיצות סביב הארובה למעלה ובהן פתח: *Cochlea aperta ex domo in conclave superius ita se habet : Fenestra est* (s. eine Lucke) *in medio conclavi, ad quam ascendunt per gradus e domo , 4. autem parietes faciunt circa gradus inferius , ne aliquis descendat e conclavi in domum, nisi volente domino , & faciunt portam in parietibus . Ita etiam ii, ad quos conclave illud pertinet, faciunt 4. parietes circa fenestram in superiore parte , in quibus est porta* . Consonant cum his illa *in Arb. Tur. Jor. Dea. p. 68. col.* 3. ארובה שבין בית לעלייה ועולין לה בסולם ועושים סביב הסולם היקף מחיצות פעמים למטה ברגלי הסולם ופעמים למעלה בראשו ויש בו צורת הפתח במקום שעושין אותו חייב ואם עשו למעלה וגם למטה חייב בשתים: *Quando fenestra est inter domum & conclave, ad quam ascendunt per scalas, faciunt circa scalas ambitum tabulatum , interdum inferius, in fine scalarum , interdum superius in apice earum , ubi figura est januæ. Quando autem ita faciunt , tenetur locus* (Mesusa,) *si faciunt supra simul & infra , tenetur duabus* . Ita de בית שער s. *domo portæ* legitur *in Arb. Tur. l. c. col. 2. h. m.* ורבי יצחק פירש דבית שער חייב מדרבנן אפילו אין בית פתוח לו: בית שער הפתוח לבית ולחצר חייב בשתי מזוזות אחת במקום שפתוח לבית ואחד במקום שפתוח לחצר חוץ מהמקום שנכנסין לו מרשות הרבים . בית שער העומד בין הגינה לבית חייב בשתי מזוזות אחת במקום שפתוח לבית ואחת במקום שפתוח לגינה: *R. Isaac* (alii non habent pro domo) *explicat : Domus portæ tenetur* (Mesusa) *juxta Doctores , etiamsi ibi non adsit domus aperta . Domus portæ aperta versus domum & versus atrium* (lithostratum) *tenetur duabus Mesusis , una in latere , ubi est aperta versus domum , altera ubi est aperta versus atrium, excepto loco ubi ingrediuntur a platea. Domus portæ stans inter hortum & domum tenetur duabus Mesusis, una in loco, ubi est aperta versus domum , altera in loco, ubi est aperta versus hortum*. Additur *ibid. in notis* quid sit domus portæ sc. מחיצה מקפה לשער שלא יציצו בחצר עוברים ושבים *substructio vel contignatio cingens portam, ne prospiciant in atrium* (lithostratum) *qui transeunt & redeunt* . Ita *in*

Succa

Succa c. 1. fol. 8. p. 2. in com. Raschi dicitur esse פורקא בלעז שלפני הבית *furcam* (forte a figura) *vernacule, quæ ante domum*. Ita *in Joma c. 1. fol. 11. p. 1. in Toseph.* dicitur aliud esse בית שער של אכסדרה *domum portæ exedræ, aliud* בית שער של מרפסת *domum portæ porticus* (ducentis in cœnacula.) Maxime itaque probabile videtur intelligi per domum portæ porticum, & esse idem quod אולם, in primis cum *R. D. Kimchi in 1. Reg. 6. 3.* scribat: נקרא בלשון המקרא אולם מה שנקרא בלשון התלמוד בית שער *Vocatur in Scriptura Ulam, quod vocatur in Talmude Beth Schaar* s. domus portæ. *Et in cap. 7. 6. 7.* האולם הוא הנקרא בית שער וקירויו עשוי כמין כפה *Ulam vocatur Beth Schaar, cujus contignatio est instar cippi*, s. curva. Unde etiam *R. Ben Mel. in Mich. Joph.* ad 1. Reg. 7. ait, Ulam esse כפה שקורין בלעז בולטא *locum concameratum qui vocetur vernaculæ Bulta*. *Ita* de אכסדרה Exedra legitur *in c. 3. Menach. f. 33. p. 2. in Gem.* אמר רבא בר שילא אמר רב חסדא אכסדרה פטורה מן המזוזה לפי שאין לה פצימין הא יש לה פצימין חייב חזוק לתקרה הוא דעבידי הכי קאמר אף על פי שיש לו פצימין פטור שאין עשויין אלא לחזק לתקרה *Dixit Rabba Bar Sila: dixit R. Chasda: Exedra libera est a Mesusa, quia non habet postes, si habet postes, tenetur; contignationis firmandæ ergo faciunt* (eos). *Ita dixit: quamvis habeat postes, libera est, quia non facti sunt, nisi ad firmandam contignationem*. Huc spectant illa in *Arb. Tur. l. c. col. 2.* אכסדרה שיש לה שלשה מחיצות ופרוצה ברביעית פטורה אף על פי שיש לה פצימין ברוח הרביעי בצורת הפתח אבל אם יש לה מחיצה גם ברוח הרביעית אף על פי שהיא נמוכה או שעשויה חלונות חייבת: *Exedra habens tres parietes, & foramen in quarto, libera est, quamvis habeat postes in latere quarto instar portæ. Sed si habet parietem etiam in latere quarto, quamvis sit depressior, vel plenus fenestrarum, tenetur*. Quid autem sit Exedra, explicat *R. Salomo in com. in Men. 3. f. 33. p. 2.* inquiens: אכסדרה שלשה דפנות סתומות בלא פתח והרביעית פתוח לגמרי מתחת אבל למעלה יש דופן מעט המחזיק את הככך: *Exedra constat tribus lateribus clausis sine janua, & quartum est totaliter apertum infra; supra autem est latus parvum firmans contignationem*. Ita de מרפסת s. *porticu* refertur *in Arb. l. c. cap. 2.* his verbis: מרפסת שהיא דרך לעלות בה לעליות ובית השער והגנה פטורין *Porticus ducens in conclavia, & domus portæ ac horti libera sunt*. (Ut autem sciatur in quo differant מרפסת & בית שער describitur ibidem in *Arb. Tur.* in *Orach Chaim fol. 68. col. 2.* מרפסת adhuc clarius, his verbis: ועומד בחצר ועולין לה בסולם ובני העלייה יורדין ממנה לחצר quod *sit in atrio* (lithostrato) *adscendaturque eo per scalas & descendatur inde in atrium*. Et in explicatione vocum Mischnajoth punctatis annexa vocatur מקום לפני העליה *locus ante cœnaculum*). Quare autem in loco *Talm. ex Joma. sup. cit.* locus secretus, officina coriarii, locus balnei &c. excipiantur a Mesusa, ejus alia ratio redditur ibid. sc. כיון שאין בהם דירה אבל כל מקום שהוא לדירה חייב אף על פי שהוא במקום הטינופות וטוב לכסותה כדי שלא תהא נראת *quia inhabitatur. Quicunque autem locus inhabitatur, tenetur, etiamsi sit in loco immundo, & rectius tegatur, ne appareao*. Quare denique illæ sex portæ in loco *Talm. ex Joma sup. cit.* sint a Mesusa liberæ, illud ex parte docetur ibidem *in Jom. loc. cit. p. 2.* ubi dicitur: תני רב כהנא קמיה דרב יהודה בית התבן ובית הבקר ובית העצים ובית האוצרות פטורים מן המזוזה מפני שהנשים נאותות בהן *Tradidit Rab Cahana coram Rab Jehuda: straminarium, bovile, locus lignorum & horrea libera sunt a Mesusa, quia fœminæ ibidem lavant*; vel ut *R. Maim. in Hilc. Mes. c. 6.* quia הנשים יושבות בו להתקשט *fœminæ ibi sedent & sa ornant*. (Ubi tamen intelligitur bovile ejusmodi, in quo boves non actu collocati sunt, unde in *Tosephos in loc. Jom. cit. p. 1.* additur: שעשוי לבקר אבל אין מעמידין בו בהמות בקביעות נשים רוחצות בו אבל רפת בקר משמע שעומדת בו בקר בקביעות והוא מלוכלך בזבל הבקר אין הנשים רוחצות בו *In* (Bovili) *quod factum pro bove, ubi tamen non collocant bestias ordinarie, mulieres levant; sed in bovili simpliciter tali, ubi bos ordinarie persistit, quodque stercore bovino conquinatum est, mulieres non lævant*). Nam, ut *R. Sal. in in Jom. cit. p. 1.* משום דמקום גנאי הוא שעומדות שם ערומות אין כבוד שמים להיות שם מזוזה *quia locus hujusmodi turpis est, eo quod ibi stent nudæ, non eum illi honorem habent, ut sit ibi Mesusa*. Quod si autem fœminæ iis locis hoc modo non utantur, tum illi סתמה חייבין *absolute tenentur* Mesusa.

XIII. Sed progrediamur ulterius visuri, quomodo reliqui loci nondum tacti in Mesusæ ritibus se habeant.

XIV. De Synagogis itaque constat *ex Jom. 1. cit. fol. 11. p. 2.* ubi ita: בית הכנסת שיש בה בית דירה לחזן הכנסת

הכנסת חייב במזוזה ושאין בה בית דירה רבי מאיר מחייב וחכמים פוטרים *Synagoga, in qua est domus æditui tenetur Mesusa. Illam quæ non inhabitatur, R. Meir etiam teneri ait; Sapientes a. liberam pronuntiant.* It. ex *R. Ascher in Hilc. Ket. Milc. Mes.* dicente: בית הכנסת של כפרים סתם חייב דמסתמא דרים בה ושל כרכים אם יש בה בית דירה לחזן חייב ואם לאו פטור *Synagoga pagana simpliciter tenetur* (Mesusa), *si absolute quidam inhabitant illam. Urbana autem si continet domum æditui, tenetur; si non, libera est.* Quæ dilucidantur *in com. Raschi in Jom. l.c. fol.* 12.*p.*1. inquientis: דכרכים שהיא מקום שווקים ומתקבצים שם ממקומות הרבים והוא עשוי לכל הבא להתפלל ואין לא בעלים מיוחדים. דכפרים כל בעליו ניכרים והרי הוא כבית השותפין (Synagoga) *urbana est locus in foris, quo convolant undique, & aptatus est pro omni, qui ibi voluerit orare, neque habet certos præpositos. In pagana omnes præpositi noti sunt, estque instar conclavis sodalium.*

XV. De collegiis & gymnasiis constat ex *Arb. Tur. l. c. col.* 3. ubi ita differitur: בית המדרש פטור מהמזוזה. ואם יש בו פתח שרגיל לצאת בו לביתו חייב אבל עיקר הפתח העשוי לכל לכניסה ויציאה פטור. ירושלמי בית מדרשו דרב חנינא הוי ליה מזוזתא וכן עשה רבי מאיר מרוטנבורק מזוזה לפתח בית מדרשו ואמר כשהיה ישן בו שינת הצהרים היה רוח רעה מבעתתו קודם שתקן בו מזוזה. *Collegium liberum est a Mesusa. Quod si habeat posticum, per quod domum redire soleat* (professor) *tenetur. At janua principalis, quæ cujuslibet ingressui & egressui destinata est, libera est. Hierosolymitanum* (Talmud *cap. Hakkore eth hammegilla fol.* 75.) *collegium R. Chaninæ habebat Mesusam. Ita etiam R. Meir Rotenburgensis fecit Mesusam ad januam collegii sui. Refert se dum caperet somnum meridianum spiritu maligno fuisse territum, antequam affixisset Mesusam.* Ita etiam Rabh Huna affixit Mesusam collegio, de quo in *c.* 3. *Menach. f.* 33.*p.*1. והא ההוא פיתחא דהוה עייל בה רב הונא לבי מדרשא והויא ליה מזוזה *hoc refertur de janua, per quam ascendebat Rab Huna in collegium, quæ habebat Mesusam.*

XVI. De Tabernaculis in festo tabernaculorum constat *ex c.* 1. *Jom. fol.* 10. *col.* 2. ubi ita legitur: רב יהודה לטעמיה דאמרו סוכה דירת קבע בעינן ומיחייבא במזוזה ורבנן לטעמייהו דאמרי סוכה דירת עראי בעינן ולא מיחייבא במזוזה *R. Jehuda cum illo sentit, qui dicit: tabernaculum habitationem fixam volumus & teneri Mesusa. Doctores autem sentiunt cum illis, qui dicunt: tabernaculum habitationem fortuitam esse volumus, & non teneri Mesusa.* Non autem lis de eo est, an obligetur tabernaculum per septem dies (festi), sed an etiam per dies anni cæteros. Unde ibid. paulo anto: אמר אביי בשבעה דכולי עלמא לא פליגי דמחייב כי פליגי בשאר ימות השנה *dixit Abbai, nemo in mundo controvertit de eo, quod per* 7. *dies teneatur. Sed controvertunt de reliquis diebus anni.* Quæ res *in Tosephos ad h. l.* explicatur hac ratione: ונבי סוכה נמי שבעה דחג כולי עלמא לא פליגי דחייב לרבנן מדאורייתא ולרבי יהודה מדרבנן כמו לגבי לשכת פרהדרא כי פליגי בשאר ימות השנה רבנן לא גזר שאר ימות השנה אטו חג ורבי יהודה גזר שלא יאמרו היושב בסוכה כבית האיסורין הוא ויש בדבר גנאי ובזוי מצוה ונראה כאילו הקדוש ברוך הוא מטריח על ישראל וחובשן בבית האיסורין להכי חייבת במזוזה כל השנה לפרסם הדבר שהיה נראה לכל כמו דירה חשובה. *Quod autem ad tabernaculum, etiam septem* (diebus) *festi nemo in mundo controvertit, an teneatur* (Mesusa); *juxta Doctores ex lege, & R. Jebuda ex Doctoribus juxta cameram assessorum. Nam controvertitur de reliquis diebus anni. Doctores* (dicunt) *non decisi sunt reliqui dies anni post festum. Ribbi Jehuda decidit, ne dicatur, quod qui sedeat in tabernaculo, sedeat in carcere; de re autem quæ cedit in ignominiam & contemptum lex dari potest. Appareret enim quasi Deus benedictus oneraret Israelem, & ligaret in carcere. Sic tenetur Mesusa per totum annum, ut ostendatur, quod debeat accipi ab unoquoque pro honesta habitatione.*

XVII. De Tuguriis figulorum constat *ex Succa c.* 1. *fol.* 8. *p.* 2. ubi enarrantur sequentia: סוכות של יוצרים זו לפני מזו הפנימית אינה סוכה וחייבת במזוזה והחיצונה סוכה ופטורה מן המזוזה *Ex tuguriis figulorum, si unum sit ante alterum, interius non est tugurium, & tenetur Mesusa, exterius est tugurium, & liberum est a Mesusa.* Quæ illustrat *R. Sal. in com. in h. l.* inquiens: כך היה דרך של יוצרי כלי חרש בימיהם עושין להם שתי סוכות זו לפנים מזו בפנימית הוא דר ומצניע קדרותיו ובחיצונה הוא עושה מלאכתו ומוציא קדרותיו למכור *hic est mos figulorum facientium vasa testacea. Faciunt sibi duo tuguria, unum ante alterum, in interiore ille habitat, & reponit ollas suas; in exteriore peragit opus suum, & ollas suas venales exponit. Conf. Jom.* 1. *f.* 11. *p.* 1. *in Toseph.*

XVIII. Quid porro observandum sit, si plura fuerint conclavia, plures item januæ,

januæ, docetur *in Arb. Tur. l. c. h. m.* יש בבית הרבה חדרים זה לפנים מזה כולן חייבין במזוזה וכן אם יש בבית הרבה פתחים פתוחים לחצר או לרשות הרבים ונעשו כולם לכניסת ויציאת בני הבית כולן חייבין אפילו נתמעטו הדיורין שאינן רגילין עוה לצאת ולבא אלא באחד מהן אבל מי שיש לו פתח קטן לצאת בו לבדו למדרשו וכיוצא בו שאין בני הבית רגילין לצאת בו פטור: *Si plura sint in domo conclavia, unum ante alterum, omnia tenentur Mesusa. Ita etiam si sint in domo plures januæ apertæ versus plateam, omnes aptatæ, ut domestici per illas intrent & exeant, omnes tenentur; etiamsi incolæ pauci fuerint, ut non soleant ingredi & egredi nisi per unam illarum. Si autem alicui sit ostiolum, per quod eat in collegium, vel aliorsum, ut domestici eo uti non consueverint, liberum est.*

XIX. Quid præterea sit attendendum, si uni posti duæ sint affixæ portæ, item si portæ fuerint divisæ (instar valvarum) vel una alteri fuerit inclusa, (ut si in porta majore ostiolum fuerit) de iis omnibus quasi in compendio edocemur in *Arb. Tur. c. fol. col.* 3. ubi eo ordine recensentur: תנא פתח שאחורי הדלת אם יש לו פצים טפח חייב במזוזה פירש רש״י כגון שיש במקצוע הבית פצים קבועה לשני פתחים מתוהכין או אחד לצפון ואחד למערב וקבע מזוזה בפצים בחלל הפתח הצפוני וכשהדלת פתוח הוי אחורי הדלת אם יש בעובי הפצים עובי הבדל טפח בין פתח לפתח צריך מזוזה אחרת לפתח מערבי הואיל ואין המזוזה בחללה ואם לאו אין צריך מזוזה אחרת שהרי היא כמונחת בחללה עצמו עד כאן. ויראה מכאן אותם פתחים שהם חלוקים ועמוד באמצע די להם במזוזה אחת אפילו אם יש בעובי העמוד טפח דלא מחייב בשתים כשיש בעובי העמוד טפח אלא כשאחד בצפון ואחד למערב אבל כששני הפתחים ברוח אחת אפילו אם יש בעובי הפצים טפח חשוב הכל כפתח אחד ואפילו לפירוש השני שפירש רש״י כמו שדרך לעשות פתח קטן אצל שער הגדול שאין פותחין תמיד השער הגדול ופותחין הקטן. ואם יש פצים רוחב טפח ביניהם צריך מזוזה אחרת: *Traditio: Porta pone Pone januam si habeat postem ad palmi* (latitudinem), *tenetur Mesusa. Explicat Raschi: quemadmodum* (fit), *quando est in angulo domus postis, fixus pro duobus portis in illo incisis, una versus septentrionem,* (aperienda) *altera versus occidentem* (Raschi versus austrum) *tum affigat* (Judæus) *Mesusam posti in cavitate portæ septeutrionalis. Quodsi janua aperta fuerit post januam alteram, si sint in trabibus postis trabes discernentes* (superius & inferius) *palmo inter portam & portam, opus est Mesusa alia, pro porta occidentali, posteaquam nondum fuerit Mesusa* (affixa) *in cavitate ejus; quod si non sint* (trabes discernentes) *non opus est Mesusa alia, quia illa quasi posita est in cavitate ipsa. Huc usque* (Raschi). *Apparet itaque exinde, portis divisis in medio continentibus columnam* (l. postem) *sufficere Mesusam unam, etiamsi in trabibus columnæ sit palmus, quæ* (porta) *non tenetur duabus* (Mesusis), *quando est in trabibus columnæ palmus, nisi una* (porta) *septentrionem versus, altera versus occidentem sit. Quodsi autem ambæ sunt in latere uno, etiamsi sit in trabibus postis palmus; æstimatur totum ut porta una; Etiam juxta explicationem alteram, quam dat Raschi, sicut solent facere januam parvam penes portam majorem, quia non aperiunt semper portam majorem, sed aperiunt minorem; quod si est postis palmi latitudine inter illas, opus est Mesusa alia.* Cur autem porta divisa non teneatur, teneatur autem porta parvam januam inclusam habens, ejus ratio indicatur *ibidem l. c.* שפתח הקטן נבדל משער גדול לגמרי שהרי נפתח ונסגר כל אחד בלא חבירו אבל הכא שאינן נבדלין זה מזה דכשזה נפתח גם זה נפתח וכן נסגרים ביחד ואין העמוד נעשה אלא לנוי ודאי כחד חשיבי *quia janua parva prorsus separata est a porta majore, cum unaquaque aperiatur & claudatur sine altera; sed hic* (in porta divisa) *non separatæ sunt ab invicem, quoniam hac aperta & illa aperitur, quin etiam simul clauduntur, nec columna alium in finem facta est, quam ornatus gratia, ideo manifeste habentur pro una.*

XX. Denique quomodo gerere se Judæus debeat, si porta non constet postibus rectis nec superliminari recto, it: si non constet duobus postibus, item: si superliminare sit arcuatum, discitur ex eod. *Arb. Tur. l. c. col.* 4. ubi ita: ואם אין המשקוף שהדלת שוקף עליו למעלה ישראל אלא אבן נכנס ואבן יוצא או שאין המזוזה ישראל אלא אבן נכנס ואבן יוצא פטור. ופתח שאין בו אלא מזוזה אחת כגון שמצד האחד עובר הכותל להלאה מהפתח אם המזוזה מצד ימיני חייב ואם הוא מצד שמאלי פטור. ואם הפתח מלא כל הרוח חייב שכותלי הבית שמן הצדדין חשובין כמזוזה ואם יש לו שני מזוזות והאיסקופא שעליהן עשויה בקשת ומתקצרת והולכה עד שאין בה ארבע טפחים ברוחב אם יש בגובה המזוזה עשרה טפחים קודם שנתקצרה עד שאין בה ארבע חייב ואם לאו פטור. *Quod si superliminare, quod pulsat janua superne, non est rectum, sed lapis ingreditur, & lapis egreditur,* (h. e. unus præ alio eminet) *vel postis non est rectus,*

sed

ſed lapis ingreditur, lapis egreditur, libera eſt (janua). *Porta etiam, quæ non habut niſi unicum poſtem, quemadmodum fit, quando ab una parte ultra portam paries pertingit: ſi poſtis eſt a latere dextro, tenetur, ſin a ſiniſtre, libera eſt. Quod ſi porta quodcunque latus* (parietis) *occupat, tenetur, quia parietes domus collaterales habentur pro poſte. Quod ſi duos habeat poſtes, & limen ſuperius ſit inſtar arcus, ſenſim attenuati, ut ne* 4. *quidem palmi in latitudine remaneant, quod ſi altus ſit poſtis decem palmos, antequam attenuatur, donec non amplius quatuor* (ſuperſint) *tenetur* (porta), *ſi non, liberat eſt*. Conf. *c.* 1. *in Joma fol.* 11. *& c.* 1. *Eruvin fol.* 11.

XXI. Hæc ita obſervantur circa domos & portas integras. Circa poſtes adhuc alia, quæ ad ritus Judaicos faciunt, dicenda veniunt. Debet ergo Meſuſa affigi uni tantum poſti; unde *R. Salomo ben Melech in Michlal Jophi ad Deuter.* 6. 9. inquit ad vocem Meſuſoth: בא לשון רבים על יחיד כי פי על אחרת מהמזוזות לפי הקבלה *adhibetur pluralis loco ſingularis, quia ſenſus eſt in uno poſte*, (ſcribatis verba legis) *juxta Cabbalam*. Ita etiam ſupra audivimus *ex Men.* 3. *c.* 33. *p.* 1. והניחה בשני סיפין פסולה הא בסף אחד כשירה *ſi affigit* (Judæus Meſuſa) *duobus poſtibus, illegitima eſt, quæ autem eſt in uno poſte, legitima eſt*. Hic unus poſtis eſt dexter. Unde in *Targum* in Cant. 8. 3. legitur: קביעא מזוזתא בסטר יסינא דרשי: *infixa eſt Meſuſa in latere dextro januæ meæ*. Et *in Arb. Tur. l.c. f.* 69. *col.* 1. ואיזהו מקומה במזוזת הפתח הימיני שהוא ימין לביאה כשאדם נכנס לבית בחלל הפתח בטפח החיצון הסמוך לרשות הרבים: *Quiſnam aſt locus ejus* (Meſuſæ) ? *In poſte januæ dextro ratione ingreſſus, quando homo ingreditur domum, in cavitate januæ*, (de qua cavitate etiam *in Men. c.* 3. *f.* 32. *p.* 2. אמר שמואל מצוה להניחה בתוך חללו *dixit Samuel: præceptum eſt ut ponatur in cavitate*, id eſt ut Raſchi in h. l. בתוך חלל הפתח ולא מבחוץ *in cavitate januæ, & non exterius*) *in palmo* (latere, ut explicatur ibid. f. 69. col. 1.) *exteriore verſus plateam*. Exſculpere id conantur Judæi ex voce ביאתך quæ ſit poſita pro ביתך cujus documentnm petitur ex *Men. f.* 34. *p.* 1. ubi hæc leguntur: ביתך מאי תלמורא אמר רבא דרך ביאתך מן הימין דכי עקר כרעיה דימינא עקר רב שמואל בר אחא קמיה דרב פפא משמיה דרבא בר עולא אמר מהכא ויקח יהוידע הכהן ארון אחד ויקב חור בדלתו ויתן אותו אצל המזבח מימין בבא איש בבית יהוה ונתנו שמה הכהנים שומרי הסף את כל כסף המובא בית יהוה. *Bethecha. Quid vult vox hæc dicere? Dixit Rabba: ſignificat verſus ingreſſum tuum a dextris ceu loco præcipuo* (ponito Meſuſam); *quemadmodum qui a dextris it alteri, eſt præcipuus. Rab Samuel Bar Acha coram Rab Papa nomine Rabba Bar Ula dixit: Unde hoc* (probatur)? *Ex illo: Et accepit Jehojada Sacerdos arcam alicujus* (Sacerdotis vel Levitæ), *& excavato foramine in operculo ejus poſuit eam juxta altare dextrorſum, qua ingreditur quiſque Domum Deum, & collocarunt ibi Sacerdotes obſervantes limen totam pecuniam, quæ inferebatur in Domum Deum*. (2. *Reg.* 12. 10.) Ὁμόψηφος *in Raſchi in h.l.* ſcribens: מימין בבא איש בית יהוה כשהיה אדם נכנס לפתח עזרה מזרחי והולך למערב היה ליה אותו ארון מימין שהיה נתון אצל קיר צפוני של מזבח על אצל המזבח מימין בבא אלמא דרך ימין היא ביאה: *A dextra quando quis ingrediebatur domum Dei*, id eſt, *quando homo ingrediebatur portam atrii orientalem, & ibat verſus occidentem, erat ipſi illa arca a detra, quæ erat collocata ad latus ſeptentrionale altaris. Quia ergo adſcendebat verſus altare ad dextrum* (latus) *quando ingrediebatur, profecto quando quis ibat ad latus dextrum, dicebatur ingredi*. Approbat eadem jam dicta *R. Aſcher in Hilc. Ketan. Hilc. Meſuſ.* dum ait: ואם הניחן אחורי הדלת אין זה מצותה ונראה שאם שינה באלו המקומות אינו מעכב רק שתהיה בצד הימין לביאה שאם לא קבע בצד הימין לביאה ודאי מעכב *Quod ſi quis poſuerit* (Meſuſam) *pone januam, non hoc præceptum eſt. Apparet etiam, ſi loca hæc* (ubi affigenda eſt) *mutaverit, nil obſtare, modo ſit in latere dextro ratione ingreſſus. Nam ſi non affixerit in latere dextro ratione ingreſſus, manifeſte obſtat*. Huc quadrant illa, quæ *in Bibl. Steph. de A.* 1557. *in Deut.* 6. 9. extant: *In poſtibus* על מזוזות ſignificat *lateram oſtii & ingreſſus domus*. Gallice *les jambes d'une huiſſerie de maiſon. Hoc præcipiebat Dominus, ut quotieſcunque quis ingrederatur domum, intueretur illam, & reminiſceretur*. Quæ repetit *Vatabl. in h. l.* Quomodo vero procedendum eſt, ſi neſciatur, quodnam ſit latus vel dextrum vel ſiniſtrum? Succurrit huic objectioni *Raſchi in Men. l. c. fol.* 33. *pag.* 1. hac reſponſione: מזוזה דרך ימין לביאה ולא ליציאה והכא בפתח שבין זו לזו לא ידעינן להי ליחשוב ביאה והי ליחשוב יציאה אי יציאה מהאי להאי ואי מהאי להאי אלא הלך אחר חור שבכף שציר הדלת סובב בו הוא צד

שהחור בו חשיב ביה ודרך ימין שנכנסין לו נותנין מזוזה: *Mesusa* (affigatur) *versus dextram ingressus non egressus. Quomodo proceditur, quando nescitur, quidnam habeatur & dicatur in janua ingressus? an sit egressus si hac illuc, an si illac huc eatur? Tum respicitur foramen in limine* (vel poste), *ut pote in quo vertitur cardo januæ, & latus, ubi illud foramen est, habetur pro domo; versus dextram, qua ingrediuntur, ponunt Mesusam*. Dixerat autem in præcedentibus, quisnam esset ille casus, si egressus & ingressus secerni non possent: sc. כגון פתחא דתרין ביתי בי גברי ובי נשי אדם שחלק ביתו חציו להילוך אנשים המחזירין בביתו וחציו לאשתו לעשות מלאכתה בהצנע ויש פתח בין זו לזו ופתח לכל בית לרשות הרבים: *Si detur janua duarum domuum, pertinens ad domum virorum, & domum mulierum; quando aliquis partitus est domum suam, & destinavit partem alteram obambulationi hominum, qui in domo ejus circumeunt, & partem alteram fœminæ suæ, ut faciat ibi occulte opus suum; est autem janua inter hanc & illam* (partem, *& janua communis versus plateam*. Eodem modo solvitur hæc objectio in *Arb. Tur. l. c. fol. 69. c. 1.* ואם אין ניכר איזהו ימין לביאה או ליציאה כמו מי שחולק ביתו לשנים ובכל חלק פתח פתוח לרשות הרבים ובמחיצה החולקת יש פתח מזה לזה ועתה באותו פתח אין ידוע איזה חשוב ביאה או יציאה מזה לזה או מזה לזה אנו הולכין אחר היכר ציר פירש במקום שעושה החור שבכף שציר הדלת סובב בו ומעמיד שם הדלתות הוא הבית ובדרך ימין שנכנסין בו קובע אותה ולא דרך ימין כשיוצאין ממנו: *Quod si non appareat, quodnam sit dextrum* (latus), *an versus ingressum an egressum, scilicet quando aliquis in duas partes dividit domum, ut in unaquaqae parte si janua versus plateam, & in pariete discernente vel dividente sit janua, per quam ex hac parte* (domus) *in illam eatur, nesciaturque quid dicatur in hac janua ingressus vel egressus, an si hac illuc an si contra eatur: tum sequimur notitiam cardinis i. e. is locus ubi faciunt foramen in limine vel poste, in quo cardo januæ vertitur, & ubi ponunt januas, habetur pro domo. Versus dextram itaque ratione ingressus collocant eam* (Mesusam), *non autem versus dextram partem, quando egrediuntur.*

XXII. Cognito ita Mesusæ poste, indagandus erit locus in poste paulo accuratius. Audiantur hic iterum Rabbini. *In Menach. cap. cit. f. 33. p. 1. in Gem.* dicitur: אמר רבי זירא אמר רב מתנא אמר שמוט מצוה להניחן בתחלת שליש העליון ורב הונא אמר מגביה מן הקרקע טפח ומרחיק מן הקורה טפח וכל פתח כולו כשר למזוזה *Dixit R. Sira: dixit Rab Mattena: dixit Samuel: jubemur ponere eam in initio trientis supremi. R. Huna dixit: a limine sursum versus* (relinquatur) *palmus, & a trabe s. superliminari deorsum palmus; reliquæ partes januæ ligitimæ sunt omnes, ut capiant Mesusam*. In quem locum ita *Raschi*: בתחלת שליש העליון ימדוד למטה מלמעלה שני שלישי הפתח ולכשיכנס שליש קעליון יתן מזוזה *In initio trientis supremi id est metiatur aliquis ab infima parte in supremam duos trientes portæ, ubi autem incipit triens supremus, ibi ponat Mesusam*. Hoc est illud *R. Maimon. in c. 6. Hilc. Seph. Thor.* בתחילת שליש העליון של גובה השער ואם קבעה למעלה מזה בשרה והוא שירחיקנה מן המשקוף טפח *In initio trientis supremi ratione altitudinis portæ* (ponat aliquis Mesusam). *Quod si affixerit altius, legitima est, modo dimoveat a superliminari palmo*. Et illud quod legitur in *Arb. Tur. loc. cit. fol. 69. col. 1.* משני שלישי גובה הפתח ולמעלה ולמטה בזה השיעור לא יניחנה אבל מזה השיעור ולמעלה חוא הכל מקומה עד המשקוף *Duobus trientibus de altitudine januæ, nec supra nec infra hanc mensuram ponat, sed ab hac mensura & ulterius, usque ad superliminare poni ubique potest.*

XXIII. Locorum hanc contemplationem, qui tenentur Mesusa, satis superque explicatam excipit Affixionis Mesusæ tempus. Alio autem tempore affigitur ab eo, qui domum exstruit, alio ab eo, qui illam ab altero emit, vel utendam accipit.

XXIV. Quomodo se gerere debeat hic novæ domus exstructor, discitur ex *Arb. Tur. l. c. fol. 68. col. 3.* ubi dicitur: בית שאינו מקורה ושאין בו ארבע אמות על ארבע אמות פטור *domus nondum contignata, in qua nondum sunt 4. cubitus super 4. cubitus, libera est*. Clarius hæc explicat *R. Maim. in Hil. Mes. c. 6.* inquiens: יש בה לרבע ארבע על ארבע אף על פי שהוא עגיל או בעל חמשה זויות חייב ואין צריך לומר שאם ארכו יותר על רחבו שהוא חייב כיון שיש בו לרבע ארבע על ארבע *Si sunt in illa* (domo nondum contignata) *in quadratura* (circum circa) *quatuor super quatuor, quamvis sit rotunda vel quinquangularis, tenetur. Neque attinet dicere, si longitudo ejus excedat latitudinem, teneri* (Mesusa), *ex quo habet in quadratura quatuor super quatuor*. Consentit *R. Ascher in Hilc. Ketan. Hilc. Mes.* dum vult שאינו חייב אלא אם כן הוא מרובע ארבע על ארבע *non teneri nisi habeat in quadratura 4. super 4.* Quod si autem

ali-

aliqua domus sit ex parte contignata, ex parte non; ait *R. Maim. loc. cit.* אם הקירוי אצל הפתח חייב ואם לאו פטור *si contignatio versus januam sit, teneri, si non esse liberam*. Vult porro loc. cit. שאין הבית חייב במזוזה אלא אם כן העמיד לו הדלתות לפיכך צריך להעמיד הדלתות קודם שיקבענה *non teneri domum Mesusa, nisi januæ sint positæ, & propterea necesse esse prius ponere januas, antequam affigatur*. Sed *R. Ascher in Hilc. Ket. loc. cit.* mavult שאין חיוב המזוזה תלוי בדלתות *obligationem Mesusæ a januis non pendere*. Observari præterea jubetur in *Arb. Tur. l. c. fol. 69. col.* 2. ne affigatur antequam postes januæ sint fixi: Nam: קבע במזוזה בעודה תלושה ואחר כן חברה לפתח פסולה *si affigatur posti adhuc evulso* (s. nondum fixo) *& postea demum portæ applicato illegitima est*. Hæc spectant ad eum, qui domum voluerit exstruere, qui vero emit vel utendam accipit, ad alia attendit, juxta *Menach. c. 4. fol. 44. p.* 1. ubi hæc leguntur: הדר בפונדקי ארץ ישראל והשוכר בירת בחוצה לארץ כל שלשים יום פטור מן המזוזה מכאן ואילך חייב אבל השוכר בית בארץ ישראל עושה מזוזה לאלתר משום יישוב דארץ ישראל *qui habitat in hospitio* (ut conduxerit domum) *terræ Israelis, vel emit domum extra terram* (Judaicam), *integris triginta diebus liber est a Mesusa. Ab eo tempore & ulterius tenetur. Qui autem emit domum in terr. Israelis, facit illi statim Mesusam, quia habitat in terra Israelis*.

XXV. Quando ita de tempore Judæis constat, non cunctantur diu Mesusam affigere; quod quo modo fiat, nunc subjiciemus. Scilicet præmittitur formula hæc benedicendi: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו לקבוע מזוזה *Benedictus sit dominus Deus noster rex mundi, qui sanctificavit nos præceptis suis, & præcepit nobis affigere Mesusam. Arb. Tur. l. c, f. 69. cap.* 1. *Buxt. Syn. Jud. p.* 585. Postea calamo vel alii involucro includitur, ita tamen ut in calamo sit foramen, per quod vox שדי exterius scripta conspiciatur. Unde in *A. Tur. l. c.* בא לקבעה יתננה בשפופרת של קנה או של כל דבר ויקבענה במקומה *Quando vul affigere, custodiat eam calamo arundineo vel alio, & affigat eam loco suo*. Tum affigitur, ea ratione quæ habetur *ibid. loc. cit.* ita descripta: וכיצד קובעה יסמר אותם במסמרים במזוזות הפתח או יחפור בה חפירה ויקבעינה בה ובלבד שלא יעמיק לחפור טפח בעומק המזוזה שאם העמיק לה טפח פסולה תלאה במקל במקומה ולא קבעה פסולה עשאה כמין נגר פסולה ופירש רשי שתחבה בתוך עומק המזוזה כבריח שנכנס בחור אלא צריכה להיות זקופה ארכה לאורך מזוזה הפתח ויכוין שיהא שמע דהיינו סוף הגלילה לצד חוץ לאויר הפתח ורבינו תם פירש שפסולה בזקיפה והיינו פירוש דכנגר אלא צריך להשכיבה ארכה לרוחב מזוזת הפתח ויכוין שיהא שיטה אחרונה שבה על הארץ לצד רשות הרבים ושיטה ראשונה שבה שמע לצד הבירת לפנים והמדקדקין יוצאין ידי שניהם וקופעין חציה בזקיפה וחציה בשכיבה כנון כפופה: *Quomodo affigit eam* (Judæus)? *Affigat eam clavis postibus januæ, aut fodiat in eo* (poste) *fossam, & infigat illi, modo non fodiat ad profunditatem palmi; quod si enim foderit ad profunditatem palmi, illegitima est. Si suspenderit eam instar pessuli, illegitima est; quod explicat Raschi fieri si abscondatur in profunditate postis, sicut pessulus foramen ingreditur, debere autem longitudinem ejus elevari ad longitudinem postis januæ; vult indicare vocem* שמע *ultimam in convolutione debere poni in latere exteriore, versus vacuam* (cavitatem) *januæ, Ribbi autem noster Tam explicat illegitimam esse, si elevetur sc. instar pessuli, sed debere deponi ejus longitudinem versus latitudinem postis januæ, innuens lineam ultimam, in qua legitur* על הארץ *debere obverti plateæ, & primam in qua* שמע *domui interius. Qui autem accuratius hac in re versantur, utrinque discrepant, & affigunt ita, ut dimidia pars elevetur, dimidia deponatur s. deprimatur instar Nun curvi*. Conf. etim *Men. c. 3. fol. 32. p. 2. in Gem.*

XXVI. Ut autem tandem intelligatur, in quem *Usum* Judæi hæc omnia tam accurate observent, audiantur denuo Talmudistæ & Rabbini cæteri. In *Menach. c. 4. fol. 32. p. 2. Gem.* legitur. רבי אליעזר בן יעקב אומר כל שיש לו תפלין בראשו ותפלין בזרועו וציצית בבגדו ומזוזה בפתחו הכל בחזק שלא יחטא שנאמר והחוט המשולש לא במהרה ינתק ואומר חונה מלאך יהוה סביב ליראיו ויחלצם Ribbi Eliesser filius Jacob dixit: *Quicunque habet ligamenta precatoria in capite suo, & ligamenta precatoria in brachio suo, & peniculamentum in veste sua*, (de quibus omnibus videatur *Excellentissimus D. Sennertus, Præceptor omni observantia devenerandus in notis ad Ps. 1. p. 30. 31.*) *& Mesusam in janua sua, confirmatus est ut non peccet, quia dicitur filum triplicatum non cito rumpi, & dicitur: castramentatur angelus domini circum timentes eum, & eripit illos. Ps.* 34. 5. Additur ad hoc dictum Talm. *in Arb. Tur. l. c. f. 68. col.* 2. מפני שיש במזוזה יחודו של הקדוש ברוך הוא ותמיד בבואו ובצאתו יזכור יחודו של הקדוש ברוך הוא


ויתן

ויתן יראתו על בניו לבלתי יחטא וכל הזהיר בה יאריכו ימיו וימי בניו דכתיב למען ירבו ימיכם וימי בניכם ואם אינו זהיר בה יתקצרו דמכלל הן אתה שומר לאו *quia est in Mesusa unitas Dei benadicti, quoties autem ingreditur vel egreditur* (Judæus), *recordetuo unitatis Dei benedicti*, & *timeat illum : ne peccet ; quicunque enim illam observarit , ejus* & *filiorum ejus dies multiplicabuntur, juxta illud: ut multiplicentur dies vestri ,* & *dies filiorum vestrorum* (Deut. 11. 19.) *quod si non observarit decurtabuntur, quia ex promissione obedienti facta colligitur comminatio erga inobedientem ,* & *contemptorem.* Consimilia recitantur in *Halich. Ol Schaar Harebb. c.* 3. Vid. *clau. Talm. Const. L'Empereir p.* 193. In *Men. c.* 3. *f.* 33. *p.* 2. *Gem.* porro legitur: אמר רבי חנינא בא וראה שלא כמידת הקדוש ברוך הוא מידת בשר ודם מידת בשר ודם מלך יושב מבפנים ועם משמרים אותו מבחוץ מידת הקדוש ברוך הוא אינו כן עבדיו יושבין מבפנים והוא משמרן מבחוץ שנאמר יהוה שמרך יהוה צלך על יד ימונך *Dixit Rabi Chanina: Veni* & *vide , quod non secundum morem Dei benedicti se habeat mos humanus. Mos humanus est, ut rex sedeat intus,* & *populus eum custodiat exterius ; Mes Dei benedicti non ita se habet : servi ejus sedent intus , ille autem eos custodit exterius, juxta illud: Dominus custos tuus, Dominus umbra tua super dextram tuam, Ps.* 121. 5. sc. custodit illos exterius per Mesusam. Quæ etiam leguntur in *Avoda sara c.* 1. *fol.* 11. *p.* 1. *in Gem.* Ita *in Schabbas c.* 2. *fol.* 32. *p.* 2. *in Gem.* dicitur, si liberi moriantur parvi, id fieri ob violatum præceptum Mesusæ , quia legatur Deut. 11. 19. *ut multiplicentur dies* &c. Eodem modo dicitur in *Baal Tur. in Deut.* 11. 20. וסמיך ליה למען ירבו שעל ידי המזוזה לא יבא המשחית על בתיכם *Additur autem ut multiplicentur* &c. *quia per Mesusam nou intrat Perditor domos vestras.* Porro Voci שדי In Mesusa itidem vim attribuunt. Ita *R: Bechai in legem fol.* 196. *col.* 2. dicit ex *Job.* 22. 17. *Quid facit* שדי (in Mesusa) *illis ?* & respondet והוא מלא בתיהם טוב *ipse implet domos eorum bono . In Colbo fol.* 101. *col.* 4. scribitur vocem שדי esse symbolicam harum trium: שומר דירת ישראל *custodiens domicilia Israelis. In Levusch Ater Sahaf. Num.* 288. §. 15. id probatur ex *Job.* 22. 25. והיה שדי בצריך & erit Schaddai munitio tua , ubi בצריך sit quasi בציריך in cardine tuo . Ob hunc usum Mesusæ venditori domus præcipiunt ולא יטלנה בידו כשיצא ואם שכרו מגוי נוטלה כשיצא *ne auferat illam, quando abeæt, quod si autem emerit domum antea a Gentili s. Christiano, auferat quando abeat* . Ob hunc etiam usum מזוזת יחיד נבדקת בשבע שנים ושל רבים פעמים ביובל *Mesusa ad unum pertinens investigatur* (an damnum passa sit) *bis intra* 7. *annos, ad plura pertinens , bis in Jubilæo . Arb. Tur. l. c. fol.* 69. *col.* 2. *Buxt. Synag. Jud. pag.* 584. 585. 586. 587.

XXVII. Hæc de Mesusa dicta sufficiant. Plura ex Judæorum ritualibus libris aliis v. g. *R. Mosis Mikotzi Seph. Mitzf. Gad. R. Isaac Landau Seph. Haagus . R. Joseph Karro Bes Joseph. it : ejusd. Schylchan Aruch. R. Mordechai Pulchri Levusch Malcus. R. Isaac Tirna , R. Jacob. Levitæ* & aliorum *Minhagim* &c. peti possunt. Nos, ut major haberetur dictis fides , Talmud ipsum & summæ apud Jud. authoritatis Rabbinos secuti sumus.



GEOR-



GEORGII URSINI

ANTIQUITATES HEBRAICÆ

SCHOLASTICO-ACADEMICÆ.

Cupiditas visitandi peregrinas Academias. Ejusdem utilitas. Celebriores reliquis Academiæ Hebræorum. Illorum in exstruendis scholis cura: In honorandis Eruditis pietas: In observanda sua lingua rigor. Lingua Hebræa omnium optima. Hebræi omnium Sapientissimi: Testimonium ex Oraculo Dei & Diaboli. Nec post suam defectionem stupida omnia fuere ingenia. Notitia linguæ Hebræa bonam partem illis debetur. Consuluerunt eos Eruditi: admiratus est Aristoteles; sed male vaticinatus. Materiæ nostræ difficultas: Scriptorum de ea paucitas. Eminet Altingius. Instituti ratio.

NON hodie primum aut nudius tertius curiosorum animos inexorabilis invasit cupido, in mores alienos, aliena in studia accuratius inquirendi; scilicet moris id olim fuit, ut ambulando Philosophia disceretur, nunc ut varias regiones peragrando sapientia acquiratur: quippe cum rarius ulli extremum eruditionis apicem contingere licuit, nisi cui prius contigit esse *Peripatetico*, hinc tot avida doctrinæ pectora tanto studio, mutandi terras alieno Sole calentes, feruntur: tantum sibi iter faciendo corradunt eruditionis thesaurum, ut credas nunc illud, mutato paulisper sensu, fallere: *Non datur ad Musas currere lata via*: Redimit hoc desiderium ille proprio auro, felicior doctus deficiente crumena, quam dives deficiente doctrina; hic sumtibus alienis: hic abiturus felicitatem sæpe deponit; ille servum induit: & quæ non mortalia pectora cogit peregrinandi sacra fames? nobis etiam ferenda esset sententia: & certe quid jucundius? quid utilius? quid denique compendiosius, quam varios *Academiarum* situs, varios ritus, varia doctrinarum genera gratis fere & absque nimia ingeniorum cruce edoceri? Quam vellem cupidis hisce capitibus non tam calculum addere, quam indissolubilem fere dextram porrigere! haud parum ipse mihi gratulaturus, si apud extremos Indos per mare, per saxa, per ignes ruditatem fugere feliciter contingeret. Sed quia nondum ægro voto vel angusta suffecerit crumena, vel invida subscripserit fortuna, ut illi parcatur hæc vincatur, domi peregrinabor; remotas longe *Academias Scholasque*, quas, quia situ senioque sepultas, percurrere prohibuit ruina, intra privatos parietes salutabo, ut, quo vetitum est per-

pervenire pede, eo liceat penetrare penna. Sed quo demum tendimus? nempe ad celeberrimas, quas Sol unquam vidit, Scholas; eas autem (cum illarum laudi vel ipsius senii commendatio sufficere posset) apud Hebræos viguisse persuasissimum nobis habemus. Egregie enim falleris, si eam semper, quam hodie præ se ferunt, faciem illis fuisse opinatus fueris; persuadebunt aliud tam Sacri, quam profanorum voluminum encomia. Etenim quia verum est (1) *Rempublicam Israeliticam gloria & felicitate majorem fuisse aliis omnibus: quas vel mendax Græcia jactat, quidlibet ausa in historiis, vel Romani Scriptores suæ duntaxat Patriæ encomiastæ & adulatores commendant*, quis adducetur, ut credat Musarum cultum apud tantam gentem neglectum esse? Loquantur ipsi boni Viri causam suam, notam nobis facient suam in erigendis Scholis industriam: מושיבין מלמדי תינוקות בכל מדינה ומדינה בכל פלך ופלך ובכל עיר ועיר שאין בה תינוקות של בית רבן מחרימין את אנשי העיר עד שמושיבין מלמדי תינוקות ואם לא השיבו מחרימין את העיר שאין העולם מתקיים אלא בהבל פיהם של תינוקות בית רבן: (2) *In omni ditione, omni vico & urbe constituere solent, qui pueros doceant. In quacunque autem urbe non sunt pueri, qui ludum literarium frequentant, illius incolas anathemate feriunt, donec constituant Ludimagistros: Quod si vero ne tum quidem illos, instituant, locum illum vastant, quia mundus non consistit, nisi propter halitum puerorum Scholæ.* כל עיר שאין בה תינוקות בית רבן מחריבין אותה רבינא אמר מחרימין אותה: (3) *Omnis Urbs in qua non sunt pueri, qui frequentant ludum literarium, ea vastatur*; Tantum hoc est, ut ad priora secula exinde facile concludi possit. Dicant porro, quanto in honore Literati habiti fuerint? חכם קודם למלך חכם שמת אין לנו כיוצא בו מלך שמת כל ישראל ראוין למלכות: (4) *Sapiens antecedit Regem. Sapiens quando moritur, nullum post se relinquit sibi similem: Rex vero quando diem suum obit, omnes Israelitæ idonei sunt ad regnum:* Sic בשלשה כתרים נכתר ישראל כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות כתר תורה גדול משניהם: (5) *Tribus coronis coronati sunt Israelitæ: Corona Legis, Corona Sacerdotii & corona Regni--Corona autem legis cæteris binis præstat*. Quis perverso hoc seculo hoc Doctorum Capitum pretium sine stupore audire potest?

Attendamus studia ipsorum, quæ occupabantur potissimum in Sacro Codice & Lingua Hebræa, quam tanto rigore observarunt, ut unius literæ jacturam ferme naufragium totius salutis fuisse crediderint. Accurati olim fuere Romanenses, quippe qui (6) *illud magna cum perseverantia custodiebant, ne Græcis unquam, nisi Latine responsa darent;* Sed cedant tamen oportet nostris Hebræis, qui (7) *id studium tanti faciunt, ut errorem in una litera mundum destruere affirment:* Sic *qui in hoc versu* אין קדוש כיהוה *legit* כ *pro* ב, *facit ut in Deus non sit Sanctitas & destruit mundum:* dum scilicet אין קדוש כיהוה mutat in אין קדוש ביהוה. Satis alibi illorum ἀκρίβεια (8) notata est, & quis nescit desuetudinem & oblivionem Lingua Hebræa Nehemiæ adeo stomachum movisse, ut propter talia & alia (9) grave supplicium de delinquentibus exegerit, & maledicens capillos quibusdam evulserit. Non jam commendandæ ipsorum linguæ spiritum impendamus, cum nondum vendibile vinum opus suspensa hedera habuerit; quod si quis longe quæsito verborum apparatu eam adhuc extollere vellet, merito in istius Romani reprehensionem (10) incurreret, qui cum ingens volumen in laudem *Herculis* composuisset, audiit: *Labor hic vanus est, nemo enim Herculem unquam vituperavit*. Accedamus Viros ipsos, comperiemus eos omnium, quos aluit tellus, Sapientissimos, scilicet, quousque illibatæ ac puræ ab omnibus traditionum zizaniis Legis Divinæ adhærerent. Magna nobis copia esset memorandi, inque scenam Tantos Viros producendi, nisi unicum (11) Salomonem satis tibi esse crederemus. Sed urgebis forsan testimonia; dabimus: unde autem vis petenda? a Deo an vero Diabolo? Prioris nomine majus omni exceptione testimonium perhibebit *Moses* Θεόπνευστος (12) רק עם חכם ונבון הגוי הגדול הזה *Tantum gens ista maxima populus Sapiens & prudens*: nomine posterioris *Apollo Delphicus*, invitus licet, e tripode sua testabitur: Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον ἠδ᾽ ἄρ᾽ Ἑβραῖοι. Hebræis (intelligo Deei cultores) Hebræa: Græcis (ɔ: Dei ignaris) Græca! Noli autem mirari, hunc tantæ gloriæ consortes Chaldæos fecisse, cui non novum est, dubiam veritate falsitatem, falsitatem veritate, reddere, ut incautis ignarisque una obtrudantur. Hæc ad satietatem; plura ad delectationem quære (13) apud peritos Antiquitatum Hebraicarum Scriptores, quorum gazis nostrum addere teruncium non opus magis est, quam guttam mari, augendi animo infundere. Sed largieris forsan ambabus quod ajunt ulnis, eam

illis

illis jure laudem deberi (14) עד כי יבא שילה donec veniret Schilo, postea omnem eruditionis flammam in fumos abiisse: Fatemur, differre tantum Veteres a Novioribus, quantum *distant æra lupinis*, nihilo tamen minus adeo stupidi omnes non fuerunt, quin ex iis quiddam patriæ Legi patriisque moribus insenescere vel saltem impallescere gestierint, ut propter hoc unicum non parum nobis proficiant. Unde alias, nisi ab eorum Scriptis (quæ tamen, cum fabulis ut plurimum (15) scateant, cum grano salis accipienda sunt & legenda) velut e divite penu promerentur dulces istæ, e quibus Sacro textui non parum lucis (16) affulget, antiquitates? Ut sileam curam in servandis ab omni menda Bibliis; debent horum colloquio & pennæ, quidquid in Hebræis & Talmude profecerunt, multi, quorum eruditione noster orbis stupet, Viri. Quid? quod nec ipse *Hieronymus* f. m. Judæo Magistro uti erubuerit; inprimis vero illud Judæis gloriosum est, quod aliquando scripsit Vir emunctæ naris (17) *Gausenus*: *se paratum esse vel biennii jactura redimere Judæos Doctos & in Patria Lege exercitatos sex menses audire*, cujus voto ac judicio subscripsisse vidimus (18) Cl. *Rhenferdium*.

Admirantur complures Aristotelem, ille iterum Judæos admiratur; testatur quippe ad se, cum in Asia esset, venisse Judæum aliquem tantæ eruditionis (19), ut, qui aderant, Græci præ illo omnes trunci & stipites viderentur. Quis non admiretur tantam Hominis admirationem, non nimiam, nisi cum falsa conjectura conjunctam; Etenim, quod apud Clearchum autumavit, Judæos esse ab Indiæ Sapientibus, sed nomen mutasse, videlicet quia Philosophi illi, qui apud Indos Callani appellantur, in Cava Syria Judæi dicuntur, recte inter anilia commenta retulit (20) *Cunæus*: Sed cum tanta laus Hebræis vindicata sit, quis temporis, licet irrevocabilis, esset adeo avarus, quin honesto ejus dispendio gratum studiorum Hebræorum compendium redimeret? Quis pateretur immobilem illam jacere pennam, qua alias per tot præclaras Musarum sedes ferri liceret? Verum enim vero quam difficilis est peregrinarum linguarum ignaris discessus ad illas gentes, quarum voces sensu gustare, ore eloqui nequeunt! fateor, cogorque fateri, qui ad Rabbinica, sine quibus frustra te huic itineri accinxeris, æque paratus sum, ac Astronomi Sapientesque Chaldæi ad legendum interpretandumve exaratum illud in pariete (21) מנא מנא תקל ופרסין Scilicet Rabbinica sunt, non leguntur. Sed nec ideo despondeatur animus; quemadmodum autem non pauci per tot discrimina rerum varias quærunt regiones, inducti illa ratione fere unica, ut terrarum, quas cogitant, linguis sensim & quasi sine sensu assuescant: sic hoc præ primis animo abitum ad Hebræorum Academias maturamus, ut præter mores quosdam antiquos Linguæ Hebrææ Rabinicæque paulatim assuescamus. Ne quis enim cogitet, aliquid nos hic ex arrogantia ausos esse, quasi jactanda foret insignis antiquitatum Linguarumque peritia! tantum absit, ut observetur ubique non nisi merus & serus illarum amor atque studium, quod tandem eos non adegit, ut fragilem cymbam ignoto committeremus Oceano, non portum prius quæsituri, quam quasdam exinde guttas, extremis licet labris, delibaverimus.

Paucis antea navigatum est illud æquor: rara admodum, sed & lubrica sunt, quæ hinc inde premuntur vestigia, cum, dicente (22) *Altingio*, *argumentum hoc novum sit, & ab Eruditis magis tactum, quam tractatum*; Imo nec adhuc quisquam, quod scimus, totam hanc materiam persecutus est ex instituto, pauci saltem leviter attigerunt ex occasione. Dandum itaque aliquid materiæ novitati ac difficultati, si, quæ contigit investigare, vestigiis interdum paulo pressius insistamus; quis enim erubescet apud exteros aliquid vel opera Interpretis vel alienis sumtibus proficere? Præsertim Celeberr. *Altingii*, quantum licet & decet, lateri adhærebimus siquidem hæc pila illius potissimum manu calefacta ac ventilata esse videtur; qui *Altingius* etiam *omnia* est in *Quenstedio*, nam sublato illo vix superesset, quo in hoc oculum semel pascas: reliqua autem ex aliis, quantum hac nostra Librorum penuria suppetunt, supplebimus. Rem nostram ita aggrediemur, ut volente Deo, Benigno Lectori sistantur Scholæ & Academiæ Hebræorum ab origine mundi, in Sacra Scriptura ut plurimum fundatæ: Academiæ eorundem, quæ apud exteros maxime floruerunt, in primis tres illustres Babylonicæ: Forma Scholarum & Academiarum: Mutua Docentium & Discentium officia. Ritus eorundem inter docendum: Dimissio e Schola: Promotio ad honores: Varii Promotorum Tituli: Distincti Professorum ordines vel facultates: Methodus Disputandi: Studia & Statuta: Privilegia & Stipendia, & si

& si quid præterea ex occasione irrepserit. Id autem, ubi fieri potest, agamus, ut testimoniis Sacri Codicis jucunde conformique concentu, junctis invicem manibus, accinant Veterum Rabbinorum testimonia, quæ, sive segregatim sive collectim ab Eruditis Viris versa offenderimus, invariata adscribi patiemur, nisi quid interdum commodi ex congrua mutatione nostrum sibi polliceri possit institutum.

(1) *Alting. Doct. Hebr.*
(2) *Maimon. Hilch. Talmud. Thorah. c. 2. §. 1.*
(3) *Schabbath. Babyl. fol. 119. col. 2. s.*
(4) *Talm. Hierof. cod. Horajoth. cap. 3. §. 9.*
(5) *Maimon. Hil. Talm. Tor. cap. 3.*
(6) *Valer. Max. Lib. 2. cap. 2. §. 2.*
(7) *Ligtfoot Erubhim cap. 6.*
(8) *Pfeiff. Crit. Sac. cap. 4. Qu. 1. & 5. &c. Vid. amplum de hac opus in Tanch. super Gen. 1.*
(9) *Nehem. 13. 24.*
(10) *Ligthf. Erubh. cap. 30.*
(11) *1. Reg. 4. 29. seqq.*
(12) *Deut. 3. 6.*
(13) *Cunæ. de Rep. Heb. in præfat. & lib. 1. cap. ult. Pfeiff. Crit. Sac., Dub. Vex. & Antiq. H. sparsim. Selden. de Synedr. Alting. passim in Doctor. & & Studiof. Heb. Schil. de Academ. Promot. Hebr.*
(14) *Gen. 49. 10.*
(15) *Pfeiff. Crit. Sac. cap. 15. Sect. 1. §. 15. & Sect. 2. Qu. 1. Hulf. Theol. Jud. P. 1. p. 444. sequ. Pfeiff. Matæol. Jud. Diss. 1. s. Leusden. Phil. Hebræo-mixt. Diss. 12. sequ.*
(16) *Pfeiff. præf. in Ant.* H.
(17) *Stephan. Gauss. de rat. Stud. Theol. Diss. p. 35.*
(18) *Diss. Phil. 2. de decem Otios. Synag. cap. 8. §. ult.*
(19) *Joseph. contr. App. lib. 1.*
(20) *Cun. Rep. Hebr. lib. 1. cap. 4.*
(21) *Dan. 5. 8. & 25.*
(22) *Præfat. præmiss. Hist. Acad. Hebr.*

CAPUT I.

Incunabula Scholarum in cunis mundi. Adamus Præceptor. Infantia literarum. Adamus Scriptor. Cainus Magister improborum. Sethidæ ingeniosi. Josephi testimonium de eorum inventis. Henochi Schola: Credita Rabbinis promotio. Schola Methusalemi. Pietas Lamechi. Industria Noachi. Academia Semi- Infelicitas Hebræi: Docuit præter alia Linguam Hebræam: illa Linguarum prima. Aliæ scientiæ non *eviluerant. Hebræus* אב *: Doctor Hebræorum. Illius discipulus Abrahamus: Vocatur ideo* עברי*, Lapsus Valtoni. Abrahamus Disputator. Liber ei tributus. Schola Isaaci. Gymnasium Jacobi. Non solus Levi post Parentis funera Rector. Collegium Seniorum. Moses Clarus Discipulus: Clarior Doctor. Josua Promotus. Duæ egregiæ Samuelis Academiæ: altera in* גבערך *האלהים: altera in* נוית*. Abela Sapientibus habitata. Spenceri & Majeri de ea dissensio. Salomon Rex docens: Doctor Regnans. Collegia Elisæi.* בני הנביאים *fuere Studiosi. Ritus sedendi in scholis ex iis temporibus proscribi plane nequit. Hulda Præceptrix. Per* משנה *2. Reg.* XXII. *14. intelligenda potius Schola, quam Secunda pars portæ vel civitatis. Illustratur Loc. Zoph. 1. 10. Ezra Legis Professor. Illius Collegium. Collegii industria. Scholæ & Academiæ Hierosolymitanæ.*

VIsitaturi celebriores Hebræorum Scholas, peccaremus, si prima illarum incunabula sicco pede præteriremus: Etenim cum & non exigua ab antiquitate laus ducatur, sed quo quid antiquius eo probatius, & Schola, quæ nec numero nobilitata, nec splendido apice sideribus molesta est, non minus sit vera Schola, quam parvulus, qui in lucem nuper prodiit, infans, licet nondum solicita nutriculæ cura splendide vestitus, est verus homo, operæ pretium videtur antiquissima eruere monumenta, donec prima Scholarum videnda se obtulerint fundamenta. Nec tamen diu circa illa quærenda occupabimur, quippe quæ Primi Parentis seculo jacta deprehendimus: nam licet videantur initio Scholæ & Synagogæ, iisdem parietibus contentæ fuisse, justo tamen liberalior vel potius audacior foret concludendo, qui ex hoc principio maturius Scholarum principium destrueret. Fuit ergo domicilium Adami primum bonarum artium domicilium; Hic ut primo Solus, sic solus omnium posterorum sapientissimus fuit, sed postquam justo altiora spirando, occasionem amisisset pristinam sapientiam sperandi, Dei Præceptoris ac Doctoris sui præceptis eo usque patientem accomodavit aurem, donec ipse, depulsis, quantum integrum erat, ignorantiæ tenebris, Doctor evaderet Θεοδίδακτος: nam quamvis Agricola esset, nihilominus tamen inter עם הארץ *rudem plebeculam* ponendus est, præsertim cum discendo tam prope accesserit ad similitudinem Agricolæ ejus, quem velut Dei discipulum introducit Isaias (1) ויסרו למשפט אלהיו יורנו *Deus ipsius erudit eum de ratione & docet eum*. Habuerunt eum pro insigni Doctore Rabbini, qui eandem ob causam codicem (2) illi tribuerunt, qui supernam sapientiam complexus, ipsi in Paradiso traditus erat, sed ademptus cum fugam ex horto moliretur, invito & illius tenaci, cœloque restitutus, unde tamen precibus Adami revocatus est, & ea lege redditus, ut posteri compotes illius doctrinæ fierent. His utut non adstipulatus fuero, neque tamen inficias ire, quin & ipse a Deo ad docendi munus vo-

vocatus ſit, & aliquid etiam in literas qualeſcunque poſteros informandi gratia retulerit; licet non ſine juſto intervallo literæ ad adoleſcentiam provectæ ſint, nam ſic & Romæ prius in cunis jacebant, quam cothurno ornabantur, teſtante (3) *Livio*: *Raræ & parvæ per ea tempora literæ fuere*. De Literarum primarum figuris ac origine, ut ſe offert occaſio, prolixius hic differere nimium foret diverticulum, ferias nobis fecerunt (4) alii; non tamen illorum ſententiæ ſubſcribere poſſumus, qui putant literas, quas Deus tabulis lapideis inſcripſit, omnium primas fuiſſe, cum alias difficile nimis fuiſſet populo, ſi tunc primum ad literas, ſyllabas & voces ordine dignoſcendas progrederetur; nec ſcire poſſumus, quomodo tot ſecula ſine ſcriptura conſiſterent. Verius ergo cum *Tertulliano*, *Clemente* aliiſque natales literarum accerſimus a tempore Adami, cujus diuturna ætas ſculpturæ vel Scripturæ plane ſterilis eſſe nequiit, unde erudite *Bangius*: *Rationi* inquit. (5) *congruenter affirmaveris harum* (illuſtrium primi ſeculi animarum) *Progenitorem*, *Moderatorem & Doctorem* (Adamum) *ætate*, *auctoritate* atque *longo rerum uſu venerabilem a ſcribendi arte & conſilio non tam alienum fuiſſe. quam naſcentis rei literariæ puppim & proram*. Nec tamen opus eſt confugere ad colmnnam literarum octavam, quam Romæ in Bibliotheca exſtare refert (6) *Scraderus*, vel ad fictas literarum Adamæarum (7) figuras, ne veritas commentis dubia reddatur. Videtur tamen (ut illud fateamur) major vivæ vocis, quam ſcriptionis uſus fuiſſe, *quot* (8) enim *vivebant Patriarchæ*, *tot viva exiſtebant volumina*. Sed redeundum in orbitam; Adamus filios ſuos non ſolum methodum honeſte panem quærendi, otiumque, ad quod proclivior natura erat, fugiendi docuit, Cainum agris, Abelem agnis præficiendo; ſed & ſtudia Theologica ſedulo inculcavit: unde ſcirent alias Deo, tanquam cui ſoli tam terræ frumentum, quam ovium incrementum debebatur, ſacrificia offerre? certe Natura, quia corrupta hujus diſciplinæ Magiſtra eſſe nequiit, nec Deo, ſi ἐθελοθρησκεία eſſet, arrideret. Sed cum degener diſcipulus Cainus ultimum paternæ Scholæ vale dixiſſet (exiit enim a מפני יהוה (9) *facie Domini*, non ἁπλῶς ſic dicta, cum alias fruſtra ſe ſubduceret ei, cujus oculis ſunt πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα (10) ſed κατά τι, ſcilicet gratioſo Dei vultu, quo filios ſuos intueri ſolebat, Scholæ vel (11) *Eccle-*

ſiæ contubernio) ipſe ſibi, ſiquidem a ſanctioribus Muſis averſo, avaritiæ (12) ſimul ac nequitiæ officinam finxit, in qua ſeri ipſius nepotes propter inventas artes mechanicas, אבות (13) vertentibus Onkeloſo & Uzzeilide (14) Doctores vel *Magiſtri* (15) evaſere. At pii Sethidæ, digna tanto Præceptore ſoboles, cum (16) πάντες ἀγαθοὶ φύντες eſſent, adoleverunt ſub ferula Adami, qui non prius deſiit docere, quam vivere, imo, quod mireris, ſolus, dum in vivis erat, ſcholæ publicæ faſces tenuit, ut placet *Altingio*, qui: *neque tamen*, ait (17), *quod obſervatu dignum eſt*, *horum* (Sethidarum) *ullus toto illo tempore publicam*, *ut ita dicam*, *cathedram uſurpare auſus fuit*. Nec certe illud jus rectius competiit ulli, quam illi, qui & ſuo officio tanta cum diſcentium laude ſatiſfecit, ut eos adhuc Aſtronomiæ cognitio apud Joſephum (18) commendet: σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν *ſideralem enim ſcientiam & cœleſtium rerum excogitarunt*: quæ inventa Aſtronomica ne aqua vel igne, quibus peritum eſſe mundum dudum prædixerat Adamus, delerentur, duabus columnis, alteri ex latere, alteri ex lapide elaboratæ inſculpſiſſe idem memorat *Joſephus*, imo hujus teſtem oculatum ipſe ſe producit; conjicit tamen *Boclerus*, (19) meram hanc eſſe conjecturam.

Cum ferulas ſuſpendere fatum juſſiſſet, ſextus ab eo Henochus eam in ſe provinciam ſuſcepiſſe creditur (20), quem proinde ab Adamo (21) initiatum ferunt, & certe, ut id largiamur, ipſum ſibi nomen ejus conſentiens habent, cum חנוך, cujus radix חנך *initiavit inſtruxit*, *initiatum* aliquem vel *promotum* indigitare (22) videatur. Accedit, quod dicatur *ambulaſſe coram Deo* ויתהלך חנך את האלהים, quod elogium illi præ aliis non fuiſſet attributum, niſi inſigne præ aliis Lumen & exemplar non dictis minus, quam factis fuiſſet, quapropter & hæc phraſis ita ita a *Chytræo* (23) explicatur, *quod fuerit præcipuus Propheta & Summus DOCTOR & Gubernator Eccleſiæ*, *Propagator veræ doctrinæ*. Ut taceam tam librum continentem (24) τῆς πρωτοπλάστου σοφίαν μυστηριώδη, qui (25) illius juris factus eſſe dicitur, quam librum, quem ipſe literis (26) conſignaſſe fingitur: Sufficit, quod donis Prophetiæ inſtructus fuerit (27) Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ λέγων, Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ. Docuit ille, donec ipſe cœleſtis Academiæ candidatus, aſcenden-

do ad ſuperiora, depoſuiſſet, ſc. quod mortale erat & viciſſitudini obnoxium. Non falli videntur, qui *μακροβιώτερον* reliquis Methuſalem Parenti ſucceſſiſſe (28) conjiciunt, cum & apud Rabbinos Doctoris titulo ſalutetur: החכמים אומרים במי שקדמהו מן הנביאים בית דינו של עבר בית דינו של מתושלח מדרשו של מתושלח כלם היו נביאים ולמדו בני ארם על תבונת דורשים ומלמדים ומיישרים לא שיאמרו נאמר יהוה אלי דבר אל פלוני בן הידה העניין קודם משה רבינו (29) *Dicunt Sapientes noſtri de iis, qui anteceſſerunt, Prophetis: Domus judicii Heberi, domus judicii Methuſalem, Schola Methuſalem, omnes fruerunt Prophetæ, & docebant homines inſtar Concionatorum*, DOCTORUM PRÆCEPTORUM, *nec tamen dixerunt: Et Dominus dixit ad me: loquere ad N. N. atque ita ſe res habuit ante Moſen Magiſtrum noſtrum*: Ubi & Scholam & Præceptorem & Methodum docendi uno intuitu contemplando lucramur. Non credas otioſum fuiſſe Lamechum, ſed memorem potius divinæ promiſſionis, quod vel ex ipſo nomine filio (30) impoſito didiceris, quem a נחם *Solatus eſt* vocavit נח, quaſi ſolatii reſtitutorem, ad quem quoque hoc tandem onus devolutum eſt. Hac vero ætate Schola miram paſſa eſt metamorphoſin, ſimilior eremi, quam ſcholæ facta, ſiquidem בני אלהים (31) *Filios Dei* i: *Diſcipulos* (32) *Adami* reliquorumque Doctorum, inter quos quidam fortaſſe fuere השרים ההולכים בשליחות של מקום (33) *Principes obeuntes Apoſtolatum vel functionem a Deo ſibi demandatam*, a ſtudiis tam penitus avocaſſet voluptas, ut obſeratis auribus preces fundere cogeretur, nec, ad quos traditam ſibi a Majoribus diſciplinam tranſmitteret, reliquos haberet, ſi ipſam boni Viri familiam exceperis non difficulter numeratam; quam poſtqnam arca in alium velut orbem tranſportaſſet, cum jam eſſet Noah אב וראש לכל הנבראים אחרי המבול (34) *Pater & caput omnis creaturæ viventis poſt diluvium*, ſuo fideliter adeo functus eſt officio, ut laudem ex *ambulando coram Deo* (35) adeptam cum Henocho & Abramo diviſam habuerit, quem proinde *Petrus* (36) *δικαιοσύνης κήρυκα Juſtitiæ Præconem* vocare nullus dubitavit. Excepit officium a ſeneſcente Patre Semus, filiorum, ſi ordinem naturæ ſpectes, ſecundus, ſi (37) gratiæ, primus, qui ſelectiora ſui ævi ingenia artibus humanioribus imbuit, unde tentoria ejus, quæ Japheto (38) incolenda prædicuntur a *Jonathane* (39) per מדרשא רשם *Academiam Semi* exponuntur, quæ & Iſaaci ætate (40) ſuperfuiſſe creditur: unde *Maimonides* de Rebeccha: *Et ivit*, inquit, (41) *ad interrogandum* (42) *Dominum: ubi aperte gloſſantur* (Rabbini noſtri) *in* SCHOLAM *vel* GYMNASIUM *Semi vel Heberi, & ipſe* (Sem vel Heber) *reſpondit ei*. Unde ſimul tacite propullulat laus induſtriæ Heberi, cui nomen pariter ac originem Hebræi (43) debent; Illum autem inter Doctores locum meruiſſe ſupra (44) aſſerentem Maimonidem audivimus.

Facile erat huc uſque Præceptorem agere; inſtabant nunc tempora & onera, quibus ſubjiciendi humeri, duriora, quam quæ experta fuerat canior feliciorque Antiquitas, poſtquam *γλωσσοσύγχεσις* tantam intuliſſet barbariem, ut pleriſque linguam, qua antea millies uſi erant, intelligere *ἀδύνατον* eſſet. Urgebat itaque præter Theologiam aliaſque diſciplinas ſtudium Hebrææ linguæ, quam *Deus* (45) *primus invenit*, *Adamus primus uſurparvit*. Illam enim primam omnium fuiſſe non jam amplius dubitabimus, poſtquam omnem dubitationis ſcrupulum nobis exemerunt tot Magnorum Nominum (46). Viri, nec multis evincemus eandem non penes Cananæos (ut volunt (47) nonnulli) ſed Heberi poſteros conſervatam eſſe, cum nihil intactum hac de re reliquerint plurimi (48) iique Eruditiſſimi: Pollicetur id ipſum ipſius nomen, nam (49) *Dicitur Hebræa* (*lingua*) *ab Ebero, ad quem procul dubio cum vero Dei cultu ab Abavo Noacho Proavoque Semo, nec non Avo & Patre propagata eſt Lingua Patria*. Quid quod eum ſolum (licet abnuat (50) Valtonus) pro tutore linguæ Hebrææ habere auſus fuerit (51) *Iſidorus*: *Domus illa Heber*, inquit, *Eccleſiam ſignificat, quemadmodum enim quando linguarum facta eſt diviſio, lingua illa primævæ ſola in domo Heber ramanſit &c.* Et certe dignum eſt illud tam admiratione, quam obſervatione, quod cum tot alumnos a ſe quaque progenie ortos habuerit, paucos adeo tenaces paternæ linguæ retinuerit, unde *Auguſtinus*: *Nec fruſtra*, inquit, (52) *linguam iſtam, hoc eſt, quam tenuit, nec in omnes filios tranſmittere potuit, ſed in eos tantum, qui propagati per Jacobum, inſignius atque eminentius in Dei populum coaleſcentes, Dei teſtamenta & ſtirpem Chriſti habere potuerunt, &c.* Nec illa tamen totam illius diligentiam abſumſit, cum illius tempeſtate etiam Aſtronomiam & Geometriam floruiſſe teſtis ſit *Joſephus* (53): Ἔπειτα καὶ δι' ἀρετὴν

(ait

(ait de iis , quibus longiorem vitam poſt diluvium Superi indulſerunt) καὶ τὴν εὐχρηςίαν ὧν ἐπενόουν ἀςρονομίας καὶ γεωμετρίας πλέον ζῆν τὸν Θεὸν αὐτοῖς παράσχειν: *Præterea propter ſtudium virtutis & propter utilitatem inventarum artium , ut Aſtronomiæ & Geometriæ , Deus illis longiorem vitam largitus eſt*; trahitque ibidem in ſuas partes varios variarum antiquitatum Scriptores . Neutiquam vero illud prætereundum eſt, quod primo potius loco ponendum erat, quod dicatur (54) שם אבי כל בני עבר *Semus Pater omnium filiorum Heber*. Quomodo ergo? An binos illi Patres agnoverunt? Sic certe! Duos habuerunt אבות, nec tam utrumque ratione naturalis generationis , ſed alterum ratione fidelis informationis ; notarunt quippe *Rabbini* tam בנים *filios* pro *Diſcipulis* (ut infra commodius) uſurpari (55) , quam אבות pro *Magiſtris* , rationem addunt : כל המלמד בן חברו תורה מעלה עליו הכתוב כאלו ילדו (56) *Quiſquis docet filium ſocii ſui legem , de illo Scriptura loquitur , quaſi eum genuiſſet* : Imo quod magis eſt, אבא fuit aliquando honoris nomen Magiſtro tributum ſicut רבי fatentibus idem *Rabbinis* לשון כבוד כמו רבי אבא הוא (57) *Abba eſt nomen honoris ſicut Rabbi* : Hinc in Talmude memorantur *Abba Saul*, *Abba Joſe* aliique; Eodem modo *Abyſſini* Apoſtolum quemcunque & Patriarcham vocant אבונא *Abuna* (58) *Patrem noſtrum* & quemvis Eccleſiæ Doctorem אב *Abba Patrem* ; ut neſciam , cur nullum harum rationum reſpectum habuerit (59) *Valtonus*.

Scholam illius frequentaſſe videtur Abrahamus , quocirca apud *Rabbinos* cluet סגולת עבר ותלמידו (60) *Peculium & Diſcipulus Heberi* & in Sacris literis עברי, dicitur enim : ויגד לאברם העברי (61) *Et nunciavit Abrahamo Hebræo* ; obtinet hoc cognomen , non tam ratione originis , proximior alias foret denominatio a Parente vel Avo , quam (62) inſtitutionis , quia ſcilicet traditam ab Hebero linguam cum aliis diſciplinis diligentius obſervaſſet, & dic , quæſo te, cur primus alias hoc titulo inſigniretur? Nec tamen nulli ſunt , qui aliam hic rationem extorquent , namque *Paulus Burgenſis* (63) *Raſchi* (64) *R. Bechai* (65) *Chryſoſtomus* (66) *Seldenus* (67) aliique nomen hoc eliciunt ab עבר *tranſiit*, quaſi vocaretur *Tranſitor* , quia patriam reliquerat, pro quorum ſententia tanquam pro aris & focis pugnat (68) *Brianus Valtonus*; Malunt tamen alii ab Hebero deducere , inter quos numerantur *Abarbenel* (69) *Auguſtinus* (70) *Joſephus* (71) *Mercerus* (72) *Euſebius* (73) alii, quorum partes pro virili & more ſuo erudite defendit (74) *Celeb. Altingius*. Nec obeſt nobis quod in verſione Græca τ̃ LXX. dicatur : παραγενόμενος δὲ τ̃ ἀνασωθέντων τὶς, ἀπήγγειλεν Ἄβραμ τῷ περάτῃ *Accedens aliquis eorum , qui ſervati erant , renunciavit Abrahamo Tranſitori* , poſtquam confeſſum vidimus Scholiaſten : τοῦτο παρὰ τῷ Ἑβραίῳ κείμενον εὗρον Εὐραί. *Hoc* (ſc. περάτῃ) *apud Hebræum inveni collocatum* Εὐραί , poſito υ pro ב leni , quod pro ו non raro adhibetur a Græcis , ſæpiſſime ut ו pronunciatur ab Hebræis. Sed his inſeneſcere noſtra mens non eſt, probare nobis ſaltem hoc incumbit, quod Præclarus Doctor fuerit: Vis ergo teſtimonium *Maimonidis*? Dicet eum in natali ſolo diſſeruiſſe: כיון שהכיר יידע התחיל להשיב תשובות על בני אור כשדים ולערוך דין עמהם ולומר שאין זו דרך האמת שאתם הולכים (75) *Poſtquam accuratam ejus notitiam adeptus eſt, cœpit reddere reſponſa adverſus habitatores Ur Chaldæorum & diſputare cum iis, nequaquam eſt via veritatis, in qua vos ambulatis*. Vis *Joſephi*? introducet ille eum cum laude & admiratione inter Ægyptios diſputantem : θαυμασθεὶς ὑπ' αὐτ̃ ἐν ταῖς συνουσίαις ὡς συνετώτατος καὶ δεινὸς ἀνὴρ (76) *In pretio habitus ob has diſſertationes* (ſc. quas cum Ægyptiorum Præſtantiſſimo habuit) *ut qui magnam intelligendi , eloquendi , docendique facultatem habens* . Vis , quod ſuperat , *Cananæorum*? fatebuntur non inviti : נשיא אלהים אתה בתוכנו (77) Βασιλεὺς παρὰ Θεοῦ εἶ σὺ ἐν ἡμῖν (78) *Princeps Domini es Tu inter nos* : Princeps non regnando , cum nullibi legatur politicum aliquod imperium tenuiſſe, ſed docendo, i. e. רב קדם יהוה (79) *Magiſter coram Domino*; quod non miraberis, ſi attendas Rectores Academiarum Hieroſolymitanarum dictos fuiſſe *Principes* : (80) ומי שהוא ראש ישיבה בארץ ישראל נשיא קרינן *Et quiſquis Rector eſt Academiæ in terra Iſraelis eum Principem vocamus* : Ut non hic deducam phraſin בתוכנו *in medio* , qui locus Docentium fuiſſe infra patebit. Sed exteros erudiendo ſuos neutiquam neglexit, quippe quos ſolos eo perfectionis perduxit , ut חניכיו (81) *Initiati ipſius dici* meruerint, hoc eſt, vertente *Buxtorfio* (82) *Inſtructi ſui* , *Altingio* κατηχημένοι (83) , & *Raſchi* (84) אשר חנכם למצוה *Quos præceptis divinis initiaverat* ; ſic enim & alibi (85) vocem hanc uſurpari obſervavimus , חנך לנער *Erudiens puerum*. Diu autem in illis erudiendis operam locaverat , nec enim rudem familiam

liam ex Charan produxit ; hinc animæ in Charan (86) paratæ non nuſquam (87) redduntur per ית נפשתא רשעברו לאוריתא *animas, quas ſubjecerant* (Abraham & Sara) *Legi*, hoc eſt, *quas* (88) *veritatem docuerant circa numinis cultum*. Methodum docendi refert ita (89) *Maimonides*, Vir præ ſociis laudatæ fidei: *Docere ſolebat, & per demonſtrationes ſpeculativas oſtendere, quod mundus habeat Deum unum ſolum, & quod is creaverit omnia, quæ extra & præter ipſum ſunt, & quod non ſerviendum ſit figuris iſtiuſmodi externis, aut ulli creaturæ, & ad iſta ſermonibus blandis, ſuavibus & jucundis beneficiis denique allexit atque attraxit*. Crediderunt autem *Rabbini* (90) Abrahamum mares, Saram fœminas inſtituiſſe. Et ne ſolam Theologiam illum urſiſſe credas, non deſunt (91), qui munera, quibus natos ex reliquis uxoribus (92) affecit, per varias ſcientias, ut Magiam naturalem, Aſtrologiam, Phyſicam aliaſque interpretantur, a quorum ſententia non abhorrere videtur (93) *Altingius*. Dicerem aliquid de libro, quem in literas retuliſſe a Rabbinis (94) creditur: והם אנשי בית אברהם ושתל בלבם העיקר הגדול הזה וחבר בו ספרים והודיעו ליצחק בנו *Illi erant viri Domus* Abrahæ (כ: Scholæ Abrahæ (95) ut בית הלל ובית שמאי *Scholæ Hillelis & Scamai*) *infixitque animis eorum magnum illud fundamentum, compoſuitque libros de eo, & filio ſuo Iſaac indicium ejus fecit*: & miratur hic (96) *Voſſius*, cur non Cabaliſtæ (ſiquidem & hodie, ſi inſcriptioni fides habenda ſit, ſuperſtes ſit ספר היצירה *Liber Creationis*) hunc theſaurum inter libros Canonicos referant, præſertim cum per illum ſe miracula edere poſſe glorientur; Sed tranſeat ille fictus liber, ut claudatur Schola Abrahami egregio ipſius Dei teſtimonio (97) כי ידעתיו למען אשר יצוה את בניו ואת-ביתו אחריו ושמרו דרך יהוה *Quia novi eum, quod præcipiat filiis ſuis & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Domini*. Sufficit, quod filiis familiæque præceperit, id eſt, Præceptor fuerit ; an vero loquendo vel ſcribendo, quid juvat juſto diligentius inquirere.

Egreſſo hac Schola ſi tibi placeat in Scholas filii Iſaaci nepotiſve Jacobi diverti, aperiet una utramque manu Rabbinorum apex *Maimonides*, dicendo: וישב יצחק מלמד ומזהר ויצחק הודיעו ליעקב ומינהו ללמד וישב מלמד ומחזיק כל הנלוים אליו יעקב אבינו למד בניו כולם: (98) *Seditque Iſaac docens & exhortans. Porro Iſaac ſignificavit illud Jacob, & eum his docendis præfecit, ſeditque illud docens & confirmans, quotquot ſe illi adjungerent. Jacob autem Pater noſter erudivit omnes ſuos filios*. Eſt enim ut ait (99) *Altingius*: *Iſaacus alium Præceptorem, quam Patrem Abrahamum habere nequiit, nec alium a ſeipſo præficere filio Jacobo, qui ſimiliter informatorem omnium filiorum, neceſſitate id exigente, egit*. Idcirco cum Abrahamo conſortes redduntur tituli נביאים (100) *Prophetarum*, נביא autem non ſolum futura prædicentem, ſed quandoque etiam *Laudantem* (101) *vel de myſteriis rerum divinarum diſſerentem* (102) ſignificare dudum notarunt Eruditi. Sed Jacobus ut generando, ſic & informando prolixior fuiſſe videtur: Creditur ab Hebræis quatuordecim annos pulverem Scholæ (103) Heberi triviſſe, unde hæc verba: ויעקב איש תם יושב אהלים (104) *Et Jacob vir præfectus habitavit in tabernaculis*, ita transferuntur a *Jonathane* (105) ויעקב גבר שלים בעובדוי משמש בבית מדרשא דעבר תבע אולפן מן קדם יהוה: *Et Jacob erat Vir integer operibus ſuis, miniſter Scholæ Heberi quærens doctrinam a facie Domini*. Sed rectius forſan exinde colligeretur, frequentaſſe eum Scholam (dubito enim, an Heberi) Patris vel Avi ; tabernacula enim quandoque per Scholas explicari poſſe teſtis eſt præter alios *Pererius*, dicit (106) enim: *ſecundum Hebræos, ut referunt Lyranus & Toſtatus, nomine taberneculorum ſignificatur Scholarum locus, quas frequentavit Jacob, addiſcens ſapientiam & Dei timorem*: Unde & ita reddit *Onkeloſius* (107) ויעקב גבר שלים משמש בית-אולפנא *Jacob autem erat vir perfectus miniſter domus doctrinæ*. Ipſe autem, ſimulac licuit, docendi provinciam in ſe ſuſcepit, cujus ideo tuguria, quæ acquiſitioni ſuæ erexiſſe (108) legitur, explicat alius (109) per בית מדרשא *Academiam* alius (110) per ὄικον ϗ αὐλὰς τȣ̃ κυρίȣ, licet hanc paraphraſin ægre poſſe tolerare videatur natura tum vocis סכות, quod a סכך *Texit* derivatum ſaltem leve aliquod tegmen innuat, quo a Jove frigido ſua tueretur, tum vocabuli המקנהו, cui extructa ſunt illa tuguria, quod proprie de iis, quæ emuntur, & ſpecialius de pecudibus (111) uſurpatur, ſed quicquid demum ſit, perſuaderi nobis nequit, docendi munus, quo illum perfunctum eſſe nuper probavimus, vel ibi vel alibi intermiſſum fuiſſe. Sparguntur radii ardoris ipſius tum in (112) Bethel, ubi articulum de abjiciendis idolis colendoque vero Deo ſincere ingeneravit, tum in ipſo mortis agone (113) ſpi-

ſpiritum enim prius emittere, quam filios doctiores dimittere noluit. Defuncto magno hoc Rectore, ſervitus Ægyptiaca Muſas Iſraeliticas exulaturas eſſe voluit, jubendo, ut pro literis latere legerentur; at plane tamen proſcribere nequiit. Si *Rabbinos* adeamus, illi demandatam Levi peculiariter hanc curam fuiſſe opinantur: והבדיל לו ומינהו ראש והשיבו בישיבה ללמד דרך השם ולשמור מצות אברהם (114) *Et ſeparavit Levi, eumque conſtituit caput, & collocavit eum in conſeſſu Scholaſtico ad docendum viam Dei, & ad cuſtodienda præcepta Abrahami.* Adjungitur alibi Simeon tanquam ejus ſocius, ubi illud vatinicium [115] אחלקם ביעקב ואפיצם בישראל *Dividam eos in Jacob, diſpergam eos in Iſrael*, ſic explanatur: אפליג ית שבטא דשמעון סברין מלפי אריתא בכנישתא דיעקב ואבדר ית שבטא דלוי בבתי מדרשא דבני ישראל [116] *Dividam tribum Simeonis, ut ſint periti Doctores Legis in Eccleſia Jacobi, & diſpergam tribum Levi in Academiis Iſraelitarum*: Ita tamen ut Simeonitis longe præferantur Levitæ, nam אין לך עניים סופרים ומלמדי תינוקות אלא משמעון כדי שיהיו נפוצים [117] *Non erunt tibi pauperes Scribæ & Pædagogi niſi ex Simeone, ut diſperſi agant*; contra נתן לו תפוצות דרך כבוד [118] *dedit illi* [Levi] *diſperſionem ſuam honoris gratia.* Sed tunc temporis ſuæ familiæ quidem Præceptores fuerunt Levitæ, non autem ad publicum officium præ fratribus electi a Jacobo, ſed longe poſt primum ad illud deſignati ſunt ab ipſo Deo jubente: יורו משפטיך ליעקב ותורתך לישראל [119] *Docebunt judicia tua Jacobum & legem tuam Iſraelem*, nempe tunc primum illis in honorem ceſſit, [120] quod diviſi eſſent in *Jacob* & diſperſi in *Iſrael*: At vero poſt obitum ſtatim Jacobi [121] *Incubuit filiis ejus in Ægypto doctrinæ religionis propagatio, quemadmodum eam a Patre acceperant, unoquoque in ſua tribu Doctorem ſuæ poſteritatis agente.* Ægyptiacæ poſtea Academiæ Patres fuere Septuaginta Seniores, non immerito [122] המיוחדים לישיבה *Collegium Academicum* vel *Confeſſus Conſiſtorialis* vocati, nec ſine cauſa [123] convocati, ut acceptam a Moſe Dei voluntatem coram populo [more hypodidaſcalorum, de quibus infra] repeterent, conſtituti enim erant non ſolum להנהיגם *ad ducendum* more *Magiſtratuum*, ſed & ללמדם *ad docendum* more *Magiſtrorum* [124] Loquitur id, ut taceantur alia, ipſe titulus, quo honorabantur dicti זקנים cui titulo in novo foro fœdere reſpondet τὸ πρεσβύτεροι [125] vel πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ [*126*], quod nomen Doctoribus competere quis eſt, qui ignorat? Floruit honoratiſſimum illud Collegium, [127] quamdiu ſub impii Regis flagello mœſta gens dolebat, cui tandem ſuppetias tulit Moſes Vir, ut ad officium divinitus vocatus, ſic & omni doctrinarum genere cumulatiſſimus.

Tantum ille primum apud Ægyptios fecit progreſſum, ut illorum Doctoribus nihil peculiare reliquerit, nam ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων [128] *Informatus eſt Moſes in omni Sapientia Ægyptiorum*, ideoque juxta *Navarrum* (129] *in ea Schola educatus fuit, quæ fuit poſtea Pythagoræ, Platonis omniumque adeo Græciæ Philoſophorum Schola: eam vero ſapientiam didicit, quæ tot Sapientes deinde Athenis extulit, & magna totius orbis admiratione & fama celebravit.* Sed humilior illa Schola fuit, quam ut auſis tanti viri ſufficeret, ideoque rude donatus prœlectiones ipſius Dei frequentavit, nunc rubum ardentem [130], nunc montem Sinai [131] pro Schola veneratus, ubi למד מפי הגבורה [132] didicit ex ore τῆς δυνάμεως, nam Οὗτος ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ Ἐρήμῳ, μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα, δοῦναι ἡμῖν [133] *Ille eſt, qui fuit in Eccleſia in eremo, cum Angelo loquente ipſi in monte Sinai & cum Patribus noſtris, qui accepit verba viva, quæ traderet nobis*; Unde nec mireris, quod reliquos Doctores & Prophetas (134] longe poſt tergum reliquerit, nec quod tot eum præclaris encomiis tam ſacræ literæ, quam Rabbini proſequantur; nunc Deus *Aaronis* audit [135] ואתה תהיה-לו-לאלהים *Et eris illi Deus*, dicit ipſe Deus; ut eſſet velut Præſes quidam, ad cujus nutum omnia gererentur: nunc Ἄρχων *Princeps* [136], cui reſpondet Hebræum נשיא, quod Rectoribus terræ Iſraelis competere antea [137] ex Rabbino adſtruximus: nunc δυνατὸς ἐν λόγοις [138] *Potens verbis*, quam laudem boni quivis Oratores ſitiunt: nunc משה רבינו רבן של כל הנביאים [139] *Moſes Magiſter noſter Princeps omnium Prophetarum* & [140] *Sapientum omnium Anteſignanus aeque Antiſtes*: nunc משה איש האלהים מחוקק וכותב התורה [141] *Moſes Vir Dei Scriba & Scriptor Legis*; ut præteream ſexcenta alia, quæ clare ſatis eminentiam viri loquuntur: Nec eſt, quod induſtriam deſideres, illius enim documenta plus vice ſimplici dedit, inſtruendo nunc Aronem [142], nunc Seniores [143], ſingulis Patribus familias inſtitutionem [144] filiorum ſerio imperaſ-

peraſſet, novos ſibi Collegas & velut *Hypodidaſcalos* ex Senioribus, id eſt, *doctrina potioribus* [145] ſubjungendos curavit, quos ipſe in tentorio ſuo, quod Chaldæus vocat ביח אולפנא *domum doctrinæ*, probe antea eruditos, inauguraſſe [146] fertur, unde maturi adeo facti ſunt, ut fuerint מתנבאים [147] *Prophetantes*, hoc eſt, laudantes vel diſſerentes, veluti hanc vocem noſtræ ſententiæ ſatis vindicavit [148] *Vorſtius*. Sed priuſquam debitum naturæ ſolvit, ſucceſſorem ſuum Joſuam ſolenni ritu creavit, juſſu Dei dicentis: קח-לך את יהושע [149] *Cape tibi Joſuam*, ut ſcilicet, explicantibus *Rabbinis*, *eum* prius *Theoreticis Practicisque præcepris imbueret* ילמרהו במרוה וכרעוה (150) & deinde manus [cujus moris noſtri hodienum tenaces ſunt Doctores multis in locis] imponendo, aliquid de majeſtate vel gloria ſua [ut ſolent Promotores] מהורו communicando [151], legitime ad *ducendi* pariter ac *docendi* officium promoveret. Promotionem ipſius fabulis prolixam reddiderunt *Rabbini*: *A primo Januarii*, inquiunt [152) *ad ſextum Februarii ivit Moſes mane & veſperi, & miniſtravit Joſuæ, ut diſcipulus Mægiſtro, & illi triginta ſex computati ſunt Moſi, dies pro anno* (quia Joſua 36. annos miniſtraverat Moſi.] *Quomodo Moſes miniſtravit Joſuæ? Quotidie Moſes conſtitio a media nocte, & acceſſit ad fores Joſuæ, & accepit clavem, & aperuit januam, ingreſſusque eſt, & cepit induſium, illudque explicavit, & depoſuit ad cervicale ejus; accepit etiam calceos ejus, & rite eos paravit, atque ad latus lecti depoſuit. Porro accepit pallium ejus, & tegumentum & ſudarium, & galeam auream & coronam gemmeam, & omnia probavit, & exploravit, purgavit & ordine collocavit coram ipſo in ſella aurea, rurſus attulit urceum aqua & pelvim auream, depoſuitque ante ſellam. Et adhuc non excitatus erat Joſua e ſomno. Poſtea præcepit Moſes puero ſuo, ut lavaret domum tentorii* [tribunalis] *Joſuæ ex fonte tentorii Moſis, inferrique curavit ſolium aureum, atque expandit ſindonem ex byſſo, & ſindonem ex melotis, omniaque vaſa pretioſa & pulchra, quæ habebat more Regum*. Sed ſi ita pergendum, quis demum dicendi finis? tandem vero in ſolio eum coram populo a Moſe collocatum dicunt: nos hiſce prurientium cerebrorum deliciis fidem nobis conciliare non diſcupimus; ſufficit noſtro inſtituto, quod crediderunt Rabbini Joſuam ſolenniter creatum fuiſſe tam *Doctorem*, quam *Ductorem*, ut loqui amat [153] *Altingius*. Peccares ſi illum Heroem ſegnitiei incuſares, ſatis eum non ſolum excuſat, ſed & extollit Sacer Codex, tanquam qui, quantum per Martem & Themida, bellum & jus diſtribuendi, licuit, Muſas vel artes humaniores coluit. Teſtabitur id unicum illud concilium, quod in urbe Sichem coegit, ubi, valedicturus quaſi, non eruditam minus, quam piam ad populum concionem habuit, ſe ſuiſque loco exemplaris ſtatutis: אנכי ובתי נעבר את יהוה [154) *Ego & domus mea ſerviemus Jehovæ*, quod citra aſſiduum informandi ſtudium polliceri non potuit.

Cum Joſua una cum Senioribus acquieviſſet, tanta Hebræorum limites invaſit barbaries, ut accuſetur oborta nova proles, velut rudis & Dei (155) ignara, nec tamen plane univerſale illud ignorantiæ diluvium fuiſſe crediderim. Sunt qui varia hic interſerunt literarum domicilia, nempe גבעת פינחס (156) *Collem Pinehas*, (157) גבעת המורה (158) *Collem More*, quaſi *More* originem deberet τῷ מרא *Dominus*, voci Chaldaicæ, quæ etiam dicitur (159) מר, conjicientes locum illum vocatum fuiſſe *collem Domini* vel *Doctoris* (160) ab inſigni aliquo Doctore, qui κατ᾽ ἐξοχὴν מר dictus eſſet: Memorant alii *Jabezum* (161), cujus Academiæ cives Jethronis poſteri Kenæi (162) putantur, & nominis rationem inde depromunt Talmudici שיעץ וריבץ תורה בישראל (163) *quod prudenter explicarit & propagarit Legem in Iſrael*. Sed relictis hiſce pergimus ad Samuelem, qui Apollinem de genu quaſi pugnantem in pedes erexit: fatebitur id, qui ſeculum ipſius paulo diligentius excuſſerit. Florebant ſub illius nutu duo potiſſimum collegia, alterum in גבעת האלהים alterum in נוית. Primum eſt de quo Sauli narrat Samuel (164) אחר כן תבא אל-גבעת האלהים ופגעת חבל נביאים יורדים מהבמה ולפניהם נבל ותף וחליל וכנור והמה מתנבאים *Occurres catervæ prophetarum, venientium de excelſo, & coram illis nablium, & tympanum, & tibia & cithara; & ipſi prophetantes*. Locus dicitur גבעת האלהים non tam ob molem & magnitudinem, ut quibuſdam (165) placet, *quam* quia (166) *ad inſtitutionem juventutis in ipſius* (Dei) *cultu deſtinatus* erat; nihil hic hic diſſimulat *Junius*, ita (167) ſcribendo: *Gibha ſive Gabaa, ut vulgo legitur apud Hebræos & Syros collem ſignificat, vel locum editum: Hoc nomine olim donabantur in populo Dei, qui habendis conventibus Eccleſiaſticis vel SCHOLASTICIS deſtinatus eſſet*; & interjectis paucis:

cis : *Atque hæc non raro fuit Prophetarum docentium ſedes, ut ex Samuelis hiſtoria* 1. *Sam. X. calligitur*. In illo colle fuit iterum penetrale aliquod, quaſi *auditorum ſuperius*, dictum במה *Excelſum*, quod interpretatur *Chaldæus* per בית אסחרותא *Domum confeſſus* ; ad Academias enim & ſcholas excelſa & editiora electa fuiſſe loca poſtea, Deo volente, probabimus, ubi ad formam Academiarum perventum fuerit. Perſonæ depinguntur, ut חבל נביאים *Ordo Prophetarum*, hoc eſt, (168) סיעת ספריא *Agmen Scribarum* vel (169) *chorus Studioſorum*; Nam (170) *utrique Doctores & Diſcipuli ipſorum Prophetæ dicebantur communi voce* ; Veniebant hi diſcipuli ordine & ornata ſerie, quod pollicetur vox (171) חבל, velut apud nos quoque diſcipuli e Schola in templum euntes modeſtum ordinem ſervant. Muſicos, more ſolito, ante ſe habuerunt, qui tibiis cantabant, aliaque Muſica inſtrumeata exercebant, cum quibus ipſi ſimul traditam in ſcholis lectionem inter eundum canendo repetebant, etenim Prophetia illorum היתה שירות ותושבחות לאל נאמרות ברוח הקרש (172) *erat cantica & celebrationes Numinis divini ſpiritu Sancto prolatæ*. Alterius conſt-tutionem referent miſſi ad accerſendum Davidem Sanlis nuncii (173) עמר נצב עליהם וירא את-להקת הנביאים נבאים ושמואל *Et viderunt cœtum Prophetarum Prophetantium & Samnelem ſtantem, conſtitutum ſuper illos*. Locum deſcribit (174) *Adricomius*, quod fuerit *in Rama tribus Benjamin, diſtans ſex milliaribus a Jeruſalem ad Septentrionem verſus Bethel*, quem corrigit (175) *Bonfrerius*, qui ad aquilonem Ramam ponit, vocabatur ניות a נוה *Habitando*, & hic κατ' ἐξοχὴν denotat *habitaculum bonarum artium*, (176) *quod eruditio & pietas hanc ſibi ſedem delegiſſent*, ſicut cognata מתיבה (177) ortum a יתיב *ſedere* vel *Habitare* & ישב a ישיבה (178) *ſedere* vel *locatum eſſe*, ſcholam vel gymnaſium ſignificant, imo nemini non notum eſt, aliquando ipſum בית pro ſchola uſurpari, ſicut בית הלל *Schola Hillelis*: Unde etiam *R. Levi* בית המררש *Chaldæus* בית אולפנא (179) *Academiam*, alii (180) *Collegium Domum doctrinæ*, nominare jubent. Hujus Academiæ cives fuere iterum נביאים *Prophetæ*, i. e. ut ſupra, Studioſi ſc. תרגומו ספריא רוצה לומר תלמידי חכמים כי תלמידי חכמים נקראו סופרים (181) *Qui cluebant diſcipuli Sophorum, Philoſophiæ & literarum Studioſi, Scribæ dicti*. Declaratur officium ipſorum, quod fuerint נבאים *Laudantes* vel (182) laudes divinas ſingulari ratione cantantes, ut ſæpius monuimus : Sedebant autem coram Rectore ſuo teſte *R. Maimonide* (183) & dicente *R. Kimchi* (184) בני נביאים היו יושבים שם ולומדים לפני שמואל *Filii Prophetarum ſedebant ibi & diſcebant coram Samuele*, quem tamen ideo lapſus memoriæ vel calami inſimulat (185) *Altingius; ſiquidem illa tempeſtate nondum licuit coram Magiſtro ſedere*, a quo hic, ſalva boni Viri venia, aliquantulum recedimus, nec ſcimus, quomodo conveniunt hæc cum iis, quæ alibi (186) Celeberrimus Vir habet, niſi quod excipiat, licuiſſe ſedere diſcipulis ; cum (187] tradita a Magiſtro ſuo ſecum ſoli ingeminarent : ſed de hoc ritu commodior infra occaſio diſſerendi dabitur. Publicum vero, non umbratile aut privatum aliquod collegium ibi fuit, quod videor poſſe colligere ex vocabulo להקת, quod per Metatheſin poſitum eſſe pro קהלה *cœtum* vel *congregationem* denotante, nato a קהל *congregavit*, obſervarunt (188) Lexicographi, ita ut nec inepte hac voce inſigniatur (189) *chorus ſtudioſorum*, nec gratis dicatur reſpondere poſſe τῷ ἐκκλησίᾳ ὑπὸ τοῦ ἐκκαλεῖσθαι *convocando*. Præſes & Princeps rerum, quas gererent, fuit Samuel, fuit quippe נצב עליהם *Conſtitutus ſuper illos*, interprete *Chaldæo* מליף עלהון tanquam *Moderator* & Ἐπίσκοπος (190) ממונה עליהם להורותם מה יעשו *Præfectus illis ad præmonendum vel inſpiciendum quid facerent*. Ille inter auditores fuit עומר *ſtans*, ſcilicet (191) ut & ſuper omnes emineret, & eo facilius prælecta exciperentur ; ſic enim & noſtri hodie Profeſſores inter docendum ſtare in cathedra ſolent, & Hebræos idem aliquando ſolitos eſſe, infra pluribus conſtabit : Qui ergo celebrem ibi Acadxmiam fuiſſe inficiatus fuerit, lucem meridie negaſſe mihi videtur.

Ut nihil referam de aula Davidis quæ procul dubio ſedes eruditionis vocitari quoque mereretur, cum & ipſe a nonnemine (192) Promotus credatur, & tot cantus compoſuerit, tot cantores aluerit; curſum dirigimus *Abelam*, quæ deſcribente (193) *Adricomio*, *fuit inſignis ac munita ſuperioris Galilææ, ac Iſraelitarum metropolis, ſita in tribu Nephtalim, in planitie regionis Berim, non procul a Cæſarea Philippi, a Jordane 60. milliaribus diſtans*, in qua an Academia fuerit, diſputatur intee duos non infimi nominis viros *Spenerum & Majerum* (194), quorum ille affirmat, hic inficiatur; qui ſunt ab ajentis parte, ut

ſunt *Sanctius* (195) *Danhaverus* (196) *Schmidius* (197) *Quenſtedius* (198) alii, ſubſidium potiſſimum quærunt in oratione illa, qua frementem Joabum ab expugnanda delendaque urbe dimovebat mulier inſignis prudentiæ, quæ Judæis (199) pro Sara filia Aſer filii Jacobi habetur. Sic enim illa שאול ישאלו באבל וכן חתמו (200) *Interrogando*, inquit, *interrogabunt in Abel & ſic perficietur*: Dicunt, quid hoc aliud eſt, quam quod, ſimulac quædam magni ponderis controverſia oborta eſſet, conſulerentur Sapientes & Profeſſores Abelæ (diſputationem enim apud Hebræos olim peractam fuiſſe per interrogationem infra, Deo propitio, docebimus) & ſic perficeretur, hoc eſt, litis omnis dirimeretur, ut ne minimus reſideret ſcrupulus, ſed veritas claritaſque perfecte illuceſceret. Pergit porro docta mulier in perſona (ut ita dicam) Abelæ: אנכי שלמי אמוני ישראל *Ego Pacifica & fida Iſraelis*, אם בישראל *Mater in Iſraele* נחלת יהוה *Hæreditas Domini*, quaſi eſſet *Pacifica* in *decidendo*, *fida in edocendo*, *Mater in educando*, *Hæreditas Domini in edocendo*. Sed omnia, quæ huc faciunt argumenta audivimus ſuperiori anno (201) a *Celeberrimo Maſio*, *Theologo* noſtri ſeculi *Incomparabili*, nervoſe atque ſolide explicata, telaque adverſa feliciter repulſa: dolemus, quod illa hic adducere brevitas dudum interdixerit; imo nec conveniret, ſi hic laceræ veſti purpureum vel pretioſum pannum aſſueremus. Morari itaque nos hæc nequeunt, quin ſuſceptum ſemel iter continuemus, & inter eundum Salomoneæ quidem arcis, quia itineri obviæ, oſtia pulſanda eſſent, & quærendum verbo, an non ibi quondam Camœnæ hoſpitatæ fuiſſent? Perſuadere id poterat primo divina & inaudita Regis ſapientia (202), qua ſuperabat Orientales, Ægyptios, Ethan, Eman, Chalchol, Darda, per quos Matheſin, Aſtronomiam & Muſicam innui non ſine ratione conjicit (203) *Sanctius*, & quis neſcit, eum optimum Theologum (204) & peritiſſimum Phyſicum (205) fuiſſe? Perſuadere deinde poterat adventus peregrinorum, qui Hieroſolymam, tanquam ad mercaturam bonarum artium (ut ſolent hodie, quotquot altiora ſpirant) profecti (206) ſunt. Porro perſuadere poterant dubia (207) a Regina Arabiæ (tanquam opponente) objecta, a Salomone (tanquam Præſide) feliciter reſoluta. Denique perſuadere poterant verba, quibus auditoribus ipſius prudens gratulatur Regina: אשרי אנשיך עשרי עבדיך אלה העמדים לפנך תמיד השמעים את חכמתך (208) *Beati Viri*, *beati ſervi tui*, *qui jugiter ſtant* (ſtetiſſe enim aliquando diſcipulos ante ſuos præceptores, patet ex ſupra dictis, probabitur ex infra dicendis) *ante te*, *audientes* (more Auditorum Profeſſoris) *Sapientiam tuam*. Hinc quoque de Hebræorum Scholis acturus *Navarrus* (109) illum tanquam omnium Sapientum Choryphæum producit, & acute ait: *ſi nullus unquam Hebræis præter Salomonem doctrinæ laude inſignis contigiſſet*, *tamen hic unus revera eſſe & dici poſſet* πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Sed reliquis paulo eminentior hæc ſedes, ideo pergimus.

Decrevit autem cum moriente illo Heroe felicitas Hebrææ ſobolis, nec tamen ita ſuccubuit, quin varia ſubinde Scholarum veſtigia hinc inde obſervari poſſint, non urgebo duo illa (210) Collegia, quibus tempore perſecutionis providit Abdias, ſatis eſt ſummatim dixiſſe cum *Martinio* (211) *fuiſſe Prophetarum domus non ſolum religionis tanquam oracula*, *ſed eruditionis omnis ac Sapientiæ Scholas*; ſub iſtis autem temporibus magnam Prophetarum frequentiam fuiſſe quis negabit? Si *Jarchiden* conſulamus, illæ ætate Eſaiæ (212) quadringenta octoginta gymnaſia Hieroſolymis viguiſſe aſſeret: ſi *Maimonidem*, ille (213) aſſeverabit, fuiſſe מלמד תינוקות *Præceptorem puerorum* in quavis urbe & vico 120. familias continente, ſcilicet requirebat id rigor, quem ſupra (214) annotavimus. Quod ſi hæc nondum ſatisfaciant, curioſiorem ablegatum volumus Bethel, occurrent ei בני-הנביאים אשר-בית-אל (215) *Filii Prophetaeum in Bethel*; Eat in civitatem Jericho, habebit ſibi obvios (216) בני הנביאים אשר ביריחו *Filios Prophetarum in Jericho*; pergat Gilgal, offendet ibi, in quo acquieſcat, utpote בני הנביאים ישלים לפניו (217) *Filii Prophetarum ſedebant coram illo* (Eliſæo). Omnes dicuntur *Filii Prophetarum*, hoc eſt, *Diſcipuli*, nam licet tam Doctores, quam diſcipuli Prophetæ, ut ſupra monitum, dicerentur, διαλεκτικῶς (218) tamen *hi filii Prophetarum*, *illi Patres* vocabantur: Sic *Arabs* conſtanter vertit per *Diſcipulos Propheearum*, & *Uzzeilides* per תלמידו נבייא, quod & fatetur Raſchi כל בני הנביאים במקרא תרגומו תלמידו נבייא *Filii Prophetarum exponuntur per Diſcipulos Prophetarum*; ſuggeritur cauſa, præter dicta ſuperius (219), a *Rabinis* בני הנביאים רוצה לומר תלמידי הנביאים שהם להם כמו בנים (220) *Filii ſive diſcipuli Prophetarum erant iis ſicut filii*; Sic & apud eoſdem

בני

בני חכמים *Filii Sapientum* & תלמידי חכמים *Discipuli Sapientum* (221) tantundem valent; non tamen ideo sequitur eos fuisse pusillos & תינוקות; sed eo ætatis atque perfectionis potius pervenerant, ut potiantur nomine אנשים (222) *Virorum*, veluti apud nos Academica civitate donati nominantur *VIRI Juvenes*: imo תלמידי חכמים non tantum de pueris ac minoribus natu, sed etiam de adultioribus dici ex codice קדושים *de sponsalibus* observavit (223) Cl. *l'Empereur*. In ultimo, quod adduximus, commate illi studiosi, qui Rectore Elisæo utebantur, dicuntur sedisse coram eo, hoc est, notante *Junio* (224) *tanquam discipuli ad pedes ejus, & Paulus de se loquitur Act.* 22. 3., quod & observarunt alii (225) addita hac nota: *velut discipuli ad pedes ejus, ut informarentur ab illo tanquam Doctore & Magistro*. Idem voluisse videtur *Arabs* vertendo: *Et discipuli Prophetarum discubuerunt coram illo*; חלש enim proprie esse humi more Orientalium sedere præter Lexicographos testis est *Celeb. Pfeifferus* (226). Litem *Scaligerum* inter & *Petitum* alio amandavimus. Fervebant potissimum studia ætate hujus insignis Doctoris; etenim memorantur non solum זקנים (227) *Senes* (eruditione scilicet), qui ipsi domi assidebant, ejusque (228) velut ἀρχιδιδασκάλε κὴ θεοπνεύσε institutioni auscultabantur, sed & aliis in locis בני נביאים, qui vel eadem cum ipso Schola (329) continebantur, vel demandatum (230) ab ipso munus exequebantur.

Præceptores fuere, quotquot adhuc visitavimus, conveniamus etiam Præceptricem, si qua apud Hebræos fuerit, uti revera fuit; Monuimus antea verbo, Saram Magistram a Judæis habitam esse, idem, & forsan verius, fatentur (231) de Hulda, siquidem ab illis stat sacra pagina: Namque Rex Josias Hilkiam Sacerdotem, Ahikam aliosque misit consultum Huldam Prophetissam (232) והיא ישבת בירושלם במשנה *Et ipsa habitabat in Mischna*: Disseritur, quid per משנה intelligendum est? fateor plerosque quia illud derivant a שנה *Iterare* hunc sensum facere: *Habitabat in secunda*. Sed coacta paululum &, non elata, sed illata videtur hæc explicatio, si enim is esset sensus, nescio, cur ita absolute poneretur *Secundum* vel *Secunda pars*, & non adderetur cujus esset pars, poterat enim intelligi pars vel urbis, vel Scholæ, vel domus, vel muri, vel portæ, & quis tandem certus esset, quid indigitaretur? Convenientius itaque, me judice, quæritur origo in שׁנָה *Docere*, licet istæ voces & radicis & sensus affinitate conjunctæ sint, quæ enim docentur, sæpius plerumque iterantur atque repetuntur: fluit autem exinde talis sensus, satis completus: *Habitabat in doctrina*, licet phrasis sit Rethorica, quia adjunctum pro subjecto, *doctrina* pro *domo doctrinæ* adhibetur; sic & *Chaldæus* משנה transfert per בירת אולפנא *domum doctrinæ*, nec aliud in mente credo habuisse *Buxtorfium* (233). Et quid notius est, quam Judæos textum suum Talmudicum vocare משנה, Deuteronomium משנה תורה (234) *repetitionem Legis*; Quod si quis (235) eam *domum repetitionis* ab iterando dixerit, litem de voce non movebimus, dummodo sensu conveniamus. Rotundo autem ore *Altingius*: *Domus publica*, inquit (236), *ea fuit Hierosolymis, ubi doctrina cœlestis repetebatur, & auditoribus inculcabatur*. Habetur eadem vox Zoph. 1. 10. *Erit ejulatus* מין-משנה, hic iterum *Luth.*, *R. Salomon* (237) *Tarnovius* aliique *secundam partem* vel *portam* intelligunt (238), sed *R. Kimchi* (239) non portam sed *Scholam* designari ait, usus auctoritate Chaldæi Paraphrastis, qui, uti diximus, eandem vocem 2. Reg. 22. 14. interpretatur per בית אולפנא, quæ interpretatio etiam *Tremellio* mori in Judæorum commentariis recepto convenire (240) videtur, unde & notatum alicubi (241) invenies: *In secunda parte vel Schola*.

Videntur pleraque hæc literarum domicilia cum vigente natali solo viguisse, cum deficiente defecisse: quippe tam huic quam illis ruinam Babylonicum attulit imperium, cui parere coacta Sacra, quæ esset, gens gementes Musas secum jussit peregrinari, restitutura tandem eas, quantum licebat, pristino nitori & libertati, donec permissu jussuque Cyri demortuorum Parentum, sepultique fere cum iisdem Sacri Phœbi busta revisere liceret; inter reduces autem primum locum cum συγχρόνοις sibi Nehemia & ultimis Prophetis merito occupabit Ezras, vir haud ulli veterum virtute secundus; hinc est, quod eum summo Prophetæ Mosi plerumque assimilent (242) Rabbini, imo quod magis est dicant: ראוי היה עזרא שתנתן תורה על ידיו לישראל אלמלא לא קדמו משה (243) *Dignus erat Ezra, quod data fuisset Lex per manus ipsius, si non præcessisset ipsum Moses*. Nec encomiis Sacri Codices destituitur, extollitur tanquam (244) סופר מהיר בתורת משה *Scriba excellens in Lege Mosis*. סופר autem

tem dicebatur Legem edoctus non tantum a ſcribendo, ſed & ab enarrandis & explicandis iis, quæ in Sacro Codice (245) continebantur, ספר enim *librum*, סופר *librorum peritum* (246) hoc eſt *Literatum* (247) denotat. Scholam autem ſimulut poterat, Hieroſolymæ inſtituit, וכשעלו בני הגולה עם זרובבל לירושלם עלו מקצתם עם עזרא וקבעו ישיבת החכמים בירושלם (248) *Quando aſcenderunt deportati cum Zorobabele Hieroſolymam, aſcenderunt quidam, cum Ezra, & fixerunt Scholam Sapientiæ Hieroſolmæ*. Schola erecta, verum Dei cultum cum Collegis ſuis ab interitu vindicavit כי הכין לבבו לדרוש את תורת יהוה ולעשות וללמד בישראל חק ומשפט (249) *quia diſpoſuerat animum ſuum ad interpretandum Legem Domini, & ad præſtandum & ad docendum in Iſraele ſtatutum & Judicium*: introducitur hic, nunc ut Theologus *Polemicus* דרוש *interpretando*, quæ vox inſignem ἔμφασιν habet (250), quam feliciſſime omnium expreſſit Celeber. Vitringa (251), unde etiam ortum habet בית המדרש *domus diſquiſitionis* ſeu *Academia*; nunc ut *Practicus* לעשות *faciendo*, nunc ut *Præceptor* ללמד *docendo*. Sedulus itaque Doctor fuit (252) *non tantum in Eccleſiaſtico, verum etiam in Scholaſtico cœtu*, qui ideoque non immerito vocatus eſt ἀναγνώστης τοῦ νόμου (252) *Legis Lector* vel *Profeſſor Legis Publicus*. Metuit proinde etiam, ut Præſes eſſet אנשי כנסת הגדלה *Virorum Synagogæ magnæ*, quos numero centum & viginti (253) celebre & eruditum aliquod collegium conſtituiſſe (254) ajunt, quorum conjuncta opera concordique ſententia Libri ſacri in unum volumen redacti (255) creduntur. *Tertullianus* quidem, *Irenæus*, *Clemens Alexandrinus* aliique arbitrati fuerunt, Deum Ezræ textum librorum Veteris Fœderis, quos in deſolatione dicunt interiiſſe, per hauſtum miraculoſi cujuſdam potus verbo tenus inſpiraſſe, ita ut lapſis 40. diebus, omnes illos libros, ut loquuntur, eructaverit; quod merito ſanioribus (256) diſplicet. Iis vero aſſenſum plane denegare nolumus, qui Maſoram, dictam *Rabbinis* סיג התורה (257) *Sepimentum Legis*, Ezræ auſpiciis adornari (258) cœpiſſe ſtatuunt. Ita vires paulatim ſumſit Hieroſolymitana Academie; tempore autem Antigoni Sochæi (259) novam ornatamque induit formam, & poſtea inter varias rerum tempeſtates ita emerſit, ut inſignem in modum aucta fuerit ſecundum Rabbinos, qui dicunt: והאמר רבי פנחס אמר רבי אושעיה שלוש מאות ותשעים וארבעה בתי דינין היו בירושלים וכנגדן בתי כנסיות וכנגדן בתי מדרשות וכנגדן בתי סופרים (602) *Et ecce dixit R. Phineas R. Uſchajam dixiſſe trecentas nonaginta quatuor domus judiciorum fuiſſe Hieroſolymis; totidem Synagogas, totidem Academias, ac denique totidem domus ſcribarum* ɔ: *ludos literarios*. Quod quidem inſignem αὔξησιν, non tamen adeo incredibile eſt, nec in totum falſitatis argui poteſt. Pro fide liberanda unicum documentum dabimus: Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ (260). Plura indicia (quibus hic ſuperſedere jubet prolixitas) poſtea hic illic interſerentur. Sed nec Judæi, quibus reditus in patriam vel non patebat vel non placebat, Muſas ante fores jacere paſſi ſunt, quin potius paulatim varias variis in locis Academias inſtituendas curaverunt, quas jam currente oculo perluſtrabimus.

NOTÆ IN CAPUT PRIMUM.

(1) *Eſai. XXVII. 26.*
(2) *Hottinger. Hiſtor. Orient. lib. 1. cap. 3. p. 15. & lib. 2. cap. 3. p. 256.*
(3) *Sub init. lib. 7.*
(4) *Ligth. Eruab. cap. 29. Bangius Cœl. Orient. Exercit. I. de prim. liter. natal. Qu. 4. Menoch. de Rep. Heb. lib. 7. cap. 1.*
(5) *Cœl. Orient. Exerc. 1. Q. 3.*
(6) *In monument. Ital. pag. 197.*
(7) *Bang. Cœl. Or. Exerc. Qu. 3.*
(8) *Idem ibid.*
(9) *Gen. IV. 16.*
(10) *Hebr. IV. 13.*
(11) *Geſner. in Gen. 4. qu. 9.*
(12) *Joſep. Antiq. Jud. lib. 1. c. 3.*
(13) *Gen. 4. 19. 20.*
(14) *Targum Onkel. & Jonath. ſit illius eſt.*
(15) *Ben. Ar. Montan. in verſion. Onk.*
(16) *Joſeph. Antiq. lib. 1. c. 3.*
(17) *Hiſtor. Promot. Hebr. p. 64.*
(18) *Antiq. lib. 1. c. 3. conſentit Alſted. Chronol. 28. Orig. Var. pa. pag. 253.*
(19) *Exerc. in Antiqu. Joſeph.*
(20) *Alting. Hiſt. prom. Ac. Hebr. p. 64.*
(21) *In lib. Zohar Raknat. ſol. 35. col. 4.*
(22) *Conſ. p. 18.*
(23) *Gen. 5. 22.*
(24) *In h. l.*
(25) *Hotting. Hiſt. Or. lib. 1. c. 3. p. 22. & lib. 2. c. 3. p. 256.*
(26) *Dorſchæus Diſſ. pecul. de Proph. Enoch. Cunæ lib. 3. de Rep. Heb. cap. 1. Bang. Cœl. Or. Exerc. 1. qu. 5. Druſius in Henocho.*
(27) *Judæ v. 14.*

(28) *Alting. Hist. Pr. Acad. H. p. 66.*
(29) *Maimon More Neboch. part. 2. c. 39.*
(30) *Gen. 5. 28. 29.*
(31) *Gen. 6. 2.*
(32) *Alting. Hist. prom. Ac. Heb. p. 64. 65.*
(33) *R. Salom. Jarchi in Gen. 6. 2.*
(34) *Bechai in Leg. fol. 17. col. 4. m.*
(35) *Gen. 7. 9.*
(36) *2. Pet. 2. 5.*
(37) *Quenst. Antiqu. Bib. pag. 748.*
(38) *Gen. 9. 29.*
(39) *Targum. Jonat. Gen. 9. 27.*
(40) *Idem Gen. 25. v. 23.*
(41) *More Neboch. part. 2. c. 41.*
(42) *Gen. 25. 22.*
(43) *Joseph. Antiq. lib. 1. cap. 7. Buxtorf. de conserv. Ling. Heb. p. 34. Bochart. c. 14. &c.*
(44) *Vid. pag. 14.*
(45) *Lightf. Erubh. c. 30.*
(46) *Buxt. de Conserv. Lingu. Hebr. Diss. 1. Menoch. de Rep. Heb. lib. 1. c. 2. qu. 14. Pfeiff. Crit. Sac. cap. 3. Sect. 1. Qu. 1. Leusden. Philol. Heb. M. Diss. 17. Vasmuth. Vindic. Hebr. P. 1. p. 79. s. alii.*
(47) *Josep. Scalig. lib. 3. Epist. 242. ad Thomson. & lib. 4. Epist. 362. ad Ubert. Sam. Bochart. Canaan lib. 2. c. 1. p. 779.*
(48) *Leusden. Philol. Ebr. M. p. 194. Bart. Mayerus Phil. Sac. P. 1. p. 21. s. Buxt. Dissert. 3 qu. 1. Pfeiff. Critic. Sac. cap. 3. Sect. 2. qu. 3. aliq;*
(49) *Pfeiff. Crit. Sac. c. 3. s. 3. q. 1. Conf. Alting. de Essic. procr. Lingu. Heb. R. Jehud. Lev. in Cozri Orat. 2. §. 68. fol. 117. 6. Dub. Vexat. Pfeiff. Cent. 1. Loc. 36. p. 95. s. & Introduct. in Orient. pag. 3.*
(50) *Proleg. in Bibl. Polygl.*
(51) *Libr. Coment. in Gen. 9.*
(52) *De Civit. Dei lib. 16. cap. 11.*
(53) *Antiqu. lib. 1. cap. 4.*
(54) *Gen. 10. 21.*
(55) *R. Salom. in Deut. 6. 7.*
(56) *Gemar. Sanhedr. cap. 2. sect. 3. Jarchides in Gen. 12. 5. Bechai ibid.*
(57) *Juchasin fol. 32. 2.*
(58) *Pfeiff. Ant. Hebr. cap. 21. §. 4.*
(59) *Proleg. in Bibl. proleg. §. 2. s.*
(60) *Buxt. de Conser. Lin. Hebr. ex Cosri part. 1. §. 95.*
(61) *Gen. 14. 13.*
(62) *Buxt. de L. H. §. 37.*
(63) *In Matth. 21.*
(64) *In Gen. 10. 21.*
(65) *In Exod. 1.*
(66) *Homil. 35. in Genes. & hom. de nom. Abraham.*
(67) *De Diis Syrii l. 1. c. 2.*
(68) *Proleg. 3. in Bibl. Polygl.*
(69) *In Leg. fol. 51.*
(70) *De civ. Dei lib. 16. c. 3. & lib. 18. c. 39.*
(71) *Ant. lib. 1. c. 6.*
(72) *In Gen. 14.*
(73) *Praepar. Evang. lib. 7. cap. 2.*
(74) *Dissert. de Lin. Hebr. nominibus §. 3. seq.*
(75) *De Idolat. cap. 1. §. 8.*
(76) *Antiqu. lib. 1. cap. 9.*
(77) *Gen. 30. 6.*
(78) *Phil. Jud. de migrat Abr.*
(79) *Chald. Paraph. in Gen. 23. 6.*
(80) *R. Abrah. Fil. Maim. Ep. ad R. Joseph. fil. Gersom.*
(81) *Gen. 14. 14.*
(82) *Lexic. Hebr. in h. v.*
(83) *de Rep. Schol. Heb. p. 18.*
(84) *R. Sal. Jarchi in Gen. 14. v. 14.*
(85) *Prov. 22. 6.*
(86) *Gen. 12. 5.*
(87) *Targum Onkel. & Hierosol. item Jonath. in Gen. 12. 5.*
(88) *Alting. de rep. Schol. Hebr. p. 18.*
(89) *More Neboc. part. 2. cap. 39.*
(90) *Raschi in Gen. 12. 5.*
(91) *Abarb. in Leg. fol. 48. col. 4. p. Rasch. in Gen. 25. 6. Raknat. in Leg. fol. 57. col. 1. m.*
(92) *Gen. 6. 6.*
(93) *Hist. Prom. Acad. Hebr. p. 70.*
(94) *Maim. de Idol. cap. 1. §. 11.*
(95) *Schil. Lib. 3. cap. 14.*
(96) *Dionys. Voss. comm. in Mai. l. c.*
(97) *Gen. 18. 19.*
(98) *De Ido. cap. 1. §. 11.*
(99) *Schil. Lib. 3. cap. 14.*
(100) *Gen. 20. 7. & Psal. 105. 15. Conf. Kimch. ibid.*
(101) *Vorst. Dis. de Synedr. §. 24. Franc. Jun. de Acad. cap. 2. p. 12.*
(102) *R. Sal. Jarch. in Exod. 7. 1. Alting. Hist. Acad. Hebr. p. 19.*
(103) *Talm. Megilla cap. 1. fin.*
(104) *Gen. 25. 27.*
(105) *Targ. Jonat. l. c.*
(106) *Bened. Per. ad Gen. 25.*
(107) *Targ. Onkel. ibid.*
(108) *Gen. 23. 17.*
(109) *Targ. Jonath. in h. l.*
(110) *Phil. Jud. de migrat. Abrah.*
(111) *Vid. Lex. Bext. Heb. de h. v.*
(112) *Gen. 35. 2.*
(113) *Gen. 49. 1. s.*
(114) *Maim. de Idolol. cap. 1. §. 9. Dion. Voss. comm. ibid.*
(115) *Gen. 49. 7.*
(116) *Targ. Hieros. in Gen. 49. 7.*
(117) *R. Sal. in eund. loc.*
(118) *Idem ibidem.*
(119) *Deuter. 33. v. 10.*
(120) *R. Bechai in Leg. fol. 50. col. 1.*
(121) *J. Alting. Schil. Lib. 3. cap. 14.*
(122) *R. Sal. Jarc. in Exod. 3. 16.*
(123) *Exod. 3. 16. & 4. 29.*
(124) *Alt. Hist. Prom. Hebr. p. 73.*
(125) *Matth. 15. 2.*
(126) *Matth. 26. 3.*
(127) *R. Sal. Jar. in Num. 11. 16.*
(128) *Actor. 7. 22.*
(129) *Petr. Mart. Nav. in praef. Theonol. praefix.*
(130) *Exod. 3. 6. seqq.*
(131) *Exod. 19. 2. seqq. &c.*
(132) *R. S. Jarchi in Exod. 34. 32.*
(133) *Act. 7. 38.*
(134) *Deut. 34. 10.*
(135) *Exod. 4. 16.*
(136) *Act. 7. 35.*
(137) *Conf. p. 20.*
(138) *Actor. 7. 22.*
(139) *Maim. de idol. cap. 1. §. 10.*
(140) *Id. More Neboch. par. 1. c. 54.*
(141) *Abarb. in Leg. fol. 315. col. 4.*
(142) *Exod. 4. 28.*
(143) *Ibid. v. 29. alibi.*
(144) *Deut. 31. 22. alibi.*
(145) *Deut. 6. 1. & Raschi ibid.*
(146) *Philo. Jud. de ver. Resip. Noeh. p. 241.*
(147) *Abarb. in Leg. fol. 289. col. 2.*
(148) *Num. 11. 25. seqq.*
(149) *De Synedr. §. 23. & 24.*
(150) *Num. 27. 18.*
(151) *Abarb. in Leg. fol. 313. col. 3. m.*
(152) *Num. 27. 19. 20.*
(153) *In Libro cui inscribitur* בטירת מרעה *Excessus Moysis Doctoris nostri, super quem sit pax.*
(154) *Schil. Lib. 3. c. 6.*
(155) *Josu. 24. 15.*
(156) *Jud. 2. 19.*
(157) *Josu. 24. v. ult. Veemse Christ. Synag. lib. 1. Sect. 5.*
(158) *Jud. 7. 1.*
(159) *Buxtorf. Lex. Heb. Chald. in h. v.*
(160) *Veoms. Christ. Synag. lib. 1. Sect. 5.*
(161) *Buxtorf. Lexic. Talm. c. 965. seq.*
(162) *Jarch. & Kimch. in 1. Paralip. 2. 25. Abarb. in Leg. fol. 121. c. 4. m.*
(163) *Tract. Temur. fol. 16. 1.*
(164) *1. Sam. 10. v. 5.*
(165) *Svaning. not. marg. ad Bibl.*
(166) *Alting. de Rep. Schol. Heb. p. 23. Menoch. comm. in 1. Sam. 10. 5.*
(167) *Jun. de Acad. cap. 2. p. 19.*
(168) *Targ. Onkel. & Jonath. 1. Sam. 10. 5.*

(169) *Alt.*

(169) *Alt. Hist. prom. Ac. Heb. p.* 83.
(170) *Jun. de Acad. lib.* 2. *p.* 12.
(171) *Buxtorf. Lexic. Heb. de h. v.*
(172) *Kimchi in* 1. *Sam.* 10.
(173) 1. *Sam.* 19. 20.
(174) *Teatr. terr. sanct.*
(175) *Annot. in Adricom. des. terr. sanct.*
(176) *Alting. Hist. Acad. Hebr. p.* 24.
(177) *Buxtorf. Lex. Talm.* 996.
(178) *Idem Lexic. Rabb. p.* 910.
(179) *K. Levi ben Gerson in h. l.*
(180) *Svaning. not. ad h. l.*
(181) *Kimchi in h. l.*
(182) *Vorst. de Synedr.* §. 24.
(183) *Talmud. Thorah cap.* 4. *p.*
(184) *Kimchi in* 1. *Sam.* 19.
(185) *Schil. Lib.* 3. *cap.* 5.
(186) *Idem Hist. Acad. Heb. p.* 25. *f.* & 26. *p.*
(187) *I. Schil. Lib.* 3. *cap.* 5.
(188) *Buxt. Lex. Hebr. p.* 388. 669. *alii.*
(189) *Alting. Serm. proem. in Lect. Locor. Commun. habito die* 10. *Septembr. An.* 1678.
(190) *Kimchi in* 1. *Sam.* 19.
(191) *Alting. de Hebr. p.* 26.
(192) *Maimon. Sanhed. c.* 4. *m.*
(193) *Theatr. Terr. Sanct.*
(194) *Phil. Jac. Spener* Freyheit der Glauben / & *Joh. Fred. Maj.* Missbrauch des Freyheit der Glauben.
(195) *Jesu. ad* 2. *Sam.* 20.
(196) *Hermen. Sac. p.* 303.
(197) Comm. 2. *Sam.* 20.
(198) *Antiq. Bibl.* & *Eccl. p.* 752.
(199) *Hieron. in* 2. *Sam.* 20.
(200) 2. *Sam.* 20. 18. *seqq.*
(201) *Hect. Got. Mas. in Orat. quam pro deponenda praefectura Academica An.* 1792. *habuit in templ. D. Virgin.*
(202) 1. *Reg.* 4. 29. *seqq.*
(203) Comm. *ad h. l. aliter Hieronym. ad h. l.*
(204) 1. *Reg.* 8. *per tot. c.* &c.
(205) 1. *Reg.* 4. 33. *alibi.*
(206) *Ibid. v.* 34. & 1. *Reg.* 10. 24.
(207) *Ibid. v.* 1. 2. 3.
(208) *Ibid. v.* 8.
(209) *Praef. Techn. praef.*
(210) 1. *Reg* 18. 4. 13.
(211) *Navar. l. c.*
(212) *Jarchi in Esai.* [illegible]
(213) *Talmud Thora cap.* 2. *pag. Deoth. cap.* 4. *fol.* & *Sach. cap.* 1. *fin.*
(214) *Vid. p.* 3.
(215) 2. *Reg.* 2. 3.
(216) *Ibid. v.* 5.
(217) 2. *Reg.* 4. 28.
(218) *Jun. de Acad. c.* 2. *p.* 12.
(219) *Conf. pag.* 16.
(220) *R. Sal. Ben. Melech. ad* 2. *Reg.* 2. *fol.* 86. 3.
(221) *Maim. Talm. Thor. I.* 6.
(222) 2. *Reg.* 2. 16. & 4. 40.
[223] *Not. ad Beniam. p.* 138.
[224] *Not. ad* 2. *Reg.* 4. 38.
[225] *Svaning. not ad l. c.*
[226] *Antiqu. Hebr. c.* 21. §. 5.
[227] 2. *Reg.* 6. 32. *Cornel. Bertram. de rep. H. c.* 16. *p.* 304.
[228] *Alting. Hist. prom. Ac. Heb. p.* 87.
[229] 2. *Reg.* 26. 1. & *Svan. not. Ibid.*
[230] *Ib. cap.* 9. *v.* 1.
[231] *Kimchi in* 2. *Reg.* 2. *v.* 2.
[232] 2. *Reg.* 22. 14.
[233] *Lex. Talm. p.* 106.
[234] *Buxtorf. Lex. Heb. p.* 964.
[235] *Johan. Tarnov. Comm. in Zoph.* 1.
[236] *Hist. Acad. Hebr. p.* 27.
[237] Com. *in Zoph.* 1.
[238] Comm. *in eund. loc.*
[239] *In eund. loc.*
[240] *Tarnov. in Zophon.* 1, 10.
[241] *Svan not marg. ad h. l.*
[242] *Buxtorf.* Comm. *Masor. cap.* 16.
[243] *Talmud. Hieros. Megilla cap.* 1. & *Babyl. Sanhed. c.* 2. *fol.* 21.
[244] *Ezr.* 7. 6.
[245] *Buxtorf. Comm. Masor. cap.* 10.
[246] *Idem Ibid.* & *in Lexic.*
[247] *Lightf. Harm. Evang. Sect.* 7. *p.* 302.
[248] *R. Moses Mikkotzi praef. in l. praecept.*
[249] *Ezr.* 7. 10.
[250] *Buxtorf. Lexic. Talmud. in* דרש. *Elias in Tisbi ad eand rad.*
[251] *Archisynagog. cap.* 11.
[252] *Alting. Histor. Acad. Hebr. pag.* 34.
[253] *Apocryph. Ezr. lib.* 3. *c.* 8. *v.* 9. 10.
[254] *Maim. praefat. in Jadd.*
[255] *Buxtorf. Comm. Mas. c.* 10. *p.* 25.
[256] *Histor. Eccles. Gothan. pag.* 334. *Buxtorf. loc. cit. cap.* 10. & 12.
[257] *Salian. in ann.* 3447. *n.* 10. & *in ann.* 3524. *n.* 6.
[258] *in Pirke Aboth* & *alibi.*
[259] [illegible] *Crit. Sacr. c.* 6. *sect.* 2. *quaest.* 2. & *diss. de Mar. c.* 2. *Buxtorff. com. Mas. c.* 10. *sequ.*
[260] *Maim. Sanhedr. cap.* 1.
[261] *Kethubbot Babyl. f.* 104. *col.* 1.
[262] *Actor.* 6. 9.

CAPUT II.

Urbes Variae, in quibus Academiae fuere; Alexandria. Jasne. Caesarea. Zippora. Tiberias. Bitter. Magdala. Chammata. Academiae Babylonicae. Urbs Sora. Fuit ibi Academia. Quo tempore erecta? Academia Sorana reliquis praestantior. Urbs Pumbeditha. Illius Situs. Primo latrocinio infamis: deinde Academia celebris. Quando haec coepit. Pumbeditana Inferior fuit Sorana. Urbs Nehardea. Illius praestantia. Situs ejus & *Sorae. Initium Academiae Nehardeensis. Quamdiu Academiae Babylonicae floruerint? Quid ibi actum? Academiae Hispanienses non nisi reliquarum cauda* & *umbra. R. Benjamini error. Academiae, quas conglomerat, fuere umbratiles Scholae.*

NON hic narrationis filum abrumperemus, nisi nimiam vereremur prolixitatem, cui nos ut subducamus, quaedam loca saltem velut in tabula quadam breviter delineabimus, pauca paulo uberius persequemur. Transeant ergo Scholae & Academiae *Alexandrinae* (1), quae celebres admodum (2) fuere, unde quoque depromti creduntur LXX. Interpretes, qui textum Veteris Testamenti Graece transtulerunt: non hic concedit instituti ratio, ut vel ipsorum numerum ad amussim revocemus, vel nomina (3) iis tributa recitando per-

percenſeamus, vel in dubium vocemus, an in gratiam Ptolomæi Philadelphi ſuaſu Demetrii Phalerei juſſu Eleazari Pontificis maximi, ut volunt (4) plerique, an vero, quod & ſatius videtur, & E ruditiſſimo Campegio *Vitringæ* (5) probatur, propter ruditatem, quam libenter celatam volebant Judæi populi & neceſſitatem adornata ſit iſta Verſio? Tranſeat Academia *Jaſnenſis* (6), quam ſuo etiam tempore ſuperfuiſſe narrat (7) *R. Beniaminus*, ſi illi fides habenda. Tranſeant egregiæ Scholæ (8) *Lyddenſes*. Tranſeant Scholæ *Cæſarienſes* (9), quæ adhuc cum laude & honore רבניז דקיסריז *Rabbinorum Cæſarienſium*, qui exinde nomen mutuati ſunt, in paginis Talmudicis ſignatæ reperiuntur. Tranſeat clariſſima Academia (10) *Zipporenſis*, quæ R. Jehudæ Sancto debetur. Tranſeat illuſtriſſima omnium Academia (11) *Tiberienſis*, præſidio ejuſdem Rectoris & ætate florens. Tranſeat frequens illud collegium (12) *Bitterenſe*, ubi diſcipuli numero fere carebant, dicunt enim *Rabbini* (13) ibi Scholas fuiſſe ad minimum quingentas, quarum in minima erudiebantnr diſcipuli quingenti: dixerunt illi omnes, *poſſumus hoſtium* (ſi venerint) *oculos calamis eruere* &c. Tanta ſcilicet ipſorum erat frequentia, ut pennis potius & ſcalpellis, quam telis dimicandum ſtatuerent, rati Martis arma tandem multitudine armorum Phœbi obtundenea eſſe. Tranſeat porro Schola (14) *Magdalenſis*, (15) *Cammathenſis*, & ſi quæ aliæ (16) fuere! male nos habet, quod in iis famem exponere non contingat, invidet quippe tam auguſta materia, tam anguſta hora hanc nobis felicitatem; ut ergo ad clepſydræ ſtillicidium nos componamus, eamus ad Academias illas, quæ Rempublicam Scholaſticam Hebræorum vel clauſerunt, vel ultimo honorarunt, ut eo commodius in fine ipſarum finem (qui alias, ſi enumeratæ nuper omnes æque tractarentur, diu longeque quæreretur) hiſtoriæ Academicæ maturemus.

Itaque poſtquam R. Jehuda Sanctus, eruditorum apud Hebræos Lumen atque Columen, acquieviſſet & Hieroſolymæ ſimul ſtudia literarum fere exſpiraſſent, emerſerunt iterum in Babylonia, ubi erectæ ſunt tres illæ inſignes Academiæ *Sorana*, *Pombedithana* & *Nehardeenſis*, & ne de umbris locuti eſſe videamur, ſtatim petenda ſunt teſtimonia ex antiquis Judæorum ſcriptis, dicunt ipſi, רבותינו שבבבל רב ושמואל דיני דפומבדיתא רב פפא בר שמואל: דיני דנהרדעא רב ארא בר מניומי: סבי דסורא רב הונא ורב חסרא סבי דפומבדיתא רב יהודה ורב עינא חריפי דפומבדיתא עיפה ואבימי בני רב רחבא: אמוראי דנהרדעא רב חמא נהרבלאי: (17) *Rabbini noſtri in Babylonia fuerunt Rab & Samuel -- Judices Pumbedithæ Rab Papa filius Samuelis cum ſuis: Judices Nehardeæ Rab Ada filius Minjomi cum ſuis: Seniores Soræ, Rab Huna & Rab Chaſda: Seniores Pombedithæ Rab Jehuda & Rab Huna: Profeſſores Talmudici Pombedithæ Epha & Aimi f. Rachba: Profeſſores Talmudici Nehardeæ Rab Chama Nearbelita cum ſuo collegio.* In quolibet ita loco non ſolum סנהדרין *Synedrium* ſed etiam ישיבה *Academia* cum ſuis Præſidibus fuit: Clarius id patebit, ſi ſingulatim ſingula perſpexerimus.

Prima ergo, quam dicemus, Academia inſtituta eſt in urbe, quæ & nomen & (licet vix variorum exercitiorum numerum, tamen) ſtudiorum vigorem communem habuit cum amœniſſima aliqua Sædlandiæ urbe in Dania *Sora* dicta, ubi non dudum ab hinc illuſtris (18) Academia eſſe deſiit, ſchola tamen adhuc ſupereſt: Vocabatur quippe סורא vel סוריא alias etiam *Mechaſia*, teſtante *R. Abrahamo* (19) והלך לסוריא היא מתא מחסיא *Et abiit Soram, illa eſt Mechaſia*, cui adhinnit *R. Benjamin* ומשם יום וחצי לסוריא היא מתא מחסיא שהיו בה ראשי גליות וראשי ישיבות בתחלה (20) *Inde diei unius & dimidii iter eſt Soram, dictam Matha Mechaſia, in qua Æchmalotarchæ & capita Academiarum fuere in initio*: ubi memoratur ſimul vigor Academiæ, quæ tempore R. Benjamini nulla fuit, ſed ſaltem בתחלה *initio*. Floruit autem anno Chriſti (21) circiter ducenteſimo, poſt diſceſſum R. Jehuda; teſtantur hoc *Rabbini* ולאחר שנפטר רב עשו ישיבה בבבל על דרך ארץ ישראל והיא ישיבת סורא ומלך בה רב הונא ארבעים שנה והוא היה ראשון לכל מי שהיה ראש ישיבה בבבל (22) *Poſtquam hinc migravit Magiſter noſter* (*R. Jehuda Sanctus*) *Academiam in Babylonia inſtituerunt ad modum terræ Iſraelis: hæc eſt Academia Soræ, in qua regnavit* Ma*giſter Huna annis* 40. *qui primus fuit eorum, qui Rectores fuere in Babylonia.* Duo exinde diſcimus: primo tempus, quo inſtituta eſt Academia Sorana, fuit autem prior tam Pumbeditana, ut jamjam videbimus, quam Nehardeenſi Academia, ut notavit (25) *L'Empereur*: *Nehardeæ antiquitus quoque Schola quædam erecta fuit, uti paſſim Hebræorum Chronologi teſtantur, ſed quia Souræ vel Souriæ Schola fuit antiquior, ideo de ipſo ſpecialiter hoc obſervat Benjaminus.* ſc.

quod ſupra ex Benjamino attulimus : deinde quod primus ibi Rector fuerit R. Huna, idem enim alibi de eo offendimus הוא היה ראש ישיבה הראשון שבסורא (24) *Ille fuit Rector Academiæ primus in Sora* וזהו תחילת ישיבת סורא ופומבדיתא (25) *Et hoc eſt initium Academiæ Soranæ & (quæ tamen tempore poſterior fuit) Pumbeditanæ*.

Et ſic catenatim devenimus ad Academiam Pumbeditanam, quæ incunabula & nomen debet urbi פומבדיתא, quæ inter duo flumina Euphratem, & Tigrim (26) exſtructa erat, de qua iterum *R. Benjaminus* : ומשם שני ימים לאליובר היא פומבדיתא אשר בנהרדעה ושם כמו אלפים ובנהם תלמידי חכמים (27) *Inde duorum dierum iter eſt ad Eljobar, quæ priſca Pumbeditha eſt in Nehardea* (Nehardeenſi tractu, ut colligit (28) *Buxtorfius*) *ubi fuerunt quaſi* 2000 *Judæorum, & inter hos diſcipuli Sapientum*: Eandem, niſi fallimur, idem aliis & quidem diverſis verbis alibi (29) deſcribit: ומשם יום וחצי לאלנבר היא פומבדיתא אשר על שפת פרת ושם כמו שלשת אלפים מישראל ושם כנסת רב ושמואל ובית מדרש: *Inde diei & dimidii iter ad Elnabar, quæ eſt antiqua Pumbeditha ad Euphratis ripam, fueruntque illic* 3000. *Iſraelitarum & Synagoga Rab Samuelis & Academia*; Quæ adducimus, non ut credas Academiam Pumbeditanam ſeculo Benjamin ſuperſtitem fuiſſe, ſed ut urbis ſitum ſcias. Fuit illa urbs initio Latrocinio infamis, unde illud : פומבדיתאה אלוייך אשני אושפיזך (30) *Pumbeditanus ſi conducat te muta hoſpitium*, ſcilicet tutum ibi non erat hoſpitium, ubi exulabat juſtitia, regnabat furtum, erant enim cives גנבים מומחים *fures exercitatiſſimi* (31) unde non mirum eſt quod Judæi *Soram Pumbedithæ* prætulerint, dicendo: אקלקי דחתא מחסיא ולא אפדני דפומבדיתא (32) *Melius eſt ſedere in fimo urbis Mechaſiæ* (Soræ, ut antea diximus) *quam in palatiis Pumbedithæ*. Sed poſtquam didiciſſet fideliter artes mores emoliviſſet, nec feros eſſe ſiviſſet, crevit honor hujus urbis, in qua quinquaginta poſt initium Academiæ Soranæ annos adornata eſt Academia, nam ובסוף יומי של רב חסדא הלך רבה בר נחמני ועשה ישיבה בפומבדיתא ומאותו היום ואילך היתה ישיבה בפומבדיתא (33) *Porro ultimis diebus R. Haſdæ* qui ſucceſſerat R. Huna. R. Huna autem 40. annos. R. Haſda 10. faſces Academiæ tenuerat) *diſcedens Rabba filius Nachmanis, Pubendithæ Academiam inſtituit, atque hinc & deinceps fuit etiam Academia Pumbedithæ*. Ceſſit tamen ut ætate ſic honore Pumbeditana Soranæ, cum enim Rectores utriuſque Academiæ convenirent, ſive gerendum quid, ſive ſedendum, ſive etiam eundum, primas partes tenebat Rector Sorienſis, & cum ſuis ſociis dextrum occupabat locum, Pumbeditenſis cum ſuis ſiniſtrum (35) Si quando literæ invicem mittendæ eſſent. Rector Pumbeditanus Soranum inſignivit titulo נאון Illuſtri, quo hic illum non dignatus eſt (35) Præterea ſi exponendum quid Æchmalotarcha hebraice in libris Moſis legeret, explicavit id Soranus. Pumpeditanus vero inter eruditos auditores ſedebat, & cum iis non os, ſed autem præbebat (36) Nec tamen tantam laudi *Pumbeditanæ* obſcuritatem attulit *Sorana*, quin inter celebres literarum ſedes clarum nomen una cum *Nehardeenſi* mereatur.

Urbs autem, in qua viguit *Nehardeenſi*, dicta fuit נהרדעא quaſi נהר דעא *flumen ſcientiæ*, adepta nomen *ſcientiæ* a Schola, *fluminis* ab Euphrate (37) vel forſan a flumine *Narrada*, quod *nomen urbi dediſſe* refert (38) *Plinius*. De præſtantia ipſius *Joſephus* (39) : Νεαρδὰ τῆς Βαβυλωνίας ἐςὶ πόλις, ἄλλως τε πολυανθρȣ̃σα, καὶ χώραν ἀγαθὴν καὶ πολλὴν ἔχȣσα, καὶ σὺν ἄλλοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀνθρώπων ἀνάπλεως. ἔςι δὲ καὶ πολεμίοις ȣ̉κ ἐϋέμβολος, περιόδῳ τε τȣ̃ Εὐφράτȣ πάσαν ἐντὸς αὐτὴν ἀπολαμβάνοντος, καὶ κατασκευαῖς τειχῶν : *Nehardea*, inquit, *eſt urbs Babyloniæ, frequens populo & agro fertilis, qui tantam multitudinem poſſit alere: adhæc non patet hoſtium inſultibus: cincta fluentis Euphratis & firmiſſimis mœnibus*. Quæ de ſitu addit, conveniunt cum aliis *Rabbinorum* teſtimoniis, nam ſic illi: נהרדעא וסורא תרויהון על נהר פרת ונהרדעא לעיל מסורא טפי מין עשרים פרסין (40) *Nehardea & Sora ambæ ſunt ad flumen Euphratis, Nehardea autem ſupra Soram eſt pluſquam* 20. *milliaribus*. An commodiorem ſibi locum optare potuere Camœnæ? De tempore quo cœpit ibi Academia non conveniunt Hiſtorici : ſunt, qui ſtatim poſt carcerem Babylonicum ortam dicunt (41) וכשר הנלתה הגולה לבבל מאותו יום והלאה ישיבת החכמה לא זזה ממקום נהרדעא היושבת על נהר פרת ושם ועד לחכמים עד היום הזה אשר למדו מפי הנביאם המוגלים *Cum deportaretur captivus populus in Babyloniam, ab eo tempore & deinceps Schola Sapientiæ non receſſit ab urbe Nehardea, quæ ſita eſt ad flumen Euphratis, ubi eſt collegium Sapientum, in hunc uſque diem, qui didicerant ex ore prophetarum deportatorum*. Sed eo tempore nondum erant Gemaræ Doctores,

res, ante hos autem לא היתה עדיין ישיבת בבבל (42) *nondum erat Academia in Babel*; Instituta autem est tertio demum post ortam salutem seculo (43) licet antea privata quædam eruditionis loca ibi existitisse non negat vero.

Florebant istæ Academiæ aliquot secula, ibique more Scholastico (44) disputatum fuit: In primis vero vigebat Professio Juris Judaici, continebatur enim id libro Mischnæ, qui loco corporis Juris erat; Illud Juris Corpus tot disputationibus examinabatur, tot assiduis prælectionibus eo usque explicabatur, ut tandem Anno post urbis excidium quadringentesimo tricesimo sexto, &, ut *Eliæ* placet, Anno Christi quingentesimo sexto in lucem prodierit Talmud Babylonicum (45) in sex tomos divisum (46) ad quod hodie tota Judæorum vita & mores componuntur, nam Talmudis Hierosolymitani non tanta est dignitas [47), quanta Babylonici. Longum foret totam harum Academiarum fortunam enarrare!, quomodo vel nonnunquam depressæ fuerint, (nam הישיבות בטלו כמו שבעים שנה אחר מות רב סימונא: (48) *Academiæ* (Babylonicæ) *cessarant circiter annos quinquaginta post mortem R. Simonæ*:) vel indulgentia fortunæ luxuriaverint; longius omnes earundem Rectores numerando persequi, satisfaciant huic desiderio alii (49)! nos contemplabimur saltem ruinam illarum, quam attulit Annus Christi Millesimus tricesimus septimus (50], juxta aliorum calculos, octavus (51), quo e medio sublatus est Hizkias (52) Pnmbeditanæ Academiæ Princeps simul atque Æchmalotarcha, & (53) אחר חזקיה ר״י ור״ג פסקו ישיבות ונאונים *Post Hizkiam Rectorem & Æchmalotarcham defecerunt Academiæ & excellentes*, tunc (54) בטלה ישיבת בבל לגמרי *Cessavit Academia Babylonica penitus*. Hujus Hizkiæ Filii fuga salutem quæsiverunt, inquam Hispaniam [55] abierunt, comitati aliis Sapientibus (56) & studiosis: Eo & nos illos sequeremur, spectaturi, quid ibi boni gereretur, nisi judice *Celeberr. Altingio* (57) *nova illa seminaria per Hispaniam, Academiarum Babyloniæ progenies, non nisi viperina μητροφόνος* essent. Neque enim ad tantum fastigium vel senium enixæ erant istæ Scholæ; vix unum seculum anteobitum R. Josephi Levitæ cœperant, & tamen cum illo desierunt, ita ut una utrisque dies suprema fuerit, etenim לאחר פטירת רב יוסף הלוי זכרונו לברכה שמם העולם מן הישיבות של חכמה (58) *Post obitum Rab Joseph Levitæ f. m. vastatus fuit mundus, ut non ultra superessent Academiæ*. Quis ergo feret, ut umbræ laudis corporum participes reddantur? Sed licet nuper fassum audiverimus Rabbinum, nullam amplius superesse Academiam, non tamen stomachum continet *Benjaminus*, quin socio se veriori impudenter oppedat; nempe quot urbes tot fere Scholas vel Academias se vidisse ait, ita ut totum fere ejus Itinerarium ex nominibus Sapientum consutum reperias; Satis autem, observante *Altingio*, ipse se prostituit proditque, quales intellexit Academias, ubi descripturus Galliæ urbem פותיקירש (quam reddidit *Const. L. Empereur* per *Beaucaire*) vocat eam כרך גדל ויש בו יהודים כמו ארבעים ושם ישיבה גדולה (59) *Civitatem magnam, in qua sunt quadraginta Judæi, & ibi Academia magna*. Quasivero quadraginta homines (quorum tamen pauci forsan hic Eruditi erant) sufficerent ad constituendam magnam Academiam. Scilicet ejusdem farinæ & pleræque sunt, quas tanta serie tantoque apparatu jactitat, Academiæ, h. e., umbratiles, aut quales inter exteros habere licuit, Scholæ; ne ergo ritivillitio illius hac in parte testimonium, licet oculatum dicat, æstimandum ducimus. Lassum itaque pedem, visitatis insignioribus antiquis Academiis, hic figimus.

NOTÆ IN CAPUT SECUNDUM.

(1) *Talm. Hierosol. lib. Succa cap. 5. & Babyl. fol. 51. 2. Buxt. Lex. Talm. p. 99.*
(2) *Hermann. Conring. de Acad.*
(3) *Vid. Sixt. Senens l. 4. Hotting. Thes. Philol. p. 306.*
(4) *Hist. Eccl. Goth. p. 346. s. Pfeiff. Crit. Sac. cap. 11. Sect. 9. Joseph. Antiq. l. 12. c. 2.*
(5) *Cap. 6. p. 115 seqq.*
(6) *Ligthf. Centur. Chor. Matc. præm. cap. 15.*
(7) *Bejam. in itin.*
(8) *Ligthof. Chron. tem. N. T. ad Actor. 9. v. 23. & 10.*
(9) *Ligthf. ibid. Sect. sequ. & Choron. Matth. præm. cap. 57. Buxt. Comm. Mas. cap. 2.*
(10) *Ligthf. loc. prox cit. cap. 82. Buxt. l. c.*
(11) *Buxt. ibid. Ligthf. Chron. temp. N. T. p. 144.*
(12) *Ligtf. Centur. chor. Matth. præmiss. cap. 52. Buxtorf. Lex. Tulm. in* בחר.
(13) *Buxtorf. l. c. Ligthf. Chron. temp. N T. p. 6.*
(14) *Idem Centur. Chrogr. Matt. præm. cap. 76.*
(15) *Ibid. cap. 74.*
(16) *Idem ibid. cap. 96. s.*

(17) *Talmud Sanhedr. cap. 1. fin.*
(18) *Jac. Middendorp. Acad. l. 5. p. 312. ubi citat itenirarium Chytræi, licet post illius demum tempora longe majora incrementa ceperit:*
(19) *R. Abrah. fol. 29. col. 1.*
(20) *In itiner.*
(21) *Buxtorf. Lexic. Talmud. p. 1452.*
(22) *In Juchasin fol. 120.*
(23) *Not. ad Benjam. p. 200.*
(24) *Gansius ad ann. 4010.*
(25) *Ibidem.*
(26) *Buxtorf. Lexic. Talmud. p. 1752.*
(27) *In itiner.*
(28) *Comment. Mas. cap. 6.*
(29) *In itiner.*
(30) *Cholin. f. 127. 1.*
(31) *Buxt. Lexic. Talm. p. 1752.*
(32) *Kerith. f. 6. 1.*
(33) *Juchas. f. 120.*
(34) *Buxt. Lexic. Talm. p. 1752. ex Schalsc. fol. 37.*
(35) *Buxt. ibid.*
(36) *Idem l. c.*
(37) *Buxt. Com. Mas. cap. 6.*
(38) *Libr. 6. c. 26.*
(39) *Antiqu. libr. 18. cap. 12.*
(40) *Chron. Schalsch. fol. 33. edit. Cracovian.*
(41) *R. Moses Mik. præf. in libr. Præcept.*
(42) *Juchas. fol. 120. 1.*
(43) *Sherzer. Orat. Hebræor. Lips. Mag.*
(44) *Buxt. Lexic. Talm. 1313. & 1452.*
(45) *Buxtorf. Comm. Mas. cap. 6.*
(46) *Pfeiff. Crit. Sac. 15. 1. §. 4. alii.*
(47) *Ibidem l. c.*
(48) *R. Abrah. in Kabbal fol. 30. col. 4.*
(49) *Jac. Capell. Synops. Histor. Eccl. præf. p. 29. seqq. Add. R. Abrah. in Kabb. Lib. Juchas. Schalsc. & Zemach. David.*
(50) *Buxtorf. Comment. Masor. c. 6.*
(51) *Capell. l. c.*
(52) *Ibidem.*
(53) *R. Abr. in Kabb. fol. 32. col. 4.*
(54) *Gansius ad ann. 4797.*
(55) *Jac. Cap. l. c.*
(56) *Buxt. Com. Mas. cap. 6.*
(57) *Schil. Lib. 4. cap. 5.*
(58) *R. Abrah. in Kabb. fol. 36. col. 2.*
(59) *In itinerar. pag. 7. edit. L'Emper.*

CAPUT III.

Variæ Scholarum Academiarumque facies. Synagogis plerumque adhæserunt. Synagoga non raro Scholam denotat. Discrimen Academiæ & Synagogæ, Academiæ Synagogis longe digniores. In illis preces quandoque fusæ. Exstructæ ut plurimum fuere in superiori parte ædium. Binæ Academiarum domus. Describitur בית ספר. *Forma librorum: Non erant colligati, sed convoluti. Hinc Hebræorum* מגלות & גליון. *Judæorum Tabellæ: Papyrus;* διφτέρα. *Membranarum origo. Scriptum est interdum Calchanto; plerumque atramento. Quomodo id formetur? Alterum Voluminis latus vacuum relictum. Voluminum magnitudo. Eorundem theca. Descriptio* בית תלמוד. *Erant ibi cathedræ Doctorum. Illæ subselliis discipulorum longe celsiores. Aliæ etiam aliis digniores. In medio positæ erant. Alia sedilia. Discipulorum classes: Sedes humilior. Insidebant nunc pavimento: nunc cubili: nunc sedilibus. Sic & Magistri. Capita Academiarum Professores: Membra Studiosi. Unus Rector Supremus. Plures Hypodidascali. Explicatur vox* כלה. *Doctores Subjunctos habuere Interpretes. Totus populus statis temporibus sacra Academica frequentare potuit: Factum id tempore pomeridiano. Consistorium Professorum. Carcer Publicus. Famuli Academiæ s. Pedelli. Explicantur passim varia N.T. dicta.*

VArias facilius, quas imitatus fingitur Proteus, species, quam omnes Scholarum Academiarumque (quas non opus est seorsum spectare, cum & in plerisque conveniant, & quivis facile observare possit, quando & in quibus discordent) formas, externas putamus, depingeremus, quippe quæ pro varia rerum fortuna varioque situ variæ etiam fuerunt: nunc בתי מדרשות iisdem parietibus cum בתי דינים *Synedriis* gaudebant, quando, observante Celeb. *Vitringa* (1). Judæis præter Synagogas & Academias nulla essent publica loca, ideoque jus dictum doctumque in Academiis & Synagogis, & ibidem officia, quæ alias ad Synedria pertinebant, administrata: nunc neque distinctæ erant a בתי ישיבות nec a בתי כנסיות *Synagogis* (2) quando vel Bellonæ furor Scholas aut Synagogas destruxerat, vel res angusta domi nondum exstrui passa erat; nunc autem, & invicem, & ab illis revera separatæ erant, ut præter alia liquet ex dicto (3) Jarchi, qui distinctas facit בתי דינין של עשרים ושלשה בתי כנסיות להתפלל: בתי מדרשות למשנה ולתלמוד: בתי סופרין ללמוד תינוקות *Domos judiciorum* (Synedria) *viginti trium virorum: Domos congregationum* (Synagogas) *ad orandum: domos disquisitionum* (Academias) *ad docendum Mischnam & Talmud sive Gemaram: Domos Scribarum* (Scholas) *ad institutionem puerorum*; debebant ergo ædificia temporibus & locis accommodari. Id autem in structura illarum plerumque observatum notabimus, quod Synagogis ut plurimum adjunctæ fuerint, imo non raro in superiori Synagogarum parte exstructæ, teste præter alios versatissimo in hisce sacris *Vitringa* (4), unde non mirum est; quod, fatente Illustri *Buxtorfio*, (5) communiter vocabulo Synagogæ insigniantur. Certe qui nocturna diurnaque manu veteres

teres ſacrarum antiquitatum evolvunt libros, rariſſime, ſi Talmud & pauca Rabbinorum ſcripta exceperis, offendent nomen Academiæ vel Scholæ; & multum certe negotii initio mihi faceſſivit diſcrimen inter Academias & Synagogas, ſed poſtquam ex Cl. *Vitringa* didiciſſem Scholas & Academias Synagogarum vocabulo cum apud ſacros, tum apud profanos Auctores deſignari, non nomen amplius, ſed ritus atque geſta attendi. Et certe ſi Philo audiendus eſſet, facile diſcrimen Scholarum & Synagogarum tolleretur, dicit enim (6) Τὰ γὰρ κατὰ πόλεις προσευκτήρια τί ἕτερον ἐςιν ἢ διδασκαλεῖα φρονήσεως καὶ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης, εὐσεβείας τε καὶ ὁσιότητος καὶ συμπάσης ἀρετῆς. *Synagogæ autem* (προσευκτήρια enim magis proprie Synagogas exprimunt, quam συναγωγαὶ ſiquidem hæc vox quandoque etiam Scholis communis ſit, illa non) *juxta civitates quid aliud ſunt quam Scholæ prudentiæ & vigoris, ſobrietatis atque juſtitiæ, pietatis & ſanctitatis, omniſque virtutis*? Annumeret *Conringius* (7) Scholas Synagogis! nos nobis aliud perſuadere non poſſumus, quam Philonem non proprie ibi loqui, ſed eo modo vocare προσευκτήρια Scholas, quo Metaphorice poſſunt templa ſalutari Scholæ, eo quod totus populus ibi a Paſtore, velut Doctore, informetur & erudiatur. At licet vox Synagogæ, ut monitum, interdum late adeo uſurpetur, ut tam de Schola, quam Synagoga poſſit prædicari, non tamen exigua inter Scholas & Synagogas, ſtricte ſic dicta, fuit differentia.

Diſcrimen itaque Synagogæ & Academiæ ne ignores, illud ſuppeditat Cl. *Vagenſeilius* (8) dicendo, quod בית המדרש ex definitione Eliæ in Thisbi fuerit *domus aut conclave unice dicatum ſtudio divinarum literarum*, ſed בית הכנסת *domus non tam docendi diſcendique quam preces fundendi cauſa condita*. Fuit autem ex confeſſione Cel. Buxtorfii (9) aliorumque Academia a Judæis longe dignior ſanctiorque habita, quam Synagoga; unde quoque evenit, ut quotquot altioris Spiritus eſſent, preces fuſuri, Academiam peterent, rati locum, quia Synagoga longe ſanctiorem & præſentia Dei honoratiorem, pondus non exiguum precibus eſſe additurum: Teſtes erunt R. Ammi & R. Aſſe, ſuis ipſorum exemplis (10) רבי אמי ורבי אסי אף על גב דהוו להו תליסר בי כנשתא בטבריא לא מצלו אלא ביני עמודי הבא דהוו גרסי *Etiamſi tredecim eſſent Synagogæ in Tiberiade tamen R. Ammi & R. Aſſe haud* unquam alibi preces fuderunt, quam inter eas columnas *(quibus Acroaterium, in quo diſcebant) innitebatur*. Teſtis erit religioſa vidua, cui vicina erat Synagoga, attamen כל יומא הוה אתיא ומצלא בי מדרשא דרבי יוחנן (11) *quoque die venit & preces in Academia, vel* (ut reddit Cl. Vagenſeilius) ἀκροατηρίῳ *R. Jochananis peregit*; in quo facto cum a R. Jochanane examinaretur, ſe itidem loci ſanctitate defendit, quocirca etiam a Cl. *Vagenſeilio* hunc in modum locuta introducitur (12) *Poteram ſane orare in vicinia, ſed volo preces meas magis acceptas reddere, ideo fatigo me, & Scholam tuam, etſi remotiorem, frequento, ut hoc quoque nomine gratiam apud Deum ineam*: Qua reſponſione idem Doctus Vir R. Jochananem delectatum eſſe probat. Ægre forſan credas fœminam Academiam frequentaſſe; Sed quidni id credas? certe ſi audias Doctiſſimo *Vitringam*, ille aſſeverare (13) audet, totum populum ſtatis temporibus Academias vel Scholas frequentaſſe, cui pollicem etiam premimus, quod poſtea clarius conſtabit: Et ne mireris nimium preces in Scholis fuſas eſſe, Cel. *Vagenſeilius* (14) Turcas producit ſocios, vel potius Simios hujus ritus, qui eodem modo loca, in quibus docetur Alcoranus, ut reliquis fanis ſanctiora, ſic precibus aptiora ducunt.

Id porro, quod alicubi monuimus, pro vero affirmare poſſumus, ſelectam in primis eſſe ſuperiorem ædium partem, cujus rei veſtigia ne in Novo quidem fœdere deſiderantur: evolvamus Apoſtolorum Acta, ubi (15) hæc leguntur: Ἐν δὲ τῇ μιᾷ σαββάτων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον. παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ οὗ ἦσαν συνηγμένοι. *Uno a. Sabbatorum, cum congregati erant diſcipuli ad frangendum panem, Paulus diſſeruit coram illis, profecturus ſequenti die; produxitque ſermonem ad meridiem noctis. Erant a multæ lampades in* ὑπερῴῳ *ubi erant congregati*. Sine dubio locus ibi diſſerendi vel informandi fuit, quod evincit tum mentio τῶν μαθητῶν, qui apud Hebræos תלמידים audiunt, & hic forſan cum Doctoribus convenerant, ut audirent Paulum διαλεγόμενον, tum vox διαλέγεσθαι, quam ſcite Sermocinanti convenire ex Iſocrate & Xenophonte collegit *Budæus*: diſcurſus autem inſtitutus eſt ἐν τῷ ὑπερῴῳ *in cœnaculo ſuperiori*: Viden hic conventum eſſe in parte ſuperiori, licet ibi privatam aliquam eruditionis ſedem fuiſſe non nega-

gavero? Habetur locus in libro Schalschelet Hakkabbala (16) huic nec dissimilis nec parum lucis additurus: ואחר שאכלו עלו ריב״ז ותלמידיו וכל החכמים לעלייה ודרשו עד שהיה האש לוהט סביב הבית כנתינתה על הר סיני: *Postquam cœnatum est, ascenderunt R. Jochanan F. S. & ejus discipuli omnesque Sapientes in superiorem aulam, ibique tamdiu de rebus ad legem divinam attinentibus inter se contulerunt, quoad ignis totam domum ambivit, plane eum in modum, uti fuerat ipsa in monte Sinai tradita.* En תלמידים vel *μαθητὰς* cum Sapientibus congregatos! En illos differentes, vel, ut reddit Cl. *Vagenseilius*, *de rebus ad legem divinaam attinentibus inter se conferentes*, quod totum exprimit τὸ דרוש, optime congruens cum τῷ διαλέγεσθαι! En conventum factum בעלייה in superiori aula vel aptius ὑπερῴῳ. Tale ὑπερῷον etiam Apostolis (17) ad orandum & consulendum de iis, quæ ad Religionem pertinebant, amplissimum visum est, atque aptissimum, Καὶ ὅτε εἰσῆλθον ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες, ὅ, τε Πέτρος &c. *Et cum ingrederentur, ascenderunt in ὑπερῷον ubi manserunt, Petrus & Jacobus* &c. quod ὑπερῴων, idem esse cum οἴκῳ *domo* (18) quæ die Pentecostes vento repleta est. Vir Eruditus aliquis asserere non veretur. Referas huc columnas, quibus nisum fuisse ἀκρωατήριον ex Codice Beracoth nuper stabilivimus. Sed ut adhuc firmius fundamentum sententiæ nostræ substruamus, protrahemus loca quædam in lucem, quæ de ὑπερῴῳ in civitate Jericho testantur, tam e Hierosolymitano, quam Babylonico Talmude. Illic talia leguntur (19) רבי יעקב בר אידי בשם רבי יהושע בן לוי מעשה שנכנסו זקנים לעלייה בית גדיא ביריחו *R. Jacob F. J. nomine R. Josuæ F. L. retulit Seniores contulisse se aliquando in superius tabulatum domus, quæ in urbe Jericho ab Hœdis nomen habet.* Hic (20) illa היו מסובין בעליית בית גוריה ביריחו ונתנה עליהם בת קול *Accumbebant in cœnaculo superiori domus gloriæ in Jericho, & accessit ad ipsos filia vocis.* Eodem modo constituta fuit Academia Jabnensis ושוב נכנסו זקנים לעלייה ביבנה ויצאת בת קול (21) *Alia vice cum Seniores in ὑπερῴῳ, quod est in urbe Jabne se recepissent, edita cœlestis vox est.* Imo id adeo verum est, ut dicere audeat Cleberr. *Vitringa* (22) עלייה generalissimo sensu usurpari pro בית מדרש & esse, ut definientem audivimus Eliam (23) בית או החדר המיוחד ללמוד תורה *domum aut conclave destinatum discendæ legi*; Nec ergo fallitur hac in re *Junius*, qui rationem redditurus nominis Gibea, ait (24) *In causa fuit hujus appellationis mos ille antiquissimus, quod plurimum ad hos* (Scholasticos) *conventus eminens sedes in editioribus quibusque locis eligeretur:* Nec de nihilo fuit, quod Jesus נואלנו docturus montes quæsivisse in Novo Testamento toties legatur, cum editior locus & docenti commodior & ad veterem ritum accommodatior esset.

Fuere in celebrioribus Academiis binæ domus, altera disputationibus, libris sacris servandis explicandisque altera destinata, sicuti de Academia Hierosolymitana constat ex Hierosolymitano Talmude (25) ארבע מאות ושמונים בתי כנסיות היו בירושלם וכל אחת ואחת היה לה בית ספר ובית תלמוד בית ספר למקרא ובית תלמוד למשנה: *Quadringenta & octuaginta Collegia* (nam בתי כנסיות sæpe Academias denotare supra indicatum est) *fuere Hierosolymis & unicuique fuit domus libri ad Scripturam, domus doctrine ad Mischnam.* Domus libri a Cl. *Altingio* (26) inferior constituitur, domus doctrinæ superior; explicatur utraque, quod fuerit illa interpretandæ Scripturæ, hæc explicandis & ampliandis traditionibus ἀγράφοις consecrata. Bene! Addimus nos, illam quoque vicem Bibliothecæ supplevisse. Facit huc erudita Celeberrimi Viri conjectura, qua, & recte quidem, putat Doctores Domus libri fuisse סופרים *Scribas* Domus Mischnæ חכמים *Sapientes.* Quodnam ergo, bone Vir, Scribarum officium fuit? Certe, licet vocabulum illud latius quandoque pro Erudito quovis sumi non inficiati fuerimus, infra tamen Scribas potissimum in asservandis, conferendis & explicandis Bibliis occupatos fuisse probabimus; quod si verum est, uti omnino est, annuentibus plerisque Hebræarum Antiquitatum peritis, habuerint necesse est commodum sibi locum ad Sacra hæc curanda, illum autem בית ספר audivisse credimus.

Veniamus itaque ad libros, illi autem, ut docte Illust. *Ligthfootus* (27) tunc temporis erant, *non colligati, & foliatim aperiendi, sed volvebantur, sicut rotulus papyri*; Hinc Latinorum *Volumina* a *volvendo*, Hebræorum מגלות a גלל, quod apud Ezechielem (28) alibique occurrit: Hinc & vetus ille loquendi modus Latinorum: *Evolvere libros nocturna diurnaque manu*; Hinc Hebræorum ויגל ספר תורה (29) *Et volvebat librum legis.* Hinc porro sumta est Metaphora, qua utuntur Esaias (30) ונגלו כספר השמים *Et cœli volventur sicut li-*

liber, & Johannes (31) καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον *& cœlum receſſit ſicut liber convolutus*. Aliud etiam nomen, eandem ob rationem, liber ſortitur apud Eſaiam (32) ubi גליון vocatur. Sed ut adhuc clarius forma librorum ſciatur, eam potiſſimum ex Cl. *Sheringhamio* (33) & *Vagenſeilio* (34) depromamus. Libri itaque non ex ſutilibus foliis conſtabant, ut hodierni noſtri, ſed una erat continua pagina, quæ ex membranis invicem conglutinatis & in longum porrectis conſtabat, cujus extremis oblongi aſſuebantur bacilli, qui utrinque deſinebant in rotunda capita, ultra libros prominentia inſtar umbilicorum; circa hos bacilllos, quaſi circa transjectum axem tota membranarum ſeries (plane ſicut apud nos tabulæ Geographicæ) convolvebatur, ita ut e media ſpira umbilici eminerent. Talis ergo liber aperiri, ut noſtri, non potuit, ſed neceſſario evolvendus erat, quod & in Novo Fœdere factum notavimus, ubi hæ Phraſes occurrunt: Καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον (35) *Et evolvit* (non *aperuit*, exprimit Syrus) *librum*; Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον (36) *Et convolvit librum*.

Præter talia volumina habuere etiam Judæi alia loco librorum uſurpata; nunc tabulis uſi ſunt, dictis לוחות, quas deſcribit *Jarchi* (37) per לוחות שקורין טבלש שקושרים זו עם זו כאותם של נלחים *Tabellas, quæ invicem colligantur, quales ſunt, quibus Monachi, uti ſolent*; his addas tabulas, quibus lex inſcripta eſt: Nunc papyro, dicta נייר, quam idem (38) Rabbi dicit parari ex herbis contuſis, & deinde glutine in formam pellis compactis, quem hic Ægyptiacam papyrum intellexiſſe autumat ſæpius laudatus *Vagenſeilius*, qui proinde rectius eam ex philyriis ſeu ramentis a caula papyri diſtractis, & alteris quidem recto ſitu ſubſtratis, alteris tranſverſa poſitione ſuperinjectis, Nilo turbidiore aqua glutinis vicem præſtante paratam fuiſſe ex Plinio probat: Nunc utebantur דפתרא διφτέρα quam iterum delineat *Jarchi* (39) per עור שאינו מעובר כל צרכו דמליח וקמיח ולא עפיץ שהיו מעברין הקלפים בעצפים שקורין נליש: *Pellem, quæ non plane planeque parata eſt, ſed cum ſale & farina ſubacta ſit, Galla tamen deſtituitur*. Nunc denique מגלות מעור טהור *Convolutis membranis ex animali puro*, quarum formam nuper vidimus; in illis parandis magna cautio eſſe debuit, uti prolixe traditur in *Ez. Hechajim* citato a Cl. *Vagenſeilio* (40) qui de iiſdem etiam erudite pro more ſuo diſſerit.

Membranarum iſtiuſmodi originem a ſeculis longe prioribus quærunt Judæi (41) אין ספק שיש בידינו אופן עשיית קלף מהעורות היא לנו בקבלה מסיני *dubium nullum eſt artem ex pellibus parandi membranas habere nos per longam traditionem a monte Sinai derivatam*. Vapulabit idcirco apud illos *Varro*, qui apud *Plinium* (42) aſſerit ex Ptolomæi & Eumenis Regum circa Bibliothecas æmulatione, ſupprimente chartas Ptolomæo, in Pergamo urbe, modum membranas conficiendi excogitatum eſſe; Et ſi quid Joſepho credas, ille ante Ptolomæi & Eumenis tempora membranarum apud Judæos uſum fuiſſe, confirmat (43) Ὡς παρῆλθον μετὰ καὶ τῶν δώρων οἱ γέροντες, ἃ τῷ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε; καὶ τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους χρυσοῖς γράμμασιν· Ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τῶν βιβλίων, ὡς δ' ἀποκαλύψαντες τῶν ἐνειλημάτων ἀπέδειξαν αὐτῷ, θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τῆς ἰσχνότητος τοὺς ὑμένας, καὶ τῆς συμβολῆς τὸ ἀνεπίγνωστον οὕτω γὰρ ἥρμοστο, καὶ τοῦτο ποιήσας χρόνῳ πλείονι, χάριν ἔχειν αὐτοῖς τε ἐλθοῦσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, πρὸ δὲ πάντων τῷ Θεῷ οὗ τοὺς νόμους εἶναι, συμβέβηκεν· *Ut ſenes illi venerunt cum muneribus a Pontifice miſſis, & cum membranis, quæ legem aureis literis inſcriptam continebant, primum de libris eos rogavit: Ut vero ex involucris depromtos obtulerunt, multum diuque miratus membranæ ſubtilitatem, & commiſſuras, quæ ita latebant, ut viſu diſcerni non poſſent, gratias ſe illis habere dixit, qui venerint, & majores etiam ei, qui miſerit, ſed longe maximas Deo, cujus leges attulerint*.

Ad exprimendas in libris literas Judæi nunc קומוס *Gummi* uſurpabant, nunc קלקנטוס *Calchantos*, quod erat מן העפר המשחיר *Species pulveris denigrantis*, nunc, & plerumque דיו *Atramento*, quod quomodo fuerit confectum dicat *Maimonides* (44) כיצד מעשה הדיו מקבצין העשן של שמנים או של זפת ושל שעוה וכיוצא בהן ונובלין אותן בשרף האילן ובמעט דבש ולותתין אותו הרבה ודכין אותו עד שיעשה רקיקין ומיבשין אותו ומצניעין אותו ובשעה כתיבה שורהו במי עפצא וכיוצא בו וכותב בו: *Quomodo fit attramentum? Colligunt fuliginem* (Schickardus vertit (45) *fumum*) *olei, vel picis, vel ceræ* (Schickardus *ſevi*) *vel talium, & pinſunt in exuſto ligno*) juxta Voiſinium (46) *cum ellychnio ligneo*) *& modico mellis, tamdiu ſubigitur & conteritur, donec fruſtratim comminuatur; deinde exſiccata reponitur. Cum quis ea uti voluerit ad ſcribendum; aqua ex gallis vel aliis ejuſmodi reſolvat, eaque ſcribat*. Facile exinde colliges non prælo commiſſa

miſſa fuiſſe volumina antiqua, ſed manu ſcripta; nec tamen utrumque latus literis plenum erat, nam ſcribebatur ſaltem in adverſam membranæ partem, averſa pura & vacua (more iterum tabularum Geographicarum) relicta.

Inſignis longitudinis erant uſitata volumina, uti liquet ex hiſtoria Studioſorum Bitherianorum; namque expugnata urbe hoſtes באו השונאים וכרכו כל אחד ואחד בספרו ושרפו אותם (47) *Venerunt & unumquemque ſuo volumini involventes omnes combuſſerunt*; debebat ergo unuſquiſque liber tam ad volvendum, quam ad comprehendendum hominem ambitu ſuo idoneus eſſe. Capſulas vel thecas libris ſervandis deſtinatas fuiſſe facile credet, cui cura Judæorum in cuſtodiendis Bibliis non plane ignota eſt, imo etiam apud exteros, ubi & quales haberi poterant, eas ſibi compararunt, quod teſtabitur Tudelenſis, ſi fidem plane ipſi derogandam nolueris ושם לפני הארון מדרגות מאבני שיש כמו עשרה *Ibi autem*, inquit (48) *ante ſacrorum librorum thecam decem gradus e marmore conſtant*; Habet libros in theca reconditos. Sed de his prolixe ſatis.

Vidimus בית ספר, pergendum ad בית תלמוד vel *Auditorium*, cujus non eadem ſemper facies fuit. Primum ſpectandæ nobis veniunt Doctorum cathedræ, quarum memoria ne e Novo quidem Fœdere penitus eſt eliminata; Ipſe Chriſtus ait (49) Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι *In cathedra Moſis ſedent Scribæ & Phariſæi*. Quænam cathedra Moſis fuerit, dicat pro me Cel. *Vitringa* (50) *Cathedra Moſis*, inquit, *illa fuit*, *quam in Synagogis & Academiis occupabant*, *cæterique* νομικοὶ & μαθηταὶ, *qui ad docendum apti habebantur*. Accinat *Conringius* (51): *Cathedra Profeſſoria audivit cathedra Moſis*, *quod ex illa Lex Moſis doceretur*, *tum quoniam Magiſtrorum magna pars ſibimet ipſis parem pene atque Moſi autoritatem arrogaret*. Scilicet Moſes, ut ſupra audivimus, tam docuerat populum, quam jus illi dixerat; dicebantur ergo cathedræ tam Synedrii, quam Academiæ cathedræ Moſis: illas autem tunc temporis vindicaverant ſibi Phariſæi, quia, teſte Joſepho, factio ipſorum prævaluerat, ideoque ubique tam chori quam fori Præſides erant. Sed ne credas cathedras ſolis Synedriis proprias fuiſſe, trahit Cl. *Vitringa* in hujus rei teſtimonium methodum loquendi, quæ ſuperoiri aliquo commate (52) uſurpatur: Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων. *Ligare onera* dicit Vir Eruditus φράζειν Hebræa eſſe *docere præcepta obſervanda*, quod Doctoribus competit. Huc apprime quadrat Rabbinorum איסור חמור (53) *probibitio gravis* vel φορτίον βάρος h. e. *mandatum difficile præſtitu*. Vocabatur autem chathedra apud Hebræos דוכן (54) quod nomen etiam ſuggeſtui in templo commune erat. Erat cathedra in excelſo loco collocata, & ſedibus diſcipulorum longe eminentior, licet fuerit tempus, quo ſupra locum diſcentium non debuerit elevari. Quod altior aliquando fuerit, probet Maimonides, dicens (55) כיצד מלמדים הרב יושב בראש *Quomodo docent? Magiſter ſedet in capite* כ: in loco principe vel celſiori, quia ſicut caput eminet ſupra totum corpus, ſic ſedes Doctoris ſupra omnes diſcipulorum ſedes eminere debebat. Hinc modus loquendi, quo ad Eliſæum utuntur filii Prophetarum in Bethel & Jerico (56) הידעת כי היום יהוה לקח את-ארניך מעל ראשך *Noſtine*, *quod hodie Dominus aſſumpturus ſit Dominum tuum a ſupra caput tuum*, id eſt, ut appoſite *Altingius* (57) *a loco*, *qui ſupra caput tuum*, *ſignificantes hoc pacto Eliſæum Præceptore ſuo privatum iri*, *hoc non amplius ſeſſuro in altiori Cathedra Magiſtrorum*, *ut ad pedes haberet diſcipulorum capita*, *a quibus deſcendens a capitibus eorum recedere videbatur*.

Ubi plures erant cathedræ, ibi una tamen fuit reliquis ſuperior atque dignior; audiant hoc, inviti licet, Phariſæi a Chriſto ambitionem ipſis objiciente, tanquam qui de primatu, ut ubique, ſic & in Academiis contendebant: Φιλοῦσί τε τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς: *amant primas cathedras in Synagogis* (58); At quænam illæ fuerunt? Reſpondeat Cl. *Vitringa* (59) *ſubſellia Doctorum & honoratioris ordinis in Synagogis*; Πρωτοκαθεδρίαι autem dici non meruerant, niſi fuiſſent aliæ inferiores; omnes autem ita conſtitutæ erant, ut ſtantes vel ſedentes in iis Doctores a diſcentibus videri poſſent: Hunc in modum efformatam ſibi cathedram Theologicam habuit Ezras (60) ויעמד עזרא הסופר על מגדל עץ אשר עשו לדבר *Stetit Ezra Scriba in turre lignea*, *quam fecerant ad hoc negotium*; erectus itaque erat ſupra totum populum, כי מעל כל העם היה (61) *nam erat altior omni populo*. Illa autem cathedra ſimilior ſynagogarum, quam Academiarum cathedris fuit, unde *Abnezra* dicit illam formatam fuiſſe כדמות מגדל כאשר אנחנו עושים פה בבתי כנסיות *ad ſimilitudinem turris ſicut nos hic facimus in Synagogis*,

in

in eo tamen cum Academicis cathedris convenit, quod ſupra caput populi eminuerit.

Et licet ſitus cathedrarum variis in locis varius fuerit, tamen plerumque illis deſtinatus erat medius locus, ita ut diſcipuli undique Magiſtrum coronæ inſtar cingerent; agat hic porro cauſam noſtram Majmonides, dicendo (62) והתלמידים מוקפים לפניו כעטרה כדי שיהו כלם רואים הרב ושומעים דבריו *Et diſcipuli* (ſedent) *coram ipſo in circuitu inſtar coronæ, ut omnes videant Magiſtrum & audiant verba ejus*. Hinc Johannes Chriſtum Doctorem monſtraturus, ait (63) *μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, Medius inter vos conſiſtit, quem vos non noviſtis*: & certe plus vice ſimplici medius inter populum fuerat, hoc eſt, cathedram docendi occupaverat. Sic ipſe Deus officio Doctoris functurus monte Sinai loco cathedræ utebatur, populus interim conſtitit ad radicem montis, ita tamen, ut medius locus monti, quem undique cingebant, relinqueretur: Ille erat כעטרה בראש inſtar coronæ, ut Majmonidis Phraſes repetam, ad pedes ejus ſe ſiſtebat: De hac corona poſtea amplius. Crediderim non invitus huic ritui deberi Metaphoram, quæ uſurpatur Deut. XXXIII. (64) והם תכו לרגליך *Et ipſi medium locum facient pedibus tuis*, quem locum optime illuſtravit & explicavit Acutiſſ. *Altingius* (65) ad ſatietatem uſque. Nos unicum ſaltem teſtimonium ex Jarchi producamus. Sic autem ille הם ראוים לכך שהרי תוכו עצמן להוך תחתית ההר לרגליך בסיני: *Sunt digni ad hoc, quoniam medios fecerunt ſemetipſos ad medium inferioris partis montis, ad pedes tuos in Sinai*. Quæ ſi cum ſequentibus contuleris, facile intelliges illum inſtitutionem populi innuiſſe; ut hic taceam conſenſum Luth., Tremellii, Piſcatoris, Merceri aliorumque.

Alia porro ſedilia docentibus, quando conveniebant vel ad creandum Magiſtratum, vel ad diſſertationem audiendam, vel ad aliud aliquid, erant deſtinata, quæ ad mentem Cl. *Rhenferdii* depingemus: Sedes Rectoris a reliquis ſeparata, tanquam honoratior reliquis, erat, e cujus regione paratæ erant aliæ, quas occupabant Profeſſores & Collegæ, quas iterum excipiebant aliæ Academicorum ſedes. Verba ejus ſunt (66) *Hic ſolus* (Rector) *in ſeparata cathedra ſedebat, coram ipſo facie illi obverſa decem alii ſedebant, quorum tres* חברים *Socii vel Collegæ dicebantur, reliqui ſeptem* ראשי הכלות *quos Cel. Empereur reddit capita Communitatis. Poſt hos ſex ſeptemve* (numerum enim definire noluit) *aliæ claſſes Academicorum, quarum ſingulæ denos habebant: Atque hi omnes Rectoris illius partim diſcipuli, partim Aſſeſſores erant*: Aucta vero fuiſſe ספסלים *ſubſellia* juſſu nuper advenientis R. Eleaſari, in Codice Berachot (67) videre eſt.

Diſcentes per diſtributos ordines ſedebant (68), (quæ Claſſes dicebantur juxta *Rhenferdium* (69) כלות) ſed humili ſede, (quæ tamen poſtea, ut diximus, ſedi Magiſtrorum æquata eſt) ſcilicet ad pedes Magiſtrorum, quod ipſe de ſe teſtatur Paulus (70), fuit enim *ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου educatus ad pedes Gamalielis, inſtitutus ad exquiſitam formam Patriæ legis*; licet alii dictum hoc de ſola educatione intelligant. Refert huc Cel. *Altingius* (71) locum Pſal. XLVII. (72) ידבר עמים תחתינו ולאמים תחת רגלינו *Adducet* (blanda verborum vi perſuaſos) *populos ſub nos, nationeſque ſub pedes noſtros*. Ubi optime probat ex collato commate decimo ejuſdem capitis non agi de gentium mancipatione, ſed de inſtitutione, quam gentes ab Iſraelitis quæſituri & confecuturi eſſent, adeoque diſcipulorum inſtar ad pedes Iſraelitarum conſtituri, ut ab iis, quos Magiſtros agnoſcerent, de Meſſiæ exaltatione & dominio erudirentur. Sic Maria perſonam diſcentis actura (73) *παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ aſſidens ad pedes Jeſu audivit ſermonem ejus*; & hoc modo conſtituta erat domus doctrinæ, quando tam docentibus quam diſcentibus ſedendum erat, quod ſi his aliquando ſedere non licuerit, poterant quoque ipſorum ſubſellia careri.

Imo nec illi ſemper e cathedris ſedentes docuerunt, interdum tam his quam illis vel pavimentum vel cubile ſedem præbebat. Illud diſcas ex *Majmonide* [74] ולא ישב הרב על הכסא ותלמידיו על הקרקע אלא או הכל על הארץ או על הכסאות *Non ſedebit Magiſter in ſolio; & diſcipuli in pavimento, ſed omnes vel in terra, vel in ſedilibus*: hoc ex Gemara Talmudis Babylonici [75] ואמר רבי אב הוא מניין לרב שלא ישב על גבי מטה וישנה לתלמידי על גבי קרקע שנאמר ואתה פה עמד עמדי *Et dixit R. Abbu, unde conſtat de Magiſtro, quod non debeat inſidere lecto, & docere diſcipulum ſuum inſidentem pavimento? quia dicitur* [76] *Tu vero hic ſta mecum*, quod ulterius illuſtratur gloſſa marginali שלא ישב על גבי המטה אלא או שניהם על גב המטה או שניהם על גבי קרקע

קירקע. *Quod non insideat* [Magister] *lecto*, *sed aut uterque lecto*, *aut uterque pavimento*. Observasne hic, omnes nunc in subselliis, nunc in pavimento, nunc in cubilibus loca occupasse: quando autem in pavimentis sedebant, mattas sibi subjectas ut ex Commentario in I. Epistolam ad habuere, Corinthios Ambrosio tributo docet Cel. *Molinæus* [77], qui hæc inde depromit. *Traditio Synagogæ est*, *ut sedentes disputent*, *Seniores dignitate in cathedris*, *sequentes in Subselliis*, *novissimi in pavimento super mattas*.

Vidimus nunc præcipua, quæ circa formam Structuræ situmque observanda in Academiis vel edax reliquit vetustas, vel concisa, qua Magistra utimur, permisit brevitas. Ad capita ergo & membra! illa in Academiis fuere Professores, hæc Studiosi; illorum distincta facultas suo loco reservatur. Id hic præmonebimus, quod, licet plures fuerint Professores, tamen eodem modo quo apud nos, unus fuerit Rector supremus [78], quem nos reverenter vocamus RECTOREM MAGNIFICUM, illi ראש ישיבה vel ראש המדרש. Sic cum Scholis nostris id commune habuerunt, quod unus fuerit ἀρχιδιδάσκαλος, plures ὑποδιδάσκαλοι, ceu intelligimus ex Cod. Beracoth [79] הנכנס לאגם בחלום נעשה ראש ישיבה ליער נעשה ראש לבני כלה *Qui sibi per quietem arundinetum ingredi videtur*, *fit Rector Scholæ*, *qui Sylvam hypodidascalus*. Memorantur ibidem R. Papa factus hoc modo ראש ישיבה & R. Huna Filius Jehosuæ ראש בני כלה, quod tamen non uno modo redditur: Cel. *L'Empereur* explicat ראש כלה, per *Caput Communitatis*, sed favet magis nostræ sententiæ Cl. Rhenferdius (80) cujus explicatio fere talis est: Distinguebantur discipuli, ut ex supra monitis nosti, certis ordinibus, qui vocabantur כלות & exinde discipuli בני כלות; singulis iterum classibus suus præerat Doctor, dictus ראש לבני כלה *Caput filiorum Classis*, vel ut Jochasin habet ראש כלה *Caput vel Præfectus classis*. Accurate Docte Vir! annuimus. Sustinuit autem illas partes חבר *Socius* vel *Socio*, imo nonnunquam etiam תלמיד *discipulus* impetrata venia, si tantum fecerat progressum, ut aliis præfici posset. Quam vero methodum docendi observaverint, inter ritus docentium videbimus. Fuit tempus, quo Doctoret absque Interpretibus docuerunt, fuit etiam, quo subjunctos sibi habuere Interpretes; est autem Interpres המתרגם לרבים מה שהוא לוחש לו בעת הדרשה (81) *qui interpretatur publice*, *quicquid ipse* (Rabbi) *insusurraverit tempore expositionis*. Sed de officio ejus postea fusius; hic saltem probabimus, tales Interpretes Doctoribus adstitisse: Constat id ex codice Beracoth (82), ubi fit mentio cujasdam, qui in somnio vidit pullum asini adstantem cervicali suo & rudentem, quod somnium ita enodavit alter מלכא הוית וקאים אמוראת עלך *Rex eris*, *& stabit tibi Interpres*, hoc est, explicante Doctissimo *Vitringe* (83) *Rector erit Academiæ ejusque Doctor præcipuus*, *cujus id fuit insigne*. Sic memoratur in Talmude R. Jehuda: Interpres famosissimus, de quo in Halicoth Olam (84) דרש ר' יהודה בר נהמני מתורגמניה דריש לקיש *Exposuit R. Jehuda filius Nachmanis*, *Interpres Doctoris Resch Lakisch*.

Quin Doctores suos habuerint peculiares Discipulos qui togatæ Palladi nomen dederant, nemo forsan dubitabit, potius in dubium vocabitur, an omnem etiam populum instituendum in Academiam admiserint, quod eo facilius credimus, quo certiores sumus, nihil impedimenti fuisse, quo minus auditum irent dissertationes in Academia habitas; alia enim est ratio apud nos: qui vernacula lingua non disputamus, unde non mirum est, si populus linguæ ignarus non desiderat audire dissertationem, quam sensu gustare illi non est integrum; Sed cum Doctores Judæi vel lingua propria disputarint, vel adjunctum sibi interpretem habuerint, quis mirabitur, etiam vulgus dissertationibus patientem accommodasse aurem. Certe si apud nos lingua toti populo nota in Academiis ageretur, non dubito, quin darentur multi; qui sacro huic certamini interesse gestirent. Sed ne meras conjecturas Lectori nostro obtrudamus, succurrat nobis locus aliquis in Beracoth (85) היוצא מכנסת הכנסת ונכנס לבית המדרש ומבית המדרש לבית הכנסת זוכה להקביל פני שכינה: *Qui se confert ex Synagoga in Academiam*, *& ex Academia rursus in Synagogam merebitur admitti ad Dei conspectum*. Ubi non solum de studiosis, sed & quovis Israelita sermo est. Invitat hoc Eruditissimum *Vitringam* (86), ut credat, quando de Christo in Novi fœderis codices frequenter adeo prædicetur, eum docuisse, disseruisse, vel concionatum esse (nam in Academiis etiam non raro habitæ fuere conciones) ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων, vocem συναγωγή in plerisque locis sumendam esse non pro בית הכנסת sed pro בית המדרש, in qua Doctores (qualis erat Christus, dicitur quippe διδάσ-

καλος,

καλος, hoc eſt, רבי *Doctor* vel *Magiſter*) ζυζητεῖν, *diſſerere*, *diſputare*, vel *concionari* ſolebant. Ita etiam Luth. aliique Interpretes Synagogas ſæpe per Scholas expoſuere. Sic ſe etiam res habebat in Eccleſia Corinthiaca, ubi pars Petrum, pars Apollo ſectabatur. Sed ut tempore antemeridiano Synagogæ, ſic pomeridiano Academiæ petebantur. Concludat hanc noſtram ſententiam Cl. *Ligthfott*, Vir, ſi quis unquam fuit, Hebræarum Antiquitatum peritiſſimus: *Finitis*, inquit in *Synagoga ſacris itur pranſum poſt prandium ad* בית מדרש *Scholam vel Eccleſiam*, *vel Prælectionem Theologicam*; cui ſubſcribit *Joh. Henricus Otto* (87) in ſuo Lexico Rabbinico.

Attingendum hic foret *Conſiſtorium Profeſſ.*, nec enim poteſtatem in adductis cauſis decidendi caruerunt, quin potius iidem, qui jus docebant, etiam ſæpe jus dicebant, exemplo R. Ammi, aliorumque. Neceſſe quippe erat, ut Viri Literati Præſides Synedrii eſſent, ſiquidem occurrerent ſæpe lites, quas illiterati & rudes dirimere non poterant; Sic nemo facilius נביא השקר *Prophetam falſum* a vero diſcernere potuit, quam *verus Propheta*, vel *Doctor*, at vero אין רנין נביא השקר אלא בבית דין של ע״א (88) *Non eſt judicandus Propheta mendax niſi in Synedrio ſeptuaginta unius virali;* adeſſet ergo, qui judicare noverat. Hoc dum dicimus, non ignoramus fuiſſe Literatos alios Synedriis, quibus in Academiis negotii nihil fuit. Obſervamus tale aliquod Eruditorum concilium in Apoſtolorum Actis (89) convocatum Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους καὶ γραμματεῖς εἰς Ἱερουσαλήμ. *Factum eſt mane*, *ut congregarentur illorum Principes*, *& Seniores & Scribæ Hieroſolymam;* quorum conſilium etiam ibidem (90) vocatur συνέδριον: Scilicet examinandi Petrus & Johannes (qui procul dubio etiam inter eruditos nominabantur, & ad minimum pro חלמירי חכמים agnoſcebantur) ſiſtuntur *Senioribus* & *Scribis*; at vero *ſeniores quinam ſunt*, (91) quærit recte Doct. *Vitringa*, *quam Præsbyteri*, *Majores*, *Archiperecitæ*, *Archiſynagogi*, *Scholarum Eccleſiarumque Rectores?* Et quinam etiam ſunt *Scribæ*, niſi, ut infra explicabimus, *Literati?* Nolumus autem in Synedria ipſorum juſto longius exſpatiari, incideremus alias in novam a nobis non intentam materiam, & quæ longum poſt ſe ſyrma trahit, ideoque ne falcem in alienam ſegetem immittamus, hoc labore ſuperſedemus, adeatur interim præter alios Doctiſſimus Seldenus (92) qui (verba ſunt (93) Doctiſſimi *Vitringæ*) *hoc dabit*, *quod te ſatiet*, *adeo ſæpe plenis volis buccam tuam replendo*, *ut ſæpe anhelitus tibi non ſit liber!* Poſtquam autem Synedrium magnum Judæorum exſpiraverat, deſiit in *Conſiſtorium Profeſſorum*, nam, ut bene Cl. Seldenus (94), *Acciſis ſeculis in illis Hebræorum*, *ſub imperio Romano rebus*, *& evaneſcente aut minuta cum eorundem politia veteri etiam priſtina Synedrii illius continuatione & uſu*, *habuere quidem tam extra terram ſanctam*, *quam intra velut umbras quaſdam tribunalium priſtinorum*, *ſed interim inſtitutas non tam regiminis ſeu imperii*, *aut juriſdictionis cauſa quam doctrinæ tradendæ gratia*, *ut SCHOLAS ſeu AUDITORIA*. Quid clarius? Ex occaſione porro inſpiciendum erat in *carcerem publicum*, in quem peccantes Studioſi aliique ducebantur; certe ille non deſiderabatur, fruſtra alias Chriſtus ita ſuos diſcipulos compellaret (95) Πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξουσι παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακάς, *Sed ante hæc omnia injicient vobis manus & vos perſequentur*, *tradentes in conventus & carceres*. Sane hic ille intelligitur carcer, in quem ſolebant Literati rapi, cum, ut jam jam dicebamus, Diſcipuli Chriſti inter חלמידי חכמים locum haberent. Quando autem carceri quis includendus erat novimus ex Codice Sanhedrin (96) מי שלוקה ושנה בית דין מכניסין אותו לכיפה *Si quis flagellatus iteraverit* (ſuum delictum) *ex ſententia Judicum carceri traditur*. כיפה vero ex Majmonide aliiſque Talmudiſtis deſcribit Cel. *Vitringa*, quod fuerit (97) מקום צר כפי קומתו ואינו יכול לשכב בו *locus anguſtus*, *non altior ſtatura ſua*, *in qua non poterat* (incluſus) *cubare*. Sed videtur hic carcer vel Academiis Synedriiſque communis fuiſſe, vel ad hæc ſaltem pertinuiſſe, literatis tamen etiam delinquentibus hoſpitium fuiſſe, ideoque in eo contemplando nimii eſſe nolumus.

Non autem (licet brevitati admodum ſtudeamus) oculos noſtros effugient *Miniſtri publici*, quos vulgo *Pedellos* appellamus, quin in ſcenam etiam illi prodeant; Sicut enim fuere חזני מתא *Cuſtodes Urbis* חזני הכנסת *Miniſtri Synagogæ* חזני הדיינין *Miniſtri Synedrii*. Sic etiam fuere חזני בית המדרש *Miniſtri Academiæ:* Quorum juxta *Rhenferdium* (98) Officium fuit Academiam cuſtodire, mundare, aperire & claudere. Taceo conjecturam nonnullorum, qui Giezi (quod certe etiam veriſimile vide-

detur) pro Ministro Academiæ habent, qui ideoque non dimisit idoneam occasionem requirendi munus aliquod a Naamane, quo stipendii loco filii Prophetarum vel studiosi (99) fruerentur Provoco ad elegans illud R. Jose apophtegma (100) ואמר רבי יוסי יהא חלקי מכושיבי בית המדרש ולא מטעמידי בית המדרש *Et R. Jose dicere solebat: sit portio mea, cum illis, qui considere faciunt Academiam, non vero cum iis, qui eandem surgere jubent*; ubi commentatur *Jarchi*: מטושיבי בית המדרש חזנים מאספי תלמידים בכל יום לבא *Cum iis qui considere faciunt; Ni sunt Chassanim, qui Studiosos quotidie congregant, ut conveniant.* Hoccine convenit cum officio Pedellorum, quos vocamus, qui vel voce propria, vel beneficio campanæ Studiosos convocant. Porro: ממעמידי ממונים לעת האכל קמר הגיעו עת לאכול *Cum iis, qui surgere jubent*, כ: *Qui constituti sunt, ut tempore cibi capiendi dicant, tempus est edendi*. Velut in quibusdam Academiis famuli Academici, elata voce vel dato signo moneut auditam esse horam (101).

NOTÆ IN CAPUT TERTIUM.

(1) *De Dec. Otios. p.* 165.
(2) *Vitr. Archisynag. p.* 1935
(3) *Comm. in Kethuthot Babyl. fol.* 105. 61.
(4) *Archis. pag.* 23. 231. 393.
(5) *Syn. Jud. p.* 106.
(6) *Legat. ad Cajum*
(7) *De Antiq. Acad. pag.* 123.
(8) *Annot. in Sota, pag.* 527.
(9) *Synag. Ju. p.* 186. 117.
(10) *Beracoth fol.* 8. *a.*
(11) *ota cap.* 3. §. 9.
(12) *Annot. in Sot. p.* 528.
(13) *Archi ynag. p.* 231.
(14) *Annot. in Sot. p.* 527.
(15) *Cap.* 20. *v.* 7.
(16) *Pag.* 27.
(17) *Act. l.* 13.
(18) *Ibid. cap.* 2. 2.
(19) *Hieros. Sotah fol.* 24. *v.* 2.
(20) *Sanhed. fol.* 11.
(21) *H. Sot. fol.* 25. 2.
(22) *Archisynag. p.* 200.
(23) *In Thesbi pag.* 22. 6.
(24) *De Acad. l.* 2. *p.* 19.
(25) *Megil. f.* 73. *col.* 4.
(26) *Schil. l.* 4. *c.* 8.
(27) *Harmon.* 4. *Evang. b.* 17. *pag.* 471.
(28) *Cap.* 2. *v.* 9.
(29) *T. Bab. Jom cap.* 7. *alibi.*
(30) *Cap.* 34. *v.* 4.
(31) *Apocal.* 6. *v.* 14.
(32) *Cap.* 8. *v.* 1.
(33) *Annot. in Jom. p.* 159.
(34) *Annot. in Sot. p.* 676.
(35) *Luc.* 4. 17.
(36) *Ibid. v.* 20.
(37) *Net. ad Schabb. c.* 24.
(38) *Comm. in Sot. c.* 4.
(39) *Ex Schabb. f.* 79.
(40) *An. in Sot. p.* 368. *seq.*
(41) *Baal Schalschel. Hakk. p.* 92. *a.*
(42) *L.* 13. *Hist. Nat. c.* 11.
(43) *Ant. Jud. l.* 12. *c.* 2.
(44) *Hilch. Tephill. c.* 1. §. 4.
(45) *In Mischpat.*
(46) *Observat. ad procem. Raymund. Pug. fid. p.* 86 *col.* 1.
(47) *Talm. Bab. Gittin. f.* 57.
(48) *In Itiner.*
(49) *Matt.* 23. 6.
(50) *Archis : p.* 304.
(51) *Ant. Acad. Dis.* 4. *p.* 124.
(52) *Matth.* 23. 4.
(53) *Hier. Rosh Hashan. fol.* 56. 4.
(54) *Buxtorf. Lex. Tal. de h. v.*
(55) *Talm. Tor. cap.* 4. §. 2.
(56) 1. *Reg.* 2. *v.* 3. 5.
(57) *Schil. l.* 3. *c.* 6.
(58) *Matt.* 23. 6.
(59) *Archis. pag.* 303.
(60) *Nehem.* 8. 4.
(61) *V.* 5.
(62) *Ta m. Tor. c.* 4. §. 2.
(63) *Joh.* 1. 26.
(64) *V.* 3.
(65) *Schil. lib.* 3. *c.* 7.
(66) *De Dec. Otios. c.* 13. §. 8.
(67) *F.* 27.
(68) *Buxt. Lex Talm. p.* 1773.
(69) *De Dec. Otio.* 282.
(70) *Act.* 22. 3.
(71) [illegible]
(72) *V.* 4.
(73) *Luc.* 10. 39.
(74) *Talm Tor. c.* 4. §. 2.
(75) *Megil. cap.* 3. *fol.* 211.
(76) *Deut.* 5. 31.
(77) *In Vatis sui lib.* 4. *c.* 10.
(78) *Vitring. de Dec. Otios. p.* 256.
(79) *Fol.* 57. 1.
(80) *Diss. de Dec. Otios. p.* 284.
(81) *Gloss. Marg. in Sot. c.* 7.
(82) *Cap.* 9.
(83) *Archisynag. p.* 230.
(84) *Cap.* 1.
(85) *Cap.* 9.
(86) *Archisynag.* 233.
(87) *P.* 626.
(88) *Sanedr. cap.* 1.
(89) *Cap.* 4. 5.
(90) *V.* 15.
(91) *Archisynag. p.* 392.
(92) *De synedriis.*
(93) *De Dec. Otios. in dedicat.*
(94) *De Synedr. l.* 2. *c.* 4.
(95) *Luc.* 21. *v*2.
(96) *Cap.* 9. §. 5.
(97) *Archisynag.* 370.
(98) *Diss. Phil.* 1. §. 72.
(99) 2. *Reg.* 22.
(100) *Schabb. f.* 118. *col.* 2.
(101) *Rhens. de Dec. Otios. p.* 86.

CAPUT IV.

Officia discentium. Ministerium legis præfertur ejus studio. Præceptor præferendus Patri; fere æquandus Deo. Non appellandus proprio nomine. Nominandus, titulo honoris salutetur. Tegendum caput illo præsente, sed corpus prætereunti flectendum. Nec ab eo dissentiendum;. Nec cum eo litigandum. Nec contra eum murmurandum; Nec de eo prave suspicandum. Injuncta discipulo officia Servi. Solvendi Præceptoris calcei. Pone eum eundum. Adferenda aqua: Subministrandum jussum quodlibet. Schola mature petenda. Sedulo legendum: Nihil ludicri in Schola admittendum. Cibum ibi sumere non omnino vetitum. Non exspatiandum ibi, nec spuendum coram Magistro. Recitantur breviter varii Discipulorum mores. Etiam versatissimo Doctori studendum. Nihil honestate Academiæ indignum in ea committendum. Dignoscenda juniorum ingenia, & pro suo captu informanda Contumaces Discipuli verbis reprehendendi: verberibus puniendi: denique excommunicandi. Experti etiam Doctores flagellationem: Rarissime vero Excommunicationem. Doctor partibus officii male functus, ab officio removendus. Illustrantur fere ubique multa sacrarum Literarum loca.

NON circumspecte satis res hominum geruntur, ubi & quod libet, licet, & quod licet, possunt, & quod possunt, audent, & quod audent, faciunt, & quod faciunt, molestum non est; non sic inter Docentes Discentesque Hebræorum actum est, ubi mutuis officiis invicem tenebantur, hi potissimum, ne in literis proficiendo, inque moribus deficiendo, plus deficerent, quam proficerent. Injungebatur in primis discipulis ministerium Magistris præstandum, cui qui non satisfecerat, etsi Scripturam & Mischnam calleret, tamen inter עם הארץ rudem plebem recensebatur, ut patet ex Gemara Sota קרא ושנה ולא שמש תלמיד חכם (1) והו עם הארץ *Licet quis versatus sit in studio Scripturæ & Mischnæ; si tamen non ministraverit Sapientibus numeratur eum plebe terræ*, & Beracoth (2) גדולה שמושה של תורה יותר מלימודה. *Præferendum est ministerium, quod legi* (hoc est Peritis legis) *fit, ipsi legis studio*. Hinc palmam commilitonibus suis præripuisse dicitur Elisæus, eo quod Eliæ Minister fuisset (3) אף על פי שהיו לאליהו תלמידים לבים הנה זכר אלישא שהיה תלמיד והיה ראוי שיקנה יותר מהשלמות מפני ששרת את אליהו כי המשרת הוא תמיד לפני רבו ולזה יתכן שילמד יותר: *Etiamsi fuerint Eliæ discipuli multi, ecce meminit tamen Elisæi, qui fuit discipulus, potuitque plus perfectionis aquirere, quoniam ministravit Eliæ: Minister enim jugiter est apud herum suum, & hinc æquum est, ut plura addiscat.*

Miraberis, si omnia discentium officia recitare vacaret, pleraque tamen proponemus. Præferendus erat Præceptor non solum cuilibet alii, sed & Parenti, imo æquiparandus fere Deo, ואין לך כבוד גדול מכבוד הרב ולא מורא ממורא הרב אמרו חכמים מורא רבך כמורא שמים (4) *Nemini major honor, quam Præceptori, neminique major, quam eidem debetur reverentia. Imo dicunt Sapientes, Præceptorem eadem, qua supremum Numen, reverentia prosequendum esse*. Non licebat Præceptorem nomine suo proprio appellare, compellandus usque erat honoris & reverentiæ titulo ואסור לקרות רבו בשמו הנכר שהוא הוא אפילו שלא בפניו ולא יזכיר שמו אפילו לקרות אחר ששמו בפניו ולא יתן לו ולא יחזיר לו שלום אם לא מזכיר רבי ומורי *Porro Religioni esse debet nominare Magistrum proprio suo nomine etiam illo non præsente, imo nec alterius, qui eodem nomine gaudet, ipso præsente injicienda mentio* (sc. ne Præceptor se nominari existimet) (5) *Non salutandus Præceptor, aut salutanti respondendum, nisi additis semper verbis: Mi Magister, Mi præceptor.* Sic filii Prophetarum Bethelis, & Jerichuntis (6) non nominarunt Eliam nomine proprio, sed de eo dixerunt Elisæo ארניך Chaldaice רבונך *Dominus tuus*, quam appellationem non reprehendit Elisæus, sed tacendo approbaturus admisit. Imo ipse Christus Magnus illæ Præceptor, suos ita discipulos alloquitur (7) Ὑμᾶς φωνεῖτέ με. Ο' διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος. καὶ καλῶς λέγετε εἰμὶ γάρ. *Vos me vocatis: Magister & Dominus, & benedicitis, sum enim.*

Unum referam, quod nullus ambigo, quin mireris, scilicet discipulo ad conspectum Magistri non licuisse caput nudare, hoc enim nimiæ audaciæ adscribebatur, quod a nostratium moribus immane quantum distat, quippe quorum civilitati repugnat, præsente Doctore caput tegere. Sic nempe suæ memoriæ consulere Judæi verticem operiendo, ne subtiliora ipsorum dogmata per apertos poros sursum penetrarent, memoriam subterfugerent, ac in auras fugerent. Ve-

Verecundiam potissimum testabantur hoc ritu, qui tamen cum aliqua corporis inclinatione conjungi debebat. Sic traditum offendimus in blasphemo libro תולדות ישו (8) digniore igne, quam luce: ויהי המנהג בימים ההם שכל מי שהיה עובר לפניהם היה מכסה את ראשו והיה כורע ומשתחוה לפניהם *Invaluerat tum consuetudo, ut quisque Seniores præteriens caput obvelaret, & corpus incurvans, & genu flectens honorem iis deferret*. Ita in Talmude (9) fit mentio duorum: alter: quia caput detegebat pretereundo Doctores, a R. Eleasar pro ממזר *spurio*, a R. Josua pro בן הנדה ἀποκαθημένης υἱῷ, a R. Akiba pro utroque habebatur, talisque re penitius inspecta deprehendebatur. Hinc etiam plumas suas velut alter corpus Æsopicus detraxisse videtur Auctor nefandi libri *Toledoth Jeschu*, cum eadem omnino chorda oberret,ficturus immodestiam Christi, eo quod capite erecto & retecto Seniores præteriisset, qui etiam exinde subito collegerunt, fuisse illum ממזר ובן הנדה: Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος, Σατανᾶ. Ad certum vero annum mos ille alligatus erat, a septimo ætatis ad decimum usque tertium continuandus, quo elapso exspirabat. (10)

Crederem nec aquam aquæ, nec lacti lac similius esse, quam Pontifici Romano Hebræorum Præceptorem, ab eo quippe transversum unguem discedere piaculum erat כל החולק על רבו כחולק על שכינה (11) *Quisquis a Præceptore dissentit, is quasi a Deo dissentit*. Probant suum edictum exemplo Dathanis, Abirami & Korachi, qui divortium fecerunt a Mose Magistro suo: Attamen exstat בהצותם על יהוה (12) *quando motæ sunt rixæ contra Dominum*. Concludas inde multo minus cum Præceptore litigandum esse וכל העושה מריבה עם רבו כעושה מריבה עם שכינה (13) *Quisquis litigat cum Præceptore, videtur litigare cum ipso Deo*. Probant iterum exemplo Israelitarum, de quibus hæc leguntur אשר רבו בני ישראל את יהוה (14) *Contenderunt filii Israelis contra Dominum*. Sequitur exinde, non licere unquam Præceptori oppedere: וכל המתרעם על רבו כמתרעם על יהוה (15) *Quisquis obloquitur Præceptori, is Deo obloquitur*. Stabilitur hoc porro exemplo Israelitarum, quorum murmura tali reprehensione excipit, Moses (16) לא עלינו תלונותיכם כי על יהוה *Non sunt contra nos murmurationes vestræ, sed contra Dominum*. Denique ne licitum quidem erat de Præceptore suspicionem fovere: וכל המהרהר אחר רבו כאילו מהרהר אחר שכינה שנאמר וידבר העם באלהים ובמשה (17) *Quisquis prave suspicatur de Præceptore, suspicatur prave de Deo Q. S. E.* (18) *Locutus populus contra Deum & contra Mosen*.

Detrectandum nullum erat servitium, quod Domino a Servo debebatur (19) כל מלאכות שהעבד עושה לרבו תלמיד עושה לרבו *Omnia opera, quæ servus præstat Hero suo, discipulus præstat Magistro suo*. Transcribebatur tamen hæc lex certis limitibus, quando enim ignotus apud ignotos esset, servum tam humiliter non induebat, calceos solvendo, vel talia ministrando, ne a spectatoribus servus esse crederetur, quod si vero applicuisset sibi תפילין *Phylacteria*, per quæ a servo, cui illa gestanda non competebant, dignoscebatur, exceptio nulla valebat (20), quin & calceos solvere & gestare teneretur: Hinc Johannes Baptista declaraturus se esse inferiorem, quam ut discipulis Christi annumeretur, de eo dicit (21) Αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος *Ipse est qui post me venit, qui me prior est factus, cujus ego non sum dignus ut solvam ipsius corigiam calcei*: Sic & alibi (22) οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, *cujus non sum idoneus, ut inclinans solvam corrigiam calceamentorum ejus*. Porro (23) οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, *cujus non sum idoneus qui feram calceamenta*.

Incedendo lateri Præceptoris se adjungere Discipulum non decebat (24) ואסור להלוך בצדו אלא יתרחק ממנו *Non omnino ad latus ejus incedendum, sed paulo declinandum est*. Probe id observavit Eliæ discipulus Elisæus, quem nec ante Magistrum suum, nec a latere ejus, sed post tergum incessisse legimus (25) וירץ אחרי אליהו *& cucurrit post Eliam*; imo adhuc clarius; postquam absoluto convivio vale suis dixisset: (26) ויקם וילך אחרי אליהו וישרתהו *Et surrexit, & ivit pone Eliam, & ministravit ipsi*. Sic & Christus Dominus noster φράσιν, quam alicubi (27) usurpat: ὀπίσω μου ἐλθεῖν *pone me venire*, alibi (28) explicat per μαθητής μου εἶναι *discipulus meus esse*, hoc ipso indignaturus, boni discipuli esse, Magistrum a tergo sequi. Idem cauturus, ne homines apud falsos, qui Christi nomen & officium mentiebantur, Doctores nomina discipulorum profiterentur, eodem loquendi modo utitur (29) μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν *Ne ite post illos*, hoc est, ne illis Præceptoribus utimini, vel eorum præcepta sectamini.

Aqua,

Aqua, quoties opus erat, haud gravatim adferenda erat, qua manus, vel pedes, (quod apud Judæos usitatissimum fuit) lavarentur, imo lavandis iisdem opera locaretur; Memoratur hoc præstitisse Eliæ Elisæus, de quo a rogatis Josaphath tale refer responsum: *Hic est Elisæus filius Josaphath* אשר יצק מים על ידי אליהו *Qui fudit aquam super manus Eliæ* (30) Quid hoc est? dicat *Chaldæus*, שמש ית אליהו *Qui ministravit Eliæ*. In aquam enim scribit *Jarchi* (31) dum hic aquæ miraculum per Elisæum in hostiam Eliæ super montem Carmel effusæ intelligat, quasi vero decem Elisæi digiti instar fontium aquis Manasse, donec fossa impleta esset, cum tamen tunc temporis nondum Elisæo comitatus esset Elias (32) Rectius David Kimchi, licet alibi ejusdem sententiæ Patronus videatur) רוצה לומר ששרת אותו ובדברי רבינו זכרונם לברכה למד לא נאמר אלא יצק מלמד ששמושו גדול מלמודו *Vult dicere*, ait, *quod ministravit ipsi, & in verbis Magistrorum nostrorum f. m. legitur, non dictum est, qui didicit, sed qui fudit, ut doceatur, ministerium ejus esse majus doctrina ejus*. Sic & Christus Dominus discipuli personam, quia *μορφὴν δούλου ἢ μαθητοῦ* assumpserat, acturus, cinctus pedes discipulorum non solum abluit, sed & linteolo abstersit (33) Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος *Deinde indidit aquam in pelvim, & cæpit lavare pedes Discipulorum, & tergere linteo, quo cinctus erat*. Insuetum hoc Petro videbatur quod Magister suum discipulis officium præripuisset, recusat ergo dicendo (34) Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. *Non in æternum lavabis pedes meos*; imo non nisi comminatione æternæ jacturæ salutis eo perduci potuit, ut coram Magistro suo, qui discipulum induerat, discipulum exueret. Sed nec solam aquam, sed jussum quicquid parare & comparare discipulos oportebat, sic discipuli Christi sive jussi asinam adducere (35) sive cibum populo subministrare (36), sive cænam parare (37), sive Evangelium prædicare (38) sive alia officia curare, prompti Magistro suo morem gessere.

Mature in Scholam adessent, tardius qui veniebat, fere deludebatur (39) אל יכנס אחרונה לבית המדרש משום דקרו ליה פושע *Ne ingrediatur quis postremus in Scholam, quia vocant eum cunctantem*. Occupet extremum scabies: Hinc jactaturus R. Eliesér F. Schamua suam diligentiam, cum rogaretur (40) במה הארכת ימים *Quomodo vitam prolongasti?* regessit: מימי לא עשיתי קפנדריא לבית הכנסת ולא פסעתי על ראשי עם קדוש *Per totam vitam meam non feci compendium viæ petens Synagogam, neque incessi super capita populi sancti*: Explicat hoc Scholiastes כשהיו התלמידים בבית המדרש על גב קרקע ההולך על גב מסיבהן לישב למקומו נראה כפוסע על ראשי עם *Discipulis in Schola supra pavimentum prostratis adveniens quis tardius, & transiens per classes eorum, ut occupet locum suum, videtur supra capita populi* (כ: condiscipulorum) *incedere*. Simplicioribus intellectu verbis eodem tamen sensu de eodem ardore gloriatur R. Perida (41) שאלו תלמידיו את רבי פרידא במה הארכת ימים אמר להו מימי לא קדמני אדם לבית המדרש *Quæsiverunt ex R. Perida ejus discipuli: Qua maxime re prolongasti vitam? Respondit ipse: Nemo unquam me prior venit frequentando Academiam*. Et ut seduli frequentando, sic frequentes legendo esse tenebantur, imo qui otio torpebat, dignus erat, qui supplicium capitale daret, veluti inter alia Hillelis apophtegmata legitur (42) דלא יליף קטלא חייב *Qui non discit, occisionis reus est*.

Abstinendum ludicris in Schola erat, non ridendum, ludendum vel nugandum (43) בתי כנסיות ובתי מדרשות אין נוהגין קלות ראש כגון שחוק והיתול ושיחה בטלה *In Synagogis & Scholis nulla immodestia utuntur, risu, lusu, aut inepta confabulatione*; nihil admittendum, quod a studiis avocat, nisi quod interdum, urgente id necessitate, cibi aliquid sumere liceret, nam licet Synagogis præferrentur Academiæ, in illis tamen nunquam, in his quandoque cibum occupare permissum erat, ea scilicet intentione, ne domum abeundo a studiis retardarentur (44) ואין אוכלין בהן ואין שותין בהן ואין ניאותין בהן ואין מטיילין בהן ואין נכנסין בחמה מפני החמה ובגשמים מפני הגשמים וחכמים ותלמידים מותרין לאכול ולשתות בהן מרוחק: *Non edunt aut bibunt in eis* (Synagogis & Scholis) *talibusve utuntur, imo ne quidem deambulant in illis, iisve tempore æstivo succedunt, ut se æstui subducant, aut pluviæ tempore pluviæ. Doctoribus tamen illorumque discipulis, rebus ita exigentibus, in illis edere & bibere licet*. Habes id, sed non solum, nam hoc insuper exinde discis, non exspatiandum esse in Academiis, vel easdem pro voluptate propria aut commodo relinquendas esse. Porro sicut interdictum erat sputum in toto Templi monte ejaculari

(45)

(45), sed si cui illud inter orandum obveniret, extremo pallioli, vel alius alicujus vestis angulo excipiendum erat: sic non coram Magistro, multo minus in faciem ejus sputum ejiciendum erat (46) כיח בפני רבו חייב מיתה *Qui exspuit in faciem Magistri sui, reus est mortis*. Satis ergo superque testabantur Judæi se Christum pro Magistro suo non habere, quando in faciem ejus spuebant (47)

Sed tædiosum foret omnia discipulorum officia recitare, recitata illustrare, illis potissimum retinemur, e quibus vel loca sacrarum literarum lucis aliquid mutuantur, vel hæc illis quodammodo acclamando gratificantur, reliqua breviter ex Majmonide (48) perstringemus. Si simul Pater & Præceptor quid amisisse deprehenderentur, prius quærenda esset res perdita Præceptoris, quam Patris. Si simtl onere premerentur, levandum prius esset illius, quam hujus onus, Idem quoque ordo servandus, ubi captivus uterque detentus redimeretur; suberat tamen ubique illa conditio, si Parens artibus liberalioribus non esset imbutus; si enim esset, ordo, quantumvis eruditione Præceptorem non æquaret, mutandus esset. Citra Præceptoris veniam, quamdiu superstes erat, intra XII. milliarium spatium Academiam & ibi Docentis sedem invadere prohibitum erat. Nec exuenda in conspectu Magistri Phylacteria, nec cum eo accumbendum. Preces fusurus discipulus caveret, ne vel ante Præceptorem vel a tergo ejus staret, sed ad latus paulisper declinaret, ne e regione vel pectoris vel tergi ipsius oraret. Balneum una cum Præceptore intrare turpitudini ducebatur: Locus Præceptori proprius ipsi soli relinquendus erat, non a discipulo occupandus. Dimitterentur intacta Magistri dicta & opiniones, ne præsente illo audacter ventilarentur, aut impugnarentur. Quod si ipse, qui ὁδηγός esset, e recta via, vivendo aliter, quam docuerat, declinaret, non temere exprobrandus illi lapsus; sed modeste dicendum: לא כך למרתנו רבינו *Non sic nos docueras, bone Magister*: Quicquid non a Præceptore, sed ab alio aliquo auditum erat, id vel coram illo tacendum, vel Auctor simul proferendus. Nec surgendum, nec abeundum, nisi impetrata prius Præceptoris venia; discessurus retrogrederetur, ut vultus vultui Præceptoris opponeretur. Simulac conspectus erat Magister, non solum surgendum, sed nec prius considendum, quam penitus e conspectu remotus esset. Nullo unquam honore afficiendus erat discipulus, quousque aderat ejus Præceptor, nisi quem ipse honore prosequi solebat. Quando Præceptor debitum naturæ solvit, lacerandæ omnes ad nudatum usque pectus vestes, nec unquam resarciendæ. Quis non concludat cum Doctissimo *Vagenseilio* (49): *si hæc ita observant Judæi, profecto apud solos ipsos expedit Præceptorem esse*. Pateret nobis adhuc amplior disserendi campus, si prohibitum immodestum quodvis divulgaremus, veluti, verbi causa, adhuc reperitur quidam a R. Jehuda reprehensionis carbone notatus, eo quod in conspectu alterius pediculum mactasset (50) זה ההורג כנה בפני חבירו ונמאס *Hic est ille, qui occidit pediculum in conspeæu socii, ut nausea illi moveatur*; Sed nullibi promisimus nos totam civilitatem morum Hebræorum conscripturos esse, si plura delectant, poterit compendii gratia consuli Cl. *Altingii Studiosus Hebræus*; præstolantur nos cfficia Doctorum non penitus silenda:

Nullus tam eruditus, tam versatus, tam ingeniosus Doctor erat, quin si vel maxime occurrentia omnia, vel in sacro codice, vel in Talmude, vel alibi ad ungues calleret, eadem tamen perlegere, assiduisque meditationibus vacare teneretur, si alias Eruditi Viri nomen tueri vellet (51) אם הוא גרול בחכמה ואין צריך לעסוק יקרא בעתים מזומנים שלא ישכח ורוב ימיו ידקרק: *Quod si quis Doctor insignis existat*, (*licet ita calleat memoriter omnia*), *ut ei haud opus sit discere, tamen statis temporibus disciplinas suas relegere debet, ne obrepat oblivio, sed major vitæ pers meditationibus consecranda*. Idem Paulus suo Timotheo imperat (52) Ἕως ἔρχομαι πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ *Persevera in lectione, adhortatione, disciplina, donec venero*, attamen ille donis divinitus concessis insigniter eminebat (53). Et quid multis? ipse Paulus Vir ad pedes Gamalielis & os Spiritus S. eruditus, τὰ βιβλία & τὰς μεμβράνας vel secum portavit, vel sibi adferenda curavit (54).

Nec Magistros minus quam discipulos Academiarum honorem observare oportebat, nihil agendo, nisi quod cum dignitate illarum posset consistere; Exularent omnia ludrica, (55) omniaque profana negotia intra suam sphæram manerent, e Scholis proscribenda; sicut Christus Servator in Templo collyborum aut columbarum commercium (56) non tolerabat, sed severe eliminabat. Et ut ex ungue leonem noscas, unicum reverentiæ Academiarum specimen præbe-

bebimus: Interrogatus R. Sera, vel ut malunt alii, R. Adda qua ratione vitam ſuam produxerat, inter alias hanc ſenii ſui, cauſam fatetur (57) לא ישנתי בבית המדרש לא שינת קבע ולא שינת עראי *Nunquam dormivi in Academiis data opera, imo ne caſu quodam leviter in iiſdem dormivi.*

Dignoſcenda erant diſcentium ingenia & attendendum, quid valerent humeri, quid ferre recuſarent: Hinc dicunt (58) ומה בין ענין מעשה מרכבה לענין מעשה בראשית שענין מעשה מרכבה אפילו לאחד אין דורשים לו אלא אם כן היה חכם ומבין מדעתו נותנין לו ראשי הפרקים ענין מעשה בראשית מלמדים אותו ליחיד אף על פי שאינו מבין אותו מדעתו ומדעים אותו כל מה שיכול לידע מדברים אלו ולמה אין מלמדים אותו לרבים לפי שאין כל אדם ישלו דעת רחבה להשיג פירוש ובאור כל הדברים על בריין: *Quænam eſt differentia inter materiam operis quadrigæ atque operis bereſchit? Quod materiam operis quadrigæ etiam ne uni quidem exponant, niſi fuerit ſapiens & cognitione ſua intelligens, & tunc ei præcipua capita proponuntur: materiam operis creationis docemus unicum, etiamſi non capiat eam intellectu ſuo, & exponimus tantum cuilibet, quantum poterit ex iſtis rebus aſſequi. Cur autem non docemus apud multos? Quia cuilibet non eſt intellectus capax ad aſſequendum perſpicue explicationem & declarationem omnium iſtarum rerum.* Chriſtum attendamus, qui pari modo neque ſuos diſcipulos ultra vires obligare voluit, ſed captui illorum aliquid conceſſurus, ait (59) ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' ὐ δύνασθε βαςάζειν ἄρτι. *Habeo adbuc multa, quæ dicam vobis, ſed nunc non poteſtis tolerare.* Eodem animo prudenter Paulus lac ſimplicioribus propinavit, ſolidiorem cibum doctioribus porrexit: (60) Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ ὐ βρῶμα· ὔπω γὰρ ἠδύνασθε. ἀλλ' ὔτε ἔτι νῦν δύνασθε. *Lacte vos potavi, non cibo, tunc enim nondum poteratis, ſed nec adhuc poteſtis.* Clarius mentem (61) ſuam alibi explicat Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγυ δικαιοσύνης· (νήπιος γάρ ἐςι) Τελείων δέ ἐςιν ἡ ςερεὰ τροφή, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλῦ καὶ κακῦ. *Omnis enim qui lacte indiget, imperitus eſt in ſermone juſtitiæ, (eſt enim infans). Perfectorum vero eſt ſolidum alimentum, quia per habitum ſenſus exercitatos habent ad diſcrimen boni & mali;* Eodem modo Petrus (62) τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ſuis auditoribus commendat.

Interim ut ſeduli præmiis ornandi, ſic ſegnes pæna onerandi eſſent. Sic & optima intentione Accuratiſſimum Doctorem Chriſtum in ſuos ſæpe diſcipulos invectum eſſe ſcimus; præter alia notabile eſt illud verborum fulmen, quod in delinquentis Petri caput immiſit: (63) Ὁ δὲ ςραφεὶς, εἶπε τῷ Πέτρῳ· Ὕπαγε ὀπίσω μυ Σατανᾶ, σκάνδαλόν μυ εἶ· ὅτι ὐ φρονεῖς τὰ τῦ Θεῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. *Converſus autem dixit Petro: Apage poſt me Sathana, ſcandalum mibi es, quia non ſapis, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.* Quam horreret ad hunc ictum miſer homo. Tales ſæpe reprehenſiones occurrere in ſcriptis Rabbinorum nemo neſcit, niſi qui eadem neſcit. At quando nil valebant verba, deſierunt illa in verbera, ſed qui nec verbis, nec verberibus corrigi poterat, e cœtu ſancto ejiciebatur. Flagellationem apud Hebræos uſitatiſſimam fuiſſe nemo ambigit, niſi qui in eorum ritibus plane hoſpes eſt; Sed an illa ad Synedria reſtringenda ſit, inter eruditos non convenit. Certe ſi *Beza* & *Hugo Grotius* audiendi ſunt, illi flagra e Synagogis eliminare ſtudent; ſecus vero ſenſit Doctiſſimus *Vitringa* (64) qui eadem illis erudite pro more ſuo vindicat. Nos hanc controverſiam noſtram facere nolumus, an in Synagogis vel Perſeuchis (quod tamen poſt dilucidam acutiſſimi Viri probationem non videtur poſſe negari) flagellati fuerint delinquentes; judicent Eruditi! Tutiſſime autem ſtatuimus flagellationem in Scholis uſurpatam fuiſſe, vel ad eaſdem ad minimum, ſi vel maxime in Synedriis vel Synagogis adminiſtratæ ſint, pertinuiſſe. Alia tamen major fuit, alia minor. Fallor, an de illa loquatur Chriſtus: (65) καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαςιγώσυσιν ὑμᾶς. *Et in conventibus ſuis flagellabunt vos:* καὶ ἐξ αὐτῶν μαςιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν. (66) *Et ex ipſis quoſdam flagellabitis in conventibus veſtris.* Certe Synagogas ſæpe generaliter ſumi ſæpe monuimus, quid vero hic impedit, quo minus æque intelligantur conventus ſcholaſtici ac Eccleſiaſtici? & quicquid ſit, jamjam probabimus non ſolum diſcipulos, ſed ipſos etiam Doctores, quantumvis ſenes, obnoxios fuiſſe fuſtibus vel virgis; etenim inſtrumenta hujus pænæ fuere vel lori, vel bacilli, vel virgæ, quarum quoque reſpectum Apoſtolus Paulus habuiſſe videtur, dicendo (67) Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πρᾳότητος. *Quid vultis? virga ad vos veniam, aut amore, & Spiritu lenitatis.*

Sed flagellationis illuſtre teſtimonium ha-

habemus in Jore Dea Halacoth Niddui Vecherem (68) חכם זקן בחכמה או אב בית דין שסרח אין מנדין אותו בפרהסיא לעולם אא״ב עשה כירבעם בן נבט וחביריו אבל כשחטא שאר חטאות מלקין אותו בצנעא וכן כל תלמיד חכם *Sapiens sapientia Senex aut Pater Domus judicii, si perverse egerit, nunquam tamen eum publice excommunicant, nisi forte ejusmodi scelus perpetraverit, quale Jeroboam Filius Nebath ejusque socii. Sed quando peccavit aliud aliquid ex peccatis cæteris, solent eum clam flagellare, atque ita etiam res se habet cum quolibet discipulo Sapientis* &c. Vides Sapientes, Doctores & Senes ipsos ab hoc supplicio non fuisse immunes; similem locum ex Gemara Babylonica (69) depromemus כי קא מחייב מרבנן שמטא היכי עביר כי הוא דמערבא מימנו אנגדא דצורבא דרבנן ולא מימנו אשמתא: Verba sunt R. Papæ, qui postquam prius vovisset, ut nunquam sibi contingeret excommunicare Illustrem Sapientem, subjicit: *si objiciatur; quid fiet cum Sapiens ejusmodi meritus fuerit excommunicationem? Certe bene factum foret, si idem, quod faciunt in Occidente, fieret, ubi flagris adjudicantur ejusmodi Sapientes rei, & non damnantur excommunicationis*. Pluribus & clarioribus non est opus: Unum præterea exinde lucramur; discimus quippe tam Doctores quam discipulos, (licet ægre & raro, sic enim ultima fere patiebantur) cœtu sacro exclusos esse; quod & suis discipulis Christus prædicit (70) Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς *Synagogis vos movebunt*. Reservabatur hæc pæna tanquam severior contumacibus & immorigeris, qui vel libris Epicuræis impallescebant, vel ebrietati se emancipabant, vel nomen Dei profanabant (71) ואי שנו שמעירה כגון שמתעסק בספרי אפיקור' ושתרה במיני זמר או שחביריו מתביישין ממנו ושם שמים מתחלל על ידו משמתינן ליה: *Quod si odio haberent illius famam, ut, verbi gratia, se ipsum exerceret in libris Epicuræorum, aut potui vini se nimium dederet, aut quod socii ipsius illius causa pudore suffunderentur, vel Dei nomen per ipsum profanaretur, ipsum excommunicabant*. Id unicum addamus, potuisse etiam aliquando Literatum quemvis se ipsum e sacro cœtu & excludere, & restituere, ut constat ex Gemara Babylonica: תלמיד חכם מנדה לעצמו ומתיר לעצמי (72) *Discipulus Sapientis excommunicare potest se ipsum, & se ipsum absolvere*: Colligere potes ex supra dictis; exemtos ut plurimum fuisse ab excommunicatione publica illustriores Sapientes, quotquot magni nominis apud populum & auctoritatis essent, (73), quam etiam causam esse suspicatur Eruditissimus *Vitringa* (74), quod Christus Dominus nunquam legatur excommunicatus, cum tamen in excommunicationis causas revera juxta Judæos incurrisset. Quando vero insignis aliquis Doctor officio suo vel defuisset, vel non dextre satis præfuisset, ab officio removebatur, sic de R. Gamaliele traditur, qui magnæ apud suos auctoritatis licet esset, eam tamen pœnam elabi nequiit, sed simul diversum quid a Collegis suis de quibusdam legis capitibus sensisset, fascibus Academicis privatus est, eique R. Eliezer ad tempus substitutus (75) והוסר רבן גמליאל מהיות ראש ישיבה *Et remotus est Rabban Gamaliel, ne amplius esset caput Academiæ*.

NOTÆ IN CAPUT QUARTUM.

(1) *Cap. 3 §. 8.*
(2) *Fol. 7. 6.*
(3) *R. Levi Ben Gers.*
(4) *Majm. Talm. Tor. c. 5.*
(5) *Ez Hechaim M. S. citat. a Vagens. Sot. p.* 538.
(6) 2. *Red.* 3. 5.
(7) *Joh.* 13.
(8) *Pag.* 5. *Edit. Vagens.*
(9) *Massechet Kalla.*
(10) *Buxto. Synag. Jud. p.* 132.
(11) *Majm Talm. To. c.* 5.
(12) *Num.* 26. 9.
(13) *Mim. l. c.*
(14) *Num.* 20. 13.
(15) *Majm. l. c.*
(16) *Ex.* 16. 8.
(17) *Majm. l. c.*
(18) *Num.* 21. 5.
(19) *Majm. ex Cethub. c.* 11. *fol.* 66. 1.
(20) *Ibid. & Ez. Hechajim*
(21) *Joh.* 1. *v.* 27.
(22) *Marc.* 1. 7.
(23) *Matt.* 3. 11.
(24) *Ez Hechajim*
(25) 2. *Reg.* 19. 19.
(26) *Ibid.*
(27) *Marc.* 8. 38.
(28) *Luc.* 14. 16. 27.
(29) *Luc.* 21. 8.
(30) 2. *Reg.* 3. 11.
(31) *In h. l.*
(32) 1. *Reg.* 18. 19.
(33) *Joh.* 13. *v.* 5.
(34) *Ib. v.* 8.
(35) *Matt.* 21. *v.* 2. *seqq.*
(36) *Ibid. c.* 14. 2. 18. *seqq. &* 15. 32. *seqq.*
(37) *Luc.* 22. 8. *seqq.*
(38) *Matth.* 28. 19. *alibi.*
(39) *Berach. fol.* 43. 2.

(40) *Me-*

(40) *Megill. fol. fol.* 27. 2. *f.*
(41) *Ibid. c.* 4.
(42) *Abhot. c.* 1. §. 13.
(43) *Majm. ex Hilch. cap.* 11. 5. 6.
(44) *Ibidem.*
(45) *Majm. Hal. Beth. Habech. c.* 7.
(46) *Erubh. f.* 99. 1.
(47) *Matth.* 27. 30. &c.
(48) *Hilch. Talm. Tor. c.* 5.
(49) *Annot. in Sot. p.* 540.
(50) *Chagiga fol.* 5.
(51) *Ez Hechajim cit. Vagenf. Sot. p.* 522.
(52) 1. *Tim.* 4. 13.
(53) *Ibid. v.* 14.
(54) 2. *Tim.* 4. 13.
(55) *Orach. Chajim cap.* 151. §. 1.
(56) *Matth.* 21. 12. &c.
(57) *Megill. cap.* 4.
(58) *Majm. de fundam. Leg. c.* 5. §. 17.
(59) *Joh.* 16. 12.
(60) 1. *Cor.* 3. 2.
(61) *Hebr.* 5. 13. 14.
(62) 1. *Ep.* 2. 2.
(63) *Matth.* 16. 23. *Marc.* 8. 33.
(64) *Archifynag. p.* 452. *feqq.*
(65) *Matth.* 10. *v.* 17.
(66) *Ib. c.* 24. 9.
(67) 1. *Cor.* 4. 21.
(68) §. 42.
(69) *Moed. Katon. c.* 3. *f.* 17.
(70) *Joh.* 16. 2.
(71) *Jor. D. Hal. Nid. Vech. l. c.*
(72) *Ad tit Moed. Katon. c.* 3.
(73) *Majm. Tal. Tor. c.* 7.
(74) *Archif. p.* 363.
(75) *Megil. Taan. p. m.* 28.

CAPUT V.

Ritus Literatorum. Prima pueri informatio. Impofitio manuum inter benedicendum. Pueri introductio in Scholam. Difcipuli in Schola nunc proftrati jacebant: nunc fedebant: nunc ftabant. Quo tempore federint; quo fteterint? Varia fententiarum divortia. Probatur, licuiffe difcipulis federe poft tempora Mofis. Idem ftabilitur tempore Chrifti. Altingii confenfus. Limitatur fententia Rabbinorum de rigore in ftando. Depingitur circulus difcentium. Cur Chriftus duodecennis medius inter Doores federit? Doctores inter prælegendum aliquando jacuerunt: aliquando fteterunt, aliquando denique federunt. Quomodo fe interim gefferit חבר? *Sedentes advenientibus Profefforibus aliifque affurgebant. Rector prælegebat: Hypodidafcalus repetebat. Officium Interpretis. Prælectiones Publicæ. Difcipuli difcurfus & examinatio. Studia nocturna laudabilia. Difcentium diligentia; diligentium laus & profectus. Studioforum recreationes: Quorundam parfimonia ac abftinentia. Licuit ad nutum naturæ monentis Schola egredi. Feriæ quando concedebantur? Difcipulorum frequentia. Preces Academicæ. Veftimentum Literatorum. Afper quorundam cultus. Laudantes Deum quomodo fe nudarint. Pallio ufi funt Doctores & Studiofi. Quid fit* מעיל? *Ejus forma. Quid fit* אפיר בר? *Prophetarum* אדרת. *Luctus fuper Studiofum demortuum. Feriæ eapropter agendæ. Quomodo defleatur defunctus Profeffor. Rectori Academiæ eodem modo, ac Regi, jufta folvuntur. Gamalielis prudentia in abolendis nimiis fumptibus. An monumenta fuper fepulchra Doctorum ftatuta fint?*

UT a cunis infantes ad ludos literarios comitemur, vix fœtum enixa prius erat pia mulier, quam, ut eo citius ad difcendam fapientiam maturefceret, de falubrioribus coctuque facilioribus, quibus enutriretur, cibis folicita effet (1) Cæterum fimulut loqui puer didiciffet, rudimenta fub ipfius Parentis difciplina deponebat (2); jubebat enim hoc lex mofque Hebræorum, nifi Parens plane effe ἀναλφάβητος ac literarum ignarus, aut etiam peregre profectus, tunc enim Pædagogus fumtibus ipfius conducendus. Ingreffus annum quintum (3), aut fi ante annos animum gereret curamque virilem, tertium fin tardioris ingenii effet, fextum vel feptimum, Præceptori erudiendus tradebatur. Pater itaque filium curæ Præceptoris relicturus, manus capiti ipfius imponebat (4) optatoque felici progreffu, benedicebat: benedictionem enim apud Hebræos fæpe comitem habuiffe manuum impofitionem docebit nos fuo exemplo Chriftus Servator, nam (5) προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς. *Allati funt illi pueruli, ut manus illis imponeret*; At quare illud? Explcet Marcus (6) Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ, ηὐλόγει αὐτά *Et amplexus illos, impofitis ipfis manibus benedixit iis*: Imo majoris adhuc fenii eft mos ille, quippequi etiam invaluit ætate Jacobi, (7) וישלח ישראל את-ימינו וישת על ראש אפרים והוא הצעיר ואת שמאלו על-ראש מנשה *Et emifit Ifrael dextram fuam, & pofuit capiti Ephraim, ille autem minor natu erat, & finiftram impofuit capiti Manaffe:* Qua id intentione fecerit, ex fequentibus ad oculum patet, inter quæ legitur ויברכם ביום ההוא *Et benedixit eis illo die*. Sed redeamus in viam: Benedictus ita puer in Scholam introducebatur, Præceptorique fe-

serio & pie informandus commendabatur.

In Schola mores componendi erant ad receptam consuetudinem, quæ pro vario tempore varia fuit; Nunc etenim Discipuli ad pedes Magistrorum prostrati jacebant, unde mandatum illud in *Pirke Avoth* (8) הוי מתאבק בעפר רגליהם והוי שותה בצמא דבריהם *Pulverizate in pulvere pedum eorum* (Sapientum) *& quando sitis, bibe verba ipsorum:* Tropum in his verbis quærit Cl. *Petitus* (9), qui vocem מתאבק ita explicat: *Vox* התאבק, inquit, *luctatorum est, & luctari significat: est autem luctatorum* τὸ κονίζεσθαι, καὶ τὸ κονίζειν ἀντίπαλον. *Id autem fieri volebat Jose Joexeri filius pulvere pedum Sapientum: metaphora igitur petita est a luctatoribus, quæ significabat, etiam in remissionibus & ludis non esse remittendum quicquam de sapientia & doctrina, quam sibi compararunt ex assiduo Sapientum usu*. Sed merito vapulat hæc metaphora apud Celeb. *Vagenseilium* (10), qui tamen in eo a sententia Doctissimi Petiti non est alienus, quod eadem verba proprie non intelligat, sed per debitam saltem submissionem ac humilitatem exponat, quasi hoc solum innueretur: הוי שפל ומשמש אותן תמיד *Esto humilis & ministra Sapientibus assidue*. At ut proprie hoc apophthegma intelligam, jubet me R. *Nathanis* explicatio in *Avoth* (11) והוי מתאבק בעפר רגליהם כיצד בזמן שתח נכנס לעיר אל תאמר אינו צריך לו אלא לך אצלו ואל תשב עמו לא על גב המטה ולא על הכסא ולא על הספסל אלא שב לפניו על הארץ וכל דבר שיצא מפיו קבלהו עליך באימה ביראה ברתת ובזיע: *Quomodo? Quo tempore Discipulus Sapientis* (Doctor) *ingreditur urbem, ne dicas: non indigeo illo; sed abi ad ipsum, non autem sedebis cum ipso, neque in lecto, neque in solio, neque in sedili, sed sede coram ipso in terra, & quodcunque egreditur ex ore ipsius, recipe illud in te cum terrore & timore, cum tremore & pavore*. Idem *Raschi* (12) firmat: שהיו התלמידים יושבין בבית המדרש על גב קרקע *Auditores in Academiis humi sedebant*. Recte ergo sensum assecutus est Celeber. *Pfeifferus* (13) his verbis: *Esto eorum discipulis ad pedes eorum prostratus:* & docte Acutissimus *Scaliger* (14): *Qui operam*, inquit, *dabat Doctori, primum erat* תלמיד μαθητής. *Projectus ad pedes Doctoris audiebat Docentem, Discipulus enim legebat projectus in solo*, διεῤῥιμμένος ἐν ἐδάφει מוטל בקרקע; Simile habet Cl. *Ludovicus de Dieu* (15): תלמיד, ait, *discipulus dicebatur* מוטל בקרקע *prostratus sive jacens in solo ad pedes Magistri*. Sed nec æternus fuit ille mos jacendi; nunc sedebant, ut supra monstravimus, & jamjam pluribus demonstrabimus: nunc denique stabant, quod nondum exoleverat tempore Christi, quem differentem auditurus populus, erectus stetit (16): Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοί, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τῆς αἰγιαλὸν εἱστήκει. Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς. *Et congregatæ sunt ad eum turbæ, ita ut navem conscendens sederet; & tota turba stetit in littore. Et locutus est ipsis multa in parabolis*. Sic longe antea auditores Ezræ informandi (17) steterunt: בפתחו עמדו כל העם *Cum aperiret eum* (librum legis), *stetit universus populus:* Porro (18) והעם על עמדם *Et populus erat in statione sua*, hoc est explicante *Aben Ezra:* העמידם בדבור שעמדו על רגליהם בכבוד התורה: *Stare fecit eos* (Ezras) *sermone suo, ut consisterent super pedes suos in honorem legis*. Huc spectat antiquissimus Onyx, quem imaginem Christi docentis discentis discipulorumque circumstantium exhibentem æri incidendum curavit Celeber. *Vagenseilius* (19)

Sed quod ita revera se habuerit, lis, quod opinor, perorata est; residet autem adhuc scrupulus, in quo si non plane eximendo, attamen paulisper emolliendo sudabimus; tempus scilicet est, quo jacuerint sederintve discipuli, quoque steterint, de quo inter Scriptores serra reciprocatur. Notum est πολυθρύλλητον illud (20): תנו רבנן מימות משה ועד רבן גמליאל לא היו למדין תורה אלא מעומד משמת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למדין תורה מיושב *Sic tradunt Magistri nostri a diebus Mosis ad ætatem usque R. Gamalielis non nisi stantes* (discipuli) *discebant legem. At R. Gamaliele mortuo morbi infestare cœperunt orbem, itaque sedentes legi discendæ operam navabant*. Hoc tanti æstimarunt Summi quidam viri, ut fidem ei absque ulla exceptione adhibuerint; Alii tamen vel impugnarunt, vel dubium reliquerunt. Doctissimus *Petitus* (21) inter primos hujus effati Mecœnates est, qui dicam illis scribit, quotquot Paulo adhuc juvene discipulos, cum Præceptori auscultarent, jam in solo sedisse autumant. In eandem sententiam pronus videtur Versatissimus in Talmudicis *Lightfootus*, qui (22) aperte ait, quod *Discipulorum tunc temporis* (tempore Christi) *esset stare, non sedere*. Dextram jungit Acutissimus *Vagenseilius*, qui (23) serio conten-

tendit veteri Judæorum hac de re traditione nihil poſſe eſſe verius. Inflat idem cornu Celeb. *Altingius*, at paulo moderatius, dum ſedendi privilegium diſcipulis vindicat (24), quamdiu audita a Doctore ſuo ſecum ſoli repeterent. At illuſtris *Scaliger* (25) ante mortem Gamalielis diſcipulos in ſolo projectos fuiſſe ſtatuit, adſcribamus ipſa ipſius verba: *Quod projectus* (Diſcipulus) *in ſolo*, inquit, *ipſi* (Præceptori) *daret operam ad pedes ejus, probatur ſententia Joſe, ben Joezer in Pirke Aboth* יהי ביתך בית ועד לחכמין והוי מתאבק בעפר רגליהם *ſit domus tua conciliabilis ſapientibus, & pulveriza te pulvere pedum eorum: & eo loco Pauli Act.* XXII. 3. ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν πόλει ταύτῃ παρὰ τὰς πόδας Γαμαλιήλ. Pollicem illi premit Cl. *Ludovicus de Dieu* cujus animadverſio ad eundem Actorum locum ſupra habetur. Eruditiſſimus *Vitringa* (26) duplicem ritum, ſc. tam ſedendi, quam ſtandi ætate Chriſti obtinuiſſe aſſerit. Ampliſſimus *Pfeifferus* (27) litem hanc in medio relinquit, dum nondum eam decidere ipſi placuerit.

Tot ſunt ſententiarum divortia, quæ plures inſuper alibi fautores habent, ut neceſſum ſit nobis inter Scyllam & Charybdin ratem dirigere. Nolumus autem diſſimulare, nos hanc Rabbinorum traditionem, niſi cum grano ſalis acceptam, concoquere non poſſe; Scrupulum enim primo nobis illud movet, quod a tempore uſque Moſis continuetur iſte rigor, cum certum ſit, tunc temporis tantæ ſupeſtitioni haud obnoxios fuiſſe Hebræos; ſupeſtitionem enim eſſe non ambigimus, ſiquidem ſubnexum hoc reperimus משמת רבן גמליאל בטל כבוד התורה *Mortuo R. Gamaliele ſene ceſſavit honor Legis*. Non autem mirum videatur, quod hujus rigoris origo apud Moſen quæratur; fert ſic conſuetudo Rabbinorum, qui nullibi non Moſe pro integumento ſuperſtitionis utuntur: quid enim? nonne omnes fere ſuas traditiones ac δευτερώσεις ab eodem fonte derivant? Forſan vero longe poſt obitum Moſis una cum ſuperſtitione Judaica natus eſt rigor ille, tempore Moſis vel ignoratus, vel non obſervatus. Suadet hoc dictum *Kimchi* a nobis ſupra (28) allegatum, qui ſeculo Samuelis diſcipulos יושבים *ſedentes* introducit. Suadet conſenſus *Abendanæ* cujus verba ſunt (29) אמרו שזה המקום היה בירת המדרש לבני הנביאים שהיו יושבים שם ולומדים לפני שמואל *dicunt, quod locus hic* (Ramah) *fuerit Schola filiis Prophetarum, ubi ſedebant & diſcebant coram Samuele*. Suadet hoc ipſe ſacer codex, qui ætate Eliſæi pariter memorat Studioſos (30) יושבים *ſedentes*. Quid quod ipſi ſtudioſi, ſe alibi coram Eliſæo ſedere aperte fateantur, dicunt enim (31): המקום אשר אנחנו ישבים שם לפניך צר ממנו *Locus in quo coram te ſedemus, nobis nimis arctus eſt*. Certe niſi valde fallor, locus ille ſchola fuit; hoc ut credam, adducit me tum præſentia Eliſæi, tum mentio ſtudioſorum, tum denique eorumdem numerus, qui tantus fuit, ut ne quidem capax illius Schola eſſet; in illa a autem Schola conſidebant, unde non gratis ſenſum vocis ישבים nonnemo (32) tali nota ſupplet: *In ſchola ſedemus*.

Hoc ergo primum evicimus non a Moſis ſtatim temporibus & deinceps illum ſtandi rigorem imperatum fuiſſe, quid ſi porro probaremus neque eum tempore Chriſti obſervatum eſſe? Videamus, an ſuppetant argumenta quædam, quibus ponderis aliquid ineſt? Prodeat Maria παρακαθίσασα παρὰ τὰς πόδας Ἰησοῦ (33) *ſedens ad pedes Jeſu*! referat hoc *Altingius* (34) ad privilegium muliebre, nos pro privilegio illud non agnoſcimus, ſed optime convenire cognoſcimus cum ritu diſcipulorum antea deſcripto, dum ad pedes Magiſtrorum in terra ſedebant. Prodeant Scribæ, qui ſedentes Chriſto auſcultaverunt (35): Ἦσαν δέ τινες τῶν γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι *Sedebant autem illic quidam ex Scribis*; Poſſes objicere Doctores ſedendi facultatem habuiſſe: Non diffiteor; at unde noſti omnes iſtos ſcribas Promotos vel Doctores fuiſſe? quidni etiam ſtudioſi vel diſcipuli Sapientum hic intelligi poſſunt, qui non raro סופרים cluent? Prodeat denique tota turba, quæ in terra ſedens aures Chriſto præbuit: Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν; Καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολύς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ· Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν· (36) *Et rurſus cœpit docere juxta mare, multaque ad eum turba confluebat, ita ut navem conſcendens conſideret in mari; & tota turba erat in terra juxta mare*. Fateor pleraſque verſiones, excepta Arabica & vulgata veteri, nobis contrariari, dum ſtandi ritum hic ſimpliciter definiunt, quaſi εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς eſſet *ſtare ſuper terram*: At relictis rivulis purior ex ipſis fontibus aqua haurienda eſt; auctoritatem Verſionum non plane rejicimus, nec tamen ipſius Scripturæ auctoritati præferimus; ſtetiſſe quoſdam non negamus, at nec plane excludi ſeſ-

ſeſſionem toleramus, imo, ſi φράσις Scripturæ attendenda, illa ritum potius ſedendi, quam ſtandi exprimere videtur, cum, qui ſedent, propriores ſint terræ, quam qui erecti in pedes ſunt; Et ut aperto ore loquar, exorat me ad amplexandam hanc ſententiam pulchra convenientia inter φράσιν hanc Scripturæ ὢν ἐπὶ τῆς γῆς & Rabbinorum מוטל בקרקע, quam apud Scaligerum & Ludovicum de Dieu expoſitam ſupra audivimus; ſed nec hoc tamen pertinaciter adeo urgebimus, imo nec urgere opus habemus, cum adhuc fortius nobis argumentum ſuppetat; alibi quippe clariſſime dicitur populus inter auſcultandum ſediſſe (37) Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν. Εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε· Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου ἢ οἱ ἀδελφοί μου; Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει· Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου· *Et ſedebat populus circa illum; dixerunt autem ei: Ecce mater tua & fratres tui foris te quærunt; & regeſſit illis dicendo quæ eſt mater mea aut fratres mei? & convertens ſe ad circulum eorum, qui circa ipſum ſedebant, dixit: Ecce mater mea & fratres mei.* Ut luce meridiana clarius, ſic & omni exceptione majus eſt hoc dictum, dicuntur quippe aperte auditores καθήμενοι. Exipit quidem Doctiſſimus *Vagenſeilius* (38) Servatorem noſtrum, qui vere erat πρᾶος καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, benigne indulſiſſe, ut auditores, poſtquam diutius ſteterant, feſſa membra ſedendo refocillarent; ſed, quod venia Tanti Viri dixerim, hoc ſaltem dicitur & conjicitur, non probatur; & ſi vel maxime Chriſtus illud præter receptos mores permiſiſſet, vix tamen credimus auditores tam repente indulgentia ipſius abuſuros, ut tam audacter contra morum civilitatem & כבוד התורה *honorem legis*, uti loquuntur Rabbini, peccarent, præſertim cum a populo excellentiſſimus omnium Doctor haberetur, cui proinde reverentia major debebatur. Ut taceam Apoſtolum, qui ætate Gamalielis fuit ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν &c. quod Scaligerum & Ludovicum de Dieu huc applicuiſſe vidimus de nihilo eſſe non credimus, quod de מקשנים *Oponentibus* toties in Novo Fœdere legatur (39) vox ἐνέστησαν *inſurrerunt*, vel enim proprie ſumenda eſt, vel metaphorice, ſi prius, tunc habemus, quod volumus, ſin poſterius, at tunc metaphora ſumta eſt a ritu antea uſurpato. Ne autem ipſa novitate ſuſpecta ſit noſtra ſententia, adſtipulantes alii apud Cel. *Mercerum* (40) videri poſſunt. Quid quod ipſe *Altingius* eandem aliquando ſententiam foverit? verba ejus ſic jacent (41) *Hi omnes* (Filii Prophetarum tempore Samuelis) *coram Magiſtro ſuo ſedebant & quidem ad pedes illius humilitatis teſtandæ ergo: quod adhuc ætate Pauli in more poſitum fuit, hoc ipſo ſe Gamalielis diſcipulo probantis, quod ad hujus pedes nutritus atque eruditus fuerit.*

Ut ergo concludamus, limitanda eſt hæc Rabbinorum traditio de neceſſitate conſiſtendi, ſi alias cum veritate conſiſtat. Vel ergo ita intelligi poteſt, ac ſi ætate Samuelis, Eliſæi, & (nam nolumus perfricte inficiari ullum aliquando tempus, forſan intermedium, fuiſſe, quo ſedere nefas erat) Chriſti liberum eſſet cuique diſcipulo ſtare vel ſedere; ſic geſtus deſcribit Talmud Babylonicum (42) הקורא את המגלה עומד ויושב *Qui legit Megilla* librum Eſther) *ſtans & ſedens*, quod explicat ita Rab. *Salomon* אם רוצה עומד אם רוצה יישב *ſi velit ſtans, ſi etiam velit ſedens*. Vel ita, ac ſi ſola lex ſtando cum facilioribus quibuſdam, at reliqua ſedendo, uti difficiliora, addiſcerentur; didicimus ſic ab ipſis Rabbinis, quorum hoc eſt: (43) רכות מעומד וקשות מיושב *Tenera ſtans, difficilia ſedens*, ubi gloſſa: רכות דברים רכים נחים שאדם מהר לשמע *Tenera, res teneras, faciles, quas homo feſtinanter intelligit.* Vel denique; quod magis nobis arridet, ac ſi ſtantes diſcipuli Præceptorem auſcultarent docentem, explicantem ac examinantem, ſedentes vero propoſitam lectionem ſoli repeterent, ac ſecum tacite ediſcerent; ſic porro præeuntes habemus Rabbinos: (44) עומד ולומד יושב ושונה *ſtans & diſcens, ſedens & repetens*, hoc eſt, illuſtrante Gloſſa יושב ושונה שנית לבדו מה שלמד *ſedens & repetens ſecundo ſolus, quod didicerat*. Sed nolumus ullum ad modos limitandi aſtringere, reſtringat quilibet, prout ipſi veritati convenientius videtur.

Unum hic pedi, ne promoveatur, adhuc compedes injicit, ſcilicet egregium illud, quod ex Marco nuper habuimus, dictum, quod duo continet, quæ formam ſedentium diſcipulorum ulterius illuſtrant ac exprimunt; ſunt hæc Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν *Et ſedebat turba circa illum*; & περιβλεψάμενος κύκλῳ *circumſpiciens circulo*. Tam exacte hæc reſpondent verbis Maimonidis, quibus ſedem diſcentium deſcribit, ut nihil magis; ſic enim ille, ut ſupra plenius: התלמידים מוקפים לפניו כעטרה *Diſcipuli* cir-

circumsident illi instar coronæ. Doctissimus *Vangenseilius* (45) has phrases non ita accipiendas existimat, quasi in medio loci, ubi ore sermones fundebant, Doctores ita sederent, ut undique & quaquaversum ab Auditoribus cingerentur: describit autem hanc discipulorum sedem per hemicyclum כחצי גורן עגולה (46) *instar areæ orbicularis dimidiatæ*, quasi nulli a differentis Præceptoris tergo essent. Quam vellem, adscripsisset aliquid Vir Clarissimus pro tuenda hac sententia, quod omisit, ignoscat mihi, quod interim auscultem simplici & propriæ significationi vocabulorum περὶ, κύκλος, עטרה; quorum nullnm non integrum circulum indigitare videtur; Περὶ enim significat *circa*, unde *circulus* qui hiatus vix patitur; κύκλος se manifeste satis prodit; עטרה est *corona*, deduciturque ab עטר, quod juxta Lexicographos (47) denotat *Circumcinxit*, *Circumtexit*, *circumclusit*. At nec tamen pro hoc defendendo, tanquam pro focis arisve pugnabimus, suam Acutissimo Viro laudem, liberum cuique judicium relinquimus. Quantum autem intelligimus Cel. *Altingium*; ille discipulos Præceptorem undique cinxisse affirmat: *Magistri*, ait (48) præter alia, *medii fuere inter suos discipulos, a quibus undique cingebantur, uti ex Majmonide* (cujus verba nuper allegavimus) *ostensum*. Poterat huc applicari vox תכו Deut. XXXIII. 3. usurpata, cujus alicubi meminimus, quam juxta *Aben Exram* (49) quidam deducunt a תוך medium. Dum hoc dicimus, obvolat nobis aliquid huic formæ, ut videtur, contrarium; Quomodo enim fit, quod videamus Christum καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων (50) *sedentem in medio Doctorum*, cum tamen tunc temporis non esset nisi duodecennis? Nonne tali & tam juveni sedendum esset potius in circulo discipulorum, quam in medio Doctorum? At extraordinariis discipulis extraordinaria loca competunt: Christus non rudis & erudiendus compertus est, sed in propatulo auditoribus erat, jampridem eum tantam acquisivisse eruditionem, ut non modo non opus habuerit ab aliis erudiri; ideoque nec erudiendis immisceri; sed & informandis aliis par satis atque sufficiens esset; supra vulgus itaque sedebat, qui supra vulgus sapiebat, quod satis superque loquitur insueta auditorum admiratio (51): Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ *Percellebantur autem omnes eum audientes super intelligentia & responsis ejus*: Quod Doctoris officio fungeretur, evincit mentio ἀποκρίσεως, discipulorum quippe erat interrogare vel objicere, Doctorum respondere vel resolvere.

Prolixe coronam discentium persecuti sumus, pergendum ad ritus Docentium, qui pari modo inter informandum nunc jacuerunt, nunc denique sederunt; quod aliquando jacuerint, documento erit Resch Lakisch, nam רמי ריש לקיש על מעוהו בי מדרשא ומקשי (52): *Jacebat Resch Lakisch super ventre suo in Academia & objiciebat, vel argumentabatur*. Novum enim & inusitatum non fuit apud Judæos in ventrem prosterni: Interrogatus quidam a filia, num nihil desideraret cui incumberet, respondit (53) בתי כריסי כרי *Mea filia, Venter meus est pulvinar meum*, ubi Glossa notat דרכין היה לשכב על בתנים *Consuetudo ipsorum erat, ut jacerent super ventre suo*; ut tuto niveos calculos addamus sententiæ Celeb. *Buxtorfii*, inde colligentis (54) *Jacentes non solum comedebant, sed & docebant*; Posterius nunc probavimus, prius illustratur exemplo Johannis, de quo proditum est (55): Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃ καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ *Conversus autem Petrus vidit discipulum, quem dilexit Christus, sequentem, qui etiam jacuerat in cœna in pectus ipsius*; quod cum alio loco collatum eo majores radios spargit, scilicet dicitur de eodem apud eundem (56): Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς *Accumbebat autem unus discipulorum ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus*. Quod steterint quandoque Docentes, apud omnes in confesso est; Talem vidimus Samuelem, de quo pluribus Kimchi (57) עומד שהיו עומד על רגליו *stans: consistebat super pedes suos*. Sic de Ezra traditur (58) ויעמד עזרא *Et stetit Ezras*. Sic Petrus docturus sæpe surrexit (59) Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν εἶπεν &c. *Et surgens Petrus illis diebus in medio discipulorum dixit &c.* Duo hic cum ritibus Hebræorum conveniunt, & quod steterit, & quod steterit in medio. Porro (60) Σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς *Stans autem Petrus cum undecim, sustulit vocem, & allocutus est eos &c.* Sic denique Paulus (61): Ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ *Stans Paulus in gradibus, manu silentium populo imperavit; facto autem multo silentio*,

tio, locutus est dialecto Hebræa &c. Tanto quondam rigore observabatur ille gestus, ut ne inclinato quidem paulisper corpore parieti aut columnæ inniti liceret (62) ואפילו לסמוך אסור כדאיתא בירושלמי רבי שמואל בר יצחק על לבי כנישתא חזא לחד בר נש דתרגם וסמיך לעמוד א״ל אסור לך כשם שנתנה באימה כך אנו צריכין לנהג בה באימה *Etiam inniti vetitum est, quemadmodum est in Hierosolymitano: R. Samuel F. Isaaci ascendit in Synagogam; vidit ibi quendam filium hominis Chaldaice interpretantem, & innixum columnæ; Dixit ei: vetitum id tibi est, sicut data est Lex cum reverentia, sic necessum habemus in ea versari cum reverentia.* Denique aliquando inter docendum consederunt; Occurrunt haud pauca hujus gestus testimonia in Novo Fœdere; Christus Dominus sæpe sedisse legitur: Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος. Καὶ καθίσαντος αὐτοῦ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτοὺς (63) *Videns autem turbas ascendit in monoem; & cum consedisset, accesserunt eum discipuli ejus; & aperiens os suum docuit illos.* Sic (64) Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς *Die autem illa egressus Jesus ex domo, consedit apud mare, & multa ad eos locutus est in parabolis.* Porro id ipse fatetur (65) Καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ *Quotidie apud vos sedi docens in templo*; Et supra vidimus eum erudientem (66) καθῆσθαι ἐν θαλάσσῃ. Sic & Paulus & Barnabas ingressi Synagogam sederunt (67) Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, ἐκάθισαν. *Perga autem profecti venerunt Antiochiam in Pisidia, & ingressi Synagogam die Sabbatorum, sederunt h. e.* sedes docentium occuparunt, uti acute (68) probat Doctissimus *Vitringa*: Quid quod Doctor ab hoc ritu absolute alicubi vocetur καθήμενος (68) Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω *Duo autem vel tres Prophetæ loquantur, & reliqui judicent; quod si quid alii retectum fuerit sedenti, prior sileat*: quisnam hic, quæso te, *sedens*? nisi *Propheta* vel *Doctor* in cathedra? Apertissime autem Paulus (69) καὶ καθίσαντες ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί *& cum consedissemus, dissertavimus*, inquit, *coram mulieribus, quæ convenerant.* Sed quid sibi vult tantum exemplorum glomeramen? sufficere posset hoc unicum Christi de Doctoribus sibi συγχρόνοις testimonium (70): Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι. *In cathedra Mosis sedent Scribæ & Pharisæi*; qui locus superius a nobis adductus est atque explicatus. Ne tamen ad hæc omnia plane muta sint Rabbinorum scripta, concludamus exemplo R. Gamalielis, qui eodem modo sedens disputavit (71) היה רבן גמליאל יושב ודורש ורבי יהושע עומד על רגליו *Sedebat R. Gamaliel, & disserebat stante adhuc R. Josua*: sederat etiam ante R. Josua, sed quia de illius corio agebatur, in pedes se erigere a R. Gamaliele jussus est.

Sic Discentes: Sic Docentes: quod si quis interesat חבר *Socius*, vel *novus Rabbi*, qui promotus quidem, sed nondum officio publico præfectus erat, ille præsente suo Promotore aut sedebat inferior in pavimento, aut stabat honoris causa (72). Quoties vero, postquam in sedibus se omnes juxta ordinem composuerant. Magaus aliquis sapientia Vir Academiam intraret, ingresso assurgebant, quotquot sedebant, sic varios surgendi gradus advenienientis dignitati accommodatos habuere (73): תנו רבנין כשהנשיא נכנס כל׳ העם עומדים לפניו ואינם יושבין עד שיאמר שבו כשאב בית דין נכנס עושין לו שנים שורות אחד מכאן ואחד מכאן ואין יושבין עד שיושב במקומו כשחכם נכנס אחד עומד ואחד יושב במקומו *Sic tradiderunt Magistri: Cum Princeps* (Æchynalotarcha vel forsan Rector Academiæ, qui etiam quandoque Princeps appellatus est) *ingrediebatur* (Academiam) *omnis cœtus coram eo surrexit, nec prus loca repetebat, quam ille diceret: sedete; Patre domus judicii intrante, series duas faciebant surgentibus, ita ut per medios hinc & hinc stantes transiret, nec ante considebant, quam ille locum suum occupaverat. Si quis Sapiens intraaat* (singuli tantum surgebant, nam) *unoquoque se in pedes erigente rursus sedebat alter.*

Inter prælegendum ordinem ejusmodi ac methodum servarunt Docentes: Doctor Supremus e sua cathedra primo lectiones circumsidentibus explicabat, quam explicationem, ubi a supremo Doctore finita erat, Hypodidascali, ne illico discipulorum memoriam fugeret, ingeminabant ac sæpius instillabant, ita ut nihil de suo promerent, nisi rarius illustrandi causa, sed tradita a Rectore saltem iterarent. Rector eo modo totam Scholam informasse videtur, sed ראשי כלות *Hypodidascali* saltem intra suam sphæram manebant, classemque cui erant præfecti, ex ore Rectoris erudiebant.

Sic

Sic explicat Raſchi in Comentario ad Codicem Beracoth (75) יער אילנות גדולים ואינן סמוכין זה לזה אף זה סימן לראש תלמידי הרב והוא ראש לבני כלה שמפרש לתלמידים שמעתא אחר שעמד הרב והם מחזרין על שמועתן ויש תלמידים שלא יבינו בדברי הרב ככל הצורך וזה מבינה להם *Sylva, quæ arbores quidem magnas, ſed rariores habet, ſignum eſt illius, qui præfectus eſt Diſcipulis Doctoris* (ɔ: Hypodidaſcali (76), qui Doctori ſubjunctus erat) *nam hic eſt caput filiorum claſſis, qui lectionem explicat, poſtquam Doctor abſolvit. Et illi lectionem ſuam repetunt, ut ſi qui mentem Doctoris per omnia non ſint aſſecuti, hic illos ulterius erudiat.*

Interprete Doctore Judæorum uſos aliquando fuiſſe ſupra probatum dedimus, nunc ad illius officium deſcendamus, cujus etiam Paulus in prima ad Corinthios epiſtola reſpectum habet (77) Εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ, κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος· καὶ εἷς διερμηνευτής, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ· ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ. *Si lingua quis loquatur duobus, aut ad maximum, tribus, & unusquiſque ſibi; & unus interpretetur. Si autem non adſit Interpres, ſileat in Eccleſia; ſibi autem loquatur & Deo.* Stabat autem Interpres inter Doctorem & Docendos, &, quicquid placida voce prælegebat, id ſonora voce diſcipuli referebat; porro quicquid Diſcipuli objiciebant, id, more Reſpondentis, coram Præſide repetebat; ut expreſſe docet Maimonides (78) אם היה מלמד על פי המתרגם עומד בינו ובין התלמידים והרב אומר למתרגם והמתרגם משמיע לכל התלמידים וכשהם שואלים למתרגם הוא שואל לרב והרב משיב למתרגם ומתרגם משיב לשואל: *Si quis doceret per os Interpres inter illum & inter diſcipulos: Doctor autem loquebatur* (tacite) *Interpreti; Interpres vero clare Doctoris verba exponebat Diſcipulis omnibus, quando vero illi interrogabant Interpretem, is interrogabat Doctorem: Interpreti autem reſpondebat Doctor, & roganti Interpres.* Vocem uterque ita moderabatur, ne alter alteri moleſtus eſſet, & quando inter eos invicem diſputabatur, vox deprimenda eſſet, quando vero explicatio ſtudioſis ab Interprete recitabatur, vox extollenda: (79) לא יגביה הרב קולו יותר מקול המתרגם ולא יגביה המתרגם קולו בעת ששואל את הרב יותר מקול הרב *Non exaltet Doctor vocem ſuam præ illa Interpretis, neque vocem ſuam extollat Interpres tempore, quo Doctorem rogat, præ voce Doctoris.* Cavendum Interpreti erat, ne temere quid Doctoris verbis vel adderet vel detraheret, multo magis, ne diverſam aut contrariam explicationem ſubſtitueret; hinc ſingulari nota delineatur πραότης R. Abbæ דאיהו אמר חדא טעמא ואמר אמוריה חד טעמא ולא קפיד (80) *Qui cum ipſe aliam ſententiam pronunciaſſet, aliam vero Interpres ejus, tamen non ſuccenſuit.*

Lectio Profeſſoris dicebatur פרקא hinc quæritur in Beracoth (81) מאי טעמא לא אתא מר לפרקא *Quæ cauſa fuit cur non veniret Dominus ad lectionem?* & ibidem חלש ולא אתא לפרקא דרב יוסף *Ægrotus erat, ut non veniret in lectionem R. Joſeph.* Inde quoque ſtudioſi, vocati ſunt בני פרקי (82) *filii lectionum*, ɔ: diſcipuli, quibus certa capita ac lectiones addiſcenda proponebantur. Si quid captum quod tranſcendebat, prælegebatur, tantum aberat, ut Studioſum puderet accuratius illud inquirere, ut potius laudi duceretur interroganti ſciſcitari, donec aſſequeretur. (83) Captandum vero opportunum rogandi tempus, quoties de re dubia Magiſter diſſerebat, ac ubi a Diſputantibus doctoribus vacabat, ne interrogantium multitudo ſibi invicem obſtreperet. Examinanti Doctori reſpodendum erat; quod ſi vices quandoque Opponentis ſubiret tentaturus, quid valerent humeri, veritas promte tuenda; Exigenti Præceptori Specimen progreſſus in exercitiis publicis edendum (84) Sed nec ſolis Academæ parietibus hic ardor circumſcribebatur, nam & domi recolendum ac ruminandum, quicquid in Academia traditum erat. Quapropter quibus horis פרקי *lectiones publicæ*, intermittebantur, intra ſepta Muſei deliteſcendum erat (85) ubi vel Scriptura ipſa ſcrutanda, vel Interpretes conſulendi. Privatis etiam collationibus (86) multum tribuebatur, ubi ſtudioſus de communibus ſtudiis cum commilitonum quodam congrediendo ac diſputando ſe exerceret: Nicodemus Chriſtum conſulens jamjam introducetur. Sic tranſigebatur dies, ſic inſignis pars noctis: nam commendabantur quidem diurna ſtudia, attamen nocturna longe præferebantur, quæ talibus encomiis proſequitur Maimonidis (87) אף על פי שמצוה ללמוד ביום ובלילה אין אדם למד רוב חכמתו אלא בלילה. לפיכך מי שרצה לזכות בכתר התורה יזהר בכל לילותיו ולא יאבד אפילו אחת מהן בשינה ואכילה ושתייה ושיחה וכיוצא בהן אלא בתלמוד תורה ודברי חכמת: אמרו חכמים אין רינה של תורה אלא בלילה שנאמר קומי רוני בלילה וכל העוסק בתורה בלילה חוט של חסד נמשך עליו ביום: -- וכל בית שאין נשמעים

נשמעים בה דברי תורה בלילה אש אוכלתו *Quamvis sit mandatum noctu atque interdiu legem discere, non tamen quisquam plus Sapientiæ discit, quam noctu. Idro qui vult Regis coronam mereri, unaquaque nocte attentus erit, nec ullam perire sinat, quamvis quælibet earum somno, esui, potui, meditationi & ejusmodi rebus sit destinata, quin studio legis & verbis Sapientum sit intentus. Dicunt Sapientes, cantum legis non nisi in nocte esse* (Judæi autem legem sæpe cantillando percensere solebant) *sicuti dicitur* (Tren. 2. 19.) *Surge exclama de nocte. Et quicunque noctu in Lege est occupatus, interdiu filum misericordiæ super eum producitur.--Ft omnem domum, in qua verba Legis non audiuntur, ignis devorat.* Ita supra meminimus de Paulo (88) παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου *Produxit sermonem ad mediam usque noctem*; nunc autem conveniamus Nicodemum. qui, prudentiam domum ut reportaret, Christum noctu consuluit (89) Ἦν δὲ ἄνθρωπος, ἐκ τῶν φαρισαίων· Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων· Οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ. Ραββὶ, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ, *Erat autem homo inter Pharisæos, cui nomen Nicodemus, Princeps Judæorum: ille venit ad Jesum nocte, & dixit ei: Magister, novimus, quod sis Magister a Deo pıogressus: nemo enim illa signa facere potest, quæ tu patras, nisi Deus fuerit cum ipso.*

Tam assidui literarum cultores fuere Judæi, unde non mirum, si quandoque stupendam assecuti sint eruditionem; & ut scias ad quæ sidera tollantur, qui multas vigilatas noctes sustinuere, aperiemus Scholam Hillelis, visuri, quantopere deprædicentur laudes discipulorum ipsius, (90) שמונים תלמידים היו לו להלל הזקן: שלשין מהן ראוין שתשרה עליהן שכינה כמשה רבינו ע״ה: ושלשים מהן ראוים שתעמוד להם חמה כיהשע בן נון: עשרים בינוניים: גדול שבכולם יונתן בן עוזיאל קטין שבכולן רבן זכאי. אמרו עליו על רבן יוחנן בן זכאי שלא הניח מקרא ומשוה גמרא הלכות ואגדות דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים קלים וחמורים וגזרות שוות תקופות וגמטריאת שיחת מלאכי השרת ושיחת שדים ושיחה דקלית ומשלות שועלים דבר גדול ודבר קטון דבר גדול מעשה מרכבה דבר קטון הויה דאביי ורבא לקיים מה שנאמר להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם אמלא. ותי מאטר שקטון שבכולם כך גדול שבכולן על אחת כמה וכמה: *Octoginta discipuli fuere Hilleli Seni: triginta ipsorum digni, super quos quiesceret divina Majestas ut super Mose: triginta alii digni, quibus subsisteret Sol, ut Josuæ filio Nun: viginti intermedii fuerunt, quorum maximus Jonbthan Uzielis filius, minimus Rabban Jochanan ben Zachæi. Dixerunt de hoc Rabban Jochanan filio Zachæi, quod non intermiserit Biblia, Mischnam & Gemaram, Traditiones, Enarrationes mysticas, subtilitates Legis, argutias Scribarum, argumentationes a minori ad majus, a paribus, Astronomica, Gematrias sive Cabalam, colloquia cum Angelis bonis & malis, dicteria a dactylis, adagia a fullonibus, proverbia a vulpibus, rem parvum: Magnam ut opus quadrigarum* (in Ezechielis initio), *rem parvam, ut factum Abbai & Rabba, ad confirmandum id, quod dictum est (91): Ut possidere faciam amantes mei sapientiam, & thesauros ipsorum impleam. Cum ergo minimus ipsorum talis tantusque fuerit, quid de maximo censendum erit?* At illud risu dignius quam fide duco, quod de Jonathanc ibidem sequitur אמרו עליו על יונתן בן עזיאל בשעה שיושב ועוסק בתורה כל עוף שפורח עליו מיד נשרף: *Dicunt etiam de Jonathane, quod quo tempore sederet, ac operam impenderet legi, aviculæ super ipsum transvolantes, momento exustæ sint.* Credat Judæus Apella, non ego; certe si ita fuisset, tunc hyeme neque fornace illi neque candela opus fuerat, propediem enim cerebrum loco fornacis, capilli loco candelæ forent; & sic sane ipse non sine ratione studio delectabatur, cum quotidie studendo tostas aves lucrari posset. At nos amoto quæramus seria ludo; nolumus inficias ire, Judæorum saniores in studiis maxime Theologicis, totos plerumque fuisse, egregiumque ideo profectum sæpe fecisse. Nihil hic loquar de progressu Servatoris nostri, de quo Lucas (92): Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις *Et Jesus profecit in sapientia, ætate atque gratia apud Deum & homines*; plane en singularis fuit ille profectus & nostro proposito major; At oculos convertimus ad Timotheum, cujus industriam nobis ut laudandam sic imitandam Paulus proponit (93): Καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. *Et quia a pueritia nosti literas sacras, quæ te sapientem reddere valent ad salutem*; Ipsum Paulum supra convenimus tam Gamalieli assidentem, quam βίβλια evolventem. Ex ipsis Rabbinis magnam segetem colligere poteramus, nisi ipsi in suorum laude vel nimii vel fallaces sæpe essent, sic enim narrant de R. Simeo-

meone filio Jochai, ejusque filio, cum conspectum Cæsaris fugissent (94): והוו משלחי מנייהו והוו יתבי עד צואריהו בהלא כולי יומי גרסי: *Et illi abjectis vestimentis, sederunt usque ad collum in arena, tota die studentes.*

Habebant diligentiores, quo successivis horis animos recrearent, nam ut alia oblectamenta prætermittam, adultioribus quandoque (at modice tamen) indulgere permissum est, excusante hoc Majmonide (95): imo cautum erat lege, ne, studiosi jejuniis se macerarent; namque ad vulgaria solitaque jejunia quidem adstringebantur, ut constat ex Matthæo (96) Οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας, καὶ ἐσθίειν. Οἱ δὲ φαρισαῖοι ἰδόντες, εἶπον αὐτῷ Ἰδὲ, οἱ μαθηταί σȣ ποιȣ͂σιν ὃ ȣ̓κ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ· *Discipuli autem illius esuriebant, & cœperunt evellere spicas & comedere; Pharisæi autem videntes hoc dixere illi: Ecce, discipuli tui committunt id, quod non licet facere Sabbato*; attamen nimio extra necessitatem jejunio abstinere jubebantur (97): אין תלמיד חכם רשאי לישב בתענית *Non licet discipulo Sapientis persistere in jejuniis* שממעט במלאכת שמים *quia sic diminuit de opere Domini*, hoc est, explicante Celeb. *Ligthfoot* (98), cessat a discendo vel docendo. Imo quando ætas ac status id pateretur, majus adhuc delicium studioso conveniebat, sic enim Rabbini citante Majmonide (99) דירה נאה ואשה נאה ומטה מוצעת לתלמידי חכמים *Domus pulchra, Mulier pulchra, lectus mollis Discipulis Sapientum* conveniunt. Consuluere ita suæ interdum voluptati Rabbini, ne tam animum quam corpus nimis macerando propediem vel hebescerent vel prorsus tabescerent. Non ab hac libertate plane alienum est, quod Paulus suo Timotheo indulget (100): Μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τ̀ στόμαχόν σȣ, καὶ τὰς πυκνάς σȣ ἀσθενείας· *Ne amplius aquam bibe, sed utere paulo vini proper stomachum tuum & crebram infirmitatem*. Aliter tamen Flavius per aliquod temporis intervallum ipse suum corpus tractavit, (101) Σκληραγωγήσας γȣ͂ν ἐμαυτὸν καὶ πολλὰ πονησθεὶς, τὰς τρεῖς διῆλθον· καὶ μηδὲ τ̀ ἐντεῦθεν ἐμπειρίαν ἱκανὴν ἐμαυτῷ νομίσας εἶναι, πυθόμενός τινα Βανȣ͂ν ὄνομα κατὰ τ̀ ἐρημίαν διατρίβειν ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων χρώμενον, τροφὴν δὲ τ̀ αὐτομάτως φυομένην προσφερόμενον, ψυχρῷ δὲ ὕδατι τ̀ ἡμέραν καὶ τ̀ νύκτα πολλάκις λȣόμενον πρὸς ἁγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτȣ͂, καὶ διατρίψας παρ' αὐτῷ ἐνιαυτοὺς τρεῖς, καὶ τ̀ ἐπιθυμίαν τελειώσας, εἰς τ̀ πόλιν ὑπέστρεφον· *Itaque duro victu & magno labore per omnes tres (Sectas Judæorum) transii, ac ne hac quidem experientia contentus, cum audivissem Banum quendam in solitudine vivere, amictum sibi parantem ex arboribus, & sponte provenientibus alimentis utentem, crebrisque nocte ac die lavacris frigidis ad castitatem tuendam, cœpi ejus institutum imitari: exuctisque iu ejus contubernio tribus annis postquam concupitis satis potitus sum, in urbem redii.* Ut nihil de Elia aliisque, quibus solum in tenui mensa splendebat salinum, Prophetis dicam; nota est Johannis Baptistæ abstinentia plusquam singularis, de qua Christus (102) Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων *Venit Johannes neque edens, neque bibens*; absit tamen, hoc absolute intelligamus, at quomodo accipiendum sit (communi scilicet cœterorum hominum more) docet Matthæus (103) Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτȣ͂ ἀπὸ τριχῶν καμήλȣ, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τ̀ ὀσφὺν αὐτȣ͂, ἡ δὲ τροφὴ αὐτȣ͂ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. *Ille autem Johannes habuit vestimentum suum ex pilis cameli, & cingulum coriaceum circa lumbos suos; erant autem cibus locustæ & mel agreste*. Majorem adhuc abstinentiam, tristi vultu spectabilem, præ se ferre voluere Pharisæi, a Christo ideo notati, (104) Μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί· ἀφανίζȣσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. *Quando jejunatis, ne eritis sicut hypocritæ mæsto vultu, ignotos enim reddunt vultus suos, ut videantur hominibus jejunare*. Solebant enim simulata vitæ austeritate suam pietatem plebi venditare, semperque non solum victu sed & sæpe amictu in superstitionis studia incumbere, ut, dicente Epiphanio (105) καὶ ἀκάνθας στρωμνὴν εἶχον *vel spinas sibi in cubilia substernerent*, ut sc. precibus eo magis pervigiles vacarent.

Non licuisse discipulis pro lubitu Academia exire, in præcedentibus audivimus, hic excipiemus, concessum fuisse postulanti naturæ parere, ac exoneratum (sit honor auribus) alvum egredi, quod adultioribus tamen a quibusdam denegatum fuit, ab aliis permissum (106) סניפין אמר מרבי יצא לצורך נכנס ויושב במקומו אמר רב פפא לאמרן אלא לקטנים אבל לגדולים לא הוה ליה למיבדק נפשיה מעיקרא דאמר רב יהודה אמר רב לעולם ילמד אדם עצמו להשכים ולהעריב לעשות צרכיו כדי שלא יתרחק והאידנא דנפיש חולי אפילו גדולים נמי *Enimvero standum omnino est illius Sapientis opinione, qui pronunciavit, ei, quem natura urget, fas esse exire. & sub reditum locum suum repetere. Monet tamen R. Papa id tantum*

capiendum esse de pueris, nam adultiores prius evacuando carpori attendere debent. Scilicet ore R. Judæ præcepit Raf: Quisque se assuefacere debet, ut sub diluculum & vesperam ventris onus ejiciat, (ne interdiu id faciens, ut conspectum hominum vitet) *nimis procul secedere cogatur. Interim quia hoc ævo morbus* (diarrhæa) *admodum inter mortales frequens est, etiam adultis* (conceditur, ut exeant.)

Ægre discipulis feriæ concedebantur, ne ex otio in desuetudinem, ex desuetudine in ignaviam, ex ignavia in varia flagitia laberentur (107) ואמר ריש לקיש משום רבי יהודה נשיא אין מבטלין תינוקות של בית רבן אפילו לבנין בית המקרש: *Et dixit Resch Lukisch nomine R. Jehudæ Principis: non cogunt* (sinunt) *pueros ludi literarii feriari, ne quidem exstruendi sanctuarii gratia.* Non tamen hic rigor sua moderatione caruit, nam, ut alia taceam, luctus, ut infra testabimur, veniam non solum impetrare, sed & quodammodo imperare potuit; Et regnante Alexandro Jannæo cura Josuæ filii Gamlæ primarii Sacerdotis factum est, ut definiretur circa Scholas, quoties feriæ essent concedendæ (108); sicut & quibus in locis instituendæ essent plures paucioresve Scholæ, quot in singulis discipuli admittendi. In ineundo discipulorum numero numerosi aut multi esse nolumus, cum is non ubique idem fuerit, Bitterenses tn. ob insignem multitudinem in scenam producamus (109) ארבעים בתי כנסיות היו בכרך ביתר ובכל אחד ואחד היו בה ארבע מאות תינוקות של בית רבן וכשהיה אויב נכנס לשם היו דוקרין אותו בדוקריהן *Quadraginta gymnasia fuere in urbe Bitter, quorum quodque instructum erat Pædagogis quadringentis, nec pauciores quam quadringentos quisque eorum habebat discipulos. Ista pubes initio hostes impetum faciente: graphiis suis confodiebat.* Et quanta fuerit frequentia studiosorum Bethelis & Jerichuntis ætate Elisæi, e libro Regum (110) secundo clare innotescit.

Preces vario tempore varie ordinatæ fuerint necesse est; nec enim credibile est ipsos Hebræos, qui dicunt הכל לשם שמים *omnia fiant* εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, ad promovendum legis, quod tanti æstimabatur, studium, preces neglexisse; dicunt ipsi (111) אין תפלתו של אדם נשמעת אלא בבית הכנסת *Nullius hominis preces exaudiuntur, nisi quæ fiunt in Synagoga*, ubi non dubito, quin vocabulo Synagogæ simul comprehendatur Academia, siquidem in ea preces, ut supra stabilivimus, non solum habitæ, sed & digniores habitæ fuerint. A precibus ergo inceperunt, in precibus desierunt; Sic *Menasse ben Israel* librum de termino vitæ secundum (112) concludit usitata formula, qua studiosa juventus Pumbedithæ uti solebat, e Schola egressura מחיה מתים יתן לנו חיים ארוכים טובים ומתוקנים *Qui Auctor est vitæ largiatur nobis vitam longam, felicem, & honestam.* Aliter tamen ex Mischna Talmudica refert Celeb. *Buxtorfius* de R. Nechonia ben Hakkana, (113) quem Jonathani Paraphrastæ σύγχρονον facit & circiter quadraginta annos ante natam mundo Salutem clarum; scilicet, quod ingressurus aut exiturus Scholam, semper solitus fuerit orare contra communem consuetudinem. Interrogatus, cur hoc faceret? regessit: ingrediens oro Deum, ne ullibi in doctrina impingam: exiens gratias eidem ago pro parte mihi concessa.

Lasciva vestis Literato induenda non erat, qualis membra, quæ natura tegenda voluit, non occulebat (114): imo nec superba quæ conditione ac sorte major erat, nec tamen sordida & inculta, sed nitida, honesta, studioque conveniens, ut videretur cum nitore parsimonia amice certare. Imo potius asperioribus, quam mollioribus vestimentis induebantur exemplo Eliæ, qui dicitur (115) איש בעל שער ואזור עור אזור במתניו *Vir pilosus & cingulo pelliceo accinctus lumbos suos*, & Johannis, qui fuit (116) ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, ϗ ζώνην δερματίνην περὶ τ ὀσφὺν αὐτοῦ *Indutus* צמר גמלים *pilis cemeli, & cingulo coriaceo circa lumbos suos*; quo amictu simul mollitiem aulicorum & divitum damnabant, quam Christus illis in sermone de Johanne exprobraturus ait (117) Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδού, οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν: *At quid venistis spectatum? hominem indutum mollibus vestimentis? ecce qui mollia gerunt vestimenta, in domibus Regum sunt.* Sic duo Prophetæ in Apocalypsi (118) tecti saccis describuntur: Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, ϗ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους: *Et dabo testibus meis, & prophetabunt milleducentos & sexaginta dies, circumdati saccis.* Amictum Flavii Josephi Banum imitantis oculis supra subjecimus; Quid quod *Kimchi* ex facto Saulis, de quo exstat (119) ויפשט גם-הוא בגדיו ויתנבא גם-הוא לפני שמואל ויפל ערם כל-היום *Et spoliavit se etiam ipse vestibus suis, &*

pro-

prophetavit etiam ipse coram Samuele, *&* *cecidit nudus tota die*, concludat Prophetas prophetaturos vel Deum laudaturos vestibus se exuisse, מלמד שהנביאים האחרים פשטו בגדיהם כי גם הוא לרבות *docens*, *inquit* (120) *quod reliqui Prophetæ vestes exuerint*, *nam vox* גם *hic est adposita ad includendum reliquos*; rationem, cur hoc factum, suggerit *Ralbag* (121) ופשישת הבגדים ונפלו ערום היה מחוזק הדבקות במושלות עם שלא היו מרגישים בעניניה הגופיים *Et quod vestes extraxerit*, *nudusque in terram ceciderit*, *fuit præ nimia adhæsione rerum spiritualium*, *ne quid persentiscerent res corporales*. At nec tamen verisimile est pudoris gratia Prophetas omnes vestes deposuisse, sed vestes tantum leves & paucas habuisse, & inde dictos fuisse nudos; ita amictum videmus Juvenem, qui captum Jesum comitabatur (122): Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ· καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι. Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ᾽ αὐτῶν *Et juvenis quidam eum sequebatur amictus sindone supra nudum corpus*; *&* *comprehenderunt eum juvenes*; *Ille autem relinquens sindonem*, *nudus ab illis aufugit*. An juvenis ille fuerit discipulus, non hic multis dispiciemus, uti nec an nuper e lecto excitatus esset ideoque solo indusio tectus: Prius negat Celebrr. *Lightfootus* (123); quod tamen non adeo absurdum videtur: Quod reliquum est Laudatissimus Vir docte illustrat סדין Sindonem, probatque quosdam se tam levi vestimento macerasse, ut e. g. Rabh Ketinam, cui, quia sindonem hyeme gestavit, dixit obvius forte Angelus (124): O Ketina, Ketina סרינא בקייטא וסרבלא בסיתוא *Sindonem in æstate & clamidem hyeme*. Cœterum si hoc exemplum remotius videtur, adhuc aliud nobis suppetit, Davidis scilicet, qui Deum celebraturus (125) חגור אפוד בד *Accinctus Ephod lineo* fuit. Tenue saltem vestimentum hoc fuerit oportet, alias enim Michol locum non fecisset ita calumniandi (126) *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel* אשר נגלה היום לעיני אמהות *qui nudavit se hodie in oculis ancillarum*. Nudatus erat, sed saltem vestibus regiis, notante Cl. *Svaningio* (127); aliis tamen, rarioribus quidem, sed Sanctioribus indutus; Hoc idem de Saule nudato asserit *Raschi* (128), quod sc: exuerit se בגדי מלכות ללבוש בגדי תלמידים *vestibus Regiis*, *ut vestes discipulorum indueret*. Vestes literatorum locum hic nobis facerent prolixius differendi de tunica Christi Servatoris, sed sufficiat, precamur, descriptio Johannis (129) ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ (καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος) καὶ τὸν χιτῶνα. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι᾽ ὅλου *Acceperunt vestes ipsius* (*&* *fecerunt quatuor partes*, *cuique militi suam partem*) *&* *tunicam*; *erat autem tunica non consuta*, *a superiori desuper contexta per totum*; satisfaciant porro commentatores. Aperiretur quoque nobis fenestra loquendi de nimia Pharisæorum in amictu luxuria toties a Christo exprobrata (130) Προσέχετε ἀπὸ τῶν γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς *Cavete vobis a Scribis qui amant obambulare in vestibus prolixis*, *&* *delectantur salutationibus in platea*, *primisque in scholis cathedris*. Sic (131) Βλέπετε ἀπὸ τῶν γραμματέων τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν. Porro (132) Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν *Omnia sua opera faciunt*, *ut ab hominibus spectentur*, *dilatant sua phylacteria*, *&* *producunt fimbrias vestium suarum*; sed & hic ad Commentatores digitum intendimus, nec injucunda erunt, quibus hæc illustrat Cl. Fullerus (133). Porrigeretur nobis denique ansa videndi תפילין *Phylacteria*, quæ in ;ncredibili apud eruditos pretio fuere; sed plena fere sunt Scriptorum his phylacteriis volumina, in primis vero eorum forma quæri potest apud Cell. Buxtorfium (134), Ligthfootum (135), Vagenseilium (136), nobis actum agere non arridet; sed seligamus nobis quædam Literatorum vestimenta in specie.

Plus nobis, quam olim Sartoribus, negotii facesserent vestimenta, si omnia omnium ætatum contemplanda exponeremus, sed quia adamata brevitas illam nobis spem dudum præsciderit, in antiquioribus aliquot acquiescamus. Pallia ut hodie, sic ab antiquissimis longe seculis Literatos adhibuisse nihil verius est, licet non eadem omnium forma fuerit. Tribus in Sacro codice nominibus potissimum illa designantur, sc. אפוד בד מעיל (quod septuaginta Interpretes male reddunt per ἐφοὺδ βαρ, אדרת; De singulis paucis dicemus: מעיל *pallium* non solum prolixe & docte descripsit Doctissimus *Braunius* (137) sed & clare depingendum curavit, ut uno intuitu forma ejus concipi possit; quod autem tam juniorum, quam Seniorum illud vestimentum fuerit, testis est suo exemplo unicus Samuel, nam cum adhuc unguiculis teneris esset (138) מעיל קטן-תעשה לו אמו *fecerat ipsi mater pal-* *lium*

lium parvum, & ipſius, poſtquam ſenuerat, perſonam acturus Perſonatus Samuel (139) איש זקן עלה והוא עטה מעיל *aſcendit vir Senex & ipſe amictus pallio.* Rabbini quidam hoc moti ſtatuerunt Samueli puero & Seni idem pallium fuiſſe, teſtante Abarbanele (140) אמרו חכמינו זכרונם לברכה שמעיל אחד היה לו מנעורתו *dicunt Sapientes noſtri f. m. quod unum a pueritia ſua pallium habuerit* ושנקבר במותו מעוטף בו וזהו שאמרת הבעלת אוב עוטה מעיל *& quod cum mortuus fuiſſet, eo circumvolutus ſepeliretur, & hoc eſt, quod dicit Pythia: amictus pallio.* Id ne mirum videatur, ſimilitudinem ducunt cochlea, ut eſt in Jalchut (141) צא ולמוד מן החלזון שכל זמן שהוא גדל נרתקו גדל עמו *Exi & diſce a cochlea, quod quamdiu creſcit, creſcit quoque cum ea concha ejus.* Sed plura de Samuelis pallio vide apud Celeberrimum *Johannem Bartholinum* l. Heb. Pr. cui Hebræa vigorem & Rabbinica animam fere in noſtra Academia debent, ego plurimum; ille enim nuper (142) pallium Samuelis acu (eruditionis) pictum & variis (Rabbinicarum ſententiarum) coloribus diſtinctum publico dedit. Hoc ſaltem breviſſime de forma מעיל adjiciemus, quod fuerit prolixum pallium ad genua plerumque vel infra, rotunda, ſine manicis, undique, niſi ubi caput & brachia immitterentur, clauſa, unde Eſaias (143) ויעט כמעיל קנאה *Et amicivit ſe zelo tanquam pallio;* Sic & (144) מעיל צדקה יעטני *Pallio juſtitiæ texit me* ɔ: ita me undique (velut pallio) juſtitia obvelavit, ne ullibi peccata apparerent; hinc ab Abarbanele vocatur גלימה סגורה *pallium clauſum*: Lubens vero crediderim מעיל Literatorum a forma מעיל Sacerdotum paulisper abhorruiſſe: Sed videamus quid ſit אפוד בד? hoc etiam Samuelem in pueritia geſtaſſe comperimus (145) ושמואל משרת את-פני יהוה נער חגור אפוד בד *Et Samuel miniſtravit coram Domino puer cinctus Ephod bad*, Vidimus etiam Davidem, arcam deducturum, חגור אפוד בד *cinctus Ephod bad*, quod vertunt Septuaginta: Καὶ ὁ Δαβὶδ ἐνδεδυκὼς στολὴν ἔξαλλον *Et David erat indutus ſtola eximia.* Si hoc Ephod bad non diverſum eſſet ab Ephod ſummi Pontificis, ſufficeret nobis iterum ablegaſſe ad Clariſſim. *Braunium*, qui nihil fere in ejus deſcriptione omiſit; at, quod neque fugit Doctiſſimum Virum, alia oportet forma fuerit, dictante quoque *Aben Ezra* (146) de Samuele היה חגור אפוד בד והוא היה מלבש פשתן עשוי כדמות האפוד בכהן הגדול שהיה בתכונת אחרת והיו לובשים כל הכהנים *cinctus fuit Ephod bad, & hoc fuit indumentum lineum factum ad ſimilitudinem Ephodi Sacerdotis Magni; aliam tamen figuram habuit, quo omnes veſtiti fuerunt Sacerdotes.* Conſulatur interim Cl. *Braunius*. Feſtinamus ad אדרת, quo uſus eſt Elias (147) ויקח אליהו את-אדרתו ויגלם *Et ſumſit Elias pallium ſuum & involvit;* quod etiam hæreditate nactus eſt Eliſæus (148) *Et elevavit* את אדרת אליהו *Pallium Eliæ, quod ceciderat deſuper ab eo, & reverſus ſtetit ſupra labium Jordanis, tulitque* את-אדרת אליהו אשר נפלה מעליו *pallium Eliæ, quod ceciderat deſuper ab ipſo.* Facile inde conjecerimus אדרת ſuper humeros pependiſſe, cum deſuper projici dicatur. Hoc pallium Prophetis in primis vindicat Abarbanel ;, dicendo (149) היה מנהג הנביאים ללבוש האדרת *fuit e more Prophetarum pallium induere.* Unde quoque perſonati Prophetæ commodiori nequitiæ mendaciique integumento uti neſcivere, quam hoc אדרת, quo ipſos aliquando ſpoliandos minatur Dominus (150) *Et erit in die illa, ut Prophetæ rubore ſuffundantur, quiſque in viſione ſua inter vaticinandum,* ולא ילבשו אדרת שער למען כחש *Et non induet togam villoſam, ut mentiatur;* ad quæ Kimchi כי כן היה מנהג נביאי השקר ללבוש שקים ואדרת שער למען שיוכלו לכחש ויאמינו בהם בני אדם כי הם מראים עצמם בפני בני אדם שהם פרושים ואנשים צדיקים וישרים ולא ידברו כזב: *Nam ita ſolebant falſi Prophetæ ſaccos & pallium villoſum induere, ut mentiri poſſent, & homines illis fidem haberent; oſtendebant enim ſe ipſos hominibus, quod eſſent ſeparati* (ſc. a moribus hujus mundi ɔ: Phariſæi) *& viri juſti & recti, & qui non loquebantur mendacium.* Ejuſmodi Prophetas mendaci toga indutos digito monſtrare voluiſſe Chriſtus videtur, addita hac cautione (151) Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες *Cavete autem vobis a Pſeudo Prophetis, qui veniunt ad vos in indumentii ovium, intrinſecus vero ſunt rapaces lupi.* Nam haud abſurde dixeris illas togas e pellibus ovium paratas fuiſſe, imo interdum ne detractis quidem pileis; Quis en. neſcit veſtes coriaceas multum antiquiſſimis ſeculis uſitatas fuiſſe, ſuffragante etiam *Diadoro Siculo* (152), qui priſcos homines ſolitos fuiſſe ait ταῖς δοραῖς τῶν θηρίων σκεπαστηρίοις χρῆσθαι *ferarum pellibus ad corpora tegenda uti?* Taceam confectas Adami e pellibus veſtes (153) ſaltem provocabo

ad

ad teſtimonium Pauli de ſanctis Patribus (154) Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν. ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι *ambularunt induti pellibus lanatis, pellibus caprinis; deſtituti, afflicti, male affecti*. Hinc Septuaginta Interpretes paſſim vocant אדרת Eliæ μελοτὴν, eſt autem μελωτὴ *pellis lanata*. Porro Septuaginta Interpretes אדרת שער Gen. XXV. 25. interpretantur per δερὰν δασεῖαν *pellem hirſutam*, hoc eſt quaſi recens detractam cum pilis aut vellere; quo pacto Diodorum Siculum antea vocem uſurpaſſe audivimus. Similiter apud Zachariam c. XIII. 4. (quem locum nuper adduximus) vertunt δέῤῥιν τριχίνην, id eſt, *pellem cilicinam*. Videntur itaque hæc pallia interdum fuiſſe ἀπ' ἐρέας τραχέας καὶ ἀκρομάλλυ (ut habet Strabo apud Bayſium de ſagis villoſis Gallorum ſcribens) *e lana hirca & villi piloſi vel oblongi* fuiſſe contexta, ideoque a τοῖς LXX. vocata δέῤῥεις, hoc eſt, ſecundum Heſychium παχέα ὑφάσματα *craſſa texta* ſeu veſtimenta. Author vero Etymologici magni ita δέῤῥιν explicat: Δέῤῥις, ἱμάτιον παχὺ, ἢ δέρμα, δέῤῥις, inquit, *eſt veſtis craſſa vel pellis*. Panderet ſe nobis hic occaſio examinandi φελόνην Pauli, de quo ipſe (155): Τὸν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε *Quando veneris, adfer mihi* φελόνην, *quem reliqui Troade juxta Carpum*. Certe enim ſi præter magnam Commentatorum nubem ſequeremur vel *Luth.* qui reddidit Den Mantel/ vel *Reſenium*, qui explicat per Bindre-Kiortel/ vel *Cornelium a Lapide*, qui per Meſſ-Hagel/ vel *Ambroſium*, *Anſelmum*, *Haymonem* Epiſcopum, qui per veſtem conſularem, non pateremur hanc veſtem oculis noſtris ſubduci, ſed quia dudum aliter φελόνην explicuit Cl. *Chriſtianus Bræmer* in Diſſertatione ſub præſidio Nob. & Excellentiſſimi *Maſii* Prof. P. Ac. Haf. nunc inter veſtimentorum catalogum referre non lubet. Quæri autem hic poterat; An non etiam Studioſis licuit gladio interdum accingi, quam illis libertatem vindicare videtur exemplum Petri (156) Καὶ ἰδοὺ, εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ· καὶ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον· Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. *Et ecce, unus illorum, qui erant cum Jeſu, extendens manum ſuam, eduxit gladium ſuum; percuſſitque ſervum ſummi ſacerdotis, & aurem ei abſcidit. Tunc dixit Jeſus, reconde gladium tuum in locum ſuum.* Sed ad nutum Magiſtræ noſtræ, brevitatis ſcilicet, renuentis nos componamus.

Ubi Studioſus aliquis, licet gregarius debitum naturæ ſolveret, totum Collegium, ſub aliqua tamen conditione, funebri habitu dolebat; feriæ etiam interim, donec humo mandatus eſſet, agebantur, teste *Majemonide* (157) תלמיד חכם שמת אפילו היו עמו עד ששים רבוא מבטלין תלמוד תורה להוצאתו היו ששים רבוא אין מבטלין ואם היה מלמד לאחרים אין לו שיעור אלא מבטלין הכל להוצאתו *Quando moritur diſcipulus Sapientum, ſi vel maxime ad ſex uſque myriades fuerint, vacant a ſtudio legis ad eum efferendum;* (ſin præciſe) *fuerint ſex myriades, non vacant. Cæterum ſi ille docuerit alios, nullam numeri habent rationem, ſed omnes vacant ad eum efferendum.* Scilicet id factum honoris cauſa, quod nulla numeri certi rationem habuerint, ſiquidem majori pompa proſequendus eſſet obitus Doctoris, quam ſtudioſi: ſic enim etiam planctus dignitati demortui accomodabatur, ſive remittendus eſſet, ſive etiam producendus (158) אין בוכין על המת יותר משלשה ימים ואין מספידין יותר משבעה בדרך ארץ בשאר העם אבל תלמידי חכמים הכל לפי חכמתן ואין בוכין עליהם יותר משלשים יום שאין לנו גדול ממשה רבינו וכתיב ויתמו ימי בכי אבל משה וכן אין מספידין יותר על שנים עשר חדש אין לנו בחכמה גדול מרבינו הקדוש ושנים עשר חדש בלבד נספד *Non deflent communiter mortuum, ſi de vulgo ſit, plus quam tribus diebus, & non plangunt magis quam ſeptem, ſed plangunt diſcipulos Sapientum ſecundum Sapientiam eorum. Non vero deflent magis, quam triginta diebus, quia non nobis eſt major Moſe Doctore noſtro, & de eo ſcriptum eſt* (159) *Et completi ſunt dies fletus luctus Moſis, & ſic non plangunt magis quam duodecim menſibus, quia non nobis eſt major* (R. Juda) *Sancto, & eum duodecim menſibus tantum plangebant*. Nihil referam de Moſe, cujus nuper mentio injecta eſt, quem ſepultum nulli Iſraelitarum viderunt, mortuum tamen omnes doluerunt (160). Prætercam quoque Samuelem, cujus obitus toti Iſraeli ingentem attulit luctum (161), de quo non minus ſcite quam erudite nuper commentatus eſt Celeberrimus & in Hebræorum ritibus Verſatiſſimus *Job. Bartholinus* (162). Sileam porro Eliſæum, qui præter alios Regi tam flebilis occidit (163). Nec quid dicam de Hulda Rectrice, quippe quam tanto honore mactatam fuiſſe ſcribunt Judæi, ut nemini unquam, ſive viro ſive

ve fœminæ, præter ſolam ipſam (excepta tamen familia Davidis) Hieroſolymæ (164) ſepulchro frui contigerit. Saltem in conſpectum dabimus Rab. Judam Sanctum, dum tam bene apud Eruditos Judæorum cluet, ut κατ᾽ ἐξοχὴν inſigniatur nomine Rabbi, cui juſta ſoluta ſunt non ſine magno ſtrepitu atque comitatu (165): וקרעון ואזיל קלא דקרעון לנו פפתא מהלך תלתא מילין רבי נחמן בשם רבי מונא מעשה נסים נעשה באותו היום ערב שבת היה ונתכנסו כל העיירות להספירו ואשרוניה תמני עשרי כנישן ואחתוניה לבית שערים: *Sciderunt* (Zipporenſes veſtes ſuas,) *pervaſitque ſciſſionis illius ſonus od urbem uſque Paphtam, quod trium milliarium iter eſt. R. Nachman* (dicit) *nomine R. Munæ magnum mirum tum accidiſſe: Erat illa dies Sabbati paraſceve, congregatique ſunt omnium vicinarum urbium incolæ ad plangendum R. Judam, ita ut decem & octo Synagogæ replerentur, contuleruntque ſe Beth-Schearimum.* Quod veſtes ſciderint, non miror, cum hoc inſigne ſemper apud Judæos luctus teſtimonium fuerit; fidem facient præter varia S. Scripturæ loca (166), Viri Celeberrimi, *Baxtorfius* (167), *Pfeifferus* (168), *Ligthfootus* (169), *Majmonides* (170), aliique: imo nec miror tantum confluxum, præſertim cum R. Juda ab omnibus notus ac honoratus eſſet, ac ea propter juxta Rabbinorum concluſiones eo majori corona ſtipari deberet, nam (171) כל ניכר לרבים רבים מתעסקין בו *Qui cognitus eſt multis, multi circa eum occupantur*: At illud plus admirationis quam fidei mereri duco, quod ſubjungitur de בת קל, quaſi præſentes cœleſti voce certiores facti eſſent, omnes, quotquot ſe in plangendo Rab. Juda impigros præſtiterant, vitæ æternæ hæredes futuros.

Egregii aliquando ſumtus ſopeliendis Profeſſoribus impendebantur, imo funera Rectorum more Regio tractabantur (172) כשם ששורפין על המלכים כך שורפין על הנשיאים הם שורפין המלכים מיטתן וכל תשמישן ומעשה שמת רבן גמליאל הזקן ושרף עליו אונקלוס הגר שבעים מנה הצורי: *Uti comburunt propter Reges, ita quoque comburunt propter Principes* (Rectores Academiarum): *Et quid comburunt propter Reges? Lectum ipſorum & u. 'enſilia ipſorum. Exempluu eſt: cum ob. 'it, ſſet Rabban Gamaliel Senex, combuſſit, pr. 'opter illum Onkeloſus Proſelytus ſeptuag in. 'ta minarum Tyriarum pretium.* Siccine e tiam in funere Jeſu, tanquam Eminentiſi 'imi omnium Doctorum 'ingent 'm myrrhæ atque aloes ſummam comburere decreverat Nicodemus (173)? Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος (ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον) φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν *Venit autem etiam Nicodemus (ille, qui prius venerat ad Jeſum nocte) ferens mixtionem myrrhæ & aloes circiter centum pondo.* Tam honorifice Profeſſoribus juſta perſolvebantur; ut alia ſilentio involvam, quæ ad nihil niſi augendum pompam atque ſumtus faciebant. At R. Gamaliel meliora edoctus ſupervacaneum duxit, tanta cura corpus illud condire atque ornare, quod vermibus tandem in alimentum cederet, quaſi vero vermibus non ſaperet, aut ſalubre ſatis non eſſet cadaver, niſi gratis ſaporibus ac odoribus illitum gulæ ipſorum lenocinaretur, ideoque bona ſatis intentione R. Gamalirl הוא צוה קודם מותו להוציאו לקבורה בכלי פשתן כי קודם זה הוציאו את המתים בכלי משי והיה הוצאת המת קשה לקרוביו יותר ממיתתו (174) *Juſſit ante obitum ſuum, ut eſſerrent ipſum ad ſepulchrum cum veſtibus lineis, quia antea mortuos extulerant cum veſtimentis ſericis, atque hæc eductio mortui* (Sic vertit *Vorſtius*, pro quo, ut ſenſus clarior evadat Cl. *Vagenſeilius* ſubſtitui vult: *Atque hæc funerum impenſa*) *gravior fuit propinquis ejus, quam ejus obitus.* Quam ob cauſam hoc familiares ejus tam male habuerit, non opus eſt OEdipo interprete; ſcilicet doluerunt, quod, cum Doctor tantus eſſet, ſepeliendus tamen non niſi vulgari habitu indui vellet; Antea enim modum exceſſerant Judæi in ornamentis funerum, at modum ſibi & illis præſcripſit idem Gamaliel, dicente R. Saadia (175) כאשר פשט באומה הפלינו בתכריכיהם עד שהביא זה הדבר לידי רעה שכל מי שלא היתה ידו משגת הניח מתו וברח עד שתקן רבן גמליאל וצוה שילבישוהו שני בגדי פשתן מנהגין ונהגו כל העם אחריו *Hac doctrina apud populum vigente modum exceſſerunt in veſtibus illis, quibus mortui involvuntur, & exinde hoc malum conſequebatur, quod quicunque tenuioris ſortis fuerit, reliquerit mortuum & fugerit, uſque qua ordinaverit Rabban Gamaliel, ut involverent eum duobus veſtimentis lineis albis, & omnis populus ejus exemplum ſecutus eſt.* Monumenta ſuper ſepulta funera erigere non inſolens olim apud Judæos fuit, at a quibuſdam prohibitum fuit, diverſa tamen intentione: Qui ſuperbiores erant, illa aboleverunt, rati glorioſiorem perenniorem que eſſe ſuorum dictoeum factorumque inter ſuperſtites memoriam, quam ut exiguo monumento,

to, nequaquam æternaturo, Interprete indigeret (176) מציינין את הקברות ובונים נפש על הקבר והצדיקים אין בונים להן נפש על קברותיהם שדבריהם הם זכרונם *Quidam exornare ſolent Sepulchra, & ſtatuas memoriales reponere; Sapientes vero talia intermittunt, quia recordatio illorum manet in ſcitte dictis ipſorum*. At religioſiores eo animo abrogarunt, ne anſam adorandi demortuos ullo modo præberent, ſiquidem compertum haberent, idololatriam interdum ex iſtis monumentis natam eſſe. Sed ultra tempus nos Judæorum cœmiterium detinuit, pedem efferamus, digito tamen monſtrabimus, qui hanc lacunam abunde ſupplebunt, nec enim mens eſt diutius lamentationibus Hebræorum auſcultare aut inter ſepulchra oberrare; ſitienti plura de ſepulchris in genere ad ſatietatem haurient Gejerus de luctu Hebræorum, Buxtorſius in Synagoga Judaica alibique, Hottingerus de cippis, alii.

NOTÆ IN CAPUT QUINTUM.

(1) *Buxt. Syn. Jud.*
(2) *Maim. Talm. Tor.*
(3) *In lib. Colbo,*
(4) *Buxt. l. c.*
(5) *Matth. 19. 19. 13.*
(6) C. 10. 16.
(7) *Gen.* 48. 14.
(8) *Cap.* 8.
(9) *Lib. 3. Obſerv. c. 2.*
(10) *Annot. in Sot. pag.* 995.
(11) *Fol. 3. col. 2.*
(12) *In gloſſ. ad Gen. Sot. c. 28.*
(13) *Antiq. Heb. c. 21. §. 2.*
(14) *Elench. Tribar.*
(15) *In Actor. 22. 3.*
(16) *Matth. 13. 2. 3.*
(17) *Nehem. 8. 6.*
(18) *Ibid. v. 8.*
(19) *Ann. in Sot. p. 996.*
(20) *Megill. fol. 21. 1.*
(21) *Obſerv. l. 1. c. 2.*
(22) *Hor. Heb. in Luc. p.* 500.
(23) *Ann. in Sot. p. 996.*
(24) *Schil. l. 3. c. 5.*
(25) *Elench. Tribar.*
(26) *Archiſyn. pag.* 203.
(27) *Ant. Heb. c. 21. §. 5.*
(28) *P.* 31.
(29) *Not. ad R. Sal. ben Melech.*
(30) 2. *Reg.* 4. 28.
(31) 2. *Reg.* 6. 1.
(32) *Svaning. not. ad hil.*
(33) *Luc.* 10. 39.
(34) *Schil. lib. 3. c. 6.*
(35) *Marc.* 2. 6.
(36) *Ibid. cap. 4. v. 1.*
(37) *Ibid. c. 3. v. 32.*
(38) *Annot. in Sota p. 997.*
(39) *Act. 6. 9. Luc. 10. 25. alibi.*
(40) *De* חבר
(41) *Hiſt. Acad. Heb. p. 25. ſ.*
(42) *Megill. cap. 3. ſ. 21. 1.*
(43) *Ibid. in Gemar.*
(44) *Ibid.*
(45) *Annot. in Sot. p. 997.*
(46) *Sanhed. in Miſch. c. 5. §. 3.*
(47) *Buxt. Lex Hebr. p. 546. alii.*
(48) *Schil. Lib. 3. cap. 7.*
(49) *Comment. in Deuter.*
(50) *Luc.* 2. 46.
(51) *Ibid. v. ſeq.*
(52) *Sevach. fol. 5. 1.*
(53) *Gittin. fol. 47. c. 1.*
(54) *Lex. Talm. p.* 1026.
(55) *Joh.* 21. 20.
(56) *Ibid. c.* 23.
(57) *In Samuel.*
(58) *Nehem.* 8. 5.
(59) *Act.* 1. 15.
(60) *Act.* 1. 14.
(61) *Act.* 21. 40.
(62) *Megil. c. 3. fol. 21. Conf. Maim. de bened. Sacerd. c. 12. §. 11.*
(63) *Matth. 5. 1. ſ.*
(64) *Matth.* 13. 1. 3.
(65) *Matth.* 26. 55.
(66) *Marc.* 4. 1.
(67) *Act.* 13. 14.
(68) *Archiſynag. p.* 304.
(69) 1. *Cor.* 14. 29.
(70) *Act.* 16. 13.
(71) *Matth.* 23. 2.
(72) *Berachot. fol.* 27.
(73) *Buxt. Lex. Talm. in* חבר
(74) *Horajoth in fin.*
(75) *Fol. 57. 1. f.*
(76) *Rhenferd. de Dec. Ot. cap. 13. §. 9.*
(77) 1. *Cor. 14. v. 27. 28.*
(78) *Talm. Tor. c. 4. §. 11.*
(79) *Ibid.*
(80) *Sota c. 7.*
(81) *Berach. fol. 28. 2.*
(82) *Buxt. Lex. Talm. in* פרק
(83) *Alting. Studioſ. Hebr.*
(84) *Ibid.*
(85) *Maim. Talm. Tor. cap. 1.*
(86) *Schabb. c. 6. ſ. 63. 1.*
(87) *Majm. Talm. Tor. cap. 3.*
(88) *Act.*
(89) *Joh.* 3. 1. 2.
(90) *Bava Batra ſ. 134. Succa ſ. 28.*
(91) *Prov.* 8. 21.
(92) *Luc. 2. v. ult.*
(93) 2. *Tim.* 15.
(94) *Schabb. fol. 33. 2.*
(95) *Præf. in Abbot. p. 217. Edit. Pokok.*
(96) *Matth.* 12. 1. 2.
(97) *Taanith in Gem. fol.* 10.
(98) *Hor. Heb. in Luc.* 11. 45.
(99) *Præfat. in Pirk. Abbot. p.* 218.
[100] 1. *Tim.* 5. 23.
[101] *In vita ſua.*
[102] *Matth.* 11. 18.
[103] *Ibid. 3. v. 4.*
[104] *Matth.* 6. 16.
[105] *Adverſ. Hæreſ. l. 1. p. 20.*
[106] *Horajoth ſ.*
[107] *Schabb. Babyl. fol. 119. col. 2. §. 11.*
[108] *Majmon. Tal. Tor. c. 2.*
[109] *Gitt. fol.* 57. 6.
[110] 2. *Reg.* 3.
[111] *Berach. fol. 6. 1.*
[112] *P.* 115.
[113] *Abbreviat. Hebt. pag.* 278.
[114] *Majm. Death. cap. 5.*
[115] 2. *Reg.* 18.

[116] *Marc.* 1. 6.
[117] *Matth.* 11. 8.
[118] *Cap.* 11. 3.
[119] 1. *Sam.* 19. 25.
[120] *In h. l.*
[121] *In h. loc.*
[122] *Marc.* 14. 51. 52.
[123] *Hor. Heb. in h. l. p.* 461.
[124] *Menacoth fol.* 41. 1.
[125] 2. *Sam.* 6. 14.
[126] 16. *v.* 20.
[127] *In h. l.*
[128] *In* 1. *Sam.* 19.
[129] *Joh.* 19. 23.
[130] *Luc.* 20. 46.
[131] *Marc.* 12. 38.
[132] *Matth.* 23. 5.
[133] *In Miscellan. l.* 4. *c.* 7.
[134] *In Synagog. Jud.*
[135] *Oper. Om. tom.* 11. *p.* 46. 110. 299. *&c.*
[136] *Annot. in Sot. p.* 401. 409. 399. 397.
[137] *De vest. Sacerd. Hebr. l.* 2. *c.* 5.
[138] 1. *Sam.* 2. 19.
[139] *Ibid.* 28. 14.
(140) *Abarb. ad* 1. *Sam.* 2. 19.
(141) *Ad Psal.* 23.
(142) *Hist. Pythom. in Endor. p.* 50. *s.*
(143) *Es.* 59. 18.
(144) 16. 62. 1.
(145) 1. *Sam.* 2. 18.
(146) *In h. l.*
(147) 2. *Reg.* 2. 8.
(148) *Ibid. v.* 13. 14.
(149) *Ad* 1. *Reg.* 19. 19.
(150) *Zach.* 13. 4.
(151) *Matt.* 7. 15.
(152) *Biblioth. in hist. l.* 1. *p.* 14.
(153) *Gen.* 3. 21.
(154) *Heb.* 11. *v.* 37.
(155) 2. *Tim.* 4. 13.
(156) *Matth.* 26. 51. 52.
(157) *Hilk. Evel. c.* 14. §. 11.
(158) *Ibid. c.* 13. §. 20.
(159) *Deut.* 24. 8.
(160) *Deut.* 34. 6. 8.
(161) 1. *Sam.* 25. 1.
(162) *Hist. Pythoniss. in Endor. p.* 2. *s.*
(163) 2. *Reg.* 13. 14.
(164) *R. Sal. Jarch. in* 2. *Reg.* 22.
(165) *Talm. Hierof. in Berach.*
(166) *Gen.* 37. 34. 2. *Sam.* 1. 11. 2. *Sam.* 3. 31. 2. *Reg.* 2. 12.
(167) *Lex. Talm. p.* 2. 146. *& Synag. Jud. p.* 697.
(168) *Antiqu. Ebraic. cap.* 3.
(169) *Hor. Hebr. p.* 304.
(170) *Hilch. Evel. c.* 8.
(171) *Majm. ibid. c.* 12. §. 11.
(172) *Abodha Zara cap.* 1. *fol.* 11. 1.
(173) *Joh.* 19. *v.* 39.
(174) *Ganſ. Zemach ex Schabb. c.* 2.
(175) *In Sepher Emunoth ſerm.* 7. *fol.* 36. 2.
(176) *Majmon. Ebel. cap.* 4.

CAPUT VI.

Præcoces Judæorum Liberi. Uxores Anno decimo octavo ducare tenebantur. In Scholis proprius poſita ipſis erat meta, quam Noſtratibus. Horum torturæ ac retardationes. Illorum facilis via ac incitamentum. Puer Judæus ante 13. An. non obligatur Lege. Si intra id tempus peccet, imputatur Parenti. Rabbinorum fundamentum. Poſt id tempus vocatur בר המצוה. *Quare? Quomodo initiatur* בר המצוה? *Quomodo renunciatur? Ordinarie Annus dimiſſionis erat decimus quintus. Joſephi maturitas. Dimiſſus dicebatur* הנפתר מרבי *Quantum prius didiciſſet? Nunquam Literatus appellatus, qui ſolam Scripturam didicit. Quinam Literatus? Miſchnam debuit tenere; Non neceſſario Gemaram. Diſcrimen inter* תלמיד חכם *&* עם הארץ. *Quinam* עם הארץ? *Quinam* בור? *Quis adhuc inferior? Fuere etiam Sacerdotes illiterati: Quare? ideo contemti. Inſatiabile odium literatos inter & illiteratos. Illi bis inviſi: Hi illis ſpreti. Hos occidere piaculum non erat. Literatus non duceret filiam illiterati. Nec ejus conſortio uteretur. Si illiteratus mendicus eſſet, eleemoſina indignus. Excludebatur publicis officiis. Imo e reſurrectione mortuorum. Dimiſſus in Academiam Gemaræ ac Legi orali ſtuderet. Non moraretur in urbe umbratili, ſed illuſtri. Studia ibi promoveret. Potuit etiam peregrinari. Tandem Magiſterii Candidatus. Quomodo tunc ſe gereret?*

CUm & præcocia fuerint Judæorum ingenia, & compendioſior propiorque Studioſis ad attingendam meritam ſtrata via, non mirum, ſi in primo plerumque juventutis flore penſum ſcholaſticum abſolverint; aliter ac inter nos uſu venit; ubi e jugo ſcholaſtico ut plurimum (eos quidem excepero, qui:

Ante annos animumque gerunt curamque virilem)

non ſolvuntur, niſi decimum octavum & deinceps uſque ad viceſimum quartum annum egreſſi; ante quam ætatem Judæorum diſcipuli non e ludo ſaltem Apollineo dimiſſi, ſed & in ludum Venereum, honeſtum tamen, conjugium puto, admiſſi erant, & libris ſimul ac liberis operam navabant. Non equidem facile mihi perſuadebunt Rabbinica monumenta, octennes generandæ proli idoneos fuiſſe, utut id legatur in *Sanhedrin* (1) דורות הראשונים היו מולידין בן שמנה שנים *Antiquitus octennes qui eſſent, liberos procreabant*; at quod octodecim annos nati uxores non ſolum ducerent, ſed & ducere lege Rabbinorum tenerentur, eo facilius credo, quo apertiora ſunt verba *Leonis de Modene* (2) Tout juif eſt obligé de ſe marier; & les Rabins ont arreſté, que ce devoit eſtre a dix-

dix-huit ans, ue celuy, qui en passe vingt sans prendere femme, est cense vivre en peche: *Omnes Judæi nubere tenentur, & determinarunt Rabbini, quod debeat id fieri anno decimo octavo, qui enim viginti annos superat, antequam uxorem ducit, censentur vivere in peccato.* Utut apud literatos illa regula exuptionem interdum pateretur. אם היה עוסק בתורה וטרוד בה והיה מתירא מלישא אשה כדי שלא יטריח במנונות בעבור אשתו ויבטל מן התורה הרי זה מותר להתאחר (3) *Si studuerit legi, metuatque ducere uxorem, ne distrahatur quærendo alimentum propter uxorem, & ita cesset a lege, tali, inquam, licet terminum differre, &c.* Cum tamen plerumque anno decimo octavo uxorii esse tenerentur, haud difficulter conjicitur, eos ante id ætatis scholastico imperio liberatos esse: & quidem nec tanta apud eos olim in Scholis perlegebantur, quin cum decimo quinto vel inferiori anno apte possent absolvi; Alia enim est ratio apud nos, ubi per tot discrimina rerum ad metam itur, nam, ut taceam plerosque Præceptores aptioris methodi plane in curiosos, miseros alumnos per devia in Parnassum ducere (haud secus ac per eremum in Canaanem ipsos essent introducturi); sunt tamen, quæ etiam pleno impetu currentem retrahere possunt ac remorari; illa sunt præter exoticas linguas tot præcepta, optimorum etiam ingeniorum cruces & tormenta, quæ, ut ad ungues calleant, memoriter tenere & ad nauseam usque repetere & recitare coguntur, quasi vel illam cramben millies recoctam nunquam satis recoquere possent, vel non alia fercula sapidiora, aut utiliora possent apponi: At apud Judæos non solum nullus istis supervacaneis torturis locus, cum solis fere Bibliis sacris Sapientumque explicationibus adhærerent; sed & exoticæ linguæ rarissime & non nisi posterioribus seculis a nonnullis addiscerentur, sola vero vernacula lingua omnia traderentur, imo si vel quid interdum obvenire posset euntis pedem quod posset retardare, id omne removendum esset dexteritate ac prudentia Informatoris, quippe quem semper proxima & compendiosissima via progredi oportebat juxta illud eorum apophtegma (4) לעולם ילמד אדם לתלמידיו בדרך קצרה *Semper doceat homo discipulos suos via brevi.* Accedit, quod calcaria parvulis adderentur, nec unquam ipsos suis deesse partibus paterentur Magistri, quoties enim scholæ se negligendo quisquam subduceret, toties cœlum ipsi iratum fingebatur ex sententia R. Abbin (5) כל הרגיל לבוא לבית הכנסת ולא בא יום אחד הקדוש ברוך הוא משאיל בו שנאמר מי בכם ירא יהוה שומע בקול עבדו אשר הלך השכים ואין נונה לו *Si quis in Scholam venire consueverit, semel autem abesse contingerit, in eum Deus quid agat, & ubi locorum sit inquirit, ut dicitur (6) Quis ex vobis timens Dominum audiens vocem servi ejus &c.* cum ergo & brevis & scrupulis remorisque pura esset via, & insuper indefesso pede calcaretur, cito & inoffenso pede facile poterat confici.

Sciendum vero, quod puerum Judæorum non obliget lex ante annum decimum tertium, quippe ante quem nullius labis præter יצר הרע *concupiscentiam parvam s. peccatum originale* reus habebatur, unde si quæ ante eum delicta admiserit, culpa transferenda in Patrem (7) a quo supplicium quoque exigendum; Hinc in *Sanhedrin* (8) הקטן פטור שלא בא לכלל מצות *Parvulus liber est, non enim is præceptis comprehenditur,* & disputatur porro (9) quando rebellis sit censendus מאימתי נעשה בן סורר ומורה משיביא שתי שערות ועד שיקיף זקן התחתון ולא העליון *Qua ætate filius rebellis & contumax judicatur? Ex quo duos pilos produxerit, usque dum barba inferiori vestitus fuerit, non vero superiori.* Antea ergo tantum Theoreticus fuerat, nunc vero & Practicus esse tenebatur 13. Anno; quod ne gratis dictum videatur, duplici lusu Cabbalistico suam sententiam suffulciunt Rabbini. Fundamentum primum quæritur in vocula זו quæ apud (10) Isaiæ (*Populum* זו *istum creavi mihi, laudem meam narrabunt*) offensa, per Gematriam valet 13. Alterum in voce אהבה (*Amor*) ex qua totidem eliciuntur eadem arte numeri, quasi tunc primum in laudem Dei seligeretur puer, (tunc etenim יצר טוב *concupiscentia bona* excipiebat aut pellere debebat יצר הרע *concupiscentiam malam*) aut mori in lege mandato idoneus esset præstando: Unde etiam post id temporis vocatus est בר מצוה *Filius præcepti*, quia tunc ipsi injunctum erat observare sexcenta & tredecim præcepta, quæ summam & argumentum totius legis Mosaicæ & Judaicæ Religionis complectuntur, nec amplius impune ferendum esset, si quando contra illa impingeret. Sed ante ultimum plenæ obligationis terminum solennis aliquis ritus (11) adhibitus est, quo puer initiaretur atque praxi consecraretur: Hierosolymas quippe cum Parentibus (12) ducebatur, laudibus divinis suum symbolum additurus ac solenne anniversariæ ex-

expiationis jejunium celebraturus. Ritui huic conforme videtur factum Parentum Chriſti (13) Καὶ ἐπορεύντο οἱ γονεῖς ἀυτῦ κατ' ἔτος εἰς Ιερυσαλὴμ τῇ ἑορτῇ τῦ πάσχα. Καὶ ὅτε ἐγένε το ἐτ̃ δώδεκα, ἀναβάντων ἀυτ̃ εἰς Γεροσόλυμα κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς *Et profecti ſun Pareutes ipſius quotannis Hieroſolymas feſto Paſchatos ; & cum natus eſſet duodecim annos, aſcenderunt Hieroſolymas juxta conſuetudinem feſti ;* quod vero non obtorto quaſi collo ad hunc ritum trahatur iſta actio , duo mihi perſuadent , primum eſt mentio inſignis progreſſus ac σοφίας facta in proxime præcedeuti verſu (14) Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε , κ̀ ἐκραταιῦτο πνέυματι , πληρέμενον σοφίας *Puer autem crevit & corroboratus eſt ſpiritu , plenus ſapientia*, &c. perinde ac ſolent Muſis conſecrati majora indies in ſtudiis incrementa capere , utut ille modo longe excellentiori ; alterum tam præciſe determinatus duodecimus annus , quem qui excipiebat , novos mores poſtulabat novaque exercitia ac creſcentis prudentiæ radios ; Ut nihil dicam de Moſe, quem R. Chama duodenarium a domo patris ſui divulſum (15) ait ; nihil de Salomone de quo *Ignatius Mart*: (16) Σολομὼν δωδεκαετὴς κρίσιν ἐπὶ γύναιξιν ἐποιήσατο *Salomon duodenarius judicavit inter duas fœminas ;* certe ex *Joma* (17) conſtat ab anno duodecimo initiandum eſſe puerum ad jejunandum מעת לעת משעה לשעה *A tempore in tempus ab hora in horam*, ut die expiationis poſſet jejunare.

Expleto autem decimo tertio anno, quo modo quoque ritu a Patre pro בר מצוה renunciatus ſit, docebit nos (18) *Buxtorfius* : *Anno*, inquit , *decimo tertio expleto* Minjan כ: *decem Judæos Pater advocat , illoſque conteſtans, ait, Filium hunc ſuum ex ephebis exceſſiſſe, Præceptis inſtitutum, Talmudicas lectiones , deciſiones , & conſuetudines de peniculamentis & Phylacteriis probe didiciſſe, Benedictiones & preces quotidianas bene recitare poſſe &c. Proinde ſe liberum porro & immunem eſſe velle filiique peccata a ſe excutere. Filium enim ſuum in poſterum* כ: בר מצוה: *legis præceptis ſubjectum & ipſummet peccata ſua deinceps ferre debere. Hæc ubi a Judæis adſtantibus ſancita confirmataque ſunt, precem pater concipit, qua Deo gratias agit ſingulares, quod filii ſui pœna levatus liberatuſque in vota poſtea effunditur, & a Deo ſupplex petit , ut filius ſuus in longos annos, bonaque opera adoleſcat.* At credidero Clariſſimo viro ibi ſermonem eſſe non tam de iis, qui Caſtaliis undis large proluti aliis poſſea informandis præficerentur, quam de illis, qui in religionis negotiis prius ſerio , & quantum ſufficeret , inſtituti, ad mundana negotia tranſibant, aliam pilam ventilaturi ; videtur hoc velle ſequentibus verbis : *Hoc etiam tempore fit majorennis & parentum & tutorum poteſtate liber , ipſemet ſuarum rerum Dominus in temporalibus ac ſpiritualibus, ut quicquid agit , negotiatur, contrahit, validum ſit & ratum*: De negotiatoribus ergo magis loquitur, quam de literatis, hi enim intra cancellos Scholaſticos diutius ſæpe continebantur .

Ordinarius itaque annus, quo trivialia ſtudia finiebantur , erat annus decimus quintus, ſi alias Cl. *Altingio* credendum , qui addit : (19) *quorum* ſc. annorum) *curriculum ſi quis rite abſolviſſet, tantum poterat paraſſe eruditionis, ut quid fugiendum , ſequendumque hinc Moſis ac Prophetarum ſcripta & iſtinc ſeniorum traditiones docuiſſent, id omne cognitum haberet, nec ignorantiam communis juris ultra poſſet prætexere* . Fuere tamen (quod diffiteri nolo) qui ante eam ætatem non ſolum illa, ſed & plura , quam quæ ab Academiæ Candidato requirebautut , calluere! Adſit bonus ille *Flavius exempli* loco , ediſſerat ipſe (20) quantum anno decimo quarto ſupra vulgus ſapiebat : Ε'γὼ δὲ συμπαιδευόμενος ἀδελφῷ ματθίᾳ τὄνομα , γεγόνει γὰρ μοι γνήσιος ἐξ ἀμφοῖν τῶν γονέων , εἰς μεγάλην παιδείας πρὄκοπτον ἐπίδοσιν , μνήμῃ τε κ̀ συνέσει δοκῶν διαφέρειν. ἔτι δὲ ἄρα παῖς ὢν περὶ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος διὰ τὸ φιλογράμματον ὑπὸ πάντων ἐπῃνούμην συνιόντων ἀεὶ τ̃ ἀρχιερέων κ̀ τῶν τῆς πόλεως πρώτων , ὑπὲρ τῦ παρ ἐμῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι. *Ipſe a pueritia cum Matthia iiſdem Parentibus nato, incumbens diſciplinis egregie profeci, viſuſque ſum intellectu & memoria præcellere , ita ut jam tum decimum quartum annum agens laudem conſecutus ex literarum ſtudiis etiam a Pontificibus & urbis Primoribus de penitiori legum ſenſu conſulerer*. Longe aliter de ſe R. Eleazarus in extremo mortis confinio conſtitutus dum levata brachia & pectori impoſita (21) alloquitur אוי לכם שנים זרועתי שהן כשתי ספר תורה שנגללין הרבה תורה למדתי והרבה תורה לימדתי הרבה תורה למדתי ולא הסרתי מרבותי אפילו ככלב המלקק מן הים הרבה תורה לימדת ולאי חסרוני תלמידי אלא כמכחול בשפופרת ולא עוד *Eheu brachia mea quæ ſimilitudinem affertis duorum legis voluminum, quæ convolvuntur : Multum didici & docui. Didici multum, ſed non tantum a Præceptoribus meis abſtuli quantum canis lambens de mari ; Plurimum docui , ſed non abſtulerunt a*

me

me tantum discipuli mei, quantum auriscalpio ex pyxide possis capere. Sed videtur saltem modestiæ causa vel humilitatis testandæ ergo hæc dixisse. Ut vero in viam redeamus anno decimo quinto ut plurimum Discipulus rude & civitate Academica donabatur, & ita vocabatur (22) הנפטר מרבי *Dimissus a Magistro*, eodem modo quo apud nos dicitur *in Academiam dimissus*.

Sic in numerum Studiosorum adscriptur merebatur nomen *Literati*, *sive* תלמיד חכם! quantum vero antea eruditionis thesaurum collegisse debebat, operæ pretium erit amplius dispicere. Tres itaque potissimum erant studiorum gradus: *Scripturæ*, *Mischnæ* s. δευτερωσέων & denique *Gemaræ*. Quinquennis rudimenta depositurus, lectioni *Scripturæ* adhærebat usque ad annum decimum, addito tn. quandoque aliquo, sed faciliori, commentatore, Decennis *Mischnæ* operam navabat usque ad annum decimum quintum, quo aggrediebatur textus Talmudici complementum s. *Gemaram* (23) exinde subtiliores decisiones ac disputationes hausturus. Hinc patet quid didicisse eum oporteret; absolvisset sc. *Scripturæ & Mischnæ* lectionem, & aliquem *Gemaræ* prægustum haberet: Etenim *Scriptura & Mischna* in Scholis, *Gemara* in Academiis tradebantur. Nunquam itaque nomine *Literati* insignitus fuit, qui solam scripturam legerat, (sc. postquam δευτερώτεις in Scholas introductæ sunt) recte conjiciente Claris: *Rhenferdio* (24), quem tamen in eo nimis rigidum putamus, quod (25) tertium tandem gradum s. studium *Gemaræ* distinguere ab עם הארץ & Literatum facere dicat, utut suam sententiam postea emolliat; Nam etiam *Literatum* dici, qui nondum ad lectionem Gemaræ pervenit testis est Codex *Megilla* (26) ואמר רבא ספר תורה שבלה גונזין אותו אצל תלמיד חכם ואפילו שונה הלכות *Et dixit Rabba: Veterem vel detritum librum legis recondunt apud virum literatum etiamsi tantum operam det Mishnæ*. Quæ ita explicat R. Salomon Isaacides ואפילו שונה הלכות כלומר אפילו לא שמש תלמידי חכמים בתלמוד ובגמרא אלא במשניות ובבריתות *Ac si diceret etiamsi nondum operam dedit Sapientibus in Talmude & Gemara, sed hactenus tantum versatus est in Mischna & traditionibus exoticis*. Quando itaque eo usque in Scriptura atque Mischna occupatus erat, ut ex objectionibus adversariosum se aliquo modo expedire posset, uti est in *Sanhedrin* (27) הוי שקוד ללמוד תורה ודע מה שתשיב לאפיקורוס *Esto sedulus in discenda lege, ut noris quid respondendum sit profanis*; in album Studiosorum vel *Literatorm* referebatur. Quod si aliquando ei denegetur titulus *Literati*, qui nondum Gemaram callet, id ita intelligendum puto, ac si nondum dignus esset, cui Promotio solennis conferretur, vel quasi non esset, (uti vernacula lingua apte exprimimus) Hagloerd; Etenim gradus etiam fuere Literatorum, nec enim Apollinis pulli, ex ovo quasi nuper exclusi, cum veteranis ipsius militibus conferendi; ut ergo verbulo tota res expediatur: qui Scripturæ lectionem perfecerat, non nisi Alumni nomine veniebat; qui Mischnæ, Studiosi, ita ut ad minimum e vulgo studinsorum) uti loqui amant nonnulli) esse posset, qui Gemaræ, Literati & quidem talis, qualis apud nos est, qui *Clarissimi* titulo honoratur.

Ibimus nunc porro ad aperiendum discrimen inter *illiteratos* & *Literaros*. Vocabantur illiterati עם הארץ (28) *populus terræ*: Literati תלמידי חכמים *Discipuli sapientum*, *quo nomine*, (ut verbis Campegii (29) utar) *illi notabantur in genere omnes, qui operam Legi Divinæ dederant, nobilissima & maxime generosa populi pars, studiis ab infantia sacra*. Illiteratos vero non decebat quidem literarum rudes plane ac inertes esse, nec tamen iis contingebat ad idem cum Literatis fastigium eniti: fuit a. etiam inter eos, uti inter Literatos, discrimen, quod optime docebimur ex Sotah (30) אחרים אומרים אפילו קורא ושונה שמש תלמידי חכמים זהו עם הארץ קרא ולא שנה הרי זה בור לא קרא ולא שנה עליו הכתוב אומר וזרעתי את בית יהודה זרע אדם וזרע בהמה *Alii* (sc. R. Meir) *dicunt*; *Et si quis in Scriptura & Mischna versatus est, neque tamen sapientibus operam dedit*. (Quid vero sit sapientibus operam dare & quanti illud ministerium æstimatum sit, optime illustrat Claris. (31) Vagenseil) *is plebejus est: Qui tantum Scripturam legit, neque etiam Mischnam, ecce ille bardus est. Qui neque scripturam neque Mischnam novit, de eo dicit scriptura* (32) *Et conseram domum Israelis & domum Judæ semine hominum & semine bestiarum*. Descenditur hic tribus quasi gradibus: primus est עם הארץ *Populus terræ* cui titulo in Novo Testamento responder ὄχλος (33). Alter est בור Conveniens fere cum Germanico Baur, qui amplius explicari meretur ex Pirke Aboth (34) בור נרוע מעם הארץ שאינו יודע אפילו בטוב דרך ארץ ובטוב משא ומתן כמו שדה בור שהוא ונפסד ובור כור

וכל מכל :כ *deterior eſt illo qui vulgo* עם הארץ *Plebejus sive Homo terræ dicitur* (& quadrat nomen in eum) *qui ne quidem communem vivendi rationem, aut quomodo io quotidianis contractibus verſandum ſit, perſpectum habet, ſed eſt inſtar cujuſdam agri deſerti, qui omni re privus & penitus incultus jacet*. Cum hoc quodammodo convenire videtur N. T. (35) ἰδιώτης. Infimus hominem indicat vitam tranſigere, veluti pecora, in quem cadit illud Ciceronis (36) *Cum hoc homine an cum ſtipite Æthiope, ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe &c.* Omnes autem illi Maledicti Eruditis dicebantur, cum תלמיד חכם vice verſa ſortirentur nomen עם קודש *Populi Sancti*. Mireris illam diſtinctionem inter *Literatos* & *illiteratos* etiam apud Sacerdotes locum inveniſſe, fuere enim e Sacerdotibus, qui vocabantur כהנים עם הארץ (37) *Sacerdotes plebeii*. Hinc (38) opponitur כהן עם הארץ ש״ת כהן חבר & cavetur שאין תרומה לכהן עם הארץ *Ne detur oblatio Sacerdoti plebejo*; Ratio additur ibidem, quia idem eſt ac ſi leoni daret, de quo dubitari poſſet, an calcaturus ſit pedibus. Quomodo autem factum ſit, ut etiam literarum expertes in hoc officium irrepſerint, verbis Cl. *Ligthfooti* (39) dicam: *Cum totum ſemen Aronis eſſet Sacerdotale, & Sacerdotes non tam facti eſſent quam nati, non mirum ſi inter eos reperirentur rudes & pauperes*. Quam male autem indocti iſti Sacerdotes apud Doctos audiverInt propter pudendam inſcitiam, ex Joma (40) habere poteris. Imo nec bene alias conveniebat inter תלמיד חכם & עם הארץ *Literati* enim *plebejis* inviſi, hi illis contemti fuere; Illorum fata narret nobis R. Eleaſar אמר רבי אלעזר למה תלמיד חכם דומה לפני עם הארץ בתחלה דומה לו לקיתון של זהב סיפר עמו דומה לו לקיתון של כסף נהנה ממנו דומה לקיתון של חרש כיון שנשבר שוב אין לו תקנה *Dixit R. Eleazar: Cui rei ſimilis eſt Studioſus apud hominem plabejum? Principio poculo aureo; poſtquam allocutus eſt, argenteo: ubi adjutus ab illo eſt, teſtaceo, quod fractum nulla arte reparari poteſt*. Sic evaneſcebat paulatim debitus, quo mactari fas erat literatos, honor, inquie contemtum abibat, ut liceat huc trahere illud (41) *Horatii: Deſinit in piſcem mulier formoſa ſuperne*. Sed ut apertuis adhuc teſtimonium promaıur גדולה שנאה ששונאין עם הארץ את תלמידי חכמים יותר משנאת ששונאין אומות העולם את ישראל ונושתיהן יותר מהם (42) *Majus eſt odium quo plebeji homines Literatos perſequuntur, quam eſt illud, quod οἱ ἔξω gerunt adverſus Iſraelitas: Uxores vero (eorum) magis adhuc, quam illi* (ſapientes oderint, ſc: quia (ut apte Cel: Vagenſeil (43) illecebris ac deliciis deditæ mores ſuos corripi non patiantur) Hinc R. Akiba profeſſurus inſatiabilem illam quæ in pectore ſuo adhuc plebeji reſidebat, ſimultatem, ait כשהייתי עם הארץ אמרתי מי יתן לי תלמיד חכם ואנשכנו כחמור אמרו לו תלמידיו רבי אמור ככלב אמר להם זה נושך ושובר העצם זה נושך ואינו שובר העצם (44) *Cum adhuc plebejus eſſem, optare ſolebam. O ſi quis mihi daret diſcipulum Sapientum, dilaniarem eum ceu Aſinus. Dicebant ipſi diſcipuli ejus* (quibus ſc. inſolita illa loquendi forma occurrebat) *diceres Bone Magiſter: ceu canis: Reſpondit ille:* (Imo non invitus aut inepte ſic dixi, ſed ultro, ut odii ſc. gravitatem tanto melius exprimerem) *Aſinus enim dilaniando oſſa comminuit, ſed canis non diminuit* (ſaltem enim arrodit). Sed erat illa Lex quaſi Lex talionis, etenim habuere Literatos ſibi infenſiſſimos, unde forſan illud ſibi perſuaſerant, quod ſervus Parmeno apud Comicum (45) qui *eum qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte ducit, cum laborem inanem ipſius capiat, & illi adferat moleſtiam*, neque ergo eos in oculis ferre voluere, quos juratos hoſtes experiebantur, cujus reciproci odii multa veſtigia hinc inde leguntur אמר רבי אלעזר עם הארץ מותר לנחרו ביום הכפורים שחל להיות בשבת אמרו לו תלמידיו רבי אמור לשוחטו אמר להם זה טעון ברכה וזה אינו טעון ברכה (46) *Dixit R. Eleazar: Plebejum fas eſt jugulare, etiam in* (ſolenni) *Expiationis feſto incidente in diem Sabbati* (quo tamen ſanctiorem & ab omni opere liberiorem non habebant) *Regeſſere Diſcipuli: Bone Magiſter, dic potius fas eſſe eum mactare* (cum illa vox ſit mollior). *Reſpondit*: (Non) *Nam cum mactandum eſt, preces conſuetæ recitantur, cum jugulandum, non opus precibus*. Sic Plebejus ne quidem dignus habitus eſt, qui mactarerur, &, niſi fallor, eo honore etiam libenter caruiſſet; Sed aadiamus etiam quanto ſupercilio Phariſæi tempore Chriſti plebem deſpexerint, inſignem oppoſitionem ſe inter & vulgus facien,es: Μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν, ἢ ἐκ τῶν φαρισαίων; Ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον ἐπικατάρατοί εἰσι (47) *Numquis ex Principibus crediderit in ipſum aut ex Phariſæis, ſed populus ille* (עם הארץ) *ignorans legem maledictus eſt*. Digna certe Phariſaico tumore oratio! cui ſubnexere juvet illa Phariſæi verba,

nil

nil nisi fastum spirantia, quibus omnibus se hominibus & inprimis Publicano prætulit: *οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων*, &c. *ἢ ὡς οὗτος ὁ τελώνης* (48) *Non sum ego, ut alii homines &c. vel etiam ut iste Pualicanus*. Bene Deus! *quantum est in rebus inane*! Scilicet putabant *Literati* se solos esse עם הקודש *Populum sanctitatis*, se solos possidere *τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως*. Unde a plebejis, utpote immundis ne quidem tangi voluere, sed obviis dixere: אל תגש בי *Ne attingas me* (49). Ex hoc absurdo plura sequebantur, sc. Literatus uxorem non ducebat filiam Plebeji תלמיד חכם אל ישא בת עם הארץ *Literatus ne ducat filiam plebeji*: Ratio alibi (50) additur: רבי מאיר אומר כל המשיא בתו לעם הארץ כאלו כופתה ומניחה לפני ארי מה ארי דורס ואוכל ואין לו בשת פנים אף עם הארץ מכה ובועל ואין לו בשת פנים וכו׳ *Dixit R. Meir*: (51) *Quisquis filiam suam homioi plebejo nuptui elocat, is videtur eam ligare & leoni objicere. Uti enim leo omnia conculcat & vorat, nec quicquam veretur; ita & homo plebejus* (utpote non edoctus artem amandi) *citra verecundiam* (uxorem) *percutit, & cum ea concumbit* &c. Non adsciscendus esset plebejus viæ comes (52) עם הארץ אסור להתלוות עמו בדרך שנאמר כי הוא חייך ואורך ימיך הוא על חייו לא חס על חיי חברו לא כל שכן *Haud fas est inter peregrinandum comitem se præbere homini plebejo. Quia* (de Lege) *scriptum est* (53) *Ipsa est vita tua & longitudo dierum tuorum: Atqui plebejus homo vitæ suæ non parcit* (qui sc. legem, in qua vitæ longitudo consistit non curat) *quomodo igitur parceret vitæ alienæ?* Non licebat ipsi convictori esse, aut eadem vivere quadra (54); Unde nata aliquo modo est illa Pharisæorum calumnia in Christum: *Οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς* (55) *ille conversatur cum peccatoribus & cum iis cibum occupat*. Si quando ad incitas redactus egestate premeretur, ne dignus quidem eleemosyna videbatur: רבי פתח אוצריא בשני בצורת ואמר יכנסו בעלי מקרא בעלי משנה בעלי תלמוד בעלי הלכה בעלי הגדות אבל עמי הארץ בל יכנסו דחק יונתן בן עמרם ונכנס אמר ליה רבי פרנסני אמר ליה קרי אמר ליה לאו אמר ליה שנית אמר ליה לאו אמר ליה אם כן במה אפרנסך אמר ליה פרנסני ככלב פרנסני כעורב פרנסיה בתר דנפק יתיב רבי וקא מצטער אמר אוי לי שנתתי פתי לעם הארץ (56) *Cum aliquando magna annonæ esset caritas, aperuit cellas pecuniarias Rabbi* (Jehuda) *& palam edixit: Ingrediantur periti Sacrarum literarum, periti Mischnæ, periti Talmudis, periti Constitutionum & periti amœnioris literaturæ, sed vulgus procul esto. Ibi cum vim fecisset Jonathan Amramides, essetque ingressus, dixit: Da cibum, Bone Magister: Quærit ex eo Rabbinum didicisset Scripturam? Negat id Jonathan; quærit igitur porro Rabbi, num Mischna esset imbutus; quod & ipsum cum inficiaretur Jonathan, tum vero inquit Rabbi: Hæc si ita sunt quomodo quæso te cibare possum? Excipit Jonathan, ciba me ut canem* (obiter hic notabo harmoniam inter illam mendicandi formam & elegantissimam metaphoram a muliere Cananæa coram Servatore adhibitam (57) *Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν* *Domine! atiam caniculi comedunt de micis decidentibus de mensa dominorum suorum*) *ciba me ut corvum* (istis enim animalibus etiam esca datur, utut legem non didicerint) *Cibavit hominem* (R. Jehuda precibus illius victus) *sed cum is abiisset, pœnitentia ipsum subiit, ita ut exclamaret: Væ mihi, qui panem meum homini plebejo dedi*. Denique e consortio penitus excludebatur plebejus variisque publicis officiis, uti compendiose in *Pesachin* (58) תנו רבנן ששה דברים נאמרים בעם הארץ אין מוסרין לו עדות ואין מקבלין עדות ממנו ואין מגלין לו סוד ואין ממנין אותו אפטרופוס על היתומים ואין ממנין אותו אפטרופוס על קופה של צדקה ואין מתלוין עמו בדרך וגו׳ *Ex traditione Magistrorum ista sex de homine plebejo sunt tenenda: Non perhibent causæ testimonium; Pariter nec recipiunt ullum testimonium ab eo; Non revelant ei arcanum; Non faciunt eum tutorem pupillorum; Nec præficiunt eum arcæ eleemosynarum; Denique non ingrediuntur iter cum ipso &c.* Sed restat adhuc, quod omnium maxime horrendum est, sc. quod non crederetur ista plebs particeps futura futuræ resurrectionis אמר רבי אלעזר עמי ארצות אינם חיים שנאמר מתים בל יחיו רפאים בל יקומו דתניא מתים לא יחיו יכול לכל תלמוד לומר רפאים בל יקומו במרפה עצמו מדברי תורה הכתוב מדבר (59) *Dixit R. Eleasar, homines plebejos olim non resurrecturos, Q. S. E.* (60) *Morientes non vivent* רפאים *non resurgent. Quæsicum num aliquando, num illud* Morientes non vivent *de omnibus mortalibus accipi queat?* (Responsumque) *notanter additum esse:* רפאים *non resurgent: loqui argo Scripturam tantum de iis, qui remissos negligentesque se præbent ad discendas sacras literas*. Vides quomodo in propria prius viscera sæviere, quam tale aliquod absonum ipsis exciderit: *en quo discordia cives perduxit miseros!*

Sed

Sed nos ad noſtrum הנפטר מרבי *Novum Candidatum* ſive *Dimiſſum*: ille jam non amplius poſt carecta latere debebat, ſed illuſtrioris Academiæ membris immixtus Prælectionibus Profeſſorum, ex quorum ore מצוות רבנן *legem oralem* ſive *traditiones* acciperet, intereſſet; nec enim licuit ipſi in privatum quendam locum ſecedere, aut in umbraculis deliteſcere תניא כל עיר שאין בה עשרה דברים הללו אין תלמיד חכם רשאי לדור בתוכה בית דין מכין ועונשין וקופה של צדקה נגבית בשנים ומתחלקת בשלשה ובית הכנסת ובית המרחץ ובית הכסא רופא ואומן ולבלר וטבח ומלמד תינוקות משום רבי עקיבא אמרו אף מיני פירא מפני שמיני פירא מאירין את העינים (61) *Traditio*: *Nefas eſt Studioſum commorari in urbe decem rebus deſtituta*: ſc. *collegio judicum, qui feriant multentque ſontes*: *arca eleemoſinæ, quæ a duobus corrogetur, a tribus vero erogetur*: *Synagoga*: *balneo*: *forica*: *medico*: *chirurgo*: *libellario*: *lanio*: *Ludimagiſtro*. *Verbis Akibæ fertur, etiam fructuum generibus, nam fructus oculos illuſtrant*. Tali ſcilicet loco degeret, ubi omnia ſtudiorum ſubſidia haberi poſſent. Ita conſtitutus Talmudicis deciſionibus ac controverſiis, quæ religionem, ritus ac judicia ſpectabant, juventutem impenderet, plane uti de ſeipſo perhibet Joſephus (62) Περὶ ἑκκαίδεκα δὲ ἔτη γενόμενος ἐβουλήθην τῶν παρ' ἡμῖν αἱρέσεων ἐμπειρίαν λαβεῖν. τρεῖς δέ εἰσιν αὗται, φαρισαίων μὲν ἡ πρώτη καὶ σαδδουκαίων ἡ δευτέρα, τρίτη δὲ ἡ ἐσσηνῶν, καθὼς πολλάκις εἴπομεν. οὕτω γὰρ ᾤμην αἱρήσεσθαι τὴν ἀρίστην εἰ πάσας καταμάθοιμι. σκληραγωγήσας γοῦν ἐμαυτὸν καὶ πολλὰ πονηθεὶς, τὰς τρεῖς διῆλθον *decimum ſeptimum deinde annum ingreſſus decrevi noſtratium ſectarum guſtum aliquem capere, quas tres eſſe diximus Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſæorum; hic enim faciliorem delectum fore putabam, ſi omnes cognoſcerem, itaque duro victu & magno labore per omnes tres tranſii*. Quod ſi cui liberet terras alieno ſole calentes mutare, eo majores eruditionis theſauros cumulandi gratia, in ipſo ſitum erat, nec enim nulla hujus peregrinationis ſunt exempla; taceam interim R. Benjaminum Tudelenſem, qui colligente Eruditiſſ. *Bartoloccio* (63) Galliam, Italiam, Græciam, Macedoniam, Ægæi maris inſulas, Phrygiam, Pamphiliam, Armeniam, Aſiam majorem, utramque Syriam, & uno verbo dicente Cel. *Buxtorfio* (64) totum fere orbem ſuis itineribus emenſus eſt. Taceam Acutiſſimum Abarbenelem, cujus variæ, quæ expertus hinc inde fuit, fata conciſe, erudite tamen, veluti in tabula depinxere Solertiſſimi ac Famigeratiſſimi *Actorum Lipſienſium Collectores* (65) Taceam multos alios ob inſtituti rationem. Eo uſque autem Studiis ſuis impalleſceret Studioſus, donec dignus judicari poſſet, qui חבר eſſet, & ſuprema laurea honoraretur; Quomodo a ſe genere debuerit ille Magiſterii candidatus, patet ex codice Demai (66) המקבל עליו להיות חבר אינו מוכר לעם הארץ לח ויבש ואינו לוקח ממנו לח ואינו מתארח אצל עם הארץ ולא מארחו אצלו ובכסותו רבי יהודה אומר אף לא יגדל בהמה דקה ולא יהא פרוץ בנדרים ובשחוק ולא יהיה מטמא למתים ומשמש בבית המדרש *Qui in ſe recipit ſe fore* חבר (id eſt uti explicat Cl. Joannes Coccejus (67) ἐκ τῆς ἀδελφότητος καὶ ἑταιρίας τῶν πεπιστευμένων περὶ καθαρότητος) *is non vendit plebejo recens aut aridum, neque accipit ab illo recens & ſucculentum, neque ex via divertitur ad talem neque recipit illum hoſpitio aut lecto R. Jehuda: Neque alet parvum pecus, neque erit effuſus in juramenta & riſum, neque ſe polluet mortuorum contactu, & miniſtrabit* (R. Salomon Iſaacides explicat tale miniſterium Academicum per doctrinam a ſapientibus hauriendam) *in Academia*. Scilicet nunc Apollini totus devovendus erat, debebat ergo ab indecoris actionibus ſegregari, ut ſuum deinde faceret illud Flacci (68) *Me doctarum hederæ præmia frontium ſecernunt populo*. Sed hic eſt ille promotionis gradus, qui nunc ſequitur uberius nobis illuſtrandus.

NOTÆ IN CAPUT SEXTUM.

(1) פרקת *per totam Sect.*

(2) *In lib. cui rubr. ceremonies & couſtumes Qui s'obſervent aujourd huy parmy les juifs. (ut or. n. verſione Gallica edita & aucta per Simonville) quatr. part. chap.* 2.

(3) *Tam. cod.* יבמות רשים *cap. 6. Conſ. Hottinger. Jur. Hebr.* 7.

(4) *Vid. apud Dilherr. Atr. ling. Sanc. p.* 120. *Ex Gloſſ. in Zevachin. fol. 2. Conſ. Ligtf. Hor. Heb. in Act. Ap. p.* 712.

(5) *In Berach. cap. 1. fol.* 6. 1.

(6) *Eſ.* 50. 10.

(7) *Buxt. Syn. Jud. p.* 142.

(8) *Cap. 8. in pr.*

(9) *Ibid.*

(10) *Cap.* 43. 21.

[11] *Jo-*

(11) *Joma cap. 8. fol. 82. 1.*
(12) *Majmon. Chagiga cap. 2.*
(13) *Luc. 2. 41. 42.*
(14) *Ib. v. 40.*
(15) *Schemot Rab.*
(16) *Epist. ad Magnes.*
(17) *Fol. 82. 1.*
(18) *Synagog. Jud. 143. c. 7.*
(19) *In Stud. Hebr.*
(20) *Fl. Jos. in Vita sua.*
(21) *Sanhedr. cap. 7.*
(22) *Buxt. Lex. p. Rabb. p. 940.*
(23) *Buxt. Synag. Jud. cap. 7.*
(24) *Differt. I. de Dec. Otios. §. 139.*
(25) *Ibid. §. 38.*
(26) *Fol. 26. 2. f.*
(27) *Cap. 4. §. 11.*
(28) *Vid. rationem apud Pokok. Port. Mos. p. 10.*
(29) *Observat. Sac. p. 297.*
(30) *Fol. 22. a m.*
(31) *Comment. in h. l. Sot.*
(32) *Jer. 31.*
(33) *Joh. 7. 49.*
(34) *Pag. 21.*
(35) *1. Cor. 14.*
(36) *In orat. post. redit. ad Senat.*
(37) *Sota fol. 39. 1.*
(38) *Trumoth fol. 44. 2.*
(39) *Ho. Hebr. in Matt. c. 2. v. 4.*
(40) *Cap. 1. Sanhedr.* פרק.
(41) *De arte Poetica.*
(42) *In Pesachim fol. 49. b.*
(43) *Libr. Misch. de ux. Adul. Susp. p. 519.*
(44) *Pesach. fol. 49.*
(45) *Io Hycra.*
(46) *Pesachim fol. 49. 6.*
(47) *Joh. 8. 48. f.*
(48) *Luc. 18 11.*
(49) *Drus. ex Juchasin de 3. Sec. f. p. 98. &c.*
(50) *Vide apud Buxtorf. Abbreviat. Hebr. pag. 152.*
(51) *Pesach. fol. 49.*
(52) *Ibid.*
(53) *Deut. 30. 20.*
(54) *Vid. Drusius de trib. Sect. Jud. pag. 93. alii.*
(55) *Luc. 15. 2.*
(56) *Bava Batra fol. 8. 6.*
(57) *Mar. 15. 27.*
(58) *Fol. 49.*
(59) *Chetubot. fol. 3. 6.*
(60) *Esa. 26. 14.*
(61) *Sanhedrin. cap. I. §. 18.*
(62) *In vita sua.*
(63) *In Biblioth. Magn. Rabbin. in* שנים.
(64) *Bibliot. Rab. p. 372.*
(65) *Ann. 1686. p. 527.*
(66) *Cap. II. §. 3.*
(67) *Comment. in Sanhedr. p. 308.*
(68) *Ode I. ad Mecœnat.*

CAPUT VII.

Quædam ambitio licita. Non licuit honores Magisterii sitire. Ratio. Exemplum R. Siræ. Ambiebant tamen, sed honeste. Quare? Credebantur iis peccata remitti. Nec tamen invadere decebat. Omnibus Tribubus via ad eos patebat. Exclusa prosapia Eli. Debuit Promovendus honesto loco ortus esse. Non Spurius. Admissi tamen quidam spurii. Imo illiteratis Sacerdotibus prælati. Justa ætas requirebatur. Illa erat Annus tricesimus. Removebantur insigni corporis deformitate laborantes. Eunuchi. Cœci. Non tamen omnes. Servasset Candidatus integram famam. Esset Pius. Verus. Fortis. Humilis. Exemplum Hillelis. Non esset Morosus. Non Multiloquus. Non in risum propensus. Non avarus. Non αὐτοδίδακτος. *Præferebatur ille, qui jussus bonum opus faciebat, ei, qui injussus. In publicis Scholis edoctus esset Promovendus. Aliorum commilitonum consortio usus. Publico Notus, Bonus Academicus. Versatus in Scriptura ab incunabulis. Peritus traditionum.* Πολύγλωττος *Gnarus Exoticarum Scientiarum. Exercitatus. Aptus ad docendum. Bonus Disputator. Talis Examinandus. Examinatus Promovendus. Promotio ipsa dicta* סמיכה *Unde? Unicus saltem Gradus. Promotor* סומך. *Debuit prius esse* נסמך. *Primo omnis Promotus habuit potestatem promovendi. Deinde non nisi impetrata Principis venia. Unus promovere nequit. Requirebantur testes: Tres ad minimum. R. Judæ exemplum extra ordinem. Princeps Senatus non potuit promovere, nisi præsente Patre domus judicii: Nec hic nisi illo præsente. Locus. Specialis Academia. Generalis Terra Canaan. Extra eam promovere non licuit. Extra Promotis longe inferior dignitas. Absens etiam creari potuit per literas. Ritus promotionis. Collocatio in cathedra. Exhibitio libri. Ornatus togæ. Exemplum Elisæi. Traditio clavis. Inde Hebræorum* פתח *&* מפתחא. *Clavis potestatem notat. Apud Romanos novæ nuptæ claves tradebantur. Clavis Petro data. Servabatur hoc insigne a posteris: Sin nulli! cum possessore sepeliebatut. Impositio manuum. A Deo vel usurpata: vel mandata: a Judæis continuata: ad Christianos derivata: Ethnicis non ignorata. Variæ ejus species. Adhibebatur consecrandis victimis: Benedictioni: Sanandis ægrotis: Initiandis Catecumenis: Absolvendis Pœnitentibus. Ordinandis Præsbyteris. Renunciatio. Ejus formula. Promoto accinebatur. Desiit tandem* סמיכת ידים. *Notatur Ligthfoot. Magistrorum privilegia. Extendebantur ultra terram Canaan. Poterant restringi. Quot una vice promoveri poterant. Promovebantur deinde ad ministerium: Per gradus: non per saltus. Pomposa Æchmalotarchæ creatio. Immiscentur loca Sacra illustranda.*

NON

NON omnis inhonesta est ambitio, uti nec omnis honos est illicitus; ingeneravit natura omnium fere hominum cordibus aliquam honoris avaritiam, aliquod laudis desiderium, & qui in ambitionem maxime invehuntur, eo ipso sepissime quadam ambitione tanguntur; causam nostram hac in parte agat ille, qui multorum causam erudite egit, Ciceronem puto: *Trahimur omnes*, inquit (1), *studio laudis, & optimus quisque gloria ducitur; Ipsi Philosophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, & in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt*. Singulare prorsus est exemplum Saulis, qui (2) corona tegendus, seipsum texit, maluitque in latebras se demittere, quam in solium evehi: Habuere quidem & Rabbini in sua promotione verecundiæ lineam ad hanc quasi normam ductam Auctore *Schemaja* Rectore quondam Hierosolymitano: אהב את המלאכה ושנא את הרבנות ואל תתודע לרשות: (3) *Ama opus, & aversare Recturam s. Rabbinatum neque fias familiaris potestatibus*: Sic & R. Eleazar aliquod fastigii fastidium hoc apophtegmate inculcare studuit (4): לעולם הוי קבל וקיים *Perpetuo sit obscurus & eris superstes*; Ratio cur fugerentur honores alibi datur: אוי לה לרבנותא שמקברת את בעליה (5) *Væ principatui, quia sepelit, qui eum obtinent*, scilicet, explicante *Clarissimo Cocejo* (6) *ob curas & solicitudines inevitabiles, aut delicta, in quæ ob licentiam facilis est lapsus, & in eminentioribus sunt insigniora & magis noxia*; Hæcce æqua lance ponderant R. Sira Promotioni se subduxit (7) רבי זירא הוה מיטמר מלמס מכיה *R. Sira occulebat se ne promoveretur*. Nihilo tamen minus Hebræi studiosi Magisterii honores exambierunt (utut virtute ambire oportebat), idque non solum quia Promotionem inter antiquissimos ritus referebant, sed & quia sancitum erat, neminem nisi legitime Promotum capitales causas decidere posse, imo, quod adhuc superat, persuasi erant tali promotione peccata remitti juxta illud (8) אין ארם עולה לגדולה אלא אם כן מוחלין לו על כל עונותיו *Nemo ad dignitatem evebitur, quin ei remittantur peccata*. Sed utut deceret ambire, non tamen licebat invadere; haud secus ac de Sacerdotio Apostolus (9) Καὶ ȣ̓κ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τ̀ τιμὴν, ἀλλα ὁ καλȣ́μενος ὑπὸ τȣ̃ Θεȣ̃ καθάπερ ὁ Ἀαρων. *Nemo sibi ipsi sumat eum honorem, sed vocatus a Deo, ut Aron*: Sic & ne quis Magisterii honores aut functiones propriis quasi manibus capesseret, cautum est apud *Maimonidem* (10); in quam legem peccasse legitur Moses aliquis, qui in Hispania Magisterii functionem ipse occupavit (11) Patebat quidem omnibus ad hanc lauream via, sed virtute strata: Omnibus tribubus suspensa erat illa corona, nec enim ad solius Levi familiæ caput, cum Sacerdotio, restringebatur כן אמרו במסכת יומא אמר רבא לא משתכח צורכא מרבנן דמורי אלא או דאתי משבט לוי או דאתי משבט יששכר משבט לוי דכתיב יורו משפטיך ליעקב וגומר משבט יששכר דכתיב ומבני יששכר יודעי בינה לעתים ואימא יהודה נמי דכתיב יהודה מחוקקי (12) *Sic dixerunt in tractatu Joma, dixit Rabba non deficiet robur Sapientum?* Subtiliores sc. Literati) *qui doceant, sed aut veniet de tribu Levi aut de tribu Isachar. De tribu Levi, quia scriptum est: Docebunt Judicia tua Jacobum &c.* (13) *aut de tribu Isaschar, quia scriptum: & ex filiis Isaschar scientes prudentiam opportunitatum* (14) *dicam etiam Juda: quia scriptum* (15) *Juda legis doctor meus*. Hic tribus tribubus vindicatur illa licentia, sed nec tamen solis competiit, nam R. Hillel e tribi Benjaminis oriundus fuit, quod enim, in *Bereschit Rabba* (16) & ab *Abarbanele* (17) alibique Davidi incunabula debere dicatur, id de linea materna intelligendum est cum (18) הלל היה מזרע דוד מאמו ולא מאביו *Hillel fuit de semine Davidis per matrem suam non per patrem*, jam vero ex materna familia denominari noluere Hebræi juxta tritum illud משפחת אם אינה משפחת *familia matris non est familia*. Ut mille alios aliunde ortos taceam; Quis adducatur, ut credat omnes, qui sub tempore N. Fœderis Synedrio interfuisse dicuntur, de Levi originem traxisse, præsertim cum mentio fiat Seniorum (19) Pharisæorum (20) & Sadducæorum (21) a Sacerdotibus distinctorum? jam vero Præsides curiæ etiam plerumque Præsides Academiæ fuere, & ad minimum, si jus ipsorum ad capitales pœnas extenderetur, promoveri debebant. Diffiteri tamen nolumus exclusam fuisse prosapiam Eli, unde illud in *Sanhedrin* (22) רבי חנינא ורבי הושעיא הוה קא משתקיר רבי יוחנן לסמיס כינהו לא הוה מסתייעא הוה קא מצטער טובא אמרו ליה לא נצטער מר דאנן מרבית עלי קאתינן דאמר רבי שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן שנינו שאין נסמכין לבית עלי שנאמר לא יהיה זקן בביתך כל הימים *R. Chanina & R. Hosanja studebat R. Jochanan promovere. Non successit. Id cum val-*

valde moleste ferret, dixerunt: Ne crucieris Domine, nos enim e familia Eli oriundi sumus; Nam quod verbis R. Jonathanis refert R. Samuel: Non fit senior ex familia Eli, quoniam legimus (23) *Non erit senior in domo tua ullo tempore.* Ea scilicet reverentia habebatur divino fulmini in caput Posterorum Eli ejecto, ut tanti honoris consortes (24) non ducerentur.

Id tamen non ita accipiendum est, quasi excepta domo Eli, cæteri omnes cum dignis indigni admitterentur: Absit! *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* Nunc ergo ad illa requisita, quæ Candidato præfigi solebant: Ratione Generis debebat honesto loco & legitimo thoro natus esse, quod si spurius esset, procul abesse jubebatur (25): nec tamen perpetua fuit illa regula, quin suas passa sit exceptiones, etenim cum non esset in ipsius hominis potestate, nasci ex legitimo conjugio aut extra illud, injustum duxere Hebræorum Magistri, eum qui insignem aliquem in studiis progressum facere potuerat, hanc solam ob rationem removere, quin potius & ipsi honores concessere, & Sacerdoti illiterato (de quo supra) prætulere חכהן קידם לוי לישראל ישראל לממזר ממזר לנתין לגר וגר לעבר המשורר איסתי בזמן שכולן שוה אבל אם היה ממזר תלמיד חכם וכהן גרול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכוהן גרול עם הארץ (26) *Sacerdos præcedit Levitam, Levita Israëlitam Israelita Spurium, Spurius Nethinæum, Nethinæus proselitum, Proselitus servum manumissum. Quo casu hæc dicuntur? Eo, inquam, quo omnes sunt pares; Sed si Spurius sit Vir Doctus, & Sacerdos maximus literarum expers. Spurius ille Doctus præcedit Sacerdotem Magnum, qui de vulgo est.* Ratione ætatis non certe puero tradebantur Academica insignia, quibus alias ipsi ludendum foret. R. Asche Babylonius Academiæ quidem Soranæ præfecturam decimo quarto ætatis suæ anno suscepit, quod merito miratur Celeber. *Bartoloccius* (27) dicendo: *Videtur incredibile, quod puero* 14. *annorum commissa fuerit cura & directio Academiæ numerosissimæ (si Judæis credimus) sed homines puerilibus doctrinis imbuendos, Doctorem puerum merito habere oportebat.* Hæc ille: aliter vero ipsi Judæi, qui, quibus laudibus eum Gemaræ sc. Auctorem prosequantur, nesciunt. Sed quicquid sit! *una hirundo non facit ver*; imo nec inficiemur plures cathedram imberbes conscendisse, notum est inter alia exemplum Jeremiæ, qui Propheta constituendus de sua juventute (28) coram Deo queritur: ואמר אהה ארני יהוה הנה לא-ירעתי דבר כי נער אנכי *Et dixit: Aaa Domine Deus ecce ignoro loqui, quippe qui juvenis sum:* at ut talia exempla nos non feriunt, utpote extraordinaria, ita nullus ambigo, quin certus alias ætatis terminus positus fuerit; Fidem dicto faciat præter alia, quod studiosis ante vicesimum quintum annum non concessum fuerit ex accuratiorum Rabbinorum instituto exoticis discip,inis (29) incumbere, ut scilicet eo maturiori & confirmatiori judicio in iis addiscendis uterentur; Quia quod adhuc magis est, per priscorum Hebræorum statuta nemini licuit ante tricesimum annum Canticum Canticorum aut exordium finemve libri Ezechielis (30) evolvere aut scrutati; in quibus tamen procul omni dubio versatum esse oportebat, qui Theologiæ Doctoris titulum desiderabat. Unde patet, inferiorem tricenario ægre fuisse admissum, in quo Promovendi pares habuere Levitas, quibus non nisi defunctis tricesimo anno sacra munera (31) concredebantur, quamvis etiam illud tempus aliquando fuerit (32) anticipatum. Ratione corporis & formæ Candidati omni corporis deformitate carere debebant, ita ut essent מנוקין מכל מומי חנוף (33) *ab omni corporis nævo immunes*; rejiceretur ergo Eunuchus (34), rejiceretur etiam cœcus (35) sed ab utroque oculo, qui enim defioculus erat seu altero tantum oculo captus, non plane eliminabatur (36), imo cœcitati, utpote ex diligentia contractæ vel etiam connatæ venia aliquando data est; tantum enim enim abest, ut cæcitas Josepho, qui Psalmos vertit, vitio verteretur, ut laudi potius ipsi duceretur, in summa enim cœcitate סגי נהורה *lumine abundans* dictus est. Verbo: istæ, quas nominavimus, virtutes in viribus hominis non erant sitæ, ideoquæ requirebantur quidem, sed non nimio rigore, quis enim naturæ vitium corrigere, quis canos sibi ipsi largiri valeret, quis aliam radicem aut genus donare? Propterea inter externas dotes tales censebantur, quibus solis privatus Promotionis honore non statim debuit privari, alia vero fuit internarum virtutum ἀκρίβεια.

Itaque quod virtutes Ethicas ac Theologicas concernit. debebat candidatus esse *integer vitæ scelerisque purus* a teneris, ut dici assolet, unguiculis, ita ut a pueritia nulla ipsi infamiæ nota esset inusta, sed illæsam semper famam, nomenque nulla criminis macula conspurcatum (37) tuitus esset; si enim solutio-

tioris vitæ a primis aunis ſuſpectus, aliquas ſordidioris famæ rugas, male vivendo, contraxiſſet, in id cacumen evehi non poterat, utut ipſius eruditio id interdum flagitare poſſe videretur; caſtigari enim debuit, cujus vita non ſatis erat caſtigata; Hoc Ananes aliquis expertus eſt [38], cujus eruditio licet ſummos Promotoribus honores extorquere poſſe videretur, fecit tamen inquinata vitiis fama, ut rejiceretur, cum illa Poetæ verba [39] ſua facere non poſſet: *Non fuit ingenio fama maligna meo*. At ut Paulus Apoſtolus integram a puero famam conſervaverat, cujus mens recti conſcia nulla culpa palleſcebat, adeo ut coram Agrippa ad anteactam vitam provocare non erubeſceret [40) Τὴν μὲν ὖν βίωσίν μυ τῆς ἐκ νεότητος, τ̀ ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μυ ἐν Ιεροσολύμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ιυδαῖοι. Προγινώσκοντές με ἄνωθεν [ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν] ὅτι κατὰ ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα φαρισαῖος *Vitam igitur meam ex juventute, quomodo ab initio tranſacta ſit inter populum meum Hieroſolymis, norunt omnes Judæi. Præcognoſcentes me a ſuperiori [ſi teſtari velint] quod juxta ſtrictiſſimam ſectam noſtræ religionis Phariſæus vixerim*. Ita tale inſtitutæ vitæ teſtimonium producere oportebat, qui expectatam ex ea laudem reportare diſcuperet. Nunc porro in ſpecie deſcendamus ad eas virtutes, quæ in præſenti noſtrum Candidatum ornare debebant: Agmen inter eas ducat *Pietas* [41], quæ reliquarum quaſi fundamentum eſſet, ideo enim dixere [42] Rabbini, quod homo, licet profundiſſime eruditus, ſi timore Dei careat, ſimilis ſit theſaurario, qui, cum intimi ærarii claves habeat, exterioris oſtii, qua ingrediatur, clavem non habet. Pietatem excipiat *Veracitas* [43], qua eo magis opus fuit, quo pejor erudiendorum foret conditio, ſi fabulæ & fumi ipſis a Magiſtro venderentur; hinc Majmonides [44] משאן ומתנן של תלמידי חכמים באמת ובאמונה אומר על לאו לאו ועל הן הן: *Negotiatio Studioſorum ſapientiæ in veritate & ſinceritate fieri debet, pronunciando de non, non; & de ita, ita*; qeod idem ſuis aliquando diſcipulis inculcavit Magiſter noſter a cœlo deſcendens, uti Nicodemo [45] cluet, qui ſupervacanea juramenta, quippe quæ fidem dubiam potius reddebant, quam ſtabiliebant, aboliturus ait [46] Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, Ναὶ, ναὶ, Οὒ ὄ. τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. *Sit a. ſermo veſter; Ita ita, Non non; quod enim ſupereſt, ex malo eſt*. Requirebatur etiam *Fortitudo* [47] utut non tam lacertorum, quam animi robore conſtans, hinc vulgatum illud apud Rabbinos [48] אין הנביא שורה אלא על חכם גבור ועשיר *Non habitat Prophetia niſi apud Sapientem, fortem & divitem*. Non talis eſſet illa fortitudo, quæ animum inflaret, ſed quæ potius conjunctam ſecum haberet *Manſuetudinem*, quæ virtus Hilleliano nomini eximium decus addidit, ipſumque Hillelem Doctori Schammai, utpote rigidiori & moroſiori, antepoſuit: Narratur inter alias lepida de illo hiſtoria, quomodo fuerint duo improbi homines, qui ſibi invicem, facta ſponſione, quadringentas florenas fuere polliciti, quas pro præmio ferret, qui Hillelem irritaſſet; Is vero, qui eas in ſe partes ſuſceperat, ut bilem manſuetiſſimo Doctori moveret, die Veneris circa Veſperam, quæ Sabbati initium eſt, cum Hillel caput pecteret, fores ejus acceſſit, rogando: (49) *Hiccine eſt Hillel*? Hillel indutus pallio, obviam ei proceſſit, dixitque: Mi Fili, quid quæris? At ille: aliquid habeo, quod terogarem. Cui Hillel: Quæras, inquit, mi fili, Tunc quæſivit: *Quænam eſt ratio, quod Babyloniorum capita ſint rotunda?* Reſpondit Hillel: Mi Fili magnam propoſuiſti quæſtionem, ſcias tamen rotunditatem capitis ſtupiditatis eſſe indicium; Iterum poſt unius horæ intercapedinem aliam aliamque ejuſdem farinæ eadem importunitate Irritator ille quæſtionem propoſuit, non alio animo, quam ut ſenem in iram provocaret, ſed infecta ſemper re diſceſſit, ita ut, quos depoſuerat, florenos ei, cum quo convenerat, ſolvere cogeretur, eo quod Hilleli ſtomachum nulla arte movere poſſet. Narratur alias hiſtoria prolixius latino idiomate apud Cl. *Georgium Gentium* [50], ſi cui eam perlegere volupe fuerit. Sed & Moſen egregia illa virtus commendavit [51] והאיש משה ענו מאד מכל האדם אשר על פני הארמה *Sed erat vir Moſes valde manſuetus præ omni homine in terra*: Ut nihil hic referam de Servatore Noſtro, qui ut in omnibus virtutibus, ſic & in ea facem ſuis diſcipulis præferebat [52] μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, inquit, ὅτι πρᾷός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. *diſcite a me, quia humilis ſum & manſuetus corde*. Talis eſſet & noſter Candidatus, nam סיג לחכמה שתיקה לפיכך לא ימהר להשיב ולא ירבה לדבר וילמד לתלמידים בשובה ונחת בלא צעקה ובלא אריכות לשון הוא שאמר שלמה דברי חכמים בנחת נשמעים [53] *Sapientiæ ſepimentum eſt ſilentium; quapropter in reſpondendo non præceps feratur, neque multiloquus erit,*

ſed

ſed docebit diſcipulos moderate & cum modeſtia, ſine vociferatione & phraſium ambagibus, hoc eſt, quod dici, Salomo [54] *Verba Sæpientum audiuntur in ſilentio ſ. modeſtia*. Quam conformia ſunt & hæc exemplo Servatoris noſtri, de quo præter Eſaiam Matthæus [55] Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. *Non litigabit, neque vociferabitur, neque quis vocem illius in plateis audiet*. Fluit ergo ex hac Manſuetudine juſta *Taciturnitas & Moderatio*; nemini enim decorum unquam putabatur buccam verborum inaniis replere, & nihil niſi inconditum ſonum effutire. Reprehendit quondam tale in Gentilibus multiloquium Noſter Servator, verborumque paucitatem inter precandum ſuis commendavit [56] Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. *Orantes ne multa loquamini, veluti ethnici, qui putarunt in multiloquio ſuo ſe exaudiri*; Sic & nihil, niſi quod vel demorſos ungues ſapiebat, vel neceſſarium omnino erat, evomendum לעולם ירבה אדם בשתיקה ולא ידבר אלא בדבר חכמה או בדברים שצריך להם לחיי גופו [57] *Perpetuo ſit multus in ſilentio, neque loquatur, niſi quæ ſapientiam redoleant, aut vitæ corporalis neceſſitatem exprimant*. Ita & memoratur Rabbinus aliquis, cui nullum unquam otioſum verbum ex ore excidit אמרו על רב תלמיד רבינו הקדוש שלא שח שיחה בטילה כל ימיו [58] *Referunt de Rab diſcipulo Magiſtri noſtri Sancti* (R. Jehudæ) *quod nunquam ſermonem otioſum locutus ſit*; ut diceres eum bonum virum frequentaſſe Scholam Apoſtoli dicentis (59) Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω *omnis pravus ſermo ex ore veſtro ne egrediatur*; Vel ipſi Chriſto aures præbuiſſe docenti (60) ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως *quod omnis otioſi verbi, ſi quod loquantur homines, rationem reddant in die judicii*. Ut itaque nec in loquacitatem, ſic nec in nimium riſum propenſus eſſet, quo non parum auctoritati ipſius detraheretur, nam (61) מי שרב שחקו מתמעט מוראו *Qui multus eſt riſu, parvus vel nullus eſt auctoritate*. Hiſce virtutibus accedere debebat *odium* αἰσχροκερδίας *ſive Turpis lucri* (62), quod etiam in Epiſcopo requirit Paulus (63); foret alias, ut, ad faſces aliquando evectus, ſi in cathedra collocaretur, ſuum diſcipulis ſtipendium vel derogaret, vel non juſte erogaret, aut, ſi in Tribunali, ad Plutonis arbitrium ſus, Vertumni inſtar, flectoret. Sorte itaque ſua contentum ne extraordinarium quidem minerval poſtulare decebat (64), ſed in proprio ſtipendio acquieſcens, alieno ſudore veſci turpitudini ſibi duceret; Mediam hic viam præſcribit *Majmonides*, qui utramque apud nos paginam facit (65) לא היה בעל נפש רחבה נבהל לחון ולא עצל ובטל ממלאכה אלא בעל עין טובה מעט עסק ועוסק בתורה ואותו המעט שהוא חלקו ישמח בו *Non ſit avarus, qui* (pleno quaſi impetu) *foratur ad opes* (cumulandas, *nec triſtis & ab opere deſes, ſed benevolus, modici laboris & occupatus in lege: Et in illo exiguo, quod eſt pars ipſius* (vel portio, quam ipſi Deus diſtribuit) *lætabitur*. Et quid quæſo moribundo Prophetæ ac Doctori Samueli, ſeni piiſſimo eique juſtiſſimo, animum aliud addidit, quam animus nullius injuſti lucri, nullius illicitæ avaritiæ conſcius, ut tam prolixo ſermone ſuam innocentiam coram toto populo (66) ipſe profiteretur? nullam injuſtitiæ labem, & ne umbram quidem paſſurus: Sic noſter Candidatus eſſet (67) המנוקה בצדק *Mundus per Juſtitiam*, ut ſuo aliquando officio reſignaturus, eodem cum Samuele teſtimonio dimitteretur. Conferantur hæc cum iis, quæ a ſuo Candidato flagitat *Paulus* (68) quem jubet eſſe σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, κόσμιον, μὴ ὀργίλον, ἀφιλάργυρον &c.

Sed ut brevius aliquanto filum ducamus, (quis enim omnes virtutes intra poſitos brevitatis limites numerando percenſebit? ſuffecerit maxime neceſſarias brevi penicillo delineaſſe) tandem ad *Eruditionem* hominis deveniamus; ubi prius obſervabimus gravatim admitti potuiſſe αὐτοδίδακτον, (69); beatior enim, quod mireris, apud Rabbinos putabatur, qui Juſſus ſuo officio ſatisfaciebat, quam qui injuſſus, idque non in literis ſolum, ſed & in aliis rebus (70) כשמעו חכמים בדבר אמרו ומה מי שאינו מצווה כך מצווה ועושה עאכ״ו דאמר רבי חנינא גדול מצווה ועושה ממי שאינו מצווה ועושה אמר רב יוסף מריש הוה אמינא מאן דהוה אמר לי הלכה כרבי יהודה דאמר סומא פטור מן המצות עבידנא יומא טבא לרבנן אנא לא מיפקידנא וקא עבידנא השתא דשמענא להא דאמר רבי חנינה גדול מצווה ועושה יותר ממי שאינו מצווה ועושה מאן דאמר ליה דאין הלכה כרבי יהודה עבידנא יומא טבא לרבנן: *Cum ſapientes audiviſſent hanc rem* (ſc. quendam τῶν ἔξω, cui nomen Dema Nethinides, quia proprium lucrum reverentiæ Patri debitæ poſtpoſuerat, ingens præmium a Deo reportaſſe; quia enim ad amiculum humerale Summi Pontificis gemmas, quarum vendi-

tione ſexaginta aureorum myriadas lucrari potuiſſet, ideo vendere nolletẽ, quia ſic dormienti Parenti moleſtus eſſet, ſub cujus cervicali recondita erat clavis, anno vertente hoc ipſi pietatis præmium Deus perſolvit, ut Junix Rubra, rarum animal & Judæis inæſtimabile, in grege ipſius naſceretur &c.) *dixerunt* (mirabundi: Bone Deus!) *quod ſi ei qui injuſſu* (bonum opus) *facit, tantum defluat præmium, quanta eos, qui ex præcepto id faciunt, manere neceſſe eſt?* (Argumentatur a minori ad majus) *Dixit enim R. Chanina, longe beatiorem eorum, qui juſſi, quam qui injuſſi recta peragunt, eſſe conditionem.* (Huc pertinet illud) *R. Joſephi,* (qui cum luminibus orbus eſſet,) *principio dicere ſolebat: Si quis certiorem me reddat, R. Judæ opinionem, qui Cœcos ab obſervatione præceptorum liberos pronunciat, in Sanctionem Magiſtralem abiiſſe, tum ego convivium opiparum meis parabo Sociis. Nam cum ego injuſſus præcepta ſervem,* (mercedem mihi ante alios repoſitam eſſe non ſperare tantum poſſum, ſed & confidere). *Poſtquam vero ei innotuit R. Chaninæ effatum, longe melius agi cum iis, qui juſſi, quam qui injuſſi quid faciunt,* (tum vero dicebat) *ſimulac quis læto nuncio me perfundet. R. Judæ ſententiam in ſanctionem Magiſtralem non abiiſſe, tum ego ſocios ad pulchram cœnam vocabo.* Sic (71) אין מקבל עליהם שכר במצוה ועושה לא במי שאינו מצוה ועושה דאמר רבי חנינא גדול המצוה ועושה יותר משאינו מצוה ועושה *Non id præmium refert* (ὁ ἐξ τ ἔξω legi ſtudens) *quod eos manet, qui ex præcepto divino ſtudia tractant, verum illud ſolum, quo afficiuntur ſua ſponte diſcentes: Eſt vero ſecundum R. Chanina longe beatior eorum qui juſſi, præ illis, qui injuſſis diſcunt, conditio.* Videatur porro *Sota* (72) & in eum Tract. Cl. *Vagenſeil* (73) Uti ergo, qui propria ſponte bona faciebant, iis poſtponebantur, quibus illud præceptum erat, ſic & qui proprio ductu ac arbitrio Studiis invigilabat, non parem ſibi gloriam cum eo, qui ſtimulum ſentiebat, exſpectare poterat, adde periculum fuiſſe, ne vel ipſe ſuo officio impar aut ineptus eſſet, vel commodiorem propioremque inſtruendi viam, quippe quam doctus non erat, ignoraret. A primis ideo annis Sapientibus adhæſiſſe oportebat, nam מצות עשה להדבק בחכמים ותלמידיהם כדי ללמוד ממעשיהם כענין שנאמר ובו תדבק וכי איפשר לאדם להדבק בשכינה אלא כך אמרו חכמים בפירוש מצוה זו הדבק בחכמים ותלמידים (74) *Præceptum affirmativum eſt, adhæreſcere ſapientibus eorumque Studioſis, ut ab illorum operibus exemplum ſumat, quod cum eo, quod dictum eſt* (75) *collimat: Et ei adhæreto. Imo ſi fieri poſſet, ut homo divinitati adhæreſceret; Sed in hujus præcepti explanatione Sapientes ita inquiunt: Sapientibus eorumque adhære ſtudioſis.* Scilicet, ut non ſolum ex ore, ſed & more, non ſaltem ex informatione, ſed & converſatione ſapere diſceret, non ſolum aurem docentibus, ſad & oculum facientibus Magiſtris præbere, nec noctuæ inſtar lucem fugere, ſed in publicum prodire, inque reliquorum Commilitonum corona caput exſerere debuiſſet. רב אשי אמר כל האוהב ללמוד בהמון לו תבואה והיינו דאמר רבי יוסי בר חנינא מאן דאמר חרב אל הבדים ונואלו חרב על שונאי תלמיד חכם שיושבים בד בבד ועוסקין בתורה ולא עוד אלא שמטפשין וכו׳ והיינו דאמר רבי הרבה תורה למדתי מרבותי ויותר מחברי ומתלמידי יותר מכולן: (76) *Rab Aſſe ait:* (ſc. ex Ecc. v. 9.) *Qui amat diſcere in multitudine, ipſi erit proventus. Et hoc eſt, quod dicit R. Joſe filius Chaninæ: Quid quod ſcriptum eſt* (77) *Gladius ſuper Baddim, & ad inſaniam rediguntur. Gladius in hoſtes diſcipulorum ſapientis, qui ſedent Bad bebad* ɔ: *ſoli, & legi ſtudent. Quin etiam, in furorem aguntur &c. Et hoc ipſum eſt, quod ait Rabbi: Magnam partem eruditionis didici a Præceptoribus meis, majorem a Sociis, multo maximam a Diſcipulis.* Nota inſuper eſſet ipſius eruditio in publicum, quod ſemper fuiſſet ſedulus תלמיד בעל ישיבה (78) *Academicus*; quod מן בית מקדשא לבית מדרשא (79) *Ex Eccleſia* & populari inſtitutione *in Academiam* ſubtilioremque informationem progreſſus fuiſſet; imo quod מבית מדרש זה אל בית מדרש זה (80) *ex uno diſputandi loco in alium*, ex una Academia in aliam iviſſet, ut indefeſſi tandem ſtudii rumor totam Academiam circumſtreperet, ita ut videretur nunc fere dubiam facere poſſe eruditionis palmam R. Eleazari Hircani Filio, de cujus ſtupenda eruditione Rabbini אם היו השמים גוילים וכל עצי הלבנון מסין ומי דיו לא יספיקו לחכמתו וגומר (81) *ſi fuiſſent cœli membranacei, & omnia Libani ligna eſſent calami ſcriptorii, non ſufficerent pro ſapientia ejus deſcribenda.* In ſpecie autem debebat eſſe verſatiſſimus in Sacro Codice, ut mereretur dici מופלג בחכמת התורה (82) *Excellentiſſimus in doctrina Legis*, qualis Timotheus, ab incunabulis ea inſtructus, teſte Paulo ipſius Magiſtro (83) Καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας &c.

&c. *Et quia ab infantia nosti sacras literas &c.* Debebat porro Traditiones, Mischnam & Gemaram, Rabbinorumque Commentarios insigniores nocturna diurnaque manu evolvisse, quod fere solum est, quod a promovendo exigi nominat *Leo Modena*, inquiens (84): Les Rabins ne recherchent point le Doctorat, & ils tiennent pour une vante honteuse, de temoigner en avoir envie, aussi ne les examinet-on pas; mais quand on voit quelque Scavant propre a etre Rabin, cest a dire, qui a etudie la Loy de bouche plus que tout autre science, alors la voix commune l' estime Docteur, & le nomme Cacham, ou Sage: *Rabbini non curant quicquam supremos Promotionis honores, & ignominiosæ vanitati ducunt, ullam desiderii notam prodere*. (est testimonium in propria causa, neque tamen, uti in principio hujus capitis significavimus, eos honores avide ambire oportebat) *neque examini se submittunt* (loquitur de recentioribus) *sed quando occurrit aliquis eo honore dignus, hoc est, qui legi orali* (ↄ: traditionibus) *præ reliquis scientiis studuit, communi voce Doctor æstimatur, vocaturque* הכם *vel Sapiens*. Debebat etiam esse יורע ברוב הלשונות (85) *Peritus plurium linguarum sive* πολύγλωττος, postquam scilicet Judæi ex proprio quasi nido ejecti alienis magis, quam vernacula, linguis uterentur. Esset deinde בעל רעה מרובה (86) *multiplici sapientia exclutus* &c. יורע קצת משאר החכמות (87) *aliqua ex parte literarum exoticarum gnarus*, quo, si quando vel in Historicis, vel in Physicis, vel in Ethicis, vel in Mathematicis aliisve discursus esset instituendus, objectum sibi nodum feliciter solveret, ne ignorantiam semel prodendo, honoris jacturam pateretur. Hisce accedere debebat exercitium atque praxis: nam לא המרש הוא העיקר אלא המעשה (88) *Eruditus sermo non est præcipuum; sed praxis*, ut ita & ore & re prælucere reliquis posset. Hinc νεόφυτος a Paulo rejicitur (89) e cathedra Episcopi. Denique attendenda ipsius dona docendi, num esset (90) ראוי ללמר ולהורות בכל התורה כולה Idoneus ad docendum universam legem, qualem etiam Episcopum vult Paulus (91) διδακτικὸς scilicet; Qualis enim Doctor, si, quod ipse didicerat, alios docere non posset? nunc enim quem ipse hactenus cumulaverat ductrinæ acervum, aliis erogare ac distribuere asuesceret, haud secus ac oeconomus, qui, quod æstare corrasum est, hyeme depromit; ut huc allegemus metaphoram ipsius Servatoris nostri (92) Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά *Ideo omnis Scriba* סופר *edoctus ad regnum cælorum, similis est homini dispensatori, qui depromit ex thesauro suo nova & antiqua*. Videatur in hanc rem Celeb. *Ligthfoot* (93). Tandem si etiam bonus esset Disputator, si objectis Antagonistarum argumentis feliciter enodandis ac resolvendis par esset, vel, ut cum Maimonide loquar: יורע לשמוע ויורע לשאול ולהשיב (94) *aptus ad audiendum, interrogandum ac respondendum*, omne punctum tulisse credebatur. Examinandus itaque, num his requisitis comitatus esset; Videndum præcipue, an esset יורע לשמוע ויורע לשאול ולהשיב sive ut exprimit Apostolus (95) Ἀντεχόμενος τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. *Tenax sermonis fidelis secundum doctrinam, ut possit & exhortari in sana doctrina, & contradicentes redarguere*. In examine, quod subiret, proponendæ variæ quæstiones, ipsi enodandæ, quibus si feliciter satisfaceret, expectationi Promotoris respondebat; Hinc R. Jochanan (96) איזהו תלמיד חכם כל ששואלין אותו הלכה בכל מקום ואומרה *Quis est Literatus? Quicunque si rogatur de constitutione aliqua juris in quocunque loco* (quacunque materia) *de ea responderet novit*.

Nihil ergo nunc restabat, nisi ut innotesceret omnibus שהגיע להוראה שמוחה לרבים שמורה הוא ברשות רבי הסומכו (97) *quod attigisset aptitudinem docendi, quod Doctoribus exploratus esset atque probatus, denique facultatem per Doctorem promotorem collata, deinceps docturus esset*: id autem fieri debebat per publicam Promotionem. Promotio illa vocabatur סמיכה ex occasione loci Num. 2.7. uti eam derivat *Elias* (98) סמך נוהגים לומר על מי שנעשה רב או חבר הרב פלוני נסמך לרבנות או נתנו לו סמיכות או סמיכה והוא נלקח מן ויסמוך את ידיו עליו פירוש עשהו רב *Utuntur ea voce* סמך *de eo, qui creatur Magister aut* חבר *Magistri N. N. Promoto in doctoratum, aut conferunt ei Promotionem, & illud sumtum ex eo* (99) *Et impones ipsi manus* i. e. *creabis eum Doctorem*. Gradus ille promotionis non tot agnoscebat gradus, quod apud nos usu venere, ubi tres distincti sunt vel quatuor, si non plures, e. g. Gradus *Bacchalaureatus*, *Magisterii*, *Licentiatus* & *Doctoratus*; Sed unicus saltem initio fuit gradus (100), utut ille ipse non omnibus

bus æqualis, cum variaret ſæpenumero, nunc ratione facultatis (uti apud nos Gradus Doctorum & Theologis & Juriſconſultis & Medicis conferuntur) nunc ratione dignitatis, nunc ratione aliarum circumſtantiarum, ut jam jam videre erit. *Promotor* appellabatur סומך, cujus erat examen inſtituere (101), & gradum honoreſque conferre: Eſſet ille antea נסמך & legitime promotus, ſi alium alias promoveret. Initio autem omni Promoto, ſive eſſet membrum Synedrii, ſive ſecus, illa data erat facultas, ut poſſet promovere, ſed ab Hillelis temporibus, deciſis quaſi pennis, ite reſtricta fuit, ut nulli contigerit, niſi cui antea contigerat venia *Principis Synedrii Magni* (102) ſive נשיא Sed nec tamen ſolus aliquis Promotionem exercere poterat; requirebuntur Auditores & *Teſtes*, qui ſacro huic actui intereſſent (103); Nam אחד לא סמיך (104) *Unus non promovet*, ſed ad minimum tres præſto eſſe debebant סמיכת זקנים ועריפת עגלה בשלשה דברי רבי שמעון: (105) *Impoſitio manuum ſ. Promotio Seniorum & decollatio junicis a tribus peragitur ex ſententia R. Simeonis*: Imo בחמשה רבי יהודה אומר *R. Judæ quinos aſſignat*. Exemplum R. Judæ ben Baba eſt exemplum ſine exemplo, qui ſolus quinque in patenti campo Doctores conſtituit רבי יהודה בן בבא הלך וישב לו בין שני חחומי שברת בין אושא ושפתעם וסך שמ חמשה זקנים ונומר (106) *R. Juda ben Baba profectus ſubſtitit inter duos montes magnos atque inter duos terminos Sabbathi, inter Uſcham & Schephatam: ibique quinque manu impoſita in Seniorum numerum allegit*. Caſus neceſſitatis ille fuit, cum Regio edicto ſub capitis pœna cautum eſſet, ne quis Doctorem crearet; & ipſe Jehuda care ſatis eam facultatem mercatus eſt, dum a confeſſoribus poſtea, tribus lanceis perfoſſus, & factus ככברה *inſtar cribris* exſpiravit (107) Quid quod ipſe נשיא non poſſet promovere אלא אם כן היה אב בית דין עמו (108) *Niſi præſente Patre Domus Judicii*, neque vice verſa, Pater Domus Judicii אלא אם כן היה נשיא עמו *niſi præſente Principe*.

Locus, in quo Solennis ille actus peragi ſolebat, vel Specialis conſiderari poteſt & proprius, vel Generalis & Communis. Ille erat Auditorium Academiæ ordinarie (109); hic terra Canaan, extra quam facta promotio non ita rata (110) habebatur, imo ne quidem licebat initio extra eam Promotionis honores vel diſtribuere vel recipere (111) Verum quidem eſt, quod extra terram Sanctam multi ſint Promoti, quidam לנאונות *in Excellentiſſimos* (112(Nonnulli לריינות *in Judices*. Alii לרבנות (113) *In Magiſtros*, Quidam etiam לנתנית ניטין וקרושין *in Cognitores cauſarum Matrimonialium* (114) Sed multis paraſangis poſt priores relinquebantur, ita ut & obſcurior habita ſit eorum autoritas, & longe inferior dignitas. Hinc plenam illam & omnibus numeris abſolutam Promotionem in Hillele Principe, filio R. Judæ, exſpiraſſe ajunt Rabbini: *in eo*, inquit R. David Ganz (115) *abunde acquieverunt Promoti in terra Iſraelis, & jam longum tempus eſt, a quo ceſſavit domus judicii* LXXI. *citatque ibidem Meor Enajim* (116). Cum itaque Judæos propria terra exſpuiſſet, etiam hic aliquam ecclipſin pati coacti ſunt, ut loci circumſtantiam, quæ tamen inſignem huic actui lucem addidiſſet, obſervare non potuerint. Proinde poſt id tempus, ubi morati ſunt, ac habuere ישיבות, promotiones ſuas, at inferiores, exercuere. Potuit autem etiam abſens aliquis promoveri (117) idque factum eſt per literas aut teſtimonium aliquod ſcriptum ipſi miſſum, in quo Doctor renunciabatur (118), Hinc *Leo* de *Modene* (119): Au moins c'eſt la couſtume du Levant, aut lieu qu'en Allemagne & en Italie, il reçoit ce titre des plus anciens Rabins, qui de vive voix, ou par écrit le nomnent Caver de Rau Compagnon de Maitre: *Ad minimum mos eſt in oriente, in locis Germaniæ & Italiæ, ut accipiat* (Promovendus) *titulum antiquorum Rabbinorum, quia viva voce vel per ſcriptum aliquod nominant eum* חבר הקב *Socium Magiſtri*: Quam Promotionem Cel. *Altingius* (120) cum *Bulla*, uti ſolet nuncupari, comparat, ab ea tamen omnino differre certum eſt.

Quando autem a Præſentibus cum omni ſua pompa Promotio adminiſtrabatur, ſequentes ceremoniæ adhibebantur. Candidatus primo in *Cathedra*, quæ Hebræis כסא, Gregor. Nazianzeno ὁ θρόνος σοφιςικός (121) dicitur, collocabatur; Hinc illa loquendi formula, quam præter alios uſurpat R. *David Gans* (122) de R. Enocho Filio R. Moſis, quem ſediſſe ait על כסא אביו *In ſolio Patris ſui*, conveniens omnino cum phraſi (123) Eccleſiaſticorum Scriptorum, qua Papæ imperium (ſi Diis placet) aut officii adminiſtrationem deſcribunt: *Sedit ille Papa annos* &c. Sic & Juchaſin de R. Joſe נסמך שם נאון והושב על כסא האב *Promotus eſt ibi Gaon, & collocatus in cathedra Patris*. Cathedram ſupra deſcripſimus, nec opus eſt, ut hic crambem re-

recoquamus, ſaltem illuſtrationis cauſa meminiſſe juvabit, quod ſederint Phariſæi ἐπὶ Μωσέως καθέδρας, & ante eum Ezra in מגדל עץ *cathedra lignea*. Accerſitur iſtius מעמד על כסא *Collocationis in cathedra* origo ab ipſius Joſuæ temporibus, de quo *Rabbini* (124) וסמכת את ידך עליו אמר ליה חן תורגמן ליהושע להיות שואל ודורש ומורה הוראות בחייך *Et impone ipſe manus* (125); *dixit ei: da Joſuæ legem, ut ſit quærens, diſputans & docens diſciplinas, dum vivis*; & poſtea מיד העמידו מן הארץ והושיבו אצלו על הספסל *Statim Extulit eum de terra ſublatum & conſtituit in cathedra Magiſter, ut doceat omnes. Vid Serrarius* (126) Porro Promovendo Liber aliquando traditus creditur (qui ritus alias hodie noſter eſt): Videtur hic ritus aliquos ad minimum radios, utut obliquos & retortos, mutuari poſſe a tabulis lapideis, que Moſi exhibitæ a Deo (127) ſunt; quod enim Moſes ab ipſo Deo Doctor creatus ſit, Rabbinis in propatulo eſt, quibus idcirco illa tabularum exhibitio pro ſymbolo haberi poſſe videatur. Sed ſi in eorum caſtris manendum eſt, etiam aliquod aliunde argumentum ſuppetere poterit, ex exemplo ſc: Adami, cui antea traditum fuiſſe monuimus a Deo librum ope Razielis Angeli, Præceptoris Adami; qui liber poſtea ab Adamo ad Sethum, a Setho ad Henochum, ab Henocho ad Noachum, a Noacho ad Semum, ab eo ad Abrahamum, deinde ad Iſaacum, Jacobum, Levi, Kaath, Amram. Moſen, Joſvam, Seniores, Prophetas, Sapientes, & tandem ad Salomonem perveniſſet, &c. (128). Sed pergamus. *Togam* nonnunquam humeris Candidati injectam eſſe, teſtis erit ſuo exemplo ſolus Eliſæus, quem ab aratro in cathedram transferre cum vellet Elias ישלך אדרתו עליו (129) *togam ſuam ipſi impoſuit*; Et qua quæſo intentione? quove animo? Dicat *Kimchius* (130) עשה לו סימן שילך אחריו *ſignificavit ipſi, ut ſe ſequeretur*; Tacitus ſcilicet hominem adortus, non aliam Promotionis notam edidit, quam ſolam impoſitionem togæ, quam tamen mox recepit, uti ſolent noſtri Promotores, qui vel annulum, quo digitum, vel pileum, quo caput ornant, mox reſumunt. Locumque invenit נתינת מפתח *traditio clavis* (131), cujus abuſum Legiſperitis ſive Literatis exprobrat Chriſtus (132): Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως. αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε: *Væ vobis Legis peritis, quia tuliſtis clavem ſapientiæ, ipſi non ingredimini, & ingredientes excluditis*. Scilicet objiciebat ipſis Servator, quod cum in Promotione ipſis concredita eſſet clavis, illam tamen ferrugine quaſi exedi paterentur, dum nec ſibi ipſis, nec aliis ſapientiæ januam reſerarent. Ut majus adhuc lumen huic rei affulgeat, notabimus τ̃ κλεῖδα apud Talmudicos venire nomine מפתחה, cujus radix eſt פתח *Aperuit*, vox uſitatiſſima apud Rabbinos de *Docente* ac inſtituente. Sc Liber aliquis ipſorum manibus teritur ſub rubrica: פתחתא דחכימי *Apertiones Sapientum* (133): In ipſo eodem libro per omnes fere paginas nihil aliud clamatur, quam רבי פלוני פתח *Rabbi N. N. aperuit*, רבי פתח *R. N. N. aperuit*. Sed quid multis? inter ipſa Novi Fœderis nemora gratiſſima recinit reſonatque vocis imago ſ. Eccho, ubi obſtupefacti duo Diſcipuli, qui Emmauntem migraverant, ſe invicem, cum jam Chriſtus ἄφαντος factus eſſet, ita compellant (134): Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς *Nonne cor noſtrum in nobis ardebat, cum in via nos alloqueretur, & ſimulac aperiret nobis Scripturam?* Elegantiſſime! At vero unde, quæſo, ille tam tritus loquendi modus, *Aperire Scripturam*, pro *Docere*, *Explicare*, *commentari*, niſi quod reſpectus habitus ſit ad eas claves, quæ Promovendo exhibebantur, data venia, ut poſthac Scripturam aliaſque diſciplinas ſuis auditoribus, haud ſecus ac œconomus (135) ſuum penu, *docendo* atque *explicando aperiret*. Uti enim apud Romanos novæ nuptæ domum mariti intranti, poſt conclamatum Hymenæum, claves tradebantur (136); quo ritu indicatum voluere, ei nunc factam eſſe facultatem omnia oſtia aperiendi, ac familiæ mariti pro lubitu neceſſaria vitæ ſubſidia diſtribuendi: Ita & Novo Doctori claves porrigebantur, ut eandem in doctrinæ diſpenſatione poteſtatem haberet, eandem curam ageret. Hæc meditanti mihi incidere verba Chriſti, quibus Petrum Apoſtolum ac Doctorem declarat (137): καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν *Et dabo tibi claves regni cœlorum*, annotante Clariſ. *Svaningio* (138) Til Hret husholdning: Conſulatur porro Cel. *Ligthfoot* (139) Hoc autem inſigne a ſeris nepotibus reſervabatur, non ſecus ac egregium monumentum, promeritique honoris ac laudis tacitus præco, unde factum, quod, cum nulli poſteri R. Samueli contigiſſent, (140) נתנו מפתחו ופנקסו בארונו *clavem ejus & pugillares* (nam etiam פנקס πίναξ *Tabula*, *Codex*, vel Pu-

Pugillares Candidato dari solebant, quod revocari poterit in subsidium eorum, quæ nuper de *Libri exhibitione* habuimus) *in eodem loco cum defuncto deposuere*, plane uti gladius aliave Nobilium insignia capulo Possessorum solent affigi. Sed relictis hisce clavibus, sponte prosiliet & aperietur nobis fenestra alium ritum, & magis usitatum, & frequentiore apud Antiquitatum gnaros mentione nobilitatum intuendi: Ille est סמיכת ידים *impositio manuum*, quæ ab ipso Deo si non usurpata, ut contendit *R. Salomon Isaacides* (141) ex his verbis Dei ad Mosen (142) וסכי כפי עליך עד עברי *Et obtegam te manu mea, donec transeam* attamen certe ad minimum mandata in Promotione Josuæ (143) & Levitarum (144) וסמכו בני ישראל את-ידיהם על הלוים *Et imponent Israelitæ manus suas Levitis*; a Judæis deinde per bene longum tempus continuata, quod apud omnes fere in confesso est, (145) unde quæritur in *Sanhedrin* (146) אמר ליה רב אחא בריה דרבא לרב אשי בידא ממש סמכין להי ונומר *Dixit R. Acha ad R. Asse: Num manu simpliciter fit promotio?* & denique ad Christianos derivata, ut præter alia constante ex *Actis* (147) Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν *Tunc jejunantes & precantes & imponentes ipsis manus dimiserunt* eos: Et ex Epistola Pauli ad Timotheum (148) Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοὶ διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου *Ne spernas charisma, quod in te est, quod datum est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum Seniorum*. Imo nec ipsis Ethnicis ignorata, suffragante *Livio: Cum Augur Numam consecraret, lituo in lævam manum translato, dextera in capite Numæ imposita precatus est*. Hic, nisi brevitatis vinculo teneret, me ipsum non continerem, quin avido cursu ferret ad percurrendas varias סמיכת ידים *Impositionis manuum* species, variosve usus. Apud Judæos enim in consecrandis victimis locum habuit, quam tamen post Celeber. *Ligthfootum* (149) depingere, esset Iliada post Homerum scribere, cum ille omne, quod de ea dici poterit, erudite exhauserit. Judæis & Christianis simul Benedictioni fuit adhibita, quod clamitent memorata (150) exempla Jacobi Ephraimo & Manassi, & Servatoris parvulis hoc symbolo bene precantium; Ex illo porro fonte profitetur *Tertullianus* (151) pro Manasse in Baptismum: *Hoc quoque de Veteri Testamento, quo nepotes suos ex Josepho, Ephrem & Manassem, Jacob Capitibus impositis & intermutatis manibus benedixit, & quidem ita transversim obliquatis in se, ut Christum deformantes jam tunc protenderent benedictionem in Christo futuram*. Apud Christianos usu venerat in sanandis ægrotis, qualis meminit *Iræneus* (152): Ἄλλοι δὲ τοὺς κάμνοντας διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ἰῶνται *Alii infirmos per impositionem manuum curant*; qualem & præstitam fuisse in Matre sua oculi morbo laborante testis est ipse *Theodoretus* (153) Huc conspirarent quædam specimina ex N. Fœdere; Verbi causa, quomodo, postquam nonnulli istum κωφὸν μογιλάλον ad Servatorem adduxissent (154) παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα *rogant eum, ut manum ipsi imponat*; Unde hoc habuere? Respondeat *Maldonatus* (155) *Aut quod scirent eum manuum impositione alios multos ægrotos curavisse, aut quia vetus erat Prophetarum & Sanctorum Virorum consuetudo, ut impositis sanarent manibus*. Sic & quomodo Ananias ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, εἶπε: Σαοὺλ ἀδελφὲ, ὁ Κύριος ἀπέσταλκέ με &c. ὅπως ἀναβλέψῃς *Imponens ipsi* (Saul) *manus, dixit: Saul Frater, Dominus misit me &c. ut visum recipias* (156) Imo nec ἀπροσδιόνυσον foret exemplum Naamanis, qui recedens ab Elisæo iram his verbis prodit: אמרתי אלי יצוא יצא ועמד וקרא בשם-יהוה אלהיו והניף ידו אל-המקום *Cogitavi: egrediendo egredietur, & stabit, & invocabit nomen Domini Dei sui, & agitabit manum super locum* (157) Porro χειροθεσία viguit apud Christianos, quoties vel nomen suum dabant Catechumeni (158), vel Peccatores pœnitentiam agerent (159), vel denique Sacræ Personæ ordinarentur (160) In qua ultima suboriri posset quæstio; Num solus Episcopus creandum manu tangebat, an reliqui etiam præsentes Præsbyteri? quorum illud Ecclesiis Africanis, hoc reliquis in more fuisse positum monuisse suffecerit (161) At, quid? Nec plane prætereunda esset ficta illa *Confirmationis* χειροθεσία, pro qua, in Consilio Florentino confirmata dimicant præter alios *Maldonatus* (162) *Tom. Aquinas* (163) *Bellarminus alii*, sed quæ merito *Cel. Basnagio* (164) aliisque ludibrium debuit. At sola & nuda recitatio propemodum nos alio præter opinionem abduxerat: revertamur ad nos ipsos & ad materiam, restat enim unicus adhuc ritus sc. קריאת רבי *Renunciatio*; Sic rogatus R. Asse, num sola manus impositione fieret Promotio, subjungit: סמכנן ליה בשמא קרו ליה לרבי (165) *Nomine promovendi nomi-*

minato, eique tributo Magiſtri titulo, fit Promotio; Formula talis fuit: הרי אתה סמוך ויש לך רשות לרון אפילו קנסות (166) *Ecce Promotus es, & facta tibi eſt poteſtas exercendi etiam capitalia judicia*, vel ita: אני סומך אתה תהיה סמוך (267) *Ego te promoveo, Promotus eſto.* Abſolutis iſtis ritibus, Candidato accinebatur, ut in Promotione R. Siræ כי סמכוה הרבי זירא שרו ליה הכי לא חסל ולא שרק ולא פירכוס ויעלת חן (168) *Promoto R. Siræ ita accinuerunt: Sine oculorum infectione aut fuco aut fractis crinibus in capra gratioſa*, quod carmen alias ſponſæ proprium eſſe, auctor eſt Cl. *Coccejus* (169)

Hos ritus non ita ſumendos volo, ac ſi omnes eodem & omni tempore conjuncti fuerint; dixero potius rariores pleroſque fuiſſe præter סמיכת ידים & קריאת רבי, quorum tamen prior poſtea etiam deſiit, at quando? de hoc cum Cl. *Ligthfoot* (170) digladiatur Clar. *Baſnagius* (171) *Manuum* autem *impoſitionem* tandem evanuiſſe, ac ſoli *Renunciationi* locum feciſſe extra omne dubium poſitum eſt: הסמיכה לא רוקא ביד כמו שעשה משה ליהושע אלא אפילו בדבור בלבד די שיאמר אני סומך אתה תהיה סמוך (172) *Actus ille ſolennis non fit tantum manu impoſita, quemadmodum Moſes Joſuæ fecit, ſed etiam fit per formulam verborum duntaxat* (בלבד quæ parva ſcintilla ſ. vocula, utut contempta, incendium excitavit inter duo Nomina, Orbi Literato merito adorata; vapulat enim apud *Cunæum* (173) *Joſephus Schaliger*, eo quod (174) בלבד verterit *præterquam*, eruturus ex hac gleba aliud quodam carmen, præter vetuſtiſſimam illam formulam, contra mentem Talmudiſtarum; verſioni autem *Cunæi* conformis eſt (175) *Buxtorfii) ut dicatur; Ego promoveo te, eſto promotus*; Quæ, eadem fere, verba habet *Maimonides* (176) quibus ſeductus Cl. *Ligthfoot*, impoſitionem manuum vel in totum vel certe ad minimum ex parte inficiari aggreſſus eſt, apponamus ipſius verba (177): *Quare abdicaverint (Judæi) impoſitionem manuum, non indignum eſt ſcrutinio, ſi eſſet hujus loci, ut &, quare reſtringat ordinationem Præſbyterorum ad terram Iſraeliticam ſolum. Aliter ut vides, agit Eccleſia Antiochena, & pari norma Eccleſia Chriſtiana. At quærat quis forſan, qua ratione? cum impoſitio manuum in promotione Præſbyterorum vix uſitata foret, vel ſub templo primo, aut ante, vel ſub templo ſecundo. Non ſub Templo ſecundo, ſi fides Rabbino* (Maimonidi) *allegato, aut ſaltem ſi quando uſitata, abdicata tandem Atque ante templum ſecundum ubinam vel vola vel veſtigium?* Et paulo ante *Quod imponunt manus* (Antiocheni) *recedunt etiam a more uſitato.* Siccine Vir Clariſſime? male me habet, quod hic labantem te, vel ad minimum vaccilantem, cum reverentia tamen, excipiam: Nonne vola vel veſtigium hujus ritus apparet? imo vero ſtratæ viæ; Id ſupra probatum dedimus, necdum tamen exhauſto noſtro armamentario, ſi quondam amplius pugnare neceſſum foret. Quod autem pace tua dixerim; & ante Templum Primum, & ſub eo, & ſub Templo Secundo viguit. At quæras: quando ergo abdicaverint? Fateor difficile eſt definire, definiant verſatiores in his ſacris! Si vero noſtrum etiam ſymbolum addere liceat, putamus ante deſtructionem Templi ſecundi ne plane quidem illum abolitum eſſe, ſed ad id temporis pro lubitu & fuiſſe admiſſum & omiſſum. Sed quid Marſya cum Phœbo contendit?

Subducamus nos a privilegia Magiſtrorum, de illis *Sanhedrin* (178) ויהבו ליה רשותא למירן ריני קנסות *Et facultas conceditur ipſi decidendi cauſas pœnales*, & inde, in *Juchaſin* (179) רבי יהורה בן בבא הסומך שאלמלא הוא בטלו ריני קנסות מישראל *R. Juda ben Babæ Promotor niſi fuiſſet ſublata fuiſſent Judicia criminalia ex Iſraele.* Nec enim ante licuit criminalia (180) judicia exercere, ſed ſaltem pecuniaria. Pluribus deſcribit noſter *de Modene* (181) Le Cacham Rau ou Morenu prononce ſur toutes ſortes de differens, decide des choſes defendues ou permiſes, & juge de toute matiere de Religion, ſe melant meme du Civil. Ces Sages, ou Maitres, celebrent les mariages, & declarent les divorces. Ils prechent s' ils en ont le talent, & ſons chefs des Academies. Ils occupent les premieres places dans les Synagogues, & dans les Aſſemblees. Ils chatient les deſobeiſſans, & peuvent le excommunier; auſſi ſont-ilſ fort reſpectez: מרנו ſ. חכם רב *omnes controverſias definit, decidit res prohibitas & permiſſas, judicat de omni Religionis cauſa, immiſcet ſe etiam civilibus. Sapientes ſ. Magiſtri circa nuptias & divortia judicia ferunt. Concionantur, ſi tributa illis ſit merces, & ſunt Capita Academiæ ſ. Rectores. Occupant prima loca in Synagogis & conventibus. Puniunt immorigeros, eoſque poſſunt excommunicare, adhæc ſummus illis honor habetur.* Ita continuus mos fuit, ut χειροθέτης iſtis Privilegiis Promovendum bearet, eique aliquid de ſua

ſua dignitate communicaret; quo & referunt Rabbini (182) ſplendorem faciei Moſis, dicendo זכה משה לקרני הוד שנתן הקרוש ברוך הוא ירו על פניו *Moſen radios illos gloriæ conſecutum, cum Sanctus Benedictus ille manum ſuam ejus faciei impoſuiſſet*, ſive, quod volunt, eum promoviſſet. Hæc quoad res de quibus infra pluribus, ubi ad Privilegia per ventum fuerit: Quoad loca vero extendebatur data facultas non ſolum ad terram Canaan (in qua ſola tamen cum omni ſuo ſplendore (183) dari poterat,) ſed etiam ultra (184) ejus fines, nam סנהררי נוהגות בארץ ובחוצה לארץ (185) *uſurpatur & in terra & extra terram* Canaan): ut apud nos Promotionis Medicæ &c. privilegia non alligantur ad ſolam terram, in qua promittuntur, ſed ad omnes porriguntur. Poterat autem Promotor reſtringere illa Privilegia, tum quoad res, tum quoad loca, tum etiam quoad tempus; Quoad res: ita uni poterat dari poteſtas ſolum judicandi, non autem diſpenſandi באסור והמותר *circa licitum & illicitum*: alteri hæc, non illa; quoad loca: ita de נררים *votis* &c. quibuſdam permiſſum eſt diſpenſare, donec in hac vel illa terra verſarentur; Quoad tempus: Ita aliis conceſſa ſunt ריני קנסות *Judicia Pœnalia* aliave, donec Princeps Senatus adveniret. (186)

Sed nec numerus Candidatorum, quot ſcilicet ſimul eſſe potuerint, ſilentio plane involvetur; itaque יש לסמכין לסמוך אפילו מאה בפעם אחר (187) *poſſunt Promotores etiam centum una vice promovere*. Atqui ſic Candidatum Noſtrum per omnes angulos, per omnes honorum gradus duximus: Prodeat nunc in pompa hac bonus ille Magiſter, omnium oculis conſpiciendus, ac ſalutandus poſthac חבר *Novus Magiſter vel Adjunctus* (qui titulus ſequenti capite limam experietur) donec ad miniſterium aliquod vel Academicum, vel Politicum, vel utrumque etiam eluctari poſſit: Et certe ad id facilis ipſi patebat via, ſi modo ſapiens, ſi modeſtus, ſi humilis eſſet, per decretum Conſiſtoriale (pareant Manes Ciceronis huic aliiſque ejuſmodi vocabulis, quæ neceſſitas parit) משם כבין ושולחין בכל מקומות כל מי שהוא חכם ושפל ברך ורעת הבריות נוחה הימנו יהא ריין בעירו משם מעלין אותו להר הבית משם לעזרה משם ללשכת הגזית (188) *Hoc Conſiſtorium miſſis ad omnes locos literis edicit, ut Sapiens quiſque & humili genu qui ſit, & quem probent homines, in patria ſua Judex ſit. Inde ipſum evehunt ad montem templi, inde in atrium, inde in cellam cæſi lapidis*. Non enim per ſaltus, (quod etiam apud Latinos prohibuere (189) quidam Pontifices) ſed ſaltem per gradus promovebantur Literati שלשה שורות של תלמיר חכם יושבים שם לפניהם כל אחר ואחר מכיר את מקומו היו צריכים לסמוך סומכין מן הראשונה אחר מן השנייה בא לו לראשונה ואחר מן השלישית בא לו לשנייה ובוררין להם עור אחר מן הקהל ומושיבין אותו בשלישית ולא היה יושב במקומו של ראשון אלא יושב במקום הראוי לו (190) *Tres ordines Candidatorum coram illis ſedebant. Horum quiſque ſuum ſervabat locum. Si quem promoveri neceſſitas exigeret, ex primo ordine is capiebatur. Tum primus ſecundi ordinis in primum aſcendebat, ex tertio item in ſecundum, denique ex cœtu delectus aliquis in tertio ordine, non quidem in primo loco primi, ſed ſibi conveniente collocabatur*.

Reſtat, ut oculos convertamus ad promotionem *Æchmalotarchæ*, cum illa potiſſimum, utpote nil niſi Pompam & inanem ſtrepitum ſpirans, ingenium Judæorum redoleat; idque præeunte Clarii & noſtris laudibus longe ſuperiori (191) *L' Empereur* ex Juchaſin; Videamus ergo qua reverentia Synagogam ingreſſurus excipiatur אם הסכימה רעת הקהל מתקבצין שני ראשי הישיבות עם בני ישיבתן עם כל ראשי הקהל והזקנים בבית ארם גרול שבבבל מגרולי הרור (192) *ſi conſentiat ſententia cœtus ad eum* (qualis autem fuerit, infra deſtinato loco redibit) *præficiendum, congregantur duo Rectores Academiæ* (Soræ ſc. & Pumbedithæ) *cum aſſeſſoribus ſuis, omnibus cœtus Primatibus & ſenioribus in domum Magnatis alicujus in Babylonia ex ſeculi Primariis*. Porro ומתקבצין בבית הכנסת ביום החמישי ומברכין אותו ונותנין יר עליו ותוקעין בשופר להשמיע את כל העם מקטן ועד גרול וכששומעין הרבר כל אחר ואחר משגר לו מנחה כפי כחו והשגת ירו וכל ראשי הקהל ועשיריהם שולחין לו בגרים נאים ותכשיטים יפים וכלי כסף וכלי זהב *Congregantur in Synagogam feria quinta, eique fauſta precantur & de ipſo juramentum præſtant, clanguntque tuba, ut totum populum a minimo ad maximum certum faciant. Hac re intellecta ſinguli ipſi munus mittunt pro viribus & facultatibus ſuis: omnes item cœtus Primates ac divites ipſi elegantes veſtes mittunt & eximia monilia, vaſa idem argentea & aurea*. Porro, interjectis paucis כשמשכים ללכת יום שבת בבית הכנסת רבים מגרולי הקהל מתקבצין עמו ללכת בבית הכנסת וכבר הכינו לו בבית הכנסת מגעיר יום מגרל עץ ארכו שבע אמות ורחבו שלשה ופורסין עליו בגרים נאים

מן המשי ומן החכלת ומן הארגמן ובתולעת השני עד שיתכסה כלו ולא יראה ממנו כלום *Cum vero Sabbatho summo mane Synagogam petit, magnatum plurimi ad ipsum conveniunt, ut ad Synagogam pergant: ubi jam pridie suggestum ligneum* (In quo nemo, ne quidem ipse Æchmalotarcha initio sedet, sed inferiori loco latens, post varias Dei laudes peractas, ascendit) *longitudinem septem, latitudine trium cubitorum paraverunt, eam pulchris pannis sericeis, hyacinthinis & purpureis ac coccineis contengentes, donec totus obtegeretur, nec ejus quicquam appareret*: Sed sequamur hominem in Synagogam, spectaturi; quid ibi boni agatur יצא ראש גלות מהמקום שהיה מכוסה בו וכשרואין אותו כל העם עומדים על רגליהם עד שישב על המגדל שעשו לו ויצא ראש ישיבת סורא אחריו וישב על המגדל לאחר שיתן לו כריעה כפוף ויחזיר לו ואחר כך יצא ראש ישיבת פומבדיתא ויתן לו גם הוא כריעה וישב לשמאלו ובכל זה כל העם עומדים על רגליהם עד שיתקנו שלשתם ישיבתם ויושם ראש גלות באמצע וראש ישיבת סורא ישב לימינו וראש ישיבת פומבדיתא יושב לשמאלו ובינם לבין ראש גלות מקום פנוי ועל מקומו פרשו עליו בגד נאה על ראשו ממעל למגדל אחוז בחבלי בוץ וארגמן: *Prodit exulum caput* (Æchmalotarcha) *e loco, ubi tectus erat: eumque videntes populares in pedes erecti consistunt, donec in suggestu, quem ei paraverant, sedeat. Tum Rector Academiæ Soranæ subsequens in suggestu considet, ubi incurvatus, submisse salutavit ipsum, qui & resalutat. Deinde Rector Academiæ Pumbeditanæ prodiens similiter, ipsi se incurvans ad sinistram considet. Dum hæc geruntur, totus populus in pedes suos insistit, donec tres istiordine considendi loca occupent, & caput exulum in medio constituatur, Rector a. Academiæ Soranæ ad ipsius dextram, & Rector Ac: Pumbeditanæ ad sinistram consideat. Inter eos tamen & inter Æchmalotarcham locus relinquitur vacuus: & supra ipsius locum pulchrum aulæum super caput ejus extendunt, quod supra suggestum funibus byssinis & purpureis appenditur*. Egredientem denique etiam intueamur וכשיוצא ראש גלות כל העם יוצאין לפניו ולאחריו ואומרים לפניו דברי שירות ותושבחות עד שהיא מגיע לביתו אבל ראשי ישיבות אינם הולכין עמו עד ביתו וכל התלמידים שהולכים עמו ומלוין אותו עד ביתו אינו מניח אחד מהם שיצא מביתו עד שבעה ימים *Cum egreditur Æchmalotarcha, totus populus præcedens & subsequens, in ejus conspectu canticv & laudes dicit, donec ad ædes suas perveniat; Sed Rectores non comitantur ad ipsas usque ædes. Et omnium discipulorum, qui ipsum comitantur, eidem adhærentes ad ipsas usque ædes, neminem ædibus suis exire permittit ante septimum diem?* Bone Deus? *Spectatum admissi risum teneatis amici?* Hisce gloriolis, hisce fumis se misera gens pascit; postquam vera illius gloria in fumos abierit. Sed quid miramur? non obstupescemus ad eos, quos Judæi ducunt, ronchos, si attendamus dignitatem illam atque eminentiam, qua suam in universum gentem omnibus terrarum populis præstare sibi persuadent; unde illud eorum acumen: (193) האלמוג הוא אמצעי בין הדומם והצומח והאספוג הוא אמצעי בין צומח והחי שהרי יש לו חוש ההרגש והקוף הוא אמצעי בין החי ליהודי והיהודי הוא אמצעי בין השמים והארץ והשמים הם אמצעים בין המלאכים והיהודי *Corallium est medium quid inter inanimatum ut lapidem & animatum vegetativum, Spongia medium inter vegetativum & vivum sensitivum, simia medium inter vivum sentiens & hominem, homo medium inter vivum sentiens & Judæum, Judæus medium inter cælum & terram, cælum medium inter angelos & Judæum*. Si E. omnibus angelici quid affricetur, non mirum si Literatis quid divini? *Quid Domini faciant, audent cum talia fures?*

NOTÆ IN CAPUT SEPTIMUM.

(1) *Or. pro Archia.*
(2) *Sam.* 10.
(3) *Aboth cap.* 1.
(4) *Sanhedr. in Gemar. cap. I. §.* 16.
(5) *Vid. citat. apud Coccej. in Sanhedr. p.* 163. *vor.* 2.
(6) *Ibidem.*
(7) *Sanhedr. ex Gen.* פרק א׳
(8) *Ibid.*
(9) *Hebr.* 5. 4.
(10) *Talm. Thorah. cap.* 5. *m.*
(11) *R. Abraham in Kabb. f.* 32. 4. & *f.* 33. 3.
(12) *Abarban. in Gen.* 49. 19. & *in Dan. fol.* 22. *col.*
(13) *Det.* 33. 10.
(14) 2. *Chron.* 12. 32.
(15) *Psal.* 60. 9.
(16) *Par.* 98. *fol.* 110. *col.* 2.
(17) *Ni. Dan.* 22. *col.* 3.
(18) *R. Missim in histor. Tal. fol.* 58. 1.
(19) *Matth.* 6. 59. *Act.* 5. 21.
(20) *Joh.* 11. 47.
(21) *Act.* 5. 17. 21. & *c.* 23. 6.
(22) *In Gemar. edit. Cocc. p.* 262.

(23) *Sam.* 2. 32.
(24) *R. Levi in l. c.*
(25) *Majmon. Sanhedr. cap.* 2. *m.*
(26) *Talm. Hierosolymit. Cadh. Horajoth cap.* 3. §. 9.
(27) *Biblioth. Magn. Rabbin. Part. I. pag.* 484.
(28) *Jer. I. v.* 6.
(29) *Zemach. mil.* 6. *num.* 65.
(30) *Schickard. Bechina ann. Happeusch. p.* 88. *Majm. p.* 24. *f.*
(31) *R. Sal. Isaacid. in Num.* 9. 24. *Menass. Ben Israel Concil. in Num. quæst.* 4.
(32) 1. *Paral.* 23. *v.* 24. 27. *Ez.* 3. 8.
(33) *Majm. Sanhed.* 11. *f.*
(34) *Ibid.*
(35) *Ibid.*
(36) *Ibid. c. m.*
(37) *Talmud Taanith. f.* 16. 2. & *R. Salomo ibid.*
(38) *Zemach mill.* 5. *an.* 515.
(39) *Ovid. Elg. ult. lib.* 4. *Trist.*
(40) *Act.* 26. 4. 5.
(41) *Majmon. Sanhedr. cap.* 2. *m.*
(42) *In Schabbat cap.* 2.
(43) *Deoth. cap.* 2. *f. cap.* 5. *f.*
(44) הלכות דעות *cap.* 5.
(45) *Joh.* 3.
(46) *Matth.* 5. 37.
(47) *Abbot. cap.* 4.
(48) *Majm. præfat. in Abbot cap.* 7. *fol.* 23. *col.* 4.
(49) *Majm. in Sanhedr.* & *Deoth. cap.* 1. *m. c.* 4. *m.*
(50) *In Annot. Etih. Sup. Majm. p.* 81. *f.*
(51) *Num.* 12. 3.
(52) *Matt.* 11. 29.
(53) *Majm. in* הלכות דעות *in* פרק שני ד. ה.
(54) *Ecclef.* 9. 19.
(55) *Cap.* 12. *v.* 19. *Conf. Ef.* 24.
(56) *Matt.* 6. 7.
(57) *Majm. in lib. prox. cit. §. præc.*
(58) *Ibidem.*
(59) *Eph.* 4. 29.
(60) *Matt.* 12. 36.
(61) *Vid. citat. apud Cl. Gent. in Canon. Ethic. Majm. Annot. Gen. p.* 109.
(62) *Majm. Sanbedr. cap.* 2. *m.*
(63) 1. *Tim.* 3.
(64) *Alting. Doct. Hebr. ex Majm.*
(65) הכות דעות *cap.* 2.
(66) 1. *Sam.* 12.
(67) *Majm. Sanch. cap.* 2. *med.*
(68) *Alting. Hist. prom. Acad. Heb. ex Majm. p.* 317. *m.* 4.
(69) *Tit.* 1. 7. *f.* & 1. *Tim.* 3. 2. *f.*
(70) *Kiddufchin. fol.* 31. *a.*
(71) *Aboda Zara f.* 3. *a.*
(72) *In Gemar. cap.* 2.
(73) *Pag.* 471. *seq.*
(74) *Maimon. in* הלכות דעות *cap.* 6.
(75) *Deut.* 10. 20.
(76) *Macchot in Gen. cap.* 1. §. 3. *edit. Cocc. p.* 432.
(77) *Jer.* 50. 36.
(78) *Schylch. aruch. part.* 2. *fol.* 73. *col.* 3. *m.*
(79) *Targum in Psal.* 84. 3.
(80) *Dav. Kimchi in eundem l.*
(81) *Juchasin. p.* 32. 6.
(82) *Sanhed. cap.* 2. *pr.*
(83) 1. *Tim.* 3.
(84) *Ceremon.* & *Coust. qui s' obs. parmy les juifs pag.* 53.
(85) *Maimon. in Sanh. cap.* 2. *m.*
(86) *Ibidem.*
(87) *Rabbenu Tam. in Sepher hajaschar. cap.* 13. *fol.* 16.
(88) *Abbot. cap.* 1.
(89) 1. *Tim.* 3.
(90) *Majm. in Sanhed. c.* 2. *m.*
(91) 1. *Tim.* 3. 2.
(92) *Matth.* 13. 52. *Conf. Luc.* 12. 42. & 1. *Cor.* 4. 1.
(93) *Tom.* 2. *Hor. Hebr. in Matt. p.* 328.
(94) *In Sanhedr. cap.* 2. *m.*
(95) *Tit.* 1. 9.
(96) *Schabb. fol.* 114. *a. f.*
(97) *Schylchan. arueh. p.* 2. *fol.* 73. *col.* 4. *p.*
(98) כספר התשבי *in voce* סמך.
[99] *Num.* 27. 18.
[100] *Alting. Hist. Prom. Acad. Hebr. p.* 318. *in* 4.
[101] *Majm. Sanhedr. cap.* 4. *m.*
[102] *Talm. Hierm. Sanh. c.* 1. *fol.* 19. 1. *Maim. Sanhed. cap.* 4. *m. Videantur alias Ottonis Lex. Rabbin. p.* 72. *Alting. Hist. Ac. Pr. Hebr. p.* 319. *Buxtorf. L. Tal. p.* 1498.
[103] *Ibidem.*
[104] *Sanhedr. in Gemar. cap.* 1. 14.
[105] *Sanhedr. cap.* 1. 3.
[106] *Ibidem Gemar. edit. Cocc. p.* 161.
[107] *Pag. seq. ibid.*
[108] *Majmon. Sanhed. cap.* 4.
[109] *Conf. Serrarius Rabb.* 2. *lib.* 1. *c.* 23.
[110] *Majmon. Sanh. cap.* 4.
[111] *Coccejus in Sanhed. p.* 14. *Henric. Ot. Ot. Leg. pag.* 272. *Alt. Hist. pr. Acad. Buxt. Lex Talm. in* סמם.
[112] *R. Abrah. b. Dijor. in Kabb. f.* 31. *c.* 1. *f.*
[113] *Ibid. f.* 31. *c.* 1. & 3.
[114] *Zemach mill.* 6. *an.* 187.
[115] *Mill.* 5. *Sec.* 5. *Gemar. an.* 118.
[116] *Cap.* 25. & 40.
[117] *Maim. Sanhed. cap.* 4.
[118] *Hen. Ott. Lex. Rab. p.* 272. *Buxt. Lex. Talm. in* סמך.
[119] *Tr. de rit. Jud. part.* 2. *cap.* 3.
[120] *Hist. Pr. Ac. Heb.*
[121] *Orat. de S. Basil.*
[122] צמח *Millen.* 5. *An.* 757.
[123] *Vid. Osiandr. Epit. Hist. Eccles. variis in loc. de vit. Pap. Hornius, Spanhemius, Hist. Magdeburg. alii.*
[124] *In Siphri.*
[125] *Num.* 27. 18.
[126] *Opusc. Th. Tom.* 1. *pag.* 190.
[127] *Exod.* 31. 18. & *in h. l. R. Sal. Isaacid.*
[128] *V. Gregorius Michael in Gaffarell. p.* 488. *ex Kirchero* & *Libavio Gu. Saldenus Otiis Theolog. Exercit.* 1. §. 3.
[129] 1. *Reg.* 19. *v.* 17.
[130] *In loc. cit.*
[131] *Camero Myrothec. in Matth.* 22. 35. & *Luc.* 11. 52.
[132] *Luc* 11. 52.
[133] *Est præfatio præfixa Midrasch. Threnorum.*
[134] *Luc.* 24. 32.
[135] *Conf.* 1. *Cor.* 4.
[136] *V. Paul. Diaconus ex Eutropio lib.* 1. *Fest. Pompon. lib.* 3. *in voce Clavim. Artemidor. lib.* 3. *cap.* 53. *Unde etiam divertenti mulieri ex lege contraria claves adimebatur. Gregor. Tholosat. lib.* 9. *syntag. univers. cap.* 5. *Unde D. Ambrosius Epist.* 65. *Mulier offensa claves remisit,* & *in legib. Xuiralib. Res suas sibi habeto claves adimito, foras exigito.*
[137] *Matt.* 16. 19.
[138] *In h. l.*
[139] *Tom.* 2. *Hor. Heb. in Matt. p.* 336. *seq.*
[140] *Camer. Myrothec. in Luc.* 11. 12.
[141] *In Exod.* 34. 29.
[142] *Exod.* 33. 22.
[143] *Num.* 27. 18. *Conf. quæ supra ex Siphri allegata sunt.*
[144] *Num.* 8. 10.
[145] *Vid. Cunæus de Rep. Hebr. lib.* 1. *c.* 12. *Coccej. in Sanhedr. pag.* 14. *Basnagius Exercit. Hist. Critic. pag.* 63. *Vitring. Archisynag. p.* 299.
[146] *In Gemar. cap.* 1. 14.
[147] *Cap.* 13. 3.
[148] 1. *Tim.* 4. 14.
[149] *Tom. I. p.* 702.
[150] *Cap.* 5.
[151] *Cap.* 8. *de Baptismo.*
[152] *Apud Eufeb. lib.* 5. *c.* 6.
(153) *Histor. Patr. cap.*
(154) *Marc.* 7. 32.
(155) *In h. l. p.* 778.
(156) *Act.* 9. 17.

(157) 4. *Reg.* 5. 11.
(158) *Concil. Eliberitan. Canon.* 39.
(159) *Cyprianus Epist.* 12.
(160) *Dioys. Hier. Eccl. c.* 5.
(161) *V. Sam. Basnag. Exercit. Histor. Crit. pag.* 64.
(162) *De Confirm. p.* 192.
(163) *Sum.* 3. *Qu.* 60.
(164) *Exercit. Anti Baronian. ad An.* 34. *num.* 13. 14.
(165) *Sanhed. in Gem. Edit. Cocc. p.* 160.
(166) *Maim. Sanhed. cap.*
(167) *In Juchaz in* 60.
(168) *Sanhed. in Gem. cap.* 1. *edit. Cocc. p.* 163.
(169) *In loc. c.*
(170) *Tom.* 2. *Hor. Heb. in Act. Apost. p.*726.
(171) *Exercit. Histor. Crit. in Ann. Baron. p.* 61.
(172) *In Juchasin fol.* 60.
(173) *De Rep. Hebr. lib.* 1. *cap.* 12.
(174) *In Elench. Tribæres.*
(175) *Lexic. Talmud. p.* 1498.
(176) *In Sanh. cap.* 4.
(177) *Tom.* 2. *in Act.* 13. *v.* 3.
(178) *Cap.* 1. *Hal.* 14.
(179) *Fol.* 60.
(180) *R. Salom in Sanhedr. fol.* 132.
(181) *Cerem. & Const. parmy les Juifs P.* 2. *c.* §. 2.
(182) *R. Salom. Isaaci . in Exod.* 34 *v.* 29.
(183) *Alting. Schil. lib.* 4. *cap.* 5. *ex Maim.*
(184) *Coccej. in Sanhedr. p.* 14.
(185) *Scip. in Gem. fol.* 14.
(186) *Maimon. in Sanhedr. cap.* 4. *& ex eo Ott. Lex. Rabbin. p.* 273. *Buxtorf. Lex. Tal. in* סמך.
(187) *Maimon. in Sanhedr. cap* 4
(188) *Sanhed. Gemar. cap.* 10. *hal.* 1.
(189) *Vid. Syricii epistol. ad Himner. Episc. Tarracon. apud Osiandr. Hist. Eccl. c.* 4. *p.* 448. *alibi.*
(190) *Sanhedr. edit. Coccej. p.* 32.
(191) *In Not. ad itin. Benjamin.*
(192) *Fol.* 122. *p.* 2.
(193) שבט יהודה *fol.* 8. *Edit. Amstel.*

CAPUT VIII.

Fastus Literatorum: Inde nati titulorum catalogi. Quinam sit חבר? *An licuit ipsi docere? Tituli alii promotionem secuti: Illorum diversa etymologia ac significatio. An* י *in* רבי *fuerit* כנוי *vel* נוספת? *Quando orti? Cur non Prophetarum, pristinorumve Doctorum nominibus præfixi. Occasio eorum data videtur ex schismate Hilleliano & Schammæano, Titulus antiquissimus fuit* רבן. *Eo primus insignitus R. Simeon ben Hillel. Conjicitur hic fuisse, qui Servatorem ulnis amplexus est. Fruebantur titulo* רבן *sex e familia Hilleliana: unus extra. Quamdiu viguerit.* מורה *recentior Titulus. Quare inventus? Differentia ratione loci & dialecti, Titulus* רבי *κατ' ἐξοχὴν supremus. Alias* רבן *omnium excellentissimus. Principibus proprius. Inde Servator a Maria Ῥαββουνὶ denominatus. Alio tendit ῥαββονὶ apud Marcum. Crescente forma in* רבן *decrescebat dignitas.* רבי *excellentior* רב רבנא. *domus Davidicæ erat.* מרן *excellentior quam* מר. *Inde μαρὰν ἀθά. Eminens Titulus* מורה. *Ex* רבי *promotus* מורנו. *Dignissimum adhuc omnium nudum Nomen. Magistri titulis orbari ægre tulere. Assumti quoque peregrini tituli. Qualis fuerit* רון? *Alii communes Eruditis Tituli.* אב & חכם. זקן. בני נביאים. *Inde* & נביא. בן *unde* תלמידי חכמים. סופר *alii.* & נאון. *alia epitheta. Disquiritur num* רבי *fuerit communis salutandi modus? Item num Christus in* רבי *promotus erat? Num etiam ejus Apostoli?*

Postquam nunc cum Judæis eo perventum esset, ut Patriæ limites esset, egressuri, uno quasi saltu modestiæ limites transgressi sunt, utut videantur modestiæ prius, quam natali solo nuncium remisisse; Ita miseri quo inferno erant propiores, eo sese magis in cælum extollebant. Non suffecerat Israelitas in genere toti mundo præposuisse, nisi omnibus iterum Israelitis unus præferretur Literatus; eo quippe nunc eruditorum processerat dentia, ut homines lancibus quasi ponderarent, omnesque illiteratos uno Literato leviorem judicarent. Quis stomachum continebit ad portentosam, qua R. Eliezer filius Hyrcani mactatur, laudem, dum Israelitis omnibus lancem non tam dubiam; quam desperatam reddere (1) censetur? Quis iterum risum temperabit ad prærogativam R. Eleazari ben Arach a suo Præceptore R. Jochanan tributam אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנאים ואליעזר בן הורקנום אף עמהם ואלעזר בן ערך בכף שנייה מכריע הוא את כולם (2) *Si omnes sapientes Israelitarum etiam cum Eliezere Hircani filio essent injecti in altera vola bilancium, in altera Eleazar b. Arach, ille præponderabit præ aliis omnibus.* Ita se mutuo boni muli scabunt: Hinc tot fastuosi tituli, quibus suorum aures fricabant, quorum specimen habes in fronte Lexici Aruch, cujus Auctor hoc elogio superbit: הנאון רבי נתן הצריק זכרונם לברכה בן כבור קרושה מרנא ורבנא יחיאל זכרונם לברכה בן כבור קרושה מרנא אברהם זכרונם לברכה *Illustris Dom. Nathan justus f. m. filius honorificentissimi ac sanctissimi Doctoris & Rabbini nostri Jechielis faustæ memoriæ, filii honorificentissimi Doct. & Rabb. nostri Abrahami f. m.* En! *projicit ampullas & sesquipedalia verba.* Varii autem fuere tituli, alii Promotionis, alii erudi-

ditionis f. communes, alii officiorum; hi ad sequens caput amandantur, illi & isti nobis hic negotium facessent.

Primus itaque titulus, quo statim insigniebantur Promoti, erat חבר, qui a *Scaligero* eadem significatione imbuitur, qua Græcorum γνώριμος, *Serrario* confertur cum Gallicæ Academiæ *Non-Regentibus*, uti audiunt, quibus opponuntur *Regentes*, *Buxtorfio*, *Empereur* aliisque explicatur per *Socium*, *Collegam*, a nobis antea redditus per *Adjunctum*. Multa de hoc titulo convasari poterant ex *Coccejo* (3), *Scaligero* (4) &, qui ipsum acriter mordet, *Serrario* (5), *Buytorfio* (6) &, qui ipsum (quod statuerit חבר non nisi cum relativo poni) tacite insimulat, *Empereur* (7) *J. H. Ottone* (8), *Pocochio* (9), *Altingio* (10), *Hottingero* (11) *Vagenseil* (12) aliisque, sed quia & brevitati litamus, & illi pleraque hauserunt ex *Elia* (13), operæ pretium erit illius verba adscribere: ארם שהוא נסמך לרבנות אבל אינו ערין להיות מורה הוראה להקרא מורנו הרב קורין אותו חבר הרב פירוש נתחבר אל מי שהוא מורנו הרב *Homo cui ad magisterii gradum manus imposita est, sed nondum idoneus est, ut doceat doctrinam publice, utque vocetur Dominus Doctor noster, eum Socium Rabbi dicunt: sensus est, Associatur ei, qui Magnus Doctor noster audit*. Lucem affundat Leo de Modene (14): Lequel titre se donne aux jeunes gens, qui ne sont pas encor si versez que les vieux dans les Sciences; ou bien ils le qualifient de Morenu ou Rab Præcepteur ou Maitre. Negat Elias τῷ חבר facultatem docendi, intellige αὐτοκρατορικῶς, nam aliquem quoque cathedræ angulum ipsi vindicat *Maimonides*, qui de honore Præceptori deferendo differens subjungit כמה דברים אמורים ברבי מובהק שלמד ממנו רוב חכמתו אבל אם לא למד ממנו רוב חכמתו הרי זה תלמיד חבר ואינו חייב בכבודו בכל אלו הדברים (15) *De quo hæc dicuntur? de illustri ejus Præceptore, a quo maximam sapientiæ suæ partem didicit, sed si maximam sapientiæ suæ partem ab eo non didicit, ecce is est studiosus Socius; nec alter ille ad ejus honorem tenetur in istis omnibus*. Pluribus de חבר reliqua apud nos capita hinc inde distincta sunt.

Alii Promotionum tituli sunt רב *Rabb* רב *Robb* רבא *Robbo* רבי *Rabbi* ריבי *Ribbi* רבן *Rabban* רבנא *Rabbana*, in plurali רבות *Rabboth*, sed semper cum affixo, רבניז *Rabbanin* רבנן *Rabbanan*. מר *Mar s. Mor*, מרן *Maran* מורה *More*. Emedullandi nobis hi termini, eorumque differentiæ, quantum vacat, in apricum producendæ. Differebant autem primo quoad originem Grammaticam & significationem: Ita omnes ab ר incipientes descendere ex רבב. Habent v. רבא & רבנא א Epentheticum, י in רבי est כנוי, in רבי juxta *Eliam* (16) נוספת, unde a *Bynæo* merito confertur cum Gallorum *Monsieur* (17). At utut largiter י in Rabbi initio fuisse affixum, videtur tamen tractu temporis in Paragogicum transiisse; (18); Ut sileam duos discipulos Christum salutare רבי, & addere Johannem (19) ὃ λέγεται ἑρμενευόμενον διδάσκαλε, non διδάσκαλέ μου, si enim affixum addere voluissent, dicendum esset רבנו, cum sermo sit in plurali. מר & מרן natales debent Chaldæis, eorumque מרא, quod *Dominum* notat. מורה originem traxit a ירה *Docuit*, quod in *Hiphil* הורה significat *Docere, instituere*. Priores tituli loquuntur Rabbinorum *excellentiam*, sic enim רבות & רבנות *amplitudinem, magnificentiam*, רבתן *Magnificum*, aliaque ejusdem scaturiginis, (20) *excellentiam* inculcant: מר & מרן Dominium; conveniunt quippe cum Hebræorum אדון & בעל (21): מורה *Doctrinam*, sic cognata תורה & הוראה sunt *Lex & doctrina*. Quid sibi nunc velint istius modi tituli, facile quivis sub stiva Corydon olfecerit: sc. non jam alii Promotis conveniebant tituli, quam qui summum honorem, excellentiam, dignitatem, dominium atque doctrinam spirabant.

Porro differebant ratione temporis: Secula a. prima ejusmodi omnes ignorabant, sic Prophetæ, sic Viri Synagogæ Magnæ, sic Sadoc, Baithus, Antigonus, Schammai, Hillel, aliique, quorum in Auctotibus Judaicis frequens fit mentio, in dudis suis nominibus acquiescebant, unde Rab. Nathan (22) הדורות הראשונים שהיו גדולים מאר לא היו צריכין לרברבם לא ברבן ולא ברבי ולא ברב לא לחכמי בבל ולא לחכמי ארץ ישראל שהרי הלל עלה שבבל ולא נאמרה רבנות בשמו *Secula prima, quæ erant præstantissima non opus habebano se titulit extollere, neque per Rabbi, neque per Rab, tam Sapientes Babyloniæ, quam sapientes terræ Israelis, nam Hillel ascendit ex Babylonia, neque fuit nomen ejus Rabbini titulo appellatum*. Speciosam satis hujus causam invenere, nimirum, ut clarius Maimonides (23) זה לגרולתם וכבוד מעלתם בשביל שאי אפשר למציא כנוי ראוי להם לכבר את שמם כמו שאין כנוי לנביאים *Id propter magnificentiam & gloriam excellentiæ ipsorum factum est, quia impossibile est reperire titulos dignos ipsis ad honorandum nomen ipsorum, prout nulli*

li erant tituli Prophetis ipsis. Sed patiamur ipsos sua ratione abundare, quæ displicet *Leusdenio* (24) aliisque; vocat nos occasio horum titulorum investiganda, & quidem non procul abest, quin subscribamus conjecturæ *Ligthfooti*, qui (25) provectæ inter disceptantes Hillelis atque Schammai discipulos liti, secutæque inde arrogantiæ eos adscribit: Cum enim, eodem fere modo quo se res habuit cum Scotistis ac Thomistis, citius inter totius orbis horologia conveniebat, quam Hillelianos inter ac Schammæanos in sententiis ferendis, dissidentes titulos sibi, haud aliter ac si in suppetias vocaturi, arrogasse videntur, maxime cum utrinque autumarint se ad eruditionis apicem atque culmen pervenisse; Suffragatur *Antonius Bynæus* (26). Ea itaque occasione eaque ælate sc. paulo ante tempora Christi nati sunt, fuitque, ut recte Cel. *Hulsius* (27). רבן Titulus omnium antiquissimus, a quo disssentit *J. H. Gtto*, qui (28) majores canos titulo רבי vindicat, non tam presse, uti solet, hac in parte legens vestigia *Lightfooti*, qui eum uon ante Hillelianum Schisma ortum (29) asseruerat. Fuit autem Hillelis filius primus, qui primo Promotionis titulo condecoratus est רבן שטעון בן הלל הוא הוא הראשון הנקרא משם רבן (30) *Rabban Simeon filius Hillelis primus fuit appellatus nomine Rabban*. Illum Simeonem fuisse, quem refert Lucas (31) Servatorem ulnis excepisse, conjicit *Buxtorfius* (32), conjecturæque inde robur quærit quod eo tempore vixerit, & quod Historia Judaica (33) in mentione ejus parca in laudibus nulla fuerit: Buxtorfium sequuntur *Hulsius*, (34) *Altingius* (35) *J. H. Otto* (36) & præter sexcentos alios *Ligthfootus*, qui (37) scrupulos insuper, qui moveri poterunt, dextre ademit. Præter illum fuere sex alii, qui hoc titulo potiebantur, omnes stirpe Hilleliana sati, unicum si exceperis. Ex Simeone quippe natus Rabban Gamaliel, quem præceptorem Apostoli Pauli autumant: Ex eo Rabban Simeon II. quem urbis Hierosolymitanæ excidium simul absorpsiit: Ex eo iterum R. Gamaliel II. quem tamen, quia per ætatem huic honori impar erat, officio & titulo præoccupavit Rabban Jochanan filius Zachai, qui in urbe Jabne scholam aperuit, apertam successoribus reliquit. Continuata postea series Hilleliana per Gamalielis II. filium Rabban Simeonem tertium, qui filium reliquit, superioribus dignitate superiorem, cui tamen non assignatus est titulus רבן, sed κατ' ἐξοχὴν dictus est רבנו הקרוש *Rabbi noster Sanctus* & רבי יהודה הנשיא *R. Juda Princeps*: illum excepit filius Rabban Gamaliel Tertius, cum quo simul titulus exspiravit, postquam nunc per ducentos fere annos viguerat, si recte calculos colligamus. Increbuere interim succedente tempore reliqui tituli, præter מורה, qui longe recentior est, vix sc. ducentos annos egressus. In causas instituti hujus novi tituli post *Buxtorfium* inquirit (38) *Leusdenius*, duæ enim: afferuntur: Altera est æmulatio Judæorum cum Christianis, quos cum titulis, honore ac dignitate differre sentirent, hunc novum terminum cuderunt, qui supremo nostrorum gradui responderet. Altera ratio constituitur laxior justo Rabbinorum vulgarium licentia in dandis libellis repudii, quæ hoc modo ad מורה postea erat restringenda. Primus hoc titulo gavisus est מהר״ש id est *Morenu ha Rabbi Scholam* cujus discipulus מהר״יל *Morenu ha Rabbi Jacob Levi*. Præceptori titulo fuit æqualis.

Differebant quoque loco & dialecto Palæstinæ quippe limitibus primo circumscripti erant tituli רבן, רבי & ריבי, Babyloniæ erant רב, מר & inde exultans מרן, e Germania prodiit tandem מורה Hinc dispalescit, cur R. Zira in Talmude vocetur nunc רבי זירא nunc רב זירא, utpote quamdiu docebat in Babylonia vocatus fuit רב, postea Hierosolymas vocatus salutatus fuit nomine רבי vel ריבי (39) Postea autem confusis Judæis, non mirum, si confusa sit illa differentia. Præterea pro רב per Patach dialecto Babylonica dicebatur רב Rob-, & cum נוספת א Robo, & Mor pro Mar, sic & Ribbi dialectum Hierosolymitanam constituit *Hulsius* (40). Ratione ordinis id suberat discriminis, quod רב semper nomini proprio præmitteretur, nisi caudam aleret, sed מר promiscue non præponeretur, nunc subjungeretur (41)

Sed tandem quod maximum est, dignitate quoque impares erant: Sic titulus רבי absolute, κατ' ἐξοχὴν & sine nomine proprio positus a quibusdam omnium excellentissimus ducebatur, quippe quo notus est Jehuda Sanctus, quem reliquis Rabbinis palmam præripuisse constat, שלא נמצא כמוהו שהרביץ תורה כישראל *quia nemo fuit alius, cui plus literæ inter Judæos debent* (42) Alias supremus titulus erat רבן & Principibus proprius, nam רבן הוא שם חשוב במעלה יותר מרב ורבי (43) *Rabban est nomen excellentioris dignitatis, quam Rab vel*

Rab-

Rabbi, & לא מצאנו אדם שנרקא רבן מן הנשיאים (44) *non reperimus ullum vocatum fuiſſe Rabban præterquam Principes*. Sic Maria obvia Servatori, eum, utpote Doctorem familia Regia ortum, titulo רבן compellat, Στραφεῖσα ἐκείνη λέγει αὐτῷ. Ῥαββουνὶ, ὁ λέγεται, Διδάσκαλε (45) *Converſa illa dicit: Rabbuni, quod dicitur Magiſter*. Quod non probe adverterunt *Lud. de Dieu* (46) & *Caninius* (47) qui ῥαββουνὶ referunt ad vocem רבון, quæ *Dominum* vel *herum* (48) notat, unde quoque πολυτρύλλητον illud רבונו של עולם *Dominus mundi* pro *Deo*; etenim Johannes non dixerit, ὁ λέγεται, Κύριε, ſed ὁ λέγεται, Διδάσκαλε. Vocem a. ῥαββονὶ, (quæ cœco exidit, cum interrogabat Jeſus: Τί θέλεις ποιήσω σοι; Ο' δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ. Ῥαββονὶ, ἵνα ἀναβλέψω (49) *Quid tibi vis faciam? dixit a. illi cœcus: Rabboni, ut videam*) potius cum Cel. *Pfeiffero* (50) aſſeveravero ſpectare ad רבון. Quæ autem ſubjungit Vir Celeberrimus de Habeſſenis, qui Theologum *Rabuni*, & Nierſe Armeno Poeta, qui in ſacris ſuis carminibus Chriſtum vocat: *Rabbun buchuzz panaurazzi* id eſt *Magiſtrum animarum rationalium*, ea ſi recte capio, aptius faciunt ad illuſtrandum noſtrum רבן; de quo id inſuper obſervandum, quod cum ſingulari numero aliquid dignitatis deponat, in plurali enim numero promiſcue omnibus Sapientibus (51) inſervit, & qui *Rabbot* ſine affixo non legitur, pro eo in forma ſimplici uſurpatur (52) רבנים; Sic familiare Talmudicis eſt תנו רבנן *Docent Rabbini*, & ubi Talmud ורבנן אמרו, ibi Rabbini in ſuis commentariis ואמרו רבותינו. Uti v. Rabban pondus adimebat תֹּוּ Rabbi, ita Rabbi iterum Rab, nam גדול מרב רבי וגדול מרבי רבן (53) *Rabbi excellentior eſt titulus quam Rab, Rabban major quam Rabbi*. רבנא id peculiare tribuitur, quod peculiaris ſit domui Davidicæ (54), ut בי דינא דרבנא אשי *Domus judicii Doctoris Aſſe* (55) & אמר לנא רבנא אשי *dixit nobis Doctor Aſſe*; rarum alias hoc nomen. Ex מר & מרן eminebat Titulus מרן, nam מר promiſcue de Doctoribus & Sapientibus, מרן de illis, qui Sapientibus præerant, uſu venerat; Hinc velut inter anguſtas rimas lumen extendi poterit ad intuendum fulmen a Paulo projectum: Ε'ι τις ὀυ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθὰ (56) *Si quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum, ſit anathema, Maran atha*; quid hic ſit מרן, אתא, (57) *Majerus* (58) *Dilberrus* (59) *Pfeifferus* (60) *Gualtperus* (61) aliique quorum numerus in numerus; id duntaxat monebimus, diſplicere nobis ſententiam Celeberrimi Viri (62) qui μαρὰν derivat ab Aram filio Sem, præpoſita litera heemanti, quaſi Syri generis ſui Auctorem reſpicientes, *Deum & Dominum* nominarint Maran, præterquam enim quod ſupervacaneum hoc ſit, etiam nonnihil habet difficultatis, imo longe petitum eſt; Revera a. idem מרן eſt, in quo hic occupamur, quippe quo, cum excellentiſſimus eſſet titulus, κατ' ἐξοχὴν poſito, digito velus monſtratur *Dominus* noſter Chriſtus, ut ſenſus ſit, *venit Chriſtus*; Qualis v. adventus indigetatur? an ad judicium? quod plerique contendunt, num ad vaſtationem urbis Hieroſolymitanæ? quod prolixe Ligthfootus (63) num convenit cum formula Enochi (64) ἦλθε ὁ Κύριος, num etiam reſpondet tertio Excomunicationis generi שמתא? vel ſecus, ut placet eidem *Ligthfoot*, aliorum judicio relinquimus; diffiteri tamen non poſſumus, quin ſaltem inquibuſdam hic videatur magis a trita via, quam a veritate exorbitare. Titulum מרן ſi non ſuperat, æquat tamen recentior מורה, qui ſimius eſt *Doctoris* tituli apud nos, unde quanto ſuperior noſter *Doctor Magiſtro*, tanto excellentior illorum מורה vulgari רבי, quippe qui ראש הרבנים *Præſes reliquorum Rabbinorum* deſignabatur; ita ut quoque, quemadmodum apud nos ex Baccalaureo vel Magiſtro Doctor, ita apud eos מורה ex רבי promoveretur (65) Sed denique iſti omnes tituli dignitate cedant neceſſe eſt nudo *Nomini proprio*, ſi ſerio alias agunt Judæi, qui, ubi primum locum רבן תֹּוּ aſſeruerint, addunt: גדול מרבן שמו (66) *Simplex nomen majus eſt quam Rabban*; ſic & *Maimonides* החכמים שהם למטה מן למעלה הזאת יבנה אותם רבן ועוד לטטה מן המעלה הזאת יבנה אותם רב ורבי (67) *Sapientes qui infra hanc dignitatem erant* (ſc. ut nuda nomina ſua ſortirentur) *cognominati fuere titulo Rabban, qui infra Rab & Rabbi*.

Interim tamen adeo tenaces titulorum fuere Judæi, qui eos reportarant, ut illorum excluſio bilem ipſis movere potuerit; dicat hac de re, quid ſentiat, R. Hunna, cum, ut de eo (68) *Vagenſeilius*, ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας, λαλεῖ τὸ ςόμα αὐτοῦ. Nempe שלה ליה רב ענן לרב הונא הונא חברים שלם כי אתיא הא איתתא לקמך אנביירה עישור נכסי הוה יתיב רב ששת קטיה אמר ליה זיל אימא ליה וכשמתא יהא מאן דלא אמר ליה ענן ענן מסקרקעי או ממטלטלי ומאן יתיב בי מרזחא ברישא (69) *R. Anan*

nan missis literis ad R. Huna, *scripserat illi*: Huna socio nostro salutem; *Cum* ἡ δεῖνα *Mulier ad te veniet* (opem tuam flagitans, ut, quod æquum est, ex hæreditate paterna a fratribus impetret, fac quæso) *decimam patrimonii ut obtineat*. (Accepta epistola continuo indignari cœpit R. Huna, & inique ferre, quod ab Anane non רבי, sed saltem חבר salutaretur) *Aderat R. Hunna tum forte R. Schesche*t, *quare ad hunc inquit*: *abi & dic Anani* (illa sc. ignominiosa verba reciprocanda), *scitoque te Anathemati subjacere*, *nisi dixerit*: *Anan Anan*! (an placet) *ut in immobilibus an mobilibus* (assignetur decima?) *Et age*, *dic amabo*, *in epulis lugubribus quis sedet loco præcipuo*? Quis hic non videt, quam vere illam ipsis insolentiam exprobraverit Servator: Καὶ τὸς ἀσπασμὸς (φιλῦσι) ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ῥαββὶ, ῥαββὶ (70) *Et amant salutari in plateis & vocari ab hominibus* רבי, רבי,

Crevit eundo illa insolentia, ut non solum recentiores propriorum titulorum summa laboraverint avaritia, sed & cujusvis nationis titulum sibi arrogare non erubuerint, cum tamen modestiores videri voluerint antiquiores quippe R. Moses Cordubensis cognomine Ægyptius, Abraham Aben-Ezra, David Kimchi vel noluerunt vel non ausi sunt titulum *Don* suis nominibus præfigere, cum contra recentiores eo gloriagere, cum contra recentiores eo gloriati sunt; uti suam de sua familia narrationem hisce gemmulis distinguit R. Gedalia: השר דון שלמה בן דון יוסף ן׳ יחייא היה בימי האלה (71) *Princeps Don Salomon ben Don Joseph Jachia fuit in diebus istis*; Porro: השר דון גדליה בן השר דון שלמה בן יחייא שהוא דור חמשה למשפחתנו *Princeps Don Gedalia ben Principis Don Salomonis ben Jachia*: *hæc est quinta generatio familiæ nostræ*; Ita certe: non est gloriosior sub cœlo populus, quam Judæus; Verum de titulo דון tenenda est regula Bartolocii. (72) *Quotiescunque auditur titulus Don Rabbino affixus*, *dicendum est eum esse Hispanum*, *neque excedere antiquitatem* 200. *annorum*, *quamvis Novitii Rabbini*, *aliquando in fastum suæ gentis etiam antiquioribus hunc titulum impertiantur*. Sic & relatum audivi Judæos, qui Medicinam profitentur, in Hollandia alibique captare nomen *Doctoris*, patique Christianorum ritus, ut eo titulo insigniantur. Sed hactenus tituli, Promotionem concomitati, nunc ad communes.

אב primum hic locum occupabit, titulus ut suavitate, ita & antiquitate satis memorabilis, quem Præceptori cum Patre communem fuisse jam ante (73) monuimus. Ante diluvium fuit, posteris sc. Caini, qui in arte aliqua alios instruxere, tributus; Ita de Jabal הוא היה אבי יושב אוהל ומקנה de Jubal הוא היה אבי כל תפש כנור ועוגב (74), Conferatur præter alios *G. Vockerod* (75) Nec diluvio obrutus est, nam appellatur Sem אבי כל בני עבר (76) & eodem respectu attribuuntur Mosi velut, אב & *Magistro*, filii Mosis ואלה תולדות אהרן ומשה (77) *Et hæ sunt generationes Aaron & Mosis*, illius scilicet generando, hujus informando; Tandem sonora satis sunt ingemiscentis Elisæi verba: והוא מצעק אבי אבי רכב ישראל ופרשיו (78) *Et clamavit*: *Pater mi*, *Pater mi*, *currus Israelis & equites ejus* In quæ loca videatur Targum, cum Jarchi. Hinc *Maimonides*: אנשי זאת המעלה יכנה כמו בן אבא *Viri hujus gradus* (sc. qui venerant nomine רבי, nam de ejusmodi titulis agit) *cognominabantur etiam* אבא. Sic & Πατὴρ Græcorum etiam Præceptori donabatur, ut teste *Chrysostomo* (79) audire Πατὴρ πνευματικὸς *Pater Spiritualis*; quo circa *Basilius Magnus*, (80) Πατήρ ἐστιν ἀληθέστατος πρῶτος μὲν ὁ τῶν ἁπάντων πατήρ. ὁ δεύτερος δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον ὁ τῆς πνευματικῆς καθηγούμενος πολιτείας. *Verissimus*, inquit, *Pater est*, *primus quidem*, *qui communes omnium Pater est*: *Secundus v. post illum*, *penes quem est moderatio spiritualis vivendi rationis*; &, porro *Chrysostomus* (81) Οὐ τὸ σπεῖραι ποιεῖ πατέρα μόνον, ἀλλὰ τὸ παιδεῦσαι καλῶς. *Non tantum id Patrem facit*, *si gignat*, *sed & si bene instituat*; Idem est quod dicunt Rabbini המלמד בן חברו תורה מעלה עליו הכתוב כאלו ילדו. Hujus nominis esurientissimi quoque fuere Judæorum Magistri, quod tacite in iis notat Servator, dum suos discipulos admonet: Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς, εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ, ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. (82) *Non vocabitis quempiam Patrem vestrum in terra*, *unus est enim Pater vester qui est in cœlis*. Num a. אב vel אבא etiam præfigi solebat, ceu individuum, nominibus Promotorum, eodem modo quo רבי, merito poterat dubitari; Ajenti sententiæ videtur posse favere, quod est in Juchasin אבא הוא לשון כבוד כמו רבי (83), & quod apud Rabbinos occurrant nomina hoc insigne in fronte gerentia, e.g. אבא שאול *Abba Saul*, אבא יוסי *Abba Josi*, אבא אריכא *Abba Longus*; quod si ita fuerit, rarissimum tamen fuisse mihi habeo persuasissimum. Sed dum hæc meditor, assequi vix potero, quodnam glau-

glaucoma oculis *J. H. Ottonis* fuerit objectum, quippe qui discriminat inter אב & אבא, quasi prius denotaret *Patrem*, *Seniorem*, *Dominum*, *Doctorem*, sed אבא duntaxat *Patrem naturalem aut adoptantem* (84), quod forsan ipsi non excidisset, si antea a nobis allata animadvertisset. Nihil tale offenditur apud *Buxtorfium* (85) *Altingium* (86) *Josephum de Voisin* (87), *Godviinum* (88) aliosve. Correlatum (ignoscatur Philosopho) τῷ אב est בן, (uti *Præceptoris Discipulus*,) & reverentiam poscens, quo suaviter olim exceptus Samuel a Veterano Præceptore Eli: לא-קראתי בני (89) *Non vocavi te mi fili*. Eodem sensu nuncupabant Græci Medicinæ candidatos, Ἰατρῶν παῖδας (90) Et inde Servator (91): Ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς *Justificata est sapientia a filiis suis*.

נביא ut antiquitate, ita & dignitate τῷ אב proximus, non solum oraculorum & secretorum Divinorum internuncium, sed & elocutorem denotabat, observante præter alios Theologorum Coryphæo Eminentiss. ac summe Venerabili *D. J. Wandalino* nostro (92). De peculiari ipsius significatione postea, hic de latiori; ita autem Doctoribus erat communis, ut ad Theologos tamen restringeretur. Ita ubi Hebræus Textus: *Occurret tibi chorus Prophetarum* והמה מתנבאים *& ipsi prophetabunt* (93), ibibi Caldæus ואינון משבחין *& ipsi psallent*, vel *laudabunt*, & alibi (94) ואזל מיזל נביא ומשבח *& perrexit psallens*, idemque נביא vertit per ספרא *Scribam*, vel doctum vel docentem. Huc Cel. *Godvin*, (95) allegat verba Christi: Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται (96) *Qui accipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ reportabit*; & a *J. H. Reitsio* (97) exempli loco sistitur *Apopollos* (98). Apertissime a. Aaron audit Mosis Propheta: ואהרן אחיך יהיה נביאך (99) *Et Aaron frater tuus erit tuus Propheta*, Προφήτης, quasi ὑποφήτης, ut scite Incomparabilis *Wandalinus* (100). Inde בני נביאים *Studiosi*, qui operam nostram supra (101) absumsissent, nisi prehensa quasi manu traheremur ad facem unico loco admovendam, sc. לא נביא אנכי ולא בן נביא Verba sunt Amos (102), *Nec Propheta fui nec* בן נביא, idest, *non didici inter discipulos Prophetarum*, accinentibus *Calvino* (103) *Pellicano* (104) *Estio* (105) *Stillingflet* (106), cujus sunt verba: Nochik vvas geen Propheten Zoon, dat is, niet opgebragt als een Scholier onder de Propheten &c. Addantur testimonia *Kimchi* (107) & *Limpmanni* apud *Hulsium* (108)

זקן generalis quoque titulus erat, apud Judæorum majores natus, ad Christianos dein translatus; Prodeant, pro liberanda fide, זקנים Israelitis præfecti (109), totiesque Rabbinis memorati זקני בחכמה *Seniores Sapientia* (110): & acclamabunt ipsis Prim. Eccl. πρεσβύτεροι: Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν (111) *qui bene præsunt* זקנים *Presbyteri, duplici honore digni habeantur*, Porro: πρεσβυτέρους ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος (112) Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας (113). Sed & in N. T. inter alios literatos introducuntur Judæorum Πρεσβύτεροι (114) Vis scire rationem appellationis? lege *Cyrillum Alexandrinum* (115): Πρεσβύτερον, ait, φαμὲν οὐ τὸν κατὰ χρόνον, ἀλλὰ τὸν κατὰ σύνεσιν καὶ ὡς ἐν τελειότητι γεγονότα φρενῶν, זקן *dicimus non eum, qui ætate, sed qui intelligentia talis est, & mentis perfectione constitutus*. Idem fere habent *Clemens Alexandrinus* (116) & *Nyssenus* (117). Eadem ratio apud Romanos locum fecit *Senatoribus* (118). Innumeræ hanc in rem coacervari poterant observationes, sed, cogente brevitatis proposito; amandamus ad *Cell. Le Moyne* (119) *Ligthfoot* (120) *Vitringam* (121) *Suicerum* (122) *Arndium* (123) *Pocochium* [124] alios.

חכם itidem cuivis erudito attributum est, hinc solenne שנו חכמים *tradunt eruditi*, & קבלת חכמים *Praditio Eruditorum* in omnibus fere Rabbinorum scriptis; & ob insignem eruditionis thesaurum meruit Aben Ezra, qui diceretur κατ' ἐξοχὴν החכם ὁ Σοφὸς Sapiens [125]. Postea tamen videntur Pharisæi, alas hujus vocis amputasse, ne de omnibus promiscue circumvolaret, sibique, qui scil. תורה שבעל פה docebant, arrogasse; Haud aliter ac Græci olim inhiabant titulo σοφοῦ, unde quoque factum, ut, cujuscunque oratio erat ad palatum circumfusæ coronæ, ei applauderetur σοφῶς *Sapienter*, donec Pythagoras, turgidum nomen pertæsus, mallet φιλόσοφος *Sapientiæ Studiosus* audire [126]. Limitatus quoque alio modo est titulus ad id, quod quisque profitebatur; ita alii dicti חכמי האמת *Theologi*, alii חכמי החמקר *Physici*, alii חכמי שקול הדעת *Logici* &c. [127] Inde quoque propullulavit titulus, majorem forsan submissionem redolens, תלמידי חכמים *Discipuli Sapientum*, eruditis quoque communis; sic dicitur liber legis, vetustate exesus, reponi apud ואפילו שונה הלכות תלמיד חכם *Eruditum etiam-*

etiamsi doceat traditiones [128]. Cæterum plus lucis suffundent [129] *Lightfoot* [130] *Goodvin* [131] *Empereur* [132] *Altingius* [133] alii.

Sed & סופר aliquando omnium Literatorum erat, cui apprime respondet Latinorum *Literatus* [134], & e diametro oponuntur in Novo Instrumento *ἄνθρωποι ἀγράμματοι homines illiterati* [135]. Hinc illud קנאת סופרים הרבה חכמה [136] *Æmulatio Scribarum* [i: Studiosorum] *auget Sapientiam*; nam apud Eliam [137] רבנים & סופרים pari passu ambulant: מדברי סופרים הם חכמים הנקראים גם הם רבנים ואין הפרש בין אמרם מדברי סופרים ובין מדרבנן *Ex verbis scribarum: Sapientes sunt, qui & alio nomine Rabbanim vocantur, neque ullum discrimen est, sive dicunt: e verbis Scribarum, sive: Rabbinorum*. Alias autem סופר singularis quoque officii terminis circumscribebatur, uti postea. Interim plura peti poterunt ex *Buxtorfio* [138] *Fesselio* [139] *Vandalino Patre* [140] *Altingio* [141] *Goodvino* [142] *Ligthfoot* [143] &c.

Rariores, ut antiquiores, erant tituli אצילי העם (144) *Segregati a promiscua plebe*, & בעלי אסופות (145) *Domini congregationum*. Priori dicuntur condecorati, vel quia aliquod נאצל *sepositum*, sive eruditionis ac excellentiæ *depositum* ipsis erat concreditum, vel quia per extensionem האצילים *Axillarum* seu *brachiorum* docendi jus fuerant consecuti (146). Posteriori, vel quia *collecti* erant in *Judicum seu Professorum Collegium* (147), vel quia ipsi vacabant *sapientiæ præceptis in Systemata colligendis* (148). Lubens alia prætereo, præsertim epitheta, quibus recentiores superbiebant: Uti enim ab Urbano VIII. Cardinalibus datus est titulus *Eminentissimorum*, referente *Jos. Arndio* (149); ita nec nostri boni Viri se ipsos Eminentissimos, Illustrissimos, & si quid eminentius aut illustrius, nuncupare sunt obliti, dum præstantior quilibet Rabbinus apud ipsos cluet המובהק הגאון הגדול מה״ר פלוני *Illustrissimus, Excellentissimus & Magnificentissimus Doctor noster Rabbi N. N.* (150).

Tandem coronidis loco trutinemur, liceat. An Servatoris ejusve Apostolorum frontibus frondes Academicæ fuerint prætextæ? quod si inconcusso fulcro suffulciri posset, haberent nostra, de quo sibi impense gratularentur, Laureta, omnibusque simul albo dente deridenda propinaretur vermiculatio D. Andreæ Carolstadii, qui œstro, nescio quo, percitus, titulum Doctoris abjuravit, maluitque *Frater Andreas*, quam *D. Andreas* salutari; abjuratum deinde impugnavit, Scholisque Vittebergensium occulsis, rustico indutus asinoque simul, submissiori humero ligna in urbem invexit (151); quo pestilenti halitu afflati quoque fuere *Zuinglius* (152) *Anabatistæ*, *Franciscani*, Fratres illi ignorantiæ, quorum iste titulum Doctoris fastidivit, illi & hi literas plane exulare jubent; Qui autem eadem lepra infectum Luth. cavillantur, innocentissimi Megalandri manes indigno ungue radunt, & maledico dente rodunt, cum promotionis titulorum usum neutiquam damnaverit (153). Sed in orbitam! Si de eo certi esse possemus, Servatorem in Academiis Hebræorum promotum fuisse, ejusmodi delirantium vermitationes hoc unico fulmine prosternerentur. Longa certe, ut fatear, dubitatio mentem meam intercertavit, sed tandem veritatis pondere victus, Apollini nostro nihil ex hoc fonte solatii polliceri ausus sum; Ideoque sudent alii pro propugnandis nostris Lauretis, aliaque vibrent tela, quæ inter alios pro suo acumine nuper expolivit Cl. *Gladius* noster (154), nos in nostro curriculo pulverem colligamus, decet.

In album Sacerdotum a Judæi relatum fuisse Servatorem asserere non veretur *Suidas* (155), quem ideo multo sale perfricat *Sagittarius* (156). Propius ad rem accedit *Vitringa*, qui Servatorem solenni ritu promotum fuisse nullus dubitat: *Ambiges forte*, inquit (157), *num & Christus & illius Discipuli, Apostoli puta, & Evangelistæ Doctoris titulo fuerint insigniti, At scrupulum eximit nobis omnem historia sacra, ex qua cognoscimus, Christum vix alio nomine, quam illo ῥαββὶ ϗ διδάσκαλε notum fuisse non modo apud Discipulos suos, sed & apud Judæos--Rabbi vero nullus erat, nisi publica manus impositione per Sanhedrin aut Synedrii delegatos aut Doctores alios insignes promotus*. Sed quod pace Viri Eruditissimi dixerim, hoc nondum par est omni scrupulo tollendo; & cum hæc assertio potissimum titulo רבי tanquam angulari lapidi innitatur, disquirere in antecessum juvabit, an רבי fuerit communis salutandi titulus, an vero solennis promotorum caracter? prius propugnant *Seldenus* (158) *J.H.Otto* (159) &c. posterius præter alios *Vitringa*, sed neutrum est ad nostrum palatum; Etenim uti nec dixerimus, lippis & tonsoribus datum fuisse titulum רבי, ita nec jurare possumus, neminem, non promotum, eo salutatum fuisse. Hæc dum asse-

asserimus, nolumus dissimulare dictum Rab. Nathanis, quod nobis obesse videtur רבי מחכמי ארץ ישראל הסמוכים שם בסנהדרין שלהם דאמרון לענין סמיכת זקנים דסמכין ליה וקרו לה רבי וגו׳ *Rabbi est ex sapientibus terræ Israelis impositione manuum ibi promotis per Synedrium; dicitur igitur respectu impositionis manuum per Seniores, qui manus alicui imponunt, & vocant eum Rabbi.* Duo quippe sunt, quæ hanc sagittam, ne feriat, avertunt; Alterum est, quod R. Nathan non loquatur exclusive; sic apud nos *Doctor* & *Magister* sunt promotionis tituli, non tamen adeo perpetui promotionis indices, quin vel honoris vel officii ratione iis appellati fuerint Docentes, etiam Academica lauru non condecorati; Alterum, initio omnia non tanta accuratione fuisse conjuncta ac observata, quanta successu temporis, postquam usus terminos expoliverat, ut ideoque nec omnibus personis, nec omnibus temporibus congruum sit illud R. Nathanis. Quæris ergo qualis titulus fuerit *Rabbi?* regero, *fuisse titulum, non promotis duntaxat, sed reliquis Eruditis, fama quotquot super æthera noti erant, collatus, indoctis capitibus plane inconveniens.* Hisce ponderatis, Vitringæ argumento ome robur decedit: Ultro itaque largimur, Servatorem titulo רבי omnibus notum fuisse, sic Judas (160) Μήτι ἐγώ ῥαββί? (161) χαῖρε ῥαββί; sic Petrus (162): ῥαββί καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι; sic Nathanael: ῥαββί, συ εἶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ (163), sic duo discipuli: ῥαββί (ὁ λεγεται ἑρμηνευόμενον, Διδάσκαλε) ποῦ μένεις (164); sic vulgus: Ῥαββί, πότε ὧδε γέγονας (165), Et nec ipse Servator ab eo titulo abhorruit (166). Cur ergo tam frequenter רבי? scilicet quia adeo demum inclaruerat, ut eruditio ipsius omnibus excellentissimum ac magnificum titulum etiam invitis extorserit. Id ut ulterius confirmetur, probe animadvertendum, temporibus Servatoris titulum hunc adhuc, ut supra declaravimus, infantissimum fuisse; Ideoque si posterioribus, ea tamen ætate nondum soli promotionis cathedræ consecratum. Cæterum quo minus Servatorem sese Judæorum Brabeutis subjecisse asseram, varia insuper exorant: Primum est, quod toties plebs legatur obstupuisse ad ipsius doctrinam, tanquam quem antea ignoraverat literis imbutum fuisse. Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ (167). Sic: Καὶ ἔλεγον. Οὐκ οὗτος ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς Ἰωσήφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει οὗτος (168); Concipe Servatorem via trita ad publicam promotionem perrexisse, annon colliges simul publico eum notum fuisse, tanquam insigniter eruditum? Ea a. ratione non innotuisse innotescit ex his phrasibus: Οὐκ οὗτος ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ? & πῶς λέγει οὗτος; Priori tacite innuitur differentia inter Academicos Literatos & illiteratum: Posteriori, eruditionem ipsius intra pomœria Academiæ ordinarie non fuisse acquisitam. Hinc deinde obstat ipsius educatio, quæ ad annum trigesimum intra privatos lares peracta, paternæ operæ adhærere jussit, (quæ enim alias edita a Servatore obtrudunt Romanenses (169), e. g. aves ex cera volantes factas, virunculos incedentes formatos, aliaque, ad gerras Siculas pertinent), ut ideoque non specialem, sed saltem generalem institutionem habuerit, suffragante Cel. *Balt. Meisnero* (170). Hinc quoque perpetua Literatorum cornua in se conversa sensit, Laicos contra sibi propensiores expertus. Sed & aliquali indicio est, רבי de Christo usurpatum explicari per Διδάσκαλον [171], Διδάσκαλος autem non est promotionis, sed eruditionis testis. Denique ut alia silentio patiar involuta, non decuit Servatorem, laurum e manu Judæorum accipere, cum testimonio ipsorum nec indiguerit, nec uti voluerit: Ἐγὼ δέ, inquit, οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω [172] *Ego ab homine testimonium non accipio.* Ab illo autem, a quo missus est, etiam testimonium accepit: Καὶ ὁ πέμψας με πατήρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ [173]: Sic: Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία, ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ [174]: Ita testimonio Patris in Baptismo suo gavisus est: Οὗτος ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα [175]; Etenim, uti recte *Meisn.* [176], *Christus hac voce Patris ad ministerium quasi solenniter ordinatus & evocatus fuit: nec enim erat condecens, ut Christus Messias illud propria auctoritate invaderet. Et quoniam quoad personam plane ignotus erat, & vero ad hoc munus jamdudum deputatus, ideo in hoc suo baptismo, utpote ministerii exordio a Patre cœlitus quasi ordinandus, præsentandus, & commendandus fuit circumstantibus, ut ipsum, quippe Messiam publice renunciatum ac declaratum, audirent.* Ita in monte μεταμορφώσεως ejusdem testimonio confirmatus est: Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε [177]: Ubi pro summo Propheta ipsum assignari probat *Lightfoot*

[178]

[178] ex α. præsentia duorum maximorum Prophetarum Mosis & Eliæ; β. ex voce, γ. ex nube, δ. ex splendore.

Quod Apostolos concernit, nec de iis ambigit Cel. *Vitringa* [180], at qua ex parte id veritati consentire poterit, dicemus. Scilicet ægre asseruero, eos in Hebræorum Academiis per manuum impositionem docendi facultatem impetrasse, cum constet, plerosque regia eruditionis via non ingressos fuisse, sed hunc e telonio, e navi piscatoria illum &c. in arenam prosiluisse, ut mirari liceat in ipsorum ruditate divinam prudentiam cum Cel. *Cave*, cujus hæc sunt [181]: And here vve may justly reflect upon the vvise and admirable methods of the Divine providence, vvhich in planting and propagating the Christian Religion in the World, made choice of such mean and unlikely instruments, that he should hide thase things from the vvise and prudent, and reveal them unto babes, men that had not been educated in the Academy, and the Schools of Learning, but brought up to catch Fisch, and mend Nets; most of the Apostles being taken from the meanest Trades and all of them (S. Paul excepted) unfurnished of all arts of learning, and the advantages of liberal and ingenous education: and yet these vvere the men tat vvere designed to run dovvn the vvorld, and to overturn the learning of the prudent. Certainly had humane Wisdome been to manage the businefs, it vvould have taken quite other measures, and chosen out the profoundest Rabbins, the acutest Philosophers &c. Judæorum itaque Magistris suam promotionem debere non potuere Apostoli, solum si exceperis Paulum, quem probabile satis est, prius in Judæorum, quam in Christi schola, Doctoris titulo donatum fuisse, siquidem & κατ' ακρίβειαν a Rabbino informatus fuerit (182), & tanquam שלוח סנהדרין missus ad inquirendum in Synagogas (183); Reliqui Apostoli, ut eruditionem suam vel a solo Christo, vel prius a Johanne & deinde a Christo, (quod de Petro, Andræa & Johanne & eeinde a Christo, (quod de Petro, Andræa & Johane (184) asseverat Cel. *Cave*) hauserant, ita & a Christo Magistro suo promoverentur, oportebat, qui etiam ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν (185), (quam esse promotionis formulam jam tum indicavimus) & potestate docendi eos munivit (186). Hinc Judæorum Primates in examine Petri & Johannis obstupuere ad ipsorum, illiteratorum utpote, eruditionem: Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν καὶ Ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι, καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν (187): plane ut eorundem assectæ admirati ante fuissent eruditionem Servatoris, addentes, (quod supra addere prætermisimus): Πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς (188) *non informatus* in triviis. Id vero præ primis animadvertere habemus, quod Seniores Apostolorum παῤῥησίαν in docendo retulerint non ad publicam institutionem, sed ad assiduam cum Christo conversationem. Si quando itaque *Doctornm* titulo ornati legantur, ut apud *Polycratem* (189) Johannes: Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών· ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκώς, καὶ Μαρτύρ, καὶ Διδάσκαλος. *Præterea Johannes qui in sinu Domini recubuit, qui etiam Sacerdos fuit, & laminam gestavit, Martyr denique & Doctor exstitit*; non ex Academicis Rabbinorum nidis, sed ex promotione Christiana & demandato officio popullulasse credendus est titulus. Interim id de Apostolis non verum esse definit, quo concludit *Vitringa*, eos sc. תלמידי חכמים ad minimum a Judæis agnitos fuisse. Singulorum vero educationem (nam & hic invidum tempus increpare liceat) inspicere si cui volupe fuerit, commendari suo jure meretur laudatus Cave, cujus legendi desiderium excitare malo, quam plura adducere.

NOTÆ IN CAPUT OCTAVUM.

(1) *Pirke Ab.*
(2) *Ibid.*
(3) *In Sanhedr. p.* 308.
(4) *Elench. Trihæres : cap.* 9.
(5) *Opusc. Theol. Rab. d. c.* 25. *pag.* 192.
(6) *Lex. Talm. p.* 703. *alibi.*
(7) *Not. in Itin. Benj. p.* 188. *s.*
(8) *Lex. Rabbin. p.* 106.
(9) *Not. Miscel. ad Port. Mos. p.* 420.
(10) *Histor. Prom. Ac. Heb. s.*
(11) *Thesaur. Phil. p.* 57. *s.*
(12) *Com. in Sot. p.* 1026.
(13) *In Thisbi h. v.*
(14) *De rit. Jud. P.* 2. *c.* 3. §. 1.
(15) *Talm. Thor. c.* 5.
(16) *In Thisbi.*
(17) Gefruiste *Christus pag.* 171.
(18) *Comment. in Matt.* 23. *v.* 7.
(19) *Joh.* 1. 39.
(20) *Buxt. Lex. Talm.*

(21) *Ibid.*
(22) ערוך מוסף *in voce* אבי״
(23) *Præfat. in* זרעים.
(24) *Philol. Heb. Diss. VI. p.* 51.
(25) *Hor. Heb. in Matt.* 23. 7. *Harmon.* 4. *Evang. Sect.* 12.
(26) Gekruiste *Christus p.* 172.
(27) *Theolog. Judaic. Lib.* 1. *P.* 2. *pag.* 312.
(28) *Lexic. Rab. Ph. pag.* 499.
(29) *Hor. H. in Mat. l. c. Vid. Bynuum l. c. ali s.*
(30) *Zemach David.*
(31) *C.* 2.
(32) *Abbrev. Hebr. pag.* 172. *seq.*
(33) *Zemach David & Gemara obiter saltem memorant, Mischna & Pirke Aboth silent, quod merito moriatur Abarbanel quæst in Pir. Ab.*
(34) *Theol. Jud.*
(35) *Hist. Ac. Hebr.*
(36) *Lex. Rab.*
(37) *Harmon.* 4. *Evangel. in Luc.* 2.
(38) *Not. Phil. in Jon. illust. p.* 78.
(39) *Halichot olam fol.* 5. 2.
(40) *Dialep. in* אבקת רוכל *l.* 1. *P.* 2.
(41) *Alting. Hist. Prom. Acad. Heb. Leg. Aruch. maj. in voce* אבי׳.
(42) *Apud Vagenseil. Sot. p.* 999.
(43) *Zemach Dav. fol.* 36.
(44) *Aruch in* אבי״.
(45) *Joh.* 20. 16.
(46) *Animadvers. in* 4. *Evang. p.* 498.
(47) *De loc. al. N. T. p.* 31.
(48) *Buxtorf. Lex. Tal. in h. v.*
(49) *Marc.* 10. 51.
(50) *Dub. Vexat. p.* 933.
(51) *Buxt. Abbrev. Hebr. p.* 177. *Lex. Tal. p.* 2177.
(52) *Huls. Theol. Jud. p.* 312.
(53) *Aruch in voce* אבי״.
(54) *Aruch. in h. v.*
(55) *Kethub. fol.* 22. 1.
(56) 1. *Cor.* 16. 22.
(57) *Ad h. l. p. m.* 556. 6.
(58) *Philol. Sac. P.* 1. *p.* 131.
(59) *Eccl. p.* 173.
(60) *Dub. vex. p.* 944.
(61) *Syllog. N. T. p.* 364. & 412.
(62) *Salom. Gesner. in Psal.* 12.
(63) *Oper. Tom. I. p.* 778. *seqq.*
(64) *Apud Jud. v.* 14.
(65) *Buxt. Abbr. Rabb. p.* 115. *Leusden. not. in Jon. ill.*
(66) *Aruch in* אבי״.
(67) *Præfat. in* זרעים.
(68) *Sota pag.* 109.
(69) *Chetubb. fol.* 69. *a.*
(70) *Matt.* 23. 7.
(71) *In Scalsch. p.* 5.
(72) *Bibliot. Mag. Rabbin. Tom.* 1. *pag.* 713. *a*
(73) *Cap.* 1. *pag.* 17. & 35.
(74) *Gen.* 4. 20.
(75) *Hist. Societ. & rei Liter. ante Diluv. p.* 35. *s.*
(76) *Gen.* 10. 21.
(77) *Num.* 3. 1.
(78) 2. *Reg.* 2. *quod idem Elisæo obtigit* 2. *Reg.* 13. 14.
(79) *Homil.* 48. *t.* 5.
(80) *In Consist. Monast. cap.* 20. *p.* 707.
(81) *Homil. XI. t. V.*
(82) *Matt.* 23. 9.
(83) *Pag.* 31. & 6.
(84) *Lex. Rabb. p.* 2.
(85) *Lex. Talmud. p.* 10.
(86) *Hist. Prom. Ac.*
(87) *Observ. in Proœm. Pug. fid. Raymundi Martini pag.* 169.
(88) *Mos. & Aar. pag.* 54. *edit. Joh. Henr. Reizii.*
(89) 1. *Sam.* 3. 6.
(90) *Erasm. Ep. dedic. Hilario præfix.*
(91) *Matt.* 11. *v.* 19.
(92) *Concord. Prophetico-Evang. Prodrom. de Prophetis & Prophetus pag.* 8.
(93) 1. *Sam.* 10. 5.
(94) 1. *Sam.* 19. 24.
(95) *Mos. & Aar. p.* 58.
(96) *Matt.* 10. 41.
(97) *Not. in Godv. Mos. & Aar. l. c.*
(98) *Act.* 18. 25.
[99] *Exod.* 7. 1.
[100] *De Prophet.*
[101] *Cap.* 1. *pag.* 35.
[102] *Am.* 7. 14.
[103] *In hunc loc.*
[104] *In h. l.*
[105] *In h. l.*
[106] *Orig. Sacr. pag.* 132. *edit. Ubelman.*
[107] *In* 2. *Reg.* 2.
[108] *Theol. Jud. pag.* 494.
[109] *Exod.* 3. 16.
[110] *Jore Dea & infinit. loc.*
[111] 1. *Tim.* 5. 17.
[112] 1. *Petr* 5. 1.
[113] *Jac.* 5. 4. *Conf. Apoc.* 4. 4. &c.
[114] *Luc.* 20. *v.* 1. *V. Light. in h. l.*
[115] *Ad cap.* 3. 3. *Es. v.* 2. *pag.* 55.
[116] *Strom. lib.* 6. *pag.* 667.
[117] *Hom. I. in Ecclesiast.* 1. *l. pag.* 382.
[118] *De quibus vide Lexic. Soran. in h. v. Lipsium de magn. Rom. Thes. Gruter. pa.* 666.
[119] *Not. ac observ. ad Polycarp. Epist. pag.* 35. *seqq.*
[120] *Oper. Tom.* 1. *pag.* 726.
[121] *Archisynag. pag.* 386. *seq.*
[122] *Thesaur. Eccles. pag.* 826. *seq.*
[123] *Lexic. Eccles. Adde Sirmundum ad tertium sermonem Augustini inter* 49. *quos vulgavit, aliosq;*
[124] *Port. Mos. pag.* 387.
[125] *Vid. Buxtorf. Abbrev. Hebr. p.* 34. *f.*
[126] *Vid. Scheffer., Laert. Jamblic., & Porphyr. de Pythag.*
[127] *Buxt. Lex. Talm. pag.* 751. *alibi.*
[128] *Megill. fol.* 26. 2.
[129] *De tribus Sectis Hebræor. cap.* 18. *lib.* 2.
[130] *Hor. Heb. in Matth.* 10.
[131] *Mos. & Aar. lib.* 1. *cap.* 6.
[132] *Clav. Talm. & not. in Benj. Tud.*
[133] *De Promot. Hebr.*
[134] *Vid. Lexic. Sor. alia.*
[135] *Act.* 14. 13.
[136] *Basra fol.* 21. 1.
[137] *In Thisbi voce* ספר.
[138] *In Tiberiade.*
[139] *Adversar. Sac. lib.* 1.
[140] *Scrib. edoct. adregn. cælor.*
[141] *De Promot. Hebr.*
[142] *Mos. & Aar. lib.* 1. *c.* 6.
[143] *Passim.*
[144] *Exod.* 24. 11.
[145] *Eccles.* 12. 17.
[146] *R. Bechai in Leg. f.* 162.
[147] *Targum in Eccles.* 12. 17.
[148] *R. D. Kimchi in* שרשום *voce* כסף & *Aben Ezra in Eccl. l. c.*
[149] *Lexic. Antiquit. Ecclesiast. p.* 109. *f.*
[150] *Vid. Buxtorf. abbreviat. Hebr. pag.* 114.
[151] *Vid. Luther. Tom.* 3. *Jenens. part. I. cont. Cœl. Rophet. de D. An. Bod.*
[152] *Lege respons. ejus ad Epist. Bugenhagii.*
(153) *Vid. præcipue Oper. ips. Tom.* 5. Altenburg *pag.* 272.
(154) *In nupera Dissert. de gradu Magisterii Philosophici.*
(155) *In* Ῥαββί.
(156) *Otio Jenens.*
(157) *Archisynag. p.* 298. *seqq.*
(158) *De Synedr. Hebr. libr.* 2. *cap.* 7.
(159) *In suo Lexico.*
(160) *Matth.* 26. 25.
(161) *Ibid. v.* 49.
(162) *Marc.* 9. 5.
(163) *Joh.* 1. *v.* 50.
(164) *Ibid. v.* 39.
(165) *Joh.* 6. 25.
(166) *Matth.*
(167) *Luc.* 4. 22.

(168) *Joh.* 6. 41.
(169) *Libr. de infant. Christi.*
(170) *Christolog. Sac. Disput.* 30. §. 16.
(171) *Joh.* I. *&c.*
(172) *Joh.* 5. 34.
(173) *Ibid. v.* 37.
(174) *Ibid. v.* 32.
(175) *Matth.* 3. 17.
(176) *Christolog. Sac. Disput.* 30. *sect.* 28. *Conf. B. Danhav. in Christos., alios.*
(177) *Matth.* 17. 5. *Conf.* 2. *Pet.* I. 17.
(178) *In Matth.* 17. *Hor. Hebr.*
(179) *Arch. p.* 300. *s.*
(180) *Antiq. Christ. the life of S. Peter Sect.* I. §. 5.
(181) *Act.* 22. 3.
(182) *Act.* 9. 1. 2. 3.
(183) *In vitis eorum.*
(184) *Matt.* 10.
(185) *Matth.* 28. *&c.*
(186) *Act.* 4. 13.
(187) *Joh.* 7. 15.
(188) *Cujus verba restruntur apud Eusebium H. E. l.* 5. *c.* 24.

CAPUT IX.

Nomina officiorum & Sectarum. Quis נביא? *Quod ejus munus? Gradus Prophetiæ? Quibus notis discernendus verus Propheta a falso? quibus Prophetia? quousque duraverit?* כהן הגדול *qualis Unus. An Annas & Caiphas simul Pontifices Maximi?* סגן *quis? quid ejus officium? Vulgares Sacerdotes. Levitæ a Sacerdotibus distincti. Quales* נתינים *Janitores? Cantores? Vir domus montis?* סופרים *quotuplices? occupati scribendo & docendo. S. literis adhærebant. Non Sectæ nomen. Strictius quid notet? Quando orti Scribæ? qua occasione? An primi Christiani habuerint* γραμματεῖς חכמים *qui? Officiis distincti a* סופרים. *Traditiones inculcabant. Cur in Scriptura distinguitur inter Pharisæos & Scribas? Quæ differentia* νομικοὺς *inter &* νομοδιδασκάλους. דרשן *Unde? Allegorias sectabatur. Ejus conciones gratæ: Officium sublimius. Quis Apostoli* σοφός? γραμματεύς? συζητητής? *Viri Synagogæ magnæ. Ortus & munera Masoretharum. Cabalistarum.* תנאים *unde? qui?* אמוראים *unde & qui? Sub iis Talmud completum.* סבוראים *a* סבר. *Talmudi aliquid addidere.* גאונים *secuti. Quousque? Qui postea? Quis* ראש הגלות? ראש הישיבה? *Archisynagogus? Hic res Synagogæ disponebat: Sudarium agitabat &c. An plures Archisynagogi? & si! an auctoritate pares?* Ἀρχιφερεκίτης. *Unde? Notatur Petitus. Quis* מפטיר? מתרגם? *Triga* אב בית דין, נשיא *&* חכם κατ' ἐξοχὴν. *Quando removebantur ab officio? Rechabitæ. Nazriæi. Nazaræorum Secta. Christiani cur Judæis* הנצרים *Mores & doctrinæ* חשירים. *Discrimen inter* חסידים, צדיקים *&* רשעים. *Pharisæi. Unde? Singulares eorum mores. Dogmata de precibus,* μετεμψυχώσει, *fato,* ἀστοργία *&c. Ortus eorum: Forsan ex mixtione nationum post* μετοικεσίαν. *Octo genera. Sadducæi a Sadocho. Occasio hæreseos. Doctrinæ. Non rejiciebant Prophetas. De Essæorum derivatione, ortu, secta dissensiones. Ritus &* δόγματα. *Cur in N. T. sileantur? Gaulonitæ qui? Magistratui infensi: A Pilato cur occisi? Baithosæi qui? Qui Samsæi? alii. Paucula de Samaritanis. Herodiani quales? Factiones aliæ.* קראים *&* רבנים. *Videntur orti ex Pharisæorum* חכמים *&* סופרים. *Plurimis identidem S. locis fax adhibetur.*

Frustra quis a nobis exspectaverit, ut, quæ possunt dici de diversis Eruditorum ordinibus, officiis ac Sectis, omnia emetiamur; hoc enim quid quæso aliud foret, quam a gemino ovo bellum Trojanum ordiri, sive Diomedis reditum ab interitu Meleagri? Quid quod aliorum negotia nobis otia hac in parte facere potuissent, imo etiam fecissent, nisi impetrasset aliud ipsa a nobis materiæ necessitas, ne hoc quasi pede claudicaret. Idcirco ita medium tenere allaborabimus, ut nec post Homerum Iliada scribamus, nec totum Oceanum scrobe includamus, pauculas saltem ex eo guttulas delibaturi, sitientesque ad liberaliores fontes amandaturi. Jure itaque tam antiquitatis, quam excellentiæ reliquis præire poterit munus Propheticum, cui apud nos Professorum Theologiæ munus successisse opinatur *Maresius* (1): Propheta ipse dictus נביא, non a נוב, uti hallucinatus est R. S. *Isaacides* (2) sed a נבא, vindice præter alios *Aben-Ezra* (3); Sed & alias חוזה vel רואה *Videns* (quia futura prævidebat, quæ antiquissima quoque est Prophetarum nomenclatura (4),) מטיף *Vates*, quasi *Stillator*, (5) צופה *Speculator* (6), מלאך *Angelus*, *Legatus* (7), יועץ *Consiliarius* (8) Unde quoque in Cozri (9) והם היו כמו היועצים החכמים המזהירים האומות והמזכירים והכותבים והם ראשי האומה *Et illi* Prophetæ *erant quasi consiliarii, populum exhortantes & monentes, & quasi a commentariis & secretis, qui primores sunt in populo.* Porro κατὰ περίφρασιν איש האלהים *Vir Dei* (10), quod tamen nomen decem tantum gerunt (11) איש המתנבא *Vir Propheticus*. (12)

איש

איש רוח *Vir Spiritus* (13) Munus τοῦ נביא stricte sic dicti, lippis & tonsoribus notum est, & verbulo repetetur ex Aben-Ezra (14), רק פירושו הוא נביא שאנלה לו סודי כדרך כי אם גלה סודו אל עבדיו הנביאים *Tantum dicitur is Propheta, cui Deus sua arcana revelavit, juxta illud* (15) *quoniam revelavit arcanum suum servis suis Prophetis*; definitur alias נבואה *Prophetia* a Judæis (16) quod sit השפע שיניע מהבורא לנביא במציעות המעלה האחרונה ממעלת המלאכים *Influxus promanans a creatore in Prophetam interventu ultimi gradus angelorum*. Gradus autem admisit istud munus, quos innuere videtur Paulus, dicendo (17): Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις. *Multis modis & multis rationibus* (per πολυμερῶς enim gradus & incrementa patefactionum, per πολυτρόπως diversas formas interpretantur *Cel. Vandalinus Parens*, *Erasmus*, *Hyperius*, *Cameron*, *Diodatus* aliique) *Deus locutus Patribus in Prophetis*. Etenim, ut habet Maimonides (18) הנביאים מעלות הן כמי שיש בחכמה חכם גדול מחבירו כן הנבואה נביא גדול מנביא *Inter Prophetas sunt gradus, quemadmodum unus altero sapientior est, ita in Prophetia unus altero major est*. De gradibus, quot fuerint, non convenit ipsos inter Rabbinos. Maimonides undecim recenset, Rab. Jos. Albo ad quatuor revocat, Arabes ad tres: afferuntur alias communiter quinque נבואת משה *Prophetia Mosis*, מראה & חלום *Visio & somnium*, רוח הקדש *Spiritus Sanctus*, אורים ותומים *Urim & Thumim*, בת קול *Filia vocis* (19); Ad quem ultimum modum nonnulli referunt factas quasdam in N. T. revelationes, sc. Καὶ ἰδοὺ, φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα &c. *Et ecce, vox de cœlo dicens:* apud *Matthæum* (20); Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης. *Et ecce vox ex nube*, apud eundem (21); Ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ *Venit vox de cœlo*, apud *Johannem* (22) ut & in Actis: Ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ. Σαοὺλ Σαοὺλ &c. Qui tamen ultimus locus &c. ἀπροσδιόνυσος videtur *Scherzero* [23] Curiosum esset hic in notas inquirere, per quas dignosci poterat verus Propheta a נביא שקר *Pseudo propheta*, cujus furfuris fuere senex ille Prophetam mendacio decipiens (24) Hananias (25) aliique; sed quia res esset non una plagula mensuranda, paucis nos expediemus. Complurium Judæorum opinio est, lapidis lydii instar fuisse Sanhedrin, cujus erat præcipue veritatem Prophetiæ explorare, inque falsos Prophetas animadverti; quo credunt quidam respicere verba Christi: Οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ (26) *Non potest perire Propheta extra Hierosolymas*; indeque putatur urbs ea, utpote in qua habitum fuit Synedrium, objurgata, ceu ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν (27) Imo quod adhuc magis est, persuasere sibi complures, quoque Servatorem nostrum ad id Synedrium citatum esse ac examinatum, idque factum esse in ædibus Caiphæ summi Pontificis (28) ubi ipsi in præsentia magni conventus quæstiones propositæ fuere. Sed quod Synedrii examen concernit, illud mihi tunc demum, exactum videtur, cum in suspicionem incurrerat aliquis Propheta, imo ea potissimum intentione, ut supplicium de spuriis Prophetis sumeretur; unde potius mendacii vindex, quam necessaria & perpetua veritatis cynosura esse debuisse videtur; quid quod Synedrium ipsum sæpius a veritate declinaverit, veros Prophetas damnando, quod tentatum est in Jeremia (29) in aliis exercitum. Ex hisce patet, quid reponi poterit ad Verpi illius objectionem apud *Limborg* (30) Christum nostrum non esse verum Prophetam, cum a Synedrio non sit approbatus; sc. ad declarandum verum Prophetam non esse necessarium Synedrii judicium, cum id & falli posset, & ei sistendi essent non ii, de quibus alia indubia κριτήρια dubitare non permittebant. Alia itaque γνωρίσματα unicuique erant attendenda, quibus discerni poterat verus a falso, inter quæ numerari poterunt. 1. aliquando ipsa educatio Prophetarum in publicis scholis facta (31), 2. subsequens eventus (32) 3. Miraculorum patratio, ut patet exemplo Mosis (33) Prophetæ Bethelis (34) &c. 4. Ipsa interna vis ac efficacia Prophetiæ, est enim verbum Dei ut ignis & malleus petras diffringens (35); ut huc applicare liceat illud Johannis (36) Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι ἡ ἀλήθεια *Spiritus est, qui testatur, quod Spiritus sit veritas*. Sed plura & illa nervose diducta offendes apud *Stillingfleet* (37), qui, si quis alius, cum intentatum nihil reliquerit, in perardua hac materia satisfaciet. Sed & ipse Propheta suas necesse erat haberet notas, quibus certus esset, patefactiones suas esset divinas, cui certitudini inservit iterum ipsa Prophetiæ suæ virtus & efficacia, nam כל הנבואה תוריע לנביא שהוא נבואה *Omnis Prophetia Prophetantem de sua veritate convicit*, inquit, *Maimonides*, cui sen-

ſententiæ robur addunt ſuffragia *Abarbenelis* (38) , *Iſaacides* (39) *Gregorii Magni* (40) *Aquinatis* (41) Deinde juvat admodum id obſervaſſe, quod ad imposturæ larvam Montaniſtis detrahendam attenderunt in Primitiva Eccleſia Orthodoxi, ceu produnt *Clemens Allexandrinus* (42) *Hieronymus* (43) *Apollinarius* (44) *Chryſoſtomus*; ſcilicet cum raptus falſorum Prophetarum illos mente deturbaret , rationemque ac ſenſus atra Spirituum caligine circumfunderet, unde nati ſæpe turbidi corporis motus, cordis fremitus, luminum nutatio ; genarum pallor, &c., Uti ἐκϛασιν Sybillarum depingit *Virgilius* (45)

--- *ſubito non vultus, non color unus*,
Non comtæ manſere comæ , ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, majorque videri
Nec mortale ſonans, afflata eſt Numine quando
Jam propriore Dei ---- ----

Vera Prophetia mentem non corrumpebat, ſed firmabat & informabat; *Nec enim propheta*, ut Auctor eſt *Hieronymus* (46) , *ut omnes loquitur*, *nec in morem inſanientium Prophetarum dat ſine mente ſonum* ; quo poſt ſexcentas eruditas obſervationes Apex Theologorum noſtri Seculi (47) vocat illud Paulinum (48), Πνεύματα Προφήταις ὑποτάσσεται *Spiritus Prophetarum Prophetis ſubiciuntur*; qui idem Excellentiſſimus Vir, cui multum debet hic noſter diſcurſus, omnino meretur conſuli, cum ad delectationem & ſatietatem uſque relictas a nobis ſtudio lacunas explere poſſit . Totum autem Prophetiæ tempus definiunt Judæi currentes כתשע מאות שנה *circiter 900. annos* ; Auctor libri Juchaſin אלף שנים שלמים 1000. *integros annos* ſupplendos vult ; quæ Epocha a Moſe alias inchoanda , in Ezra terminanda eſt; quippe ſub templo ſecundo ordinariam exſpiraſſe Prophetiam ipſi fatentur Rabbini לא היה הנביא בבית שני (49) *Non fuit Propheta in domo ſecunda*, quod tamen cum grano ſalis accipiendum eſt, nam הנבואה התמידה עם אנשי בית שני (50) *Continuavit Prophetia cum viris templi ſecundi per annos* 40. Itaque משמתו נביאים האחרונים חגי זכריה מלאכי נשתקל הרוח הקודש מישראל (51) *Ex quo mortui ſunt Prophetæ poſteriores Haggæus, Zacharias, Malachias, ablatus eſt Spiritus Sanctus ab Iſraele*. Sed quia hic per ſumma gramina intactaſque fere ariſtas volare cogimur , plena aliorum horrea petantur , rogamus , ſc. *Exc. Vandalini* (52) *Stillingfleet* (53) *Hottingeri* (54) *Molinæi* (55) *Godvini* (56) *Spenceri* (57) *Lightfoot* (58) *Tob. Pfanneri* (59) *Hulſii* (60) *Sauberti* (61) *Abarbenelis* (62) *Joſephi de Voiſin* (63) *Vitſii* (64) *Calovii* (65) *Hulſemanni* (66), *Cunæi* (67), *Borremanſii* (68).

Sciens præterveherer oſtia Sacerdotum , aliorumque , qui ad Eccleſiam magis quam Academiam pertinent, niſi juberet Eccleſiæ cum Academia affinitas ad minimum catalogum Eccleſiaſticorum pertexere. Fuit itaque כהן הגדול *Pontifex Maximus*, cui inter Sacerdotes ſoli competebat geſtare pallium , אפוד , laminam ac pectorale, quique æqualem non agnoſcebat, non enim niſi unicum eſſe decebat, unde ſeſe in varios anfractus torquent Interpretes circa hæc Lucæ (69) : Ἐπ' Ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ &c. *Sub Pontificibus Maximis Anna & Caipha factum eſt Verbum Domini*. *Cornelius Janſenius* (70) *Joach. Camerarius* (71), *Car. Molinæus* (72), *Ben-Aretius* (73), *Salmero* (74), exiſtimant lucri cauſa a Romanis duos ſimul ad hoc culmen eſſe evectos . *Beza* (75) eo ſe paſſus eſt perduci , ut ſtatuerit , ſimul quidem duos Pontifices conſtitutos, ſed per vices eo munere defunctos eſſe ; quam alias non novam eſſe opinionem docebunt *Auguſtinus* (76) & *Nicephorus* (77) Car. *Sigonius* (78) conjicit Anan exauctoratum fuiſſe, ideoque ſolum ei nomen remanſiſſe . *Theophylactus* (79) annuum fuiſſe Pontificatum opinatur, cui id favere poterat, quod legitur in tractatu Talmudico de יום הכיפורים (80). Alii, referentibus *Empereur* (81) *Caſaubonus* (82) *Scaligero* (83) , Sacerdotis Vicarium alterum Pontificem fuiſſe appellatum. Nonnulli: omnes cognatos Pontificis Pontificem dictos, eaque lege etiam Annam, quippe qui Caiphæ ſocer erat . *Baronius* (84) denique & *Seldenus* (85) in ea ſunt opinione , Annam & Caipham dici ἀρχιερεῖς non reſpectu ſacræ functionis , ſed civilis adminiſtrationis in Synedrio, ita ut Annas eſſet נשיא ſ. *Princeps Synedrii*, Caiphas אב בית דין *Pater domus Judicii* , de quibus alias ; quem excurſum eo libentius fecimus , quo fuimus certiores, eum multis N. T. locis (86) lucem eſſe fœneraturum . Fuit Summo Pontifici ſuus Vicarius, nuncupatus סגן qui , uti eſt in Talmude Hieroſolymitano (87) 1. dicebat ad ſummum Pontificem : *Domine mi* , *Sacerdos Magne*, *attolle dextram tuam*, 2. ſtabat ad dextram Summi Sacerdotis ; quando

Princeps domus Patrum ad ſiniſtram. 3. agitabat ſudaria. 4. tenebat manum Pontificis, eique præſto erat, cum per gradus aſcenderet; potuit autem nemo in ſolium ſummi Sacerdotis evehi, niſi fuiſſet prius סגן. Alii fuere Sacerdotes vulgares, quorum diſcrimen & diverſos gradus aperuit *J. J. Leo* (88), nam & illi ſuos iterum habuere Præfectos (89) qui etiam in N. T. dicuntur ἀρχιερεῖς (90). A Sacerdotibus diſtinguebantur *Levitæ* ſtricte ſic dicti, quippe qui Sacerdotum miniſterio deſtinati erant (91) unde lux affunditur huic loco N. T. (92) Ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων Ἱερεῖς καὶ Λευΐτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν. Σὺ τίς εἶ; *Tunc miſere Judæi* (ad Johannem) *Hiroſolymis Sacerdotes & Levitas, ut ipſum interrogarent: Quiſnam tu es?* Utut vero inferiores erant Sacerdotibus Levitæ, alios tamen habuere ſe inferiores, dictos נתינים *Nethinæos a* נתן *dedit*, quibus natione Gibeonitis (93) injunctum erat ligna ſecare, aquas haurire, aliaque miniſteria præſtare (94) ut itaque ſervi ſervorum eſſent. Habuit quoque templum ſuos Janitores & Cantores: illorum munus erat, gazophylacia obſervare, portas Montis domus & Atrii Mulierum claudere & aperire, toto die iis adſtare, imo etiam noctu excubias agere; Erat autem, qui unaquaque nocte circumiret omnes iſtas excubias, dictus *Vir Montis Domus*; qui, ſi quem vigilantem offenderet & erectum, dicebat ei; שלום לך *Pax tibi ſit;* ſin dormientem, egregie ipſum cædebat veſtibuſque ejus ignem injiciebat, ut prolixe *Maimonides* (95) Cantorum erat cantica ſacra canere, clangere tubis ſuum תת״ת id eſt תרועה, תקיעה, תקיעה, quod reſpondere videtur noſtrorum *Tarantara*, &c.; Informabantur illi in Scholis, erantque illuſtres Viri, vel Levitæ, vel Iſraelitæ affinitate cum Sacerdotibus conjuncti: מהן לוי ומהן ישראל מיוחסין המשיאין לכהונה שאין עולה על דוכן אלא מיוחס (96) *Quidam ex iis erant Levitæ, quidam illuſtres Iſraelitæ, qui affinitate erant conjuncti cum Sacerdotibus, nemo enim in pluteum cantorum ire poterat, niſi Vir illuſtris.* Omnes hi in ſuos ordines diſpeſcebantur; meminiſſe autem ideo oportebat, quia plerique ad ſua officia in ſcholis inſtruebantur. Conſulantur alias *Lightfootus* (97) *Goodvinus* (98) *Saubertus* (99) *Sheringamius* (100) *Braunius* (101) *Spencerus* (102) *Vagenſeil* (103) *Sigonius* (104) *Cunæus* (105) *Seldenus* (106) *Coccejus* (107) *Buxtorfius* (108)

Sed tempus eſt procedant Scribæ, quos dum huc vocamus, ſecedere jubemus Scribas Politicos, quales fuere v. *Cancellarii*, inter quos locum obtinet Eliſama, Scriba Regis Jojachim סופר (109) dictus, LXX. γραμματεύς. 2. *Secretarii*, inter quos Seraia סופר LXX. γραμματικὸς Davidis (110), Elithoret & Achija Salomonis (111), Sobna Ezechiæ (112), Scriba Regis Joas (113); Ejuſmodi nuncupantur alias סופרי המלך *Scribæ Regis* (114), quos vertit Chaldæus לבלרין המלכא *Notarios Regis*. 3. *Notarii*, inter quos Chinæi Jethronis poſteri (115). 4. *Teſſerarii*, quales variis in locis (116) intelliguntur; quo modo & Gubernator ſ. Præfectus Epheſi vocatur γραμματεὺς (117) 5. *Quæſtores* (118) LXX. γραμματεῖς βασιλικοὶ, Ezræ alias (119) κατ᾽ ἐξοχὴν עשי המלאכה *facientes opus*, Chaldæo עברי עיבירתא *Procuratores operis*. 6. *Mercatores* משכים בשבט סופר (120) *protrahentes ſtilo Scribæ*, LXX. ἕλκοντες ἐν ῥάβδῳ γραμματέως. 7. *Monitores* (121) dicti שטרים LXX. γραμματεῖς τοῦ λαοῦ & γραμματοεισαγωγεῖς, *quaſi publicarum literarum promulgatores*. Cum Clericis autem Scribis nobis res erit, quorum munus fuit, Sacra Volumina exſcribere, quoties exemplar deſiderabatur, tantæ enim molis erat omnes literas, vocales (ubi opus erat) apiceſque obſervare, ut temerarium plane foret, cuivis Indocti calamo, res tam ſublimis ſubſellii copiam tractandi feciſſe; Hinc apud Rabbinos crebra mentio תיקון הסופרים *Correctionis vel potius directionis Scribarum* (122); Non autem ſolis codicibus ſacris tranſſcribendis circumſcribebatur opera *Scribarum*, quippe quæ jam Phylacteriis, jam ſententiis poſtibus affigendis, jam libellis divortii &c. ſcribendis navaretur. Exercitati autem eſſent oporteret Scribæ, ut, ſi quando urgeret neceſſitas, vel compendioſi vel veloces eſſent ſcribendo; nimirum ea quoque in ipſo Talmude (123) conſtituitur diſcrepantia inter ספרא & תנא, quod *Scriba compendioſius computet*, *Doctor copioſius*, ספרא בצירא תנא תוספאה, & præprimis mirum eſt, quod de Kamzar quodam inſigni Scriba (124) narratur, cujus mentio ideo ad ignominiam injicitur, quod ſilentio ſuppreſſiſſet ſingulare ſcribendi artificium, perhibetur ſc. quatuor calamos manu ſimul tenuiſſe, & ſi dictio quatuor conſtaret literis, ſingulas uno ductu exaraſſe, cui merito applicares iſtud *Martiales* (125)

Currant verba licet manus eſt velocior illis,

Non-

Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Plura de horum officio leguntur in מסכת סופרים, qui tractatus etiam a *Scribis* nomen mutuatus est. Sed nec satis erat *Scribis* Sacras literas puras atque integras conservare, nisi & crebro pro concione explicarent, etenim & rostra illis fervebant, unde Servator docens iis docentibus opponitur: Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς (126) *docuit autem illos, ut auctoritatem habens non ut Scribæ*. Docebant autem sacram Scripturam, uti præter alia patet ex eorum cum Herode commercio; Proposuerat ipsis Herodes quæstionem e Scriptura: Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται (127) *congregans omnes Pontifices & Scribas populi, quæsivit ab iis, ubi Christus nasceretur*. Illi reposuere non ex traditionibus, sed ex Scriptura (128): οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου: Καὶ σὺ Βηθλεὲμ &c. Hinc Christus ἔλεγε διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ: Πῶς λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ (129) *dixit docens in templo, quomodo dicunt Scribæ, quod Christus sit Filius Davidis?* Inde *Josepho* (130) audiunt ἱερογραμματεῖς. Non tamen סופר erat nomen Sectæ, ut opinantur *Suidas* (131) *Elmacinus* (132) aliique, sed muneris, ut vindicant *Spanhemius* (133) *Camero* (134) *Drusius* (135) *Casaubonus* (136) alii. Quid quod aliquando in numerando (ne hoc sileam) constiterit officium הַ סופרים, derivata significatione a ספר *numerare*: לפיכך נקראו ראשונים סופרים שהיו סופרים כל אותיות שבתורה שהיו אומרים ואו דגחון של אותיות של ספר תורה וגו' (137) *Ideo vocati sunt antiqui Sopherim* ◌: *Numeratores; quia numerarunt omnes literas legis, dixeruntque* ו *in* גחון (138) *esse mediam literam legis &c.* Et sic conveniunt cum Masorethis. Quando alias orti sint Scribæ, si sciscitaris, non hic æquales Eruditorum digitos comperies: Alii a tempore Mosis, a Davidis alii, alii a Josaphati (139), ab Hillelis alii, alii a Sacerdotum ruditate, ab Ezræ temporibus alii, quibus nos pollicem apponimus, deducunt. An quoque Scribarum nomen & officium ad Primitivæ Ecclesiæ incunabula devolutum sit, hic non disputabimus: Asserendi occasionem dare poterat *Lucianus*, cujus sunt hæc (140): Τὴν θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε περὶ τὴν Παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν συγγενόμενος *Mirabilem Christianorum Sapientiam didicit circum Palæstinam cum Sacerdotibus & Scribis conversans*; Sed qui ideo vapulat apud Illustr: *Vindingium* (141), Virum supra omne encomium positum, quasi qui Christianos cum Judæis confudit; & quidem jure, nisi alias emendandus est locus ex mente *Le Moyne* (142). De Scribis autem jam tum plures plura scripsere: *Fellerus* (143) *Casaubonus* [144] *Grotius* [145] *Montacutius* [146] *Lightfoot* [147] *Camero* [148] *Spanhemius* [149] *Buxtorfius* [150] *Beza* [151] *Hottingerus* [152] *Goodvinus* [153] *Altingius* [154] *Saubertus* (155) *Drusius* (156) *Le Moyne* (157) *Syrbius* (158) sexcentique alii.

A Scribis differebant חכמים, qui in N. Instrumento redduntu per νομικοὺς Legisperitos, quos tamen invicem discernere jam difficillimum est, postquam a plerisque vel neglecta, vel confusa est illa discrepantia. Plane confundunt *Godvinus* (159), *Reizius* (160) *Syrbius* (161) aliique, distinguunt vero *Epiphanius* (162) *Drusius* (163) *Fellerus* (164) *Saubertus* (165) alii. Id vero non diffiteor, qui aliquando illa nomina secum permutentur, sic qui apud Matthæum (166) dicitur νομικὸς, ille apud Marcum (167) γραμματεὺς, Et quos reliqui Evangelistæ γραμματεῖς nuncupant, hos Lucas (168) videtur appellare νομικοὺς; sed nec tamen sic res confecta est, nam cum utraque vox etiam tam ampla sit, & totum Eruditorum circulum (169) ambiam, quis mirabitur pari aliquando passu ambulare? cum tamen, si stricte sumas, luculenta nascatur distinctio, etiam distincta officia involvens. Documento erit discursus Servatoris de utroque hominum genere; dixerat ille (170): Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὅτι ἐστὲ ὡς &c. *Væ vobis Scribæ & Pharisæ*. Hæc audiens νομικὸς, se eodem telo tacite peti sensit, ideoque additur: Ἀποκριθεὶς δέ τις τῶν νομικῶν λέγει αὐτῷ. Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις *Respondens v. aliquis* τῶν νομικῶν *dixit ei: Magister, dum hoc dicis etiam nos contumelia afficis*. Observetur quod dixerit, καὶ ἡμᾶς, *etiam nos*, nam, ut recte *Fellerus* (171), hæc *verba nihili forent, nisi Legis-periti alii essent, alii Scribæ*; imo majus adhucdum roboris conciliatur ex subjuncta Servatoris responsione (172). Ὁ δὲ εἶπε· Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί: *Imo etiam vobis Legisperitis væ*. Admodum circa hunc locum sese torquet Cel. *Lightfoot* (173), cujus omnes observationes nostro cribro non experiemur, sed semoto de aliis judicio, ut, veluti per saxa, nostrum quoque do-

dolium verſemus, aſſerimus omnino diſtincta fuiſſe munera τῶν γραμματέων & τῶν νομικῶν, imo in eos diſſectos fuiſſe Phariſæos. Scilicet res ſe ita habuiſſe videtur: Phariſæi & legem & traditiones inculcandas habuere, ideoque alii illam, has alii docuere, qui illam, dicti ſunt סופרים γραμματεὶς, quaſi diceres *Scripturarios*, quia ἱερὰ γράμματα tractabant; qui illas, νομικοὶ, intellecti δευτερωταὶ τοῦ νόμου, חכמים, vis barbaram vocem? *Traditionarii*. Id ne ſoli conjecturarum arenæ ſuperſtrui videatur, adducimus teſtimonium Commentarii (174), quem citat *Druſius* (175), ubi Scribæ vocantur בעלי מקרא *qui explicant Scripturam*, Sapientes בעלי משנה & בעלי תלמוד *Deuterotæ* & *Talmudiſtæ*; Sic & alibi (176) opponuntur. Quoties itaque jam etiam in Scriptura, quod ſit ſæpiſſime, opponuntur γραμματεὶς καὶ φαρισαῖοι denotant Phariſæorum νομικοὺς, & quidem κατ' ἐξοχὴν; ratio eſt; Soli Phariſæi hoc ſenſu habuere ſuos νομικοὺς, reliqui non, qui tamen ſuos Scribas habuere, ſic apud Sadducæos fuere סופרי צדיקין, apud Samaritanos quoque סופרי כותיים, qui in Scriptura occupabantur; qui in traditionibus, nulli: Per γραμματεὶς a. innuuntur tam Phariſæorum, quam Sadducæorum Scribæ. Quicquid jam dixerint alii, perſuaſi ſumus, ita revera eſſe; applicemus nunc majoris lucis ergo dictum, quod Lightfooto crucem fixit, omnia plana erunt & facilia: Objurgaverat Servator *Scribas* & *Phariſæos*, ſtatim ſenſit adſtans νομικὸς eodem ſe carbone notandum; Notabatur etiam non nomine *Scribarum*, a quibus profeſſione diſtinguebatur, ſed nomine Phariſæorum, quorum partem conſtituebat; quod enim ille νομικὸς traditiones docuerit, loquuntur ſequentia: ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα &c. Ubi per φορτία traditiones innuimus ſupra Optas adhuc clarius indicium? dabo: evolve mecum c. Matt. IX., obvios ibi habebis Scribas & Phariſæos, ambos Sarvatorem inſimulantes; Accuſatio γραμματέων erat, (forſan tam ex Sadducæis quam ex Phariſæis) de quo? ſc. de tranſgreſſione Legis; οὗτος βλασφημεῖ (177) At *Phariſæorum* ſtricte ita & κατ' ἐξοχὴν, i. e. νομικῶν? de contemptu traditionum: Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν (178); Appellabat ita uterque ad ſuum forum. Ad hunc lydium lapidem plura examina, & in hanc ſententiam, quam miror antehac delituiſſe, (niſi quod, poſtquam hæc meditatus eram, deprehenderim ad guſtnm *Altingii* ea etiam quodammodo eſſe,) manibus pedibuſque ibis. Quod ſi adhuc ſcire diſcupias, utrum fuerit diſſerentia quædam νομικοὺς inter & νομοδιδασκάλους, ſcias illam, negante licet *Altingio*, eandem eſſe, quæ eſt inter νομικοὺς & γραμματεῖς, hos a. dici νομοδιδασκάλους; ſic enim eodem modo, quo diſtinctos audivimus φαρισαίους & νομοδιδασκάλους: Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων, καὶ ἦσαν καθήμενοι φαρισαῖοι καὶ Νομοδιδάσκαλοι (179) &c. ſc. Chriſtus docens auditores habuit νομικοὺς & Νομοδιδάλους. Sic videtur Gamaliel Scripturæ potiſſimum adhæſiſſe (180), nam vocatur quidem φαρισαῖος, non ſtricte ſ. νομικὸς, ſed late ratione ſectæ, verum ratione doctrinæ νομοδιδάσκαλος ſ. Γραμματεὺς *Doctor legis*, מורה התורה, quod ulterius videtur elucere tam ex ipſius titulo, cluet quippe τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, quam ex prudenti ipſius judicio, in quo magni facit, ὁ ἐκ Θεοῦ ἐστιν. Imo ut claritati nihil deſit, Paulus quoque eandem vocis naturam obſervaſſe videtur, ubi ait, quod ſint varii, Θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται (181), removerat ſc. antea fabulas & quæſtiones, ad emolumentum parum proficientes, & tandem agit de ſincera legis doctrina.

Sed præſtolatur nos דרשן, qui profundius differebat, ſpretoque Grammatico ſimplici ac literali ſenſu, utpote facile obvio & ante pedes (ceu loquuntur Rabbini) poſito, ſenſum myſticum allegoricum atque anagogicum venabatur. Oritur a. דרשן a דרש, quod notat tam differere, quam allegoricas conciones habere, ſic מדרש & דרשה *Myſticam concionem* notant, uti Auctor eſt Elias (182): מדרש גם הוא נקרא דרש או דרשה *Expoſitio Allegorica vel diſſertatio vocatur* דרש *vel* דרשה; Hinc in l. Colbo (183) ואחר ישתבח פותח החזן קדיש שכן דרך הקדיש לבא אחר קריית פסוקים או אחר דרשה *Poſt* celebretur (eſt benedictio ejus nominis) *incipit miniſter Synagogæ Kadiſch* (eſt alia benedictio) *quoniam ea eſt ratio τοῦ Kadiſch, ut recitetur poſt Lectionem quorundam verſuum, aut concionem*; Et in Cod. Schabat (184) היו באים לשמוע הדרשה נשים ועמי הארץ *Veniebant ad audiendum* concionem *mulieres & populus terræ*. Quicunque habebat ejuſmodi concionem, de eo dicebatur דרש, Ita ואחר כך קורא או דורש *poſtmodum vero legit, aut* concionatur (185), & ipſe vocabatur דרשן (186): ובעל המדרש נקרא דרשן כמו רבי משה הדרשן *Is vero qui ita diſſerit, dicitur* דרשן *Orator vel Diſpu-*

putator, *veluti Rab. Moſes* דרשן, ſic (187) היו צריכין דרשנין למשוך את לבבם *Neceſſarii ſunt* דרשנים *ad afficiendum corda eorum*; quæ ultima verba ſimul indicant, quam grati fuere Auditoribus ejuſmodi diſcurſus; alias enim illa phraſis משוך את לבב propria eſt τοῖς אגדות quæ diſſertationes, erant jucundæ animumque vehementer afficientes, teſte Elia הוא לשון משיכה תרגום וימשכו וינגדו ונקראו כן לפי שהדברים הם מושכים את לב התלמידים (188) *Habet trahendi ſignificatum: Targum* ימשכו *vertit per* וננדו, *ita vero appellantur, quia verba illa trahunt cor diſcipulorum*. Nimirum tractu temporis Judæi ejuſmodi concionibus adeo inebriati fuere, ut toti denique fabulis involuti fuerint atque ſepulti, unde Paulus: Μὴ προσέχοντες Ἰϐδαϊκοῖς (189) *Ne* ſint *attendentes fabulis Judaicis*. דרשן itaque majori profeſſionis gradu fuit, quam סופר & חכם, de quibus nuper; סופר *Scripturam*, חכם *Traditiones*, דרשן *allegorias* ac *ſubtilitates* explicabat, deque iis acute diſſerebat. Nobilem hanc trigam uno quaſi cingulo ſtringit Paulus, quærendo: Πϐ σοφός; πϐ γραμματεύς; πϐ συζητητής (190), ubi חכם vel νομικὸς, ubi סופר, ubi דרשן? Malo enim hic facere cum *Fullero* (191) *Ligthfooto* (192) *Vitringa* (193) *Goodvino* (194), quibus ζυσητητὴς eſt דרשן, quam cum *Druſio*, qui explicat per מחקר *Scrutatorem*, & συζητεῖν ſit דרוש; quomodo a. differat מחקר a דרשן docte inveſtigavit *Fullerus* (195), cujus tamen applicatio, utut non omni caſſa videatur fundamento, non mihi ſatisfacit, dum ad Gentiles quoque dictum Apoſtolicum trahit, in quo potius crederem innui iſtas tres Judæorum diſtinctiones, quas fere ita conjunctas offendimus in Bereshit Rabba (196) ubi dicitur Deus oſtendiſſe Adamo דור ודור ודורשיו *unamquamque generationem & ejus* συζητητὰς דור ודור וחכמיו *unamquamque generationem & ejus* νομικὰς ſ. σοφὰς, דור ודור וסופריו *unamquamque generationem & ejus* γραμματεῖς; quod idem aliquantulum mutatum habetur in *Abodah Zarah* (197) Relege alias *Fullerum* (198) *Hottingerum* (199) *Lightfootum* (200) *Goodvinum* (201) *Vitringam* (202) *Step. le Moyne* (203) אנשי כנסת הגדולה *Viros Synagogæ Magnæ* ſi alias placeat convenire, ſi ſtantur eorum Principes, Ezra, Nehemias, Haggæus, Zacharias, Malachias, Joſua &c.; conſtitit autem eorum collegium, ſi Judæis (204) credimus, centum & viginti viris doctiſſimiſque quo trahunt quidam (205), (forſan velut umbram ejus) illud in Actis] (206): Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν (ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν) *Erat autem tunc temporis turba nominum circiter centum viginti*; Creduntur illi inſtinctu divino Veteris Teſtamenti libros in unum volumen redegiſſe &c., atque ad eum annum, quo Alexander Hieroſolymas venit, floruiſſe. Horum lateri aſſiſtant *Maſorethæ* maxime cum ſint, qui autument, vel eoſdem fuiſſe, vel ab iis propullulaſſe; Tres autem circumferuntur ſententiæ: A nonnullis referuntur ad tempora Moſis, quod cum veritate difficulter conſiſtet. Tiberienſes fuiſſe hariolatur *El. Levita* (207), cui hircum mulgenti mulctram ſupponit *Lud. Cappellus*, nam nec ullum γρῦ ea de re apud Veteres, nec ſupputationi temporis reſpondet, cum Talmudici, qui Maſoræ (208) meminere, ætate longe præceſſerint Tiberienſes. Alii exiſtimant primitias Maſoræ deberi *Eſdræ ejuſque Collegio*, quibus manus Succeſſores continuando junxiſſent, quæ ſententia non adeo diſplicet. Cæterum de ipſa Maſora poſtea; Conſulantur interim *Levita* (209) *Buxtorfius* (210) *Pfeifferus* (211) *Leuſdenius* (212) *Glaſſius* (213) *Hakſpanius* (214) *J. B. Capxovius* (215) *Mullerus* (216) *Schickardus* (217) *Hottingerus* (218) alii. Maſorethas excipiant *Cabbaliſtæ*, (qui alias non credendi ſunt fuiſſe, ut ridicule (219) quidam ſibi perſuaſere, hircocervi, centauri, aut ejuſmodi monſtra, niſi Rhetoricus eſſe ames) qui Cabbala enodanda operam & oleum perdidere: Venerandos canis (220) ipſos pingunt vel fingunt potius Judæi, dum vel Adamum, vel Moſen, vel Ezram, vel reliquos Prophetas in album eorum referunt, cum tamen nugivendulis Phariſæis ſeniores eſſe nequeant. Antiquiorum catalogum jam tum recitavit *Schickardus* (221), alioſque paſſim notavit *Buxtorfius* (222; quibus junge *J. Pic. Mirandulam* (223) *J. Reuchlinum* (224) *Glaſſium* (225) *Valtherum* (226) *At. Kircherum* (227) *Hornbech.* (228) *Voetium* (229) *An. Sennertum* (230) alios.

Celebris quoque eſt diſtinctio Judæorum in תנאים *Tannæos*, אמוראים *Amoræos*, סבוראים *Seboræos* & גאונים *Geonim*. Primi ita dicti ſunt a תנא (231) quæ vox concordat cum שנה unde משנה, quia ſc. Miſchnæ inſudarunt, והתנאים הם מעתיקי המשנה (232) *Tanæi ſunt, qui Miſchnam ad nos derivarunt*; Horum primus fuit R. Simeon Juſtus, & ultimus R. Jehuda Sanctus

וסזה

ומזה נקראו חכמי המשנה תנאים אשר
הראשון מהם שמעון הצדיק והאחרון רבינו
הקדוש (233) *Et inde* (a תנא) *vocan-*
tur Sapientes Miſchnæ Tanaim, quorum
fuit Simeon Juſtus, & ultimus R. Juda
Sanctus. Eos mox excepere אמוראים
vel מוראים : והוא סוף תנאים ותחלת
אמוראים (234) *Atque hic fuit finis Ta-*
naim & initium Amoraim. Eorum pri-
mus Rabba, ultimi Rabbena & Rab
Aſſe : ואחר כך התחילו האמוראים אשר
הראשון מהם רבא והאחרונים רבינא ורב
אשי שחבר תלמוד (235) *Poſt illos* תנאים
inceperunt Amoræi, quorum primus fuit
Rabba, poſtremi Rabena & Rab Aſſe,
qui compoſuit Talmud. ורבינא הוא סוף
אמוראים (236) *Et Rabbena fuit ulti-*
mus Amorræorum. Nuncupati ſunt ab
אמר *dixit*, quia ipſorum doctrina erat
מימרא *ſermo, dictum*, cujus capiti præ-
figi ſolebat איתמר *Dictum eſt*: נקראים
אמוראים מלשון אמירה לפי שהיו אומרים
מימארות (237) *Vocati ſunt Amoræi ab*
אמירה, *quia dixere ſententias*. Operam
illorum abſumſit Gemara ומהם ובהם
(המוראים) נסתם ונחתם הגמרא (238)
Et ab illis & in illis abſoluta & obſi-
gnata eſt Gemara: Sub iſtis itaque duo-
bus generibus totum Talmud ad umbi-
licum perductum eſt. *Amoræos* ſecuti *Se-*
boræi, nam רבנן סבוראי הם היו אחר
חתימת התלמוד (239) *Rabbanan Sebo-*
ræi fuere poſt obſignationem Talmudis &
אחריהם עמדו רבנן סבוראי (240) *Poſt*
eos (*Amoræos*) *ſecuti ſunt Magiſtri Se-*
boræi. Nomen traxere a סבר *Opinatus*
eſt, quia in opinionibus & conjecturis
toti erant : לפי רעתי נקראו סבוראי לפי
שנתגלגלו לישראל צרות משונות ולא היו
יכולין הישיבות ללמד על מי מנוחות והיו
מפלפלים על הבנת המשניות בפי הסברות:
(241) *Secundum meam ſententiam vocan-*
tur Seboræi, quia cum obtigiſſent tum
Iſraelitis tribulationes variæ, ut non poſ-
ſent Academiæ docere quiete, diſputabant
de intelligentia Miſchnajot per modum
opinionum probabilium & diſputabilium.
Imo utut concluſum antea erat Tal-
mud, ei tamen quædam addidiſſe pu-
tantur: ונחתם הגמרא עליו אין להוסיף
וממנו אין לגרוע זולתי רבנן סבוראי שעמדו
אחריו הוסיפו בו קצת תוספת כאשר מקובל
מפי הגאונים (242) *Et obſignata fuit*
Gemara, ut ipſi addere vel detrahere ne-
mini liceret, niſi quod Doctores Seboræi,
qui illum ſecuti ſunt, quædam addide-
rint, ut a Geonim accepimus. Seboræis
ſucceſſere נאונים : ואחרי רבנן סבוראי
עמדו הגאונים : (243) *Doctoribus Sebo-*
ræis ſucceſſere Geonim. כל חכמים שעמדו
אחר הגמרא ובנו בו ויצא להם שם
בחכמתם הם הנקראים גאונים (244) *Om-*
nes Sapientes, qui floruere poſt compoſi-
tionem Gemaræ, & in ea aſtruenda la-
borarunt, nomenque ſapientia ſua ſibi com-
pararunt, illi vocantur Geonim. Nomen
fluxit a נאה *Excellere*, unde הגאונים
נאוני (245) *Geonim dicuntur, quaſi di-*
cas Eminentiſſimos mortalium. Eorum
agmen ducit R. Chanan Meiſchka,
claudit Rab. Hai Gaou, duravitque
eorum ordo ad deſtructionem Schola-
rum Babylonicarum per 448. annorum
ſpatium : ולפי דעת רב שרירא גאון
שחשב תחלת ימי הגאונים משנת שלש
מאות וארבעים ותשעה כנזכר לעיל ומשך
ימי נשיאתם ארבע מאות וארבעים ושמונה
שנה (246) *Juxta ſententiam Rab Seri-*
ræ Gaon, qui ſupputat initium dierum
Geonim ab anno 349. ut ſupra dictum,
duravit tempus pricipatus ipſorum 448.
annos. Poſt ea ſecula ſaltem Rabbino-
rum & Sapientum nomina uſu venere:
ואחריהם בכל דור ודור חכמים ונבונים
וידועים זכר צדיק לברכה *Denique poſt eos*
(Geonim) *ſubſecuti ſunt ſapientes, in-*
telligentes & periti, quorum memoria
celebretur. Sed magis adhuc lucis ſuf-
fundere, ſi legas, poſſunt *R. Abraham*
(247) *Altingius* (248) *Hulſius* (249)
Joſ. de Voiſin (250) *Buxtorfius* (251) &c.

Variis porro temporibus ex variis of-
ficiis varia propullulavere nomina. Di-
gnitate, ſi non tempore, priores erant
ראשי גליות *Æchmalotarchæ*, quippe qui
in Babylonia ad clavem gubernaculi ſe-
dere, chorum tamen inter & forum di-
viſi. *Maimonides* (252) ראשי גליות
שבבבל במקום מלך הן עומדים ויש להם
לרדות את ישראל בכל מקום *Capita capti-*
vitatum in Babylonia vices Regis gerunt,
eorumque eſt Iſraelitas ubique regere.
Ubi Gloſſa בירושלמי מפני מה ראש
גולה שבבבל גדול מן הנשיא שבארץ
ישראל מפני שהוא בא מן הזכרים והנשיא
בא מן הנקבות *Scriptum eſt in Talmud*
Hieroſolymitano, quare Æchmalotarcha
Babylonicus major eſt Naſi in terra Iſ-
raelis. Quia nimirum ille oriundus eſt e
maribus ſtirpis Davidicæ, Iſte e fœminis.
Spiritum tamen ore aliorum trahebant,
nam יש להם כח ורשות מאת מלכי פרס
(253) *poteſtas ipſis eſt a regibus Perſi-*
dis. Pompam ipſorum ſupra admirati
ſumus, nec de iis plura caminabimus,
niſi patiatur quis ſe amandari ad *Joſ.*
de Voiſin (254) *Coccejum* (255) *Hai-*
degerum (256) *Empereur* (257) *Vitrin-*
gam (258) &c. Hoc tamen monere
licebit, quod ab iis pependerit poteſtas
Profeſſores & Concionatores præficiendi:
ראש הגולה נותן להם רשות בבל קהלות
האלו לשום על כל קהל וקהל רב וחזן
שהם באים אליו לקחת הסמיכה ורשות
(259)

(259) *Æchmalotarcha omnibus hisce cœtibus potestatem concedit sibi præficiendi Professorem & Concionatorem; nam ipsum conveniunt, ut manuum impositione & licentia muniantur*. Nominatus jam tum est supra ר"ה *Rector Academiæ*, dictus est (260) ר"ס cujus officium ex ipso termino notum esse poterit: Ejus scilicet erat Academica omnia ac Scholastica ad suum nutum componere, Studiosos informare, Professores aut Collegas creare, &c. ביניהם רבי נתנאל שר השרים ראש הישיבה והוא ראש לכל קהלות מצרים להקים רבנים וחזנים *Utrisque velut summus Princeps præest R. Nathanael Rector Academiæ & omnium Ægypti cœtuum, ad creandum Professores*. Vocatus est שר *Princeps*, alias a. in communi in Palæstina נשיא *Princeps*, quod nomen quoque datum fuisse Æchmalotarchis in Babylonia recte observavit *Vitringa* (261). *Archisynagogus* jam se offert depingendum, sed quem totum nostra non capit tabula: Optimus ipsius Apelles antehac fuit *C. Vitringa* (262), cujus picturas dum umbris distinguere allaboravit *Rhenferdius* (263), sæpissime ipsi imagini candelam adhibuit, ideoque otiosus esse posset noster pernicillus, nisi postularet materia, ut duas lineolas duceremus. Memoratur apud *Vopiscum* (264) & paucis describitur a *R. Salomone* (265) ראש הכנסת על ביו נחתכין דברי הכנסת *Archisynagogus ille est, cujus sententia negotia Synagogæ vel Scholæ determinantur*: Id amplius illustrari poterit colloquio Pauli Romæ habito cum Prioribus, si per πρότυς intelligendi sint Archisynagogi, quod tuetur *Vitringa* (266), Scilicet *convocaverat Paulus Primos Judæorum* (267) Ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας τρεῖς, συγκαλέσασθαι τὴν Παῦλον τοὺς ὄντας τῶν Ἰουδαίων πρώτους, illos utpote quibus curæ cordique erant Synagogæ ac religio; At quid illi? Ἡμεῖς, regerunt, οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας; οὔτε, παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν. Ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι ἃ φρονεῖς &c. Ecce pressa vestigia mutui cum Synagogis Palæstinæ commercii, vigilantisque circa suas curæ. Imo apprime huc facit, quod apud Lucam (268) est: Servator διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν mulierem, quæ fuerat duodecim annos imbecillis & συγκύπτουσα, sabbato sanitati restituerat: Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ; Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι. ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου *Respondens a. Archisynagogus & admodum succensens, quod Jesus Sabbato sanaverat, dixit populo: Sex sunt dies, quibus laborare oportet; Istis ergo venite, ut sanemini, & non die Sabbati*. Vides anxium hominem tolleudi, quod putarat, scandali. Conf. *Grotium* (269) & *Seldenum* (270). Sed in specie ראש הכנסת sudarium agitabat (qualis a. ille fuerit ritus a *Vitringa* (271) discas) & primus respondebat: Amen. היה סמינה סניף בסודרין והן עונין אחריו אמן (272) *Præfectus* Archisynagogus *sudarium agitabat, & illi respondebant post illum: Amen*. In expositione super שמע designabat τὸν פורם, ipseque responsum & ἀντιφωνίαν reddendo primus erat [273]; flagellandi in Synagogis potestatem habebat [274], concionari quandoque poterat [275] alias, ut omnia κατὰ τάξιν καὶ εὐσχημόνως procederent, initium legendi Lectori indicabat [276], nec enim cuivis promiscue legere licebat, nisi id fieret jussu vel Ἀρχισυναγώγου vel τοῦ חזן; nam אין הקורא רשות לקרות עד שיאמר לו החזן לקרות (277) *Non habet Lector legendi facultatem, antequam* חזן *ipsum legere jussit*. Obiter nota paralelismum hoc inter & verba Apostoli: Πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι? (278) *Quomodo a. prædicabunt, nisi missi fuerint?* Quid quod ראש הכנסת לא יקרא עד שאמר לו קרא שאין אדם סביבו לו (279) *Nec ipse* Ἀρχισυνάγωγος *nec* διάκονος *Synagogæ legant, nisi quis iis dixerit: Lege; ne quis eos contemnat*. Manifestissimum v. exemplum legitur in Actis (280): Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν Προφητῶν, ἀπέστειλαν οἱ Ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς, λέγοντες· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἰ ἔστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε. *Sed post lectionem legis & Prophetarum, miserunt Archisynagogi ad eos* Paulum & Barnabam, *dicendo: Viri fratres, si est in vobis sermo adhortationis ad populum, dicite*. Mirari poteras, cur idem non servatum legatur, cum Christus aliquando in Synagoga Nazarethana legeret: Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲθ οὗ ἦν τεθραμμένος, καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συναγωγὴν καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι, Nihil hic de jussu *Archissinagogi*: At vero, si ejusmodi varias circumstantias sæpe prætermissas esse perpenderis, frontem forsan exporrigas. Vis autem exemplum Archisynagogi? en tibi Jairus, Marco (281) εἷς τῶν Ἀρχισυναγώγων, Lucæ (282) Ἄρχων τῆς συναγωγῆς, Matthæo simpliciter Ἄρχων (283) dictus, cujus filiam vitæ restituit Servator. Quod si vero quis urgeat, ut *Archisynagogorum* (quæ ferra in-

inter *Vitringam* & *Rhenferdium* ducitur) definiam, utrum unicum quælibet Synagoga habuerit, num, plures? ſciat, ægre huic me liti me interponere; repetam duntaxat verba Marci: Καὶ ἰδοὺ, ἔρχεται εἷς τῶν Ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος *Et ecce, acceſſit unus ex Archiſynagogis, nomine Jairus*: ἀπέστειλαν οἱ Ἀρχισυνάγωγοι (284); Et in Eccleſia Corinthiaca memorantur: Κρίσπος ὁ ἀρχισυνάγωγος & Σωσθένης ἀρχισυνάγωγος (285). Num a hic Ἀρχισυνάγωγοι vel plurium Synagogarum vel unius ſucceſſive capiendi ſint, judicent alii; ut &, ſi plures dicendi, num auctoritate fuerint impares, quod vult *H. Grotius* (286), an æquales, quod ſibi pollicetur *Vitringa* (287) ex loco ſupra allegato (288)? Nos, ut conſtet etiam aliis notum fuiſſe hoc nomen, unicum locum ſubjungemus, qui eſt *Lampridii* (289), ubi fit ſaltem mentio Archiſynagogi; Ita a. ille de Alexandro: *Volebat videri originem de Romanorum gente trahere, quia eum pudebat Syrum dici: Maxime quod quodam tempore feſto, ut ſolent, Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini laceſſiverant eum convitiolis, Syrum Archiſynagogum eum vocantes & Archierea*. Ab Archiſynagogo vel nihil vel certe parum differebat *Archipherecita*, quod nomen inſtar muli eſt, utpote ex diverſa ſpecie concretum, ex lingua ſcilicet Græca & Hebræa; de etymo enim pacti ſunt Critici, ſed de etymi ratione altercantur; Parentes agnoſcunt τὸ Ἀρχῶν & פרק. Quid a. פרק innuat, diſputant. *Cl. Petitus* (290) ſignificationem longius venatur; aſſerit quippe פרק ſignificare interdum *ſupereſſe malis & ab illis liberari*, indeque generatum פרקה notare *reliquias Judæorum variis in locis ſuperſtites & multis malis defunctas, vel manum coactam in Synagogam, quæ excidio ſupererat*; itaque qui huic cœtui præerat, dictum eſſe *Archipherecitam* בעל פרקה, *Archiſynagogum*; Sed nihil in hac conjectura deſidero, niſi quod ante me deſiderarunt alii, hoc eſt, fundamentum; neque enim mihi contigit inveſtigare apud ullum alium hunc nidum, quem in פרק ſtruit Vir Clariſſimus, quaſi denotaret *manum*, *reliquias* vel *Synagogam* Judæorum afflictorum, cum contra nihil frequentius ſit, quam פרק *Lectionem* ſignificare; exempla ſupra (291) ſubminiſtravimus, addamus complementum: Ita ſæpius de Moſe (292) שנה משה פרקו *Explicuit Moſes ſuam Lectionem*. Et rogatus quidam, unde aliquid didicerat, regerit (293) מפרקיה דרבי מאיר *Ex prælectione R. Meir*; Inde quoque forſan dimanavit Arabum אלפרקאן *Alphurcan*, quo nomine ſuum Alcoranum tinxere; פרק itaque *capitulum* vel *ſectionem* notat, & Ἀρχιφερεκίτης illum, qui in Scholis & Synagogis *prælectiones*, uti Profeſſores noſtri in Auditoriis, habebat. Talis ראש פרק Ἀρχιφερεκίτης creatus eſt Mar Sutra: מר זוטרא בר מר זוטרא ריש גלותא סליק ליה לארץ ישראל ועיילוה בריש פירקיה (294) *Mar Sutra filius Mar Sutræ Æchmalotarchæ aſcenderat in terram Iſraelis, ubi conſtituerunt eum Archipherecitam*. Sed & officium & Auctoritas Archipherecitæ, præter illa quæ commentati ſunt *Bertramus*, *Seldenus*, *J. G. Voſſius*, *Petitus*, elucent ex edicto Juſtiniani (295): Οὐδὲ ἄδειαν ἕξουσι οἱ παρ' αὐτοῖς Ἀρχιφερεκῖται ἢ Πρεσβύτεροι τύχον ἢ διδάσκαλοι προσαγορευόμενοι Περινοίαις τισὶν ἢ Ἀναθεματισμοῖς τοῦτο κωλύειν &c. Vertit vetus Interpres. *Neque licentiam habebunt hi, qui ab iis majores omnibus Archipheretitæ aut Presbyteri forſitan vel Magiſtri appellantur, perinæis aliquibus* (:: commentis, notante *Dionyſio Gothofredo*) *aut anathematiſmis hoc prohibere, niſi velint propter hos caſtigari corporis pœnis, & inſuper privatorum facultatem nolentes ſuſtinere, meliora vero & amabiliora volentibus nobis & jubentibus*. Meretur fax *Clariſſ. D. Gothofredi* (296) adhiberi: Ἀρχιφερεκῖται, ait, *vox eſt hybrida, Græca partim, partim Hebræa; Eorum munus erat legere & interpretari illas legis ſeu Prophetarum ſectiones, quas Hebræi Pharſioth & Perakim appellant, & ad eas accomodare ſubdiſtinctiones tractatuum majorum Talmudis, quas iidem Judæi Perackim vocant. Nam quod noſtris libri 50. Pandectarum ſunt, hoc Talmudicis 60. tractatus majores fuere: quod tituli, hoc Perakim. Igitur* Ἀρχιφερεκῖται *quaſi Paratitularii, quibuſque ad unguem noti Talmudis tituli*. Adde *N. Serrarium* (297) *Cl. Vitringam* (298). *Lector* alias vocatus eſt vel קורה vel מפטיר, *Interpres* מתרגם; Illius officium erat *legere*, hujus *interpretari*: Utriuſque fit mentio in gloſſa ad Kiddushin (299) וסדר מתרגמנין ומפטירין *Et ordo Interpretum atque Lectorum*; Uterque deducitur a temporibus Ezræ (300) מימות עזרא נהגו שיהא שם תורגמן מתרגם לעם מה שהקורא קורא בתורה כדי שיבינו ענין הדברים *A diebus Ezræ mos eſt, Interpretem Interpretari populo, quod ex lege Lector legit, ut intelligant omnes ſenſum eorum, quæ leguntur*. Hi tamen Interpretes a ſuis ſucceſſoribus in hoc fuere diverſi, quod priores, cum nondum exoleverat uſus Hebrææ linguæ, eadem lingua cum Le-

Lectore commentarentur, posteriores ex Hebræa in vulgo notam transfunderent, & aliquando etiam in paraphrases exspatiarentur (301). In Synagoga *Lectores* numero erant VII. כהן *Sacerdos*, לוי *Levita* שלישי *Tertius* &c. de quibus cum vix sine præjudicio Synagogæ plura tractare licet, *legantur Lightfootus* (302) *Buxtorfius* (303) *Otto* (304) *Pfeifferus* (305); De *Interpretibus* jam tum plura (306) *interpretati* sumus. At quid? non procul abest, quin in crimen læsi Magistratus incurrerimus; Ecce enim a tergo adhucdum נשיא *Princeps* & אב בית דין *Pater domus judicii:* Viri summi Magistratus Personas sustinentes, ille enim Summi *Præsidis*, hic *Vice-Præsidis*; sed ignoscant, precor, quod, cum maximam partem Politici fuerint, Synedrii Scriptoribus relinquantur, vel, si locum quoque sibi inter Academicos vindicent, unica reverentia excipiantur; Itaque הנשיא הוא היה בעל הדרשה ומלמד תורה ברבים (307) *Nasi erat ille, qui interpretandæ publice legis Auctoritatem habet* אב בד׳ הוא גדול שבריינין שהדינן נפסקין על פיו (308) *Pater domus judicii est judicum antecessor, cujus ore lites deciduntur*. Sed & his adjungebatur (sc. ut trinum essent perfectum) חכם ita *κατ᾽ ἐξοχὴν* dictus, qui, ut אב בירת דין dextrum, sic sinistrum Principis latus claudebat: חכם הוא הגדול שבחכמים שנושאין ונותנין עמו בהלכה ויודע טעמי תורה ויושב לשמאלו של נשיא (309) *Sapiens is dicitur, qui inter Doctores præcellit, cum quo de agendis communicatur, peritus sensuum & rationum legis. Is ad lævam Principis sedet*. Si adhuc majori studio eos videndi tenearis, hospitium ipsorum quære in aulis *Maimonidis* (310) *Seldeni* (311) *Vorstii* (312) *Cocceji* (312) &c. Quod si quis vero istorum Heroum præsentiam nobis invideat, cogitet, quod ante monuimus, Synedrium, Synagogam & Scholam in unum aliquando corpus coaluisse, cogitet quædam nomina cum officiis fuisse ambulatoria, ut נישא & אב בית דין (314), plurima tractu temporis adeo diducta, ut pluribus aptari potuerint, *pluribus ut pateat clavibus una sera:* Sic ראש הכנסת, אב בית דין Reversatissimum *Doctorem publicum* vel *Rectorem Academiæ* sæpe denotant, ut אב בית דין וריש מתיבה בקהלה קדושה *Pater domus judicii & Caput Academiæ in Sancta Ecclesia* &c. Item אב בית דין דקהילה קדושה *Pater domus judicii in Sancta Ecclesia* (315); Sic & *Seldenus* in suis scriptis *Menassen b. Israel*, qui *Rectorem Scholæ* Amstelædamensis egit, *Archisynagogum* appellat. Hoc restat moneamus, officio & dignitate neminem exutum fuisse, nisi qui prius decorem exuerat: כל הממונין שבישראל היו לאדם לכל חייו (316) *Omnes in Israele ad honores provecti eos retinuerunt per omnem vitam suam*. Excipe, si quis bene merendo & gerendo in altius culmen eveheretur, ut fere sunt Apostoli (317) verba: Οἱ καλῶς διακονήσαντες βαθμὸν ἑαυτοῖς περιποιοῦνται· *Qui bene administrant, bonum sibi gradum comparant*.

Absint foro nostro Rechabitæ, de quibus apud Jeremiam (318); sed & absint Naziræi (nisi cum Romano-Catholicis dicendum est, eorum ordini respondere ordinem Monachorum, quam tamen affinitatem dudum divulserunt *Spanhemius* (319), *Vagenseilius* (320), *Hospinianus* (321); Constat autem eos, a נזר dictos, a vino, novacula & pollutione mortuorum abstinuisse. Illis nomine propinqui, sed re diversi erant Nazaræi, secta Judæorum sub primitivæ Ecclesiæ infantia nata, quæ, ut Samaritani Judaismo Paganismum infarserunt, ita Christianismo Judaismum immiscuit, baptismo circumcisionem copulando; Semina hujus apparent in Actis (322): Καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, ἐδίδασκον τοὺς ἀδελφούς· Ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι; feruntur præterea, isti Nazaræi eundem cum Ebionitis & Cerinthianis remum traxisse, & passim perstringuntur a *Theodoreto* (323) *Damasceno* (324) *Epiphanio* (325) *Augustino* (326) *Niceta* (327). Ab utrisque iterum multum discrepat appellatio Nazaræorum הנוצרים, qua apud Judæos passim, atro velut carbone, notantur Christiani, ideo nimirum, quia nomen dedere Christo, qui a loco Nazareth Ναζωραῖος (328) audiit; unde insimulatur Paulus [329] tanquam πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως *Auctor hæreseos Nazaræorum*. Cæterum Naziræis plus operæ impendere *Saubertus* [330] *Goodvinus* [331] *Leusdenins* [332] *Pfeifferus* [333] *Hottingerus* [334]. *Assidæos* autem, Hebræis חסידים, reticere piaculum ducimus; Ante μετοικεσίαν Βαβυλῶνος nomen id generale fuit, piorumque ἐπίθετον, sed postea in singularem sectam desiit; singularia quippe fovebant dogmata, sc. ut compendio utamur. *Non incedendum retecto capite, ad alterutrum latus non respiciendum, non attollendos oculos ultra decem cubitos, circumeundum ne cœtui molestiæ forent, statim placandum si quem ad iram provocaverant, stabiliendas tres refectiones, integram horam disponendum cor ad precandum, non edendum in convivio potentum* &c., in-

ſignem uſque præ ſe zelum ferebant, &, haud ſecus ac Romano-Catholicorum præcurſores eſſent, *ſupererogationis*, ceu vocant, aptius *ſuperarrogationis* opera affectabant; etenim definitur חסיד a *Kimchi* (335) עושה יותר על מה שנצטוה *qui facit plus boni, quam præceptum eſt*. Hinc primi ordinarunt, ut homines nocte ſurgerent, precibuſque ad lucem litarent; cum alii tres horas, illi novem precibus conſecrabant; in templum aliaque ſacra ingentes ſumtus erogabant, cogitationes ſuas accurate obſervabant, crebras hoſtias immolabant, modumque in omnibus excedere allaborabant, uti eſt in *Juchaſin* (336) *Abbot* (337) *Muſar* (338) & apud *Kimchi* (339). Memoratur in libro Maccabæorum συναγωγὴ Ἀσιδαίων (340) *Synagoga, cœtus Aſſidæorum*, nam & ſub iſtis temporibus præcipua ſumſiſſe incrementa creduntur. Diſtinguebantur a צדיקים & opponebantur una cum his τοῖς רשעים, ita ut in tres partitiones tunc Judaica gens abiret, alii quippe erant רשעים ἀσεβεῖς, alii צדיקים δίκαιοι, alii חסידים ὅσιοι; hi in exceſſu peccabant, illi medium tenebant, iſti ad defectum declinabant. Iſtorum illa erat vox: *Quod tuum eſt, meum eſt, & quod meum eſt, meum proprium eſt*: horum hæc: *quod meum eſt, tuum eſt, quod tuum eſt, tuum proprium eſt* (341): illorum, ut eſt veroſimile; *quod meum eſt, meum eſt, quod tuum, tuum proprium*. Ad trigam hanc Paulus, in Judæorum ſacris verſatiſſimus, videtur reſpectum habere, ubi amorem Servatoris noſtri commendat (342). Chriſtus, inquit, ὑπὲρ ἀσεβῶν רשעים ἀπέθανε, Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου צדיק τὶς ἀποθανεῖται, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ חסיד τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν; nam per ἀγαθὸν חסיד intendi ſi forte dubites, ſcias velim quod a *Joſepho* (343) חסדים ἀγαθοὶ καὶ ὅσιοι τοῦ ἔθνους appellentur. Primas eos in ſua gente obtinuiſſe conſtat ex libro Maccabæorum (344), & quicquid de iis alias ſciri poterit, conſtabit ex *Scaligero*; (345) *Druſio* (346) *Goodvino* (347) *Cunæo* (348) *Fullero* (349) *Hottingero* (350) *Sauberto* (351).

In vaſtum gurgitem jam porro dilaberemur, ſi ex æquo plures Judæorum ſectaremur, ſed inſtituti memores littora legimus, maxime cum illis ſcateant omnia harum antiquitatum ſcrinia. Phariſæi itaque, quod nomen *Hieronymus* (352) derivat a פרץ *diſrumpere, dividere*, alii a פרש *exponere*, quia legem exponebant; *Franc. Fererius* (353) & *Forſterus* (354) a פרש *Explanare*, quod omnibus explanata eſſet eorum vita, vel, ut cenſent alii, quod ſua phylacteria explanarent, ſed rectius *R. Nathan* (355) *Elias* [356] *R. Beniamin* (357) *Empereur* (358) *Fullerus* (359) *Hottingerus* (360) *Goodvinus* (361) *Opitius* (362) *Lightfootus* [363] *Leuſdenius* [364] *Pfeifferus* [365] aliique a פרש *Segregare, ſeparare*; quia ab aliis ſeſe ſeparavere; quam eſſe nominis rationem, utut in ipſa radice titubaverint, ſubolfecere etiam *Origenes* [366] *Epiphanius* (367) *Damaſcenus* (368) *Ambroſius* (369) *Suidas* (370) Nimirum ſeparaverant ſe a mutuo populi conſortio ac commercio ad ſtudium legis, (unde Paulus, memor ſe ante fuiſſe ἀφωρισμένον εἰς τὸν νόμον, amat vocari ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον (371), & ad ſingularem vitæ ſanctitatem, qua ſibi etiam adulari videtur gloriabundus thraſo, in hæc ſolutus: οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων (372) Nomini ſic apprime reſpondebat omen; nam & multa alia divortium hoc redolentia ore & more referebant. Qualibet ſeptimana bis, die Jovis & Lunæ, jejunabant, ἐνήστευον, inquit, *Theophylactus* (373) οἱ φαρισαῖοι δευτέραν καὶ πέμπτην, unde ventoſus iſte: Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου (374): & Johannis diſcipuli: Ἡμεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά (375). Decimas etiam de minimis offerebant: ἀποδεκατοῦτε, inquit, Servator (376), τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ κύμινον; Semper enim in ore id habuere: עשר בשביל שתתעשר (377) *Decima, ut dives fiat*; ſic nec hanc gloriolam reliquarum catalogo inſerere oblitus eſt iſte: Ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι (378) Cum peccatoribus accumbere turpe ducebant, id quippe Servatori vitio vertebant (379): Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν. Phylacteria, quæ *Epiphanius* (380) vocat πλατέα σήματα πορφύρας *clavos purpureos veſtibus intextos*, dilatabant, πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια (381) Quoties e foro redibant, manus, ſi forte peccatores contrectando polluiſſent, aliave ſimul membra abluebant: Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι (382) Unde apud *Epiphanium* Ἡμεροβαπτισταὶ (383), qui quotidie ſeſe lavabant. Pocula quoque, æs, & lectos lavabant: Καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων, καὶ ξεστῶν, καὶ χαλκίων, καὶ κλινῶν (384) Sed & piaculum ducebant, cibum unquam illotis manibus occupare, hinc increpant diſcipulos Servatoris (385) οὐ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν; & Marcus id de iis teſtimonium perhibet, quod ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι (386),

(386), ſive jam vox πυγμῇ, ut reddunt *Vulgata* & *Eraſmus*, idem notet, quod apud Homerum πύκα, כ: *crebro*, *frequenter*, ſive quod credunt alii, conſentiente Syro, qui transfudit ܒܚܦܝܛܘܬܐ *accurate*, *diligenter*; ſive, quod *Beza* (387), *pugnum*, ita ut pugnus alterius manus palmam affricaret; ſive inculcet methodum lavandi per נטילת ידים *elevationem manuum*, quæ dicente Theophylacto (388) fieret ἕως τȣ͂ ἀγκῶνος *ad cubitum*. Inter precandum conſpicui & prolixi erant, amantes ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑςῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις (389), & μακρὰ προσευχόμενοι (390). Hiſce & aliis traditionibus mordicus adhærebant; Alias dari Angelos & Spiritus non inficiabantur, φαρισαῖοι δὲ ὁμολογȣ͂σι τὰ ἀμφότερα (391); Mortuorum reſurrectionem credebant, ſed a μετεμψυχώσεως, (piorum tamen) opinione liberari nequeunt, non diſſimulante *Joſepho* (392); imo ſi *Job. Windet* (393) credimus, a Judæorum Magiſtris per Ægyptios derivata eſt illa doctrina ad Pythagoricos, quorum Præceptorem illam inculcaſſe conſtat ex *Laertio*, *Porphyrio*, *Jamblicho* (394) *Herodoto* (395) Et hujus quoque μετεμψυχώσεως non obſcura ſunt in N. T. teſtimonia, quorum id clariſſimum eſt, quod habet Matthæus, qui ex ore diſcipulorum populi de Chriſto judicium relaturus (396): Οἱ μὲν inquit, Ἰωάννην τὸν Βαπτιςήν, ἄλλοι δὲ, Ἠλίαν. ἕτεροι δὲ, Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. quaſi anima unius horum in corpus Chriſti migraſſet; Simile quid conjectavit Herodes (397). Porro juſtitiam coram Deo ex operibus propugnabant (398) fato pleraque ſubjiciebant, εἱμαρμένη τε κ Θεῷ προσάπτȣσι πάντα, inquit *Joſephus* (399); ἀςοργίαν religionis, prætextu probabant, quo reſpicit Servator (400) dicendo: Ὑμεῖς δὲ λέγετε· Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ Πατρὶ ἢ τῇ μητρί· Κορβᾶν (ὅ ἐςι δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμȣ͂ ὠφεληθῇς Καὶ ȣ̓κέτι ἀφίετε αὐτὸν ȣ̓δὲν ποιῆσαι, τῷ πατρὶ αὐτȣ͂ ἢ τῇ μητρὶ αὐτȣ͂. Quid ſit Κορβᾶν, non vacat ventilare, ſed & dudum ventilarunt *Ligthfootus* (401) *Petitus* (402) *Maſius* (403) *Danbaverus* (404) *Pokokius* (405) *Seb. Schmidius* (406) *Stolbergius* (407) *Althoferus* (408) *Dieu*, *Tremellius*, *E. Schmidius* (409) alii, ſaltem ad ἀςοργίας documenta provocabimus, eruta a Coccejo (410) ex Nedarim, Maimonide Niſſim, Caph Nachat. Ortum Phariſæorum quod concernit, facile Scaligero, Druſio, Pfeiffero, Opitio annuo, qui a linea חסידים eos deducunt; Senior autem videtur ſecta, quam vel ſtatuit *Burgenſis Epiſcopus* (411) vel *Joſephus* (412), & ſi non quoad nomen, quoad rem tamen non longe poſt tempora Ezræ fluxiſſe e cura ſeſe ſeparandi ab Ethnicis, Samaritanis, Ashdodæis, Moabitis &c., quibus undique diſtinguebantur cingebaturque Judæi, & temporis tractu cruſtam contraxiſſe, ita ut deinde in ſeptem claſſes erumperet, quæ fuere 1. פרוש שכמי *Phariſæus Sichemita*, pellem Phariſaicam lucri cauſa induens, inſtar Sichemitarum ſe circumcidentium, nam שה עשה מעשה שכם *ille facit ut Sichem* (413) 2. פירוש ניקפי *Ph. Percuſſus*, המנקיף את רגליו *illidens pedes ſuos*, ad ſaxa ſc. humiliter procedendo. 3. פרוש קזאי *Phar. ſanguinem eliciens*, ad parietes, oculos utpote ſemper demittens, ne fœminas ſpectaret, vel ſe ad muros comprimens, ne tranſeuntes premeret (414) פרוש מדוכיא *P. mortarii*, mortario quaſi, quo premebatur, amictus. 5. פרוש מה חובתי ואעשנה *Pha. qui dicit: noſcam, quid ſit officium meum & faciam*, cujus ſubſellii videtur naſutus ille, qui Chriſto: Ταῦτα πάντα, inquit, ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μȣ (415) פרוש יראה *P. timoris*, qui odit peccare formidine pœnæ. פרוש אהבה *P. amoris*, qui odit peccare virtutis amore. Hiſce ex Talmude octavum genus adjunxit *Vagenſeil* (416) quod fuit πολυπράγμων. Inſpicias alios præter memoratos *Montacutium* (417) *Saubertum* (418) *Hulſium* (419) *Carpzovium* (420) *Reimerum* (421) *Serarium* (422).

Adeamus Sadducæos, qui nomen non a צדיק *juſto*, quod autumarunt *Epiphanius* (423) *Hieronymus* (424) *Rhenanus* (425) *Montacutius* (426) *Flacius* (427) *Gregorius* (428) *G. Fabritius* (429) *Nicolaus de Lyra* (430) *Iſidorus*, *Bernhardus de Breitenbach* alii, nec a loco, quod *Suidas Byzantinus*, acclamante *Cœlio Rhodigino* (431); ſed a *Sadoch* Antigoni diſcipulo, ſuffragantibus *Gerhardo* (432) *Mullero* (433) *Valæo* (434) *ben Iſrael* (435) *Gerſone* (436) *Schindlero* (437) *Junio* (438) *Chemnitio* (439) *Hackſpanio* (440) *Quiſtorpio* (441) *Mitternacht* (442) *Coccejo* (443) *Calixto* (444) *Villemero* (445) *Cheitomæo* (446) aliiſque numero innumeris, mutuati ſunt; ſcilicet acceperat ille a Præceptore, non ſerviendum eſſe Deo ſpe mercedis, quo apophtegmate prave intellecto concluſit nullam futuram in altera vita ἀπόδοσιν, itaque nata varia ex hoc ſemine zizania per Scholas ſuas diſſeminavit. Hinc Sadducæi negabant mortuorum reſurrectio-

ctionem, λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν (447) Unde Servator contra hanc thesin opposuit (448), & Paulus hujus bene gnarus, eos cum Pharisæis commisit (449); Insuper dixerunt εἶναι μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα (450) Animas hominum in nihilum redigi (451); oppugnabant Dei Providentiam (452) & Potentiam (453); Non tamen dixerim cum *Tertuliano* (454) *Hieronymo* (455) *Origine* (456) *Centuriatoribus Magdeburgensibus* (457) *Goodvino* (458) aliisque bene multis, eos præter Pentateuchum nullos ex libris sacris admisisse, sed potius cum *Pfeiffero*, *Sauberto*, *Hakspanio*, *Spanhemio*, *Scaligero*, *Cunæo*, *Hottingero*, *Coccejo*, *Villemero* &c. eos libros Mosis reliquis prætulisse, quocirca & ipsi ex Mose argumentum petunt, & Servator eorum errorem confossurus ad Exodum (459) provocat (460). Alias παραδόσεις Pharisæorum plane rejiciebant, & sensui literæ justo pressius addicti, Scripturam in invitos sæpe sensos torquebant, quæ est causa, cur ipsorum doctrinæ paries una cum Pharisæorum fidelia dealbatur, notaturque a Christo nomine ζύμης τῶν Σαδδουκαίων suis discipulis detestandæ (461); ipsi etiam in eodem [ut ita dicam] cum Pharisæis prædicamento ponuntur, dicti a Johanne (462) γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν; Pharisæis vero cluent מינים *Hæretici* אפיקורוסין *Epicuræi* &c. Tot alias de Sadducæorum discrimine ortu, fatis &c. sunt Eruditorum lites, quot sunt Thebarum portæ, quibus ut nos subducamus, evolvendos substituimus *Drusium* (463) *Villemerum* (464) *Scaligerum* (465) *Serarium* (466) *Spanhemium* (467) *Hottingerum* (468), *Goodvinum* (469) *Lightfootum* (470) *Calovium* (471) *Botticherum* (472) *Gerhardum* (473) *Pfeifferum* (474) *Saubertum* (475) aliosque supra laudatos.

Essæi sive a τῷ ὅσιος, cum *Philone* & *Chrysostomo*, sive a *Jesse* Davidis Patre cum *Epiphanio*, sive ab Auctore Sectæ, sive a חשה *siluit*, sive a חסא *Storea*, conjiciente *Scaligero*, sive a חסיא vel חסי *Sanctus*, a decurtato חסיד, sive ab אסא *sanare*, quia *Philoni* & *Josepho* πρακτικοὶ, dicuntur, sive a חסה *latitare* [quarum ultimarum illa *Godvino*, hæc *Sauberto* arridet], uti variat *Fullerus*, sive ab עשה *fecit*, referente *Reizio* (476), quam πρακτικοὶ, nuncupati; nullo modo a Juda Galilæo, cui obstetricantur *R. Ab. Zachut* (477) & *R. Gedalias* (478), nec, quod tamen verosimilius, a Cunæis, ut præter alios conjicit *Lightfoot*, sed forsan (nam nec per Jovem jurabo ita esse) a quibusdam temporibus Maccabæorum propter crebras persecutionum tempestates, post carecta latentibus, narrante *Reizio*, oriundi; non confundendi sunt cum *Naziræis*, quam opinionem Rab. Abraham Zachut, frustra tamen & invito, affricant *Serarius* (479), & Vir meretissimus *A. P.* (480) Drusii mente non rectæ percepta, ut & *Cl. Goodvinus* (481); Nec cum Rechabitis, quod ex verbis *Suidæ* & *Nili* expertus *Serarius* Scaligero (482) & *Drusio* (483) ludibrium debuit; Nec cum Pharisæis, quod *Drusio* falso tribuit (484) *Serarius*, verius *Fullero Pfeifferus* (485) nec cum Baithosæis, cujus opinionis cum *Menasse b. Israel* & *R. Assaria* eundem idem postulat; Nec cum Karræis, cujus adhuc idem ibsimulat eundem, Nec denique cum Monachis Christianis, quod commisere *Eusebius* (486) & *Epiphanius* (487); singularem autem Judæorum sectam constituebant; albis illi vestimentis parce amicti incedebant; a luxuria abhorrebant, unde oleum, si quis eo incautus adspersus fuisset, statim detergendum voluere; meram aquam potabant, commune habebant marsupium, juramentis interdicebant, in observando Sabbatho accuratissimi; versus Solem adorabant, connubiisque abstinebant, quia mulierum intemperantiam extimescebant; erantque persuasi nullam fœminam constanti amore ferri in maritum suum, unde illa Secta *Plinio* (488) dicitur *gens in toto orbe præter cæteras mira, sine ulla fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia* &c. Alia si docuerunt, docearis illa apud *Josephum* (489) *Philonem* (490) *Scaligerum*, (491) *Drusium*, *Serarium* (492) *Goodvinum* (493) *Saubertum* (494) *Calixtum* (495) *Pfeifferum* (496) *Fullerum* (497) *Cælium Rhodiginum* (498) *Villemerum* (499) *Nicetam cum Scholiasta*, alios. In Novo Fœdere non memorantur Essæi, nisi sub nomine Σαλήμ (599) occulentur, quod leviter conjicit *Lightfoot* (500), nec enim nomen δίκαιος, quo honoratur Jacobus Apostolus, mihi tam facile ac *Serario* persuaserit eum Essæum fuisse. Mirum id multis visum est silentium, quod forsan causata est præsens tunc Essæorum paucitas & præ aliis mansuetudo; Sed & utut nominatim non perstringuntur, a *Chemnitio* tamen (501) alisique creduntur supposito nomine subinde peti, uti quando interdictio connubiorum & ciborum dicitur doctrina δαιμονίων (502), & Timotheus non amplius aquam sed vinum bi-

bibere jubetur (503) &c. (504). Dividebantur a. Essæi in θεωρητικὺς & πρακτικὺς, quorum illi his vita longe austeriores erant, dum solitudines quærebant, sola cœna utebantur, precandoque solum & meditando consenescebant, unde *Philoni* ἱκέται *Supplicantes* audiunt.

Trinæ istius Sectæ appendices fuere *Gaulonitæ*, *Baithosæi* & *Sampsæi*. Ad classem *Pharisæorum* pertinebant *Gaulonitæ*, id duntaxat de suo addentes, pro libertate dura quævis esse subeunda, nec ulli mortalium Principi esse serviendum, sed Deum solum pro Magistratu agnoscendum. Nomen & doctrinam acceperant a Juda Galilæo, de quo in Actis (505): Μετὰ τῦτον ἀνέςη Ἰὺδας ὁ Γαλιλαῖος, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς. Hujus forsan sortis fuere, qui coram Servatore de sua libertate gloriantur (506): Οὐδενὶ δεδυλεύκαμεν πώποτε; quique de tributo Cæsari dando quærunt (507): Ἔξεςι δῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ ὔ; nam & ideo forte Christo adhærebant, quia libertatis eum sibi vindicem sperabant. Feruntur interdixisse, ne victimæ pro salute Cæsaris cæderentur, ut est apud *Theophylactum* (508) & *Oecumenium* (509), quocirca excandescens Pilatus τὸ αἷμα αὐτῶν ἔμιξε μετὰ θυσιῶν αὐτῶν (510). Memorantur explicatius apud *Sixtum Senensem* (511) *Justinum Martyrem* (512) *Oecumenium* (513) *Josephum* (514) *Barradium* (515) *Ravanellum* (516) *Goodvinum* (517) *Saubertum* (518) *Er. Schmidium* (519). In *Sadducæorum* castris steterunt *Baithosæi*, non in Essæorum, in quibus collocant *Menasse ben Israel* (520) *Rabi Asarias* (521) & *Fullerus* (522), quasi ביתוסים non alii essent, quam בית אוסים *familia Essæorum*, nec in Carræorum, in quibus *Maimonides* (523); Orti sunt a Baitho Sadochi sub ferula Antigoni socio, videntur autem Sadducæis paulisper mitiores, unde *R. Gedalia* (524): ראיתי כי הצדוקים והביתוסים הם ב׳ כתות והצדוקים יותר רעים *Cognovi Sadducæos & Baithosæos esse distinctas sectas, Sadducæos autem longe pejores*; Et R. Asarias (525) ait, nuspiam legi, eos inficiatos resurrectionem mortuorum. De iis plura aperiant *El. Levita* (526) *Drusius* (527) *Valtherus* (528) *Lightfoot* (529) *Fullerus* (530) *Bartoloccius* (531) *Villemerus* (532) *Hottingerus* (533) *Hakspanius* (534). *Sampsæos* denique sibi vindicant *Essæi*, (quandam suæ sectæ laciniam), a שמש *Sole* dictos, propterea quod solebant τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα ἱκετεύειν *Solem orientem adorare*, teste *Epiphanio* (535); Sed & mererentur Ἐλκεσαῖοι, Ηλξῶοι, Οσσαῖοι, *Messaliani*, qui ipsorum latera tegerent, si verus esset *Scaliger* (536) quem tamen carpit *Saldenus* (537). Singularium vero Helcesaitarum & Sampsæorum (hi enim apud eum etiam idem sunt) opinionum catalogum texuit *Hofmannus* (538).

Præterbitabimus *Samaritanos* כותים dictos, Judæis non natione, sed aliqua ex parte religionis affutos; licebit tamen ex recentioribus eorum ad Scaligerum epistolis, cum raræ videantur, referre, quod monti Garizim adhæreant, recipientes solum Pentateuchum, (olim tamen etiam cœteros libros sacros recepisse conjicit *Capellus* (539) & probat *Lightfoot*. (540)) reliqua, ceu ab Ezra ficta, damnantes; circumcidant octavo præcise die, festa diversimode a Judæis servent, traditiones respuant, (Caramuel tamen (541) & quasdam earum illos amplexos aliquando fuisse asserit), non ducant nisi unam uxorem &c. Judæi alias odio eos plusquam Vatiniano prosequebantur, unde Johannes (542): Οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰυδαῖοι Σαμαρείταις. Vide de iis *Hottingerum* (543) *Cunæum* (544) *Althoferum* (545) *Quistorpium* (546) *Josephum* (547) *Masium* (548) *Buxtorfium* [549] *Drusium* (550) *Dietericum* (551) &c. Ad eos spectant שבועאי *Sebuæi* & דוסתאי *Dosithæi*, de quibus Eusebius (552) Epiphanius (553) Scaliger (554); displicebit tn. ni fallor, divisio *Hornii* (555), qui in quatuor Sectas dispertitur, Golthenorum, Severorum, Essæorum & Dosithæorum. *Herodianos* etiam taceremus nisi eos non reticerent *Matthæus* (556) & *Marcus* (557): Egit de illis ex instituto Cl. *Stolbergius* (558); suffecerit ergo indicasse, nobis non probari sententiam *Philastrii* (559), & *Damasceni* (560), qui eos ab Herode Agrippa, nec *Epiphanii* (561) *Tertuliani* (562) *Theophylacti* (563) *Euthymii*, *Vict. Anthiocheni* (564) *Grotii* (565) *Scaligeri* (566) *Spanhemii* (567) *Casauboni* (568) qui eos pro Secta habent, quæ Herodem Ascalonitam pro Messia agnovit coluitque, nec *Sauberti*, qui eos sub auspiciis Meanhem novam sectam constituisse asserit, nec *Drusii*, qui, prodente *Buxtorfio* יונים perverse interpretatus, Græcos illos facit, nec Talmudistarum apud *Grotium* (569), qui cum Dositheanis confundunt, nec Heinsii (570) qui pro militibus aut βασιλικοῖς sumsit, nec *Petiti* (571) *Stapletoni* (572) *Eusebii Emisseni* (573) *Goodvini*, quorum judicio exigendis tribu-

butis præerant, nec *Genebrandi* aliorumve, qui vel per gentiles, & Ἑλληνιστὰς, vel, Zelotas &c. exponunt; sed *Origenis*, *Eusebii*, *Anshelmi*, *Lut.*, *Chemnitii*, *Hunnii*, *Gerhardi*, *Bezæ*, *Piscatoris*, *Gualteri*, *Barradii*, *Conzenii*, *Salmeronis*, qui eos arbitrantur *ab Herode Antipa dictos*, *ejus Aulicos vel Ministros fuisse*, hinc enim redduntur ab Hebræo עבדי הורודוס *Servi Herodis*. Sunt & aliæ factiones, quibus hic locum facere non possumus, nempe בית הלל *Hillelianorum* & בית שמאי *Schamæanorum*, quorum litigia, antea memorata, ubique perstrepunt. Vid. *Hal. Olam* (574) *P. Aboth* (575) *Juchasin* (576) *Cosri* (577) *Galatinum* (578) *Petitum* (579) *Hottingerum* (580) *Epiphanium* (581) &c. Porro בני נפתלי, ובני אשר *Neptalitarum* & *Ascheritarum*, de quibus *Zemach David* (582) החכמים שנחלקו על הרבה מלות שבתורה הנקראים בני אשר ובני נפתלי היו בזמן הזה *Sapientes qui Schisma fecerunt propter multas voces legis, dicti filii Ascher & filii Nephtali fuerunt hoc ævo*; aliorumque.

Superest vero nobilis Judæorum distinctio in רבנים *Rabbanistas* & קראים *Karaitas*; illi in verba Talmudistarum jurarunt, dicti quoque eapropter תלמודיים hi a קרא dicti, sacra Scriptura sola & tota nitebantur ab omnibus traditionibus & Rabbanistarum glossis aversi; tanto in hos odio ilii æstuant, ut illorum filias, quantæ etiam dotis spes affulgeat, ducere nolint; imo si Christianus & Karaita in eodem luto demersi jacerent, dicunt, Rabbanistæ. Christianis alias infensissimi, sternendum esse Karaitam pontis adinstar, ut super eum eripiatur Christianus. De Karaitarum vero origine & Secta tot peculiares Eruditorum inter legendum sententias offendimus, quot sunt *divisi ostia Nili*, unde & illam nobis materiam, quæ & rara videtur, & multum oleæ postulat, peculiari tractatu exhibendam se legimus; & jam tum quædam in Schedulas conjecimus, quæ publico aliquando dabuntur, si feret id studio ratio, sique hæc nostra non displicere senserimus, cum blatis alias semper conflictatura. Hæc interim præ gustus loco præmittamus, quod nec cum Sadducæis, nec cum Samaritanis iidem sint Karaitæ, & neutris ætate pares; distinctio autem *Rabbanistas* inter & *Karaitas* (quod nemini ante hac suboluit) videatur esse subnata ex distinctione Pharisæorum in חכמים & סופרים *Sapientes* & *Scribas*, nam & hos Scripturæ, illos traditionibus incubuisse supra ostendimus, quod ideo mihi admodum verosimile est procedente tempore propriæ professionis tenaciores, in diversa sibi castra transiisse, & ita nomina רבנים & קראים progeminasse. Hæc, si quando, Deo volente, nuperis promissis stare licebit, fusius & apertium demonstrabimus; nec inter ea quorundam, qui in suppetias vocari possunt nomina dissimulabimus, sc. *Cunæi* (583) *Hulsii* (584) *Morini* (585) *Scaligeri & Drusii* (586) *Leusdenii* (587) *Buxtorfii* (588) *Hottingeri* (589) *Spanhemii* (590) *Hakspanii* (591) *Fulleri* (592) *Mulleri* (593) *Tenzelii* (594). &c.

NOTÆ IN CAPUT NONUM.

(1) *Exam. Theol.* 4. *Quæst. fol.* 22.
(2) *In Exod.* 7. 1.
(3) *In Exod. l. c. Conf. Lexica.*
(4) *Vid.* 1. *Sam.* 9. 9. 2. *Paral.* 19. 2. *Maimon. præf. in Misch. p.* 2. *c.* 2. *VVeltvik. Itin. p.* 62.
(5) *Mich.* 2. 11.
(6) *Ezech.* 3. 17.
(7) *Hagg.* I. 13.
(8) *Es.* 1. 26.
(9) *Pag.* 15.
(10) 1. *Sam.* 2. 17.
(11) *Seder olam Rab. p.* 9. *f.* 2.
(12) *Jer.* 26. 20.
(13) *Os.* 9. 7.
(14) Comment. *in Ex.* 7.
(15) *Am.* 3. 7.
(16) *Vid. Maimon. Mor. Nevoch. l.* 2. *c.* 36. *Vorst. ad Maim. p.* 19. & 90. *Nizz. p.* 90. *f.*
(17) *Ebr.* 1. 1.
(18) *De fundam. Leg. cap.* 7. *sect.* 3. & *Mor. Nevoch.*
(19) *Vid. præter alios Steuchum apud Fagium Num.* 12. 8.
(20) *Cap.* 3. 17.
(21) *Cap.* 17. 5.
(22) *Cap.* 12. 18.
(23) *Cap.* 9. *v.* 4.
(24) *System. Theol. Loc.* 1. §. 7. 1. *Reg.* 13. 18.
(25) *Jer.* 28. 9.
(26) *Luc.* 13. 33.
(27) *Ibid. & Matt.* 23. 27. *C. Selden. Syn. l.* 3. *cap.* 6.
(28) *Matt.* 25. 59.
(29) *Jer.* 26. 8. 10. *Ad Grot. in h. l. & Seld. de Syn. lib.* 2. *cap. f.* 4. & *lib.* 4. *cap.* 6. *f.* 4.
(30) *De ver. rel. Chr. p.* 32.
(31) 1. *Sam.* 9. 12. &c.
(32) *Jer.* 28. 9. *Deut.* 18. 2.
(33) *Exod.* 3.
(34) 1. *Reg.* 13. 3.
(35) *Jer.* 23. 28. *f. Ps.* 19. 8. & 119. 105.
(36) 1. *Ep.* 5. 6.
(37) *Origin. Sacr. lib.* 2. *cap.* 5. & 6.
(38) *In Jer.* 23.
(39) *In loc. cit.*
(40) *Libr.* 4. *Dialog. c.* 48.

(41) *Secunda 2. Quæst.* 171.
(42) *Stromat. I.*
(43) *Præfat. in Esa.*
(44) *Apud Euseb. Hist. Eccles. lib.* 5. *c.* 16.
(45) *Lib.* 6. *Æneid. Conf. Leon. Allat. Syntagm. de Engastr. Plutarch. de defect. orac. Ammian. Marc. l.* 21. *Porphyr. apud Euseb. de præparat. Evang. l.* 5. *Chrysost. Hom.* 29. *in Ep.* 1. *ad Cor.*
(46) *Præfat. in Habac.*
(47) *Joh. Vandelin. F. de Prophet. & Prophetiis.*
(48) 1. *Cor.* 14. 32.
(49) *Nizzach. p.* 159.
(50) *Lib. Cosri p.* 29.
(51) *Sanhedr. in Gem. c.* 1. *f.* 13.
(52) *De Prophetis & Prophetiis.*
(53) *Origin. Sac. lib.* 2. *cap.* 4. 5. 6.
(54) *Thesaur. Philolog. lib.* 1. *cap.* 3.
(55) *Vate.*
(56) *Mos. & Aar. lib.* 1. *cap.* 6.
(57) *De Legibus Hebr. p.* 437. 18. 19.
(58) *Tom.* 1. *pag.* 478. *seqq.* 281. 317. 364. 505. 385. *&c.*
(59) *De Charismat. s. don miracul. Ant. Eccl. cap.* 6.
(60) *Theol. Jud. p.* 211.
(61) *De Sacerdot. & Sac. Hebr. Person.*
(62) *Comment. in Pentateuch.*
(63) *Anim. in Raym. pag. fid. p.* 572. 236. 168. 630. *&c.*
(64) *Miscellan.*
(65) *Bibl. Illust. præfat. in Proph. T.* 1. *p.* 2. *p.* 647. *f.*
(66) *Præfat. Com. in Jerem.*
(67) *Lib.* 3. *c.* 7.
(68) *Lib. pec.*
(69) *Cap.* 3. 2.
(70) *Concord. Evang. part.* 1. *cap.* 13. *fol.* 76.
(71) *Comment. in N. T. fol.* 158.
(72) *Collat. Evangelist. in annot. ad part.* 7. *fol.* 96. *f.*
(73) *Comm. in Luc. fol.* 59. *col.* 1.
(74) *Comm. in Evang. Hist. Tom.* 4. *part. trat.* 2. *fol.* 11.
(75) *Not. ad h. l.*
(76) *Tractat.* 130. *in Joh. Tom.* 9. *fol.* 15. *col.* 3
(77) *H. E. lib.* 1. *c.* 18. *fol.* 56.
(78) *De Rep. Hebr. lib.* 5. *cap.* 2.
(79) *In cap.* 11. *Joh. f.* 286.
(80) *Cap.* 1. *f.* 8.
(81) *In cod. Middot p.* 180.
(82) *Exercit.* 13. §. 4. & 5.
(83) *De Emendat. Tempor. in Prolegom.*
(84) *Annal. Ecclesiast. ad An. Chr.* 31. *fol.* 104. *seqq.*
(85) *De Success. in Pontif. Hebr. lib.* 2. *c.* 12. *p.* 353. *seq.*
(86) *Matt.* 20. 18. & 21. *v.* 15. 23. 45. & 26. *v.* 3. 14. 47. 51. 59. *Porro c.* 27. 6. 12. 20. 41. 62 *c.* 28. 11. *Luc.* 3. 2.
(87) *Cap.* 3. *f.* 41. *c.* 4.
(88) *De Temp. lib.* 1. *p.* 30. *seqq.*
(89) *Vid.* 1. *Paral.* 24. 4. *Collat. cum versione τῶν LXX.*
(90) *Matth.* 2. 4. *c.* 16. 21. *c.* 27. 1. *Marc.* 8. 31. & 10. 33. *&c.*
(91) *Num* 3. 5. *seqq. Num.* 18. 7.
(92) *Joh. I.* 19.
(93) *Jos.* 9. 21.
(94) *Esr.* 8. 20.
(95) *In Beth Habbech. Per.* 8.
(96) *Maim. in Kele Mikdash. Per.* 3. *Conf.* 2. *Paral.* 5. 12.
(97) *De Minister. Temp. Hierosolym.*
(98) *Mos. & Aar. lib.* 1. *cap.* 5.
[99] *De Sacr. Person. Jud.*
[100] *Not. ad tr. Joma.*
[101] *De vest. Sacerd. p.* 683. *seqq.*
[102] *De leg. Hebr. p.* 56. 170. *&c.*
[103] *In Sotah p.* 670. *seqq.* 842. *&c.*
[104] *De Republ. Hebr.*
[105] *De rep. H. lib.* 2. *c.* 1. *f.* 8. & 11.
[106] *De Succes. in Pont. I.* 2. *c.* 1.
[107] *In sanhed. p.* 22.
[108] *Synag. Jud. in f. & Lex. Talm. p.* 1017. 1622. *f.* 1409. 1448. *&c.*
[109] *Jer.* 26. *v.* 12. 20.
[110] 2. *Sam.* 8. *v.* 17. *&c.*
[111] 1. *Reg.* 4. 3.
[112] 2. *Reg.* 18. *v.* 18. *&c.*
[113] 2. *Reg.* 12. 10. *&c.*
[114] *Ezr.* 3. 12.
[115] 1. *Paral.* 2. 55. *Jer.* 32. 11.
[116] 2. *Reg.* 25. 19. 2. *Par.* 26. 11. *Jer.* 52. 19.
[117] *Act.* 19. 55.
[118] *Esth.* 9. 3.
[119] *Ibid.*
[120] *Jud.* 5. 14.
[121] *Jos.* 1. 10. *Deut.* 20. 5. *seqq.* 1. *Par.* 27. 1. 2. *Par.* 26. 1. *Conf.* 1. *Macc.* 5. 42.
[122] *Ita en. explicatur in Halichot olam p.* 47. *Edit. Emp.*
[123] *Bab. Aboda zar. fol.* 9. 1. *&c.*
[124] *Tal. de die Expiat. cap.* 3. *sect.* 11.
[125] *Lib.* 14. *Epigram.*
[126] *Matt.* 7. 29.
[127] *Matt.* 2. 4.
[128] *Sc. Ex Mich.* 5. 2.
[129] *Marc.* 12. 35.
[130] *Antiq. Jud. passim.*
[131] *In voce* φαρισαῖος.
[132] *Pag.* 164.
[133] *Dub. Evangel. Part.* 2. *fol.* 404.
[134] *Myrothec. p.* 177.
[135] *De trib. Sect. p.* 49.
[136] *Contra Baron. Exercit. I.* §. 11. *p.* 57.
[137] *Talm. Kiddusch. cap.* 1.
[138] *Levit.* 11. 42.
[139] 2. *Paral.* 17. 7. *seq.*
[140] *In Dialog. de morte Peregr.*
[141] *Erudit. Exercitat. Philolog. in Lucian. de m. Per. pag.* 6. *seqq.*
[142] *Var. Sacr. Tom.* 2. *pag.* 34.
[143] *Advers. Sac. lib.* 1. *c.* 1.
[144] *Exercit. I. con. Baron. p.* 52. *&c.*
[145] *Comm. in Matt. c.* 11. 4. *f.* 31. *f.*
[146] *Apparat. Eccles. p.* 263. *seqq.*
[147] *Hor. Hebr. in Matth. &c.*
[148] *Myrothec. pag.* 177.
[149] *Dub. Evang. part.* 2. *p.* 393. 400.
[150] *In Tibe. cap.* 8.
[151] *Not. ad Matth.* 2. *p.* 4.
[152] *Thesaur. Philol. l.* 1. *c.* 2. §. 1. *p.* 74. *seq.*
(153) *M. & A. p.* 57. *f.*
(154) *In Schil. l.* 4. *c.* 8.
(155) *De Sacerdot. Hebr. cap.* 16.
(156) *De trib. Sect. p.* 86. *seqq.*
(157) *Not. & observat. in Epist. Polycarp. pag.* 32. *seqq.*
(158) *Disp. pec.* περὶ γραμματ.
(159) *Mos. & Aar. lib.* 1. *cap.* 6.
(160) *Not. in eum.*
(161) *Pec. Diss. de Scrib.*
(162) *Hæres.* τῶν γραμματέων.
(163) *De trib. Sect. Jud. lib.* 2. *c.* 13.
(164) *Advers. Sac. lib.* 1. *cap.* 1.
(165) *De Sac. Pers. Jud. c.* 14.
(166) *Cap.* 22. *v.* 35.
(167) *Cap.* 12. *v.* 28.
(168) *Cap.* 7. *v.* 30.
(169) *Vid. cap. prox. sup.*
(170) *Luc.* 11. 44.
(171) *Advers. Sac. lib.* 1. *c.* 1.
(172) *Luc.* 11. *v.* 46.
(173) *Tom.* 1. *pag.* 329. *seqq.*
(174) *Collect. ex* 10. *Rabbin. inter quos sunt Eliezer f. Nathan, Maimon. Abarb.*
(175) *De Sect. Jud. l.* 2. *c.* 3.
(176) *Aboth cap.* 6.
(177) *Vers.* 3.
(178) *Vers.* 11.
(179) *Luc.* 5. 17.
(180) *Act.* 5. 34.
(181) 1. *Tim.* 1. 7.
(182) *In Thisbi in* דרש.
(183) *Cap.* 6.
(184) *Tal. Bab. fol.* 30. 2.
(185) *In Colbo cap.* 6.

(186) *El. in Thisb.*
(187) *Schab. Babyl. fol.* 30. 2.
(188) *In Th.*
(189) *Tit.* 1. 14.
(190) 1. *Cor.* 1. 20.
(191) *Miscellan. sac. lib.* 3. *cap.* 7.
(192) *In Ep. ad Cor. h. l.*
(193) *Archisynag. passim.*
(194) *Mos. & Aar. lib.* 1. *cap.* 6.
(195) *Miscell. Sac. l.* 3. *c.* 8.
(196) *Sect.* 24.
(197) *Fol.* 5. 1.
(198) *Loc. cit.*
(199) *Thesaur. Philol. lib.* 1. *cap.* 2. *Sect.* 1.
(200) *Tom.* 1. *p.* 885.
(201) *Mos. & Aar. l.* 1. *c.* 6.
(202) *Archisyn. l. nup. c.*
(203) *Var. Sac. T.* 2. *pag.* 345. *seqq.*
(204) *Abrah. ben Dior in Kab. bal. fol.* 25. *col.* 4. *m. Zemach David millen.* 4. *An.* 413.
(205) *Lightf. Descript. Temp. Hier.*
(206) *Ap.* 1. *v.* 15.
(207) *Mas. Hamasor.*
(208) *Talm. Bab. Nedar. c.* 4. *f.* 37. *& Megill. c. f.* 3. *Hieros. c.* 4.
(209) מסורת המסורת.
(210) *In Tiberiade.*
(211) *Pecul. Dissert.*
(212) *Philol. Hebr. p.* 299. *&c.*
(213) *Philol. Sac. lib.* 1. *T.* 1. *pag.* 26. *seqq.*
(214) *Ad Nizz. c.* 2. *sect.* 1.
(215) *Dissert.* 2. *Colleg. Bib. in l. Ruth.* §. 9. *seqq.*
(216) *Judaism. Prol.* 7. *p.* 59. *seqq.*
(217) *Phil. Heb.*
(218) *Thesau. Phil. l.* 1. *cap.* 3.
(219) *Vid. Leusden. Phil. Heb. Diss.* 26. §. 7.
(220) *V. El. in Thisbi in v.* כבל *aliosque.*
(221) *Bechin. Happer. pag.* 96.
(222) *Bibliot. Rabb.*
(223) *Apologet*
(224) *Trib. lib. de art. Kab.*
(225) *Phil. Sac. l.* 2. 1. *T.* 3. §. 3. *art.* 7.
(226) *Offic. Bibl. p.* 545. *seqq.*
(227) *Oedip. T.* 2. *Cl.* 4.
(228) *De conve ten. Jud. l. p.* 90. *seqq.*
(229) *Disput. pecul.*
(230) *Disp. pecul.*
(231) *V. in Thisb. h. v.*
(232) *R. Samuel in Introd. ad Gemar.*
(233) *Elias in Thisbi in* הנא.
(234) *Zemach David lib.* 1. *ad ann.* 3979.
(235) *Elias l. c.*
(236) *Zemach Dav.* 4234.
(237) *Elias l. c.*
(238) *Halich. Olam cap.* 2.
(239) *Zemach David.*
(240) *Hal. Ol. cap.* 2.
(241) *Schalsch. Hakkabala.*
(242) *Halich olam cap.* 1. *f.*
(243) *Ibid. cap.* 2.
(244) *Maimon. Præfat. in* יד חזקה.
(245) *Halich. olam c.* 2.
(246) *Zemach David.*
(247) *In Cabbala fol.* 28. *seqq.*
(248) *Orat. de Acad. Hebr.*
(249) *Præfat. in Theol. Jud.*
(250) *Observat. in Proœm. Pug. fid. fol.* 61. *seq.*
(251) *Lexic Talmud. h. v.*
(252) *In Jad. Chaz. tr. Sanh. cap.* 4.
(253) *R. Salom. citat. a Cocc. in Sanhedr.*
(254) *In Raym. Pug. fid. fol.* 268.
(255) *In Sanhedr. in Gem. c.* 1.
(256) *Histor. Patriarch. Tom.* 1. *Exercit.* 1. §. 6.
(257) *Not. ad Tudelens.*
(258) *Dec. Otios. p.* 277. *f.*
(259) *R. Beniam. Tudel. in Itinerar.*
(260) *In Cholin. fol.* 137. *col.* 2.
(261) *De Dec. Otios. c.* 20.
(262) *Pecul. Scrip. cui tit. Archisynagog.*
(263) *Dec. Otios. cont. Vitring.*
(264) *In vita Saturnin. in Epist. Hadrian. ad Servian.*
(265) *Annot. in Sot. cap.* 7. §. 7.
(266) *Archisynag.*
(267) *Act.* 28. 17.
(268) *Cap.* 13. *v.* 10. *seq.*
(269) *In Ep. ad Tit. c.* 1. *& Act. Apost. cap.* 13.
(270) *De Synedr. Hebr. lib.* 2. §. 7.
(271) *Archisynag. cap.* 6.
(272) *Vid. cit. a Vitr. pag.* 80. *& Aruch in* אמן.
(273) *Ibid. pag.* 158.
(274) *Ibid. p.* 371.
(275) *Ibid. p.* 278.
(276) *Maim. Pereh* 12. *Conf. R. Salom. & Bartenoram de Archis.*
(277) *In Colbo.*
(278) *Rom.* 10.
(279) *Orach Chajim.*
(280) *Cap.* 13. *v.* 15.
(281) *Cap.* 5. *v.* 22.
(282) *Cap.* 8. *v.* 4.
(283) *Cap.* 9. 18.
(284) *Act.* 13. 15.
(285) *Act.* 18. 8. *&* 17.
(286) *In Act. Ap.*
(287) *Archis. p.* 289.
(288) *Act.* 13. 15.
(289) *In Alexand. Sever. c.* 28.
(290) *Vanar. Lect. lib.* 2. *cap.* 10.
(291) *Cap.* 5. *p.* 107.
(292) *Gemar. Babyl. Erub. cap.* 5. *fol.* 54. *alii.*
(293) *Gemar. Sanhed. cap.* 3.
(294) *Seder Olam Zut. in f.*
(295) *Novell. Constitut.* 146. *cap.* 1.
(296) *Not. in h. l. p.* 292.
(297) *Opus. Theol. Rab.*
(298) *Archisyn. p.* 14.
(299) *Fol.* 76. 2.
(300) *Maimon. de prec. & benedict. Sacer. cap.* 12. §. 10.
(301) *Vid. Masech. Sopher. cap.* 13. *Bereschb. Rab.* §. 80. *Megill. fol.* 24. 1.
(302) *Hor. Hebr. in Matth. alibi.*
(303) *Synag. Jud. c.* 16. *pag.* 327.
(304) *Lex. H. p.* 237. 320.
(305) *Critic. Sac. pag.* 10. *& Specim. Antiq. Heb. p.* 70. *seq.*
(306) *Pap.* 105. *f. &c.*
(307) *Horajoth ad Gemar. c.* 3. *in Gloss.*
(308) *Ibid.*
(309) *Ibid.*
(310) *Jad Chazech. in Sanhedr.*
(311) *De Synedr. Hebr.*
(312) *De Synedr. Hebræ.*
(313) *In Sanhedr. pag.* 27. *f.*
(314) *Vid. Saubert. de Sacerd. H. p.* 300.
(315) *Vid. Vitring. Archisynag. p.* 281.
(316) *R. Gedal. in Schalschel. Hakkabal. fol.* 26.
(317) 1. *Tim.* 3. 13.
(318) *Cap.* 35.
(319) *Dub. Evang. Part.* 2. *pag.* 604.
(320) *Sot. p.* 447. *f.*
(321) *De Monachis cap.* 4.
(322) *Cap.* 15. 1.
(323) *Lib.* 2. *Hæret. fabul. pag.* 321.
(324) *De hæresib. fol.* 550.
(325) *Cont. Hær. lib.* 1. *Tom.* 2. *hær.* 29. *pag.* 52. *f.*
(326) *Catal. Hæres. num.* 9. *Tom.* 6. *f.* 4. *c.* 1.
(327) *Thes. Orthod. lib.* 1. *c.* 42. *f.* 40.
(328) *Matth.* 2. 23.
(329) *Cap.* 24. 5.
(330) *De Sacerd. Hebr. cap.* 17. *f.*
(331) *Mos. & A. cap.* 8.
(332) *Phil. Heb. M.*
(333) *D. V. p.* 350.
(334) *Thesaur. Phil.*
(335) *Com. in Psal.* 103. 17.
(336) *Fol.* 19. 2. *fol.* 62. 64. 47. *&c.*
(337) *In Comm. fol.* 24. 2.
(338) *Fol.* 28. 2. *f.* 64. *&c.*
(339) *In Es.* 58. 13.
(340) *Lib.* 1. *c.* 2. *p.* 42.
(341) *Pirk. Ab. cap.* 5.
(342) *Rom.* 5. *v.* 6. 1.
(343) *An. lib.* 12. *cap.* 16.
(344) *Lib.* 1. *cap.* 7. *v.* 13.

(345) *Elench. Triheref. cap.* 22.
(346) *De trib. Sect. lib.* 1. *c.* 11. *&* 12.
(347) *Mof. & A. lib.* 1. *c.* 9.
(348) *De repub. Heb. p.* 56.
(349) *Mif. Sac. lib.* 1. *c.* 3.
(350) *Thefau. Phil. l.* 1. *c.* 1. *fect.* 5.
(351) *De S. E. cap.* 19.
(352) *Præfat. in Amof.*
(353) *In Ef.* 1. *pag.* 17.
(354) Dict. *Ebraic.*
(355) *In Aruch.*
(356) *In Thisbi* .
(357) *Itin. p.* 6.
(358) *Ad l. c.*
(359) *Mifc. l.* 2. *c.* 3.
(360) *Th. Ph. l.* 1. *c.* 1.
(361) *M. & A. l.* 1. *c.* 10.
(362) *Pec. Difput.*
(363) *In Matth.* 3.
(364) *Ph. H. M.* Dif. 18.
(365) *Fafc.* Diff *alibi* .
(366) *In Matth.* 23.
(367) *Heref.* 16.
(368) De *hær.*
(369) *Lib.* 3. *in Luc.*
(370) *H. v.*
(371) *Rom. l.* 1.
(372) *Luc.* 18. 11.
(373) *In Luc.* 18.
(374) *Luc.* 18. 12.
(375) *Matt.* 9. *v.* 14. *Luc.* 5. 33.
(376) *Matth.* 23. 23.
(377) *Abbot f.* 35. *p.* 3.
(378) *Luc.* 18. 12.
(379) *Matth.* 9. 11.
(380) *Lib.* 1. *Tom.* 1. *c.* 5.
(381) *Matth.* 23. 5.
(382) *Mar.* 7. 4.
(383) *Loc. cit. c.* 17.
(384) *Mar. l. c.*
[385] *Matth.* 15. 2.
[386] *Cap.* 7 *v.* 3.
[387] *Annot. Major. Mar.* 7. 3.
[388] *Ad eund. l.*
[389] *Matth.* 6. 5.
[390] *Matth.* 23. 14.
[391] *Act.* 23. 8.
[392] *De bel. lib.* 2. *c.* 12.
[393] *Tr. de ftat. vita funct. fect.* 5. *p.* 82. *f.*
[394] *In vit. Pyt.*
[395] *In Euterp.*
[396] *Matth.* 16. 14.
[397] *Matth.* 14. 2.
[398] *Rom.* 3.
[399] *Lib.* 12. *c.* 12. *alibi* .
[400] *Marc.* 7. 11. *f. Conf. Matt.* 15. 6. *f.*
[401] *In Matt. l c.*
[402] *Var. Lect. c.* 4.
[403] *In Jof.* 6. *p. III.*
[404] *Colleg. Dec. p.* 468.
[405] *Ad Port. Mof. p.* 411. *f.*
[406] *Dif. pec.*
[407] *Pec. Difp.*
[408] *Harm. Ev. pag.* 785.
[409] *Ad h. l.*
[410] *Exc. Gem. Sanh. p.* 273.
[411] *In Zach.* 5.
[412] *Ant. l.* 13. *c.* 9.
[413] *Tal. Bab. in Sot. f.* 22.
[414] *Hierof. Tal. Berach. f.* 13. *Aruch. in* פרוש .
[415] *Luc.* 18. 21.
[416] *Sotah cap.* 3. *pag.* 543.
[417] *Apparat.* 7. *pag.* 240.
[418] *De Sac. Perfon. Hebr. c.* 20.
[419] *Theol. Jud.*
[420] *Introduct. io Raym. Pug. fid.*
[421] *Spec. Antiq. ex Matt.*
[422] *De tribus fectis* .
[423] *Heref.* 14.
(424) *In Matt.* 22. *Tom.* 6.
[425] *Comm. in Tertul.*
[426] *Anal. Exerc.* 3. *Sect.* 3.
[427] *Clav. Scrip. Part.* 1. *p.* 1064.
[428] *Lex. S. p.* 236.
[429] *Hift. S. l.* 10. *N.* 432.
[430] *Com. in Act.* 5.
[431] *Lib.* 5. *cap.* 9. *Ant. Lect.*
[432] *Harm. Ev. c.* 155. *p.* 447.
[433] *Judaifm. Proleg. p.* 67.
[434] *In N. T. p.* 1255.
[435] *De refur. M. c.* 6.
[436] *Talm. lib.* 1. *c.* 2.
[437] *Lex. Pent.*
[438] *In Matth.* 22.
[439] *H. Ev. c.* 16.
[440] *Ad Lipm. Nizz. N.* 27.
[441] *In N. T. p.* 240.
(442) *Not. Ph. ad Fabrit.*
(443) *Com. in Job.* 5.
(444) *Conc. Evang. l.* 2. *c.* 8.
(445) *Pec. Difp.*
(446) *V. Græcobarb. N. T.*
(447) *Matt.* 22. 24. *Luc.* 20. 27.
(448) *LL. cc.*
(449) *Act.* 23.
(450) *Ibid. v.* 8.
(451) *Jof. de b. J. l.* 2. *c.* 12.
(452) *Id. l.* 13 *c.* 9.
(453) *Matt.* 22. 29.
(454) De *Præf. c. Heref. c.* 45.
(455) *In Matt.* 22.
(456) *Tractat.* 12. *in Matt. Op. T.* 2.
(457) *Cent.* 1. *l.* 1. *c.* 5.
(458) *M. & A. l.* 1. *c.* 11.
(459) *Cap.* 3. *v.* 6.
(460) *Matt.* 22. 32.
(461) *Matt.* 16. 6.
(462) *Matt.* 3. 7.
(463) *De trib. Sect.*
(464) *Dif. pec.*
(465) *De t. S. c.* 18.
(466) *In trib.*
(467) *Dub. Ev. Part.* 3.
(468) *Thef. P. l.* 1. *c.* 1. *f.* 5.
(469) *M. & A. l.* 1. *c.* 10.
(470) *Hor. H. in Joh.* 4.
(471) *Bib. II Tom.* 1. *N. T.*
(472) *Ifag. Hift.*
(473) *H. E. p.* 450.
(474) *D. V. & F. D.*
(475) De *S. P. E.*
(476) *Not. ad God. M. & A.*
(477) *In Juchaf.*
(478) *In Schalfch. Hak. p.* 104.
(479) *Lib.* 3. *c.* 8.
(470) *Fafcic. Differt. Phil. D.* 3. *Sect.* 3. *Af* 2. *th.* 1.
(481) *M. & A. l.* 1. *c.* 12.
(482) *Elench. Tr. c.* 23.
(483) *de Tr. S. l.* 4. *c.* 16.
(484) *Tribær. p.* 230.
(485) *Diff. de trib.*
(486) *Hift. Eccl. l.* 2. *c.* 17.
(487) *Lib.* 1. *hær.* 29.
(488) *Hift. l.* 5. *c.* 17.
(489) *Ant. l.* 2. *Bel. Jud.* 7. 2.
(490) *In orat. cui tit. Omnes ftudiofos effe liberos* .
(491) *In Trib.*
(492) *M. & A. l.* 1. *c.* 12.
(493) De *S. P. Heb. c.* 24.
(494) *Concord. Evang.*
(595) *Faf.* Diff.
(496) *Mifc. l.* 1. *c.* 3.
(497) *Lib.* 9.
(498) *Per.* Diff.
(499) *Joh.* 3. 23.
(500) Difqu. *Corog. Joh. pr. c.* 3.
(501) *Exm. Conc. Trid. Part.* 4. *p.* 120.
(502) 1. *Tim.* 4. 3.
(503) 1. *Tim.* 5. 23.
(504) *Vid. Col.* 2. *v.* 16. 20. 21. 23. *Conf. Good, M. & A. l. c.*
(505) *Cap.* 5. *v.* 37. *Conf. Joseph. An. l.* 18. *c.* 1.
(506) *Joh.* 8. 33.
(507) *Matth.* 22. 17.
(508) *In Luc.* 13.
(509) *Art.* 5. 37.

(510) *Luc.* 13. 1.
(511) *Bib. Sanc. l.* 2. *f.* 147.
(512) *De verit. relig. Christ. Tom.* 1. *f.* 307.
(513) *In Act. Ap. c.* 5.
(514) *Antiq. lib.* 18. *c.* 2.
(515) *Tom.* 3. *f.* 3. *f.* 188. *f.*
(516) *In voc. Galil.*
(517) *Mos. & A. l.* 1. *c.* 13.
(518) *De S. P. E. c.* 21.
(519) *In Luc.* 13. 1.
(520) *De Resur. Mort. lib.* 1. *c.* 6.
(521) מאור עינים *p.* 32.
(522) *Mis. lib.* 2. *c.* 3.
(523) *In Pir. A. f.* 25. *c.* 1.
(524) *In Schals. Hak. p.* 104.
(525) *Meor. En. p.* 32.
(526) *In Thisbi*.
(527) *De trib. Sec. lib.* 3. *c.* 4.
(528) *Cent. Misc. Theol. p.* 479.
(529) *Hor. Heb. in Act. Apost.*
(530) *Misc. S. l.* 2. *c.* 3.
(531) *Bibl. Rab. p.* 376.
(532) *Disp. de Sadduc.*
(533) *Thes. Ph. l.* 1. *c.* 1. *sect.* 5.
(534) *Praef. tract. de Scr. Jud. var. us. in Th.*
(535) *Haeres.* 50.
(536) *Elench. Trib. c.* 28.
(537) *Ot. Theol. Exerc.* 11. §. 1.
(538) *Lexic. Univers. pag.* 586.
(539) *Crit. Sac. lib.* 3. *c.* 20.
(540) *Hor. Heb. in Joh.* 4.
(541) *Apparat. Philos. l.* 2. *c.* 138.
(542) *Cap.* 4. *v.* 9.
(543) *Exercit. Anti Mor.*
(544) *De Rep. H. l.* 2. *c.* 16.
(545) *H. E. p.* 201.
(546) *Ad Job.* 4.
(547) *Ant. Jud. l.* 11. *c.* 8.
(548) *Com. in Jos. p.* 204.
(549) *L. T. p.* 370. *& Diss. de Lit. Heb. S. p.* 48. 61.
(550) *De trib. Sect.*
(551) *Antiq. Bib. in h. v.*
(552) *Hist. Eccles. l.* 4. *c.* 22.
(553) *Haeres.* 14.
(554) *Cont. Serar.*
(555) *Histor. Eccles. p.* 30.
(556) *Cap.* 22. 16.
(557) *Cap.* 3. *v.* 6. *&* 12. *v.* 13.
(558) *Exercit. Phil.* 12.
(559) *De haeres.*
(560) *Ut refert Ad. Conzer ad Matt.* 22.
(561) *Tom.* 1. *cont. Haer. l.* 1. *h.* 20.
(562) *Cap.* 45. *de Praes. adv. Haer.*
(563) *Ad Mar.* 22.
(564) *Ad Matt.* 12.
(565) *Lib.* 5. *de ver. rel. Chr.*
(566) *Anim. Eus.*
(567) *D. E. Part.* 2. *p.* 237.
(568) *Exerc. ad Ann. Bar. p.* 34.
(569) *In Mar.* 3.
(570) *Exercit. S. ad Matt.* 22.
(571) *Var. Lect. l.* 2. *c.* 1.
(572) *Promt. Mor. Dom.* 23. *post Pent.*
(573) *Apud Barrad.*
(574) *Pag.* 228.
(575) *Pag. m.* 56.
(576) *Pag.* 19. 2.
(577) *Pag.* 30.
(578) *De Arc. Cath. Ver. l.* 1. *c.* 2.
(579) *Obser. l.* 3. *c.* 3.
(580) *Th. Ph. l.* 1. *c.* 1.
(581) *Cap. haer. l.* 1.
(582) *Ad Ann.* 4797.
(583) *De rep. Hebr. l.* 3. *c.* 8.
(584) *Praef. in Th. Jud.*
(585) *Exercit. Bibl. p.* 218. 229. *&c.*
(586) *In trihaer.*
(587) *Joel. Illus.*
(588) *Bib. Rab. p.* 309. 454. *alibi.*
(589) *Thes. Ph. l.* 1. *c.* 1. *f.* 11.
(590) *D. Ev. Par.* 3. *p.* 111.
(591) *Disp. Philol.*
(592) *Miscellan.*
(593) *Judaism. Pol.* 8. *dr Sect. Jud. p.* 68.
(594) Monatlige Unter: *passim.*

CAPUT X.

Methodus Disputandi Hebraeorum. Logicae Artificialis vestigia in V. & N. Testamento. Ejus Origo. Vetustissima methodus disserendi per interrogationes; apud Paganos etiam: Praecipue apud Hebraeos. Hinc דרש *disputavit &* דרוש *Materia disputationis. Ordinariae Disputationes statis temporibus habitae. Prolatum in publicum, quod privatim pensitatum erat. Praefixae certae theses. Rector omnia examinabat & explicabat, silentibus aliis. Interrogaturi veniam peterent: ordinem & modestiam servarent. Explicationes ab uno sonora voce repetendae. Quilibet sua dubia cum reverentia praeponeret. Disputationes Scriba consignaret. Judaei sequioris aevi quidlibet ex quolibet inferunt: Hinc praeferunt Biblia non punctata, sensum spiritualem literali: Argumenta tracta per bonam consequentiam: A minori ad majus & vice versa: A pari: ab universali ad particulare: A contrario: Ab effectis: A signo ad signatum. Axiomata: non recedendum a proprietate literae citra necessitatem: Unius dicti non esse nisi unum sensum literalem: Judicandum ex substrata materia: Attendendum scopum: conferenda antecedentia & consequentia &c. An statuant idem simul esse & non esse? Utebantur Distinctionibus: Instantiis. Aliquando sibi ipsis instantias dabant. Termini Logici. Disputatum* κατ' ἄνθρωπον & κατ' ἀλήθειαν: *Demonstrative & probabiliter. Seboraei similes* ἐφεκτικοῖς. *Argumenta ducta a testimonio divino & humano. Scriptores V. T. citati in Novo: quomodo? Etiam allata profanorum testimonia. Sunt in N. T. Parabolae, quae etiam in Talmude. An ex Talmude decerptae? Notatur praeter alios Sheringamius. Multa in Rabbinicis scriptis, dictis Biblicis consona. Diversis diversa statuentibus, cum quo faciendum? Dubia indissolubilia reservanda Eliae. In Palaestina mitius disputatum: rigidius in Babylonia: Hodie magno cum strepitu. Finis Disp. non vexatio aut dominandi studium, sed Dei gloria & veritas indaganda.*

De

DE Dissertationibus Hebræorum dum disserimus, non ad quæcunque apparent in Veteris Instrumento Logicæ arificialis vestigia retrocedamus, quasi vel נחש, quo utuntur Joseph (1) & Laban (2) exprimeret τὸ συλλογίζειν, *ratiocinari*, *per discursum concludere*, vel verba Abrahami ad Deum de non interimendo justo cum injusto (3) viciniora essent Logicorum formæ *Celarent:* h. m. *Qui est justus Judex totius mundi, non interimit justum cum impio. Tu Deus ita. E;* vel Scala Prædicamentalis, quam erexit Cel. *Pfeifferus* (4), in Genesi delitesceret; Imo nec hujus χειρὸς Θεολογίας καὶ φιλοσοφίας volas eruamus videndas ex Novo Fœdere, utpote aut ex verbis Servatoris (5): Ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει. Διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅτι ἐκ Θεοῦ οὐκ ἐστέ, quæ facile flecti possent in Secundæ figuræ *Camestres* h. m. *Qui ex Deo est, verbum Dei audit. Vos Judæi non auditis. E. ex Deo non estis*, vel etiam in alias formas beneficiarias, uti vocantur, in quas redegere *Danhaverus* (6) & *Zeisoldus* (7): Aut ex illis: *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est* (8), quæ in forma syllogismi esse contendit *Tannerus* (9), cui obest *Pruchnerus* (10), aut ex aliis; Hæc *Alstedio* (11) *Montefrio* (12) *Danhavero* aliisque exponenda ultro cedimus, bene gnari, Aristotelicum illud vehiculum in disserentium curricula serius introductum esse, & sensim rotis ac cauda sua ornatum; Etenim Topica *Zeno* vel *Protagoras*, artem definiendi *Socrates*, dividendi *Plato*, Prædicamenta *Arbitas Tarentinus* vel *Pythagoras*, formam horum omnium *Aristoteles*, Prædicabilia *Porphyrius*, Postprædicamenta *Porretanus*, Syllogismos hypotheticos *Boethius*, alia alii invenisse perhibentur. *Itaque*, ut recte *Schefferus* (14), *aliud vetustius Philosophandi genus, quam per quæstiones & responsiones* non est. Diu id idem invaluerat apud Gentiles, unde toties *D. Laertius* (15): ἠρώτησέ τις αὐτὸν, ἔφη: *Quærebat ex eo quispiam, ille respondebat*, *Gellius* de se ipso (16): *Interrogavi in diatriba Taurum, an Sapiens irasceretur; Dabat enim sæpe post quotidianas lectiones quærendi, quod quis vellet, potestatem;* & de Pythagoræ alumnis (17): *verba facere & quærere, quæque audissent scribere, & quæ ipsi opinarentur, depromere*, quotquot sc. definitum silentii tempus absolverant, *potestas erat*.

Eandem fuisse priscorum Hebræorum methodum noli dubitare; loquitur illam unica vox דרש, quæ, interprete *Vitringa* (18), *notat inquirere in verum & genuinum & profundum Scripturæ sensum, atque simul de eo disquirere, sive id habita oratione fiat, sive per interrogationes mutuas, vel ut una voce complectar, disputationes vel publicas vel privatas*. Frequens inde in Talmude: *Hoc inter ipsos quæritur*, de quo *Halichot Olam* (19) כל אבעיא להו הם החכמים בני הישיבה שהיו נושאים ונותנים באותה הלכה ויצאה זו השאלה מביניהם *Ubi occurit*: hoc inter ipsos quæritur, *id de Sapientibus dicitur, iisque Academicis, qui de proposita constitutione conferunt, indeque ista quæstio inter ipsos exoritur*. Nec caret aut Vetus aut Novum Fœdus hujus methodi indiciis: observentur discursus Dei ac Abrahami (20), mandatum Dei ודרשתה וחקרתה ושאלתה היטב (21) & interrogando *inquires, & perscrutaberis & rogabis bene*, verba mulieris Abeliticæ (22); Attendatur Christus in templo ἐπερωτῶν (23), differens cum Nicodemo de regeneratione (24), cum muliere Samaritana de aqua vitæ (25), cum Judæis de eorum contumacia & sua innocentia (26), cum Herodianis aliisque de dando tributo, cum Sadducæis de resurrectione (27) cum legis perito de lege (28); In primis autem celebris est locus apud Johannem (29): Dixerat Servator: Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με. καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με; hoc captum Discipulorum ejus transcendebat, unde inter sese interrogationes vel disputationes agitare cœperunt tandem ad Magistrum, controversiam hanc decisurum appellaturi. Ἔγνω οὖν ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἤθελον αὐτὸν ἐρωτᾷν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Περὶ τούτου ζητεῖτε μετ᾽ ἀλλήλων &c. *Cognovit Jesus, quod ipsum vellent interrogare* (vel consulere) *& dixit iis: Hoc inter vos disquiritis, ventilatis, disputatis;* Et apud Marcum (30), ubi primo leguntur Discipuli Christi συζητοῦντες τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι *disquirentes quid sit resurgere ex mortuis; deinde* γραμματεῖς συζητοῦντες αὐτοῖς *Scribæ disquirentes cum illis*, unde Servator Scribis: Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτοὺς *quid disseritis cum illis*. Supersunt longe plura exempla apud Mosen, Jobum, Prophetas & Evangelistas, quorum multa recensuit *Danhaverus* (31), Imo adeo antiqua est illa per quæstiones disputatio, ut Satanas serpente indutus contra Evam oppositurus ea usus sit, ut fere sunt verba *Lutheri* (32).

Quid quod id, super quo דרשו *disputabant*, vel θέμα vocatum sit ζήτημα vel

vel *ζήτησις quæstio*, Hebræis דרש, ut habet *Philippus Aquinas* citatus *Vitringæ* (33) דרוש נבנה הויכוח או ההלכה τὸ דרוש *est res, super qua extruitur disputatio aut discursus*. Ita (34): Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ, nimirum θέμα & materia discursus discipulorum Johannis & Judæorum erat καθαρισμός. Porro: Εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, Ὄψεσθε αὐτοί (35) *Si autem*, inquit Gallion Judæis, *sit controversia de sermone & nominibus & legis inter vos, ipsi videte*. Et Claudius Lysias in epistola ad Felicem, expositurus causam persecutionis Pauli: Βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν. Ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν *Volens a. scire causam, cujus eum accusabant, duxi eum in Synedrium eorum, & inveni eum accusatum propter quæstiones de lege eorum* (36), refert Paulum delatum esse propter *quæstiones* vel *discursus* quosdam super Lege institutos. Iterum Paulus in elegantissima ad Regem Agrippam oratione: Ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον. Μάλιστα γνώστην ὄντα σε τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν καὶ ζητημάτων (37) *Felicem*, ait, *me ipsum reputo, quod coram te me hodie defendam; maxime cum peritus sis omnium morum Judæorum & quæstionum* ɔ: disquisitionum; Et idem vanis & stolidis disputationibus interdicturus, fabulas & genealogias dicit παρέχειν ζητήσεις μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν Θεοῦ ἐν πίστει (38), *magis quæstiones* (lites, discursus) *movere, quam emolumentum Dei in fide*; de ventoso דורש Disputatore pergit. Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας. Ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί (39), *Inflatus est, nullius rei gnarus, sed æger circa quæstiones & lites verborum, e quibus oriuntur odium, lis, convicia, malæ suspiciones*. Scribitque Tito (40) Μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔρεις, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο. Attende, quod concertationibus & discursibus ubique adjungantur ζητήσεις.

Sed ut in penitiorem adhuc dissertationum ipsorum cognitionem penetremus, reserabimus iterum Academias Babilonicas, Soranam & Pumbeditanam clavi Auctoris libri Juchasin (41), quippe cujus industriam nihil hac in parte præterlapsum esse videtur. Itaque Studiosi stata habebant tempora quibus, postquam domi in propriis larariis theses meditati erant, confluebant disputaturi: התלמידים הבאים מכל המקומות שהם יושבים ומתקבצין ובאין מכל המקומות בחדש כלה שהוא חדש אלול מימי הקיץ ואחד בימי החורף וכל אחד ואחד מן התלמידים במקומו גורס ומעיין כל אותם חמשה חדשים המסכתא שאמר להם ראש ישיבה בצאתם מעמו *Discipuli veniebant ex omnibus locis, ubi habitabant: veniebant & congregabantur in mense Calla, mense scilicet Augusto, tempore æstatis, & semel tempore hyemis. Et unusquisque ex studiosis eo quinque mensium intervallo* (domi) *studebat, & perlegebat illum Tractatum, quem ei assignaverat Rector Academiæ, quando ab eo discedebat*. Scilicet certas theses ipsi præfixerat Rector Academiæ, quas publice ventilare oportebat. ובאדר אומר להם מסכתא פלונית נפרש באלול וכמו כן באלול אומר מסכתא פלונית נגרוס באדר ובאין כלם ויושבין לפני ראשי הישיבות באדר ובאלול וראש הישיבה עומד עליהם על גרסתם ובודק אותם: *Nam in Mense Adar Februario illis dicebat: Tractatum* Talmudicum *declarabimus* futuro *mense Elul Augusto. Et eodem modo dicebat mense Augusto: pergemus* explanare *illum tractatum* mense *Februario. Veniebant itaque omnes & sedebant coram Rectoribus in Adar & in Elul: Princeps vero Academiæ stabat super eos, & super studium ipsorum, & eos examinabat*. Rectoris jam erat a studiosis primo rationem exigere atque examen instituere וכשירצה ראש ישיבה לנסותם בגרסתן יועדו עליו כלם בארבעה שבתות כל חדש אדר והוא יושב והשורה אחד גורסין לפניו ושאר השורות שומעין ושותקין וכשמגיעין למקום הצריך להם לדבר ידברו בו בינם לבין עצמם ור' שומע אותם ומבין את דבריהם *Cum autem Princeps Academiæ aliquem tentare volebat circa studium suum, constituere ei faciebat* tempus *in quatuor Sabbathis mensis Februarii. Sedente* Rectore *prima classis recitabat coram eo, cæteris audientibus & silentibus. Cum autem perveniret ad locum, de quo esset loquendum, loquebantur de eo taliter, ut ejus substantia probe intelligeretur. Princeps vero Academiæ audiebat ipsos, & intelligebat eorum verba*. Tum Rector ipse prælegebat, & sacra inter silentia coram studiosis disserebat ואחר כך קורא והם שותקין ויודעין שכבר הבין מחלוקתם וכשישלים קריאתו דורש וגורס באותה מסכתא שגרסו בימי החורף כל אחד ואחד בביתו ומפרש בכלל דבריו הדבר שנחלקו בו התלמידים ועתים שהוא שואל מהם פירוש הלכות *Postea legebat, & ipsis silentibus & intelligentibus, quia jam intellexerat controversiam eorum. Et cum absoluta fuerat lectio illius, sermocina-*

nabatur, & recitabat supra Tractatum, cui studuerunt diebus hyemis, quilibet in propria domo, & explicabat illum compendiose, sicut & rem controversam inter Studiosos, & nunc, quam ab eis ipse postulabat, explicationem faciebat. Studiosos autem disputaturos & veniam præfari, & ordinem servare decebat והם מסברין זה את זה והכל מסברין את ראש הישיבה ושואלין אותו פתרונן ואין אחד מהם יכול לדבר בפניו עד שיתן לו רשות והם מדברים כל אחד ואחד כפי חכמתו והוא מרחיב להם דבריו בפתרון כל הלכה והלכה עד שיתברר להם הכל *Ipsi autem se invicem salutabant, & omnes salutabant Principem Academiæ, & ab eo interpretationem petebant. Neque fas erat cuiquam ex illis loqui, nisi ab eo impetrata prius licentia: ipsi vero loquebantur juxta sapientiam suam, & ipse dilatabat eis verba ipsorum interpretando per singulas lectiones, donec omnia eis clare reddita fuissent.* Non suffecerat hoc, nisi unus coram reliquis Rectoris explicationem sonora voce repeteret, ut eo pressius omnium memoriis inhæreret וכשמתברר להם הכל יפה עומד אחד מדרא קמא ודורשה ברבים עד ששומעין אותה בקטון כגדול וכל מי שרואה אותו עומד יודע שאינו עומד אלא לברר חבריתא שמסנה סיוע השמיעה ואז מדקדקין בה שאר התלמידים וחוקרין אותה ומבארין אותה באר היטב וכך היו עושין כל ימות החדש *Et his hoc modo bene declaratis, stabat unus ex prima classe, & ea multis verbis iterum explicabat, quousque bene fuissent omnia intellecta ab omnibus, tam parvulis quam magnis, & omnis, qui illum stare videbat, intelligebat eum stare solum ad declarandum extravagantem lectionem, quia ex ea auxilium percipiebat auscultatio. Et tunc cæteri discipuli diligenter considerabant eam, & inquirebant, atque eam optime explanabant, & hoc modo faciebant omnibus diebus mensis* Plura leguntur in eodem tractatu, quæ huc faciunt, ex quibus adhuc nonnulla utpote quæ discursum nostrum optime illustrant, adscribere non pigebit. ולשאר התלמידים אינו צריך להודיע אלא כל אחד ואחד גורס באי זו מסכתא שירצה וכך היה מנהגם בתשובת השאלות בכל יום מהחדש אדם מוציא אליהם כל השאלות שהגיעו אליו ונותן להם רשות שישיבו תשובה עליהם והם מסברין אותו ואומרים לו לא נשיב בפניך עד שהוא חוקף בהם ואז מדברים כל אחד ואחד לפי דעתו לפי חכמתו ומקשין ומפרקין ונושאין ונותנין בכל דבר ודבר ומעיינין יפה יפה *Cæteros vero discipulos opus non erat probare, sed unusquisque recitabat in eo tractatu, quo ei magis placebat, & hæc erat consuetudo eorum in responsionibus ad interrogata singulis diebus mensis; quilibet proponebat eis postulata, quæ obveniebant ei, & dabatur licentia respondendi ad ea. Ipsi autem honorabant eum & dicebant: Non respondebimus coram te, quousque ipse validus sit in eis, & tunc loquebantur singuli secundum suum scire, & secundum suam sapientiam, & argumentabantur, dividebant, sustollebant, & dabant unicuique sermoni, & optime* ad omnia *respiciebant.* Tandem Scribæ id erat in mandatis datum, ut discursus literis consignaret, & ubi ad satiem ventilata erant omnia, dimissi sunt Studiosi: ומיד יצוה לסופר להשיב ולכתוב ונימר *Statimque præcipiebat Scribæ, ut in literas ea redigret &c.*

In actu disputationis, male audiunt Rabbini, quod *quidlibet ex quolibet inferant*, cujus specimen etiam ex Maimonide, qui tamen a nugis aversus habetur, edidit *Joh. Frischmuth* (42). Et qui in legendis Talmudistis assidui sunt, risum vix tenebunt, quoties audiunt ipsos a baculo ad angulum argumentari, idque ex quacunque vocum analogia colligere, quod ne febricitanti quidem in mentem venire poterat. Et hanc artem dentibus, ut sutor corium solet, extendendi Scripturam perbelle didicere Romano-Catolicis, qui a Solis prærogativa (43) ad Capitis sui, a virgis Zachariæ (44) ad ordinem Prædicatorum & Minorum, a lucerna sub modio non ponenda (45) ad sanctos *canonizandos* colligunt (46) quæ audacia hos sales *Lut.* (47) extorsit: *Audis tu hæc, Lecto? hic tibi temperandum est a risu, ne tu quoque, quod mihi contigit, in tussim ovillam incidas: quapropter cave rideas in rebus tam seriis &c.* Est autem in manibus Rabbinorum Scriptura Vertumni instar & cerei nasi, qui ad lubitum flecti potest, postquam tot vias illam explicandi finxere, nam 70. ad minimum, vel ut alii, 74. modos excogitarunt, unde *Aben-Ezra*: שבעים פנים לתורה (48) *septuaginta sunt facies* (modi explicandis) *Scripturæ*, quocirca etiam amant Biblia punctis non animata, non diffitente *R. Menachem* ספר תורה שיש בו הרבה פנים אינו נקוד *Liber legis, in quo multæ facies, non sit punctatus*; cui clarius succenturiatur *R. Bechai* (49) Sensum literalem (qui alias משמע vel פשט dicitur) vocant דבר הקטן *rem parvam*, Spiritualem דבר הגדול *rem magnam*: illum comparant candelæ, quæ minimo quadrante emitur, hunc margaritæ in obscuris ædibus latenti, quæ tandem per candelam כ:

sen-

sensum literalem a quærentibus invenitur: hunc putant non minus quam illum stringere.

Utut vero Hebræi in quibusdam a nostra methodo longius abirent, in aliis tamen propius ad nos accedebant; cujus rei ut spicilegium saltem instituamus, norant æque ac nos id eodem affectu amplecti, quod saltem *κατὰ τὴν διάνοιαν* in textu latebat, cum eo, quod *κατὰ τὸ ῥητὸν* expressum erat, argumentati sc. per bonam consequentiam, nam דרך התנא בהרבה מקומות לאשמועינן מילתא אגב אורחיה מדיוקא ע׳ רמז וגו׳ *Misnici hæc est passim consuetudo, ut nos more suo peculiari rem quandam per consequentiam innuendo doceat* (50). Porro פעמים מקשה מאי קטל תנינא (51). מדיוקא *Aliquando objiciunt, quid docet nos? jam id in Mischna legimus, sc. per consequentiam*. Pari modo Servator argumentatus est, ubi contra Sadducæos evicit dari resurrectionem mortuorum ex his verbis: Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, citatis ex Exodo (52), unde colligit: οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων (53), cujus nexum examinavit, & ad formam composuit post alios *Zeisoldus* (54); Sadducæos insuper Christus arguit, ceu ignaros Scripturæ (55) & hujus eruendi modi; Recte scilicet *Gregorius Nazianzenus* (56): *Perinde sunt ea, quæ e Scripturis colliguntur, atque ea, quæ scribuntur*; Sic & Paulum consequentiis egisse notavit Cel. *Danhaverus* (57). Norant etiam argumentari a minori ad majus: דיני קל וחמר מדה כתובת בתורה שדורשין קל וחמר ולומדין חמר מקל להחמיר (58), *Ratio argumentandi a minori ad majus est conscriptus in lege, ubi depromunt argumentationem a minori ad majus, & discunt quod gravius est, ab eo, quod levius est ad aggravandum*. Volunt hoc in genere videri secuti exemplum ipsius Dei, qui Mosi (59): *Si Pater ejus sputum, inquit, ejaculatus fuisset in ejus faciem &c.* Hinc ubivis fere apud Scriptores obvium כל שכן *quanto magis* vel *quanto minus*, κατὰ τὴν ὕλην ὑποκειμένην. Aperte v. Servator eodem genere utitur, quando a cura Dei circa herbas ad eam circa homines argumentatur: Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ, σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι (60) *Si v. fœnum &c. nonne multo magis &c.* Paulus quoque simili, utut contrario, nervo argumentum suum stringit: Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται (61), Nimirum argumentatur hic a majori ad minus, quod dicitur Hebræis גזרה הומר וסקל, uti & alibi a minori ad majus, ut: Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ &c. ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ &c. (62), Alia consulto cœlo. Nec insuetum ipsis erat argumentum ducere *a pari*; דין הקש כל שני הדברים המוקשים בפסוק אחר דריש להו בכל התורה כולה דהוקשו ללמוד זה מזה (63) *Argumentum a simili: de quibusvis binis, quæ in uno commate similia sunt, hoc observatum fuit per totam legem, ea assimilata esse, ut unum ex altero addiscatur. Similium* quippe eadem est ratio, quod exprimere, alias solent per גזרה שוה; Hujus sortis sunt permulta in N. Instrumento, ex quibus integer Tractatus constitui poterat monente *Glassio* (64), quædam vero decerpsit *Flacius* (65) Consueverant pariter argumentari ab universali ad particulare, variis tamen adhibitis cautelis, quarum mentio fit in הלילות עולם (66); neque hanc catapultam intactam reliquit Apostolus, ubi universali mundi contagione tactos quoque & conspurcatos arguit Judæos (67) &c. Stringebant a contrario, quod הפך vocant, cujus exempla e Scriptura produxit *Glassius* (68), & innumera habent *Abarbanel*, *Joseph Albo*, *Maimonides*, *Kimchi* (68) alii. Porro *ab Effectis*, quod מסובב dicunt; *A Signo ad signatum*, quod מלה מצרפת aliisque modis, nostratibus usitatis, quorum quosdam vide applicatos a Clariss. *Veems* (70).

Habuere & suos canones seu axiomata, ad quæ velut ad lydium lapidem lites examinabant & dijudicabant, e. g. *non recedendum esse a proprietate literæ citra necessitatem*, quod ita exprimunt אין המקרא יוצא מידי פשוטו (71) vel aliter, ut apud *Ben Melech* (72). *Unius dicti non esse nisi unum sensum literalem* דרך הברייתות למדרש מחד קרא כמה דרשות אף על גב דלא נפקא ליה מהך קרא אלא חדא (73), *Mos est Baraitharum, ut acute multa ex uno Scripturæ loco eliciant, quamvis ex isto loco non nisi unum profluat*. (Quod tamen ipsum plurimas ab ipsis subire cogitur limitationes.) Judicandum esse de re abstrusiori ex substrata materia, dicitur vero ejusmodi res דבר הלמד מענינו (74) *Res quæ e substrata materia discitur*. Attendendum esse scopum & finem, hinc ipsis דבר הלמד מסופו *Res quæ e fine suo discitur*. Explicandam esse Scripturam ex Scriptura conferendo antecedentia & consequentia: מקרא נדרש לפניו ולאחריו *Scriptura ex antecedentibus &*

con-

consequentibus exponitur. Observandum esse *parallelismum*, quod ita solent innuere כיוצא בו במקרא אחר *Illi simile in alio loco*; unde quoties duo loca sibi apparent adversa, in suppetias vocatus tertius locus (75). Universalem particulam, data instantia, robur stringendi perdere: אין למדין מן הכללות אפילו במקום שנאמר חוץ *Ex universali particula, ubi additur præter, colligere non licet*, Scripturam loqui ἀνθρωποπαθῶς: דברה תורה כלשון בני אדם *loquitur Lex phrasi filiorum hominis*. Alia evolventibus Abarbanelem, S. b. Melech, Kimchi & Joseph Albo ultro sese offerent. An statuant Judæi *idem simul posse esse & non esse*, jam tum disputavit *Clar. Frischmuth* (76) & quantum sese torquent *Abarbanel* (77) *R. Jos. Albo* (78) aliique, vix elabendi rimas invenient; expromuntur ex propriis ipsorum pharetris complures sagittæ, quibus confossi victas dent manus necesse est: namque omnes Legis explicationes suorum, sive innatas, sive illatas, sive diversas sive etiam summe contrarias excipiendas volunt tanquam ex tripode dictas; loquatur ex multis unus *Limpmannus* (79) התורה סובלת כמה פרושים ואלו דברי אלהים חיים *Lex multas expositiones admittit, & omnes sunt verba Dei viventis*.

Suis nec destituebantur distinctionibus, velut v. c. בעצמות ובמקרה *Per se & per accidens* &c. nec distinguendi legibus (80); Ita bene distinguendo bene se docuisse probant Scriptores N. Testamenti, veluti Paulus discriminans inter τέκνα τῆς σαρκὸς & τέκνα τῆς ἐπαγγελίας (81) &c. Indeque fluxit opportuna limitatio, cujus specimen reperire est apud eundem, qui, ubi concessit Abrahamum ex operibus justificari, ita restringit: ἀλλ' ὐ πρὸς τὸν Θεὸν (82) *non coram foro poli*. Aliud limitationis, qua Christus usus est, exemplum suppeditat *Danhaverus* (83). Non latebat Opponentes varias instantias dare ad enervandas theses propositas, nam כל מתיבי ורמינהי ומתקיף והוינן לשון קושיא (84) *Quoties occurrunt hæc: Excipiunt, opponunt istud, impugnat, disputamus, denotatur objectio*. Perpendantur hic simul instantiæ Servatoris ac Judæorum apud Johannem (85); Imo sibi etiam ipsis instando oggerebant, atque tacite quasi secum altercabantur אשכחן בגמ' שהאמור ישאל בדבר והוא עצמו ישיב (86) *Invenimus in Gemara Gemaricum ipsum & aliquid objicere & objectioni respondere*. Neque Paulum, quem in hac palæstra nihil fugit, hoc fugerat, quippe qui ipse propriis quasi manibus controversiæ cardines vertit (87), quam prudentiam in Paulo *Hieronymus* (88) vocat ἀνθυποφορὰν. Termini autem objectionibus proprii erant *Itane? Atqui* &c. כל היכא דאיכא איני והא וכו' קושא (89) *Ubicunque occurrit* itane? atqui &c. *objectionem notat*.

Tractu temporis varios Philosophicos terminos adoptarunt, e. g. בכלל ובפרט *generaliter & specialiter*, נשא ונשוא *Subjectum & prædicatum sive adjunctum*, ספק: הקש: משפט: טענה: ראיה: מופת: גדר: ויכוח: דעת: הקשה: תרץ: טען: כפר: בהכרח: בתנאי: אפשר: בודאי: סוג: הגיון: *Dubium, Syllogismus, Propositio, Objectio, Ratio, Demonstratio, Definitio, Disputatio, Sententia, Opponere, Resolvere, Objicere, Negare, Necessario, Conditionaliter, Possibile, In confesso, Genus, Logica*. Porro: יש ואין: ממש: איכות: כמות: סבה ראשונה: סבה החומרית: סבה צורית: סבה תכלית: *Ens & Nonens, Substantia, Quantitas, Qualitas, Causa Principalis, Causa materialis, Causa formalis, Causa finalis*, aliosque ejusmodi, qui passim apud Rabbinorum Philosophos exstant. Objectionem, quam Paulus per ἀντίθεσιν (90) transfudisse videtur, qui dabat, vocabatur מקשן *Opponens*; ille disputabat non solum κατ' ἀλήθειαν, sed & κατ' ἄνθρωπον, quod & ipse Servator sæpissime fecit, & non minus Paulus, observante Cel. *Danhavero* (91). Non aliena erat hæc palæstra a stratagematibus, sed piis, sed modestis, sed acutis, hostes inter se committendo, ad difficiliora compellendo, ad iram concitando, argumenta cumulando, dura declinando, quæ cum aliis percenset idem Celeberrimus Vir (92). Concludebatur tam demonstrative, quod dictum est ביאור, quam probabiliter, quod Seboræis inprimis peculiare, fuit. לפי דעתי נקראו סבוראי לפי שנתגלגלו לישראל צרות משונות ולא היו יכולין הישיבות ללמד על מי מנוחות והיו מפלפלים על הבנת המשניות בפי הסברות (93) *Secundum meam sententiam*, inquit Auctor Sch. Hak. *vocantur Seboræi* i. e. *Opinatores, quia cum obtigissent tum Israelitis tribulationes variæ, ut non possent Academiæ docere quiete, disputabant de intelligentia Mischnajot per modum opinionum probabilium & disputabilium*; Hique non absimiles videntur iis, qui apud Græcos dicti sunt ἐφεκτικοὶ, quibus opponebantur δογματικοὶ, velut est apud *Laertium* (94) Τῶν δὲ φιλοσόφων, οἱ μὲν γεγόνασι δογματικοί. οἱ δὲ ἐφεκτικοὶ, δογματικοὶ μὲν, ὅσοι περὶ τῶν πραγμάτων ἀποφαίνονται, ὡς καταληπτῶν. ἐφεκτικοὶ δὲ,

ὅσοι

ὅσοι ἐπέχουσι περὶ αὐτῶν, ὡς ἀκαταλήπτων. *Philosophorum quidam a decretis sunt dicti, alii ab assensu sustinendo* [ita vertit Aldobrandinus) *Priores sunt, qui de rebus, tanquam quæ comprehendi possunt, disserunt; posteriores, qui nihil definiunt, & de rebus ita disputant, ac si comprehendi non possint.*

Ducebantur testimonia jam a ratione, jam ab Auctoritate tam Divina, quam humana; Idem fecisse Scriptores Sacros N. T. nemo nescit, nisi qui ipsos nescit: De testimoniis divinis res clara est, cum Matthæus ex Esaia (95) Psalmis (96) Michæa (97) Zacharia (98) Malachia (99), Lucas tam in Actis Apostolorum, quam in Evagelio ex Deuterenomio, Psalmis, Paulus & Petrus ex Esaia & Psalmis &c. multiores integra dicta allegent; Ubi tamen notandum, quod allegatio sæpissime fiat ex LXX. Interpretibus, cujus instituti rationem aperuit *Flacius* (100), aliquando ex ipso fonte Hebræo, quod nominatim de Matthæo & Johanne asseverat *Hieronymus* (101); sæpius secundum sensum saltem, non secundum singula verba, astipulantibus *Hieronymo* (102) *Junio* (103) *Flaccio* (104) *Glassio* (105), subinde contexta ex pluribus testimoniis, qualis apud *Salmeronem* (106) cluet testimonium *compositum & coagmentatum* De humanis & profanis testimoniis res aliquantulum obscurior est, nec tamen incertior: Etenim id extra coutroversiam positum opinor, quod Paulus tria ex profanis scriptis (107) (quorum, sequenti capite videbimus) loca adoptarit, quibus non immerito addideris aræ gentilitiæ inscriptionem ἀγνώστῳ Θεῷ, ad quam in oratione ad Athenienses (108) provocat, provocaturus eadem eos ad veri Dei notitiam & cultum; scilicet, ut admodum scite *Hieronymus* (109): *Ductor Christiani exercitus & Orator invictus, pro Christo causam suam agens etiam inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim a vero David extorquere de manibus hostium gladium & Goliæ superbissimi caput proprio mucrone truncare.* Sed dantur insuper, qui allegatorum ex Rabbinicis scriptis vestigia venantur atque minantur: De Jannes & Jambres aperte *Schikardus* (110): *Hæc nomina Magorum Ægypti* (Judæos fuisse mavult (111) *Aretius*) *nuspiam in Scripturis, at in Targum Jonathæ Ben-Uzielis super Exod. 7. 11. expressa reperiuntur. Paulus itaque hunc celebrem legis Paraphrastem legit.* Alii tamen recentius ducunt hoc Targum, quam ut a Paulo legi potuerit, arbitrati & Paraphrasten & Paulum ex traditione vel vetustioribus Judæorum scriptis hæc hausisse. Quicquid sit, etiam alibi hæc nomina occurrere certum est, nempe in Midrasch Tanchuma (112) ושני חרטומי מצראים עמהם ושמותם יונוס ויומברוס שהיו עושין לפני פרעה כל אותם כשפים ונומר *Et duo præstigiatores Ægypti, quorum nomina sunt Jonos & Jombros, qui fecerunt coram Pharaone omnes istas præstigias.* Vide & *Schindlerum* (113) Mirabor autem maxime, si eadem sint, quæ memorat *Plinius* (114): *Est & alia magices factio, a Moyse* (dixisset contra Mosen) *& Jamne & Jotape Judæis pendens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem;* Inde enim facile conjecturus eram, frequenti traditione ea nomina caluisse. Sed ad alia: Quæ apud Judam (115) *de certamine Michaelis Archangeli adversus Diabolum ob corpus Mosis*, deque *Prophetia Enochi adventum Domini ad judicium concernente* (116) habentur, ad eandem scaturiginem vocare non dubitat *Glassius* (117), etsi *Junius* prioris originem investiget apud Zachariam (118) ubi expresse etiam illa increpatio divina extat, ratus intendi per *Michaelem* Christum, per *corpus Mosis* veritatem & complementum legis a Mose datæ (119) cujus complementi, quod est in Christo, typus fuit Jusua Sacerdos, ad cujus dextram stetisse dicitur Satanas. Plura adhuc recitat *Frantzius* (120): *Moses*, inquit, *Exod. 24. nihil habet de hircis, nihil de aqua, nihil de lana coccinea, nihil de libro consperso. Sed hæc ex aliis libris Judaicis legit, ex quibus etiam Paulus 2. Tim. 3. nominat duos magos Pharaonis: Judæus v. 9. altercationem Archangeli cum Diabolo super corpore Mosis: Et ex quibus Christus tum alia plurima, tum aliquot parabolas mutuatus, hominibus plus stuporis inferre voluisse, ab eruditis existimatur, quomodo ipse illiteratus ex profundis voluminibus Hebræorum talia posset proferre.* Sed vereor ne vir Clarissimus hac in parte nimis liberalis fuerit; Equidem scio plures eadem cogitasse, inter quos longius progreditur *Sheringamius* (121), qui ita aperte: *Illud etiam nequeo præterire, quod multa allegorica & pia dicta, quæ antiqui Rabbini a Deo exagitati ejusque numine abrepti protulerunt, in scriptis Talmudicis continentur. Huic forte non credis? quidni credas? cum multa Christus Salvator noster in concionibus suis ex istis carpserit, quæ jam Canonicis Scripturis inserta sunt;* sed hæret mihi aqua, an hæc adeo aperte vera, ut vere aperta sint?

Non

Non defraudabo Lectorem hujus ſententiæ fundamine, quod ponitur in quibusdam parabolis, quarum ſimiles leguntur in Rabbinorum monumentis; Ita Parabola de Hero conducente in vineam Operarios circa diverſas horas & ad eadem præmia (122) gemellam habet in Gemara Hieroſolymitana (123) משל המלך ששכר פועלים והיה שם פועל אחד שהיה מתכשר במלאכתו יותר מן הכל מה עשה לו המלך נטל והיה מהלך עמו ארוכות וקצרות לעיתותי ערב נכנסו הפועלים ליטול שכרן ונכנס גם הוא ונטל שכרו משלם התחילו הפועלים מתרעמים ואומרים אנו יגענו כל היום וזה לא יגע שתי שעות ביום ונטל שכרו משלם אמר ליה הארון יגע זה בשתי שעות שלא יגעתם אותם כל היום: *Dixit Parabolam* (R. Seir in concionem habita ſuper mortem R. Abbin): *Erat quidem dives Paterfamilias, qui conducebat operarios, inter quos unus reperiebatur, qui aſſiduitate cæteros longe præibat, licet tardius ipſe accederet, & laborare inciperet. Veſpera adventante operarii mercedem ſuam accepturi confluebant una cum illo, qui tardius acceſſerat; Hunc cum vidiſſent, murmurabant, dicentes: Hic parem nobiſcum mercedem exſpectat, qui totum diem laborando conſumſimus, ille vero vix unam atque alteram horulam in opere fuit. Reſpondet Pater familias: Hic duabus horis tantum laboris impendit, quantum vos integro die.* Parabola de prudentibus & fatuis virginibus (124) nec multum abludit ab ea, quæ ex Gemara Babylonica (125) ſequitur: משל לאדם שזמן את עבדיו לסעודה ולא קבע להם זמן פקחים שבהם קשטו את עצמן ויושבו על פתח בית המלך אמרו כלום חסר לבית המלך טפשין שבהן הלכו למלאכתן אמרו כלום יש סעודה בלא טרח פתאום בקש המלך את עבדיו פקחים שבהם נכנסו לפני המלך כשהן מקושטין והטפשין שבהן נכנסו לפניו כשהן מלוכלכין ונומר *Vir quidam dives apparabat nuptias* (Eſt parabola R. Eleazaris) *ad quas miniſtros ſuos convocavit, verum nullum certum definiebat nuptiarum tempus, horum quidam prudentes, quidam erant fatui: prudentes ex illis ſplendide ſe veſtiebant, ac ſedentes ante domum Regis apud ſe cogitabant: omnia hic parata ſunt, nec quicquam deeſt, quare cum de hora, qua vocabimur, incerti ſumus, exſpectabimus, ut quacunque hora nos odvocaverit, ornatu noſtro induti ipſi miniſtremus. Fatui vero ſeu ſomnolenti hinc inde diſcurſitantes cogitabant apud ſe, cum ſatis adhuc temporis reſtet, uſque dum prandium apparatum fuerit, interim nos commode ornabimus, quo & ipſi miniſtremus. Sed ecce cum repente & inſperato Rex miniſtros ad cœnam vocaret, prudentes coram Rege apparebant ornatu ſuo induti: Fatui vero nondum compti & parati abitum moliebantur, quo ornatos ſe cœnæ ſiſterent.* Poſtea dicitur Rex lætatus eſſe cum prudentibus, ſed ſomnolentis ſucceſuiſſe, nec eos admittere voluiſſe. Sic & parabola de Divite Epulone (126) & Paupere ante fores ejus ſtrato non ignara eſt Gemara Babylonica (127) משל למלך בשר ודם שעשה סעורה גדולה והימן כל בני עירו בא עני אחד ועמד על הפתח אמר להם חנו לי פרוסה מחר ולא הסניחו עליו אמר ארוני המלך מכל סעורה גרולה שעשית קשה בעניך ליתן לי פרח אחר ביניהם: *Parabolam dixit* (R. Eleazar) *Erat quidam dives, qui magnum convivium apparabat, & multos invitabat hoſpites. Erat & pauper, qui ad fores jacens, dicebat: Mihi ſaltem micas de menſa cadentes largimini, quæſo; Ille vero huc negligens, nihil ipſi dedit. Tunc is Patremfamilias allocutus: Domine, inquit, de tanta cœna, quam apparaſti, non me, cui micam largireris, dignum judicas?* Sed multæ ſunt viæ, per quas ex hac opinione deflecti poteſt; etenim ut taceam non parum diſcrepare haſce parabolas, non pauca latent etiam in profanorum Scriptorum ſcriniis, doctrinis Sacrorum & ritibus Iſraelitarum haud abſimilia, uti præter alios docte oſtenderunt Cell. *Huetius* (128) *Dikinſon* (129) *Pfannerus* (130) *Marſhamus* (131) *Spencerus* (132), attamen aſſeverare hos illa compilaſſe, vel quod tuentur duo ultimo nominati Cl. Viri, populum Dei paganos uſque æmulatum eſſe, nimiæ foret audaciæ. Inſtabunt forſitan alii, Rabbinos ex N. Teſtamento has pennas furatos eſſe, & nec hoc magis pium ſolum, ſed & magis verum videtur. Cœterum ut, quæ mihi reſidet, ſententiam aperiam, vel utrique ſuæ meditationes debentur, vel occaſionem debent utraqne communi, qui tunc omnium ore ferebatur, ſermoni, & doctrinæ, quæ parabolis utplurimum diſtinguebatur. Alias ſunt adhuc ſexcenta alia apud Rabbinos, quæ harmoniam cum Novo Fœdere ſpirant, qua cum admodum paſcor, non gravabor quædam ſed pauca, curioſo apponere. Conſona itaque ſunt: Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ (133), *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam jam mœchatus eſt cum ea in corde ſuo.* Et כל המסתכל באשה בכוונה כאילו בא עליה: (134) *Quicunque aſpicit mulierem cum intentione, perinde eſt, ac ſi rem habuiſſet cum ea.* Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν

ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς, οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν (135) *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur* Et אבותי גנזו למטה ואני גנזתי למעלה וגו׳ אבותי גנזו במקום שהיד שולטת בו ואני במקום שאין היד שולטת בו וגו׳: (136) *Patres mei corraserunt sibi thesauros deorsum, ego vero thesaurizo sursum &c. Patres mei thesaurizaverunt sibi thesauros, ubi manus aliena usurpare eos potest; Ego vero thesaurizo, unde nulla manus usurpare potest.* Μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι· Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν (137) *Noli mirari, quod dixerim tibi: oportet vos desuper nasci:* Et גר שנתגייר בקטן שנולד דמי (138) *Proselitus, quando fit proselitus, censetur velut infans, qui recens nascitur.* Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς &c. (138) *Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit:* Et שהרי הכתוב אומר לא על צדק צדקותינו וגולי כי על רחמיך הרבים לפי שחסדי השם יתברך ורחמיו על כל בוראיו על צד החסד הגמור לא על צד הגמול הוא שאמר השם לאיוב מי הקדימני ואשלם (140) *Ecce dicit Scriptura* (141) *Non propter justitias nostras &c. sed propter miserationes tuas multas: Misericordiæ enim Dei benedicti & miserationes ejus effunduntur super omnes creaturas ejus ex gratia pura, non ob merita. Hoc est, quod Deus dicit Job* (142) *Quis prævenit me & ego retribuam?* Porro: *Dicimus enim, quia reputata est Abrahami fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? In circumcisione an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio &c.* (143) מי שאינו מאמין כשורה אין מילתו משווה אותו ליהודי גם המאמין כשורה הרי הוא יהודי אפילו אינו נימול (144) *Qui non credit, ut oportet, circumcisio non facit eum Judæum; Qui vero credit, ut oportet, ille est Judæus, etiam si non sit circumcisus.* Sic *Caro rebellat adversus spiritum* (145) &c. יצר טוב יעשה מלחמה עם יצר הרע: (146) *Fomes boni pugnat cum fomite peccati.* Nolite *esse soliciti in crastinum* &c. (147) כל מי שיש לו פת בסלו ואומר מה אוכל אינו אלא מקטני אמנה (148) *Quicunque habet panem in canistro suo, & dicit, quid edam cras? est exiguæ fidei vir.* Omnia quæcunque *vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis* &c. (149) Et דעלך סני לחברך לא תעביד זו היא כל התורה כולה ואידך פירושה הוא (150) *Quod odiosum est tibi, proximo tuo ne feceris. Hæc est lex tota, cœtera nihil, nisi ejus explicatio.* Nescitis, quia *modicum fermentum totam massam corrumpit* &c. (151) כאשר השאור המועט מחמיץ עסה גדולה ומפסידה כן היצר האדם (152) *Quemadmodum paululum fermenti magnam massam fermentat, & corrumpit, sic concupiscentia corrumpit hominem.* Stella differt a stella in claritate: Sic & resurrectio mortuorum (153) &c. כשם שהכוכבים מדרגות יש כוכב שאורו גדול מחברו ויש למטה ממנו ויש למעלה ממנו ונומר וכן באור העולם הבא מדרגתו של צדיק זה למעלה ממדרגתו של זה: (154) *Quemadmodum stellæ diversi gradus sunt, aliæ aliis majori luce præditæ sunt, aliæ inferiores aliis habent, aliæ superiores &c. sic in luce futuri seculi justus gradum sortietur, alius alio superiorem.* Omnis creatura *Dei bona est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, anctificatur enim per verbum Dei* (155) מה המנוע שלא נאמר שתבא דת אלהית מתרת קצת אסורים וכן דעת קצת מרבותינו זכרונם לברכה שאמרו בילמדנו יהוה מתיר אסורים (156) *Quid nos vetat asserere venturam Legem divinam, quæ pleraque vetita faciat licita? Hæc est sententia plurimorum Doctorum nostrorum f. m. qui in Midrasch Jelamedenu* (157) *explicant illud* (158) *Dominus* מתיר אסורים *licita facit, quæ erant vetita.* Unus Deus, *& Mediator Dei & hominum homo Jesu Christus* &c. (159) ויקרא הכתוב שם המשיח יהוה צדקנו להיותו אמצעי אל שנשיג הצדק מהשם על ידו (160) *Vocat Scriptura Messiam Deum Justitiam nostram* (161) *quia est Mediator Dei, per quem justitiam a Deo consequimur.* Non quod sufficientes *simis cogitare aliquid a nobis quasi a nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est* (162) אל תחזיק טובה לעצמך (163) *Ne attribuas quicquam boni tibi ipsi.* Quia vidisti *me, Thoma, credidisti* (164): שוטה אילמלא לא ראיתה לא האמנת (165) *Stulte, nisi vidisset, non credidisset.* Invitatus, conside *in loco infimo, ut cum venerit, qui te invitavit, dicat tibi: Amice ascende* (166) &c. רחק ממקומך שנים ושלשה משבות ושב עד שיאמרו לך עלה ולא רד רד וכן הלל אומר השפלתי היא הגבהתי והגבהתי ולא השפלתי (167) *Cede loco tuo duas aut tres sedes, & conside, ut dican tibi: Ascende, non vero descende. Sic dicebat Hillel: Humiliatio mea est exaltatio mea, & exeltatio mea est humiliatio mea.* Multa sunt alia ejusdem tenoris, quæ sparsim apud *Buxtorfium*, *Lightfootum* & *Jos. de Voisin* &c. decerpta prostant, quæ tamen ex uno prato collecta quis juramento confirmabit.

Optan-

Optanda magis erat ipsis quam speranda ea felicitas, ut omnes controversiæ præcise deciderentur, quæ unius diei erat prosperitas, ut לא היתה הלכה שהיתה תלויה בבית מדרש שלא פירשוה: (168) *Nulla in Academia proposita fuerit difficultas, quæ in dubio & insoluta permanserit*. In discursibus autem, ubi inæquales, ut ipsi loquuntur, erant eruditorum digiti, certis nitebantur regu lis, juxta quem dissentientium erat statuendum: Nimirum dissentiente Rabo & R. Johanne statuendum: esse juxta Johannem, dissentiente Samuele & Johanne, iterum juxta Johannem; Johanne & Hizkia, juxta Hizkiam &c. quas omnes si percensendo numerarem, posteriora capita ex הליכות עולם integra exscriberem, necesse foret; commodius autem a *Lut*. releguntur quam a nobis, repetuntur. Quod si inter alios offenderetur nodus plusquam Gordius, qui nullo ungue dissolvi, aut nullo ense dissecari posset, reservandus ille Eliæ: נקיטינן תיקו דאיסורא להוסרא ודממונה לקולא (169) *Accipimus, Thisbi solvet difficultates & quæstiones quoad interdicta ceremonialia in partem graviorem, quoad pecuniam in leviorem*. יתיקו בספק שיסתפק הגמרא בשום דבר הלכה ואין יודע להשיב עליו ותשא הלכה בספק ונימר (170) *Ad Eliam provocatur in dubio, quo dubitat Gemara in quodam constitutionis negotio, ut de eo respondere nesciat, maneatque constitutio dubia* &c.

Observationes aliæ Differentium observatu quidem dignissimæ, sed nostris angustiis majores, collectæ offenduntur apud Cl. *Empereur* sæpius allegatum, nobis a. hanc unicam subdere licebit, quod mitius in Palæstina, in Babylonia rigidius concertatum fuerit. Unde Rab. Uschaia in dictum illud: *Cepi bacillos duos, quorum unum vocavi* נועם, *alterum* חובלים (171), hanc paraphrasin edidit: נועם אלו תלמידי חכמים שבארץ ישראל שנעימין זה לזה בהלכה חובלים אלו תלמידי חכמים בבבל שמחבלין זה לזה בהלכה (172) נועם *innuit discipulos Sapientum, qui degunt in terra Israelis, qui suaviter se invicem excipiunt in pertractandis statutis religionis*, חובלים *ii sunt, qui Babylone degunt, qui de statutis disputantes alter alterum student evertere*. Porro ad illud *Et dixit ad me: Illi sunt filii oleæ, qui perstant* &c. (173) hæc notantur: יצהר אמר רבי יצחק אלו תלמידי חכמים שבארץ ישראל שנוחין זה לזה בהלכה בזמן זירת (174) *Oleæ: hi sunt discipuli Sapientum in terra Israelis, qui in Disputationibus se faciles præbent, instar olei olivæ*. Contra ad id: *Et duæ oleæ juxta illam* (175) ita: אלו תלמידי חכמים שבבבל שמרירין זה לזה בהלכה כזית (176) *Hi sunt Discipuli Sapientum in Babylonia, qui sibi invicem amari sunt circa statuta, sicut olea*. Quapropter Studiosi Babylonici rabidis canibus comparantur, & inter irreconciliabiles a nonnullis ponuntur: שלשה שונאין זה את זה אלו הן הכלבים והתרנגולים והחברים. ויש אומרים אף הזונות ויש אומרים אף תלמידי חכמים שבבבל: (177) *Tres sunt, qui perpetuo odio se invicem prosequuntur: Canes, Galli & Doctores; quidam addunt: etiam scorta; Alii: etiam Discipuli Sapientum in Babylonia*. Qua autem pertinacia quantoque ardore posterioribus ætatibus inter Rabbinos disputari solitum est, ita describit Simonville (178): Nous n' avons rien dans nos Ecoles, qui approche de la chaleur de leurs disputes, quand ils viennent a la discussion de quelque point du Talmud; car ils ont toujours des raisons pour & contre, appuyees sur l' autorite de leurs Peres, & ils s' animent si fort les uns contre les autres, qu' on croiroit a les voir qu' ils ont perdu entierement la raison: Gens ratione furens & mentem pasta Chimæris.

Finis tamen & scopus disputationis Veterum institutus erat non לקנטר ולא להתגבר זה על זה כי אם להוציא האמת לאור ולגלות מצפוני הדברים אשר יודעו מתוך המשא והמתן אשר במחלוקת; (179) *Ut alter alterum vexet, vel ei prævaleat, sed veritatem in lucem producat, & rerum abscondita revelet, id quod fiat interventu deliberationis in disceptatione*. Idcirco senioribus semper displicuere raucæ & infinitæ lites, probabantur, ad honorem Dei quæ vergebant: כל מחלוקת שהיא לשם שמים סופה להתקיים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקיים איזו היא מחלוקת שהיא לשם שמים זו מחלוקת הלל ושמאי ושאינה לשם שמים זו מחלוקת קרח ועדתו: (180) *Omnis disputationis, quæ propter Deum fit, finis est, ut stabiliatur, quæ vero non est propter Deum, illius finis non est, ut stabiliatur. Ecquæ vero disputatio propter Deum? Est Hillelis & Schammai. Quæ vero non est propter Deum? illa est Korachi & ejus cœtus*. Hæc amplius illustrat *R. Obadias de Bartenora*, qui geminam habet explicationem hujus: *finis ejus est, ut stabiliatur:* etenim primo ait nonnullorum esse illam explicationem: אנשי מחלוקת הייא מתקיימים ואינם אובדין: *illi, qui sic disceptant, subsistunt & non pereunt*. Postea dergit שמעתי פירוש סופה תכליתה המבוקש מעניינה המחלוקת שהיא לשם שמים התכלית הסוף

המבוקש מאותו מחלוקת להשיג האמת וזה מתקיים כמו שאמרו מתוך הוכיח יתברר האמת וכמו שנתברר במחלוקת הלל ושמאי שהלכה כבית הלל ומחלוקת שאינה לשם שמים תכלית הנרצה בה היא בקשת השררה ואהבת הנצחון וזה סוף אינו אתקיים כמו שמצינו במחלוקת קרח ועדתו: *Audivi explicationem, qua* סוטה *notat finem, qui intenditur. Et hoc modo disceptationis, quæ fit propter Deum finis est, veritatem apphrehendere, & hæc stabilitur, quemadmodum dicere solent: per disputationem veritas illucescit, veluti hoc patescit ex disputatione Hillelis & Schammai, quod secundum Hillel sit statuendum. Illius vero, quæ propter Deum non est, finis est studium dominandi & amor victoriæ, quæ minime stabilitur, ut in Korachi & cœtus illius dissensione deprehendimus*. Et ubi talis erat intentio, non solum cotem cote insigniter acui patiebantur, sed utriusque verba tam veritatem oppugnantis, quam propugnantis pro ipsius Dei verbis habebant: אף על גב דכלאורה נראה לשם שמים שהרי אי אפשר שיהיו דברי שניהם אמת אפילו הכי אמרינן הואיל וכוונתו לשם שמים הרי אלו ואלו דברי אלהים חיים: (181) *Licet prima fronte videatur, ac si non sit propter Deum suscepta Disputatio, cum impossibile sit, ut utriusque verba sint vera: nihilominus dicimus, quandoquidem intentio eorum in Deum fertur, utriusque verba esse Dei viventis*. Nam mensurabantur actus disputationis non ex ipsis verbis, quæ talia sæpissime erant, ut nulla arte possent conciliari, sed ex Disputationis scopo & fine, qui erat, ut veritas eo clarius illucesceret. Sicut enim non vitio, sed laudi potius veritur Apelli, si nitidissimas quandoque formas obscurioribus aliquantulum umbris ac lineamentis distinxerit, cum ad tenebras, splendidum quicquid est, radios suos magis exserat: Ita Opponentem extollendum magis, quam carpendum judicant, quod ex tenebrosis angulis argumenta evocet, quibus veritatem aggrediatur, nam *contraria juxta se posita magis illucescunt*, & מתוך הויכוח יתברר האמת (182) *Disceptando atque disputando elicitur veritas*.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUM.

(1) *Gen.* 44. 15.
(2) *Ib.* 30.
(3) *Gen.* 18.
(4) *Pansoph. Mos. c.* 9. *p.* 335.
(5) *Joh.* 8.
(6) *De Syllog. infin.*
(7) *Log. Sac. Disp. pec. de h. l.*
(8) *Matt.* 22. 45.
(9) *In Relat. Histor. Colloq. Ratisb. p.* 52.
(10) *Vindic. Bibl. in Matt.* 22.
(11) *Triumph. Bibl. p.* 230. 592. 604.
(12) *Meth. Didasc. Bibl. prælect. P.* 2. *p.* 531. *s. P.* 3. *p.* 655. *seq.*
(13) *Polemosoph. s. D. S.*
(14) *De Philos. Italic. p.* 117.
(15) *In vit. Philosoph.*
(16) *Lib.* 1. *cap.* 26.
(17) *Lib.* 1. *c.* 9.
(18) *Archisyn. cap.* 9.
(19) *Pag* 32. *ed. Emp.*
(20) *Gen.* 18.
(21) *Deut.* 13. 14.
(22) 2. *Sam.* 20. 18.
(23) *Luc.* 2.
(24) *Joh.* 3.
(25) *Joh.* 4.
(26) *Joh.* 8.
(27) *Matt.* 22.
(28) *Luc.* 10.
(29) *Cap.* 16. *v.* 17. *s.*
(30) *Cap.* 9. 10. 14. 16.
(31) *Dialect. Sac. pag.* 106. *seq.*
(32) *In Cap.* 3. *Gen. fol.* 44.
(33) *Archi. cap.* 11.
(34) *Joh.* 3. 25.
(35) *Act.* 18. 15.
(36) *Fat* 23. 28. *seq.*
(37) *Act.* 26. 2. *seq.*
(38) 1. *Tim.* 1. 4.
(39) 1. *Tim.* 6. 4.
(40) *Cap.* 3. *v.* 9.
(41) *Pag.* 124.
(42) *Disp. de loc. Deut.* 17. 8.
(43) *Gen.* 1. 6.
(44) *Cap.* 11. 17.
(45) *Matt.* 5. 15.
(46) *Vid. Glass. Phil. Sac. l.* 2. *P.* 1. *Fr.* 2. *s.* 3. *Art.* 6.
(47) *Tract. advers. Papat.*
(48) *Præfat Ryth. sup. Pentat.*
(49) *In Num.* 11.
(50) הליכות עולם *p.* 100. *ebit Empereur*.
(51) *Ibid. pag.* 54.
(52) *Cap.* 3. *v.* 6.
(53) *Matt.* 22. 32.
(54) *Logic. Sac. in annex. pec. Disp.*
(55) *Matth. l. c.*
(56) *Orat.* 37. *qu.* 5. *de Theol.*
(57) *Polesomosop. p.* 198.
(58) הליכות עולם *p.* 116. *ed. Emp.*
(59) *Num.* 12. 14.
(60) *Matth.* 6.
(61) *Rom.* 11. 21.
(62) *Hebr.* 9. 13. & 14.
(63) הליכות עולם *p.* 149.
(64) *Reth. Sac. Tr.* 2. *c.* 7.
(65) *Cap.* 2. *Clav. P.* 4.
(66) *Cap.* 2.
(67) *Rom.* 3. 9. *seq.*
(68) *Rhet. Sac. Tract.* 2. *c.* 7.
(69) *In comment.*
(70) *Oper. Tom* 3. *cap.* 34. *p.* 164.
(71) *Clav. Tal. Emp. p.* 47.
(72) *Mic. Jop. sparsim.*
(73) *Clar. T. p.* 108.
(74) *Ib. p.* 170.
(75) *Ibid. p.* 271.
(76) *Pecul. Disput.*
(77) *Comm. in Pentat.*
(78) *Ikkar. ser.* 3. *cap.* 23.
(79) *Niz. num.* 46.
(80) *Ibid. p.* 40.

(81) *Rom.* 9. 8.
(82) *Rom.* 3. 2.
(83) *Polemos. p.* 153. *s.*
(84) *Clav. Tal. Em. p.* 28.
(85) *Cap.* 8. *Conf. Joh.* 3. *Disput. Nicod. Joh.* 9. *&c.*
(86) *Clav. Tal. Em. p.* 59. *Couf. p.* 72.
(87) *Rom.* 9. *v.* 6. *Conf. Cap.* 3. *v.* 1. 2. 3. 4. 27. 29. 31. *C.* 4. *v.* 1. *s. cap.* 6. *v.* 1. 2. *c.* 7. *v.* 7. *cap.* 9. *v.* 14. 19. 20. *c.* 10. *v.* 18. 19. *c.* 11. *v.* 1. 11. 19. 20. 1. *Cor.* 15. 2. *v.* 35. 36.
(88) *Ad Hedib. Ep.* 150. *q.* 11.
(89) *Clav. Tal.*
(90) 1. *Tim.* 6. 20.
(91) *In Christeide Act.* 1. *Theat.* 3. *Vid simul ejus Polemos. p.* 128. *al.*
(92) *Pol. p.* 93. *s.* 265. *s.*
(93) *Schalsch. Hakk.*
(94) Ἐν τῷ προοιμίῳ.
(95) *Conf. Matt.* 1. 23. *cum Es.* 7. *v.* 14. *Et Mat.* 12. 17. *cum Es.* 42. 1. *s.*
(96) 8. 9. *Cum M.* 21. 16. *Et* 22. 19. *cum M.* 27. 35. *&c.*
(97) 5. 2. *cum Matt.* 2. 6.
(98) 9. 9. *cum Matt.* 21. 5. *& Cap.* 11. 12. *cum Matt.* 27. 9.
(99) 3. 1. *cum M.* 11. 10.
(100) *Clav. Scriptur. part.* 2. *pag.* 103.
(101) *Comm. in Es.* 6.
(102) *Ad Pammach. de opt. gen. interp. Tom.* 3. *f.* 168.
(103) *Paral.* 1. 5.
(104) *Part.* 2. *Clav. Sc. p.* 103.
(105) *Rhetor. Sac. Tract.* 2. *c.* 7.
(106) *Tom.* 1. *pag.* 109.
(107) *Act.* 17. 18. 1. *Cor.* 15. 33. *Tit.* 1. 12.
(108) *Act.* 17. 22.
(109) *Epist. ad Magnum Orato. Roman. Tom.* 3. *Op. fol.* 148.
(110) *Pref. in Bechin. Happer.*
(111) *Com. in Tim.*
(112) *Sect.* כי תשא.
(113) *Pag.* 680.
(114) *Hist. nat. lib.* 30. *cap.* 1.
(115) *Ver.* 9.
(116) *Vers.* 14. 15.
(117) *Rhet. Sac. Tract.* 2. *c.* 7.
(118) *Cap.* 3. 1. 2.
(119) *Conf. Col.* 2.
(120) *In Ep. ad Hebr.*
(121) *Præfat. in Jom.*
(122) *Matt.* 20.
(123) *Cod. Berach.*
(124) *Mat.* 25.
(125) *Cod. Schabbat.*
(126) *Luc.* 16. 19. *s.*
(127) *In Berachot.*
(128) *Demonstrat. Evangelic.*
(129) *Delph. Phœnic.*
(130) *Syst. Theol. Gentil.*
(131) *Chronic.*
(132) *De Leg. Hebr.*
(133) *Matt.* 5. 28.
(134) *Talm. Tract. Calah.*
(135) *Matth.* 6. 20.
(136) *Talm. Bav. Batr.*
(137) *Job.* 3.
(138) *Gem. Bab. Jebam.*
(139) *Tit.* 3. 5.
(140) *Ikkarim* 4. *c.* 16.
(141) *Dan.* 9. 18.
(242) *Cap.* 41. 2.
(143) *Rom.* 4. 10.
(144) *Nizzach.*
(145) *Gal.* 5. 17.
(146) *Talm. in Nedar.*
(147) *Matt.* 6. 34.
(148) *Sotah cap.* 9.
(149) *Matt.* 7. *v.* 12.
(150) *Schabbat c.* 2.
(151) 1. *Cor.* 5. 6.
(152) *Neve Schalom lib. II. cap.* 2.
(153) 1. *Cor.* 15. 41.
(154) *R. Bechai in Schylch. Arb. cap.* 4.
(155) 1. *Tim.* 4. *v.* 4.
(156) *R. Jos. Al. in Ikk. cap.* 16.
(157) *S. Tanchum.*
(158) *Psal.* 146. 7.
(159) 1. *Tim.* 2. 5.
(160) *R. J. Al. Ikk. lib.* 2. *cap.* 28.
(161) *Jer.* 23. *v.* 6.
(162) 2. *Cor.* 3. *v.* 5.
(163) *Pirk. Abb. cap.* 2.
(164) *Job.* 20. 19.
(165) *Bav. Bas. fol.* 75. *col.* 1.
(166) *Luc.* 14. *v.* 8. 9. 10.
(167) *Vajik. Rab. Sect.* 1. *fol.* 165. *c.* 4.
(168) *Berach. f.* 27.
(169) *Clav. Tal. Emp. p.* 220.
(170) *R. Samuel in* מבוא הגמרא.
(171) *Zach.* 11. 7.
(172) *Sanhedr. in Gem. cap.* 3.
(173) *Zach.* 4. 14.
(174) *Sanh. l. c.*
(175) *Zach.* 4. 3.
(176) *Sanh. l. c.*
(177) *Talm. Pesach. fol.* 113. *col.* 2.
(178) *Supplem. aux Cerem. de Juifs chop.* 13.
(179) *Abarban. in Pirck. Ab.*
(180) *Pirk. Abb. cap.* 5.
(181) *Lib.* החיים.
(182) *Vid. Buxtorf. Floril. Rab. p.* 370. *& sup.*

CAPUT XI.

Varia Hebræorum Studia. Præcipuum olim Sacra Scriptura: Ejus Encomia: Judæorum propter illam passiones, & pertinax illius amor. Quid sit Masora? & quotuplex? Versiones Græcæ & Chaldaicæ quando cœptæ & qua occasione? Quot sint Targumim? Studium Hermeneuticum. Traditionum juxta Judæos origo, ratio, pretium. Inde geminum Talmud: utriusque contentum & divisio. Cabbala quid? Practica & Theorerica: Quotuplex hæc? quot modis instituitur? אגדות *&* מדרשות *quales? Specimen fabularum Rabbinicarum de Adami mole. Asmodei captura, Leviathane, Behemoth &c. Pleraque Mythica videntur Mystica sinu fovere. Alias peculiarem Mythologiam, more Poetarum meditatos esse Rabbinos verosimile est: Finxisse eapropter nomina Angelorum, cum Deorum fingere religio esset. An licitum Judæo libros extraneos legere? Paulus in scriptis profanis versatissimus: Studia Exotica non semper exularunt. Nulla scientia, cujus ignara plane S. Scriptura. Judæi, potissimum exules, in omnium facultatum campos liberius excurrere. Eorum Theologia: Articuli fidei; de his dissensus: Absona. Studium Juridicum. Mathematicum: de hoc non digne omnes sentiunt: Astrologia Judiciaria.*

Stu-

Studium Physicum : Ethicum : Metaphysicum: Medicum: Historicum: Philologicum &c. Poeseos libertas. Artes magicæ non neglectæ. Prodiere ex officina Judæorum omnium generum omniumque facultatum libri. Alia passim ex occasione asperguntur.

INtre Sacri Voluminis cancellos diu & præcipue continebatur studium Hebræorum, quod adeo manifestum est, ut Paganis id palam quoque fuerit; unde iis objecit *Juvenalis* (1), quod ipsi tenaciter adeo & tanquam glutine tacti adhærescerent,

> *Romanas autem soliti contemnere Leges,*
> *Judaicum ediscunt, & servant ac metuunt jus,*
> *Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.*

Legem Infans ab ipsis fere uberibus imbibere, adolescens perdius ac pernox evolvere, senex ruminari & ad rogos trutinare debebat; illam coluit potissimum remotior antiquitas, illam maxime omnium facere videri vult hodierna posteritas, quod in laudem suorum tribulium prodidit *Leo de Modene* (2): Ils tiennent, que la plus sainte occupation, qu' on puisse avoir, est d' estudier la Sainte Ecriture, & ses interpretations, chacun selon sa capacite; Injunctum quippe sibi id studium esse jure divino meminerint ex Deuteronomio (3); Proinde admodum magnifice de Lege etiamnum & ejus studio loquuntur, illam clamitant doctrinarum esse abundantissimam אין בתורה אפילו אות אחת שאין הרים גדולים תלויין בה *Non est in Lege vel unica litera, a qua non dependent magni montes*, illam adorant tanquam pretiosissimum thesaurum ac climelium דברי תורה עטרה לראש מוניק בצואר מוליני ללב קילורית עינים (4) *Verba Legis sunt corona capiti, torques collo, malacia cordi, collyrium oculis*; illam pro bonorum omnium compendio habent, & omnibus assiduo legendam commendant הפוך בה והפוך בה דכולא בה: (5) *Versa eam & versa eam, nam omnia sunt in ea*; כמה התינוק הזה צריך לינק בכל שעה שביום כך כל אדם צריך לינע בתורה בכל שעות שביום: (6) *Quemadmodum parvulus lactens singulis horis in die necesse habet sugere: sic quivis homo opus habet fatigare se in Lege singulis diei horis.* Fulminabant in omnes, otio quotquot congelati illam negligebant כל המרפה עצמו מדברי תורה אין לו כח לעמוד ביום צרה: (7) *Quicunque laxat seipsum studio a legis, in eo non est facultas consistendi in die angustiæ, imo* נופל בגהינם (8) *cadit in Gebennam.* Dura quævis sustinenda esse jussere propter illam addiscendam: פת במלח תאכל ומים במשורה תשתה ועל הארץ תישן וחיי צער תחיה ובתורה אתה עמל: (9) *Panem cum sale comedas, aquas ad mensuram bibas, super terram dormias, & vitam ærumnosam vivas, modo operam navare possis Legi.* Data est ipsis sæpe occasio pertinacem hunc Legis amorem facto comprobandi, nam propter illam ipsam Antiochi Epiphanis truculentiam experti sunt, conquerente *Josepho* (10) Ἠφανίζετε δὲ ἔιπε βίβλος εὑρεθέιη ἱερὰ καὶ νόμος, καὶ παρ᾽ οἷς εὑρεθέιοι καὶ οὗτοι κακοὶ κακῶς ἀπώλοντο *Libri vero sacri & Lex, ubicunque reperiebantur, tollebantur, illi vero, apud quos inveniebantur, misere peribant*; Eandem stragem libris cum lectoribus communem memorat Auctor libri Maccabæorum (11) Καὶ τὰ βιβλία τοῦ νόμου, ἃ εὗρον ἐνεπύρισαν πυρὶ κατασχίσαντες, καὶ ὅπου εὑρίσκετο παρά τινι βιβλίον διαθήκης, καὶ εἴ τις συνευδόκει τῷ νόμῳ τὸ σύγκριμα τοῦ βασιλέως, ἐθανάτου αὐτόν. *Et libros legis, quos invenerunt, conscissos igne combusserunt; Et sicubi apud aliquem inveniebatur liber fœderis, aut si quis approbabat eum, sententia Regis morte afficiebant eum.* Romanis etiam suæ constantiæ documentum dedere, sed præ reliquis R. Akiba, de quo תנו רבנן מעשה ונזרה מלכות הרשעה שלא יעסקו בתורה מה עשה רבי עקיבא וחבריו הלכו והקהילו קהילות ברבים וישבו ודרשו ומצאו פפוס בן יהודה אמר ליה אי אתה מתירא מפני אומה זו אמר ליה אמשול לך משל למה הדבר דומה לשועל שהיה מהלך על שפת הנהר וראה דגים שהם רצים אמר להם מפני מה אתם רצים אמרו לו מפני הרשתות והמכמורות הבאות עלינו אמר להם רצונכם שתעלו ליבשה ונדור אני ואתם (כדרך שעשו) אבותי ואבותיכם אמרו לו אתה הוא שועל שאומרים עליך פקח שבחיות אין אתה פקח אלא טיפש אתה ומה במקום חיותנו אנו מתיראים במקום מיתתנו על אחת כמה וכמה אף אנו משאינו עוסקן בתורה שנאמר בה כי היא חייך ואורך ימיך אנו מתיראים כשאנו פוסקים מן התורה על אחת כמה וכמה (12) *Tradiderunt Magistri: Factum & decretum regnum nequam cavit, ne studerent in lege; Quid fecit R. Akiba & soci ejus? iverunt & congregaverunt congregationes multas, & sederunt atque exposuerunt. Invenerunt autem Papum filius Judæ, qui dixit ei (Akibæ) nonne tu times istam gentem? dixit ei: exponam tibi parabolam cui res illa est similis. Simile hoc est vulpi, quæ ibat per ripam fluminis, viditque pisces discurrentes,* di-

dixit a. eis; quid discurritis? dixerunt ei propter retia & sitorias, ne nobis superveniant. Dixit eis: placetne vobis ascendere huc in siccum, ut mutui comites ego & vos ambulemus, sicut fecerunt patres mei & vestri? Dixerunt ei: Tune es vulpes, de qua dicitur, quod prudentior sis omnibus animalibus? Verum prudens non es, sed stupida, si enim in loco vitæ nostræ timemus quanto magis in loco mortis nostræ? Sic itaque nos, cum studemus in Lege illius, de quo dictum est (13), *quod ipse sit vita tua & longitudo dierum tuarum, si sumus pavidi, quando essemus separati a Lege, quanto magis oportet timere?* Pia certe Parabola & digna, quam ipsi Christiani seria æstimatione metiantur. Narratur autem postea, quam acerba fata R. Akibam mansere propter studium Legis, & quam intrepido atque inexsuperabili animo illa in se ipse provocavit quasi, & provocata subiit והיו כורקין אותו במסרק של ברזל והיה מקבל מאהבה עליו עול מלכות שמים אמרו לו תלמידיו עד כאן אמר להם כל ימי הייתי מצטער על פסוק זה בכל נפשך ואפילו ניטל את נפשך אמרתי מתי יבא לידי ואקיימנו *Et cardaverunt eum carda ferrea*, ita vertitur apud Raymundum, *& ferebat libenter jugum regni cœlestis; Dixerunt ergo ei discipuli sui, adhuc? Dixit eis, omnibus diebus meis fui supplicans super versu isto, ubi dicitur:* Ex tota anima mea. *Etiamsi oporteat ponere animam tuam; Dicebam autem, quando veniet ad manum meam & complebo illud?* Quomodo autem dispescunt Judæi S. Scripturam in תורה *Legem* נביאים *Prophetas* & כתובים *Hagiographos?* quomodo in פרקים *capita* & סדרים *ordines?* Pentateuchum in פרשיות *Sectiones*, majores & minores, illasque in פתוחות *Apertas* & סתומות *Clausas*, Majores adhuc in חלקים *Portiones*, Prophetas in הפטרות *Lectiones*, aliaque quæ de Scriptura sentiunt, docebunt *Jos. de Voisin* (14) *Sixtus Senensis* (15) *Possevinus* (16) *Calovius* (17) *Casaubonus* (18) *Crojus* (19) *Heinsius* (20) *Bornitius* (21) *Buxtorfius* (22) *Gerhardus* (23) *Lav. Fabritius* (24) *&c.*

Elucet amplius tenacissima Judæorum circa Studium Sacrum cura ex *Masora*, in qua cum Auctorum mirando labore certat operis utilitas, quicquid dicant *Genebrardus* (25) & *Lud. Capellus* (26) ut ideoque non male tueatur nomen סייג התורה *Sepimentum Legis*. Est autem opus Criticum, quod versatur 1. *circa versus* eosque vel numerando, vel varias eorum affectiones notando, vel Ellipsin indicando, 2. *Circa voces*, tradendo earum numerum, locum, syntaxin, significationes, abundantiam & defectum, variasque lectiones, unde decantatissimum illud קרי וכתיב, ubi aliter in textu, in latere aliter legitur 3. *Circa consonantium* numerum & figuram; 4. *Circa vocalium* rectam lectionem; 5. *Circa accentus* insolitos. 6. Circa תקון סופרים & עטור סופרים *correctionem & ablationem Scribarum*. Dividitur in *Parvam*, quæ Hebræo & Chaldaico textui interjacet, & compendio literarum notatur, *Mediocrem*, quæ spatium supra & infra textum occupat. *Maximam*, quæ calcem possidet. Hæc omnia disertius declaravere supra (27) citati & cum illis *Valtonus* (28) *Kippingius* (29).

Masoræ acclamabunt Judæorum versiones, tam Græcæ, quam Chaldaicæ. Ante excidium imperii Persici an ulla exstiterit Græca versio, ultro citroque disputatur inter Eruditos; negant *Augustinus* (30) atque *Baronius* (31) contra contendunt *Clemens Alexandrinus* (32) *Eusebius* (33) & post eos alii, ubi placet Cel. *Huetio* dextram dare, qui (34) media via insistens, asserit partes saltem Pentateuchi versas esse, cum aliud non videatur intendere locus *Aristobuli* (35). Sed cum illæ laciniæ nec supersint, nec noti Auctoris sint, transimus ad Versionem τῶν LXX., ut vocatur, quæ an totum Vetus Testamentum complexa fuerit, dubitat R. *Gedalias* (36), negat *Josephus* (37) cum quo *Salmasius*, *Schikardus* aliique de solo Pentateucho concedunt; ajunt simpliciter *Clemens Alexandrinus*, *Irenæus*, *Eusebius*, *Epiphanius*, *Morinus*, *Leusdenius &c.* quorum assertio non displicet. Aperiretur hic amplissimus disserendi campus, de numero, nominibus, officiis horum virorum, de versionis occasione, antiquitate, excellentia, citatione in N. T., stilo, vitiis, fictis miraculis, sc. quod cellulis distincti fuerint Interpretes, & versiones ne uno tamen apice discreparint &c. Sed dudum in hunc campum excurrere *Bartoloccius* (38) *Frassenius* (39) *Br. Valtonus* (40) *Hoornbeck* (41) *Galovius* (42) *Vossius* (43) *Joh. Woverius* (44) *Scaliger* (45) *Valtherus* (46) *Rivetus* (47) *Hunnius* (48) *Pagninus* (49) & alii numero carentes. Hoc unicum chartis mandabimus, nos sentire, quod desuetudo Hebraicæ linguæ Judæis illam versionem extorserit, reliqua vero, quæ obtrudunt *Aristæus* ejusque asseclæ, ad gerras siculas pertineant, ideo saltem ficta, ut decus

cus & auctoritas Verſioni conciliaretur; quis enim neſcit, quantum numero τῶν LXX. tribuant Judæi? ut omittam alia. Verſiones alias Græcas, quas habet *Origenes* (50) duas *Aquilæ*, transfugæ e caſtris primo Gentilium dein Chriſtianorum in Judæorum, *Symmachi* & *Theodotionis*, Proteo quoque religione mutabiliorum, duaſque alias, quæ e terra erutæ feruntur, ultro ſuppreſſas volo, cum parum ad ſcopum noſtrum facere poſſint. Verſiones Chaldaicas quod attinet, juſto audaccius conjeciſſe videtur Cl. *Leusdenius* (51) ſtatim a captivitate Babylonica adornatam fuiſſe verſione Chaldaicam, ex qua Chriſtus ipſe quædam citavit; libertati fingendi magis indulſit *Reuchlinus* (52) qui Olympiade LVI. ætate Thaletis, quem Eſaiæ σύγχρονον fecit, caſtigatus ideo a Cel. *Pfeiffero* (53) cœpiſſe Scripturam in Babylonicam linguam verti, nam largiemur equidem, poſt captivitatem Babylonicam cœpiſſe declamando conciones ab Interpretibus Chaldaice exponi ſed ſtatim totos libros ſacros ſcribendo Chaldaice translatos eſſe ſi dico, non habeo, unde probem; abſit tamen, cum Cl. *Havemanno* ut faciam, qui Targumim temporibus vel Chriſti, vel Fl. Joſephi, vel Origenis & Hieronymi lucem nondum vidiſſe (54) aſſeverat, & jure ideo diſſentientem ha bet Cel. *Pfeifferum* (55). Sunt itaque quæ manibus noſtris teruntur) Targumim 1. *Onkeloſi*, iu totum Pentateuchum, qui, quod in pluribus ſenſum Scripturæ dextre perſecutus ſit, *Maimonidis* (56) aliorumque laudem meruit 2. *Targum Hieroſolymitanum* itidem in Pentateuchum 3. *Aliud Targum* in Pentateuchum, quod Jonathani falſo adſcribi ſolet 4. *Jonathanis Uzzielidis* in Prophetas anteriores & poſteriores, cujus cauſa credunt Judæi per 40. leucas Palæſtinam terræ motu eſſe concuſſam, vocem factam e cælo, omnia impedimenta cœlitus remota fuiſſe, Angeloſque ei intentos aſſediſſe. 5. *Ignoti Auctoris* in Cantica Canticorum, Ruth, Threnos, Eccleſiaſten & Eſther, liberius excurrens, quandoque in fabulas. 6. *R. Joſe Luſci*, ut putatur, in Pſalterium, Proverbia & Jobum, quod plaudatum ſparſim eſt vocibus Græcis, Syriacis & Latinis. Quæ autem ſunt de horum omnium origine. Auctoribus, ætate, ſtilo, laudibus ac vitiis lites, effervеſcunt apud Cel: *Pfeifferum* (57) *Hottingerum* (58) *Leuſdenium* (59) *Schickerdum* (60) *Kortholtum* (61) *Mayerum* (62) *Taylerum* (63) *Cartvrightum* (64) *Helvicum* (65) *Valtherum* (66) &c.

Adhuc diligentiæ Judæorum circa ſacra præcones ſunt eorum פירושים *Commentarii*, quos omnes & ſingulos, cum numeroſiores ſint, noſtra non patitur tabella, verum contenti erimus recitatione nominum Celebriorum, qui vel omnes vel pleroſque libros ſacros continuis Commentariis emenſi ſunt, in quibus ſunt *R. Salomon Iſaacides*, vulgo, ſed male, *Jarchi*, per abbrevationem רשׁ״י, *R. Abraham Aben Eſra* compendioſe ראב״ע, *R. David Kimchi* רד״ק cujus annotationes in Pſalmos publice docentem audivimus Ampl. Steenburchium Præſidem rerum, quas Solymis gerimus. Rabbinica ad ſtuporem uſque callentem. *R. Moſes Bar Nachman* רמב״ן, *R. Levi ben Gerſou* רלב״ג, *R. Saadias*, *R. Iſaac Abarbenel*, quem & privato Collegio partim Cel. *J. Steenbuchius* nobis haud multum ab hinc emedullavit. Reliqui, qui in partes occupati ſunt, velut ſidera minora Bibliothecis Rabbinorum turmatim intermicant.

Scripturæ ſtudio vel præferunt vel certe æquant ſtudium traditionum Rabbini, quas quomodo derivant propugnantque, aptius dicere nequeo, quam verbis *Simonis Laſitani* (67) Rabbini appreſſo gl'Hebrei ſono quelli che s' attribuiſcono avere le traditioni del mondo d' oſſervare, & eſſequire li Riti contenuti nella Lege, che per gran corſo d' anni ſi conſervò vocalmente, dal tempo della Legiſlatione inſino l' età d' Antonino Imperatore, che all' hora ne furono compoſti da un Rabbi Giuda celebratiſſimo homo di quelli tempi Aforiſmi e trattati; dicono eſſi Rabbini la Scrittura in molti luoghi eſſer tanto oſcura e conciſa, che è impoſſibile con humane congritture indovinarne il vero e germano ſentimento, che per ciò non è credibile che il prudentiſſimo Legiſlatore abbandonaſſe tanta dubioſa interpretatione all' arbitrio e temerario placido di cadauno, ma ben è ragionevole che rivelaſſe l' eſpoſitione alli più elleti & a lui famigliari, acciò che ſucceſſivamente in ogni tempo la communicaſſero alla poſterità. Has ſcilicet opinantur Moſi, cum per 40. dies in monte detinebatur, inculcatas eſſe, repetitas deinde coram Joſua, 70. Senioribus, Prophetis, præſtantioribus Rabbinis, & tandem literis conſignatas. Quanti autem illas facere ſolent, haud difficulter olfeceris ex ſequenti hiſtoria, quem ipſi protrudunt (68): Inſtruxerat Rex genti-

tilis Pirgandicus profusissimo sumtu epulas plusquam Persicas, ad quas suos inter Consilarios invitaverat undecim præstantissimos sub suo sceptro Rabbinos; Comparentes benevole excipit, exceptos eligere jubet unum e tribus, nempe ut secum vel carne suilla vescantur, vel gentilium fœminas comprimant, vel gentilium vino se ingurgitent. Facta per triduum deliberatione, concludunt, præstare ultimum, quippe quod non expresse in Lege scripta, ut priora, sed in traditionibus vetitum erat. Dictum factum: collocantur Rabbini ad mensas, quas ita ars effinxerat, ut circumgyrari possent; circumvolvuntur etiam, potis largiter Judæis, carnesque suillæ, formam externam mentitæ, oscitantium manibus clanculum offeruntur, quas & imprudentes occupant. Tum instituuntur choreæ, quibus intererant Virgines, formæ haud quotidianæ, qua pellecti boni Viri coronidis loco Veneri indulgent. Pallent sequenti die ad sua crimina, ab ipso Rege sibi objecta, & discedentes inopina morte ante anni decursum omnes occumbunt. Quæ ideo ipsos mansisse fata divinant socii, quod traditiones sapientum susque deque habuissent. Duriores sunt nonnulli qui Legi Mosis longe anteponunt traditiones, in quibus est Rabba (*69*) רבא אמר תרע לך שרברי סופרים חבירים מרברי נביאים *Rabba dixit: scito verba Scribarum esse amabiliora verbis Prophetarum;* Habent etiam חכמים עריפי מנביאים *Sapientes præstantiores Prophetis;* ridiculam addunt rationem, quia Prophetæ tenebantur confirmare suam doctrinam miraculis, sapientibus absque, his creditur; comparant traditiones cum vino, Legem cum aqua נמשלה המקרא כמים והמשנה כיין וה״ש בקונדיטון (70) *Similis est Scriptura aquis, Mischna vino, Talmud s. Gemara condito*, vel נמשלה התורה כמלח והמשנה כפילפלין וה״ס כבשמים (71) *Similis est Lex sali, Mischna piperi, Talmud aromatibus.* Sed hanc fatuitatem dudum pluribus exposuerunt & exploserunt *Buxtorfius* (72) *Gerson* (73) *Schikardus* (74) *Hakspanius* (75) alii. Ex his itaque concretus gemellus fœtus, ad stuporem monstrosus, utrumque Talmud, ירושלמי *Hierosolymitanum*, quod in gratiam Judæorum in Palæstina degentium a Rectore Academiæ Hierosolymitanæ R. Jochanane vulgariter putatur seculo secundo cum dimidio juxta calculum *R. D. Ganz* (76) consarcinatum, sed ex observatione Cl. *Lightfooti* (77) serius Tiberiade absolutum, cujus quatuor sunt partes 1. סדר מועד 2. סדר יומא 3. סדר נשים 4. סדר ישועות quodque propter nimiam brevitatem & sordidum stylum minoris pretii taxatur, & in polo ipsorum splendescit parcioribus quasi Lunæ radiis ad alterum Luminare majus vel Solem, cujus vices sustinet alterum Talmud בבלי *Babylonicum*, quod a R. Juda Sancto sub imperio Antonini Pii Anno a partu Virginis 150. in gratiam extorrium Judæorum conscriptum, & Auctore *Ganzio* Anno Christi 500. (quamvis de tempore ipsi inter se altercentur Judæi, monente *Rich. Simone* ad *Leonem de Modene* (78) qui 26. annos post destructionem templi calculaverat) completum, constat ex משנה *Mischna*, quæ ipsius textus facies est, & גמרא *Gemara*, quæ lateri Mischnæ adjuncta continuum præbet commentarium, nisi quod quidam libri hisce pennis ideo denudati exstent, quod materiam contineant, ad Templum & terram sanctam restrictam. Divisum est illud opus in sex partes Generales dictas סדרים *Ordines*, quarum prima סדר זרעים de *seminibus & fructibus terræ* continet undecim מסכתות libros 1. ברכות *de precibus & gratiarum actione pro omnibus beneficiis*. 2. פאה *de angulo agri pauperibus relinquendo*. 3. דמאי *de iis, de quibus dubium erat, an decimæ dandæ essent*. 4. כלאים *de heterogeneis non commiscendis*. 5. שביעית *de jure anni septimi*. 6. תרומות *de oblationibus*. 7. מעשרות *de decimis*. 8. מעשר שני *de decimis secundis, quas Levitæ dabant ex suis*. 9. חלה *de placenta*. 10. ערלה *de præputio*. 11. ביכורים *de primitiis*. Secunda סדר מועד *de festis, habens* 12. מסכתות 1. שבת *de Sabbatho*. 2. עירובין *de commixtionibus* familiarum sc. vicinarum per cibum vespera Sabbathi. 3. פסחים *de Paschate*. 4. שקלים *de Siclis* pro emendo sacrificio pensitatis. 5. יומא *de die expiationis*. 6. סוכה *de festo Tabernaculorum*. 7. בצה vel יום טוב *de iis, quæ licita aut illicita erant Sabbathis*. 8. ראש השנה *de novi anni initio*. 9. תענית *de jejunio*. 10. מגלה *de festo Purim*. 11. מועד הקטן *de diebus intermediis inter primum festorum & octavum diem*. 12. חגיגה *de masculis Hierosolymæ Deo quotannis sistendis*. Tertia סדר נשים *de mulieribus*. cujus 7. מסכתות 1. יבמות *de jure Leviratus*. 2. כתובות *de conjugio*. 3. קדושין *de Sponsalibus* 4. גטין *de divortiis*. 5. נדרים *de votis*. 6. נזיר *de Naziræis*. 7. סוטה *de muliere suspecta*. Quarta סדר נזיקין *de damnis*, cujus 10. libri; 1. בבא קמא i: *Porta prima, de damnis illatis a bestiis vel hominibus*. 2. בבא

מציעא *de inventis*, *usuris &c.* 3. בבא בתרא *de commerciis*, *hæreditatibus &c.* 4. סנהדרין *de judiciis*. 5. מכות *de* 40. *plagis*, quibus cædebantur condemnati (79) quibus unam subtraxisse Judæorum Magistros conjicit ex eo *Buxtorfius* (80), quia scribit Paulus (81) se 40. plagis, excepta una, cæsum esse. 6. שבועות *de juramentis*. 7. עדיות *de testimoniis & plurimarum controversiarum decisionibus*. 8. הוריות *de Statutis judicum*. 9. עבודה זרה *de Idololatria*. 10. אבות *de Patribus traditionum*, *eorumque scite dictis*, Quinta. סדר קדשים *de Sanctis rebus*, cujus 11. libri, 1. זבחים *de sacrificiis*. 2. חולין *de animalibus mundis & immundis* 3. מנחות *de oblationibus vespertinis*. 4. בכורות *de primogenitura*. 5. ערכין *de pretio rerum Deo devotarum*. 6. תמורה *de permutatione sacrificiorum*. 7. מעילה *de transgressionibus in sacrificando*. 8. כריתות *de excisione*. 9. תמיד *de sacrificio jugi*. 10. מדות *de mensuris templi*. 11. קנים *de nidis* ɔ: *pullis offerendis*. Sexta סדר טהרות *de pollutione & purgatione*, cujus 12. tractatus, 1. כלים *de vasis*. 2. אהלות *de tabernaculis*. 3. נגעים *de plaga lepræ*. 4. פרה *de vacca*. 5. טהרות *de purgatione ab immunditie*. 6. מקואות *de fossis aquarum*. 7. נדה *de menstruatis*. 8. מכשירין *de liquidis*. 9. זבים *de fluxu nocturno*. 10. טבול יום *de intincto*. 11. ידים *de lotione manuum*. 12. עוקצין *de petiolis fructuum*; Quilibet iterum tractatus suas habet *sectiones*, פרקים dictas. Naturam vero textus & discursus Cl. *Hulsio* nemo expressius notavit: *Modum*, inquit (82) *docendi & disputandi talmudicis Doctoribus usitatum quod attinet, aptiori similitudine vix eum exprimas, quam quæ a palude desumitur, in qua maxima ranarum copia est, quæ simul quasi contendere, & altiori tono alia alterius inconditum sonum corrigere videntur, & sic omnes certatim coaxant, ut a se invicem discerni nequeant, ubi vero aliquem transeuntem animadverterint, illico omnes silent, nisi quod una vel altera sit, quæ dimidiam & abruptam vocem emittat* &c. Ad Talmud pertinent, velut ad monstrosum corpus caudæ תוספתות nam התוספתא הוא שיור המשנה (83) *Tosiphta est residuum Mischnæ*; si quæ vero præterea sunt constitutiones, illæ veniunt nomine בריתות ita enim R. Ismael (84) וחבריתא כל הספרים שהעתיקו הקדמונים זכרונם לברכה אחר המשנה *Barjeta vocantur omnes libri; quos antiqui f. m. composuere post Mischnam*. Sed liberaliori manu Talmud voluerunt revolveruntque *Pfeifferus* (85) *Joseph. de Voisin* (86) *Gerson* (87) *Buxtorfius* (88) *Mullerus* (89) *Galatinus* (90) *Hoornbeck* (91) *Adr. Finus* (92) *Pagetus* (93) &c.

Altera traditionum imo nobilior pars est *Cabbala*, quam imperite nonnulli crediderunt esse vetulam veneficiis deditam, alii hominem perfidum ac Diabolicum, qui contra Christianos scripsit, (haud secus ac hallucinatus est Clar. *Labbeus*, qui *Articulum Schmalcaldicum* pro Auctore hæretico acceptavit venditavitque,) cum, ut in propatulo est, sit modus abstrusior Judæorum scripturam explicandi atque applicandi. Dividitur in *Practicam* & *Theoreticam*, illa tota magica est, cujus beneficio senex aliquando cremandus asinum in sui locum subdole surrogasse (94), Ramban grandem navem solus in mare protrusisse (95), alius Judæus incendium exstinxisse, alius febrem curasse (96) narrantur. Hæc dispescitur in *Artificialem* & *Inartificialem*: Illa tres habet species 1. גמטריא *Gamatriam*, quæ vel est *Arthimetica*, emanans e valore & numero literarum, vel *Figurativa*, ex earum quantitate & affectione, vel *Architectonica* ex dimensione Mathematica. 2. נוטריקון *Notaricon*, per ראשי תיבות *literas initiales* & סופי תיבות *finales* plurium sc. vocum, ex quarum capitibus vel caudis conflatur nova vox. 3. תמורה *permutationem*, quæ fit vel ἀναγραμματικῶς vel per צירוף *combinationem*, ubi litera pro sua parallela sumitur; Tredecim vero, quæ alias constituuntur, species recitarunt *Menasse ben Israel* (97) *Leusdenius* (98) *Pfeifferus* (99) *Inartificialis* versatur circa attributa Dei verborum integumentis obducta. Sed quia nos more solito strictim agimus, consulantur Auctores, ad quos supra (100) provocavimus.

Traditionum fructus & quasi bellaria sunt מדרשות & אגדות, quas supra tetigimus, illæ mysteria allegorice adumbrant, hæ moralia mythice inculcant, utræque maxime & in usu & in deliciis fuere; priorum naturam & rationem dabit *Maimonides* (101) הדרשות ההם כשיסתכלו בהם הסתכלות שכלי יובן בהם מהטוב האמיתי מה שאין למעלה ממנו ויגלה מהם מן הענינים האלהים ואמתות הדברים מה שהיו אנשי החכמה מעלימין אותו ולא רצו לגלותו וכל מה שכלו בו הפילוסופים דורותיהם ואם תביט אותו על פשוטו תראה בו ענינים רחוקים מן השכל שאין למעלה מהם ועשו דבר זה לענינים נפלאים האחד מהם ללטוש רעיוני התלמידים ולבב לבותם ועוד כדי לעור עיני הכסילים שלא יזהירו לבותם לעולם ונגמר *Draschot ejusmodi si attenta mentis*

tis consideratione perpendantur, deducent in cognitionem veri boni, supra quod nihil est, & illæ aperient de rebus divinis, & de veritate rerum, quod sapientes abscondunt, nec patere volunt, itidem quicquid suo tempore cognoverunt Philosophi. Quod si hæc, prout verba sonent, consideres, videbuntur tibi ita remota esse ab intellectu, ut nihil supra. Quod factum est duplici ratione mirabili, primo ut acueretur apprehensio discipulorum, & cordatus redderetur eorum animus, deinde ad occæcandum oculos stultorum ne unquam illustretur eorum animus. R. Azarias eas cum symbolicis & Hieroglyphicis confert (102) הדרכים האלה נקראים אצל חכמי האמות מיטאפורה סימבולים ואליגוריאה *Hi modi vocantur a Sapientibus gentium metaphoræ, symbola & allegoriæ*: Scatent istiusmodi flosculis omnes המדרשים Rabbinorum, qui ideoque Christianorum palato parum arrident. *Agadot* sunt historici discursus seu delicatæ fabellæ, quibus prurientes suorum auriculas scalpunt atque titillant (103), & merito cum Poetarum fabulis comparantur a *R. Azaria* [104]: מנהג ההמצאות אשר ידמו הפואיטים שהם בלי ספק דרכי אגדה אצלם *sunt instar rerum, quas fingunt Poetæ, quæ sunt apud eos Agadot*. Vid. *Jos. de Voisin* (105) *Lightfoot* (106) *Huetium* (107). De hisce alias varias regulas habent Rabbini, e. g. אין למדין הלכה מתוך האגדות *Constitutionem non docent Magistri ex Agadoth*: ושאין המדרש והאגדה מביא אותנו לחלוק בשום אופן על פשוטי הכתוב והוראה השכל *Medrash & Agadah non cogunt nos negare sensum Scripturæ literalem, & quod rationi consentaneum est, &c.*

Hac via ducimur ad inquirendum in fabulas Judæorum, verum Augiæ stabulum, si veri essent, qui Judæos omnes ad literam intellexisse contendunt. Obstupescimus in ipso limine, haud aliter ac ad objectum Medusæ caput, facile præscientes, difficulter in hoc fimeto pedem figi posse, sed si eo descenderimus, dum alter pes extrahitur, alterum pressius demitti. Terrent inversa diversaque vestigia prædecessorum, quorum sexcenti affanias Judæorum proprie sumunt, diducunt, explodunt, deridendasque aliis propinant, alii mitius interpretantur; nobis quid consultius esse poterit, vix liquet. Nihilominus altum prius experiamur, postea quid sentimus, dicturi, certe habent quamplurima Rabbini, quæ si simpliciter & ad literam interpretatus fueris, inter Palæphati incredibilia jure numeraveris, cachinno digniora, quam fide.

Auditum admissi risum teneatis amici?

Quando narrant Deum creavisse Adamum tanta mole, ut non solum ad extremas mundi plagas, sed & ad cœlum pertigerit, Angelis ipsis formidabilis, quorum impulsu postea eum redegit ad 1000. cubitos, vel ut alii volunt, ad 100. (108); quando ajunt, Adamum, postquam formam conceperat, fuisse Hermaphroditum, bifrontem, caudamque instar feræ pone se aluisse, postea tamen amputatam (109); habuisse ante Evam aliam uxorem nomine Lilith, quæ, quia de terra cum viro ficta erat, cum eo de primatu contendit, tandemque aufugit, novo ubique partui insidiatura (110); propter dolorem, quem ex Abelis morte conceperat, 130. annos Evæ consuetudine abstinuisse, & interim ex revocata Lilith suscepisse Dæmones, Lemures & Lamias (111); apostasiam in aquis Gihonis deplorasse, donec corpus ejus esset simile cribri (112). Quando obtrudunt nobis. Diabolorum Principem Asmodeum Salomonem solio in exilium detrusisse, regnumque administrasse, donec reversus Salomon Asmodeum deturbatum regno, vinctum detinuit; Salomonem saxa templo consecranda præparasse ope vermiculi Samir (quod mallei securisque strepitus non admittebatur), quem fraude & vi Asmodeo extorsit, dum, (quod stratagema ab aliis Dæmonibus revelatum est) ad puteum, quem quotidie potandi animo accedere & potus cooperire, annuloque signare solebat, ablegaverit Benajam, catena, in qua scriptum erat nomen Dei, compedibusque ferreis, lanæ manipulis atque vini utribus instructum, qui aquam putei in alium inferiorem excavatum scrobem demisit, lanaque occlusit, verum in foveam superiorem merum effudit, quo ebrius Asmodeus, vinctus a Benaja, & vi tractus, quocunque ferebatur, sæviebat, & jam palmas obvias, scabendo sese, eradicabat, jam domus diruebat, jam furnos frangebat (113). Quis crepitum continebit, ubi audit recitantes, quod Deus initio Leviathanem masculum & fœminam condiderit, sed veritus, ne quando congrederentur, mundum vastarent, fœminam occiderit, ac sale condiverit; cujus caro Judæis tempore Messiæ danda, pars aliqua per plateas Hierosolymorum vendenda, pellis partim contra solis ardorem usurpanda, partim umbellæ, partim torqui, partim amuleto, partim fulgidissimis muri tapetis consecranda (114); ubi audit Leviathanem unica ala totum mundum

dum

dum gestare posse, ab Angelis lancibus confodi, aut superari non posse, sed saltem cum Behemot conglutinatum, mutuis vulneribus perire (115). Quis risum temperabit ad unum piscem, cujus unica pupilla 300. olei dolia implevit, & e cujus ossibus 60. urbes exstructæ sunt (116)? ad alium in cujus dorsum sabulo tectum Rabba bar Channa ejusque socii, putantes insulam esse, diverterunt, ignique accenso vasa apposuerunt, donec hisce commotum sentirent piscem, navesque repeterent (117)? Nondum nugandi finis: Referunt Behemot, taurum montanum, cui pascuum mille montes subministrant, castratum Justis alimento futurum esse, item passerculum, nomine זיז שדי vel בר יוכנה (nam hæc 2. nomina ejusdem avis esse puto) qui stans in aquis usque ad talos caput inter nubila condebat, soli, quoties alas expandit, ecclipsin causabatur, cujus ovum forte e nido delapsum & elisum, 300. maximas cedros & 60. urbes subvertit; quem in mari aliquando Rabba aliique nautæ stantem cum viderent, credebant ibi profundam non esse aquam, eoque lotum descendere volebant, sed abstinuere per בת קלא moniti, ante 7. annos ibi Fabro securem excidisse, quæ nondum ad profundum pervenit, maxime sc. ob velocitatem aquarum. Nihil loquar de miro pane, facto ex spicis tritici, quod altitudine palmos exæquet, cujusque unicum granum lumbos & renes ingentium taurorum superat; de vino ex vite, cujus unius uvæ acino portando vix navis sufficeret, imo in cujus unico acino 30. vini dolia; deque bellariis aliisque gulas aliquando Judaicas irritaturis; de ritu accumbendi, quomodo honoratior Deo locus concedendus est, choreis &c. (118). Audent persuadere Rab Sesath, utut cœcum, sola oculorum injectione hæreticum occidisse, præter alios Rabbinos, qui acie oculorum sæpius interfecere, ut diceres Rabbinos Basiliscos esse (119); Horreo ad illa, quæ de Jeremia atque Ben Sira finxere, quæ apponere pudor vetat (120); Et quis omnia percensendo enumerabit? Jam an horum & similium idem sensus sit ac sonus, restat dispiciendum. Judæi equidem recentiores operosi sunt in omnibus palliandis atque excusandis, sed vereor, ne in multis similes sint iis, qui, naufragium passi, undas inter marisque vortices jactati, dum alter alterum liberare allaborat, utrique tandem a fluctibus absorbentur. Nihilo tamen secius in omnibus desperatam esse eorum causam, haud facile quis mihi persuaserit. Cum Judæo, an cum stipite Æthiope si in foro consisterem, nihil crederem interesse, si hujusmodi omnia simpliciter aut ipse crederet, aut aliis obtruderet; Sed toti trunci non sunt Judæi, e Deucalionis lapidibus formati, aut Batti metamorphosin in saxa passi. Gentiles prodigiosa commenta suæ quondam Mythicæ Theologiæ inseruerunt, & quandoque vel crepitum ventris pro Deo obtruserunt, unde joculare *Nicharchi* Poema:

> Τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν.

Docuerunt multa συμβολικῶς, multa εἰκονικῶς, multa ἐνθεαστικῶς, saniores tamen vel sub fabularum cortice veritatis nuncleum agnovere, vel cariosa atque cassa putamina abjecere. Judæos itidem abstrusiorum parabolarum dulcedine inebriatos adeo certum est, ut quidam putarint Pythagoram fuisse Judæum, alii eum Judæorum rivos in se derivasse; ubi tamen collectum fabularum spicilegium accuratiori lance ponderamus, non possumus, quin aliqua ex parte patrocinium Judæorum in nos suscipiamus, maxime cum præter alios prævium habemus Cel. *Scherzerum* (121). Ita e. g., ut ex Oceano guttam delibemus, si per Adami molem ejus perfectionem ac sapientiam interpretamur cum R. *Eliezere* (122), quod tanta virtute se lapsum, quanta mole Gigas infantem superarit, quis non desinet ridere Judæos? Similiter ipsi *oppiparum* istud *convivium* Spirituali modo accipiendum volunt (123), *maximam navem* per mundum, *Avem* per Studiosum, *stare genuum tenus in mari* per studium indignis manibus tractare, *attingere capite cœlum* per superbiam, *securim* per Legem &c. exponunt; patiamur itaque, ut, quod ab ipsis postulamus, sit

> *Optimus interpres verborum quisque suorum.*

Peplo autem & Meschalica lana suam sapientiam obduxisse videntur ob varias rationes, quarum primam puto arrogantiam, cum postquam subtracti ipsis erant Prophetæ, simplicioribus obtrudere voluerint, sibi non simul subtractas esse peculiares, si Diis placet, revelationes; Arrogantiam excepit odium in gentes, quibus quod invidebant, lac cum melle, ne diffiueret, lingua arctius detinebant; Odium firmavit intempestiva curiositas, curiositatem aluit otium, nam cum Scripturæ cancellis arctati, rarius in aliarum scientiarum prata divertebant,

bant, putabant ſe ejus abyſſos emenſos eſſe, niſi quod reſtaret hiſce ſuperpondiis inexhauſta, ut opinantur, ingenia coercere: Itaque mihi proxime accedere videntur ad ſimilitudinem puerorum, qui ubi laboratæ Cereris donis abunde ſatiati ſunt, reliquiis ludunt, ex pane equi vel canis ſpeciem efformant, juſculum e cochleari in mappam orbeſque diffundunt, præmanſa carne facies conſalinorum arietant; Unde non mirum, ſi apud eos alia multa ſint adeo contorta commenta, ut facilius ex Labyryntho, quam ex iis te irretiveris; nam irritati ſemel fabulandi libidine, modum neſciverunt, ſed animi cauſa ſæpius illa commenti ſunt, quorum rationem, ſcopum & finem, ſi vel omnes intenderint nervos, eruere haud ipſis facilius erit, quam Herculi clavam extorquere. Igitur temporis ſucceſſu eo uſque excrevere ſuaviter delirantium fabulæ, ut certum ſtudium, *Mythologiæ* ſc. ſpeciem, conſtituere poſſint. Et certe Judæi qui in reliquis omnibus palmam ſibi moroſius vindicabant, videntur ne quidem *Mythologiæ* ſtudio Extraneis inferiores eſſe velle; ſed cum Deorum multitudinem fingere ipſis non licuerit, ne tamen Poetis cederent, ex fictis Angelorum nominibus ſibi Mythologiam adornaſſe; His majus robur accedet, ſi quæ de Angelis ediſſerunt, perpendamus; Scribunt enim Judæi Angelos eſſe materiæ igneæ & aqueæ, habere corpora 2000. cubitorum, loquendo vocem naturaliter intendere & remittere, habere, etiam bonos, ſuos defectus ihnorando & errando, inter ſe digladiari, pœnis, correptionibus, morti obnoxios eſſe, vapulare, contabeſcere, invidere hominibus, alis pedes tegere, utpote pedibus vitulinis ſimiles, ne Deus, eos videndo, recordetur iniquitatis Iſraelis per vitulum commiſſæ; alium formam bovis, aquilæ alium gerere; in tenebris converti quoſdam in ſerpentes; volare & natare; certos certis rebus præfectos eſſe, ut templis *Rachamielem*, qui proſelitos colligit, *Abinaelem*, qui pueris docendis adhæret, *Adarbinaelem* qui pœnitentibus, *Gadaribaelem*, qui animabus Gentilium; præeſſe ſepulchris *Dumah*, Deo coronando *Actharielem*, Inferno *Samaelem* Cerberi inſtar latrantem, ſacrificiis *Urielem*; menſibus alios, velut *Tzurielem*, qui Septembri, *Bazacharielem*, qui Octobri, *Adumaelem*, qui Novembri, *Ariaelem*, qui Decembri &c. aquis *Azarielem*, Soli orienti *Ghazardia*, grandini *Jokamo*, imo cuilibet horæ, cuilibet negotio ſuum (124); Hæccine bene cum Poetarum Mythologia concordant? Revocemus tantiſper ex choro Deorum paganorum cohortes, & aſſurgent ipſis Dii Deæque morales *Honor*, *Pudicitia*, *Juſtitia*, *Veritas &c.* Nuptialium *Cinxia Juno*, *Domiducus*, *Hymenæus*, *Deus Subigus*, *Viriplaca &c.* Parturientium *Intercidona*, *Pertunda*, *Poſtverta &c.*, Infantum *Educa*, *Vagitanus*, *Statilinus &c.*, Inferni *Pluto*, *Cerberus*, *Furiæ &c.*, Aquarum *Neptunus*, *Nereides*, *Leonthadome &c.*, Ruſticorum *Hamadryades*, *Picumnus*, *Stercutius &c.* aliique qui numeris & nominibus cum fictis Hebræorum Angelis contendant. Non plane alienus, etſi aperte cum nobis non conſentit, a noſtra opinione videtur Cl. *Rich. Simon*, qui poſt alia: Ils croient, ait (125), que les choſes inferieures ſont ſoumiſes aux puiſſances ſuperieures, & qu'il n'y a point de Royaume par exemple, qui ne depende de quelque Ange. His itaque Pſeudo Angelis Præſidibus etiam ſcenæ fabulantium Judæorum aguntur, quippe quorum ſpecioſis nominibus plurima commenta commendantur atque expoliuntur, ut ex his de aliis facile judicium ferre liceat. Quod autem, velut ranæ ranarum ſtrepitu, Poetarum fabulis provocati ſint ad fortius confabulandum, patet ex R. *Azariæ* dicto de *Agadoth* ante allato; ſic & *Medraſchot* ad Poetarum methodum examinant: דרשות על צד מליצת השיר אשר לא יספק ענינם על בעל שכל והתפרסם הדרך ההוא בזמן ההוא והיו עושים אותה הכל כמו שיעשו המשוררים מזמרי השיר (126) *Sunt Draſchot inſtar ænigmatum, quorum ſenſus non eſt dubius intelligentibus: illa enim docendi ratio illis temporibus trita fuit, quemadmodum Poetæ quoque iſtum morem obſervant.* Sed quo altius in iſtas ſordes nos demittimus, eo difficilius pedem retrahimus, retrahamus ergo mature, & concludamus verbis *Ric. Simonis* (127): La plus part des Anciens ont eu recours aux allegories & aux fables, dont ils ont tellement rempli leurs Livres, qu'on trouve auſſi bien parmy eux une eſpece de Mythologie que parmy les Payens.

Hactenus compellavimus Judæos domi verſatos, jam etiam foras cum iis exeamus ad alias ſcientias, ubi, antequam ulterius progredimur, prius: *An & quando libros extraneos legere licuit Judæo?* diſquiri fas erat, nam circa eorum lectionem variam olim adhibitam fuiſſe cautelam certum eſt: Severiori quidam cenſura eam plane damnarunt בפולמוס של טיטוס גזרו שלא ילמד אדם את בנו יונית (128) *In bello Titi decre-*

ve-

verunt, *ne quis filius suum græce docere*; diris devovebant contrarium ausos: ארור מגדל חזיר וארור מלמד לבנו יונית (129) *Maledictus*, *qui nutrit porcum*, *& maledictus*, *qui docet filium suum Græce*. Notandum quod usurpetur lingua & scientia Græca κατ' ἐξοχὴν pro omnibus, quæ extra Judæorum erant pomœria, eodem modo, quo in Novo Fœdere Judæis opponuntur Græci, & pro omnibus ἀλλοφύλοις ponuntur: ut: Προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι. (130) *Prius enim probavimus Judæos & Græcos omnes sub peccato esse*. Ita: ὥστε πιστεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος (131) *ut crederet Judæorum & Græcorum copiosa multitudo*. Alia exempla vide apud *Svicerum* (132) Sed porro רבי עקיבא אומר אף הקורא בספרים החיצונים (133) *R. Akibba dixit* (sc. bonam habebit partem in futuro seculo) *etiam qui legit in libris extraneis*, ubi glossa exponit extraneaos per ספרי מנים כגון ספרי ארסטוט היוני וחבריו ובכלל זה הקורא בספר דברי הימים של מלכי הגוים ובשירים עגבים ודברי שחק שאין בהן חכמא ולא תועלא אלא אבוד זמן בלבד: *libros Hæreticorum*, *ut sunt libri Aristotelis Græci & sociorum ejus*; *& in genere*, *qui legit in libro Chronicorum Regum Gentilium*, *& in Poematibus amatoriis & lascivis*, *in quibus nulla est sapientia*, *neque utilitas*, *sed solum temporis jactura*. Eam ob causam arcebantur studiosi a lectione libri Ben Siræ, quamvis Gebræus erat, quia multa vana & otiosa suo scripto inseruerat; qualis autem sit ille Ben Sira judices ipse ex lectione *Bartoloccii* (134). Imo ea accuratione hæc ursere, ut etiam cum balneo infantem, cum bono malum, ejiciendum voluerint: ואפילו דברים טובים שבהם אסור לקרותן (135) *Etiam verba bona*, *quæ in iis sunt*, *probibitum est legere*. Mitiores tamen suspendendum saltem voluere studium Exoticorum ad annum ætatis vicesimum quintum, לא ילמד בחכמה יונית עד שיגיע הלומד אל עשרים וחמשה שנים: (136) *Ne addiscat* (Juvenis) *sapientiam Græcam*, *donec attingat annum vicesimum secundum*. Alii adhuc laxiores post annum vice simum id permisere (137). Redolet illa lex *Muntzeri* ejusque asseclarum rigorem, qui lectionem librorum Gentilium plane damnarunt, quod tamen non mirum est, cum fuerint intet illos dicti *Abcdarii*; qui in genete omnem lectionem prohibebant, & nec satis benigni erant ipsius sacri Codicis lectioni, quod satis superque loquitur illa blasphema aspernantis *Muntzeri* vox: Quid *Bibel*, *Bubel*, *Babel*? (138); sed & alii fuere ejusdem severitatis, ut taceam Concilium Carthaginense quartum, cujus canon decimus sextus lectione librorum Gentilium Episcopo interdicit, & Romano-Catholici, quorum catalogus librorum prohibitorum notus est. Cæterum ut ad nostros Judæos revertamur, particulare fuit id apud illos edictum, cujus fulmen nec semper, nec omnes percussit, nam & ipsum Paulum acerrimum aliquando Judæum in Gentilium scriptis haud mediocriter versatum, imo, ut loquitur *Meursius* (139), *literarum secularium peritissimum fuisse*, & supra innuimus, & jam disertins ostendemus; non tamen vacat omnia discutere, quæ in ejus scriptis Heracliti, Philomenis, Platonis, Socratis, Euripidis &c. lectionem redolere alii subolfecere, sed nos in clarioribus subsistemus; Quod itaque Paulus habet 1. Cor. xv. (140)

Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί

Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Est Carmen Jambicum Trimetrum, (quamvis collector fragmentorum Menandri id non habet,) Menandri, Poetæ communi Græcorum calculo probati, cujus ideo jacturam lugent omnes, qui Græca amant.

Sic quod exprobrat Cretensibus (141)

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cres semper mendax, *mala bestia*, *venter edax est*,

Ut vertit *Canterus*, ipse fatetor, aliunde se mutuatum esse; inquit enim: Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος προφήτης, *Dixit aliquis ipsorum proprius Propheta*, nempe *Epimenides*, cujus hoc esse Hexametrum (in libro, cui rubrica: περὶ τῶν χρησμῶν), sed ab eo postea contra Cretenses a *Callimacho* accomodatum fuisse, auctor est Hieronymus (142) Ita &

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν --- ---

Ipsius enim & genus sumus (143)

Est caput, non, ut posuit *Hieronymus*, cauda versus Heroici, pacti ab *Arato*, cujus præter *Strabonem* Veterum haud pauci summa cum laude meminere; ita enim ille ἐν φαινομένοις:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν

Ἄῤῥητον μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα

Καὶ λιμένες πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν --- ---

Abs

Abs Jove principium, nullo qui tempore nobis
Prætereundus erit, cujus late omnia Numen
Compita & omne forum, pontique profunda tumentes
Atque omnes portus implet; nemoque potenti
Auxilio caruiſſe queat, Genus omnis ab illo
Quippe trahit --- --- ---

Ubi occaſionem ex hac allegatione Pauli non arripiemus diſputandi; an Deus pie vocari poſſit nomine Jovis, quod J. *Seldenus*, ſecus quam *Lactantius*, putat, ſed addemus, vero haud abſonum videri, quod ſequitur in eodem verſu: Ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινέμεθα καὶ ἐσμέν. *In illo vivimus & movemur & ſumus*, e monumentis ejuſdem *Arati*, ut ſentit *Sixtus Senenſis* [144] translatum eſſe, nam & haud parum concordat cum allatis verſibus, & idem urgetur his *Arati:*

--- --- Ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει, λαοῖς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει
Μιμνήσκων βιότοιο. λέγει δ' ὅτε βῶλος ἀρίστη

--- --- *Qui blanda homines pietate fovendo*
Læta illis dat ſigna manu, populoſque frequentes
Ultro operi accingit, vitæ dulcedine captos.

Sed elegantem hanc materiam nobis e manibus quaſi tempus extorquet, qui tamen digito monſtrabimus *Hieronymum* [145] *Euſebium* [146] *Sculterum* [147] *Gerhardum* [148] *Tertullianum* [149] *Cl. Eſpencæum* [150] *Dilherrum* [151] *Druſium* [152] *Cornelium a Lapide* [153] & Commentatores. Patet ergo, quæ fuerit reverentia hujus edicti temporibus Pauli, & ſi jam propiora ſpectamus, non abſtinuere Rabbini lectione librorum Exoticorum, teſtis eſt liber *R. Aſariæ Edomæi*, cui titulus מאור עינים *Lumen oculorum*, in quo allegantur multa ex *Hieronymo*, *Auguſtino*, *Cicerone*, *Plutarcho*, *Origine* aliis; teſtis eſt liber מבחר הפנינים *ſelectæ margaritæ R. Salomonis b. Gavirol*, continens multa præcepta Ethica ex Philoſophis Græcorum atque Arabum collecta; teſtes ſunt tot monumenta Græca atque Arabica, quæ ad verbum in Rabbinica transfuſa ſunt, aliaque, ut patiar *Joſephum*, atque *Philonem* ſilere.

Ita remotum eſt repagulum; ut ulterius progrediamur, ubi comperiemus ulterius quoque progreſſam Judaicam induſtriam nihil intentatum reliquiſſe, quin in omnes totius literatij orbis ſcientias ſeſe diffuderit; quid quod ſint, qui ex ſolo ſacro Codice velut e vaſto omnium Oceano, omnia Scientiarum genera polliceri audent? De Theologia non eſt dubium; Juriſprudentiam prolixo filo inde texuerunt *Nic: Mongeoigius* (154) *Seldenus* (155) *Corradus Heresbathius* [156] *W. Zepperus* (157) *Empereur* (158). *P. Pithæus* (159). Medicinæ veſtigia eruerunt *Alſtedius* (160) *Vincent. Molem* (161) *Joh. G. Groſſius* (162) *F. Walleſius* (163) & πολυμαθέστατος noſter νῦν ἐν ἁγίοις *Th. Barthotinus* (164). Hiſtoriæ, Chronologiæ & Geographiæ lucem & primam eſſe ſcaturiginem qui negaret, næ is ad lucem cæcutiret; de hoc fonte biberunt *Calovii*, *Funcci*, *Petavii*, *Tornielli*, *Saliani*, *Calviſii*, *Helvici*, *Vichmanni*, *Gedaliæ*; *Dioridæ*, *Gantzii*, *Strauchii*, *Lightfooti*. Hinc janua patuit *Adricomiis*, *Buntingiis*, *Quareſmiis*, *Heidmannis* aliis ad Topographiam. Phyſicam inde non erudite minus, quam late diduxere ſtupendæ eruditionis *S. Bochartus* (165) *Flood.* (166) *Joh. Mey.* [167] *Frantzius* [168] *Urſinus* [169] *Joh. Bauſtamante* [170] *Lev. Lemnius* [171] *Adrian. Cocquius* [172] *Arias Montanus* [173] *J. Baccius* [174] *Fabricius* [175]; latet ibi explanante *Alſtedio* [176] Botanica [177] Oryctologia [178] Meteorologia [179] Zoologia [180] Anthropologia [181] Coſmologia [182], quod confiteantur *Svarezii*, *Saliarii*, *Molinæ*, *Sherlogi*, & quotquot cum iis in Hexaemeron commentati ſunt. Nucleum *Ethicæ* ibi condi oſtenderunt *Lamb. Danæus* [183] *Conr. Aslacus* [184] *Adr. Coquius* [285] *Alſtedius* [186] *Caſ. Neuboldus* [187]; Metaphyſicam non penitus inde exulare compertum habent, quotquot Theologorum ſcripta ſibi familiaria reddiderunt; evolvantur interim *Meiſnerus* [188] *Pfeifferus* [189] *Rudrauffius* [190] *Veems* [191]. Politicam inde addiſcendam dedit *Menochius* [192] Matheſeos ſpecimina ediderunt *Flood* [193] *Ar. Montanus* [194] *Villalpandus* [195] *Breerevodus* (196) *Mat. Holſtus* (197) Logicæ *Jac. de Montefrio* (198) *Alſtedius* (199); Philologiæ Grammaticæ, Rhetoricæ *Glaſſius* (200) *Maxim. Sandæus* (201) *Salmeron* (202) *Paul. Joſ. de Arriaga* (203) *Joh. Driedo* (204) *Didac. Valades* (205) *Carolus Regius* (206) Poeſeos *Joſ. de Voiſin* (207) *Buxtorfius* (208) *Th. Ebertus* (209). Et unde quæſo depromuntur antiquitates ſacræ in qualibet facultate, niſi ab hoc divite penu? certe quicquid in ſacris auſi ſunt ſa-

ſagaciſſimi antiquitatum urinatores *Kircheri*, *Toſtati*, *Seldeni*, *Dilherri*, *Stuckii*, *Pfeifferi*, *Urſini*, *Outrami*, *Baldavini*, *Schmidii*, *Friſchmuti*, *Menochii*, *Franzii*, *Leusdenii Pocokii*, *Vagenſeilii*, *Hottingeri*, *Slevogti*, *Cunæi*, *Schickardi*, *Calovii*, *Dieterici*, *Buxtorfii*, *Sviceri*, *Sigonii*, *Gejeri*, *Novarini*, *Spenceri*, *Opitii*, *Daſſovii*, *Hulſii*, *Barnitii*, *Vitringæ*, *Carpzovii*, *Loſſii*, *Scheidii*, *Gentii*, *Lightfooti*, *Strauchii*, *Serarii*, *Mulleri*, alii, id omne ad hanc amuſſim exegere. An autem Chemia quoque in ſacra Scriptura ſedem habeat, Cel. *Pfeifferus* (210) dubitat, nos cum ipſo, etſi *Alſtedius* (211) eam inde protrahere non dubitavit, ars tamen liquefaciendi, igneque purgandi ſuas ſibi vindicat ſedes. Alia quæ ſunt, ſedulo elicuit omnia Cl. *Alſtedius* (212) cum quo etiam tuto atque pie concludimus: *Non eſt liber, niſi Scriptura*, id eſt, quæcunque omnes & ſinguli totius orbis libri continent, ea omnia & ſingula continet Sacer Codex. Imo ulterius progreſſum eſt ingenium Cel. *Pfeifferi*, qui ſolius Geneſeos ſphæra ſe circumſcribi paſſus, inde omnium ſcientiarum artiumque ſciagraphiam delineavit, titulumque libro acute fecit כל-בו *omnia in eo*, occaſione libri Rabbinici.

Hæc ubi attendimus, facilius credemus cum *Ariſtobulo* (213) *Clemente* (214) *Euſebio* (215) *Huetio* (216) aliis, ex hoc fonte plurimos ad Gentiles dimanaſſe rivos. Sed ſi illa curioſiori non ſatisfaciunt, inquiramus adhuc diligentius in Academias Hebræorum, ubi offendemus Literatos, maxime poſtquam diverſas in oras diffuſi erant, in diverſa ſtudia diffuſo quaſi curſu præcipitaſſe, ſuoſque ante æmulos jam certatim æmulatos eſſe. Theologos ante habuimus, qui & ipſi juxta varia, quibus præcipue inſudabant, in varias diſpeſcebantur claſſes, nam יש בעלי מקרא יש בעלי משנה יש בעלי גמרא יש בעלי אגדה יש בעלי מצוות יש בעלי מעשים טובים *Alii ſunt Biblici* (qui Exegeticis reſpondere amant) *Alii Miſchinici* (qui Poſitivis), *alii Gemarici* (qui Polemicis) *alii Allegorici* (qui Homileticis) *alii Theoretici*, *alii Practici*. Alias Theologiæ Syſtematicæ Judaicæ. 13. *Fundamentales* vulgariter conſtituuntur *Articuli*; Primus *de exiſtentia Dei*; Secundus *de unitate*, Tertius *de Spiritualitate*, Quartus *de æternitate*, Quintus *de cultu adorationis*, Sextus *de Prophetia*, Septimus *in ſpecie de Prophetia Moſis*, Octavus *de origine Legis*, Nonus *de immutabilitate Legis*, Decimus *de Providentia Dei* Undecimus *de Præmiis & Pœnis*, Duodecimus *de adventu Meſſiæ*, Decimus tertius *de Reſurrectione mortuorum*. Hæc ſunt ea fundamenta, quæ condidit *Maimonides* (217), recitavit præter alios poſt eum *Leo de Modene* (218), approbavit cum pleriſque *Menaſſe ben Iſrael* (219), ſed improbarunt *R. Chaſdai*, *Abarbanel*, *Joſeph Albo*, quædam iis addendo, e. g. de variis aliis attributis Dei, creatione, libero arbitrio, immortalitate animæ, pœnitentia &c., nonnulla ſubruendo, ut præter alia articulum de Meſſia, quem a *R. Joſepho*, cum eum ante aliquot annos ductu Præceptoris Cel. *Steenbuchii* legerem, ſumme mirabar e fundamentalibus detruſum eſſe; ait enim aperte לפי דעתי אין ביאת המשיח עקרי (220) *Juxta meam ſententiam articulus de adventu Meſſiæ non eſt fundamentalis* quo adhuc audacior fuit Hillel, qui adventum Meſſiæ plane (221) negavit, & jam tum factum credidit; hæc autem uberius perſecuti ſunt *Hulſius* (222) *Ric. Simon* (223) &c. Non examinabimus abſurda, quibus Theologiam ſuam Judæi conſpurcavere relinquimus hoc Augiæ Stabulum Theologis purgandum; dubitabimus ſaltem, an ſerio dicant Judæi & proprie ſentiant: *Deum plorare, rugire, ululare, gemere, phylacteriis uti, orare, inſtar Hebdomadarii pallio ſimbriato amiciri, excandeſcere momento, quod deprehendi nequit, niſi quando gallus uno pede ſubſiſtit, & criſta ejus flaveſcit, ſtudere Talmudi & intra 4. ejus cubitos poſt deſtructionem templi coarctatum eſſe; effundere lacrimas in oceanum, quarum ſonitus in extremis mundi auditur, & unde tonitru terræque motus excitantur, fugere, & in exilium migrare, diſputare cum Angelis de lepra Rabbina arbitro aſſumto &c.* quæ prolixiſſime recenſentur explananturque a *Bartolocio* (124) ab aliis alias paſſim notata. Nuncium oportet remiſerint Scripturæ, ſi hæc ſimpliciter credant.

Theologiæ ſtudio affine & quaſi gemellum erat Juridicum, quippe quod communi cum eo nitebatur fundamento. Habuere ſuos Mathematicos, Aſtronomos & Calendariographos, ut conſtat etiam ex *Vopiſco* (225), qui: *Nullus*, inquit, *ibi Samarites, nullus Judæorum Archiſynagogus, nullus Chriſtianorum Presbyter, qui non ſit Aruſpex, Mathematicus, Aleiptes*, ubi Mathematicus Judæis reſpondet, conſentiente cum aliis *Le Moyne* (226); quamvis hi ipſi exoſi fuiſſe videntur, cum alias vix dicerent: תיפח רוחן של מחתבי קצין (227)

(227) *Rumpantur eorum ſpiritus, qui ſupputant tempora, &* אין התורה מצויא לא באסטרולוגין ולא באיסטגנין (228) *Lex non invenitur in Aſtrologis & Genethliacis*, nec adeo male audirent Babylonii & Chaldæi, qui apud ipſos, ob Aſtrologiam dubio procul, in proverbium abiere, quod in mendaces dicitur כי היכי דמשקר בבלאי וכולי (229) *Quemadmodum mentiuntur Babylonii*, cui ſimilis eſt lepida noſtrorum locutio: Ut tregcke Ulmanacker. Alias laudatur inter Rabbinos R. Abr. Kabeſci, qui tantum profeciſſe fertur, ut potuerit futura cognoſcere ex motu foliorum, etiam non ſpirante vento; item Eleazar Chiſma, qui numerum guttarum in mari inire potuit. Quid quod exculta etiam fuerit Aſtrologia judiciaria, ut patet ex ſequentibus: האי מאן דחמה יהי גבר (230) *Qui ſub Sole natus eſt, erit vir illuſtris* האי מאן דבכוכב נוגה יהי גבר עתיר וזנאי *Qui ſub Venere naſcitur, erit vir dives & libidinoſus* האי מאן דבכוכב יהי גבר נהיר וחכים *Qui ſub Mercurio, erit memoria valens & ſapiens:* מאן דלבנות יהי גבר סבל מרעין *Qui ſub Luna, erit obnoxius multis morbis &c.* Scite tamen de ſe concludunt אין מזל לישראל (231) *Non eſt aſtrum Iſraeli*, quod prolixe explicat *Abarbanel* (232). Cæterum de Matheſi Hebræorum ſcripſere *Buxtorfius* (233) *Stauchius* (234) *Seldenus* (235) *N. Mullerius* (236) *Munſterus* (237) *Scaliger* (238) *Chriſtmannus* (239). Non deeſt ipſis vel Phyſica, vel Ethica; vel Metaphyſica vel Logica, quanquam recte obſervante *Ric. Simone* plerumque nitantur principiis Ariſtotelis. Culta fuit apud eos Medicina, etſi non ſatis honorifice de Medicis loquantur, e. g. טוב שברופאים לגהינם (240) *optimus Medicorum ad gehennam* לא תדור בעיר דריש מתא אסיא (241) *Ne habites in urbe, cujus caput eſt Medicus*: Habuere ſuos Hiſtoricos & Chronologos, ſed & nimis parcos, & minus accuratos, maxime in alienis: Ils n' ont pas, inquit *Ric. Simon*, mieux reuſſi lorsqv' ils ſe ſont melez d' ecrire les Hiſtoires des autres Nations, ſ' etant contentes de traduire leurs Livres, & de les abreger ſans aucun diſcernement. Philologiæ & Poeſi incubuere, nec ejus Poetarum ipſis fuit ignotum, quippe apud quos etiam.

Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

המשורר יעלה איש האנשים השמים ויוריד שרים וקצינים בעמקי מים ונמשלו המשוררים החכמים אל ערוגת הבשמים אם העננים

ישקום יודו על חסדם בלשון בשמים לעיני כל היקום (242) *Poeta evehit homines etiam viles uſque in cœlum & Principes ac Duces detrudit in abyſſum. Et ſimiles ſunt Poetæ areolæ aromatum, quam ſi nubes irrigaverint, confitetur earum benignitatem lingua odoris ſui in oculis omnium.* Hinc illud: מיטב השיר כזבו (243) *optimum in carmine eſt mendacium.* De Poetis iterum aſtipulor *Ric. Simoni* dicenti: On ſcait, que la Poeſie n' eſt pas fort ancienne parmi les Juifs; au moins de la maniere qu' elle y eſt aujourd' gui. Vide de poeſi *Buxtorfium* (244) *Pfeifferum* (245) *Echardum* (246) Mythologia ante ſatiati ſumus ad vomitum. Magica ſi annumerare velis, audies *Lut.* narrantem, Judæum quendam voluiſſe Ducem Saxoniæ Albertum artem docere, ne gladio vulneraretur; Ducem vero miratum, quomodo hoc fieri poterat, tandem extracto gladio: Tuo id me docebis experimento, dixiſſe, atque ita Judæum adeo læſiſſe, ut neque Schem hamphoraſch, neque appenſum Kamea reſtitui potuerit. Tradunt a. Pſalmum I. mundo pergameno inſcriptum, cum nomine Angeli אלהר abortum impedire, Pſalmum II. teſtæ inſcriptum mare ſedare, Partem ejus pergameno inſcriptam dolores capitis componere, Pſ. CXVI. prodeſſe ne quis vulneretur (247); Chiromatica, Oniromantica neque ipſis intacta.

Hæc ad oculum paterent, ſi locum hic Bibliothecæ Rabbinorum feciſſemus, quod quidem illud, quod deſcribimus, Lyceum poſtularet, & poſtulatum non detrectaviſſemus, niſi & molem metuiſſemus, & ita eam materiam, ut nihil nobis reſiduum ſit, præripuiſſent *Sixtus Senenſis*, *Genebrardus*, *Buxtorfius*, *Plantavitius*, *Hottingerus*, *Bartoloccius*, & ex ipſis Rabbinis *R. Sabatas*, cujus שפתי ישנים *Labia dormentium*, quo titulo liber ejus ſuperbit) Latina veſte induturum ſe eſſe jam tum promiſit Cel. *Chr. Vormius* (248), Profeſſor noſtri Prytanei, Fautor Deſideratiſſimus, cujus ætatæm quo longius ſuperat ingenium atque eruditio, votum ſolvendum eo ardentius literata ſolicitat corona. Frequentet ergo, cui volupe eſt, nominatas Bibliothecas, nos pro liberanda fide aliquot ſaltem Scriptores in certas claſſes redigemus, ordinis tamen parum curioſi. Accedant vero prius πολυμαθέςατοι Rabbinorum, qui unius ſcientiæ foro contineri noluere, & inter eos *R. Abraham Levita* Theologus, Hiſtoricus, Phyſicus, Aſtronomus, *R. Bechai* Juris conſultus, Philoſophus, Theologus,

Cabbalista , *R. Abraham ben Samuel*
Zachut Theologus, Historicus, Astrono-
mus. *R. Eliefer Hyrcani filius* Astrono-
mus, Theologus, *R. Abraham ben Meir*
de Balmis Physicus, Logicus, Astrono-
mus , Metaphysicus ; *R. Aben Ezra*
Theologus, Philosophus, Astronomus ,
Medicus, Poeta, Grammaticus, Cabba-
lista ; *R. Abraham Chjia* Astronomus &
Ethicus, ut de *Maimonide* aliisque nihil
dicamus. Sed amplius in specie ad Theo-
logica , Catechetica & Polemica præter
citatos Interpretes spectant ספר החינוך
Catechismus , כר הקמח Loci Commu-
nes , חובת הלבבות *officium cordium* ,
נצחון tam *R. Mattathiæ*, quam *Lipma-*
ni, qui in Evangeliis nostris oppugnan-
dis sudavere , ספר אמונה continens de
fensionem fidei Judaicæ, עקרים R. Jose-
phi Albo , עץ חיים Theologia Caraita-
rum , אבן שתיה *Lapis fundamentalis* .
Ad Homiletica תפארת ישראל *Decor Is-*
raelis , ויקהל משה liber concionum ,
דרשות רבינו ניסים , qui fuit Discipulus
R. Nachmannidis; & ejusmodi דרשות
numero carent . Ad Cabalistica ספר
היצירה qui Abrahamo tributur , אור
יקר , זוהר , בהיר , היכל יהוה , & quis
demum omnes enumerabit ? Ad Casui-
stica שאלות ותשובות quales libri sunt
quamplurimi . Ad Juridica כל בו Dige-
sta Judaica , ספר המוסר Theologicis Po-
litica immiscens , אגור R. Jacobi Lan-
dani , בעלי נפש R. Abrahami ben Da-
vid , ארבע טורים R. Jacobi חוקות הדיינים
R. Meir, תורת החטאת R. Mosis Iserle,
Ad Mathematica , Astrologica & Geo-
metrica ברית אברהם libellus Arithmeti-
cus , מלאכת המספר itidem , אקלידוס
Euclides versus per Mosen Ab. Tyb-
bon , צורת הארץ Sphærica R. Abraha-
mi ben Chia , aliorumque , מהלך
הכוכבים *Iter Stellarum* , עברונות Liber
intercalationum de solstitiis, æquinoctiis,
& totius Calendarii ratione, בתי שלום
Calendarium R. Schalom , ספר התשבורת
R. Abrahami de Algebra , מלאכת
גימטריא *Opus Geometricum* R. Eliæ O-
rientalis, לוחות התכונה *Tabulæ Fastorum*
quales complures sunt, & quarum spe-
cimen reperire est apud *Bartoloccium* .
Ad Philosophica, Opera *Averrois* & *A-*
ristotilis versa , nam non totum solum
Aristotelem sua lingua donarunt , sed
& iis , quæ nostra exemplaria non ha-
bent , auxerunt : sed singulatim ad
Metaphysica מלחמות יהוה Auctore Ral-
bag , נוה שלום præter Theologica &
Physica etiam Metaphysica tractans ,
מעשה מרכבה *Opus currus* R. Maimoni-
dis; (249) Ad Physica רוח חן Physica R.
Abhen Thybon , נשמת אדם De anima
& ejus facultatibus, שבילי אמונה Physica
Astronomicis mixta , שער שמים R. Gerson
de omnibus rebus creatis , volatilibus ,
serpentibus , brutis, terra, montibus ,
ventis , elementis , nive , grandine ,
plantis, lapidibus &c. Ad Ethica אורחות
חיים *Viæ vitæ* bene instituendæ , בית
מדות *Domus morum* , הלכות דעות Mai-
monidis , חסידים *R. Samuelis* , מבחר
הפנינים R. Salomonis ben Gavirol ,
מוסרי הפילוסופים Moralia Philosopho-
rum , שלחן ערבה de civilitate morum
in accumbendo . Ad Medica אור עמים
R. Obadiæ, הנהגת הבריאות de conser-
vanda valetudine, מראות מי רגלים *Co-*
lores urinæ. Ad Logica מלות הגיון *Ex-*
plicatio terminorum Logicorum, כליל יופי
Logica R. Misser Leonis , צרור הכסף
Logica R. Joseph Caspi . Ad Historica,
Chronologica & Geographica דברי הימים
Chronicon, qua tamen fronte multi li-
bri superbiunt, יוחסין R. Abrahami Za-
chut , שלשלת הקבלה Chronologia &
Historia R. Ghedaliæ , צמח דוד Chro-
nologia & Historia R. D. Ganzii, סדר
סדר עולם רבא Cronicon majus עולם
זוטא minus , יסוד עולם R. Isaaci Israe-
litæ, ימות עולם R. Abarbanelis , מאור
עינים R. Asariæ Josephus (250) omnium
manibus teritur; an numerari vero non
meretur Josephus Ben Gorion , quippe
qui observante præter alios Celeb. *du*
Pin (251) suppostitius est, cum de Go-
this loquatur tanquam essent in Hispa-
nia, & de Francis tanquam in Gallia,
& illi tamen populi ibi non nisi circa
quintum seculum esse cœperint; ut in
de pateat Auctorem ejus vixisse tempo-
re Hieronymi , & scrinia Josephi com-
pilasse , solisque fabulis adauxisse . Ac-
cedunt hisce Ritualia יד חזקה R. Mai-
monidis, & in eum R. Joseph Karo ,
מנהגים qui titulus pluribus communis
est , אבן העזר Rab. Isaaci Karo ,
אדרת אליהו de ritibus Carræorum . Ad
Philologica multæ Grammaticæ, quarum
celebriores artifices habentur R. Judas,
R. Jonas R. Aben Ezra, R. Moses &
David Kimchi, R. Elias Levita; Mul-
ta quoque Lexica, ערוך R. Nathanis &
ערוך הקצור ejus compendium, לקח טוב
Lexicon Hebræo Germanicum, שרשים
R. D. Kimchi, מעריך המערכות per Ju-
dæum Aquinatem , אמרי בינה Lexicon
in librum Zohar, שמות דברים Vocabu-
larium R. Eliæ Levitæ, תשבי Lexicon
ejusdem, quibus omnibus palmam præ-
ripit Lexicon Davidis de Pomis. Philo-
logicis annumerari possunt מאיר נתיב
Concordantiæ Hebraicæ, ספר צחות *Ele-*
gantiæ R. Abr. ben Meir , מעין גנים
Epistolæ familiares elegantissimæ . Hæc
ipsa

ipſa quoque Rhetorica produnt, & quamvis præcepta Rhetorica ex profeſſo a Rabbins ſcripta mihi non occurrerint, ut conſentirem R. *Simoni* dicenti (252). La Rhetorique & la Poesie n'ont ete gueres cultivées, par les Rabbins &c. C'eſt, pour quoy leurs Predicateus n'étudient point l'art de bien parler: Omnibus tamen floſculis ſterilia non ſunt eorum ſcripta; dabimus, ut ex ungue leo noſcatur, exemplum *αὐξήσεως* רבי אלעזר ברבי שמעון בן יוחאי ורבי ישמעאל ברבי יוסי ורבי שמעון בן חלפתא היו בעלי בשר מאד וכן נשיהם גם כן באופן שכשהיו מקריבים איש ואשתו ברם זה בנגד זה היה יכול לעבור תחתיהם אז שורים: (253) *Rabbi Eleazar Berabbi Simeonis ben Jochai, R. Iſmael Berabbi Joſe, & R. Simeon ben Calpatha fuerunt ad modum corpulenti, ſimiliter erant eorum uxores, & taliter ut quando vir & uxor ſimul jungebantur, & corpus unum alterum tangebat, par boum ſubter utrumque tranſire potuerit*. Qui hæc legis, vix plura a me poſtulabis; Qui vero civiliora ſitiunt acumina, legant בחינת עולם ubi mille deliciæ, & דופי הזמן R. Obadiæ. Ad Poetica מאזני משקל Proſodia Hebraica מרפא לשון In cujus ſecunda parte explicantur metrorum genera, מחברות עמנואל Poema elegantiſſimum amatoria & jocoſa libertate nulli Latinorum cedens, בן משלי Carmen ante 700. annos Scriptum תהלי תהלים Pſal. Rhythmice. Ad Muſica שלטי הגבורים R. Abraham Aria Mutinenſis. Ad Magica præter Cabbaliſtica רזיאל doceus quomodo cum Sole & Luna loquendum, morbi procreandi, curandi, civitates evertendæ, terræ motus excitandi &c. Ad Mythologica משלי שלמה Æſopus Hebraice verſus משלי שועלים R. Berachiæ, eſt *Parabola vulpium*, cui non male diceres reſpondere notum lepidum libellum. Rennicke Fuchs. Ad Onirocritica Tractatus Talmudis Beracoth (254 ex quo ordine Alphabetico ſomniorum interpretationem ſtrictim legendam dedit Cel. *Pfeifferus* (255) Credunt quippe Judæi ſomnia eſſe reliquias Prophetiæ נובלת נבואה חלום (256) *Somnum eſt quaſi deciduus fructus Prophetiæ*. Sic ut ſpecimen habeamus, inquiunt כל מני חיות יפות לחלום חוץ מן הפיל והקוף והרפור (257) *Omnes ſpecies animantium bonæ ſunt in ſomnio, exceptis elephante, ſimia & Ericio*. כל מיני עופות יפין לחלום חוץ מן קריא וקפופא: (258) *Omnes ſpecies avium bonæ ſunt in ſomnio, exceptis bubone & noctua*. Ad Chiromantica, חנוך R. Ghedaliæ, cui id nomen ex mortuo filio impoſuit. Phura addere non vacat.

NOTÆ IN CAPUT UNDECIMUM.

(1) *Satyr.* 14.
(2) Coutumes des Juifs ſec part. chap. 2.
(3) *Cap.* 6. *v.* 7.
(4) *Vajik Rab. ſect.* 12.
(5) *Pik Ab. cap.* 5.
(6) *Tal. Hieroſ. Berach. cap. ult. ſ.*
(7) *Berach. fol.* 63.
(8) *Baba Baſ.*
(9) *Pirk Ab. cap.* 6.
(10) *Lib.* 12. *Antiq. cap.* 7.
(11) *Lib.* 1. 59. 60.
(12) *In Berach.*
(13) *Deut.* 23.
(14) *Annot. in Raym. Pug. fid.*
(15) *Bibl. San. l.* 1.
(16) *Appar. Sacr. T.* 1.
(17) *Syſt. T.* 1. *p.* 496. *ſ. Proleg. in Gen. & Crit. Sac. p.* 148.
(18) *Not. ad Ev. Matt.*
(19) *Obſ. in N. T. P.* 1.
(20) *Exerc. id Nom.*
(21) *Diſſ. de Synag.*
(22) *Abbrev. p.* 163.
(23) *Exeg. L.* 1. *de S. Sc.*
(24) *Part. Cod. Hebr.*
(25) *Præfat. in Pſal.*
(26) *Defenſ. Crit. Sac.*
(27) *Ubi de Maſoret. egimus.*
(28) *Ad Bibl. Ang. Proleg.* 8.
(29) *De Sac. Script. Exer.* 52.
(30) *De Civitat. Dei l.* 18. *c.* 11.
(31) *Annal.* 231. *c.* 11. *ſeq.*
(32) *Stromat.* 5.
(33) *Præpar. Evang. l.* 8.
[34] *Demonſtrat. Evang. p.* 279.
(35) *Apud. Euſeb. Præp. Evang. l.* 9. *c.* 6. & *l.* 13. *c.* 12.
(36) *In caten. Cabb.* 24.
(37) *Ant. Jud. in præf.*
(38) *Bibl. Rab. p.* 437.
(39) *Diſp. Bibl. l.* 2.
(40) *Proleg. g.*
(41) *De Converſ. Jud. Proc. p.* 49.
[42] *Critic. ſac. Diatr.* 11.
[43] *Pec. tract.*
[44] *Syntag. de Verſ. LXX.*
[45] *Animadv. ud Chron. Euſeb. p.* 123.
[46] *Offic. Bib. Repoſ.* 1. *Thec.* 4. *Arc.* 2.
[47] *Iſag. ad S. Scrip.*
[48] *De Verb. Dei c. Bellar. p.* 218.
[49] *Iſag. ad S. Scr. c.* 9.
[50] *In ſuis Tetraplis, Hexaplis, & octaplis.*
[51] *Phil. Heb. M. P.* 33. 35.
[52] *De verb. Mirif. l.* 3. *c.* 13.
[53] *Critic. Sac. p.* 228.
[54] *In lib. cui tit.* Wegeleuchte wieder der Judische Finsternis *in Appen. p.* 595.
[55] *Crit. Sac. p.* 230.
[56] *Mor. Nev. P.* 1. *c.* 27.
[57] *Crit. Sac. cap.* 8. & *Diſp. p.*
[58] *Theſ. Phil. l.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 1.
[59] *Phil. Heb. M. Diſ.* 5. *ſ.*
[60] *Bech. Happ. D.* 1. & 2.
[61] *De variis Scrip. edit. c.* 3.
[62] *Phil. S. P.* 2. *c.* 2.
[63] *Præfat. in Tar. Hier.*
[64] *Præf. annot. in Gen.*
[65] *Pec. tract.*
[66] *Off. Bib. p.* 255. *ſ.*
[67] *Diſcorſo circa li Ebrei fol.* 75.

[68] איומה כנגרולה.
[69] *R. Jac. in Caphtor. fol.* 121.
[70] *Massech. Sopher. cap.* 12. *hal.* 7.
[71] *Ibid. hal.*
[72] *Abbrev. pag.* 220. *seqq. Lex. Tal, p.* 1171.
[73] *In Talm. p.* 213.
[74] *Beehin. Happer. pag.* 6.
[75] *Ad Nizach. pag.* 268.
[76] *Fol.* 44.
[77] Cent. *Chorog. Matt. præm. c,* 81.
[78] *In Part.* 2. *cap.* 2. de *Cerem. Jud.*
[79] *Vid. Deut.* 24. *v.* 3.
(80) *In Abbrev. p.* 24. 1.
[81] 2. *Cor.* 11. 24.
[82] *Præfat. in Theol. Jud.*
[83] *R. Ism. intr. in Mis. Vid. R. Maj. Præf. in Mischn.*
[84] *Intr. in Gem.*
[85] *Pec. Disp.*
[86] *Annot. in Raim. P. F. fol.* 25. *seq.*
[87] *Compend. Talm.*
[88] *Abbrev. Rubb.*
[89] *Judaism. Prolog.*
[90] De *Arc. Ch. V.*
[91] De *Conv. Jud.*
[92] *Flagel. Jud.*
[93] *Contr. Allegor. Talmud.*
[94] *Hotting. Thes. Philol. p.* 444.
[95] *Leusd. Phil. Heb. p.* 313.
[96] *Muller. Rabbinis p.* 1453.
[97] *Conciliat. in Exod. qu. ult.*
(98) *Philol. Hebr. p.* 314. *s.*
(99) *Crit. Sac. l.* 2. *c.* 7.
(100) *Cap.* 9. *ubi de Cabbalist. egimus.*
(101) *Præfat. in Mischn.*
(102) *Meor. Ena. Imr. bin. cap.* 15.
(103) *Vid. supr. cap.* 9.
(104) *Loc. c.*
(105) *In prœm. pug. fid. fol.* 60.
(106) *Hor. Hebr. in Luc.* 10.
(107) *Demonstr. Evang. p.* 1177. *seqq.*
(108) *Bereschi. Rab. Paras.* 8. *& Talm. Bab. Batr. cap.* 5.
(109) *Talm. in Berach. cap.* 9. *& Erab. c.* 2.
(110) *Ben Sira.*
(111) *Jalkut num.* 42.
(112) *Ibid. num.* 54.
(113) *Talm. in Gem. Gittin cap.* 7.
(114) *Bab. Batr. cap.*
(115) *Jalk num.* 927.
(116) *Bab. Bat.*
(117) *Ibid.*
(118) *Chetubhot & Bab. Batr. passim.*
(119) *Chetub. Haroch p.* 58. *& Chaghig. cap. I.*
(120) *Vid. Alphab.* 2. *Ben. Sira inprinc.*
(121) *Specim. Theol. Myth. Hebr.*
(122) *Vid. Schyl. Arb.*
(123) *Vid. alia apud Scherz. l. cit.*
(124) *Vid. lib. Colh. Zohar & passim in Talm.*
(125) *Supplem. aux Cerem. des Juifs cap.* 2.
(126) *Maim. Mor. Neb. l.* 3. *c.* 43.
(127) *Loc. cit.*
(128) *Sotah cap.* 9. *S.* 14.
(129) *Coph. Nach. in h. l.*
(130) *Rom.* 3. 9.
(131) *Act.* 4. 1.
(132) *Thesaur. Eccles. in h. v.*
(133) *Sanhed. Misch. cap. Chel.*
(134) *Bibl. Rabb. pag.* 681.
(135) *R. Ash. in Sanh.*
(136) *Scalschel. Hakk.*
(137) *Vid Bartoloc. Bibl. Rab. pag.* 501.
(138) *Vid. Micræl. Syntagm. l.* 3. *sect.* 2. *de Heres.*
(139) *Exerc. Crit. part. I. p.* 214.
(140) *Vers.* 33.
(141) *Tit. I.* 12.
(142) *Comment. in h. l.*
(143) *Act.* 37. *v.* 28.
(144) *Biblioth.*
(145) *Epist. ad Magnum.*
(146) *Præpar. Evang. l.* 13.
(147) *Obser. in Tit. s. Orat.*
(148) *Tom.* 9. *p.* 490.
(149) *Lib.* 1. *ad uxor.*
(150) *Oper. p.* 423. *seqq.*
(151) Disput. *Tom. I. p.* 274.
(152) *In præter.*
(153) *In h. l.*
(154) De *Mosaico & Veteri Jure enucleand.*
(155) *De Jur. Nat. & gent.*
(156) *Epit. Jurisp. Christ.*
(157) *De Legibus Mos. For.*
(158) *In Bab. Kam.*
(159) Collat. *Leg. Mos. & Roman.*
(160) *Medic Sacr.*
(161) *De Morb. in sacr. lit.*
(162) Compend. *Medicin.*
(163) *Philos. Sacr.*
(164) *De Morb. Bibl.*
(165) *Hierozoic.*
(166) *Philosoph. Mos. Heres.*
(167) *Physic. Sac.*
(168) *Histor. animal.*
(169) *Arboret. Bibl.*
(170) De *animant. S. Scriptu.*
(171) Explic. *simil. & parabol. quæ ex herb. atque arboribus sumuntur.*
(172) *Phyt.* 5. *s. de plant. Sacr.*
(173) *Apparat. Vest. lapid. Sacr.*
(174) De 12. *gemmis Script.*
(175) *Cosmotheor.*
(176) *Phys. gener. Trium. Bibl.*
(177) *Vid. pag.* 78. 80.
(178) *Pag.* 14.
(179) *Pag.* 88.
(180) *Pag.* 94.
(181) *Pag.* 97.
(182) *Eth. Chris.*
(183) *Et. Christ.*
(184) *Et. Sacr.*
(185) *Ett. Sac.*
(186) *Catal. pior. & impior. in Gen.*
(187) *Philos. Socr.*
(188) *Pans. Mos. p.* 426.
(189) *Theol. Philos.*
(190) *Oper. Tom.* 3. *c.* 34.
(191) *Hieropolitica* 3. *lib.*
(192) *Philos. Mosaic.*
(193) *De Mensur. Sacr.*
(194) *De Mensur. Sacr.*
(195) *De Mensur. & pondere.*
(196) *De Mensur.*
(197) *Method. Didas. Bibl. præl. P.* 2. *P.* 3. *de ratione & for. Bibl. arguendi.*
(198) *Trium. Bibl. p.* 230.
(199) *Philol. Gram. & Rhetor. Sacr.*
(200) *Gram. Proph.*
(201) *Proleg.* 12. *de Trop. ac Schem. num. in sacr. literis.*
(202) *Rhetor. Christ.*
(203) *Lib.* 3. *de reg. SSæ.*
(204) *Tr.* 2. *c.* 4. *de Trop. locut. in Sacr.*
(205) *Rhet. Christ.*
(206) *Orat. Christ. lib.* 8. *c.* 13. *de fig. us. & ex. Sac. Trop.*
(207) *Annot. in Raym. Pug. f. p.* 105.
(208) *Gram. Maj.*
(209) *Poetic. Hebr.*
(210) *Pansoph. Mos. p.* 476.
(211) *Triumph. Bibl. n.* 62. *p.* 601. *S.*
(212) *Encyclopædia Bibl.*
(213) *Apud Eufeb. Præpar. Evang. c.* 13.
(214) *Stromat.*
(215) *Præp. Evang. passim.*
(216) *Demonstr. Evang. passim.*
(217) *In Sanhodr. cap. Chel.*
(218) *In fine sui lib.*
(219) *Prob.* 1. *de Creat.*
(220) *Cap.* 4.
(221) *Sanhed. id Gem. cap. Chel.*
(222) *Theol. Jud.*
(223) *Ad Leon. Mod.*
(224) *Bibliot. Rab.*
(225) *In vita Saturnin.*
(226) *Ad Policar. Epis. p.* 38.
(227) *Sanhed. cap.* 11.

(228) *Seph. Hammuſ. cap.* 10. *f.* 98.
(229) *Jalk. Zac.* 10.
(230) *Vid Schabb. fol.* 156. *col.* 1.
(231) *Ibid.*
(232) *In Deut. & Dan.*
(233) *Lex. Talm. p.* 2667. *f.* 2003. 2381.
(234) *De Comput. Talm. Rabbin.*
(235) *De Ann. Civil. & Calendar. Vet. Ec. Jud.*
(236) *De an. Jud. Lunæ Sol.*
(237) *Calend. Hebr.*
(238) *De emend. Temp.*
(239) *Calend. Palæſt.*
(240) *Kidduſch. f.* 82. *col.* 1.
(241) *Peſach. f.* 113. *c.* 1.
(242) *Emman. fol.* 47.
(243) *Mechaber. f.* 110.
(244) *Gram. Maj.*
(245) *Pec. Diatrib.*
(246) *Poeſ. Hebr.*
(247) *Vid Buxt. Abbr.*
(248) *Tract. de corrupt. Antiq. Jud. Veſtig. apud Tacit. & Martial. Lib.* 2. *in præfat.*
(249) *Tractat. de eo in fundam. Leg.*
(250) *De Antiq. Jud. Bell. Jud. &c.*
(251) *Bibliothec. Auctor. Eccleſiaſt. Tom.* 1. *p.* 61. *Diſſer. prælim.*
(252) *Ad Leon. cap.* 15.
(253) *Schaſch. Hakk. p.* 32.
(254) *Fol.* 56.
(255) *Panſoph. Moſ. p.* 485.
(256) ספר המעלות *pag.* 20.
(257) *Berach. f.* 75. *c.* 2.
(258) *Ibid.*

CAPUT XII.

Statuta Academica Hebræorum. In omni urbe Scholæ erigendæ. Nemo plane ignarus eſſet. Non ambitio, ſed amor Diſcipulum ad ſtudia vocaret. Præceptorem quæreret, non Magum, non νεόφυτον, ſed Senem non eum mediocris doctrinæ, ſed Excellentiorem, non plures ſed unicum. Scholam aſſiduus frequentaret: Diſcendo non muſſitaret. Tacitus Præceptorem attenderet. Ei non contradiceret. Rogaret tamen libere, ubi Scrupulus obvenerat. Submiſſe revereretur: Coram eo non exſpueret: Supra Deum tamen ne honoraret. Omnibus, qui aliquid didicerant, docere injunctum. Præceptor delectum diſcipulorum haberet. Repudiaret puellas; ſtupidos & inutiles; ſed non filios plebeji. Diſcrimen Diſcipulorum attenderet: Ad eos ſe accomodaret alliciendo & puniendo. Nihil eos celaret: Exemplo præiret: famæ diſcentium conſuleret: Pietati eos aſſuefaceret. Doctus in genere domi & in Eccleſia pius eſſet. Omnium ſtudioſus; nemini moleſtus; paucis familiaris, iiſque non plebejis, ſed ſuperioribus. Averſaretur converſationem mulierum & publicum colloquium. (Cur colloquium Chriſti cum Samaritana mirati Diſcipuli?) Eligeret uxorem ex inferioribus; Electam modeſte tractaret. Converſaretur eos, quos conſulere poterat. Librum mutuo datum ne alii accommodaret. Veneraretur omnes, a quibus aliquid didicerat. Non eſſet ambitioſus, non inflatus, non ſordidus, non aleator, non helluo, non ganeo, non iracundus, non verſipellis, ſed humilis, verbis cautus, ſedulus. A puero inciperet; Legeret cum delectu; Scripta veterum potius, quam recentiorum. Lecta recordaretur, repeteret, augeret, meditaretur. A curis & aliis avocamentis ſibi caveret; horas commode divideret. Etiam in familiari ſermone & ſuper menſam docte loqueretur. Non ſibi ſoli ſaperet; crebris exercitiis caleret. Inter diſputandum nec nimis loquax, nec nimis pertinax eſſet. Nemini ſe obtruderet; rogatus commode reſponderet. Leges circa ſcribendum Legem. Volumen Legis an & quando licuit vendere?

LEgum complurium jam tum ſupra mentionem ſparſim injecimus, hic complementum addere animus eſt. In communi autem edebantur leges in Conſiſtorio majori: בית דין הגדול שבירושלים הם עיקר תורה שבעל פה והם עמודי ההוראה ומהם חק ומשפט יוצא: *Conſiſtorium magnum Hieroſolymitanum fundamentum eſt legis oralis. Hæ ſunt columnæ doctrinæ unde prodeunt ſtatuta & judicia.* Alias nec minoribus Synedriis illa præſciſſa erat poteſtas; Imo quod in ſpecie leges Academicas concernit non dubito, quin quilibet Rector ſive Scholæ ſive Academiæ quædam ſtatuta, meliora ſibi quæ videbantur, ſuiſque diſcipulis, locis ac temporibus convenientiora addiderit, quæ poſtea in regulas abiere; idem mecum ſentit *R. Simon*: Les Rabbins inquit (2) ont auſſi écrit de certains Dinim *ou jugements*, qu' on peut reduire aux coutumes, parce que les Juiſs varient en cela, & que ces Dinim ne contiennent que des raiſon probables, paurquoy on doit faire une ceremonie plutot d' une maniere que de l' autre. Ut itaque ex Rabbinorum ſcriniis paucula, quæ noſtræ ſcenæ inſerviunt, depromamus, ſuperſedebimus recitatione vel ſexaginta præceptorum, quæ enumerat *Maimonides* (3) Judæis neceſſaria, inter quæ jubentur etiam *legem diſcere & docere, ligare phylacteria in capite & in manu, ſapientes honore proſequi, ſcribere ſibi librum legis*, vel 630. quæ a Moſe in monte Sinai

Sinai tradita circumferuntur (4) ut proprius in nostrum forum descendamus. Et ita universalis erat lex, *in omni ditione, vico & urbe instituendas esse Scholas* cui qui immorigeri erant cives, vel excommunicationis flumen, vel urbis suæ vastationem merebantur, ut supra (5) tonantem audivimus *Maimonidem*; dicunt enim insuper אם אין גדיים אין תישים אם אין תישים אין צאן אם אין צאן אין רועה אם אין רועה אין עולם (6) *Si nulli sunt hœdi, nullis sunt hirci; Si nulli hirci, nullus grex, si nullus grex, nullus erit pastor, si nullus pastor, nullus erit mundus*, quod adducit R. Salomon (7) de Achas, qui Scholas prohibuisse fertur. Et ut omnibus urbibus injunctum erat Scholas procurare, sic & omnibus hominibus aliquid ad minimum discere, nam דלא יליף קטלא חייב (8) *qui nihil plane discit, dignus est ut occidatur*. Sed qui se totum studiis devovere discupiit, bona intentione, ex amore scilicet, Palladem salutaret, oportebat; vapulabat, nomen qui & inanem saltem gloriolam inde captare desiderabat לא יאמר אדם אקרא כדי שיקראוני רבי אשנה כדי שאהיה זקן ואשב בישיבה אלא למוד מאהבה וסוף הכבוד לבא (9) *Ne dicat homo: discam vel studebo, ut me vocent Sapientem; studebo ut me vocent Rabbi, studebo, ut fiam senior, sed disce ex amore & tandem redibit ad te gloria*: Recordare hic iterum verborum Servatoris Μὴ κληθῆτε Ῥαββί *Ne inhibeatis titulo Rabbi*. Solo ita studiorum amore tractus Præceptorem quæreret, cum sit per arduum in Pindum propriis nervis eniti; &, si vel maxime quibusdam felicius ingenium superi indulsissent, ut sine alterius auspiciis arcem sapientiæ invadere posse viderentur, longe tamen utilius censebatur, quod supra etiam pluribus innuimus, per aliorum humeros ascendere אינו דומה לומד תורה מפי עצמו ללומדה מפי אחרים הלמד מפי אחרים תלמודו עומד הסתום מגולה והוא מסולק מן הספקות הלמד מפי עצמו אין תלמודו עומד לנו נוקפו ומשתכח הפסקות עולים עליו: (10) *Non erit similis, qui discit legem a seipso, ei qui discit lege ex ore aliorum. Qui discit ab aliis; ejus doctrina manet constans, occultum ei revelatur & liberatur ipse dubiis. Qui discit a seipso, ejus doctrina non est solida, animus ejus vaccillat vel labascit, & plurima dubia ei oriuntur*, quod alias brevius redditur מפי סופרים לא מפי ספרים *Ex ore Scribarum non librorum*. Delectum autem haberet in quærendo Præceptore, cujus ductu felicius incrementum speraret, & omnia bonis artibus conformia disceret, quod si, etiam unicam per horulam, Mago Præceptore uteretur, capitis damnas erat הלומד דבר מן המגוש חייב מיתה: (11) *Qui discit unicum verbum a Mago reus est mortis*. Junioribus quoque seniores longe præferret, cum his longe maturius esset judicium, major quoque excercitatio; הלומד מן הקטנים למה הוא דומה לאוכל ענבים קיהות ושותה יין מגיתו והלומד מן הזקנים למה הוא דומה לאוכל ענבים בשולות ושותה יין ישן: (12) *Qui discit a Junioribus, cuinam est similis? ei qui edit uvas immaturas & bibit vinum recens de torculari: qui vero discit a senioribus, cuinam est similis? Edenti uvas maturas & vinum vetus bibenti*; Sed cum omnibus senibus par non esset excellentia, etiam ex ipsis optimos seligeret audiendos, ne magno conatu nihil ageret, aut pro Junone nubem captaret. אתו אכלו בשרא דשמינה ביה רבא (13) *Venite*, inquit, *Maimonides, comedite carnem in qua multa est pinguedo*, Explicante *Buxtorfio*: *discendum apud Doctores pietate doctrina & rerum usu præstantes*. Huc pertinet & illud ארגרמיתו גרמי בי אביי תו אכלו בשרא בי רבא (14) *dum roditis ossa in domo Abaje, venite, comedite carnem in Domo Rabbæ id est*. Quid mediocrem Doctorem sectamini? Quidni potius idem tempus audiendo meliori impenditis? Neque tamen pluribus aurem accommodaret ne inter diversos distractus, peudulus inter omnes hæreret, dissitaque & lubrica vestigia vaccillante pede confunderet magis, quam premeret, sed unius ori se manciparet, ut haberet, quo certius pedem figeret, דלא גמירי מחד רבא לא נתקיימה תורה בידם (15) *Qui non discunt ab uno Præceptore, in illorum manibus lex non est solida & stabilis*. Nam תרי קל לא משתמעי (16) *duæ voces non exaudiuntur*, & diversi Præceptores turbant magis, quam informant; hinc dixit R. Sira per jocum: יוסף בר חייא מכוליה עלמא גמיר (17) *Joseph Bar Chija a toto mundo discit*. Scholam indefessus frequentaret, quia מרבה ישיבה מרבה חכמה (18) *Qui multum frequentat Scholam, multiplicat sapientiam*. Ubi lectionem habebat a præceptore præfixam addiscendam, non mussitando eam emetiretur, sed clara potius voce perlegeret, ut ipsa quasi vox memoriæ eam eo fortius imprimeret ברית כרותה לכל המשמיע קולו בשעת תלמודו שתלמודו מתקיים וכל הקורא בלחש במהרה הוא שוכח: (19) *Qui inter discendum audire facit vocem suam*, sc. clara voce, *certus est, quod firmiter sit retenturus*, quod di-

diſcit, qui vero ſubmiſſa voce, vel muſſitando diſcit, cito iterum ejus obliviſcitur. Prælegente vero Doctore, elinguis quaſi & tacitus ſederet, ut eruditis obſervationibus locum faceret, אל תשיח שום שיחה בבית המדרש והט אזניך ושמע דברי חכמים ואל תהי בז לכל דבר (20) *Ne loquaris quicquam in Schola, ſed inclina aures tuas, & audi verba ſapientum, nec quicquam contemne.* נשתשב בין החכמים יהי רצונך לשמוע יותר מלדבר (21) *Quando ſedes inter Sapientes, plura audi quam loquere*: Hinc ſilentium inter gradus quibus ad ſapientiam pervenitur, primus ponitur: תחלת החכמה שתיקה והשני שמיעה והשלישי זכרונה והרביעי המעשה והחמישי למודה (22) *Quinque gradibus pervenitur ad ſapientiam, primus eſt ſilentium*, (diceres Pythagoram ſua de ſilentio ab Hebræis mutuatum eſſe) *Secundus Auditus, tertius memoria, quartus opus, quintus* φιλομαθία. Hinc fluxit, quod quicquid prælegebatur, ſi vel maxime abſurdorum omnium abſurdiſſimum videretur, caveret tamen ne falſum putaret, ſed in verba Magiſtri pertinax juraret, nec de ejus fide dubitare ſuſtineret: ואפילו אמרו לך חכמים על ימין שהוא שמאל ועל שמאל שהוא ימין לא יזוז מדבריהם (23) *Et quamvis dixerint tibi Sapientes, dextram eſſe ſiniſtram, & ſiniſtram dextram non debes unquam ab eorum verbis recedere*; Sed nec hoc ita interpreteris, quaſi ſemper mutus piſcis eſſet, quin potius, ſi quid occurreret intellectu difficile, cui lucem amplius affundendam optabat, vel ſi ipſe examinaretur, libere eloqueretur, dummodo modeſte, ſcite, verecunde; imo nimius pudor dedecori magis, quam decori eſſet; אין ראוי שתתבייש לשאול כאשר אינך יודע כדי שתדע ולא תתבייש כששואלים ממך מה שלא ידעת לומר איני יודע (24) *Non debes erubeſcere in interrogando id, quod neſcis, ut illud ſcias, neque erubeſces, de re aliqua quæſitus, quam neſcis, dicendo: Neſcio*; Hillel dedit alibi rationem לא הביישן למד (25) *Nimium pudibundus nihil diſcit*. Converſationis autem alia erat ratio; ubi ſumma opus erat reverentia atque verecundia, abſtinere enim nimia familiaritate cum Præceptore, quem ſubrubentibus quaſi genis uſque intueretur, in publicis cœtibus quoties obvium habebat, nam לא יתן אדם שלום לרבו ולא יחזיר לו שלום כדרך שנותנים לריעים ומחזירים זה לזה (26) *Non ſalutabis homo Præceptorem, neque gratias ei pro ſalute aget, prout ſalutant, & reſalutant ſe amici invicem.* Quod ſi quando præſente Magiſtro ſputum ejiceret, capitale crimen commiſſum: כיח בפני רבו חייב מיתה (27) *Qui exſpuit coram Magiſtro ſuo, reus eſt mortis*; Sed jam tum officiorum diſcipuli erga Magiſtrum catalogum recenſuimus, cui hic ſolum id addemus, quod etſi omnino ſummus Præceptori honos habendus eſſet, tamen ſi res poſtularet, ut jacturam pateretur vel honos Præceptoris, vel gloria Dei, huic ille poſtponeretur: במקום שיש חלול השם אין חולקין כבוד לרב (28) *In loco ubi eſt profanatio Dei, non tribuunt honorem Magiſtro*, quod ita illuſtrat Buxtorfius: *Quando agitur de gloria nominis Dei, non habenda ratio honoris Præceptorum; omnia ſunt poſtponenda gloriæ Divinæ, etiam Præceptorum & Parentum honor.*

Ad Docentes ut aſcendamus, omnibus in genere, qui aliquid didicerant, injunctum quoque erat aliquid docere: הלומד תורה ואינו מלמדה הוא דבר יהוה בזה (29) *Qui diſcit legem, & non docet eam, peccat in illud* (30) *Verbum Domini ſprevit.* In ſpecie vero cui provincia publice docendi erat demandata, videret quos ante pedes ſuos conſeſſuros admitteret; itaque *procul inde puellæ!* nam, quantumvis licet aliquando apud Hebræos locum invenerint Eruditæ fœminæ, poſtea tamen extra trivium proſcriptus eſt ſequior ſexus, & ad colum damnatus. Diſcupiit aliquando Matrona de adoratione vituli informari a R. Eleazar, qui ei reſpondit, *ne ſit Mulier docta niſi quoad colum*, & rurſus verenti Hyrcano, ne decimæ ideo minuerentur: *In ignem potius eant, ait quam tradantur verba Legis fœminæ* (31); ita qui filiam artibus humanioribus inſtitueret, cenſoriæ ſeveritatis notam non ſubterfugit כל המלמד בתו תורה כאילו למדה תפלות (32) *Qui docet filiam ſuam legem, perinde eſt, ac ſi doceret eam fatuitatem*; Incurioſa ſimul & abjecta ingenia abjiceret, ceu tuberoſa ligna, e quibus nulla arte efformari poterat Mercurius: אל תשליכו הפנינים לפני החזירים ואל תמסרו החכמה למי שאינו יודע מעלתה (33) *Ne projiciatis margaritas coram porcis, & ne tradatis ſapientiam ei, qui ignorat præſtantiam ejus.* Non poſſum, quin hic apponam ſimilem phraſin Servatoris. *Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων* (34) *Nolite dare ſanctum canibus, neve projicite margaritas veſtras ſuibus.* Ne vero propterea crudelitatis incuſarentur Sapientiæ Antiſtites, meminiſſe jubent, quam ſupervacuus ſit in ejuſmodi longior labor, ut eos inſtruere ſit Æthiopem vel lapi-

dem

dem lavare: כל המלמד חלמיד הגון כאילו זורק אבן למרקוליס (35) *Quincunque docet aliquem discipulum indignum & idoneum, perinde facit, ac si projiceres lapidem in acervum Mercurii*. Filii tamen plebejorum ac idiotarum rejici non poterant; quin, quæ opera iis impendebatur, duplo etiam taxabatur, ita ut illa Deus crederetur moveri posse ad revocanda decreta duriora: כל המלמד בן חברו תורה זוכה ויושב בישיבה של מעלה וכל המלמד בן עם הארץ תורה ואפילו הקדוש ברוך הוא גוזר גזירה מבטלו בשבילו (36) *Quicunque instituit filium collegæ sui in lege, is meretur, ut sedeat in Academia superna; qui vero filium plebeji alicujus erudit in lege propter illum Deus decreta quoque duriora revocat*. Numerum quoque discipulorum haberet, העמידו תלמידים הרבה (37) *Constituite discipulos multos*, dummodo cum delectu; Itaque aptissimas, quas poterat, mentes quæreret; sed cum optandum id magis, quam sperandum esset, ut omnes ejusdem ardoris essent atque facultatis, allaboraret ingenia dignoscere, ut eo se facilius ad unum quodque componeret; reposuere autem Rabbini discentes omnes in quatuor classes ארבע מדות ביושבי לפני חכמים ספוג ומשפך משמרת ונפה ספוג שהוא סופג את הכל משפך שמכניס בזו ומוציא בזו משמרת שמוציאה את היין וקולטת את השמרים נפה שמוציא את הקמח וקולטת את הסלת: (38) *Quatuor sunt conditiones eorum, qui sedent coram sapientibus. Spongiæ, Clepsydræ, sacci fœcinacei, & cribra. Spongia sugendo attrahit omnia: clepsydra, quod una parte attrahit, altera rursum effundit. Saccus fœcinaceus effundit vinum, & colligit fœces. Cribrum emittit farinam, & colligit similam:* Ad statum & captum discipulorum sese accomodaturus, jam verbis, jam verberibus uteretur, jam donis alliceret, jam pœnis adigeret; Puerulorum maxime tenellæ ætatis gulam dulcioribus identidem muneribus provocaret, ut literis eorundem dulcore tinctis melius imbuerentur; אאבדו חמרא לרדקי כי היכי דליטרו מילתא: *Propinandum vinum pueris, ut eo allecti dicant aliquid*; præstat n. invitare, quam irritare Quodsi eo quandoque severitatis pocedere cogeretur, ut caperata frons duriora minitaretur, caveret, plagas justo gravius exasperaret, quin studium potius paulisper reprimi, quam verbera nimis intendi haud graviter ferret כי מחית לינוקא לא תמחיה אלא בערקתא דמסנא דקרי קארי דלא קרי ליהוי צותא לחבריה (39) *si percutias puerum, non percutias illum nisi corrigia calcei; si discit, bene etsi, si non discit, attamen assiduus maneat in studiis cum sociis suis* sc. leviter castigabis. Qui vero provectioris ætatis erant, eos fortioribus remis in portum tuto propelleret, & inter ea nihil, quod e re ipsorum esse poterat, eos celaret, sed e placido pectore, haud aliter ac e communi penu, omnia, quæcunque rogabatur, lubens depromeret, nam כל המונע הלכה מפי תלמיד אפילו עוברין שבמעי אמו מקללין אותו (40) *Quicunque supprimit sententiam aliquam discipulo suo, eum etiam embryones in utero matris execrantur*. Vel: כאילו גוזלו מנחלת אבותיו *perinde facit ac si spoliaret eum hæreditate paterna*; Quia enim Præceptor reputabatur pro Patre, ideo si discipulum informatione defraudaret, defraudasse hæreditate existimabatur, quocirca omnia sua discipulo redderet communia, consilia, libros, doctrinam, alia: ארצא דרבנן הפקר לתלמידים (41) *Terra vel ager Magistrorum est communis discipulis*, Ἄφθονοι μυστῶν θύραι, ut illustrat *Buxtorfius*, *Doctrina, libri, Ædes Doctorum & Magistrorum debent Discipuli patere, & communes esse*. Imo ne propriam suam vitam discipulo invideret, quin inde exempla derivaret, sed, quod bene docuerat, bene faciendo comprobaret, nam non solum.

Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum,

Sed & discenti noxium, contra נאים דברים מפי עושיהן (42) *Pulcra sunt verba ex ore facientium*; dicta factis obsignata fortius stringunt, unde Rab Asai male audit, quod mores ejus verbis non responderint: רב עזאי נאה דורש ולא נאה מקיים (43) *Rab Asai pulchre concionatur sed non pulchre observat*, quæ dicit. Est autem המורה בני אדם בדבר שהוא לא יעשה כסומא שיש בידו נר ומאיר לאחרים והוא הולך באפילה: (44) *Qui alios docet, quod ipse non facit, similis est cœco, qui lucernam in manu tenet, qua prælucet aliis, ipse autem in tenebris ambulat*. Ergo in hoc famæ propriæ consuleret Magister, sed & consuleret in omnibus famæ discipulorum: יהי כבוד תלמידך חביב עליך כשלך (45) *Pretiosa sit tibi tui discipuli fama, æque ac tua*; nam & tenerrimo affectu omnes suos alumnos prosequeretur, ab omnibus injuriis vindicaret, in vero virtutis tramite duceret, & ante omnia pietati assuefaceret, hinc החכמים הראשונים היו מקבצין תלמידיהם בערב שבת ומתעטפים ואומרים בואו ונצא לקראת המלך שבת: (46) *Sapientes prisci*

ſci convocabant diſcipulos ſuos veſpera Sabbathi & dicebant: venite, exeamus in occurſum Sabbathi Regis.

Alias communiter omnis Studioſus eſſet converſatione pius, profeſſione aſſiduus. Pius dum & Deo proximo & ſibi ipſi bene viveret; Deo, continuo eum timendo, ſerio precando devote laudando, nam reciprocantur ita apud Rabbinos Sapientia & timor Dei, ut אם אין יראה אין חכמה אם אין חכמה אין יראה: (47) *ubi non ſit Timor Dei, ibi non ſit Sapientia, ubi non ſapientia, tibi non timor Dei*: Calentioribus ergo precibus Deum ſolicitaret, ne incaſſum ſudaret: כל העושה חפציו קודם שיתפלל כאילו בנה במה: (48) *Quicunque expedit negotia ſua antequam oraverit, perinde eſt, ac ſi exſtrueret altare Idololatricum*; quia ſc. debito cultu Deum defraudavit, propriis viribus confiſus. Preces perpetuis laudibus aſpergeret: על כל נשימה ונשימה שאדם נושם צריך לקלס לבוראו: (49) *Adunumquemque halitum, quem homo ducit, debet laudare Creatorem ſuum*. Speciatim Deo gratias ageret, quod a rudi plebe ſegregatus, locum inter ſtudioſos haberet, ita enim R. Nechonia præcipue ſupplicabundus grato animo memorat, ששמת חלקי מיושבי בית המדרש ולא שמת חלקי מיושבי קרנות שאני משכים והם משכימים אני משכים לדברי תורה והם משכימים לדברים בטלים אני עמל והם עמלים אני עמל ומקבל שכר והם עמלים ואינם מקבלים שכר אני רץ והם רצים אני רץ לחיי עולם הבא והם רצים לבאר שחת: (50) *Quia ego mane ſurgo* (gratias tibi ago Domine), *& illi mane ſurgunt, ſed ego ad ſtudium legis, illi ad res frivolas; Ego laboro & ipſi laborant; ſed ego laboro & præmium reporto, ipſi laborant, & nihil reportant: Ego curro, & ipſi currunt, ſed ego curro ad vitam æternam; illi in gehennam*; Recordaretur itidem, ſe non gentilem eſſe, nec mulierem, & quantum propterea Deo deberet: שלשה דברים צריך אדם לומר בכל יום ברוך שלא עשאני גוי ברוך שלא עשאני בור ברוך שלא עשאני אשה: (51) *Pro tribus rebus debet homo* (doctus) *quotidie Deo benedicere: Benedictus, quod me non fecerit gentilem! Benedictus quod me non fecerit plebejum! Benedictus, quod me non fecerit muliorem*. Utque domi privatim, ſic & publice Dei laudes profiteretur in Eccleſia, cui frequenter intereſſet, juxta mandatum אל תפרוש מן הצבור *Ne ſepares te ab Eccleſia*, quia הפורש מן הצבור אינו רואה בהנחת צבור (52) *Qui ſeparat ſe ab Eccleſia, non videbit refocillationem Eccleſiæ*.

Ad conſuetudinem ejus cum proximo ut veniamus, omnium quidem ſaluti velificari tenebatur, & publicum bonum curare, אם משים אדם עצמו כערונה שהכל דשין אותה אי נמי כבשם שהכל מתבשמין ממנו תלמודו מתקיים בידו: (53) *ſi homo ponat ſeipſum inſtar areæ, quam omnes calcant aut inſtar aromatis, quo omnia condiuntur, ſtabilitur Doctrina ejus in manu ipſius*. Neminem contumelia aut ignominia oneraret, nam נוח לו לאדם שימסור עצמו לתוך כבשן האש ואל ילבין פני חבירו ברבים: (54) *Satius eſt homini, ut projiciat ſeipſum in fornacem ignis ardentis, quam ut publice proſtituat aut pudore afficiat proximum ſuum*; Neminem deſpicatui haberet: אל תהי בז לכל אדם כי כמה מרגליות ימצאו באפקריסתו של עני: (55) *Nullum unquam hominem contemne, quot enim margaritæ reperiuntur ſub ſordido pauperis pallio*. At quamvis omnibus æquus, paucis tamen familiaris eſſet, nunquam inferiorum, ſemper ſuperiorum converſatione uteretur, potiuſque infimum inter primos, quam primum inter infimos aut malos locum quæreret הוי זנב לאריות ואל תהי ראש לשועלים: (57) *Eſto cauda leonum, & ne eſto caput vulpium*; ambitioſus equidem non eſſet, ſed ſuæ tamen exiſtimationis tenax ac curioſus: נהוג נשיאותך ברמים (57) *Æſtimato dignitatem tuam inter Excelſos*. Inde eſt quod cum plebejo ſi acrumberet, honoris jacturam paſſus putabatur נקיי שבירושלים לא היו מסובין הוא לתלמיד חכם בסעודה אלא אם כן יודעין מי מיסב עמהם מפני שגנאי ישב אצל עם הארץ בסעודה: (58) *Qui mundiores & ſanctiores erant Hieroſolymis, non accumbebant menſæ, niſi ſcirent, quinam eſſent illi, quibus cum accumberent, eo quod turpe ſit, ſi diſcipulus ſapientis accumbat cum homine plebejo ad eandem menſam*. Perpende hic ſimul, quod Servatori vitio verterint Judæi, quod eandem cum plebe quadram acceſſerit. οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς (59) *Ille recipit peccatores & veſcitur cum ipſis*; Ita nec infimæ ſortis homines unquam viæ comites aſciſceret. דרבנן לאו בני מיפק בכלווא נינהו (60) *Rabbini non ſolent exire cum homine plebejo*. אין דרך החכמים לצאת עם עמי הארץ ירודים ונבזים (61) *Non eſt conſuetudinis ſapientum, ut egrediantur cum hominibus plebejis & contemtis*. Sed & omni mulierum confabulationi ac converſationi cautius ſe ſubduceret, nimirum non bene audit apud Hebræorum Magiſtros mollior iſte ſexus, ſed, ſit cujus demum cunque formæ ac virtutis, patiatur tamen a ſeverioribus Judæorum A-

ristarchis hoc ſeſe carbone denigrari : אשה חמת מלא צואה נפיה מלא דם [62] *Mulier nihil aliud eſt, quam uter repletus excremento, & os ejus plenum ſanguine*, item אם יעלה החמור בסולם חמצא רעת בנשים [63] *Cum aſcenderit aſinus per ſcalam, invenietur ſcientia in mulieribus* ɔ: nunquam ; itaque non mirum, quod prohibita ſit nimia cum fœminis familiarltas, nam רוב העסק אם הנשים ישיב הארם מן השקידה על החכמה [64] *Nimia converſatio cum mulieribus avertit hominem a ſtudio ſapientiæ*. Ne licebat quidem ſub ullo prætextu mulieris adſpectu frui : המונה מעות מאשה מידו לידה כדי להסתכל בה· אפילו ישב ירו תורה ומעשים טובים כמשה רבינו לא ינקה מרינה של נהנם: (65) *Qui numerat mulieri pecunias de manu ſua in manum ejus, ut adſpectu ejus fruatur, licet inſtructus ſit lege & operibus bonis bonis, ut Moſes, non tamen innocens erit a judicio Gehennæ*; imo minimum ejus digitum cum voluptate intueri grande nefas כל המסתכל באצבע קטנה של אשה כאלו מסתכל במקום התורפה: (66) *Quicunque adſpicit digitum parvum mulieris, perinde eſt, ac ſi adſpiceret locum pudendum*. Judices, quantum ſcelus avidos oculos in calcem puellæ convertere : כל המסתכל בעקבה של אשה הויין ליה בנים שאינן מהונין: (67) *Qui aſpicit ualcaneum mulieris, ei aliquando erunt liberi inhoneſti:* Præcipue publicam cum mulieribus ſocietatem averſaretur ſtudioſus, eaſque quoties, in plateis obvias haberet, ſugeret tanquam objecta Meduſea capita לא ילך ארם אחורי אשה בדרך ואפילו היא אשתו הנשר יסלקנה לצדדיוכל העובר אחרי אשה בנהר אין נזרמות על לו חלק לעולם הבא: (68) *Non ibit homo poſt mulierem in via, ne quidem poſt uxorem propriam: ſi obviam fiat ei in ponte recedere faciat eam ad latera, Et omnis tranſiens per fluvium poſt mulierem, non habet partem in ſaculo venturo*. Abſtineret earum colloquio אל תרבה שיחה עם האשה (69) *Ne multiplices ſermonem cum muliere*, Nam כל זמן שארם מרבה שיחה עם האשה נורם רעה נבוטל מרברי תורה וסופו ירד לנהנם (70) *Quotieſcunque homo multiplicat ſermonem cum muliere, arcetur a ſtudio legis & tandem deſcendit in Gehennam*. Hæc ſi advertimus, non adeo mirabimnr, quod mirati ſint Apoſtoli, ſuum Magiſtrum ſermonem cum muliere miſcuiſſe : ϗ ἐπὶ τέτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃ ϗ ἐθαύμαζον, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει, ȣ̓δεὶς λέντοι εἶπε. τί ζητεῖς ; ἢ τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς. (71) *Et cum hæc agebantur, ſupervenere diſcipuli ejus & admirati ſunt, quod cum muliere loquere-*

tur ; nemo autem dixit : quid quæris, aut quid loqueris cum illa ? Admiratio quippe illos ſubiit, non tam quod cum Samaritana, ſed quod dum muliere colloqueretur. Sed nec ita ab omni puellarum amplexu excludebatur Literatus, ex iis uxorem ducere quin liceret ; ubi tamen id dabatur conſilii, ut ex inferiore, non ſuperiore, ſorte eligeret, methodum converſationi contrariam obſervaturus : נחית דרגא נסיב איתתא סק דרגא חאר שישבינא: (72) *Deſcende per ſcalam, ducturus uxorem, ſed aſcende per ſcalam electuras amicum* ; ſcilicet conditlone minorem potius, quam majorem quæreret, maximeque omnium, ſi fieri poſſet, æqualem, ad quod hoc ſimili ſuadent : המשילו רזיל המשפחות חרבקות זה עם זו שכלם מתאימות במעלה שוה משל לעובי הנפן בענפי הנפן דבר נאה ומתרבל וכשאחת הנונה והאחרת לא כי אמר המשל לענבי הנפן בענפי הסנה דבר כעור אינו מתקבל (73) *Rabbini noſtri f. m. compararunt hanc rem, quando familiæ ſtatu & conditione æquales conjunjunguntur, cum uvis vitis in ramis vitis, quod viſu gratum eſt, quando vero altera familia eſt excellens altera non, dixerunt eſſe ſimile uvis vitis in ramis? rubi, quod turpe eſt & præpoſterum*. Quam autem matrimonio ſibi junxerat, videret quomodo tractaret : אף על פי שאשתו של אדם מותרת לו תמיד ראוי לו לתלמיד חכם שינהיג עצמו בקרושה ולא יהא מצוי אצל אשתו כתרנגול לא מלילי שבת ללילי שבת אם יש בו כח וכשהוא מספר עמה לא יספר בתחלת הלילה כשהוא שבע ובטנו מלא ולא בסוף הלילה כשהוא רעב אלא באמצע הלילה כשיתעכל המזון שבמעיו ולא יקל בראשו ביותר ולא ינבל את פיו בדברי הבאי ואפילו בינו לבינה : (74) *Quamvis uxor marito ſuo perpetuo ſit licita, decet tamen ſapientem, ut ſe* (laudabiliter) *& ſancte gerat non vero ceu galluc gallinaceus apud uxorem ſuam hæreat* (reperiatur) *niſi redeuntibus noctibus Sabbathicis, ſi viribus valeat, & ſi cum illa confabuletur, non in principio noctis cum ea confabulabitur, cum ſatur, venterque cibo impletus eſt, nec in noctis termino, cum eſurit, ſed nocte media, cum cibus, qui in viſceribus ipſius eſt, concoctus eſt. Nec nimis leviter agat, nec verbis obſcœnis os ſuum proſtituat, quamvis inter ſe & uxorem ſuam hoc* (fiat). Sed ut redeamus in viam, eorum potiſſimum amicitiam ambiret, quos conſulere poterat, nam quantum domum in ſtudiis fecerat progreſſum, conſultore tamen opus habere putabatur : הטוב שבסוסים עריך לרסן והכבשרה שבנשים עריכה לבעל והפקח שבאנשום

צריך

צריך לעצת חבר (75) *Optimus equus opus habet frœno, castissima fœmina marito, prudentissimus homo indiget consilio amici*. Librum si a Consultore mutuo acceperat, caveret ne mutuo alii daret: השואל הספר מחבירו לא ישאילנו לאחר (76) *Mutuo accipiens librum a socio suo non debet eum commodare alteri*; Omnibus vero, a quibus aliquid unquam didicerat, honorem deferret הלומד מחברו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או אפילו אות אחת צריך לנהוג לו כבוד (77) *Qui discit a socio caput unum, aut sententiam unam, aut versum unum, aut unam saltem literam, is propterea tenetur ei honorem deferre*; Ingratus esset cuculus, qui Evergetæ suo unquam esset molestiæ, comparandus cum equo, qui aquam unde potus est, pedibus conspurcat, hinc illud: בירא דשתית מניה לא תשדי בית קלא (78) *in fontem, ex quo semel bibisti, ne projicito glebam*. Revereretur unumquemque secundum suum scire: בישבה הלך אחר החכמה במסיבה אחר הזקנה (79) *In Schola ito post* (honora secundum) *Sapientiam, in accubitu secundum senectutem*. Honorem a. Præceptori debitum supra strictim persecuti sumus.

Ratione sui non esset ambitiosus, quia נגד שמיה אבד שמיה: (80) *Qui quærit extendere nomen suum, perdit nomen suum*. Non sua conditione se doctiorem venditaret, sed suo se pede metiretur מי שמתחכם בלי חכמה הוא כחמור הריחיים סובב ואינו זז ממקמו: (81) *Qui Sapientem se facit sine sapientia, similis est asino molario, qui indesinenter circumeundo nunquam tamen a loco suo recedit*. Si vel maxime supra vulgus saperet, tamen se solum sapere ne crederet, quasi præter alios omnem Sapientiæ thesaurum possideret, nam אדם חכם בעודנו מבקש החכמה וכאשר יחשוב שהגיע עד תכליתה הוא סכל: (82) *Homo Sapiens est, quamdiu quærit Sapientiam, cum autem putat se ad finem ejus pervenisse, Stultus est*; Non inflatus erecto gutture incederet (83); Non esset sordidus תלמיד שנמצא רבב על בגדו הוא חייב מיתה: (84) *Literatus, in cujus vestimento reperitur pinguedo, reus est mortis*. Non aleator, etenim המשחק בקוביא הרי זה גזלן (85) *Qui ludit alea, raptor est*. Non luxuriosus, non ganeo, non helluo במקום המשתה והשחוק לא תשכון החכמה אבל היא מגורשת משם: (86) *Ubi indulgetur conviviis & lusibus, ibi non habitat Sapienoia, sed inde exulat*; העוסק באכילה ושתיה לא יחכם לעולם (87) *Qui indulget commessationibus & potationibus, nunquam fit Sapiens*, Et כל תלמיד חכם המרבה סעודתו סוף מחריב את ביתו מכל מקם ומאלמן את אשתו ומיתם את יתום ותלמודו משתכח ממנו וגו' (88) *Omnis Literatus, qui ubique indulget conviviis, tandem vastat domum suam, uxorem suam facit viduam, liberos suos reddit pupillos, doctrinæ suæ obliviscitur &c*. Non esset iracundus, quia כל הכועס אם חכם הוא חכמתו מסתלקת ממנו ואם נביא הוא נבואתו מסתלקת ממנו: (89) *Quicunque irascitur, si sapiens est, Sapientia ejus ipsi adimitur, si Propheta, Prophetia ejus ipsi aufertur*. Non astutus aut versipellis כל תלמיד חכם שאין תוכו כברו אינו נקרא תלמיד חכם (90) *Omnis Literatus, cujus intus non est sicut extra*, (qui aliud promtum in lingua, aliud clausum pectore servat) *non meretur nomen Literati*; Jure itaque Servator virgula censoria perstringit Pharisæos & Judæorum Literatos, quia non erat תוכם כברם *Intus eorum sicut extra*, sed picturati erant, quod duplici simili declaravit, alterum sumsit ex picturatis tumulis: Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας (91) *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ! quia similes estis sepulchris calce oblitis, quæ extra pulchra apparent, intus vero abundant ossibus mortuorom & omni impuritie*. Alterum ex lupis pelle ovina indutis: προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες (92) *Cavete vero vobis a Pseudo-Prophetis, qui ad vos veniunt vestimentis ovium amicti, intus vero sunt lupi voraces*. Hinc in proverbium abiit ענוה זאבית (94) *Humilitas lupina*. Itaque porro humilis sine fuco esset Literatus, doctus enim sine humilitate assimilabatur coronato nudis pedibus incedenti, sed מה שעשתה חכמה עטרה לראשה עשתה ענוה עקב לסוליתא: (94) *Quemadmodum sapientia facit coronam capiti, sic humilitas facit calcaneum soleis*. Cogita iterum humilitatem Servatoris, qui erat ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ (95), Johannis, qui ne dignum se quidem reputat, qui corrigias Servatoris solvat (96); Pauli qui se minimum Apostolorum reputat (97) aliorumque. Verbis cautus esset חכמים הזהרו בדבריכם שמא תחובו חובת גלות ותגלו למקום מים הרעים וישתו התלמידים הבאים אחריכם ונמצא שם שמים מתחלל: (98) *Sapientes! cauti estote in verbis vestris, ne forte rei fiatis exilii, & transfera-*

ramini in locum aquarum malarum illasque bibant discipuli post vos venturi, & moriantur, & nomen Dei profanetur; Non esset multi joci, nec multi cibi, non rusticitati, non avaritiæ obnoxius (*99*).

Professione assiduus esset, & quantum alii vino, tantum ille oleo impenderet שאלו לחכם מפני מה חכמת יותר מחבריך אמר להם מפני שהוצאתי בשמן יותר ממה שהוציאו חבירי ביין (100) *Interrogatus Sapiens, qua ratione Sapientior factus esset suis sodalibus? Respondit: Plus ego expendi in oleum, quam illi in vinum.* Non suspenderet aut differret studia sua אל תאמר כשאפנה אשנה שמא לא תפנה: (101) *Ne diacs, cum otiosus ero, discam, forsitan enim nunquam erit otiosus.* Nimirum: *Qui non est hodie, cras minus aptus erit.* Ideo a teneris unguiculis & fere cum ipso lacte literas imbiberet, iisque primum juventutis florem consecraret, nam דינקותא מחקים (102) *Lectio juventutis stabilis est & firma.* Et *tenacissimi sumus eorum, quæ rudiaus annis percepimus;* בקשת החכמה בימי הנערות כפתוח על האבן ובקשת החכמה בימי הזקנה ככתיבה על החול *Quærere sapientiam in diebus juventutis, est sicut cælatura in lapide: in senectute, ut scriptura in arena.* Vel הלומד ילד למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר חדש והלומד זקן למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר מחוק (103) *Qui discit puer, cui rei similis est? atramento scripto in charta nova. Qui vero discit senex cui rei similis? Atramento scripto in charta veteri,* quæ bibula est. Non autem promiscue, quodcunque in manus venerat, legeret, sed intra certos cancellos se contineret; ita Aben Soma vapulat, quod studendo extra oleas versaretur עוד זומא בחוץ (104) *Adhuc Aben Soma foris est.* Non paleam cum frumento, non cum nucleo putamen comederet; non multa, sed multum legeret רמוז מצא תוכו אכל קליפתו זרק (105) *Qui malogranatum invenit, comedat meditullium ejus, & corticem abjiciat.* Vel אכל ושרא שיהלא לברא תחלא (106) *Comede dactylum & projice corticem foras.* Scripta antiquiorum, recentioribus præferret, vetera extollens, recentium non adeo curiosus, nam טובה צפורן של ראשונים מכרסן של אחרונים (107) *Melior est unguis priorum, quam venter posteriorum* טוב עוללות הראשונים מבציר האחרונים (108) *Melior est racematio veterum vindemia recentiorum.* Quod memoriæ aliquando mandaverat, videret, ne illa excideret, nam כל השוכח דבר ממשנתו מעלה עליו הכתוב כאלו מתחייב בנפשו: (100) *Quicunque obliviscitur alicujus de eo, quod didicit, eum Scriptura eo loco habet, ac si sibimet auctor sit mali:* כל הלומד תורה ומשכחה דומה לאשה שיולדת ומקברת: *Quicunque discit Legem, & obliviscitur ejus, est similis mulieri parienti infantem, & statim sepelienti.* Hanc ob causam, quæ semel apprehenderat, sæpius repetere ipsum non tæderet, *decies repetita placebunt,* imo אינו דומה השונה פרקו מאת פעמים לשונה מאה ואחת: (110) *Non est similis, qui legit lectionem suam centies, ei qui legit eam centies & semel.* Lectum non repetere foret semen terræ commissum nolle metere כל הלומד תורה ואינו חוזר עליה דומה לאדם שזורע ואינו קוצר: (111) *Quicunque discit legem & non repetit eam, similis est ei, qui seminat & non metit.* Ita quæ retinuerat, aliis quotidie augeret, quia דלא מוסיף יסיף (112) *consumit eam;* privataque omnia atque tacita pensitatione emetiretur עולם ילמוד ארם ואחכ׳ יהגה: (113) *Perpetuo discet homo prius, deinde meditabitur;* lecta suo quasi judicio colaret אדרא רשמעתא סברא (114) *Præcipuum auditæ lectionis est opinio propria.* Inter legendum ac meditandum curas omnes seponeret, ut intentam eo magis haberet pacatam mentem, שמעתא בעיא צילותא כיומא דאיסתנא: (115) *Auscultatio vel lectio requirit (animi) serenitatem, qualis est in die, quo spirat ventus aquilonaris.* Non πολυπράγμων esset, aliis negotiis justo pressius implicitus, sed omnibus avocamentis valere jussis, quam in se susceperat, spartam bene adornare allaboraret גרמה דנפל בחולקך יתיה גררה (116) *Os quod cecidit in sortem, illud rode,* quod ita exprimunt Græci, Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. Et ut eo felicius & certius omnia agerentur, certas horas suis studiis dicaret, nam *Lectio certa prodest,* inquit *Seneca, & Bernhardus: Certis horis certæ lectioni vacandum est: fortuita enim lectio, & varia, & quasi casu reperta non ædificat.* Idem volunt Rabbini, ubi dicunt: עשה תורתך קבע (117) *Fac legem tuam fixam.* Caveret maxime ne antelucanas horas inertes abire pateretur יציא בעמוד השחר כאיסטמא לפרזלא (118) *Egressio in aurora est corpori, sicut chalybs ferro,* Et *Aurora Musis amica.* Alias quidem esset instar instructi militis, qui semper sua arma penes se habet, & etiam in familiari sermone quosdam suæ eruditionis radios emitteret אפילו שיחת חולין של תלמיד חכם צריכה תלמוד (119) *Etiam*

iam ſermones familiares Literatorum requirunt doctrinam. Donis elaboratæ Cereris & Bacchi dona cerebri Phœbique miſceret, ut his illa condiret שלשה שאכלו של שלחן אחד ולא אמרו עליו דברי תורה כאלו אכלו מזבחי מתים שנאמר כי כל שלחנות מלאו קיא צואה בלי מקום אבל שלשה שאכלו על שלחן אחד ואמרו עליו דברי תורה כאלו אכלו משלחנו של מקום שנאמר זה השלחן אשר לפני יהוה (120) *Tres homines eidem menſæ accumbentes, ac nullos ſermones de Lege habentes, perinde eſt, ac ſi de mortuorum ſacrificiis comederent, ſicut dicitur:* omnes menſæ repletæ ſunt vomitu &c. (121) *Qui vero comedunt ad menſam unam, ac de Lege inter ſe colloquuntur, perinde eſt, ac ſi convivarentur ad menſam Dei, ſicut dicitur*: hæc eſt menſa quæ coram Domino (122). Non ſibi ſoli ſaperet, ſed & aliis ſe ſapere probaret; *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter*, Et כל חכמה שלא יהוגר בה כמטשון מוציאין ממנו: (123) *Omnis ſapientia, de qua nihil dicitur, eſt ſicut theſaurus, ex quo nihil depromitur*. Idem urget Servator apud ſuos alumnos, quando ſub modio lucernam poni vetat: Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων (124) *Non accendunt candelam, & ponunt ſub modium, ſed in candelabro, & lucet omnibus, qui ſunt in domo &c.* Ita crebris exercitiis & aliis ſe commendaret, & ſe ipſum redderet promitiorem; Provocaret iis aliorum favorem, quorum ſimul ſtudiis ſe exercendo velificari poterat חבית של אפרסמון אל תנח באשפה אלא תטלטל אותו ממקומו כדי שריחו נודף נוהנו ממנו בני אדם (125) *Olei pretioſi vaſculum ne infimo conditum ſinas, ſed move illud de loco ſuo, ut odor ejus fragret, & utilitatem inde capiant homines*. Suæ etiam ſimul ſcenæ inſerviret, quia ההרגל יעשה אומן *uſus facit artificem*. Ideoque cum Sapientibus diſputationes crebro reciprocaret, eoſque quotidie conſuleret שאלות החכמים חצי החכמה: (126) *Interrogare Sapientes dimidium ſapientiæ eſt*. Caveret tamen, ne in diſcurſu vel parum ſapientiæ vel loquentiæ nimis proderet, nam: כל ערבי קול חסרי מוח (127) *Omnes eloquentia pollentes carent cerebro*, Vel juſto pertinacior eſſet in urgendo, quia כל המחזיק עובר בלאו (128) *Quicunque pertinax eſt in diſſidiis, tranſgreditur præceptum prohibitivum*. Id quod in Babylonicis carpi antea audivimus. In familiaribus colloquiis neminem interpellaret, non interrogatus taceret, judicium ſuum in ſapientiori conventu ſuſpenderet, quando urgeret regereodi neceſſitas, non extra rhombum & oleas verſaretur, ſed appoſite & candide non inconſiderate reſponderet חכם אינו מדבר בפני שהוא גדול ממנו בחכמה ובמנין ואינו נכנס לתוך דברי חבירו ואינו נברל להשיב שואל בענין ומשיב כהלכה ואומר על ראשון ראשון ועל אחרון אחרון ועל מה שלא שמע אמר לא שמעתי ומורה על האמת: (129) *Sapiens non loquitur coram eo, qui ipſo eſt major Sapientia & auctoritate: non interpallat ſermones ſocii ſui, non reſpondet præcipitanter & inconſiderate, interrogat rite, & reſpondat appoſite, de primo dicit primum, de ultimo ultimum, de eo, quod non audivit, ait: nihil audivi de hoc, & confitetur veritatem*.

Multæ aliæ aliis in caſibus uſu venerant leges, maxime in conſcribenda Lege, ubi ſummam accurationem adhibendam juſſere, & viginti potiſſimum conditiones requiſivere נמצארת למר שעשרים דברים הן שכל אחד מהן פוסל ספר תורה ואם נעשה בו אחד מהן הרי הוא כחומש מן החומשין שמלמרין בהן התינוקות ואין בו קרושה ספר תורה ואין קורין בו ברבים (130) *Viginti res eſſe accepimus, quarum ſingulæ inducunt libro Legis profanationem, quarum ſi aliqua in eum incidat, fit veluti Pentateuchus, quo erudiuntur puſilli, caretque ſanctitate libri Legis, neque publice legi debet*. Itaque cautum eſt, ut Lex ſcribatur 1. in pelle animalis mundi 2. in pelle perfecta. 3. in pergameno completo. 4. In certa pellis parte (pellem a. teſte *Maimonide* findunt in duo latera, quorum quod verſus pilos eſt, adhibent) 5. Tota in pergameno. 6. Non in δυξέςω 7. Semper ad amuſſim 8. Atramento perenni. 9. Lingua Hebræa, non aliis (Græcam tamen excipias cum *Maimonide* (131) 10. Non ab Hæretico. 11. Non Divina nomina ſine attentione (quod explicet idem *Maimonides* (132) הכותב את השם אפילו מלך ישרא׳ בשלומו לא ישיבנו היה כותב שני או שלשה שמות הרי זה מפסיק ביניהם ומשיב *Qui ſcribit Divinum nomen, etiamſi a Rege Iſraelis ſalutetur, ſalutem non referat. Si quis duo aut tria nomina ſcripſerit, pauſa inter illa facta, ſalutem referet.*) 12. Abſque ullius literæ vel defectu vel 13. abundantia. 14. Vel coalitione, vel 15. corruptione, vel 16. diductione. 17. Abſque mutatione formæ ſectionum (ſc. ne aperta ſectio exaretur ut clauſa & vice verſa). 18. Abſque mutatione formæ Canticorum & 19. diſpoſitione reliquorum verſuum in formam Canticorum, Denique 20. Schedæ con-

con ſuantur abſque animalis nervis , Alias obſervationes Vid. apud *Joſ. de Voiſin* (133) . Librum legis perfecte ſcriptum vendere nemo ſuſtineret , niſi urgente ſumma neceſitate ספר תורה כשר נוהגין בו קרושה יתירה וכבוד גרול ואסור לארם למכור ספר תורה אפילו אין לו מה יאכל ואפילו היו לו ספרים רבים ואפילו ישן ליקח בו חרש לעולם אין מוכרין ספר תורה אלא לשני דברים שילמור תורה ברמיו או שישא אשה ברמיו והוא שלא יהיה לו רבר אחר למכור : (134) *Liber vero Legis perfectus maxime ſanctus haberi ſolet , & in ſummo honore : neque vero cuiquam licet librum legis vendere , ne quidem ſi careat ad victum neceſſariis & etiamſi plures libros habeat , ac neque pro veteri novum accipiendo . Nunquam licet vendere librum Legis, niſi duabus de cauſis 1. ut quis pretio ejus legem addiſcat, aut 2. ut pretio ejus uxorem ducat , modo tamen nihil aliud habeat , quod vendere poſſit* . Imperfectum vero diutius non retineret ספר תורה שאינו מונה אסור לשהותו יחר על שלשים יום אלא יתקן או יגנז (135) *Librum Legis non perfectum nefas eſt retinere ultra 30. dies , ſed corrigatur , vel recondatur* . Alia ſtatuta de exonerando alvo , non continenda urina, ſanitate obſervanda , aliiſque relege apud *Maimonidem* (136) & *Altingium* (137).

Paucula de veſtibus ornatuque coronidis loco ſubjiciemus מלבוש תלמיר חכם מלבוש נאה ונקי ואסור לו שימצא בבגרו כתם או שמנונית וכיוצא בה ולא ילבש לא מלבוש מלכים כגון בגרי זהב וארגמן שהכל מסתכלין בהן ולא מלבוש עניים שהוא מבזה ארת לובשיו אלא בגרים בינוניים נאים ולא יהא בשרו נראה מתחרת בגריו כמו הפשתן ונומר (138) *Veſtitus ſtudioſi ſit amabilis & mundus ; prohibitum eſt , ne in veſte ejus reperiatur macula aut pinguedo* (quod ante habuimus) &c. *Nec etiam ſe veſtiat veſtitu regio , ut veſtibus auro diſtinctis, purpureis, in quas omnes oculi conjiciunt; nec tamen veſtitu pauperum, qui Dominis ſuis parit contemtum ; ſed mediocri , honeſto . Nec caro ejus ſub veſte emicet , quod fit ſub veſtibus linteis tenuiſſimis , quas conficiunt in Ægypto* . Non nimis prolixis uteretur veſtibus, ne ſuperbiæ inſimularetur ולא יהיו בגריו סחובין על הארץ כמו בגרי גסי הרוח אלא ער עקבו ובית יר שלו ער ראי אצבעותיו ולא ישלשל טליתו מפני שנראה כגסות הרוח אלא בשבת בלבר (139) *Nec veſtes ipſius in terram uſque abundent, ut veſtes arrogantium, ſed uſque ad calcem propendeant , chirothecæ ipſius ad digitorum extremitates contingant : Nec demittat pallium ſuum , quia hoc redolet arrogantem ſpiritu , niſi die Sabbathi tantum* . Non pateretur delicatioribus unguentis veſtimenta ſua obvias quaſque nares irritare לא יצא מבושם לשוק ולא בבגרים מבושמים ולא ישים בושם בשערו : (140) *Non balſamo oblitus in forum prodeat , nec veſtibus balſamo inunctis : Nec balſamum capillo inſpergat* .

NOTÆ IN CAPUT DUODECIMUM.

(1) *Maim. Jad Chaz. Tr. Mamr. cap.* 1.
(2) *Suplem. ad l. M. c.* 12.; *vide Auct. lib. Ikkor. lib.* 1. *cap.* 30.
(3) *Tract. de num. Præcept.*
(4) *Vid R. I. I. Al. in Ikk. lib.* 1. *cap.* 30.
(5) *In præf. p.* 3.
(6) *Talm. Hieroſ. Sanhed. cap.* 10. *fol.* 28.
(7) *In Eſ.* 8.
(8) *Pirk. Ab. cap.* 1.
(9) *Chov. Hallev. fol.* 5. *col.* 2.
(10) *Abarb.* נהלת אהות *fol.* 200. *col.* 1.
(11) *Scabb. ſ.* 75. *col.* 1.
(12) *Pn Iſra. ſ.* 17. *c.* 4.
(13) *More Neb. part.* 1. *cap.* 30.
(14) *Baſ. fol.* 22. *col.* 1.
(15) *Erub. fol.* 53. *col.* 1.
(16) *Comm. in lib. Abbot.*
(17) *Cholin col.* 18. *col.* 2.
(18) *Pirk Ab. cap.* 2.
(19) *Vide Buxt. Flor. p.* 386.
(20) *Orchot Chajim*.
(21) *Miſchar. Happenin.*
(22) *Ibid.*
(23) *R. Joſ. Al. in Ikk. Maam.* 3. *cap.* 23. *p.* 94.
(24) *Mibchar. Happen.*
(25) *Pirk. Ab. cap.* 2.
(26) *Maim. in* הלכות יסורי שורה *cap.* 5.
(27) *Erub. fol.* 99. *col.* 1.
(28) *Vide Buxt. Flor. p.* 104.
(29) *Sanhedr. fol.* 99. *col.* 1.
(30) *Num.* 15. 31.
(31) *Bab. Sot. ſ.* 21. 2. *in Gloſ.*
(32) *Sotah. cap.* 3. *in Miſch.*
(33) *Mibchar. Happeniu.*
[34] *Math.* 7. 6.
(35) *Vide Buxt. Flor. Heb. p.* 75.
(36) *Metzia fol.* 85. *col.* 1.
(37) *Pirk. Ab. cap.* 1.
(38) *Abbot. cap.* 5. *Vid. plura ibidem.*
(39) *Bab. Baſr. fol.* 21. *col.* 1.
(40) *Sanhed. fol.* 91. *c.* 2.
(41) *Vide Buxtorf. Flor. Hebr. p.* 76.
[42] *Bereſch. Rab. ſec.* 34.
[43] *Ibidem* .
[44] *Sepher Hammaloth p.* 87.
[45] *Pirhe Abh. cap.* 4.
[46] *Schab. cap.* 16.
[47] *Pirk. Ab. cap.* 3.
[48] *Berach. fol.* 14. *col.* 1.
[49] *Bereſch. Rab. ſect.* 14.
[50] *Berach. fol.* 28. *col.* 1.
[51] *Tal. H. Ber. cap.* 9.
[52] *Pirk Ab. cap.* 2.

[53] *Abarb. in* וחלת אבות *fol.* 204. *col.* 1.
[54] שוש תבשם *in præfatione, Vide etiam Sepher Hammal.*
[55] *Berach. fol.* 43. *col.* 2.
[56] *Orchot. Chaim.*
[57] *Pirck ab. cap.* 4.
[58] *Kethub f.* 103. *c.* 2.
[59] *Luc.* 15. 2.
[60] *Bab. Metz. fol.* 108. *c.* 1.
[61] *Aruch. in* אוכלוסא.
[62] *Schab. fol.* 152. *col.* 1.
[63] *Vid. Buxt. Lex. Tal. pag.* 788.
[64] *Levi. in Prov.* 31. *v.* 4.
[65] *Berach. fol.* 61. *cap.* 1.
[66] *Schab. cap.* 5.
[67] *Nedar. fol.* 20. *conf. Matth.* 4. 28.
[68] *Erub. fol.* 18. *col.* 2.
[69] *Pir. Ab. cap.* 1.
[70] *Pir. Ab. cap.* 1.
[71] *Joh.* 4. 27.
[72] *Jebam. fol.* 63. *col.* 1.
[73] *R. Bech. in Gen. fol.* 32. *cap.* 3.
[74] *Maim. Halich. Deoth.*
[75] *Abarben. in Nachal. Ab. fol.* 30. *col.* 2.
[76] *Metzia fol.* 29. *col.* 2.
[77] *Pirk. Ab. c.* 6.
[78] *Bab. Kam. fol.* 92. *c.* 2.
[79] *Bab. Baſ. fol.* 120. *col.* 1.
(80) *Pirk. Ab. c.* 1.
[81] *Mibh. Happen.*
[82] *Ibid.*
[83] *Maim. Canon. Et. c.* 4.
[84] *Schab. f.* 114. *c.* 1.
[85] *Mai. Can. Et. c.* 2.
[86] *Mibch. Happen. Ibidem.*
[87] *Aben. Eſ. Ecc.* 7.
[88] *Peſachim cap.* 3. *fol.* 49. 1.
[89] *Abarb. in* נחלה אבות *f.* 202. *col.* 1.
[90] *Ber. Rab.*
[91] *Matt.* 68. 27.
[92] *Matt.* 7. 15.
[93] *Vid. Abarb. in Nahal. Ab. fol.* 192. *col.* 1.
[94] *R. Jehud. Muſc. in Coſr. fol.* 13. *pag.* 2.
[95] *Matt.* 11.
[96] *Matt.* 3. 11.
[97] *Paſſim.*
(98) *Pirk. Ab. cap.* 1.
(99) *Maim. Canon. Eth. cap.* 2. *&* 3.
(100) *Mibch. Happen.*
(101) *Pirk. Ab.*
(102) *En Iſra. f.* 57. *col.* 4.
(103) *Pirk. Ab. cap.* 4.
(104) *Mor. Neb. par.* 3. *c.* 51.
(105) *Chagig. fol.* 15. *col.* 2.
(106) *Pirk. Ab. cap.* 3.
(107) *Jom. fol.* 9. 2.
(108) *Talm. Hier. Schek. cap.* 5. 5. *in Gem.*
(109) *Berach. fol.* 63. *col.* 1.
(110) *Chag. cap.* 1.
(111) *Berach. f.* 63. *col.* 1.
(112) *Pirk. Ab cap.* 1.
(113) *Abarb. in Nachal. Ab. f.* 200. *col.* 1.
(114) *Berach. fol.* 6. *col.* 2.
(115) *Megill. f.* 28. 2.
(116) *Eſt Apopht. Ben Syræ.*
(117) *Pirk. Ab. cap.* 1.
(118) *Berach. fol.* 62.
(119) *Abod. Sar. fol.* 19. *col.* 2.
(120) *Pirk. Ab. cap.* 3.
(121) *Eſ.* 28. *v.* 7. *ſ.*
(122) *Ez.* 41. 22.
(123) *Mibch. Happen.*
(124) *Matt.* 5. 15. 16.
(125) *Joh. Iſaac. in Meturg. in præf.*
(126) *Mibch. Hap.*
(127) *Emman. fol.* 101. *col.* 2.
(128) *Sanhed. fol.* 110. *col.* 1.
(129) *Pir. Ab. cap.* 5.
(130) *Maimon. in Trac. de Libr. Leg.*
(131) *Trac. de Tephill. Mezuz. cap.* 1. §. 1.
(132) *Ibid.* §. 19.
(133) *Obſerv. in Raim. Pug. f. p.* 89. *ſeq.*
(134) *Maimon. de lib. Leg. c.* 7.
(135) *Ibidem.*
(136) הלכות דעות.
(137) *Studioſ. Hebr.*
(138) *Maim. l. c. l.* 1. *cap.* 5. §. 9.
(139) *Ibidem.*
(140) *Ibidem.*

CAPUT XIII.

Privilegia Literatorum: Non omnibus æqualia. Eminebant ſupra omnes encomiis. Etiam Nobilitas iis vindicata. Auctoritate admodum valebant. In refractarios impune detonabant. Jus προεδρίας *obtinebat: Nothus Literatus Pontificem Maximum illiteratum præcedebat: Omnes & ſinguli Doctori cederent. Literati a publicis oneribus, tributis, &c. immunes. Angaria quid? Privilegium Sacerdotibus ſuis indulſit Romulus: Judæorum Antiſtitibus Conſtantinus Magnus. Liberi Studioſi a Lege Conjugii: uxorem ſi ducerent, intacta & venuſta iis competebat, Aliæ recreationes conceſſæ. Varia officiorum ratione privilegia.*

NOn eſt dubium, quin inſignibus olim Academiæ Hebræorum cumulatæ fuerint privilegiis, ſed quorum obliterata fere ſunt veſtigia; Interim ut promiſſis ſtemus, ea, quæ currenti oculo obvenere, apponere non gravabimur; Illa autem ipſa nec ſemper eadem, nec omnibus æqualia fuere, poſtulabant nimirum diverſi meritorum gradus gradus quoque privilegiorum diverſos, nam ערך כל הארם כפי מה שהוא יורע (1) *Tanti quiſque æſtimatur, quantum ſcit*, & quanto magis æſtimabatur, tanto majus ipſi indulgebatur. Cæterum privilegia hic tam late accepturi ſumus, ut omnes ſive Laudis, ſive Nobilitatis, ſive Auctoritatis, ſive Loci, ſive Conjungii, ſive immunitatis, ſive Officii prærogativas huc vocemus.

Laudis prærogativam loquuntur tot clariſſimi, quibus inſignebantur, tituli, Etenim ſupra vulgus quotquot eruditione aſcenderant, in cœlum tollebantur, cumque ipſis ſideribus commune nomen gerebant דומים החכמים בארץ למאורות השמים (2) *Similes ſunt ſapientes in terra luminaribus in cœlo*; cui non diſſimile eſt illud Servatoris ad ſuos Alumnos: Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου (3) *Vos eſtis Lux mundi*. Reſultavere inde acuta, qui-

quibus hinc inde distinguuntur Literati, encomia, utpote מופת הדור (4) *Prodigium seculi* , אוצר בלום (5) *Thesaurus clausus*, קופת בשמים או קופת הרוכלים (6) *Capsa Aromataria vel Capsa Apotechariorum* , חנות מיוזנת (7) *Taberna instructa* , quod ibi omnia multiplicis sapientiæ cimilia unicuique cupido prostant , & inde quisque discendi avarus plena sibi doctrinarum horrea admetiri potest . Adhæc נר ישראל עמוד הימני פטיש החזק (8) *Lucerna Israelis* , *Columna dextra*, *Malleus robustus* ; Et in genere cluent Literati מצוקי ארץ (9) *Cardines terræ*, , aliisque innumeris honorum notis capita inter omnes totius orbis homines extollunt . De aliis vero titulis eorumque gradibus supra egimus.

An Nobilitas inter honorum insignia, quæ superiores gradus Academicos comitari solent , referenda sit , tanquam privilegium necessitate quadam conjugatum , dubitat , imo negat Cl. *Glaudius* (10); Verum sine dubio apud Hebræos eruditionis decus erat Nobilitas , imo præter Studiosos nemo vere Nobilis putabatur אין בן חורין אלא מי שעוסק בתורה (11) *Nemo vere est nobilis*, *nisi qui studet Legi* ; Ridebat illa Nobilitas omnes calumnias , & ad corrodentem invidiam stabat inconcussa אסא דקי ביני חליפי אסא שמיה ואסא קרו לוה : (12) *Myrtus stans inter urticas* , *myrtus nomen ejus est* , *& myrtus vocatur* , hoc est , nihil labis ex maledico invidi calumniatoris dente contrahit Nobilitas Eruditi.

Auctoritatis maximum erat privilegium; nec enim ab anathematis fulmine immunes esse potuere, Literatos offendere quotquot substinebant מאן דעקיץ ליעקציה עקרביה (13) *Qui mordet* (Literatum) , *mordebit eum scorpius*; Qui de ipsorum calore mutuari discuperent , caverent sibi sedulo a prunis eorum, ue ustularentur הוי מתחמם כנגר אורן של חכמים והוי זהיר בגחלתן שלא שלא תכוה שנשיכתן נשיכת שועל ועקיצתן עקיצת עקרב ולחישתן לחישת שרף ואף כל דבריהם כגחלי אש (14) *Calefac ad ignem Sapientum*, *sed cave tibi a prunis eorum* , *nam morsus ipsorum est veluti morsus Vulpeculæ* , *& compunctio eorum est veluti compunctio scorpii*, *& sibilatio serpentis igniti* , *omniaque verba eorum sunt quasi carbones ignis* . Itaque non mirum , quod summa cum libertate in refractarios quosque invecti sint, & auditores , quamvis irritati, rarius sese opponere ausi sint . Notum est , quam impune tam veteris quam N. Testamenti Doctores in immorigeros detonuere (15); & apparent complusculа ejusmodi succensentium Rabbinorum fulmina inscriptis eorum, imo quam rigidi sint suæ Auctoritatis vindices , loquitur solum hoc כל הלועג על דברי חכמים נידון בצואה רותחת (16) *Quicunque subsannat verba Sapientum* , *judicatur fervent excremento*.

Respectu gradus , sedis incessusque primas tenebat Literatus כהן קודם ללוי לוי לישראל אבל חכם קודם לכולן (17) *Sacerdos præcedit Levitam*, *Levita Israelem* , *sed Literatus omnes* ; Imo si vel Literatus nothus esset , cederet tamen ipsi pontifex Maximus illiteratus הכהן קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר ממזר לנתין נתין לגר וגר לעבד המשורר אימתי בזמן שכולן שוה אבל אם היה ממזר קודם תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ (18) *Sacerdos præcedit Levitam* , *Levita Israelitam* , *Israelita Nothum* , *Nothus Nethinæum* , *Nethinæus Proselitum* , *Proselitus servum manumissum*. *Quo casu hæc dicuntur? Eo sc. quo omnes sunt pares*, *sed si Nothus sit Vir doctus & Pontifex Maximus illiteratus præcedit Sacerdotem illiteratum*. Nihil supra sapientiam æstimabatur , itaque nihil supra sapientem , longe post habebantur divitiæ ; itaque etiam ditissimi שאלו לחכם מי הם יותר גדולים החכמים או העשירים אמר חכמים אמרו לא אם כן מפני מה החכמים בפתחי העשירים יותר מהעשירים בפתחי החכמים אמר מפני שהחכמים מכירים מעלות העושר והעשירים ואינם מכירין מעלות החכמה (19) *Quæsiverunt ex Sapiente , quinam essent præstantiores? Sapientes an Divites? respondit : Sapientes ; ulterius dixere : Si ita est, quare Sapientes frequentiores sunt ad limina divitum, quam divites ad limina Sapientum ? Respondit : Quia Sapientes agnoscunt dignitatem divitiarum , sed divites non agnoscunt dignitatem Sapientiæ* Imo supra omnes homines evehebantur Literati (20) , & a nemine non honorabantur : מצוה על המלך לכבד לומדי התורה וכשיכנסו לפניו סנהדרין וחכמי ישראל ועמוד לפניהם ויושבם בצדו וכן היה אסא מלך יהודה עשה אפילו לתלמיד חכם היה עומד מכסאו ומנשקו וקורא לו רבי ומורי (21) *Præceptum erat Regi honorare Doctores Legis . Cum igitur intrabant coram ipso Synedriales aut Sapientes Israelis*, *assurgebat ipsis*, *collocans eos juxta latus suum . Sic fecit Asa Rex Judæ*, *etiam discipulis adbuc*, *assurgendo de throno suo & illos osculando* , *appellandoque: Mi Magister*: *Mi Domine*! Quod autem jure προεδρείας abusi fuerint Literati ; notavimus ante Servatorem notasse sc. dum ambiret πρωτοκαθεδρείας

ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις (22) *ſupremas cathedras in Synagogis, & primas ſedes in cœnis*; Idcirco enim ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο mores accumbendi docuit; ὅταν κληθῆς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῆς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν &c. Ἀλλ' ὅταν κληθῆς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον &c. (23)

Ad immunitatis privilegia ſpectat, quod Literati a publicis laboris Regi vel urbi impendendis tributiſque immunes eſſent כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ (24) *Qui recipit in ſe jugum doctrinæ, ab illo aufertur jugum regni, quo gravari ſolent plebeji*. Porro תלמידי חכמים אינם יוצאין בעצמן לעשות עם כל הקהל בבנין והבירה שם מדינה וביוצא בהן כדי שלא יתבזו בפני עמי הארץ ואין גובין מהן לבנין החומה ותקון השערים ושכר השומרים וביוצא בהן ולא לתשורת המלך ואין מחייבין אותן לתן המס בין מס שהוא קצוב על בני העיר בין מס שהוב קצוא על כל איש ואיש וגו' (25) *Viri docti non ſolent ipſi cum reliqua multitudine exire, ut in munienda urbe aliiſque ejus generis laborent, ne ab illiterata plebe deſpiciantur; Neque ad mœnia reſtauranda portaſve reficiendas quicquam ab iis exigere ſolent, neque quod vigilibus alliſve perſolvant, aut unde Principi munus mittant, ſed a tributo pendendo illos immunes præſtant, ſive illud univerſæ civitati imperatum ſit, ſive unicuique ſingulatim*. Quod ſi rigidiores nonnulli Magiſtratus publicis Eruditos oneribus ſubjecerint, nunquam id impune tuliſſe credebantur; Hoc crimine, ut ferunt, Rex Aſa podagram contraxit מפני מה נענש המלך אסא מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים (26) *Quare* (podagra) *punitus eſt Rex Aſa? quia angariæ ſubjecit Literatos*. Si amplius curioſius quæſiveris, unde id probant Rabbini, reſpondebunt, quia legitur in omni Juda promulgaſſe, ne quis immunis foret (27). Eodem, quod magis mirum, delicto Abrahamus & ſibi pœnam & diuturnum in Ægypto exilium poſteris meruiſſe aſſeritur; R. Eliezer enim punitum ait מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים (28) *Quia angaria oneravit Eruditos*; fidem huic inde conciliare ſatagunt, quod initiatos ſuos, ɔ: quos informaverat, in arma traxit: וירק את חניכיו (19) *Et armavit ſuos initiatos*. Hoc ideo prætextu R. Eleazar *angariæ* ſe ſubducere conatus eſt, immunitatem Literatorum (30) cauſatus. Quid ſit *Angaria*? unicus breviter explicet locus אנגריא עבוד שר העיר (31) *Angaria eſt ſervitus Principis urbis*, uberius explicuere *Brodæus*, (32) *Buxtorfius* (33) *Vagenſeilius* (34) *Ligtfootus* (35) *Dilberrus* (36); Uſurpatur eadem vox apud *Gellium* (37) & in *Codice Juſtinianeo* (38), indeque phraſes ortæ, quæ occurunt apud Matthæum: Ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν (39): εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα, τοῦτον ἠγγάρευσαν &c. (40) Tale quoque privilegium Romulum LX. Sacerdotibus publicis, quos ipſe inſtituerat, conceſſiſſe Auctor eſt *Roſinus* (41), cui ſimile apparet ex inſcriptione aliqua, quæ ita incipit.

Veratio a F. Pal. Severiano.
Equiti Rom. Cur. Reip. Tegianenſium Adlecto in Ordin.
Decurſion. Civi. amantiſſimo qui cum Privilegio Sacerd.
De Cæninenſis munitus potuiſſet ab ti honoribus & muneribus.
Facile excuſari præpoſito amore Patriæ, & amorem ædilitat.

Continuatum vide apud Cel. *Gruterum* (42); Ita & Clericis libertatem ab omnibus publicis oneribus indulſiſſe Conſtantinum Magnum teſtes ſunt *Euſebius* (43) & *Sozomenus* (44); Imo eo uſque progreſſa eſt pluſquam Regia ejuſdem Cæſaris benevolentia, ut ejus radios effuderit etiam in Judæorum Eruditos (43): *Imperator Conſtantinus Hiereis & Archiſynagogis & Patribus Synagogarum & cœteris, qui in eodem loco deſerviunt; Hiereos & Archiſynagogos & Patres Synagogarum & cæteros, qui Synagogis deſerviunt, ab omni corporali munere liberos eſſe pronunciamus*.

Nondum totam Parnaſſiacæ coronæ felicitatem perluſtravimus, emicant adhuc plures ejus radii e Conjugio, quod jugum cum omnes alias maturius ſubire tenerentur, hi tamen vel ſuſpendere vel penitus detrectare poterant מי שחשקה נפשו בתורה תמיד ושוגה בת כל ימיו ולא נשא אשה אין בידו עון: (46) *Quicunque animum ſuum perpetuo applicat ad Legem, eamque ruminatur & meditatur, eique per totam vitam ſuam adhæret, ſi uxorem non ducit; non peccat*. Si vero quis nuptiarum dulcedine tangeretur, aduc tamen, ut vela vertamus, ſpes prærogativæ; conveniebat ſc. ipſi virgo intacta סופר מלמד ישא בתולה ואל ישא בעולה כי מומי הבתולה יהיו לך לבדך ומומי הבעולה כבר שאבם זר בלערך: (47) *Literatus docens ducat virginem, non ducat eam quæ maritum habuit, nam &c.* conveniebat qupque venuſta דירה נאה אשה נאה ומטה מוצעת לתלמיד חכם: *Habitatio pulchra, uxor pulchra & lectus commo-*

modus literato conveniunt, quod citatur a *Maimodide* (48), qui alia recreationum privilegia Erudito una vindicat, dum ita pergit: *Mens continua rerum difficilium contemplatione obtunditur atque hebescit, non secus ac delassatur corpus labores difficiles tolerando, donec, postquam consederit ac quieverit, ad temperiem suam redeat; ita opus est etiam, ut requiescat animus, & sensibus recreandis operam det, picturis puta, rebusque pulchris contemplandis, quo tollatur ab ea hebetudo, quemadmodum dixerunt: Ubi lassati fuerint Doctores nostri studendo, locuti sunt verba hilaritatis.*

Denique officii ratione varia erant Privilegia; quæ per Promotionem accedebant, antea produximus, quomodo Promotis facta est libertas docendi & publicum munus obeundi &c. Filius si Eruditi ac probi Parentis non degener esset hæres, a paterna provincia rarius detrudebatur, quin prius ipsi eam retinendi optio daretur (49). Illustris Doctor etiam civiles controversias decidere poterat, contestante *Mutinense* (50): Le Cacham Rab ou Morenu prononce sur toutes sortes de differens, decide des fendues ou permises, & juge de toute matiere de Religion, se melant meme du Civil; quo tamen privilegio abstinuit Servator, nam Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου, διδάσκαλε εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ᾽ ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν. Ὁ δὲ εἶπεν ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ᾽ ὑμᾶς (51) *dixit ipsi quidam e turba, Magister! dic fratri meo, ut partiatur mecum hæreditatem; respondit autem: Homo! Quis me judicem vestrum aut partitorem coostituic?* Similiter, cum mulier, quæ adulterii rea agebatur, ad ipsum, ut causam diceret, a Pharisæis delata esset, prius jussit, ut, cujus conscientia nulla pallescebat culpa, is primum in ipsam lapidem moveret, secedentibus deinde omnibus, & nemine ipsam condemnante, mulieri inquit (52): οὐκ ἐγώ σε κατακρίνω. *Neque Ego condemmno.* Nisi velis huc responsum trahere, alibi datum Judæorum legatis, quo suum Cæsari tributum adjudicavit (53): Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι *Reddite ergo, quæ sunt Cæsariis, Cæsari.* Porro Erudito cuilibet liberus erat mercaturam vel artem mechanicam exercere, quod secuturo commate probabimus. Cuilibet officio suum speciale annexum erat privilegium; suo gaudebat Æchmalotarcha, suo Rector Academiæ, suo Archisynagogus &c. quæ supra (54) perstrinximus.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUMTERTIUM.

(1) *Mibch. Happ.*
(2) *Ibidem.*
(3) *Matt.* 5. 14.
(4) *Cholin f.* 103.
(5) *Gittin. fol.* 67. *col.* 1.
(6) *Ibidem.*
(7) *Ibidem.*
(8) *Berach. fol.* 28. *col.* 2.
(9) *Ex Sam.* 2. 8.
(10) *Diss. de Magist. Honor.*
(11) *Pirk. Ab. cap.* 6.
(12) *Sanhed. fol.* 44. *col.* 1.
(13) *Bechor. fol.* 31. *col.* 2.
(14) *Pirk. Ab. cap.* 3.
(15) *Conf. exemp. Samuelis, Nathanis, Elizæi, Johannis aliorumque.*
(16) *Erub. fol.* 22.
(17) *Horaj Bab. Nach. Ab. fol.* 202. *col.* 2.
(18) *Ib. cap.* §. 3. *fol.* 48. *col.* 2.
(19) *Mibch. Happen.*
(20) *Vid. Rabat fol.* 221. *col.* 2. *ubi nimis audacter de prærogitiva Literatorum loquuntur & rationem adducit R. Bechai in Hakkem. tit. Heb. fol.* 6. *c.* 3. *Conf. Schich. Jus. Reg. pag.* 228. *& Carpzov. not.*
(21) *Maim. H. Mel. c.* 2. *circa med.*
(22) *Marc.* 12. 39.
(23) *Luc.* 14. *& seqq.*
(24) *Pirk. Ab. cap.* 3.
(25) *Maim. Talm. Tor. Per.* 6. §. 9.
(26) *Sotah fol.* 10. 1.
(27) 1. *Reg.* 15. 22.
(28) *Nedar. f.* 32. 1.
(29) *Gen.* 14. 14.
(30) *Talm. Bab. Jom. f.* 35. 2.
(31) *Gloss. ad h. l.*
(32) *Miscel. l.* 6. *cap.* 6.
(33) *Lex. Tal. p.* 13.
(34) *In Sotah. p.* 184.
(35) *Hor. Heb. in Matt.* 5.
(36) *Disp. Tom.* 1. *p.* 137.
(37) *Lib.* 19. *c.* 14.
(38) *Tit. de Ang.*
(39) *Cap.* 5. *v.* 41.
(40) *Cap.* 27. *v.* 32.
(41) *Lib.* 3. *cap.* 7. *Ant. Rom.*
(42) *Inscrip. pag.* 484.
(43) *Lib.* 10. *cap.* 7.
(44) *Lib.* 1. *c.* 9.
(45) *Cod. Theod. lib.* 4.
(46) *Maim. in Nas. cap.* 5.
(47) *Ben Sira.*
(48) מוסי באב *pag.* 217. *edit. Fococ.*
(49) *Vid. Bartol. Bibl. Rab. T.* 1. *p.* 487.
(50) *Cerem. & Cont. des Juifs Port.* 2. *cap.* 3.
(51) *Luc.* 12. 13.
(52) *Joh.* 8. 3. *seqq.*
(53) *Matt.* 22. 21.
(54) *De tit. offic.*

CAPUT XIV.

Stipendia Academica. Suspensæ Diligentioribus hederæ: laudes non cum hac vita terminandæ. Sine præmiis frigent Studia: Sola tamen lucri cupiditate literis incumbere Studioso indignum: Studentibus vero debita merces non deroganda. Omnes Nationes sua Eruditis redhostimenta tribuere; Vel liberam quadram, vel salaria concessere. Judæi erga Sacerdotes satis liberales: Antiquissima stipendiorum in Bibliis vestigia. Quidam Doctores salaria detrectarunt: Sequioribus seculis manifestius data & accepta: Negligentioribus vero detracta. Doctores sua stipendia manuum opere adauxere: Ipse Servator Faber, non ferrarius, sed lignarius: Innuuntur alia exempla sacra: Inter illa clarissimum Pauli, qui tentoriis elaborandis vitam sustentavit. Rabbini quidam Pelliones, Sutores, Vespilliones Fabri &c. Injunctum denique studio opus addere: Non tamen huic plus æquo dandum: Negotiatio Studiosorum sincera esset.

EQuidem virtus sibi ipsi pulcherrima merces est, tamen gaudet fulgentioribus præmiis coronari, atque in aprico poni; Hinc nec voluit Hebræa antiquitas, ut Musæ suæ panem ostiatim quærerent, sed, unde commode alerentur, pie ac provide instituit. Provocabantur certatim excitabanturque; earum cultores appensa ipsis gloriæ hedera; nam illa demum putabatur vera gloria, quæ ex studio metebatur אין כבוד אלא חורה (1) *Non est vera gloria, nisi legis*, id est quæ per studium legis acquiritur, uti postea (2) magis illustratur: אל תבקש גרולה לעצמך ואל ואל תחמור כבור יותר מלימורך עשה *Nequæras magnificentiam tibi, nec concupiscas gloriam ampliorem eruditione tua*, scilicet quia major non datur. Promittebatur ex studiis diuturna vita מרבה חורה מרבה חיים (3) *Qui multiplicat legem, multiplicat vitam*; Sed nec hujus mundi clepsydris circumscripra existimabatur studiorum utilitas, quin & illustriores in altera vita gloriæ gradus e vestigio haberet, nam כל המקטין עצמו על דברי תורה בעולם הזה נעשה גרול לעולם הבא: (4) *Quicunque se diminuit propter verba Legis in mundo hoc, fit magnus in mundo venturo*; Et כל המשחיר פניו על דברי תורה בעולם הזה הקרוש ברוך הוא מבהיק זויו בעולם הבא: (5) *Quicunque nigrore afficit vultum suum propter studium Legis in mundo hoc, Deus illustrem reddit splendorem ejus in seculo venturo.*

Sed hæc & consimilia Musis erant incitamenta, non alimenta, provocabant non sustentabant; ideoque alio opus erat vehiculo, quo bonæ Deæ veherentur, ni inopinato in itinere defessæ contabescerent, argento scilicet, quod ut sine sapientia ne titivillitio quidem æstimabatur, requirebatur tamen currus instar vel calcei; Proinde ajunt: דעת בלי עושר כרגלים בלא מנעלים ועושר בלי דעת כמנעלים בלא רגלים (6) *scientia sine divitiis est instar pedum sine calceis & divitiæ sine scientia sunt instar calceorum sine pedibus*. Imo non sola Venus sine Cerere & Baccho friget, ipse Phœbus eosdem patitur Manes.

> *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat*
> *Res angusta domi - - - -*

Unde Anaxagoras, cui cum multum consilii debebat Pericles, parum tumen vel nihil subsidii procurarat, acute olim *Pericle! quibus lucerna est opus, infundunt oleum* (7) Itaque ut אם אין תורה אין קמח (8) *Si non est Lex, non est farina*, id est sine omni legis studio nulla prosperitas, sic vice versa אם אין קמח אין תורה (9) *Si non est farina non est lex*, ubi necessaria vitæ non suppetunt, studium legis non viget, ideoque qui Palladi nomen dederant, sub illa etiam stipendia facerent, æquum erat. Equidem dedecus erat, ut inanis gloriolæ, ita & levis lucri inde aucupium quærere, ut sc. ancillantibus Musis, nummorum acervi construerentur; Saniores nimirum scite caverunt, אל תעש עטרה להתגרל בה ולא קורום לאכול ממנה: (10) *Ne coronam facias* (legem), *ut magnus fiat, neque securim, ut comedas ex ea.* Ita enim capio hunc locum, quod turpe esset vel ex ambitione vel ex insatiabili avaritia Apollinis castra sectari, maxime cum acclamantem credam alium locum, כל הנהנה מרברי תורה נוטל חייו מן העולם (11) *Quicunque utilitatem venatur ex lege, tollit vitam suam ex hoc mundo.* Sic & Paulus jubet Episcopum esse *μὴ αἰσχροκερδῆ* (12) *non cupidum turpis lacri*, & Servator doctrinam vel potius miraculosa dona venum exponere suis prohibuit Apostolis, inquiens: δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε (13) *gratias accepistis, gratis date*; Literatos non decebat *singula verba nummis vendere*, quod in Causidicos olim dictum est, sed tamen laborum præmia accipere nemini non licitum erat, quicquid contendit vel

Anabaptistarum cohors, qui in Docentes nimis injurii, salarium accipere piaculum ducunt (14), vel Francisci asseclæ, qui abhorrent a pecunia etiam contrectanda; nam & Servator docentibus, unde sustentarentur, concessit: Ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστι (15) *Dignus est operarius victu su*, & datam legem amplius Paulus comprobavit: Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις, καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ (16) *Bovi trituranti os non alligabis, & dignus est operarius mercede sua*, in quem locum erudite commentatem consulas *Dilberrum* (17) Hinc tanta libertate cum Corinthiis postulat Paulus (18): *quis proprio militat stipendio*, inquit, *quis vineam plantat, & fructu ejus non vescitur? Vel quis gregem alit, & non pascitur lacte gregis?*

Imo Literatæ turbæ sua redhostimenta nulla fere secula, nullæ invidere gentes: Alicubi libera gaudebant quadra: Ita Hippocrati posterisque ejus alimenta Athenienses in Prytaneo subministrasse ex Pausania notum est, monente etiam *H. Salmutho* (19), nec ignotum est doctos Principum quadra vixisse (20) erga Ægyptiorum eruditos liberalem admodum fuisse Pharaonem sacra testatur pagina חק לכהנים מאת פרעה ואכלו את חקם אשר נתן להם פרעה (21) *Sacerdotibus erat destinata portio a Pharaone, & vescebantur illa portione, quam dederat ipsis Pharao*; ubi per כהנים quidam Literatos in genere intelligunt (22) Episcopis Concilii Nicœni cibaria large subministranda curavit Constantinus M. (23), Danielem Nebucadnezar ejusque commilitones, quos informatos voluit (24), victu atque potu pastos potosque voluit: Alibi ære donabantur: Xenocrati Philosopho Alexander M. per legatum 50. talenta misit (25), Aristoteli præter sufficientes sumtus 800. talenta dono idem dedit pro conscribenda historia animalium, quapropter illi libri a Græcis dicti πολυτάλαντα βιβλία (26); Augustum Verrio Flacco Grammatico centena H. S. in annum largitum esse, & Vespasianum Latinis Græcisque Rhetoribus annua centena H. S. destinasse tradit *Suetonius* (27); Virgilium pro ultimis I. VI. Æneidos versibus gravi ære ab Octavia Augusti sorore affectum fuisse docet *Servius* (28) Munificentiam Constantini M. omnes deprædicant, quod singulare vectigal, ærario alias constitutum, Clero distribuendum voluerit (29) Stephanum & Bassianum Ephesi annuatim ab Ecclesia 200. solidis oneratos fuisse referunt *Centuriatores* (30). Nonnullis in locis domicilia vel integra oppida Doctis in salaria cessere: Ita Reges Persarum oppida aliquot suis Evergetis consecrasse memorant Herodotus & Plutarchus, & priscæ Ecclesiæ Sacerdotibus certas assignatas esse domos probat *Meursius* (31) Vide de his plura apud *Sagittarium* (32)

Nec sordidiores erant populi Hebræorum; De Sacerdotibus & Levitis res clara est, nam offerebantur 1. Primitiæ frugum maturescentium; quarum manipulus Sacerdoti cedebat. 2. תרומה fructus elaborati, Sacerdotibus proprii; facta vero frugum delibatione de reliquo acervo ferebatur Decima, *Prima* appellata, de qua iterum Levitæ decimam Sacerdotibus pendebant. 3. Trietericum tertio quoque anno. Hæc & plura a compluribus tractata sunt. Vid. *Sixtinum Am.* (33) *Carol. Sigonium* (34) *Buxtorfium* (35) *Seldenum* (36) *Pfeifferum* (37) *Goodvinum* (38) aliosque. Ergo quis ambigat? quin Literati in genere publicis olim affecti fuerint salariis, & vel qnadris vel domiciliis, vel argento communi fruiti sint. Esset forsan, qui pro quadris vindicandis urgeret exemplum Eliæ, qui Sareptanæ viduæ farina atque oleo sustentabatur (39); Sed commodius exemplum Abdiæ, qui ingentem Prophetarum, quos furori Jesabelis subduxerat, numerum propriis se sumtibus aluisse dicit (40) dicit (41): ואכלכלם לחם ומים *cibum*, inquit, *& potum ipsis dedi*; Jeremiæ, qui quovis die panem a Rege Zedechia dono accepit (42), Elisæi filiorumque Prophetarum, seu Studiosorum, quibus Vir quidam e Baalsalisa viginti panes hordeaceos novumque tuliit frumentum (43). Itidem pro domiciliis asserendis nonnemo meditaretur liberalitatem mulieris Sunamiticæ, quæ ubi observaverat Elisæum e Literatorum vel Sanctorum ordine fuisse, ait: נעשה נא עליית קיר קטנה ונשים לו שם מטה ושלחן וכסא ומנורה והיה בבואו אלינו יסור שמה: (44) *Faciamus ipsi parvulam cameram in loco superiori, & ponamus ibi lectum & mensam & sellam & candelabrum, ut ubi ad nos venerit; ibi moretur*. Pro aliis muneribus videretur stare posse Gihezi, qui cum minister Academiæ Elisæanæ erat, ægre tulit, Magistrum suum nihil sibi a Naamane dari passum esse, unde, quod jure ipsi debebatur, innoxie sese requirere posse ratus, & aliis forsan exemplis stimulatus, Naamanem supplex accessit, largoque munere onustus domum rediit Hæc & similia non equidem adeo clare & ubertim stipendia

Eru-

Eruditorum demonstrant, tamen ad minimum in hisce arenulis si non integræ & perfectæ, lubricæ tamen stipendiorum imagines presse sistuntur, ex quibus non invito tortove nexu fluit, redhostimenta quædam, etiam, licet tamen rarius, tunc temporis Hebræorum Doctis permissa esse.

Erant tamen inter Judæorum Magistros, qui mercedem detrectabant, inter quos memoratur R. Jacob, qui utut pauperrimus, stipendium tamen nunquam voluit, sed gratis docuit (45); Aliis vero alius erat animus; Ita R. Asser receptis literis commendatitiis ab Universitate & Synagoga Toletana Rector Academiæ creatus dicitur, addito annuo stipendio (46) & R. Benjamin Scholarum rudera ubi delineat, inquit: ונותנים עישור מכל אשר להם לתלמידי חכמים יושבי תמיד בבית המדרש (47) *Hi Judæi omnium bonorum decimas largiuntur eruditis, qui jugiter in scholis resident*. Porro: שם פרנסה ומלבוש מאצל הקהל כל ימי היותם בבית המדרש: (48) *ibi alimenta & vestimenta e publico suppeditant, quamdiu in schola versantur*. Colligebantur post examina habitasque Disputationes Studiosi, atque ab Ephoris stipendiis onerabantur, quod factum Pombeditæ; ואחר כך שולחין אותם לבעליהן ואז מחלק הממון עליהם (49) *Postea* (ubi abunde examinati, informati, exercitatique disputando erant) *dimittebantur ad præpositos suos, qui inter eos præmia distribuebant*. Quod si qui remissiores, Professorum exspectationi non respondebant, stipendiis illi mulctabantur, nil nisi repulsam Æacidinasque minas domum relaturi וכשהוא את אחר מהם שאין תלמודו סדור בפיו יקשה עליו יותר ויגרע לו מקיקו וגוער בו ומוכיחו ומודיעו המקומות שנתרשל בהם ושנתעשל עליהם ומזהירו בנפשו ומתרהו שאם ישנה כן פעם אחר ולא ישים לבו על תלמודו שלא ינתן לו כלום ולפיכך היו מתחרדין ומתעסקין בלמודם (50) *Cum autem vidisset unum ex iis, quod non esset in ore suo doctrina ordinata, adhuc objiciebat ipsi & detrahebat ei examinator, & objurgabat eum atque increpabat, indicabatque loca in quibus piger erat & torpebat, eaque admonebat. Quod si altera vice ita recitasset, & non animadvertisset doctrinam suam, non dabatur ei quicquam; Et ideo reddebantur acuti, totique fuere in suo studio.*


Et ne Eruditis quid deesset vel ad vitam honeste sustentandam, vel ad studia feliciter promovenda, complures vel proprio manuum opere vel mercatura sua stipendia adaugebant; nec enim Eucheræ Messalianorumque virus imbiberant, qui opera manuum plane improbabant, nec turpitudini id sibi ducebant, sed potius laudi, ut *Maimonides:* מעלה גדולה היא למי שהוא מתפרנס ממעשה ידיו ומדת חסידים הראשונים היא ובזה זוכה לכל כבוד וטובה שבעולם הזה ולעולם הבא שנאמר יגיע כפיך כי תאכל אשריך וטוב לך אשריך לעולם הזה וטוב לך לעולם הבא שכולו טוב (51) *Ingens est ejus felicitas, qui suis sibi manibus victum parat, idque facere solebant pientissimi Majores nostri, atque ea res & hanoris omnis & ubertatis bonorum tam hujus, quam futuræ vitæ causa est, nam scriptum est* (52) labore manuum tuarum frueris, beatus erit & bene erit tibi, *ubi beatus erit, hoc seculum, bene erit tibi, futurum, in quo mera est bonitas, respiciunt*, & alibi (53) clarius. גדולי חכמי ישראל היו מהם חוטבי עצים ומהן שואבי מים ומהם סומים ואף על פי כן היו עוסקים בתלמוד תורה ביום ובלילה *Ex maximis sapientibus Israelis quidam fuere lignicidæ, alii hausere aquas, alii etiam cæci fuere, nihilominus dies noctesque operam dederunt studiis legis*. Nam stricte Sapientes id est Literatos hic innui docent, quæ subsequuntur והם מכלל מעתיקי השמועה איש מפי משה רבינו: *Atque illi etiam ex iis, qui traditionem oralem continua serie inde a Mose Magistro nostro ad posteros transmisere*. Alium locum plane similem ex eodem Maimonide depromsit *Vitringa* (54) גדולי החכמים היו מהם חוטבי ונושאי הקורות ושואבי מים לגנות ועושים הברזל והפחמים ולא שאלו מן הצבור ולא קבלו מהם כשנתנו להם: *Fuere etiam e primariis Eruditorum, qui findebant ligna, & portabant trabes, & hauriebant aquas ad irrigandos hortos, & fabricabant ferrum, & faciebent carbones, & nihil petierunt ab Ecclesia, neque acceperunt quicquam ab iis, qui aliquid ipsis dare volebant*. Et quid si ipse Servator noster artem aliquam exercuerit? Certe fabri filium fuisse nemo ignorat, nisi qui ignorat verba admirantis populi (55) οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός, *nonne hic est filius fabri*, ubi tamen non intelligitur *ferrarius*, ut hallucinatus est Auctor Hæbraicæ versionis Matthæi (fontem enim ipsum eam esse quis mihi persuaserit?) ubi redditur per בן נפחא *filius fabri ferrarii*, qua longe propius accedit Syriaca versio, quæ transfudit per ܒܪܗ ܕܢܓܪܐ etsi ea locutio generalior sit, sed Lignarius, consentientibus cum natura vocis omnibus fere Interpretibus; unde salsum Antiocheni Pœdagogi dictum, qui a Libanio Sophista contumeliose interrogatus: *Nunc fabri filius quid age-*

ageret? regessit: *Eum Juliano feretrum fabricare*, de quo *Sozomenus* (56); sed non solum Lignarii filius, verum & ipse Lignarius fuit, ut est apud Marcum (57): ὀυχ' ὄυτός ἐστιν ὁ τέκτων *Hiccine Lignarius est*; hinc concludit Cl. *Vagenseilius* (58) *Christum Josepho in fabrili opera manum porrexisse*. Non sistam hic Mosen, qui ipse tabulas lapideas Legi sacrandas efformavit (59). Non vocabo huc בני נביאים *studiosos*, Scholam Elisæi frequentantes, quos lignariæ artis non imperitos fuisse apparet, dum ligna ceciderint, & domum vel Scholam exstruendam ipsi moliti sint (60); Non sistam Petrum, qui in monte tria domicilia Servatori, Mosi & Eliæ meditatus est (61): Patiar quoque prætermitti turbam discipulorum Christi, qui, etiam post suam vocationem, retia traxere (62). Alii supprimantur! Sed suppressum ægre velim Apostolum Paulum, quippe qui sæpius fatetur, laborando se panem non sibi solum, sed & aliis quæsivisse, cum tamen a puero ad pedes Gamalielis sederat: Ἀυτοὶ δὲ γινώσκετε, inquit, ὅτι ταῖς χρέιαις μου καὶ τοῖς ὄυσι μετ' ἐμοῦ ὑπερέτησαν αἱ χεῖρες ἅυται (63) *Nostis ipsi, quod necessaria mihi & iis, qui mecum sunt, laborando ministrarint istæ manus*. Ita Μνημονέυετε γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι (64) *Meministis enim, fratres, laboris ac operæ nostræ, quod nocte ac die laboraverimus*. Porro ὀυδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος. ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι (65) *Non gratis apud ullum panem comedimus, sed cum labore & molestia nocte atque die operati*. Quale autem opificii genus sectatus sit, adhuc alibi clarius recenset Lucas: καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον ἔιναι: ἔμενε παρ' καὶ ἐιργάζετο. ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Nempe apud Aquilam & Priscillam hospitium quæsiverat, *& quod ejusdem artificii peritus erat, commoratus est apud eos, & operatus est; erant autem fabricatores tentoriorum* (66). Hinc patet quam stulte & imperite Recutitus ille apud Ph. *Limborg* (67) subsannat Paulum ceu vilem Operarium, & quam apposite reponit *Limborg*: *nihil inde in opprobrium aut despectum ejus posse concludi, quoniam mos erat doctissimis Judæorum, opificium aliquod discere, unde, ubi res ferret, se sustenrarent: alii fuere pistores, alii pelliones*. Quasi vero inauditum erat apud Judæos exemplum! Pellio fuit R. Joses, de quo in Juchasin (68) וזה רבי יוסי היה מעבד עורות שרוב החכמים היה להם אומנות כדי יתהנו מאחרים *Et hic R. Joses pellio fuit, nam plerique Sapientes artem aliquam exercebant, ne ab aliis quicquam commodi caperent*. Quid clarius dici poterat? Sutores fuere Rab Chanina & Rab Oschaja דהוו אושכפי בערעה דישראל ויתבו בשוקא דזונות ועכדי להו מסאני לזונות ועיילי ומסיימי להו בכרעייהו ולא מדלו עינהו לאסתכולי בה (69) *Hi enim sutoriam artem exercebant in Judæa, habitabant in platea Scortorum, faciebant meretricibus calceos, eosque allatos pedibus illarum aptarunt, neque tamen oculos sustulere, ut ipsas intuerentur*. Observa castitatem hominum, quam non bene observavit *Gerson* (70), reprehensus eapropter a *Vagenseilio* (71). In Juchasin (72) porro memoratur R. Johannes שהיה עושה סנדלין *qui sandalia conficiebat*, vel ut alii volunt שהיה נוקב מרגליות *qui margaritas vel coralia perforabat*. In Nidda (73) Abba Saul & R. Johanan Vespillones; In Megilla (74) & Sotah (75) R. Isaac ferrarius faber, itidem in Megilla (76) R. Eliezer, qui Alexandrinorum Synagogam emit, in qua omnia sua opera confecit; R. Menachem, qui operariis assistebat, quando azyma parabant in festum Paschatos, non solicitando tam, quam propriis manibus juvando in lucem produxit *Bartoloccius* (77). Nunquam tam Præclarus Vir, nunquam tam vile opus, ut ille ex hoc aliquam infamiæ labem contraheret: Attende! פשות נבלתא בשוקל ושקל אגרא ולא תאמר כהנב אנא גברא רבא אנא: (78) *Excoriato cadaver in platea* (vel publice) *ut mercedem merearis, neque dicas, Sacerdos magnus sum, Vir magnus sum*. Quin hoc ita verum est, ut in legem fere abierit יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון וכל תורה שאין עמה מלאכה סופה בטלה וגוררת עון: (79) *Pulchra est doctrina Legis cum artificio aliquo adjuncto, labor enim utriusque oblivisci facit peccati & omne studium, cui non adjunctum est aliquod opificium, tandem dissipatur, trahitque secum iniquitatem*. Atqui tamen ne quid nimis! Turpe enim si Agar Saram expelleret, nimiusque labor utpote famula Studium Dominam præpediret, unde Hillel (80) לא כל המרבה בסחורה מחכים *Nullus qui multum negotiatur, evadit Sapiens, &* מה יעשה אדם ויחכם ירבה בישיבה וימעט בסחורה: (81) *Quid faciet homo, ut sapiens evadat? multum temporis impendat scholis, parum mercaturæ*. Caveret etiam sibi Eruditus a fraude in negotando משאן ומתנן של תלמידי חכמים באמת ובאמונה (82) *Negotiatio Eruditorum sincere & religiose fieri debet*.

NO-

NOTÆ IN CAPUT DECIMUMQUARTUM.

(1) *Abbot. cap. 6.*
(3') *Eod. cap.*
(9) *Pirk. Ab. c. 2.*
(4) *Bava Metz. fol. 85. col. 2.*
(5) *Sanhed. fol. 100. col. 1.*
(6) *Mibch. Happen. fol. 24. col. 2.*
(7) *Plucarch. in vit. Pericl.*
(8) *Pirk. Ab. cap. 3.*
(9) *Ibidem.*
(10) *Pirk. Ab cap: 4.*
(11) *Ibidem.*
(12) *Tit. 1. 6.*
(13) *Matth. 10. 8.*
(14) *Vid. eos ex loc. ci. argumentantes refutatos apud Pruchner. Vind. Bibl. in Matt.*
(15) *Matt. 10. 10.*
(16) 1. *Tim. 5. 18.*
(17) *Differt. Tom. 1. p. 268.*
(18) 1. *Cor: 9. 7.*
(19) *Not ad l. 2. Tit. 1. Panc. Nov. Rep.*
(20) *Vid. Siccat. Obser. histor. Polit. Posth. Dec.* 18. *c.* 5.
(21) *Gen. 48.*
(22) *Vid. vers. Svan. nost. ubi ad marg. est* de Lardes.
(23) *V. Euseb. lib. 3. cap. 9.*
(24) *Dan. 1. v. 4. 5.*
(25) *Vid. Camer. Cent. 1. Hor. subc. c. 4.*
(26) *V. Crinio. de honest. discip. l. 4. c. 4.*
(27) *De illustr. Gram. c. 17. & in Vit Vesp.*
(28) *Ad Æneid. Vir.*
(29) *V. Sozom. l. 1. Hist. Eccl. c. 8.*
(30) *Cent. 5. cap. 75*
(31) *Gloss. Gr. b. 626.*
(32) *Disput. de Salar.*
(33) *Comment. Decim. Mosaic.*
(34) De *Republ.* Hebr. *lib. 4. c. 15.*
(35) *Lex. Talm. p. 20. 110. 359. 492, 550. &c.*
(36) *Jur. Nat. & Gent. lib. 6. c. 6.*
(37) *Spec. Ant. p. 21.*
(38) *Mos. & Ar.*
(39) 1. *Reg. 17.*
(40) 1. *Reg. 18. 13.*
(41) *Jer. 37. v. 21.*
(42) 2. *Reg. 4. 42. seq.*
(43) *Ibid. v. 9.*
(44) 2. *Reg. 5. 20. s.*
(45) *V. de eo Bartol. B. R. p. 493. Cons. ex Pauli. 2. Thes. 3.*
(46) *Vid. ibid. p. 447.*
(47) *Pag. 83. Edit. Lugd.*
(48) *Pag. 6.*
(49) *Juchas. pag. 125.*
(50) *Juchas. pag. 125.*
(51) *Talm. Tor. cap. 3. §. 11.*
(52) *Psal. 128. 2.*
(53) *Cap. 1. §. 9. Tal. Tor.*
(54) *De Dec. Otios. p. 138.*
(55) *Matt. 13. v. 55.*
(56) *Hist. Eccl. lib. 6.*
(57) *Cap. 6. v. 3.*
(58) *In Sotæh. pag. 597.*
(59) *Exod. 54. 1.*
(60) 2. *Reg. 5. v. 6.*
(61) *Matt. 17. 4.*
(62) *Joh. 20. 3.*
(63) *Act. 20. 34.*
(64) 1. *Thes. 2. 9.*
(65) 2. *Thes. 3. 8.*
(66) *Act. 18. 3.*
(67) *De Verit. Relig. Christ. p. 162.*
(68) *Fol. 43. 1. 2.*
(69) *Pesach. fol. 113.*
(70) *Talm. part. 2. c. 17.*
(71) *In Sotah. p. 598.*
(72) *Fol. 43.*
(73) *Fol. 24. 6.*
(74) *Cap. 1.*
(75) *Cap. 2. in Gem.*
(76) *Fol. 26. 1.*
(77) *Bibl. Rab. Tom. 1. p. 502.*
(78) *Pesach. fol. 113. col. 1.*
(79) *Pirb. Ab. c. 2.*
(80) *Pirck. Ab. c. 2.*
(81) *Talm. Nidda fol. 70. col. 2.*
(82) *Maim. Can. Eth. cap. 5.*





JO: LEONARDI HEUBUERI
DISSERTATIO
DE
ACADEMIIS HEBRÆORUM.

OBscurum nomen est Philosophia Hebræorum, ac nullo ferme loco numerove habetur. Quanto pluris ex adversa parte æstimatur Ægyptiorum Sapientia, quantove hac celebrior est Philosophia Græcorum? Cum tamen horum Philosophi ab istorum Flaminibus pueri censeantur, & Ægyptii Sapientiam suam Hebræis referant acceptam. Sed, quæ Græci scriptis pluries mandarunt, Ægyptii columnis & lapidibus semel insculpserunt. Hebræi autem, nihil amborum facientes, in hoc tantum observando fuerunt occupati: *Verba, quæ dixi tibi ore, non licet tibi scripto divulgare*; majorem divinarum, quam humanarum, rerum curam habentes, ac de salute sua magis, quam Philosophia, soliciti. Hinc factum est, ut nec adeo multis innotesceret eorum Philosophia, & apud plures in suspicionem venirent ignorantiæ, quasi omni plane Sapientia essent destituti. Ex quo vero nonnulla suarum doctrinarum ausi sunt sunt proferre in lucem, ac libros, Bahir, Jezira, Sohar, Talmud. aliosque, conscripserunt, multo facta est eorum conditio deterior, & nunquam pejus de ipsis fuit judicatum. Hos enim male habebant nomina, Aziluth, Sephiroth, Tseir Anpin & uxor ejus, Arich Anpin, Adam Kadmon, Avvir Kadmon, Macroprosopos, Microprosopos, Sandalphon, Metatron, ac reliqua: illis bilem movebant vermis Samir, avis bar Juchne, taurus Behemot, piscis Leviathan, convivium Messiæ, cetera: isti ægre ferebant Gematriam, Notarikon, Temuram, similesque litterarum lusus & transmutationes. In his quippe non tantum nihil Sapientiæ proposuisse putabantur, sed deliria, sed nugas, sed meras fabulas & superstitiones. Adeo, ut hodie non cunctæ modo Sapientiæ ignari esse, sed & nullius unquam capaces fuisse, credantur. Quæ si ita se habeant, ecquis summam Gentis Hebrææ vesaniam ingeniique stuporem satis poterit mirari? Parum abest, quin alter alteri stupiditatis & stultitiæ hæreditatem reliquisse existimetur. Ea ferme mens est ingeniosi illius novæ telluris theoriæ conditoris, Th. Burnetii, qui in Archæol. Philos. Philos. L. I. c. VII. litem Ægyptios inter & Hebræos, de antiquitate rei litte-

tereriæ contendentes, diremturus, *quem*, inquit, *unquam Græcorum legimus adiisse Judæam ad capiendum ingenii cultum? quem non in Ægyptum descendisse? Notum est, in disciplinis mathematicis aut philosophicis nunquam præcelluisse hanc gentem, udque in ceterarum artium studiis, aut id genus ullo humani ingenii fœtu. Quæ autem apud ipsos erant scholæ & academiæ pristinæ, non tam ad Encyclopædiæ studia, ut solent hodie, formatæ & compositæ erant, quam ad religionis instituta, & dona prophetica imbibenda. Nulla enim gens per terrarum orbem, nullus populus, tantum abundabat Prophetis, ac viris cœlesti Spiritu tactis, quantum Iudæi: ut ipsi solo & climati vis aliqua divina inhæsisse videretur.*

II. Diffiteri quidem haud possumus, multa in libris Judæurum deprehendi inania atque absurda, nequaquam tamen tam abjecte statim ee illis sententiam est, nec, quin multa excusationem aliquam admittant, dutandum. Quis enim vitio vertet Judæis, qnod ea utantur in suis doctrinis proponendis methodo, quam aliæ quoque gentes non spreverunt? Obscuræ sunt, fatemur, quas proferunt, voces, nec omnes, quid sibi velint, omnibus cognitæ; cavendum tamen, ne cunctæ haaeantur pro absurdis, cum jam quædam sint expositæ, & dubium non sit, quiu ad majorem istius Philosophiæ cognitionem perveniatur. Num quid vero adeo ineptire videantur Judæi, quando ex litteris, v. g. נו ערן, totidem voces, נוף, corpus, נפש, anima, עצם, substantia, רעת, scientia, נצח, robur, exsculpunt, easque symbolum constituunt eorum, quæ primus mortalium, Adam, in Paradiso habebat? Nemo autem omnes Talmudis fabulas, fabplarum more propositas, putabit, cum animadverterit, quasdam N. T. parabolas in Talmude contineri: nemo ideo invehetur in Judæos, quod in proæonendis doctrinis, delectentur similitudinibus, postquam observaverit, eundem docendi modum Servatori quoque nostro haud displicuisse, coefer. B. Scherzerus in Spec. Theol. Myth. Hebr. Res parui momenti & criminis expers alicui videri posset, quoe doceant Sapientes Talmudis, si quis adspiciat mulierem cum intentione, tantundem esse, ac si rem habuisset cum ea; nisi idem a Christo quoque fuisset interdictum. Figmenta forsan viderentur Doctorum Talmudicorum illa Magorum Ægyptiacorum, qui Mosi se opposuerunt, nomina, lannes & Jambres, nisi eadem a Paulo Apostolo essent annotata. Quid? Ipsæ parabolæ de operariis in vinea, divite epnlone & paupere, quinque fatuis & quinque prudentibus, pro nugis haberentur & fabulis, nisi iisdem usus fuisset sanctissimus Servator. Hæc persuadent, etiam alia Talmudis dicta esse traditiones Majorum, nec pro mendaciis Rabbinorum putanda. Sed relinquantur etiam Judæis absurda, & talia quæ excusari non possunt, ut certe relinquenda sunt; non tamen plane pro nihilo duci debent, tamque viles haberi. O quantum enim & Græcia mendax! Et quis nescit, qualia demens Ægyptus portenta colat? His tamen, æque ac illis summa Sapientiæ laus tribuitur. Æquius ergo de Judæis quoque sentiendum est, eoque magis, si placita eorum perpendantur diligentius, & cum reliquorum Philosophorum doctrinis conferantur. Tanta profecto tam multarum rerum rerum similitudo reperietur, ut de eo tantum dispiciendum sit, quinam ab aliis sua sint suffurati.

III. Equidem, quod ad sacros Hebræorum ritus attinet, Marshamus, Spencerus, Outramus, Parkerus, eos ab Ægyptiis accepisse, disputant; sed adversus hos Carpzovius, Jo. van der Waien, Jo. Braunius, & inprimis Witsius erudite differunt. Ad doctrinas vero Judæorum quod spectat, manifesta res est, quod, quia tam multæ illarum, sola natura duce, cognosci non possunt, ab Hebræis omnes manarint, vid. P. D. Huetius, T. Gale. Quis enim ille apud Ægyptios Sapientiæ præses, Hermes Trismegistus, quam vel Abraham, vel Joseph, vel alius Hebræa gente oriundus? Quis iste apud Persas Philosophiæ princeps, Zoroaster, quam: רב סגנין על כל חכימי בבל summus Magorum præfectus, Daniel? Quare istorum Philosophorum placita, vel ex diviniori codice desumta videntur, vel, quod mallemus, pro reliquiis doctrinæ haberi possunt, quam Viri Sacri in Chaldæa olim & Ægypto sunt professi. Nil igitur obstat, quo minus cum T. Gale Judæis præ Ægyptiis tribuamus rei litterariæ antiquitatem, etiamsi nemo Græcorum adierit Judæam, ad capiendum ingenii cultum. Pythagoram tamen inter Judæos versatum, licet in ipsa Babylonia factum esset, Jamblichus aperte testatur in vita ejus: *ἀφίκετο πρὸς Αἰγυπτίους, καὶ πρὸς Ἄραβας, καὶ Χαλδαίους, καὶ Ἑβραίους.* conf. Selden. de Jure N. & G. L. I. c. 2. Huetius Dem. Eu. pag. 88. 458. prop. IV. §. 8. *Aristotelem quoque, in Asia cum esset, versatum fuisse cum Judæo, qui plus, quam acciperet, communicabat,* re-

refert ex Clearcho Solenſi Euſebius Præp. Eu. L. IX. c. 5. *6.* Numenius Pythagoræus Platonem ſua ab Hebræis accepiſſe fatetur apud Euſeb. l. c. L. XI. c. 10. Selden. l. c. Quæ uti ſatis probant, Judæos non omni Philoſophia fuiſſe deſtitutos, ita non deſunt alia teſtimonia, quibus idem demonſtrari poteſt, puta, Megaſthenis, vetuſtiſſimi rerum Indicarum Scriptoris apud T. Fl. Clementem L. I. Strom. Chalcidii Platonici in Timæum commentario. Quid? quod Judæi ipſi, Philo, Joſephus, de ſua ſæpe loquantur Philoſophia, non tantum rituali, ſed & naturali; & neceſſariam ſibi eſſe, fateantur, in præf. ad Joſeph. Maimonides, atque R. Levi Barſellonius בספר החינוך, ubi inquit S. 49. *Neminem adſciſcunt in Synedrium, niſi ſapientes, peritos ſapientiæ legalis,* ויודעים גם כן קצת משאר החכמת כנון רפואות וחשבון תקופת ומזלות: *gnaros etiam reliquarum quarundam ſcientiarum, Medicinæ, Aſtronomiæ, Aſtrologiæ.*

IV. Dubium ergo non eſt, quin omni ferme tempore inter Hebræos extiterint rerum naturalium, ac diſciplinarum mathematicarum & morum doctrinæ periti. Nil autem dicemus de Moſcho, Phœnice Sidonio, atomorum auctore, ut ex Poſidonio referunt Strabo & Sextus Empiricus adverſus Mathem. p. 367. quem Judæum conſtituit Huetius l. c. pag. 88. Hoc enim ſi certo conſtaret, egregium foret argumentum, quo Judæorum in philoſophicis excellentia demonſtraretur. Ab Abrahamo inchoabimus, quem arithmeticum fuiſſe, & שלם מאד בחכמת המזלות aſtronomum ſummum, ſcriptores Orientis uno ore affirmant. De Jobo certius conſtat, fuiſſe virum πολυμαθῆ καὶ πολυΐστορα, & naturalis ſcientiæ gnarum, unde Philoſophum vocat Suidas, eumque deſcribere ait, φυσιολογίαν ὅλης τῆς κτίσεως, καὶ ζώων, καὶ ὀργέων φύσεις. Hebræis autem ipſum annumeramus, ſive ex Nachore, ſive Eſavo fuerit oriundus, vid. C. Chemnitius, Spanhemius de eo. Nec minus de Moſe patet, quod ἐπαιδεύθη πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, hoc eſt Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Muſica, & Philoſophia occulta. Salomonem vero ſummum fuiſſe ſui temporis Philoſophum Sacræ Litteræ pariter teſtantur. Danielem non amplius memorabimus. Eſra autem ut e Philoſophorum numero eximatur, cauſa non eſt, etiamſi non, niſi ab ipſis Chaldæorum Magis, rerum humanarum cognitionem haurire debuiſſet. Immo ipſas Græcarum diſciplinas poſtea fuiſſe apud Judæos excultas, fratremque Oniæ, Jaſonem, Hieroſolymis Gymnaſium Græcum inſtituiſſe, memoratur apud Bar. Mayer. Philol. Sa. P. I. Cum vero Græcorum Philoſophiam cum lege miſcerent ii, quos Helleniſtas vocant, lex data eſt deinde ab Aſmonæis ארור אדם שלמד בנו חכמה יוונית *maledictus ſit, qui filium ſuum docet Sapientiam græcam* Bau. Kam. f. 82. Hos inter non poſtremus fuit Ariſtobulus Senior, dictus Philoſophus, ab Euſebio H. E. L. VII. cap. 26. LXX. Interpretibus, ad Ptolomæum Philadelphum miſſis, annumeratus, & diſtinguendus ab Ariſtobulo Juniore, Ptolomæi Philometoris magiſtro, ac peripateticæ Philoſophiæ addicto, conf. Huet. D. E. Pr. IV. §. 27. p. 100. Ad hos referri debet Philo Judæus, Senior, & juxta multos libri Sapientiæ auctor, qui inſigne Philoſophiæ Hebræorum ſpecimen reliquit, vid. Celeb. I. F. Buddeus Introd. ad Hiſt. Philoſ. Hebr. p. 57. ſq. Temporibus Chriſti floruere Philoſophi apud Judæos, tum Phariſæi, magno fervore Aſtronomiam excolentes; tum Eſſæi, de quorum Sapientia Philo: φιλοσοφίας δὲ τὸ μὲν λογικὸν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον εἰς κτῆσιν ἀρετῆς λογοθήραις. Τὸ δὲ φυσικὸν, ὡς μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν, μετεωρολέσχαις ἀπελίποντες, πλὴν ὅσον αὐτοῦ περὶ ὑπάρξεως Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως Φιλοσοφεῖται: Τὸ ἠθικὸν εὖ μάλα διαπονοῦσι. Circa idem ferme tempus conſcriptus fertur ספר הבהיר reconditæ Philoſophiæ Judaicæ theſaurus, de profunda Kabbala & myſteriis nominum divinorum tractans, auctore R. Nechonia Ben Hakkana, cum Jonathane, Chaldæo interprete, ejuſdem temporis, confer. Buxtorf. Bibl. Rabb. pag. 319. Cum enim nunc Judæi viderent, res ſuas paulatim tendere ad interitum, ea, quæ oretenus proponere conſueverant, ſcriptis committere cœperunt. Quare Philoſophiam eorum cum urbe exciſa non prorſus abolitam fuiſſe, exiſtimandum. Enimvero excellens inter Judæos Philoſophus, R. Akiba, ſcripſit librum illum יצירה, creationis, qui Abrahami Patriarchæ nomen habet præfixum, in quo multa priſcæ Sapientiæ rudera continentur. Nec ita multo poſt a diſcipulo ejus, R. Schimeon Jochaide, prodiit liber זהר, explicatio Pentateuchi, abſtruſa quædam Philoſophiæ Judaicæ continens, vid. T. I. obſ. Sel. XVI. p. 208. Hos alii numero non pauci ad noſtra uſque tempora ſecuti ſunt, qui Philoſophiæ morali, naturali, ac diſciplinis mathematicis haud vulgarem operam impenderunt. Sed, ut eos omnes hoc lo-

co afferamus, necesse non est, cum eos in Bibliotheca magna Bartollocci, aliisque librorum Rabbinicorum indicibus, si quis cognoscere desiderat, deprehendet. Sufficiet nunc nobis, paucos ultimi generis recensuisse. Laudantur vero a Mathesi in Judæorum annalibus præcipue R. Hillel princeps, computi Judaici restaurator, & Astronomiæ peritissimus, tum R. Schmuel Jarchineus insignis Medicus & Astronomus, R. Mosche B. Maimon, uti in omnibus scientiis, sic & in Mathesi, ac præcipue Astronomia, versatus, R. Aben-Esra, qui composuit libros Arithmeticos, & Astronomicos, R. If. Aben Sid vel Said, qui tabulas Astronomicas construxit pro Alphonso Rege Portugalliæ, R. Mose Aben Tybbon, qui Euclidem transtulit in linguam Hebræam, quo se usum esse in Saxonia, ait R. Dav. Gansius M. VI. a 30. Elias Misrachi, qui edidit מלאכת גימטריא, opus Geometricum; Simson Ginzburg, qui peritus fuit artis Architectonicæ, & instructus scientia Geometrica, R. Abraham B. Hajae, qui scripsit צורת הארץ de figura terræ; ejusdem argumenti librum dedit Rabi Abraham Ben Chija; R. Isaach B. Lattaph צורת העולם de figura mundi. Ipse denique R. Dav. Gans edidit מגן דוד librum Arithmeticum, & מגדל דוד librum Geometricum. His adjicimus ספר התשבורת librum de Algebra R. Abrahami, quem recensuit Clar. Ursinus in Antiquit. Hebr. p. 327.

V. Qualia vero sint placita Judæorum Philosophica, & in quibus consistant, ratio instituti, ut exponamus, non permittit. Videri de iis potest Celeb. I. F. Buddeus in Introd. ad Hist. Philos. Hebr. & T. I. Obs. Sel. Obs. I. & XVI. ubi ad ea, quæ adversus Kabbalam Burnetius disputavit, respondet. Nobis hoc tantum, quod haud dissimilia Pythagoræorum, Platonicorum, Stoicorumque doctrinis videantur, meminisse sufficiet. Nam ex iis, quæ jam dicta sunt, satis constare potest, quo jure Judæi nunquam in Philosophia dicantur præcelluisse. Quod vero hodie ad tam paucos pervenerit Philosophiæ Judæorum notitia, penes ipsos Judæos culpa non est, cum doctrinas suas philosophicas scriptis tradiderint. Quæ si æque ac Græcorum, versarentur manibus, non amplius laterent in obscuro. Nec excusabit quicquam obscurus proponendi modus, aut rerum ipsarum sublimitas, cum non majori, in hauriendis illis, opus sit labore ac ingenio, quam ad mysteria formalitatum aut individificationum penetranda solet requiri. Sed si nulla Philosophiæ Judæorum vestigia extarent, nisi quæ in Sacris Litteris habentur, ea tamen sufficere viderentur, ut ex istis adversus Burnetium disputaremus. Insigne quippe Philosophiæ specimen est ejus nova telluris theoria, atqui hanc in Sacro Codice describi, Burnetius non diffitetur. Novimus quidem, non eo fine Sacras Litteras esse exaratas, ut naturalium rerum scientiam ex instituto proponant, aut disciplinas mathematicas exhibeant; si tamen quis sua philosophemata in illis fundata esse & stabilita fateatur, satis erit pro Judæorum in rebus naturalibus sapientia conclusum. Neque enim cogitari potest, quo pacto talia in istis deprehendantur, si ab iis, ad quos datæ sunt literæ non intellecta sint, aut, quod credi minus potest, intelligi nequiverint.

VI. Judæi vero non his tantum, sed aliis quoque digni sunt laudibus, puta, quas vel ex plurium linguarum notitia, vel ex arte, quæ in tuenda corporis sanitate versatur, vel ex ratione administrandi Remp. consequuntur. Non commemorabimus Abrahamum & Salomonem, ob aliarum linguarum notitiam Orientis scriptoribus celebratos, sed illud non plane silentio involvendum putamus, quod cum neminem, nisi linguarum cognitione imbutum, in Synedrium adsciverint, tum uno tempore plures inter Judæos exstiterint Græcarum litterarum gnari, ex quibus nonnulli, sive integrum Sacrum Codicem, sive ejus tantum partem, Pentateuchum, ex Hebræa in Græcam linguam transferrent. Cujus rei historia sublestæ quidem fidei est, & mendaciis referta videtur, tamen a Judæis factam esse interpretationem, plurimi consentiunt, vid. H. Hody dissert. contra hanc historiam. Ast Medicinæ laudem Hebræi sibi quasi propriam fecere, adeo ut Essæi, licet operam quoque darent Theologiæ, ideo vocati fuerint Therapeutæ, a voce אסא, Θεραπεύειν; & Medicorum Judaicorum opera sequentibus temporibus in maximorum principum aulis desideraretur, quemadmodum de R. Mosce Maimon, aliisque, constat. Tritus quidem est inter Hebræos sermo: טוב שברופאים לגיהנם *optimus Medicorum meretur gehennam*; hoc tamen non obstante, artem ipsam summis laudibus extollunt, neminemque in Synedrium adsciscunt, nisi artis medicæ peritum. Quæ cum ita sint, novum Judæis in Philosophia testimonium ea exhibebunt. Excellens quippe Me-

Medicinæ cognitio haud poteſt abſque rerum naturalium notitia comparari. Non autem Eſſæi huic arti manus operamque tantum tradebant, ſed etiam fuerunt Θεωρητοὶ, ut tradit Philo, & de his agit in L. de vita contemplativa, conf. Joſeph. de Bel. L. II. c. 12. Quantum denique ſit juris ſtudium apud Hebræos, nemini non facile conſtabit, qui vel primis labris, quid Talmud ſit, vel partes ejus, Miſchna & Gemara, guſtaverit. Illa quippe nil aliud continet, quam decreta Synedriotum & Senatusconſulta, quæ in Gemara variis diſſertationibus ſunt ventilata, & in quibus dextre explicandis ſummam olim celebritatem conſequebantur.

VII. Verum enim, *quæ apud Hebræos erant Scholæ & academiæ priſtinæ, non tam ad Encyclopædiæ ſtudia, ut ſolent hodie, formatæ & compoſitæ erant, quam ad religionis inſtituta, & dona prophetica imbibenda. Nulla enim gens per terrarum orbem, nullus populus, tantum abundabat Prophetis, ac viris cœleſti Spiritu tactis, quantum Judæi: ut ipſi ſolo & climati vis aliqua divina inhæſiſſe videretur*, inquit Burnetius. Sed unde probabit ipſe, omnes Judæorum Prophetas cunctæ prorſus Sapientiæ humanæ fuiſſe ignaros? De Moſe ſaltem & Daniele ſecus ſe res habet: de aliis, ut Samuele, Jeſaia, Ezechiele, unde conſtabit, eos non fuiſſe ſcientiarum peritos? Quod ſi eodem apud Judæos loco Prophetæ fuerint, quo apud Chaldæos Perſaſque Magi, & Hierophantæ apud Ægyptios, non omnis rerum humanarum notitia erit ipſis abjudicanda. Quis autem tunc numerum inire vellet Flaminum Ægyptiacorum, Magorum in Chaldæa Perſiaque? Quis certo enunciare, nullam gentem per terrarum orbem tantum abundaſſe Prophetis, quantum Judæi? Illud autem in ludibrium diviniſſimorum hominum, Deique ipſius opprobrium, adjectum eſſe putamus, quod ob multitudinem Prophetarum ipſi ſolo & climati vis divina inhæſiſſe videatur. Etiamſi vero Judæi Theologiæ inorimis ac religioni vacaverint, exinde tamen nulla poteſt ratione concludi, omnem ipſos ex adverſa parte Philoſophiam neglexiſſe. Scripturæ namque notitiam reliquis ſcientiis anteponendam judicarunt, juxta Abarban. ad Joſ. I. f. 6. c. 4. Quam ob cauſam etiam Academias ſuas בתי המדרש, *domus expoſitionis*, appellarunt, quod lex in iſtis publice exponeretur. דרש enim interpretationem legis notat, & apud Rabbinos eſt, diſquirere ſenſum Scripturæ myſticum & allegoricum, deque eo inter ſe diſputare. Inde מדרש, teſte Elia, eſt כל פירוש שאינו על דרך פשוטו *omnis expoſitio, quæ non eſt juxta ſimplicem & litteralem ſenſuum*; & doctores hujus expoſitionis vocantur דרשנים, itemque בעלי מדרש, quos eoſdem fuiſſe cum בעלי מחקר Druſius exiſtimat, ſed a Fullero refutatur L. 3. c. 7. Magnam tamen traditionum quoque cum habebant, eaſque proponebant בבתי תלמור in domibus doctrinæ, quales Hieroſolymis fuiſſe quadringentæ & octoginta commemorantur in Megil. f. 73. c. 4. ארבע מאות ושמונים בתי כנסיות היו בירושלם וכו' אחת ואחת היה לה בית ספר ובית תלמור בית ספר למקרא ובית תלמור למשנה: *Quadringenta & octoginta collegia fuerunt Hieroſolymis, & unicuique fuit domus libri pro Scriptura, & domus doctrinæ pro miſchna*. Ubi vox Talmud ſtrictiori jure docendi rationes exhibet, & ad denotandam Academiam merito adhibetur. בית ספר autem, ſeu domus libri, Sacrarum Litterarum Academiam indicat, a quo nomine non admodum differre videtur קרית ספר urbs libri ſeu litterarum, Joſ. XV. 15. Nec raro etiam pro Academia ſolet uſurpari בית הכנסת Synagoga, tum, quia una eademque domo, ac una eademque domus parte, & Academia & Synagoga erant, cum videlicet temporis ratio haud ferret, diſtinctas extruere domus; tum, quia ſolebant ſæpe ad fundendas preces ſe conferre in Academiam, digniori & ſanctiori, quam Synagoga, loco habitam, docente Illuſtri Wagenſeilio in Sot. p. 528: & Cel. Camp. Vitringa, in Archiſyn. p. 393. Ejuſdem cum כנסיות ſignificatione ſunt voces קהלות, אסופות, מחולות, congregationes, choros, conventus, indicantes. Congregabantur autem in ſuperiori domus parte, quæ Græce ὑπερῷον vocatur, Act. XX. 7. & Hebraice עלייה dicitur ab aſcendendo, ita, ut etiam hæc vox, judice Vitringa l. c. p. 200. pro בית מדרש ſæpe adhibeatur. Cujus rei exemplum habetur Hieroſ. Schek, f. 30. 2. עליית בית ארם בלוד, Camera beth Arum in Lydda, hoc eſt, conclave legi diſcendæ deſtinatum. Frequentiſſime tamen Hebræorum Academiæ vocantur ישיבות, ſeſſiones, & rector Academiæ dicitur ראש הישיבה caput ſeſſionis. Solebant enim tam diſcentes quam docentes ſedere, & hi quidem præcipue in cathedris, ut Chriſtus de Phariſæis dicit: *Sedent in Cathedra Moſis*, quæ talis fuit, quam doctores in Synagogis & Academiis occupabant, ceterique νομικοὶ & μαθηταὶ, qui ad docendum apti habebantur. Plures ejuſmodi fuiſ-

fuiſſe, & alteram quidem altera digniorem, idem Servator innuit, dum Phariſæis objicit, quod *ament primas cathedras in Synagogis* Matth. XXIII. 6. Has inſuper collocatas fuiſſe in medio, ita ut diſcipuli Magiſtrum cingerent, patet ex Marc. III. 32. 34. Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν. Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, nec diſſentit R. Moſche Maimon Tal. Tor. c. 4. והתלמידים מוקפים לפניו בעטרה כדי שהיו כלם רואים הרב שומעים דבריו: *& diſcipuli ſedent coram ipſo in circulo inſtar coronæ, ut omnes videant Magiſtrum & audiant verba ejus*. Sed ad diſcentes quod attinet, tos ante obitum R. Gamalietis ſtare debuiſſe, nec ſedendo legem audire, putant ex cod. Megil. f. 21. תנו רבנן מימות משה ועד גמליאל לא היו למידין תורה אלא מעומד משמת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למידין תורה מיושב: *Tradunt magiſtri noſtri, a diebus Moſis uſque ad ætatem R. Gamalielis non diſcebant legem niſi ſtantes, ſed mortuo R. Gamaliele ægritudo inuaſit mundum, adeo ut diſcerent deinde legem ſedentes*. Qua traditione nihil eſſe poſſe verius, illuſtris Wagenſeilius in Sot. p. 996. & cum ipſo alii pronunciant. At enim cum nec ſatis de illis morbis, qui mundum inuaſiſſe dicuntur, conſtet, & varia deprehendantur exempla eorum, qui legem ſedendo audiverunt, tantam traditio illa fidem non meretur, quantam ei tribuunt. Chriſti quidem exemplum, qui Luc. II. dicitur ſediſſe inter doctores, excuſat I. Ligtfoot ad h. l. quod interrogantibus licuerit ſedere; ſed quomodo illud vindicari poſſit, quod Marc. III. 32. 34. habetur, ubi populus dicitur ſedendo audiviſſe legem: Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν, nondum apparet, cum Chriſti modeſtia ad ſolvendum illud minime ſufficere videatur: Et ſi vel maxime ſufficeret, tamen Eliſæ auditores 2. Reg. VI. 1. ſediſſe dicuntur, & juxta Kimchium diſcipuli Samuelis ſtantis legem diſcebant ſedentes: בני נביאים היו יושבים שם ולומדים לפני שמואל vid. 1. Sam. XIX. 18. Rectius igitur Vitringa & ſtando & ſedendo legem didiciſſe Judæos arbitratur, l. c. conf. Cl. Urſinus in Antiq. Hebr. p. 93. ſeqq. Cum vero ordinem ſedendo ſervarent, hinc Academia etiam dicebatur כרם vinea, quo nomine Jabhnenſis Academia inſignitur Berach. Hieroſ. c. 4. שהיו יושבים שורות שורות בכרם *quod conſideant ſeriatim inſtar vineæ*.

VIII. Differre Judæorum Academias ab ipſorum Scholis, Synedriis, atque Synagogis ſive Oratoriis, tum ea, quæ dicta ſunt, oſtendunt, tum, quæ jam dicentur, comprobabunt. Ita namque Judæorum doctiſſimus R. Schelomo Jarchi comment. in Bab. Cod. Kethub. f. 105. invicem diſtinguit: בתי דינין של עשרים ושלשה בתי כנסיות להתפלל בתי מדרשות למשנה ולתלמוד בתי סופרים ללמוד תינוקות: *Domos indiciorum ſive Synedrium viginti trium virorum, domos congregationum, ſive Synagogas, ad orandum, domos diſquiſitionum, ſive Academias, ad diſcendum Miſchnam & Talmud, domos ſcribarum, ſive ſcholas, ad inſtitutionem puerorum*. Ejuſmodi ſcholæ in quavis erant civitate & oppido, imo etiam in pago, ſi in eo eſſent centum & viginti familiæ, ita quidem ut, ſi in oppido non eſſet ſchola, viri iſtius loci eſſent ex communitate religionis exterminati, uſque dum ſcholam erigerent, & parvulorum præceptorem conſtituerent; ſique nondum fieret, ipſe locus eſſet excidio ſubjiciendus, Maimon. Talm. Torah. cap. 2. Synedrium quidem majus, LXX. virorum, in principe regionis urbe conſtitutum erat; ſed minus, nempe XXIII. virorum, Synedrium, in quavis civitate, centum & viginti familias complectente, locum obtinebat; triumviratus autem in omni oppido & pago poterat inſtitui, vid. Coccei. Exc. Gem. San. c. 1. Synagogas quod ſpectat, deſcribit eas Philo in Leg. ad Cajum p. 785. vocatque διδασκαλεῖα σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης ἀνδρῶν ἐπιτηδευόντων τὴν ἀρετήν. Tales non tantum erant in urbibus & oppidis, ſed & in ſingulis pagis, ubi decem eſſent Iſraelitæ, ut docet Obad. de Bartenora Megillah c. 3. §. 1. & Maimonides, qui Tephil. c. 11. dicit: כל מקום שיש בו עשרה מישראל צריך להכין בו בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת: *Ubicunque ſunt decem ex Iſraele, ibi neceſſe eſt, ut ædificetur domus ad quam ſe recipiant ad orationes tempore, & domus hæc vocatur Synagoga*. Quemadmodum vero Synagogæ a templis differunt in eo, quod hæc majoribus ſolennitatibus, v. g. ſacrificiis, erant deſtinata, illæ vero ordinariis conventibus ad peragendas preces; ita ædem e contrario a προσευχαῖς ſeu Oratoriis prorſus non diſtinguuntur, quod Heinſius, Druſius, aliique, opinantur. Si enim Philoni fides eſt habenda, res manifeſta eſt, ac ne quidem de ea cum Scaligero dubitandum. Ita vero ille: Προσευκτήρια ſunt διδασκαλεῖα φρονήσεως καὶ ἀνδρείας, καὶ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης. Academiæ vero in celebrioribus erant urbibus, ubi plures eſſent Sapientes plu-

pluresque discentes, iique adultiores: quæ destinatæ erant studio litterarum; præcipue divinarum, tum humanarum; & in quibus bene meritis ac dignis honores scholastici conferebantur. Tales omni ferme tempore inter Judæos viguisse existimant, & quasdam quidem ante inundationem, inde alias ad Urbis usque excidium, ab hoc denique nonnullas ad nostra usque tempora solent recensere.

IX. Verum etsi naturale sciendi desiderium, ac diuturna primorum hominum vita, ipsiusque necessitatis ratio suadeant, fuisse illos prisci orbis incolas rerum humanarum cognitioni deditos, de Accademiis tamen eorum certi quidpiam constitui haud potest, nec ea, quæ afferuntur, nisi conjecturæ locum habent, ac suspicionis rationem. Equidem, quæ prioris mundi forma fuerit, rerumque in eo gestarum facies, primus ille mundi historicus, Moses, descripsit; sed paucis admodum lineis plurimorum historiam seculorum est complexus, adeo ut parum inde de antiquæ telluris Academiis cognoscatur. Quamvis vero Judæi in Zohar, Pirke Abhoth, Bereschith rabba, Jalkut, Juchasin, Schalscheleth hakkabbala, Zemach David, ut & Chaldæi, Ægyptii, Syri, Samaritani, Arabes, ac Muhammetani scriptores; quos A. Kircherus & I. H. Hottingerus excerpserunt, Patrum de primo mundo traditionem commemorare videantur; in multis tamen majorem a lectore fidem poscunt, quam ipsi exquisitis documentis inferre rebus queunt. Nos ne prorsus hic tacuisse videamur, pauca ex ipsorum mente recensebimus. Ad Adamum igitur, primum hominem, & cujus ætatem nemo antecessit, quicquid Peyrerius, aliique ante ipsum, nugentur, divinæ humanæque sapientiæ primordia merito referuntur. Hunc enim rerum naturalium scientia fuisse instructum, nomina, bestiis indita, satis demonstrant. Qua in re testimonio utemur hominis, a fide in Sacras Litteras alieni, Socratis puta, qui in Cratylo ad Hermogenem: Κινδυνεύει ἄρα, ὦ Ἑρμόγενες, inquit, εἶναι οὐ φαῦλον, ὡς σὺ οἴει, ἡ τοῦ ὀνόματος θέσις, οὐδὲ φαύλων ἀνδρῶν: οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων. Ἴσως δὲ ἔνια, αὐτῶν καὶ ὑποθειοτέρας δυνάμεως, ἢ τῶν ἀνθρώπων ἐτέθη. Hinc sicuti Adamus omnes a se genitos rex sse putatur, ita & docuisse. Judæi enim in שלשלת הקבלה dicunt: אין ספק שבדרך טבע כל האבות מבקשים שישלמו בניהם כמותם ויותר כפי האפשרות אם כן אדם מסר כל חכמתו אל שת בנו: *Non est dubium, quin naturali inclinatione omnes patres studeant perficere filios suos sibi similes, aut, si fieri potest, meliores. Quod si ita se habet, Adam tradidit omnem sapientiam suam filio suo Scheto.* Sethus ergo patris in officio successor & veluti Academiæ rector, postquam orta essent per Kainum dissidia, instituisse & rexisse cœtum suum, loco, monte videlicet sancto, & nomine בני אלהים filiorum Dei, a Kaini posteris distinctum, censetur, שת צוה לבניו שלא יתחברו עם זרע קין: *Scheth præcepit filiis suis, ne societatem inirent cum posteris Kaini*, in Schalsch. p. 92. Eandem legem firmavit Schethi filius & successor Enosch, serioque suos admonuit, ne descenderent, & miscerentur cum prole Kaini homicidæ, id quod ex Arabibus affert I. H. Hottingerus in Smegm. Or. l. I. c. VIII. Hujus ætate alii solemniora pietatis & doctrinæ exercitia, publicis conventibus instituta volunt, alii contra publicum Deorum & imaginum cultum, ipso Enoscho auctore, ortum habuisse. Utrique innituntur verbis Geneseos IV. com. ult. אז הוחל לקרא בשם יהוה, dum illi voci הוחל incipiendi significationem tribuunt, hi profanandi, vel, si inchoandi vim admittunt, imperfectam orationem dicunt, voci לקרא adjungentes nomina rerum creatarum, quas eo tempore cultu divino invocari cœptum sit, ipsasque appellari Deos. At enim, uti minus necessarium est confugere ad orationis defectum, sic aperta nimis detorsio, notionem הוחל profanandi sententia interpretari. Oratio plena est, si secundum Aquilam exponatur: Τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου, & inchoandi vox adhibeatur, ita tamen, ut ea non tam rem, quam modum rei & agentis affectum indicet, nec absolute facti initium notet, quasi nunquam extitisset, aut simile aliquid contigisset, sed iu hac vel illa persona, alio modo, ac tempore, aliove respectu. Enoscho Kenan fertur successisse, huic Mahallalel, cui Jared, descendens dictus, quod ejus tempore Sethitæ בני אלהים de monte sancto descenderint. Hunc secutum volunt Hanochum, artium & scientiarum notitia præditum, ac publici muneris charactere, Theologiæ nimirum professione, dictum Metatron, hoc est ספרא רבא, scribam magnum, secundum eam quam Jonathani tribuunt, interpretationem. Neque tamen inter Sethi progeniem tantum litteraria floruere consortia, sed & a Kaini posteris artes atque scientiæ fuerunt excultæ. Celebrantur

enim

enim tres filii Lamechi, dicti in Sacris Litteris ſcientiarum & artium אבות, quam vocem Chaldæus interpres per doctores exponit, de Jabhale dicens הוא הוה רבהון, quod modum docuerit regendi civitates, quemadmodum Kain Architectonicæ jecerit fundamenta. Frater ejus Jubhal vocatur אב ſeu pater Muſicæ, uti Tubhalkainus erudiviſſe dicitur omnes fabros ærarios & ferrarios, qui propterea, judice Voſſio & Bocharto, Vulkanus eſt, & ſecundum O. Borrichium nobiliſſimam ſcientiam Chemiam omnemque ignis uſum excoluit, diſſert. de Or. & Pro. Chem. p. 10.

X. Non autem ſolum excoluiſſe putant artes ſcientiaſque, ſed & in poſterorum uſum ſcriptis mandaſſe. ומה שהשכילו והבינו כתבנו ע׳ ספר לתועלת דורות: inquit Gedalias. Hinc multa de litterarum characteribus referunt, Angelorum puta, Adami, Sethi, aliorumque, quorum figuras exhibet T. Bangius in Cœlo Orientis: librorum quoque argumenta & ſcriptionis modum molemque commemorant, ut librum Raſielis, Lexicon Adami: ejuſque libros de filiabus, de pœnitentia, ut & volumina Sethi atque Henochi. Sed uti nemo facile iſtos characteres, etiamſi inſolentis ſint figuræ, tantam ſibi perſuadere antiquitatem patietur, aut ullos eo tempore extitiſſe, firmo argumento probabit, ita nec libros illorum admittet. Henochi quidem libri fragmentum aliquod proferunt; ſed fragilius eſt, quam ut aut veritatis, aut pietatis, grave pondus ſuſtineat, judicante T. Bangio, l. c. Quo ipſo tamen non plane nulla litteratæ vitæ monimenta reliquiſſe, ac omnibus mediis, quibus res & animi ſenſa abſentibus poſteriſque communicarent, deſtitutos fuiſſe, exiſtimandum. Factum autem hoc eſſe per notas arcanas, plurimis approbatur, figuras ſcilicet animalium, membra corporis humani, & inſtrumenta mechanica, aliaque, quibus eadem ratione uſi ſint, ac nos literis utimur, ad denotandas res ſacras, phyſicas, morales, hiſtoricas, pingendo eas aut inſculpendo parietibus, columnis, lapidibus, docente ſummo in his literis Viro, A. Kirchero, nec non Ja. Typotio, & O. Borrichio, qui hoc loco quædam ſcientiarum monimenta ejuſmodi literis in columnis Sethianis, quas Joſephus memorat, exarata fuiſſe contendit, & vetuſtiſſimos heroas ac legumlatores columnis rerum memoriam commendaſſe ex Diodoro Siculo, Jamblicho, Proclo, Platone, Galeno, obſervat. De quibus, ut & univerſa re litteraria ante inundationem, eleganter & ex inſtituto diſſerit G. Vockerodt in hiſtoria ſocietatum & rei litterariæ ante diluvium, confer. I. Heidegger in vitis Patriarcharum. Quamvis autem hæc non adeo certa ſint atque indubia, ea tamen ſeſe magis probant eruditis, quam Ja. Boulducii figmenta, ex Patriarchis monachos, ex Academiis monaſteria, efficientis. Vid. in Eccleſ. ante legem.

XI. Nova poſt inundationem fuit telluris facies, veteris tamen mundi artes ſcientiæque ſervatæ ſunt ac propagatæ ab inſigni illo divini cultus inſtauratore Noacho, ejuſque poſteris, Semo, cujus tentoria Gen. IX. 27. Chaldæa, quæ Jonathani tribuitur, paraphraſis, מדרשא דשם Scholam Semi, vocat; ut & Ebero, gentis Hebrææ auctore, nec non Abrahamo, in quo admodum illuſtria eruditionis argumenta Orientis ſcriptores annotare ſolent, & publicum ſcientiarum ac religionis doctorem conſtituere, ad quem tanta hominum multitudo congregata ſit, ut ubicunque pedem fixerit, Academiam aliquam erexiſſe videretur. Hoc modo de eo Maimonides in Jad. Chaſ. de Idol. c. I. וכיון שהיו העם מתקבצין ושואלין לו על דבריו היה מודיע לכל אחד ואחד כפי דעתו עד שיחזירהו לדרך האמת עד שנתקבצו אליו אלפים ורבבות והם אנשי בית אברהם: Et in More Neb. *Hic congregavit homines, & per modum doctrinæ, inſtructionis, informationis ad veritatem vocavit*. Huc referunt *animas in Haran paratas*, ejus quaſi diſcipulos, Geneſ. XII. 5. & *initiatos domus*, Geneſ. XIV. 14. F. Joſephus autem eum cum Phœnicibus primum, deinde cum Ægyptiis, communicaſſe ſcientias, tradit Antiq. L. I. c. 9. conf. Suidas. Veſtigiis ejus inſtitiſſe referunt genuinum filium Iſaacum, ut & Jacobum, quem in Succoth בית מדרשא ſive Academiam excitaſſe, cum Jonathane aſſerit Ja. Altingius in Hiſt. Acad. Hebr. Hinc Moſes, omnibus artibus & ſcientiis inſtructus, peritus omnium rerum geſtarum & annalium, ſcriptis perinde ac viva voce populum Hebræum inſtituit, nec tantum fortem militem egit, ſed & ſummum Sapientiæ doctorem, ab eoque munere dictus ev משה רבנו Moſes doctor noſter. Atque hic doctrinæ & religionis curam toti tribui Levi ſummoque Sacerdoti commiſit, Reip. adminiſtrationem Joſuæ, ſolemni manuum impoſitionis ritu introducto: Hujus autem ætate, qui מלא רוח חכמה plenus erat Spiritu Sapientiæ, & Græcorum habetur Apollo ab E. Dikin-

kinſon, certiora ſolent eruditi de Judæorum Academiis conjectare. Nunc enim referuntur loca, quibus extitiſſe Academias exiſtimant. I. Ligtfootus de quadraginta & octo civitatibus Levitarum dicit, quod *tot Academiæ fuerint, quibus tribus miniſterialis turmatim diſtributa ſtudio legis incubuit, docta evaſit, atque inde per totam gentem diſſeminata doctrinam & ſcientiam legis per omnes Synagogas ſeminavit.* Inter eas præcipue conſiderari meretur קרית ספר Kiriath Sepher, antiquo nomine ſic vocata, cujus recentior appellatio eſt דביר, præter quam etiam aliam habet, & dicitur קרית סנה Kiriath Sanna, Joſ. xv. 15. 49. c. xxi. 15. Hanc enim urbem jam ante Joſuam ob literarum commercium fuiſſe celebrem, ipſa nominis impoſitio indicare videtur. Notat enim illud nil aliud, quam urbem literarum; iſtud, teſte Kimchio ad h. l. idem eſt ac ספר, ſi in Perſica lingua ejus natales quærantur, ſed Hebraice notat loquutorium; hoc urbem acuminis ſignificat, ab Hebræa voce שנן, quæ de re litteraria adhibetur, Deut. vi. 7. unde שנינה dictum acutum Deut. xxviii. 37. De hac urbe apud Iſ. Abarbanelem Judæi: בדרש אמרו שקרית ספר הם ההלכות אשר נשתכחו בימי משה שהחזירן עתניאל כן קנז בפלפולו: Inde aliorum quoque locorum, collium nomine, fit mentio, quibus populum Judaicum Scholas habuiſe multi ſuſpicantur. Ejuſmodi ſunt גבעת פינחס *collis Pinchaſi*, xxiv. 33. גבעת המורה, *collis doctoris illius*, Jud. vii. 1. גבעת האלהים, *collis Dei*, 1. Sam. x. 5. ubi Sauli obviam factus eſt חבל נביאים *cœtus Prophetarum*, ſive סיעת ספריא, יורדים מהבמה, *deſcentium de illo loco excelſo*, ſive ſecundum Chaldæum מבית אסחרותא e domo conſeſſus. Solebant enim Judæi in locis editioribus ſacros conventus celebrare, ac ſocietates literarias & ſcholas inſtituere. Unde Chriſtus ſæpius legitur ſermonem in montibus habuiſſe. Ita Samuelis quoque tempore ברמה *in excelſo*, בניות in Najoth Academiam & Scholam publicam fuiſſe, diviniores Literæ teſtantur. Hinc Chaldæus vertit בית אולפנא *domum doctrinæ*, quæ a ſcriptore librorum Samuelis dicitur ניות habitatio, quod eruditio & pietas ibi habitarent. Quæ vero ad meliorem hujus Scholæ cognitionem faciunt, ea divinior Codex hoc modo proponit: *Miſit Saul legatos ad capiendum Davidem, qui viderunt congregationem Prophetarum, & Samuelem ſtantem, qui præerat illis*, 1. Sam. xix. 20. Magiſter & diſcipuli hic indicantur. Eſt enim ille Samuel Prophetarum primus & παραδότης decimus quintus a Moſe ſecuneum Abarbanelem, idemque Judex gentis Hebræorum & perpetuus Academiæ Doctor, נצב אליהם *conſtitutos ſuper eos*, aut ſecundum Targum מליף עליהון ſtudiis moderandis præpoſitus. Auditores ac diſcipuli fuerunt נביאים, qui magno numero ad ipſum convenerunt, quod vox להקה pro קהלה uſurpata docet, quippe a קהל deſcendens, & congregatiouem ſignificans. Vocat eos Kimchius תלמידי חכמים, diſcipulos ſapientum, ac de iis refert, quod היו יושבים ſederint coram Samuele, qui fuerat עמד ſive קאם, ſtabat. Hoc igitur tempore ita comparata erat ratio Academiarum, ut, ubicunque cœtus aliquis Prophetarum extitiſſe memoretur, cui alius præfuerit, eo in loco Academiam quoque fuiſſe ſit exiſtimandum. Quapropter huc referri debent urbes Bethel & Jericho, ea nimirum, quæ ab Hiele inſtaurata eſt pariter & in principio quibuſdam nobilitata Prophetarum Scholis. Quod uti temporibus Eliæ primi gentium Prophetæ, atque Eliſæ, contigit, ita eoſdem Scholarum iſtarum Antiſtites fuiſſe non dubitandum. Nec prætermittenda plane videtur Hebron, regni quondam Davidici ſedes, & inter Judaicas civitates non poſtrema, quæ etiam ob litterarum commercium celebratur. Mentio quoque injicienda eſt urbis Tekoæ, quam Sapientum ſedem fuiſſe tradit Abarbanel, & cauſas ejus naturales enarrat ad 2. Sam. xiv. 2. f. 138. c. 3. Sic etiam Abelam, munitam ſuperioris Galilææ ac Iſraelitarum metropolin, Sapientum urbem fuiſſe atque Academiam, ſequentia indicare videntur: שאול ישאלו באבל וכן התמו *interrogando interrogabunt in Abel, & ſic perficietur*, 2. Sam. xx. 18. Qua de re tamen inter Celeberrimos Viros, P. I. Spenerum & I. F. Mayerum fuit diſputatum. Vid. Groshain de ea.

XII. Superavit autem in eo omnes alias urbes illa urbs urbium, Hieroſolyma, mater & caput gentis Judaicæ. Ut enim ea civilium rerum atque ſacrarum tractandarum præcipua ſedes extitit, ita Reſp. litteraria quoque eundem ſibi locum vindicavit. A Salomonis ætate exordium capiemus, a quo tam ſplendide extructa eſt ſanctiſſima urbs, tamque magnifico exornata templo, ut nulla fuerit tam ſepoſita aut barbara gens, ex qua ſpectator in Syriam ad videndum templum non veniret: qui etiam ſua ſapientia tantum ipſi conciliavit ſplendorem, ut ex omnibus regibus terræ, in eam venirent ad audien-

diendum non inter ſuos tantum, ſed & כל בני קדם *omnes filies orientis*, כל *omnes Ægyptios*, בני מחול, *filios Chori*, ſapientiſſimum. Atque hi chori magiſtri dum Salomonis tempore Hieroſolymis vixiſſe narrantur, ſimul Academiæ & literariæ ſocietatis teſtes habentur præſertim cum eadem ætate celebres fueriat Hieroſolymis בעלי אסופות domini congregationum. Non ergo neceſſe eſt, ut ipſum Regem vel profeſſorem fingamus, qui auditores habuerit ſervos ſuos & peregrinos advenientes; vel præſidem qui Reginam Arabiæ habuerit opponrntem. Illos quippe בני מחול eruditiſſimos fuiſſe, & muſica excelluiſſe, quæ divinæ humanæque ſapientiæ diſciplinam complexa ſit, Hebræi proferunt. Hos vero בעלי אסופות, ita dictos putar Kimchi ad Eccl. XII. 17. לפי שאוספים החכמות בספריהם, *quod congregarent verba ſapientiarum in ſuis libris*. Lekach Tobh ita vertit: Die Meinſter / die da tinſamlen zu der Tora, zu den Kaſchios. Bart. Mayer P. I. p. *63*. Viros Synagngæ magnæ intelligit, quorum tamen collegium Ezra inſtituiſſe fertur. Miuus conveniens eſt ſententia r. Ligtfooti, qui Vol. II. p. *643*. eos dicit eſſe, *qui congregent gregem in ovile*; item que L. de Dieu, qui per eos intelligit *attributum clavorum, quibus coagmententur, quæ alioqui ſeparata manerent*, p. *189*. Nec vero, quæ ſequentibus temporibus fuerit Academiæ facies Judæi annotare neglexerunt. Tradunt enim, Prophetarum ætate, Iſaiæ, Jeremiæ, Zephaniæ, Hieroſolymis 460. ſecundum alios 480. ex valore vocis מלאתי, ouiſſo tamen א. fuiſſe Synagogas, in quibus ſingulis duo fuerint auditoria, בית ספר למקרא ובית תלמוד למשנה: Talm. Hieroſol. Maſſ. Chet. f. 35. c. 3. R. S. Jarchi ad Iſa. I. 21. Ejuſmodi forſan ſchola eſt, cujus mentio fit 2. Reg. XXII. 14. ubi dicitur Hulda habitaſſe בירושלם במשנה, ſive בבית אולפנא, ut traſtulit Chaldæus & Kimchius, etſi diſſentit Iſ. Abarbanel, & dicat, שהיו שלשה חומות בירושלם והיא לא היתה דירתה בחצונה כי אם בשנית, וזהו במשנה: *quod tres muri fuerint Hieroſolymis, & Hulda habitaverit non in extremo, ſed intra ſecundum*. Ad tales ſcholas juvenes Judaici ex longinquis regionibus educationis ac ſtudiorum cauſa miſſi, & in hanc vel illam diſtributi, magiſtrum ſibi elegerunt. Hæ ſi junctim ſumantur, inſignem Academiæ coronam conſtituunt, & eo tempore maxime floruiſſe Academiam, demonſtrant. Quamvis autem poſtea literæ cum civibus Urbe ſancta pulſæ eſſent, & Babylonem migrare juſſæ, ſtatim tamen peractis annis captivitatis LXX. priſtinam ſedem occuparunt, & Academia inſtaurari cœpta eſt. Quæ deinde ad tantum faſtigium pervenit, ut non pauciora collegia, quam antea, Judæis affirmantibus, habuerit. Eorum quædam recenſentur a Luca in actibus Apoſtolorum, & Paulus in collegio Gamalielis legitur educatus. Jacta ſunt Academiæ fundamenta, conſtituto eruditiſſimorum & principum gentis virorum, אנשי כנסת הגדולה Virorum Synagogæ magnæ, collegio. In quo cum præſidis munere fungeretur Eſra, סופר מהיר וגמיר *ſcriba promtus & abſolutus*, ſolida rerum cognitione ac promto eloquio pollens, idemque *ἀναγνώςης τῦ νόμυ*, legis lector & profeſſor publicus, ipſe cum ſociis, pariter סוארים dictis, ſacri Codicis emendationem, opus Maſorethicum vocatum, ſuſcepiſſe exiſtimatur. Fuerunt autem in eodem collegio Haggai, Zacharias, Nehemias, & ultimus eſſe fertur Simon Juſtus Pontifex, Oniæ filius, Jaddi nepos, quem Ganſius M. IV. a. 448. Alexandro M. Hieroſolymas ob fœdus, quod Darium inter & Judæos intercedebat, vaſtaturo, obviam iviſſe & placaſſe memorat, quod tamen facinus F. Joſephus L. II. c. 8. Jaddo adſcribit. Eo tempore Eleazar, qui fratri Simoni in Sacerdotio ſummo ſucceſſit, LXX. interpretes ad Ptolomæum Philadelphum miſiſſe perhibetur. Qua ætate celebris in Academia fuit Antigonus Sochæus, Simoni ſurrogatus, cujus duo quidem diſcipuli, Sadok & Baithus, a doctrina defecerunt, hæreſiumque auctores facti, Sadducæorum ille, hic Baithuſæorum, in Eccleſia pariter & Academia turbas dederunt. Sed alii duo, Joſeph, Joezer & Joſeph, Jochanan, veriorem defendentes doctrinam, ille Præſes hic Propræſes Synedrii, ſunt conſtituti. Nunc enim binos recenſere ſolent Judæi, alterum נשיא Principem, alterum אב בית דין Patrem domus Judicii. Illum Maimonides Sanh. c. I. ראש הישיבה Academiæ quoque rectorem eſſe aſſerit, etſi eam dignitatem Ganſ. M. IV. a 500. Proprincipi vindicare conatur, auctoritate nixus Iſ. Abarbanelis. Hos duos exceperunt quatuor Doctorum paria, quibus propter præſtantiam non poterat inveniri cognomen conveniens, Ganſ. l. c. Horum eminentiſſimi fuere Hillel & Schammai, ille Synedrii & Academiæ Princeps, hic Proprinceps. Ac prior, e ſtirpe Davidis oriundus, dum e Babylone Hieroſolymas aſcenderet, Sapientes de re-

rebus quibusdam sciscitaturus, ipse vero interrogatus, eos quædam de ritibus paschalibus edoceret, illico principatum obtinuit, centesimo ante urbis excidium anno, eumque per quadraginta annos tenuit, & inter eos sine dubio fuit, qui Herodem de loco nativitatis Messiæ instruebant. Perpetua ferme lis ipsi intercessit cum Schammai, ac nonnunquam tam acris, ut auditorum odium in bellum erumperet, & discipuli Schammai in Hillelem conspirarent, referente ex Talm. Hieros. 1. Ligtfooto Chron. N. T. p. 6. Habuit uterque celeberrima & frequentissima auditoria, dicta בית הלל ובית שמאי *domus Hillel & domus Schammai*. De Hillelis auditoribus, quorum aliquot millia ei tribuunt, sed Gans. M. IV. a 728. circiter mille assignat, mira commemorare solent Hebræi in בבא בתרא c. 8. f. 134. Quod nimirum 80. *habuerit præstantiores, ex quibus* 30. *digni fuerint, super quibus Majestas divina quiesceret, alii* 30. *quorum gratia sol staret, &* 20. *reliqui mediæ classis essent*. Quos inter cum omnium minimus censeatur R. Jochanan, Saccai, forsan ille, qui in actibus Apost. c. IV. 6. Joannes vocatur, de seipso tamen in מסכת סופרים c. 16. f. 13. c. 3. dicit, *si omnes cœli essent cortinæ, & omnes arbores calami, & totum mare atramentum, non sufficerent ad scribendam Sapientiam meam, quam didici a magistro meo Hillel, nec tamen propterea transcendi omnem scientiam Sapientum, sed sum instar muscæ immersæ vasto Oceano, quam extrahunt absque defectu*. Mirantur hoc ipsi Judæi & exclamant: *Si omnium minimus tantus est, quantus non erit omnium maximus!* Hunc autem esse Jonathanem ferunt, qui Chaldæa lingua Prophetas illustravit. De hoc ergo iidem narrant, *quod, qua hora sederit occupatus in lege, omnes aves, prætervolantes ipsum, fuerint combustæ*. Id quod a Pfeiffero in diss. de Paraphrasibus Chaldaicis nugis non erat accensendum, cum hæc sit verborum vis atque sententia: שכל דעת משובש הפורח בשכל היה נשרף כשהיה החכם ההוא עוסק בתורה רוצה לומר שהיה משיג האמת ודוחה השקר: *Quod omnis sententia futilis subvolans in intellectum exusta quasi fuerit, cum ille Sapiens in lege esset occupatus, sive, quod veram Scripturæ mentem sit assecutus, falsa rejecta*, uti explicatur בשבט יהודה f. 56. c. 2. Qua in re Judæis non omnis est deneganda fides, dum omnibus constat, quanti hic etiam a Christianorum interpretibus æstimetur. Ast dum R. Dav. Gansius narrat, tempore Hillelis & Schammai fuisse quendam ex discipulis eorum, vocatum R. Jehosuam, Perachiæ, qui Jesu Nazareni fuerit præceptor, plus omnino, quam probare potest, affirmat. In eo autem ipsi minus refragabimur, quod tantum Hillel splendorem Academiæ conciliaverit, ut ad majus ascendisse fastigium haud videatur, quam per hujus familiam. Refert enim, Hilleli successisse Academiæ rectorem, filium Simeonem, primum inter septem magnifico titulo Rabban insignitum. Quod cum ante undecimum a nato Servatore annum, habita nimirum computationis Judaicæ ratione, factum non sit, certo affirmari nequit, hunc esse Simeonem illum, qui Christum ulnis pariter ac fide fuerit amplexus. Morti quippe magis vicinus erat, quam isti dignitati, *Luc.* II. 26. 29. Si vero ille Rabban Christum Messiam serio agnovit, mirum profecto videtur, quod, si non plebem auctoritate sua traxerit in consensum, filium saltem eadem nati Messiæ notitia non imbuerit, ita ut Christianis non tantum favisse videretur, si idem est, qui Act. V. habetur, sed & ipse factus fuerit Christianus. Est enim ille Gamaliel primus, qui patris mortui officio fungebatur, ac Pauli Apostoli præceptor, majori forsan jure, censetur, & quem tradunt ab Onkeloso, Chaldæo Legis interprete, solemni ritu humatum, septuaginta libris thuris in ipsius busta insumtis, & super ejus cadaver combustis. Buxt. Abbr. Rabb. p. 130. Hunc autem non deprehendimus Christo nomen dedisse, uti nec ipsius filium, Simeonem secundum, pariter Hierosolymitanæ Academiæ, sed ultimum, rectorem. Cum enim hic in ipso templi & urbis excidio esset interfectus, simul Academiæ finis extitit, quæ deinde cum Synedrio in Jabhne sedem fixit, instituente Rabbane quarto, Jochanane, Saccai; non quidem ex Hillelis familia, sed tamen schola, oriundo.

XIII. Synedrium vero jam ante vastatam urbem per Gamalielem seniorem in Jabhne erat constitutum, uti refert Abr. Zachut Juch. f. 21. c. 2. Excisis ergo Hierosolymis, Jochanan ab Imperatore Rom. impetravit, ut Jabhne Synedrium retineret, cui ipse primus præsedit, simulque Academiæ, ibi fundatæ, rector factus est per quinque annos ex mente Gansii a. 833. a quo tamen Hierosolymitanæ quoque Academiæ rector salutatur a. 810. Cum vero hic sibi in exponendo Principum & rectorum ordine parum constet, ac diversas esse hac

in

in re Doctorum Judaicorum opiniones fateatur, nos etiam de eo non erimus soliciti, contenti solum, quod sciamus, Jabhnen fuisse celebris Judæorum Academiæ sedem. Dicuntur enim octoginta, secundum alios trecentæ, Scholasticorum classes in ea extitisse, Hieros. Taanit. f. 57. c. 4. Unde כרם ביבנה *vinea Jabhnensis* in proverbium abiit. Inter ejus præsides præcipuo loco habentur Rabban Gamaliel, vocatus Jabhnensis, & R. Akibha, qui ei per quadraginta annos præfuit, cum antea rector fuisset Academiæ Lyddensis, eodem tempore celebris, in qua ipsi successerat R. Tarphon, ille fortassis, qui cum Justino Martyre disputavit, & Tryphon Judæus appellatur. Collegia sine dubio fuerunt, quæ dicuntur עליית בית ארם בלוד *camera beth Arum in Lydda*, Hier. Schek. f. f. 30. 2. עליית בית לבזה בלוד *camera beth Labasa in Lydda*, Hier. Scher. f. 35. 1. עליית בית נתזא בלוד *camera beth Nethasa in Lydda*, conf. Ligtfoot. V. II. p. 183. Magnum huic Academiæ splendorem conciliavit R. Akibha, in cujus proinde laudibus recensendis Judæi non minorem operam impendunt. De eo enim Gansius a. 840. *quod nomen ejus exierit ab uno extremo mundi usque ad aliud, quod totam legem oralem habeamus ex manu ejus. Obsignavit Mischnicos R. Meir, obsignavit Siphra sive Legem Sacerdotum R. Jehuda, obsignavit Seder Olam R. Josi; sed omnes ex consensu R. Akibhæ.* Discipulorum viginti quatuor millia ei tribuuntur in Breschith rabba in ויוסף אברהם Hic tamen tam celebris doctor, antequam obiret, nomen & laudes maculavit, dum, magna correptus stoliditate, ben Cusibam, dictum bar Cochabam, *filium stellæ ex Jacob*, Num. XXIV. 17. Messiam declararet, eumque armigeri loco stiparet, ac ea propter cum ipso & innumerabili hominum multitudine interficeretur. Hæc ingens strages, de qua incredibilia Judæi scribunt, facta est in munitissima urbe Bitter, in qua magnifica fuit Academia, *quadringentis* quippe *instructa collegiis, quorum singula quadringentos habuerint magistros, & quorum cuilibet quadringentæ fuerint discipuli*, hoc est, 64000000. Sed hic modum excedere videntur Judæi, cumque in numero definiendo varient, certus iste haberi non potest. Nam *R. Simeon Gamaliel dixit: quingenta domus scribarum fuerunt in Bitter, in quarum minima non pauciores erant, quam quingenti discipuli.* Hic R. Simeon dicitur a Jabhne ad Usham cum Synedrio & Academia migrasse, Juch. f. 21. Inde vero translocata est Academia cum Synedrio Sepharaamam & Bethsaaraim per R. Judam, de quo Gans. M. 4. a. 910. *Fuit perfectus in moribus suis, perfectus quoque omnibus gradibus, & propter excellentiam sanctitatis suæ & humilitatis suæ vocatus est* רבינו הקדוש *Magister noster sanctus*. Quamdiu istæ civitates fuerint Academiæ sedes, incertum est, cum de illis parum apud scriptores occurrat. Magis celebrantur, Academiæ nomine urbes, Zippor & Tiberias, quas instituit R. Juda hakkadosch, ac illi quidem per septendecim annos præfuit. Pluribus ea instructa erat Synagogis, & duodeviginti memorantur eum plangentes, inter quas sunt כנשתא גופנא בצפורין *Synagoga Gophnitica in Zippor* Hier. Barach. f. 6. 1. כנשתא דבבל בצפורין *Synagoga Babylonica in Zippor* l. c. f. 9. Hac tamen Zipporitana Academia multo celebrior erat Tiberiensis, uti Judæi fatentur in Bab. Sanh. f. 32. ישיבת טבריא גדולת משל צפרי *major est Tiberiensis, quam Zipporitana*. Hæc per plura secula duravit, in eaque per aliquot annos R. Juda præsidis munere functus est. Nobilitata fuit tredecim Synagogis Bab. Berach. f. 30. 2. & mentio cujusdam fit Hieros. Kilaim f. 32. 3. nempe כנישתא עתיקתא סרונגיני *antiquæ Synbgogæ Serongianæ*. Multum vero ipsi celebritatis accessit ex eo, quod Mischna ibi sit collecta, & Talmud Hierosolymitanum in ea conscriptum, ac Masorethæ sacri Codicis correctioni in eo loco vacasse, & puncta diacritica adjecisse, credantur. De Mischnæ autem origine ita in Zemach David Gansii M. 4. a. 978. *cum videret R. Juda hakkadosch prolongari captivitatem, & discipulos fracto esse animo, ac vim Sapientiæ & Kabbalæ defecisse, atque Legem oralem valde attenuatam, collegit omnia decreta, statuta & dicta Sapientum, quicquid docuerat domus Senatus in quolibet seculo, a temporibus Seniorum, Prophetarum, Virorum Synagogæ magnæ & Sapientum Mischnæ, usque ad suum tempus.* Id quod factum est anno Christi 190. ac non ita multo post, anno nimirum 230. Talmud Hierosolymitanum absolutum, quamquam in eo ex sententia Ligtfooti mentio fiat Diocletiani Imperatoris Cent. Choro. C. LXXXI. p. 228. Postquam autem R. Juda vita excessisset, Hebræorum in Palæstina Academiæ omnem ferme celebritatem & splendorem amiserunt, sensimque ita decreverunt atque obscuratæ sunt, ut post Jochananem, per octoginta annos in terra Israelis præsidem, & Talmudis Hierosolymitani au-

ctorem, ac post Hillelem juniorem, principem dictum, fastorum Judaicorum instauratorem, studia in Palæstina friguerint, & Academiæ plane sublatæ videantur: cum ipse Hillel simul promotionis ritui, qui manuum impositione peragebatur, & tum in constituendis judicibus, tum conferendis honoribus scholasticis requirebatur, finem imposuisset.

XIV. Quantum vero decrementi Judæorum in Palæstina Academiæ ceperunt, tantum contra celebritatis accessit eorum Academiis in Babylonia. Cum enim jam ab ipso exilii tempore Scholæ Judaicæ in ea regione extiterint, tamen nunc demum ad summam dignitatem sunt evectæ, Nehardeensis puta, Sorana & Pumbeditana. Quæ ad Nehardeensis Academiæ cognitionem pertinent, breviter proponit I. Hopkinson in Synop. Pared. p. 36. *In Euphratis descriptione non est prætereunda mentio inclytæ Hebræorum Scholæ, quam ad Euphratis ripam Judæi tempore deportationis Babylonicæ condiderunt, & נהר דעא Nehar Dea, id est, scientiæ flumen, appellabant. Quidam depravato nomine Naarda dixerunt, non attendentes Hebrææ vocis originem aut significationem. Fuit hæc Schola adeo celebris, ut ad eam Judæi studiorum causa suos filios ex Palæstina, Ægypto, Africa, Hispania, & toto Occidente, certatim transmitterent. Hujus Scholæ moderatores erant Talmudicæ rhapsodiæ interpretes, numero sexaginta, quos גאונים Geonim, hoc est, excellentes, vocant, a quibus Talmud Babylonicum sexaginta tractatibus comprehensum, conscriptum fuisse, Hebræorum Doctores constanter prodiderunt.* De hac porro apud Gedaliam ונהרדעא לעיל מסורא טפי מין עשרים פרסין *Nehardea autem distabat a Sora plus quam viginti milliaribus*, dicitur in Schalschel. f. 33. Hanc vero instituisse ac primum in ea præsedisse ferunt R. Honam. Sic enim Abr. Zachut in Juch. f. 120. *Postquam diem obiisset R. Juda*, עשו ישיבה בבבל על דרך ארץ ישראל והיא ישיבת וסלך בה רב הונא ארבעים שנה והוא היה ראשון: *instituerunt Academiam in Babylonia ad modum teræ Israelis, hæc est Academia Sorana, in qua regnavit Rabb Huna annis quadraginta, & hic fuit primus.* Ita quoque R. Dav. Gansius M. V. a. 10. *Ille fuit rector Academiæ primus in Sora, & hoc est initium Academiæ Soranæ & Pumbeditanæ.* Hanc vero posteriorem esse illa, & institutam demum a Rabba bar Nachman ultimis diebus Chasdæ, qui Honæ successerat, tradit Abr. Zachut. l. c. Et R. Gedalias f. 37. ostendit, quod major dignitas fuerit rectoris Sorani, quam Pumbedithani, conf. I. H. Hottinger in Hist. Eccles. Sec. XI. Buxtorf. Lex. Talm. p. 1752. Maxime ergo omnium tres istæ Academiæ floruerunt, cum in Palæstina mortuus esset R. Juda sanctus, cujus duo præcipui discipuli Rabh & Samuel in Babyloniam migrarunt, novumque illud religionis Judaicæ syntagma secum ferentes, omnium oculos in se converterunt. Quare illico summa ad ipsos dignitas delata est, quam in Nehardeensi Academiæ Samuel admisit, apud Pumbedithanos autem, ne R. Sila loco movendus esset, recusavit Rabh, eamque in Sorana suscepit, & per viginti quatuor annos administravit, confer. R. Dav. Gansius in Zemach l. c. Atque in hac mortuo R. Huna, præses factus est R. Chasda, 24000. discipulos habens, ut refert Gansius l. c. cui tamen cum aliis in recensendis successoribus haud convenit. Quorum discrepantiam nos non attendentes, illud tantum observamus, quod istorum industria effectum sit, ut studia in Babylonia ad posteritatem plusquam octo seculis firmarentur, & corpus Juris Judaici copiosis commentationibus illustraretur. Totum opus Talmud Babylonicum dicitur, & ad omnes Judæos, etiam extra Palæstinam degentes, pertinet, inchoatum a Rabh Asche, facto sexaginta annorum labore, & a discipulis ejus, tribus & septuaginta annis post magistri obitum, A. M. 4260. Christi quingentesimo, absolutum. Quo obsignato Academiæ in Babylonia per quinquaginta annos cessarunt, mox tamen per Geonim instauratæ celebres habuerunt præsides, diverso autem ordine a scriptoribus recensitos, quorum ultimus Jezekia, filius Davidis Sachæi, captus est a Rege Babyloniorum & interfectus, simulque cum ipso Academiæ Judæorum in Babylonia desierunt.

XV. Ejectis inde Judæis, & in varias regiones dissipatis, celebres quidem Scholæ multis in locis sunt erectæ, iisque docti viri præfuerunt, in tantam tamen antiquarum Academiarum dignitatem non sunt restitutæ. Fuerunt ejusmodi Scholæ in Hispania Cordubæ, Toleti, Barzellonæ, in qua anno Christi 1295. decretum factum est a Judæis, ne quis disceret Sapientiam Græcam, antequam 25. annos natus esset, narrante Gansio M. VI. a 65. Talis Schola fuit etiam Romæ, cui anno 1106. præfuit R. Nathan, auctor libri Aruch, eximius Sapiens in omnibus scientiis. Habuerunt aliquam Judæi Constan-

ſtantinopoli, cujus Princeps fuit anno 1490. Elias Orientalis, excellens Sapiens; nec non Venetiis, ubi anno 1496. capitibus ſuis flavum pileum imponere juſſi ſunt. Præ cæteris quoque memorari debet Pragenſis Academia, in qua celebres fuerunt rectores, R. Jacob Falk, excellens doctor, quem primum ferunt ſubtilem diſputandi methodum inſtituiſſe; ut & Abraham Prangenſis, qui multos habuit auditores, & ſeptem ſcientiarum fuit peritus a. 1543. Plura ejuſmodi loca Scholarum & Academiarum nomine laudantur a R. Davide Ganſio. ut Cracovia, Poſna, Lublinum, Wormatia Lemburgum; celebrioribus tamen hodie annumerari debet Amſtelodamenſis illa, cui olim præfuit Menaſſe ben Iſrael, magnam famam nomenque ſcriptis ſuis, Hebraicis atque Latinis, etiam inter Chriſtianos, conſecutus. Quæ Synagoga ſicut nitidiſſima inſtructa eſt typographia, ita eam Hottingerus ſuo jam tempore locuplete ſatis Bibliotheca vidit exornatam. Sed de Bibliothecis in Judæorum Academiis, de docendi methodo, & diſtinctis docendi muneribus, de titulis & honoribus ſcholaſticis publice collatis, de Academicorum privilegiis, præmiis atque ſtipendiis, peculiaris labor ſuſcipi meretur.



JO-



JONÆ SEERUPII
DISSERTATIO
DE
TITULO RABBI.

QUantum Judæi olim Literatis habitum iverint honorem ex variis iisdemque insignibus, quibus eos condecorarunt, patescit titulis, quorum aliqui desumpti sunt a præstantia eruditionis, alii dignitate officii, alii denique a gradu promotionis ideoque vocantur *Tituli* vel *Honorarii* seu *Eruditionis*, vel *Officiales*, quorum aliqui in latiori significatione cum honorariis, conveniunt, vel etiam *Promotorii*. De præcipuis & usitatoribus pauca loco præfaminis in medium proferam recitaturus.

I. T*itulos Honorarios*, inter quos primum locum obtinet אב *Pater* (1) hinc Rabbini: לשון כבוד כמו רבי אבא הוא (2) *Abba est nomen honoris sicut Rabbi*. Huic אב ut antiquitate ita & dignitate proximus est titulus נביא *Propheta:* hinc Amos (3 *non Propheta fuit nec* בן נביא :כ: *non didici inter discipulos Prophetarum*, judicibus præter alios Calvino (4) Pelicano (5) Estio (6) & Stillingfleet (7). Hunc titulum sequuntur זקן *Senior*, (8) חכם *Sapiens* (9) סופר *Scriba* (10) &c. Rariores ut & antiquiores titulos e. g. אצילי העם (11) *Segregati a promiscua plebe &* בעלי אסופות (12) *Domini congregationum* hic prætereo præsertim epitheta, quibus recentiores superbiebant, de quibus etiam satis Buxtorfius (13) & alii.

II. *Titulos Officiales*, quorum omnium jure tam antiquitatis, quam excellentiæ præstantissimus est titulus muneris Prophetici נביא *Propheta* cujus officium duplex (14) 1. admonendo populum futura prædicare 2. populum docere & officii circa cultum Dei admonere, (15) De variis vero hujus muneris gradibus & titulis conferri possunt Leusdenius (16) Goodvinus (17), & alii plures (18).

Sed vero sciens hic omittere possem titulos Sacerdotum aliorumque; qui ad Ecclesiam magis quam Academiam pertinent, nisi juberet ipsa Ecclesiæ cum Academia affinitas, titulorum catalogum ad

ad minimum recensere, in quo primas tenet כהן הגדול *Pontifex Maximus*, de quo Cornelius Jansenius (19), Joach. Camerarius (20), Car. Molinæus (21) & alii. Hunc ordine sequuntur סגן *Vicarius Pontificis* (22) סופרים *Scribæ* (23) חכמים *Sapientes* ɔ: Legisperiti (24) דרשנים *Disquisitores* (25) ut taceam אנשי כנסת הגדולה *Viros Synagogæ magnæ* (26) distinctionem Judæorum in תנאים *Tannæos* אמוראים *Amoræos* סבוראים *Seboræos* & גאונים *Geonim* (27) & alios titulos plures, qui variis temporibus ex varii officiis varii propullulavere e. g. ראשי גליות *Æchmalotarchæ* (28) ראש הישיבה Rector Academiæ (29) & alii plures (30) quibus omnibus sponte supersedeo recitaturus ulterius.

III. *Titulos Promotorios*, ut sunt חבר *Chaber*, רב *Rab*, רב *Rob*, רבי, *Rabbi*, ריבי *Ribbi*, רבן *Rabban*, מר *Mar*, מר *Mor*, מרן *Maran*, de quibus, non est, quod aliquid hic loquar, de illis utpote in ipsa dissertatione respectu רבי sum acturus tantum si exceperis מר & מרן, qua etiam ductus ratione horum a cæteris addere placet differentiam, quæ consistit vel *in deritatione*, quod ab ר incipientes deriventur a רבב *multiplicatus fuit*, hi vero a מרא, quod *Dominum* notat, vel in *Origine*, nam illi ante natum Christum, hi vero longe post nativitatem ejus orti sunt, & vix ducentos egressi annos (31) vel in *Ratione Ordinis*, tum illi semper nomini proprio præfiguntur, sed hi promiscue nunc præfiguntur, nunc suffiguntur (32) vel denique in *diversitate loci* Palæstinæ quippe limitibus primo circumscripti erant רבן רבי ריבי Babyloniæ vero רב, מר & מרן, hinc etiam רב per Patach dialecto Babylonica dicebatur רב Rob & cum נספת א Robo, ut & Mor pro Mar; sic etiam ריבי dialectum Hierosolymitanam constituit Hulsius (33); Hæc pauca in genere quidem de titulis Eruditorum apud Judæos; ad institutum propero, in specie *titulum* רבי consideraturus: Sed ut apertiori via institutum aggrediar, & ne pertractando hunc titulum confundar, methodum oculos noster sibi scripsit, quæ hunc titulum in tria dispertit capita, ideoque in Imo *Originationem* vocis τȣ̃ רבי & in secundo *Originem* prævia tamen *Definitione* tituli τȣ̃ רבי & in tertio *Inaugurationem* Doctoris τȣ̃ רבי sum pertractaturus.

CAPUT I.

I. Monitum secutus Philosophi: πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα, nonnulla de etymologia vocis τȣ̃ רבי juxta promissum, quo facilior ad cœtera pandatur via, prælibato. De ejus itaque etymologia non convenit inter Authores, quidam enim ex Syriaco fonte derivant, pro qua sententia annotare tantum est animus Gualtperium (34), cujus hæc sunt verba: רב & רבי sunt voces Syriacæ & Thalmudicæ, pro quibus Hebræi dicunt אדוני, cui etiam adstipulatur Drusius (35); alii vero ex fonte Hebræo quod perinde est, sive enim ex Hebræo mediate, sive ex Syro immediate nihil refert, juxta plurimos tamen descendit a רבב *multiplicatus fuit* valetque tantum ac πολυμαθέστατος ɔ: Magister varia ac multiplici rerum scientia instructus, ac præ reliquis eminens (36) Verum enim vero hic circa etymologiam Scriptoribus in quæstione esse solet, an Jod in רבי sit vel *Paragogicum* vel *Pronominale*, vel *Essentiale*, de quo non una omnium mens est, duo utpote priora diserte affirmat Elias (37), cujus tamen sententia, modo posteriori annuimus; facile destruitur; nam 1. exprimitur רבי in textu Syriaco per vocali ante Jod posita, quod apud Syros fieri non potest, quoties Jod est affixum (38). 2. in Textu Græco, ubi Christus a duobus discipulis salutatur רבי, dicit Johannes (39) Ῥαββὶ, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον διδάσκαλε, non διδάσκαλέ μου, si enim affixum addere voluissent, dicendum esset רבני cum sermo sit in plurali; & 3. sit Jod vel maxime affixum, ita ut רבי significet *Magistrum meum* sicut רבנא & רבן *Magistrum nostrum*, postquam tamen istis affixis cœperunt distingui gradus Magistrorum, intercidisse vim affixorum omnino existimo: Sic enim Rabbini: גדול מרב רבי וגדול מרבי רבן וגדול מרבן שמו *Minimus dicebatur Rab, major eo Rabbi, & hoc major Rabban, at longe maximus, qui nudo nomine nuncupabatur.* Quin & in Evangelio Hebræo רבי affixum recipit, dicitur enim (40) אחד היה רביכם *unus est Rabbi vester*, ubi Jod affixi rationem habere non potest (41)

II. *Synonyma* prima specie videri possent רב, ריבי, רבן, sed quod ad horum titulorum differentiam scribunt 1. רבי esse præstantius quam רב (42) quia titulus רבי absolute κατ᾽ ἐξοχὴν & sine nomine proprio positus a quibusdam omnium excellentissimus ducebatur, quippe quo etiam notus fuit Jehuda Sanctus, quem reliquis Rabbinis palmam præripuisse constat, שלא נמצא כמוהו שהרביץ תורה בישראל (43) *quia nemo fuit alius*, cui

cui plus literæ inter Judæos dolent. Sed in quantum רבי fuit excellentius quam רב in tantum רבן iterum eſt præſtantius quam רבי, nam רבן הוא שם חשוב במעלה יותר מרב ורבי *Rabban eſt nomen excellentioris dignitatis quam Rab & Rabbi* (44) paucos enim e ſuis Doctoribus & quidem eos tantum, qui ſecujo, quod ſeculum Chriſti præceſſit, fuerunt nomine רבן ornarunt (45) quid? quod Principibus titulus fuit proprius, nam לא מצאנו אדם שנקרא רבן מן הנשיאים (46) *non reperimus ullum vocatum fuiſſe Rabban præterquam Principes*. Sed hi tituli omnes dignitate cedunt, nudo nomini proprio; גדול מרבן שמו (47) *Simplex nomen majus eſt quam Rabban*; Sic & Maimonides: החכמים שהם למטה מן המעלה הזאת יכנה אותה רבן ועיר למטה מן המעלה הזאת יכנה אותם רב ורבי (48) *Sapientes qui infra hanc dignitatem erant conſtituti* (ſc. ut nomina ſua nuda ſortirentur) *cognominati ſunt titulo Rabban, qui infra, Rab & Rabbi*.

III. Scribunt etiam ad horum titulorum differentiam רב iis fuiſſe attributum qui Babylonicis in Academiis Magiſterium conſecuti eſſent רבן & ריבי, רבי, iis fuiſſe, qui in regione Iſrael per impoſitionem manuum Sapientes eſſent declarati, unde diſpaleſcit, cur R. Sira in Talmude nunc רבן זירא nunc רבי זירא vocetur, utpote quamdiu docebat in Babylonia dictus eſt רב, Poſtea vero Hieroſolymas vocatus, ſalutatus fuit nomine רבי vel etiam ריבי (49)

IV. Ex his ergo patet, quod & רבן ריבי, רב non ſint Synonyma, ſed propius, ſi Synoymum, aliquod in eadem erit lingua accedere poteſt, רבוני, quo Chriſtus ſalutatus fuit a Maria (50) nam licet Ludovicus de Dieu (51) & Caninius (52) in explicanda ejus etymologia ad רבון referant, quod *Dominum* ſive *Heorum* notat, minus tamen probe; in textu utpote Græco: *Στραφεῖσα ἐκείνη λέγει αὐτῷ:* Ῥαββουνι, ὃ λέγεται διδάσκαλε, at non Evangeliſta, ὃ λέγεται Κύριε, nam eo rectius ſpectare poteſt רבוני, quod cœco exidit (53) unde terminus iſte voce complexus, ſenſu incomplexus רבונו של עולם *Dominus mundi pro Deo*.

V. Hebræa jam luſtrata lingua, Græcam ſynonymiæ gratia ſpactatum ibimus, quæ quamvis de varietate vocis hujus cum Hebræa non certet, in ipſo tamen limine nobis occurrunt, διδάσκαλος & καθηγητὴς, de priori ne unicam quidem afferre probationem, neceſſe eſſe duxi, de eo utpote in præcedentibus ſatis egimus. Poſterius vero, multis utpote ſignificationibus involutum paucis diſcutiam. Uſurpatam itaque legimus hanc vocem apud Authores, pro *Duce viæ*, nam deſcendit a καθηγοῦμαι, *dux ſum viæ* unde Plutarchus (54) καθηγεῖσθαι τοῦ πολιτεύματος, *ducem eſſe regendæ reipublicæ, item* καθηγεῖσθαι τοῦ λόγου *diſputationis initium præbere*, vel *ſermonem inſtituere*, alias idem, quod καθηγεμὼν, unde καθηγεμὼν τῶν ἀγώνων, (55) *Dux certaminum*. Communius vero exponunt Lexicographi per *Authorem*, *Suaſorem*, *Impulſorem* & *Inſtructorem* (56). Sed has appellationes omnes Chriſtum non attendiſſe veriſimile eſt, cum dicit: (57) Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε Ῥαββὶ, εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητὴς ὁ Χριστὸς, & poſtea: Μὴ δὲ κληθῆτε καθηγηταὶ, εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητὴς ὁ Χριστὸς, nam nexus verborum ad has ſupra dictas ſignificationes minime quadrat, unde etiam in uſu fuit Lexicographis pro *Præceptore* (58) vel etiam Doctore (59), & ut fulcrum ne labaſcat, huic ſignificationi apponam, omnes Lexicographi Latini vertunt Magiſtrum Gr. per διδάσκαλον & καθηγητὴν, Hebr. per רבי (60). Sed hic non libet jam ulterius excutere aliorum ſententias, utpote Grotii & Druſii (61) qui loco τοῦ καθηγητοῦ ponendum volunt διδάσκαλον; partim quia non meum eſt de tantis viris judicare, partim, quia ab aliis hæ quæſtiones ſatis ſunt agitatæ, ne itaque molitam nimis videar molere farinam, plura de his dicere detrecto.

CAPUT II.

I. DEfinitionem tituli τοῦ רבי initio hujus capitis affixurus facturum me operæ pretium ſpero, ſi de ipſo Doctore τῷ רבי pauca in anteceſſum protulerim, & tum cuilibet antiquitatum Hebraicarum monumenta indagant, tam notum eſt quam quod notiſſimum, quod aſſerente Vitringa (62) initio nullus fuerit רבי niſi publicas manus impoſitione per Sanhedrin, aut Synedrii delegatos aut Doctores alios inſignes promotus, unde etiam dictum Rab Nathanis illud: רבי מחכמי ארץ ישראל הסמכים שם בסנהדרין שלהם ואמרון לענין סמיכת זקנים דסמכין ליה וקרו ליה רבי ונומר *Rabbi eſt e ſapientibus terræ Iſraelis impoſitione manuum ibi promotis per Synedrium, dicitur igitur reſpectu impoſitionis manuum per Seniores, qui alicui manum imponunt, & vocantem Rabbi*, ex quibus conſtat quid ſit Rabbi ſc. *titulus honoris apud Judæos* (63) *circa nativitatem Chriſti* (64) *Literatis & Doctoribus per* χειροθεσίαν *attributus* (65) Sed cir-

circa has definitiones observandum venit, quod in illis non sit sermo exclusivus; nam quemadmodum nemo probabit, omnibus promiscue, nulla habita dignitatis & eruditionis ratione, datum fuisse titulum רבי, ita nec affirmari potest, neminem non promotum eo fuisse salutatum, sic etiam apud nos Doctor & Magister sunt promotionis tituli, non adeo tamen perpetui promotionis indices, quin vel officii ratione iis appellati fuerint Docentes, etiam Academica lauru non condecorati, hinc talem etiam nobis reliquit Ursinus definitionem 4. *Rabbi fuit titulus non promotis duntaxat, sed & reliquis eruditis, fama quotquot super æthera noti essent, tributus, indoctis capitibus plane inconveniens.*

II. Hisce præmissis, proprius ad rem ipsam accedere lubet, paucis *Originem* hujus cognomenti consideraturo, quod in usu (verba sunt Cameronis (*66*)) esse cœpit paulo ante natum Christum, quod ab ipsis Judæis observatum est, nam, qui Prophetas, Esdram, Haggæum, Zachariam & Malachiam proxime secuti sunt Doctores in Ecclesia Judaica, quos vocant אנשי כנסת הגדולה *Viros Synagogæ Magnæ*, nudis suis nominibus appellati sunt; sic qui hos insecuti sunt Antigonus vir Sochæus Simeonis justi ultimi ex Synagoga magna Discipulus, Jose filius Joasaris, Jose filius Jochananis, Josua filius Perachiæ, Schemaja & Abtalion, Hillel & Schammai nullis titulis usi sunt; hinc Rab Nathan: *Sæcula quæ erant prima & præstantissima non opus habebant se titulis extollere, neque per Rabban, neque per Rabbi neque per Rab tam sapientes Babyloniæ quam sapientes terræ Israelis; nam Hillel ascendit ex Babylonia neque fuit nomen ejus Rabbini titulo appellatum* (*67*) Ante hunc Hillelem nemo tali aliquo titulo fuit vocatus, attigit autem Hillel nativitatem Christi, aut paucis annis ante ipsum obiit (68) Sed post eum statim filius ejus Rabban Simeon Hillelis filius titulo רבן fuit insignitus, nam Rabbini: רבן שמעון בן הלל הוא הראשון הנקרא משם רבן *Rabban Simeon filius Hillelis primus fuit appellatus nomine Rabban*. Post eum iterum sex alii qui hoc titulo potiebantur, omnes stirpe Hilleliana sati, unicum si exceperis, de quo satis Buxtorfius (69) & alii. Sed crescentibus interim annis, crevit, insolentia, & crescente insolentia, supra modum crevere tituli, qui, ex conjectura Ligthfooti (70) provectæ inter discrepantes Hillelis atque Schammai discipulos liti, secutæque inde arrogantiæ originem debent, nam non contenti fuerunt tum temporis Judæi Doctores suos Rabbinos, Magistros, Sapientes, appellare, sed insuper indiderunt cognomina, velut Scholastici Theologi sæpæ dicti sunt Resoluti, Mirabiles, Profundi, Subtiles, Seraphici, Angelici, Solennes &c. (71) Sic R. Meir vocatus insuper est Sapiens & Scriba quoties ipse veller, unde tantus ipsorum pectora fastus subegit, ut succenserent illi, qui non ipsos Rabbinos salutaret, imo ut plebejos omnes tanquam inania terræ pondera despicerent. Ea itaque ætate sc. inter hanc titulorum arrogantiam frequens admodum fuit titulus רבי, unde etiam Godvinus (72) *Cuivis* רבי *suos adhæsisse discipulos, & ab his aliisque fautoribus datum esse titulum* רבי *diebus nostris extra controversiam est*. Sed plerumque non nisi vanæ ostentationis fuit argumentum, nam amabant salutari in plateis & vocari ab hominibus רבי רבי (73) Quid? quod, illorum exclusio bilem ipsis movere potuit, unde R. Honam anathema annunciavit ei, qui Regem Ananum, non simpliciter appellavit Ananum non honoris gratia ut olim, sed opprobrii causa, propterea, quod Ananus, omisso titulo רבי, illium appellasset Honam; Sed quod adhuc majus Judæorum hodie tanta adhuc est ambitio, ut favore & pecunia titulum רבי sibi conciliare annitantur; (74) Hinc merito a Christo rejicitur; (75) sc. non quoad nudam appellationem, sed quoad mentem & sensum Judæornm, quorum Magistri authenticam decernenendi potestatem sibi tribuebant (*76*).

CAPUT III.

I. Visa itaque *Originatione* vocis ut *Origine* tituli, ultimo ad ipsam Doctoris τῦ רבי *Inaugurationem* pedem promoveo, sed interim haud abs re fore spero, si quædam de discipulis Rabbinorum præmittam, nomina & examina eorum, non sessiones commemoraturus. Scholaris itaque qui operam dabat Doctori (77), in triplici fuit discrimine; dicebatur enim vel תלמיד μαθητὴς ratione doctrinæ, quia discebat ex ore Docentis, vel ut Buxtorfius (78) quia erat הלומד מזולתו discens ab alio לא מעצם non a seipso; vel dicebatur קטן parvus ratione minorennitatis, quod ἐν ἐδάφει διερριμμένος, interpretante Doctore legeret (*79*); est autem קטנותא apud Talmud. discipuli tempus

pus usque ad Rabbinatum sive Magisterium; hinc illud: וסמכו עקיבה בקטנותו (80) *Et promoverunt Achibbum in Minoritate sua*; vel dicebatur denique בחור Electus, ratione electionis, quod electus esset in numerum discipulorum.

II. Horum aliquis ubi e tenebris in lucem quasi erat proditurus, examini & censuræ prius quam impositioni se subderet, necesse fuit; Sed quemadmodum non cuivis licebat adire Corinthum, ita nec quilibet ad examen admittebatur, non spurius (80) non infra decimum annum (81) non insigni corporis deformitate laborans (82) sed pius (83) verax (84) fortis (85) humilis (86) &c. In talem examen exercebat Promotor (87) num esset *Imo* in publicis scholis edoctus: nam רב אשי אמר כל האוקם ללמוד בהמון לו תבואה: *Rab Asche ait* (88) *Qui amat discere in multitudine ipsi erit proventus*. 2. An eruditio ipsius in publicum nota esset, quod semper fuerit sedulus תלמיד בעל ישיבה (89) Academicus, imo quod ivisset מבית מדרש זה אל בית מדרש זה (90) *ex uno disputandi loco, in alium* ex una Academia in aliam &c. 3. An esset versatissimus in Sacro Codice, ut mereretur dici (91) מופלג בחכמת התורה *Excellentissimus in doctrina Legis* 4. An esset πολύγλωττος vel ut Maimonides יודע בריב: הלשונות *Peritus plurium linguarum* (92). 5. An esset bonus Disputator ɔ: ut objectis Antagonistarum argumentis feliciter enodandis ac resolvendis par esset, *hoc est* יודע לשמוע ויודע לשאול ומתשיב (93), *aptus ad audiendum, interrogandum & respondendum*.

III. Tali jam dato specimine ubi dignus qui promoveatur est inventus per χειροθεσίαν, manuum impositionem factus est חבר Socius alicujus Rabbi. Sed hic actus cum prolixe satis ab aliis sit tractatus, non est, quod a me eadem prolixitas, ne post Homerum Iliada scribere videar, repetatur; paucis ergo rem expediam; Non nobis hic agendum est de סמיכה Secundo-notiali, quatenus sc. Grammaticis idem est, ac subjuncta conjunctio nominis cum nomine, ut fit, quando unum regit alterum in casu Genitivo; Sed de alterutra primo-notionalium; est enim hæc vox æquivoca, & significat. *Primo* approximationem, applicationem, adjunctionem, adhæsionem &c. *Secundo* manuum impositionem, Metonymice, promotionem, creationem in Magistrum, Doctorem, Rabbinum & Judicem, quia manuum impositione fiebat (94) Et hæc est hujus loci significatio.

IV. Fuit autem hujus significationis סמיכה Impositio manuum sive ritus Judaicus, quo תלמיד a Promotore (95) legitime antea promoto (96) præsentibus Patre Domus Judicii (97) Principe Synedrii Magni (98) & duobus aut tribus testibus (99) creatur in terra Canaan (100) חבר socius alicujus .רבי Sed quoniam, סמיכה pro toto sumitur ritu, pauca de speciali hujus ritus ordine ritum illustrandi causa addere lubet. Sunt autem hæ species, 1. Collatio in Cathedra qua significabant promovendum in Docentium ordinem & numerum cooptari: hinc Juchas de R. Jose: נסמך שם גיאון והושב על כסא האב *Promotus est ibi Gaon & collocatus in Cathedra Patris* (101). 2. *Traditio clavium & Pugillarium*; Pugillares jugem inculcabant meditationem & annotationem (102) clavis vero erat signum potestatis reserandi & promendi aliis Mysteria (103). 3. *Impositio manuum*, quam a Mose (104) hauserunt Judæi: *Edicit Jehova Mosi*: קח-לך את-יהושע בן נון איש אשר רוח בו וסמכת את-ידך עליו (105) *Sume tibi Josuam filium Nuno, virum in quo est spiritus, & impone ipsi manum*. Hac etiam ductus ratione in impositione manuum, his usus רבי Promotor est verbis. דרי אתה סמוך ויש רשות לדון אצילו קנסות *Ecce promotus estis, & facta tibi est potestas exercendi etiam capitalia judicia*: vel ita (106) אני סמך אתה תהיה סמוך *Ego te promoveo, promotus esto*. Hisce jam peractis, tandem sequebatur *Exclamatio*, aliis *Renunciatio*. qua canditatus רבי proclamabatur; ubi tamen observandum, quod hic titulus, fuerit relativus sc. illius, a qno promotus erat eg. R. Simeon Ben Eliazar חבר. R. Jehudæ Sancti. Nam dicebatur Rabbi, quoad Rabbinatus; sive Magisterii dignitatem acceptam, non quoad dignitatis cum officio conjunctam amplitudinem, qua Promotor tota vita Promotum superavit: Buxtof. Lex. Rab. sub Tit. חבר. Atque hujus ritus actu jam peracto, mea etiam peracta est dissertatio.

(1) Pfeiff. Antiqv. Ebr. cap. 21. 4. Rambam in præf. Mischnai. R. Sol. Ben. Melech ad 2. Reg. 11. fol. 80. 3. Chrysost. in Consist. Monast. c. 20. pag. 207.
(2) Iuchas. f. 32. 2.
(3) 7. 14. vid. & 2. Reg. 2. 3.
(4) in Am. 7. 12.
(5) in hunc loc.
(6) in h. l.
(7) Orig. sacr. pag. 132. edit. Vbelman
(8) vid. Exod. 3. 16. Ligthfoot Oper. Tom. 1. p. 726. Vitring. Archisynag. pag. 306. Svicer. Thesaur. Eccles. p. 826.
(9) Hoffm. Lex. Un. sub hoc titulo Buxtorf. Lex. Talm. p. 751. Alting. de promot. Ebr. L' Empereur Clav. Talm. & not. in Benj Tud.
(10) Elias in Thisbi sub h. titulo, Buxtorf. in Tib. Vandal. Scrib. Edoct. ad regn. cœl.
(11) Exod. 24. 11.
(12) Eccl. 12. 10[illegible]
(13) in Abbreviat. [illegible]r. pag. 114.
(14) Leusden. Philol. Hebr. dissert. 6. de Prophet.
(15) vid. Vandal. Concord. Prophet. Evang. Prodom. de Prophetis & Prophetiis pag. 8.
(16) Leusd. Philol. Ebr. diss. 6. de Prophet.
[17] Mos. & Aar. cap. 6.
[18] Hulseman. præf. com. in Jer. Spencer. de leg. Ebr. p. 437. 18: 19.
[19] Concord. Evang. p. 1. cap. 13. f. 76.
[20] Comm. in N. T. f. 158.
(21) Collat. Evangelist. in annot. ad part. 7. f. 96.
[22] Talm. Hierosolym. c. 3. p. 41.
[23] Idem l. c.
[24] Elias in Thisbi sub. h. tit.
[25] Buxtorf. in Tibiriade Pfeiff. pecul. Dissert.
[26] Elias in Thisbi sub h. v. Zemach David. lib. n. ad annum 3979.
[27] Majmonid. in Jad. Chatz. tr. Samhed. cap. 4. vid. preterea Coecejum in Sanhedr. in Gem. cap. 1. Heidegger. Hist. Patriarch. Tom. 1. Exercit. 1. Vitring. Dec. Otios. p. 277.
[28] in Cholin. fol. 137. col. 2.
[29] Buxtorf. Biblioth. Rab. & Otton. Lex. Ebr.
[30] Levisd. Not. Phil. in Jon. Illust. p. 78.
[31] Alting. Hist. prom. Acad. Ebr.
[32] Dialep. in אבקת רוכלה l. n. p. 2.
[33] in Matt. 73.
[34] Itidem in Matth. 23.
[35] Godvin. cap. 7. in Mos. & Aar. Lexic. Hoffm univers. c. sub h. Tit. Pfeisi. Exot. & Ebr. N. T. Loc. 33. & alii
(36) in Thisbi.
(37) Ludovic. de Dieu in Matth. 23.
(38) Matth. 23.
[39) Lud. de Dieu Loc. cit.
(40) Aruch in voce אבי״
(41) apud Uagenseil. sot. p. 999.
(42) Zemach David fol. 36.
(43) Cammer. in Matt. 23.
(44) Aruch in voce אבי״
(45) Aruch l. c.
(46) Præf. in רועים
[47] Halichet. olam fol. 522.
[48] Job. 20. 16.
[49] Animadvers. in quatuor Evang. p. 298.
[50] de loc. al N. T.
[51] Mar. 10. 51.
[52] in Theseo.
[53] Mach. 10. 28.
[54] Lexic. Scap. sub h. tit.
(55) Matt. 23.
(56) Scap. l. cit.
(57) Lex. Pasi. sub h. tit.
(58) Lex. Calep. sub h. t.
(59) in Matt. 23.
(60) Archisynag. 298.
(61) Pfeiff. Ebr. & Exot. N. G. Loi. 33.
(62) Godvin. Mos. & Aaron. Cap. 6.
(63) Lexc. Univers. Hofm. sub hoc tit. ut & Godvin. l. c.
(64) de antiq. Ebr. Acad. Schol.
(65) in Matt. 23.
(66) R. Nathan. in præfat. וערים
(67) Buxtorf. in Abbreviat. Ebr. sub. tit. Rabbi.
(68) Loc. cit.
(69) Hor. Ebr. in Matth. 23. 7. Harm. 4. Evang. Sect. 12.
(70) Godvin. Mos. & Aar. cap. 6.
(71) Loc. cit.
(72) Matt. 23. 7.
(73) Munst. in Gen. cap. 21.
(74) Matth. 23.
(75) Pfeiff. Ebr. ex Exot. loc. 33.
(76) sub hoc tit.
(77) Lex. Talmud.
[78] Pfeiff. Ebr. Ant. cap. 21.
[79] Juch. fol. 61. Col. 1.
[80] Majm. Sanch. cap. 2.
[81] Bartholoc. Biblioth. Magn. Rabbin. Part. 1. pag. 254.
[82] Majr monid. Sanhed. 11.
[83] Talmud. Taanith. f. 16. 2.
[84] Beoth. cap. 2. c.
[85] Abbot. cap. 4.
[86] Majmonid. in הלכות דעות in פרק שני
[87] Majm. Sanh. cap. 4.
[88] Mauhot in Germ. cap. 1.
[89] Schylch. Bruch. part. 2. fol. 73. col. 3.
[90] Targum in Psal. 84. 3.
[91] David kimchi in eund. loc.
[92] Majm. in Sandhed. cap. 4.
[93] Ibid. c. 2.
[94] Bux. Lexic. Talmud. sub. h. tit.
[95] Majm. Sanch. cap. 4.
[96] Ibid.
[97] Coccejus in Sanhed. p. 14.
[98] Talm. Hieros. Sanhed. c. 1.
[99] Ibid.
[100] Coccejus in Sanch. p. 14.
[101] fol. 61.
[102] Camer. Myroth. in Luc. 11.
[103] Idem in Matt. 22. 35.
[104] Num. 27. 18.
[105] Majmon. Sanhed. cap. 4.



JO: HENRICI OTTHONIS

שלשלת חכמי המשנה

HISTORIA DOCTORUM MISNICORUM,

Qua opera etiam Synedrii Magni Hierosolymitani Præsides & Vice-Præsides recensentur,

CUM NOTIS HADRIANI RELANDI

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

EXhibemus hic, benevole Lector, quasi in tabella & brevi compendio, historiam Ecclesiæ Judaicæ, quinque seculorum intervalla complexam Vitas nempe celeberrimorum inter Judæos Virorum, qui sapientiæ fama inclaruerunt, & quorum memoriam soli nobis illi conservarunt, qui eos ut Magistros, & Antecessores suos veneratur: Frustra enim apud alias Gentes quicquam quæsieris, quod ad hanc Historiæ Judaicæ partem faciat. Soli Hebræi e *πατροπαραδότοις* Traditionibus hausta literis ea consignarunt, & illorum notitiam ad nos transmiserunt: modo, si nucleum esse velimus, frangamus putamen. Sane non inutilem esse hanc operam ostendit Historiarum, qualescunque sint, insignis utilitas; quum & ideas rerum ante nos gestarum clariores reddant, & animum prudentia instruant, doceantque:

Ἔδειν πρόσω καὶ ὀπίσω.

Eminere autem præ reliquis, & agmen ducere Gentis Hebrææ Historiam, non difficulter concedet, qui ad Divini illius Populi præstantiam, & miraculosam conservationem, ejusque nexum cum Christianismo, attenderit. Quid enim est Christiana Religio, nisi reformatus Judaismus, cujus vera principia confirmat, & tuetur? Utilissimum ergo erit, Illorum, qui eundem nobiscum Messiam, eandemque Fidei basin, agnoscebant, Sapientiam, mores, & acta cognoscere; ne, in Antiquitatibus Romanorum Græcorumque Lyncei, in illa Historia cæcutiamus, quæ maxime illustrationi Divinorum Oraculorum inservit. Heic statum Ecclesiæ Judaicæ, a condito Templo Secundo usque ad Urbis eversionem sub Tito & Hadriano, contemplamur. Hic lucidissima, quæ Synedrium, & Scholas, Babylonicam, Hierosolymitanam, & Jafnensem ornarunt, Sidera, Sapientissimos Viros, eorumque ætatem, prosapiam & acta memorabilia, quæ innotuere, perlegimus. Heic Johannem Zacchæidem, Gamalielem

lem, Menahemum, Nicodemum, Samuelem Exiguum, Jacobum, ipsumque Generis humani Sospitatorem, Jesum (cujus natales impie pervertunt Judæi, ipsi inter se necdum concordes) memoratos cernimus. Quæ nomina, si probabilibus Philologorum conjecturis locum demus, Sacris Novi Testamenti voluminibus inserta apparent, & sive appareant specie tenus, sive revera a Spiritu S. innuantur, ulterius tamen examen merentur. Studio autem Misnico nil est quod copiosius Lumen affundere queat, quam notitia ætatis, morum, & rerum gestarum, queis illi inclaruerunt, quorum Stata ibi traduntur.

Ad quæ omnia, & plura, quæ omittimus, alia, quum se extendat harum rerum utilitas, mirum videri posset, nunquam a Christiano traditam esse singulari volumine Horum Doctorum historiam, cujus notitia Literatus orbis destituebatur. Hebræi id egerant jam olim, in Misna, & præcipue in Tractatu פרקי אבות, *Capitulis Patrum*, in Gemara deinde אבות דרבי נתן & Tabulis Chronologicis renentioribus, quales ספר יועסין, *Liber Prosapiarum* R. Abrahami Zacuth Salmanticensi, ספר הקבלה R. Abrahami ben Dior (aliis ben David) שלשלת הקבלה R. Gedaliæ, צמח דוד R. David Gans, Præfatio R. Maimonidis, præmissa סדר Misnico זרעים, ejusque Commentarii ad Pirke Abot, ut & Abarbenelis, R. Samuelis Jarchi, R. Samuelis di Uzida, הליכות עולם, & quæ plua hujus farinæ inveniuntur. Inter Christianos vero placuit *Johanni Henrico Otthoni*, Eruditissimo Viro, cujus Lexicon Philologicum plurimorum manibus teritur, Misnicorum Doctorum vitas hoc Syntagmate breviter complecti. Quod dum prælo iterum subjicere cogitaret Typographus, Notas ego passim adjunxi, quæ nonnulla, strictius ab Auctore notata, explicarent fusius, obscuris lucem affunderent, & si quæ forte culpanda viderentur (dum hæc scribens Oxonium profectus erat studiorum gratia, quæ accuratæ harum rerum meditationi, ut παρέργῳ & horarum subcisivarum fœtui, locum non dederunt) eadem Libertate, qua meos mihi nævos ostendi desidero, corrigerent. Chronologos Hebræorum Celeberrimos, quorum modo facta est mentio, contuli; & quæ rei præsenti inservire poterant, excerpsi; quamvis non omnia, sed speciminis loco, ex messe manipulum. Historiam enim illorum Doctorum, quos Auctor noster præteriit, levi penicillo descripsimus, ut ætas saltem illorum innotescat. Sunt autem in universum, juxta computum R. Mosis Maimonidis, Doctores in Misna memorati (& hinc dicti Misnici) 130. inter quos 37. quorum semel tantum in Misna est mentio. Vocantur ab Hebræis תנאים, a תנא, peculiari docendi modo: quod nominis Gamaliel II. primus adoptasse dicitur; alias etiam הוראים appellantur. Horum primus unanimi fere Hebræorum consensu Simeon Justus statuitur: Cui auctor noster Ezram præmisit, quia eidem Collegio, Synagogæ M. cum Simeone Justo interfuit. Plurimos Doctores, quorum Auctor non meminit, per modum συγχρονισμῶν, ad calcem Historiæ illorum Rabbinorum, quibus coævi fuisse videbantur, disposui, ut, consulto Indice, Lector Ipsorum ætatem, si desideret, invenire possit. Quæ dum pararem, auctoritatem maxime Celebrium in gente Judaica Virorum, maxime Maimonidis, & Auctoris Libri Juchasin, secutus, observavi me a plurimis aliis, nec infimi subsellii Chronologis Judæorum, secessisse, qui longe diversis sæculis horum ætatem assignabant, quam ego annotaram. Id ergo Tuum erit, Benigne Lector, in accurata definitione ætatis cujusque Rabbini hæsitanter procedere, & παραχρονισμὰς, qui ex collatis simul horum Synchronismis resultant, mihi non imputare; qui, ut huic malo medelam aliquam afferrem, plurimos Doctores Misnicos, qui eodem saltem seculo (quoniam de anno aut decade annorum non constabat) vixerant, eadem serie exhibui, & ad quasdam דורות, *generationes*, ut Judæi solent, retuli. Ita videbis, ad finem vitæ Jochananis ben Zaccai, & Eliezeris ben Hircani, omnes illos Rabbinos conjunctos, qui paulo ante Excidium Urbis sub Tito, & proxime post Excidium, vixerunt; quamvis alter nonnunquam alterius fuerit discipulus, & nonnulli ex his σύγχρονοι R. Akibæ, adeoque serioris ævi fuisse ab aliis dicantur. Hæc enim Judaicę gentis incuria est, quod ubique antichronismos committat inexcusabiles, & maxime, quod Hierosolymitanam eversionem sub Tito & Hadriano confundat Cui confusioni originem, ut causas generaliores silentio pretercam, consuetudo Chronologorum inter Judęos dedit, qui ętatem hujus illiusve Doctoris definituri, plerumque non annum a Condito Mundo, aut Templo, aut Ærę Contractuum, determinant; sed ab illis, qui ראשי דורות *Capita generationum*, vocantur, characterem temporis desumunt. Ita quęre ab Auctore Juchasin, quo secu-

culo vixerit R. Eliezer ben Zadok, responsum feres, היה בזמן רבי מאיר, Vixit tempore R. Meir. (Maimonides tamen hunc R. Jochanani ben Zaccai coęvum statuit, quem nos secuti sumus, ob Historiam de eo traditam pag. 105.) Pari modo, Abam Eliezerem ait vixisse בזמן תלמידי רבי עקיבא, tempore discipulorum R. Akibę, atque ita in reliquis. Quum ergo de tempore, quo Ipse R. Meir, & Akiba vixerunt, magna sint inter Chronologos Judęorum divortia (ut apparebit infra pag. 94. 95.) quomodo de reliquis certi erimus, quorum ętas ab illis characterem suum accipit? Hęc ratio est, cur Chronologiam & temporum rationem conciliare non sim aggressus, quum inter Judęos, ut horologia, conveniat: quorum ego sententiam, non meam, expono. Quę ubi non repugnat genuinis Antiquitatis monumentis, fidem meretur, quam Historicis debemus, qui suę gentis Historiam Literis mandarunt. Nec tamen omnia certa existimamus, quamvis nulla addita ἐπικείσει multa narremus commenta Judęorum, quibus Doctorum suorum eruditionem, pietatem & famam extollunt, sed Lectori harum rerum perito dignoscendas relinquimus Historias:

Si qua sub ærato mendosum tinniat auro.

Ita quisque ex ingenio suo demat, vel addat fidem.

Restat unum, Benevole Lector, quod peto, ut de conatibus nostris benigne judices, & argumentum scriptionis magis quam ordinem & stylum attendas. Si vero in vertendis Hebraicis aut alibi hallucinatus sim, lubens errorem agnoscam: quia nuspiam tam facile quam in his literis errari unusquisque novit, qui vel a limine hæc sacra salutavit. Viri harum rerum peritissimi, Pocokius, Seldenus, Altingius, Hottingerus, Vorstius, effugere non potuerunt, quo minus alicubi ineptæ versionis nota iis inusta sit. Quid? quod Bochartus animadverterit, ter in una tantum Talmudis linea cæspitasse Virum summopere eruditum, quem Edmundus Castellus vocat Illustrissimum totius Mundi Professorem. Tuæ itaque, quisquis hæc leges, benevolentiæ me committo tamen exhibita Ipsius Auctoris Præfatione (nequid huic Editioni desit, quo gaudebat prior) quæ hæc est.

BENEVOLIS LECTORIBUS

Salutem.

CUM primum animum ad studia Talmudica applicabamus, & elegantiora aliquot Massictot, qualia sunt, Schecalim, Sotah, Taanit, Megillah, *versione & Notis dilucidabamus; sæpius nobis magnæ obortæ sunt difficultates, ex eo, quod in historiis Hebræorum antiquioribus non ita bene versati eramus. Aliquando etiam nobis occurrebat aliquis Doctor, cujus doctrina quidem placebat, sed, quis fuerat, ignorabamus; ut itaque hanc caliginem dispelleremus, vetustum* Chronicon Juchasin, *& duo alia recentiora* Schalschelet Hakabala *&* Zemach David *excussimus, & tum ex illis, cum ex variis locis Talmudicis ea collegimus, quæ nobis in talibus aliquam lucem afferre possent. Cujus studii aliquod specimen dedissemus in editione illorum Tractatuum, si illi repagula scrinii nostri hactenus frangere potuissent. Nunc autem lubuit ex professo aliquid circa hanc materiam publico dare*, parum quidem admodum de multo, *sed quod tamen sufficiet, si diximus, quod dici debebat. Quod an exsecuti simus, aliis judicandum relinquimus. Credere tamen volumus, nos hic quædam rerum vestigia pervasisse, quæ* τοῖς θεολογημένων πᾶσι *imprimis utilia, alios vero suavi voluptate delectare possunt. Quod si quis inter ruspandum repererit, nos aliquando hallucinatos esse, pro sua æquitate considerabit, has exercitatiunculas, inter peregrinandum, absque necessariis subsidiis effusas magis, quam elaboratas esse, nec nobis aliter de his consilium inire, quam soluto impetu, licuisse. Si tamen aliquis erit, qui ea, quæ neutiquam reprehensione digna sunt, insectabitur, ipsius fastidiosam querimoniam expugnare nunquam laborabimus, solo hoc interno contenti patrocinio,* quod studuimus prodesse, *Magni quid vero acquisivisse existimantes, si quibusdam probis & eruditis placuerimus; quod etiam unicum erit, quo cum tempore ad majora exstimulabimur.*

HISTORIA DOCTORUM

Misnicorum Præstantium.

ESRA. A. M. 3413. (1)

I. QUamvis Esra prophetis accenseatur, ipsum tamen hic Doctoribus illis, quos proletarie depingere insti-

ſtituimus, tanquam caput præfigimus, partim quia Concilio celeberrimo, quod כנסת הגדולה *Synodus magna* (2) vocatur, præſedit, cujus membra Miſnicas traditiones plurimas fecerunt; partim vero quia coætaneos plurimos habuit, qui hic produci merentur, quique deinde pro gloria duxerunt, doctrinam ſuam ab illo accepiſſe, & diſcipulorum ejus nomen ferre.

II. Fuit Esra (ſecundum *Juchaſin* p. 13.) חסיד מאד ועניו כמשה *Religioſus valde & manſuetus inſtar Moſis*, omni denique ſcientia ad Præſidis ſpartam exornandam ita instructus, *ut ſcriba legis Domini ingenioſus & velox* dici meruerit: v. c. D. Buxtorf. Com. Maſ. p. 99.

III. Impingit autem *Zacuth* cum loco cit. non dubitat Eſram cum Malachia confundere; ut & Elias in præfatione *Maſoræ*, quando dicit עלה עזרא הוא מלאכי *aſcendit Eſras, qui eſt* (3) *Malachias*. Diſtinctę perſonę confundi non debent: & mirum eſt, quomodo id fieri potuerit, cum pater ejus Saarias filius Aſarię, duodecimus ab Aharone, tam ignotus non fuerit.

IV. Cum Eſra ſe ad iter Hieroſolymitanum accingeret, omnem diligentiam adhibuit, ut populum Iſraeliticum, qui ob captivitatis injurias maculoſus factus erat, redderet נקי כסולת *purum inſtar farinæ*: ſegregavit itaque a ſacerdotibus & Levitis atque Iſraelitis purę ſtirpis, unumquemque illegitimum, & illos ſecum Hieroſolymas abduxit, ut a ſtato illic Synedrio provideri poſſet, ne legitimi conjugia inirent cum illegitimis, & ex repoſitis apud magnum Senatum codicibus genealogicis dignoſci poſſet in poſterum, quęnam familię purę, & quęnam maculoſę eſſent; quod in Babylonia fieri non poterat: defecerat enim illic Synedrium & longa captivitatis dies omnia turbaverat.

V. Aſcendit itaque Eſras Hieroſolymam, ſecundum computum *R. Gans* in *Zemach David* anno 3413. & ſecum abduxit עשרת יוחסין *Decem ſtirpes*; 1. Sacerdotes, 2. Levitas, 3. Iſraelitas, 4. Profanos (illegitimos) ad ſacerdotium, 5. Proſelytos, 6. Servos manumiſſos, 7. Nothos, 8. Nethinæos, 9. Spurios, 10. Collectitios, quorum nec patres nec matres noti, & qui e plateis miſericordia collecti erant. (vid. *Kidduſchin* c. 4. 1.) Quantum laboris fuit, hanc colluviem dirigere, ſacra & lares reſtaurare? Nec forſan ipſius humeri ad hoc onus ſuffeni fuiſſent, niſi ipſum adjuviſſent viri præſtantiſſimi, quorum Catalogum nobis exhibet Abarbanel in præf. ad *Nachal. Avot. Haggæus* ſcilicet, *Zacharia*, *Malachia*; *Zerubabel*, *Mardochæus*, *Jeſu filius Jehozedek*, *Seria*, *Rebalia*, *Miſparus filius ejus*, *Rechum*, *Babanæus*, *Nechonia filius Chakalia*. Quibus R. Maymon addit *Chazaniam*, *Michaelem*, & *Aſariam*, qui etiam clariora Synodi magnæ lumina fuerunt.

VI. Quomodo circa Sacrum Codicem Synodus verſata ſit, & quid de autographo Eſræ, (quod ſecundum Finem Adrianum *Bononiæ* cuſtoditur) cenſendum ſit, ex Cl. V. D. *Hottingeri* Theſ. Phil. p. 115. addiſces. Prioris ſummam expreſſit Elias in præf. 3. *Maſor.* „ Ecce plurimi ſentiunt, (vere, ut nos putamus) Eſram ſcribam & concilium „ ejus, nempe viros Synagogæ magnæ, „ feciſſe Maſoram, punctationem & ac„ centus ſuper tota Biblia." Addamus etiam laudabile illud in *Juchaſin* pag. 13. בקשו להרוג יצר הרע בתפלתם *laborarunt concupiſcentiam ſuis precibus extinguere*.

VII. Sed hæc gloria non ad Eſram ſolum redundavit; viri, quos recenſuimus, etiam ſuam partem ſibi vendicarunt. Dicamus nunc ea, quæ ſingulari jure ad ipſum pertinent. Ut Eccleſia recenter purgata, juſto & decenti regimine dirigeretur, Eſras plurimas ſancivit conſtitutiones: principaliores ſunt decem illæ quæ in Bab. Kama fol. 82. 1. & Hieroſ. Megillah fol. 75. 1. recenſentur. „ Decrevit Eſras, 1. ut inſtitueren„ tur publica legis lectio diebus ſepti„ manæ ſecundo & quinto, (quos etiam „ idcirco ימי הכניסה vocant.) 2. Ordi„ navit ut & in Sabbatho ad Mincham „ legeretur. 3. Sancivit ablutionem go„ norrhaicis. 4. Seſſionem judicum in „ civitatibus diebus hebdomadis ſecundo „ & quinto. 5. Permiſit שיהיו הרוכין „ מחזירין בעיירות *Aromatariis ut circum* „ *ire poſſent per urbes*, ad Iſraelitida„ rum decus (ut filiæ & fæminæ eo „ facilius ſibi unguenta comparare poſ„ ſent, ad ſe in Sabbatho ornandum) „ 6. Præcepit ut lavarent (veſtimenta) „ die quinto ſeptimanæ, propter gloriam „ Sabbathi. 7. Ut pinſerent & coque„ rent panem veſperi, qui Sabbathum „ antecedit, ut הפרוסה *fruſtrum* dari „ poſſet pauperibus (in Sabbatho.) 8. „ Indulſit alii eſum nocte Sabbatum præ„ cedente שהוא מכניס אהבה ומוציא „ תאוה *quia gignit amorem & tollit cu*„ *piditates*, addunt alii. Quia ſaturat, „ calefacit, ſplendidam reddit faciem, „ &c. 9. Ut mulier accincta ſit בסינר „ ſuccinctorio poſteriori & anteriori, „ (cujus conſtitutionis anſa erat qui-

„ dam

„ dam casus qui *Megil.* l. c. notatur) „ 10. Constitutum est unamquamque „ mulierem tribus diebus ante suam purificationem se pectere & mundare „ debere (in lavacro legis, Lege *viz.* Præcepto & Mandato, ut *Bav. Kama* addit) Hæc omnia integrum commentarium requirunt, quem facere non permittet harum pagellarum angustia: nota solum de Gonorrhaicis, hoc novum circa ipsos ordinatum fuisse, quod Megillah cap. 7. „ recensetur; scil. non interesse inter Gonorrhaicum duas visiones videntem, (i. e. duplicem impuritatem sentientem, & ipsum qui „ tres; præter קרבן *oblationem*: & ambos abluendos esse. Item quod Maymon, in Hai. מקואות c. 1. & 4. observavit; *Virum Gonorrhaicum lavandum esse in fonte, fœminam vero profluvio laborancem in* מקוה *collectione aquarum; illamque tantum aquæ habere debere, quantum requiritur ad totum corpus abluendum mersione una; scilicet ut locus ille in profunditate tres cubitos habeat, & 40. seas aquæ continere possit.* Hæc & plura alia respexit Ezras in suo decreto: alias si simpliciter Gonorrhaicis ablutionem mandasset, nihil aliud præcepisset, quam quod jam olim a Mose inculcatum erat.

VIII. Mirum autem est, quantum Esras restiterit Sadducæorum hæresi tunc pullulascenti: quoniam latendo crescebat; visum est ipsi decernere, ut ad coronidem omnium orationum quæ in templo fundebantur, diceretur מן העולם עד עולם *a seculo in seculum*; (4) ut ita symbolum poneretur, quo Orthodoxi a prava sentientibus distinguerentur: *Bab. Beracoth* f. 54. Errantes tum temporis simpliciter מינים hæreticos vocabant, sed postquam Zadoc & Baithos talia dogmata, resurrectionem & spiritus negantia, pro χειρείω Sectæ audaciter usurparunt, a Zadoco nomen duxerunt.

IX. Assueverat populus in captivitate Babylonica Chaldææ linguę, ita ut Hebraicam non nisi cum difficultate intelligeret: huic incommodo ut consuleretur, instituit Esra מתורגמן Synagogę *interpretem*, qui adstans legenti in Lege, versiculatim ea vernacule redderet, quę lecta sunt e fonte Hebręo, ut ex *Hierosf. Megillah* fol. 7. cap. 4. elicere est. ויקראו בספר בתורת האלהים זה מקרא מפורש זה תרגום *Legerunt in libro legis; hic fuit textus: explanate. Illud fuit Targum*, &c. Canones hujus Biblicę lectionis & interpretationis inter alios hi sanciti fuerunt. Qui legit Legem, ne minus legat, quam tres versus: ne prelegat Interpreti plusquam unum, vel in Prophetis, si vult, tres: Si tres illi sunt in tribus diversis sectionibus, legant eos sigillatim. Transilire licet in lectione prophetica, non legali. Historia Rubenis legi potest, non autem licet eam interpretari. Historia Thamaris legi & exponi potest. Historiam vituli secundam, quæ incipit Exod. 32. 21. legere licet, at non interpretari; prior vero historia legitur & exponitur. Benedictionem sacerdotum, historiam Davidis & Ammonis nec legunt, nec interpretantur, &c. *Mass. Megillah.* cap. 4.

X. Quamvis autem non patiebatur populi ratio & reipublicæ status, ut jubilæa, sicut observata fuerant sub Templo primo, etiam sub secundo celebrarentur, voluit tamen Esras & Synodus, ut nihilominus quemvis quinquagesimum annum numerarent; ut eo melius השמטות *remissiones* annorum septimorum observari possent. Id etiam factum est, statim ac populus paululum a laboribus respiraret. Et cœptum est Jubilæum numerari ab anno septimo restaurationis Templi: vid. Maym. Hal. Jobel. c. 10. De Anathemate vero, quo Esra Samaritanos feriit, cui vacat, legere potest apud Tanchuma fol. 17. 4.

XI. Ob hæc & alia præclara facta quibus Esras Rempublicam ornavit, a suis popularibus merito magni habitus fuit, sed tamen non inciderunt in illam vesaniam, quam ipsi Fabulator Coranista imposuit, apud quem sæpius legimus: *Dicunt Judæi, Ozsair est filius Dei*; (5) plane quasi Judæi ἀποθέωσιν Esræ cogitassent. Verum est, eos ipsum aliquando cum Mose comparare, sed ulterius non procedunt: hinc in Bab. Sanhed. cap. 2. fol. 21. scribunt; ראוי היה עזרא שתנתן תורה על ידיו לישראל אלמלא לא קדמו מושה *Dignus erat Esra, quod data fuisset lex per manus ejus Israeli, si non præcessisset ipsum Moses, &c.*

XII. Vixit Esras, secundum Chronica Judæorum, usque ad annum, quo Alexander Magnus Hierosolymas venit, deinde die decimo mensis Thebet sive Decembris, suo fato functus est; quo anno, ut memorant, atiam sublati fuerunt *Haggæus, Zacharias, Malachias*, una cum Prophetia.

XIII. Et ita Synodus magna, quo nomine extraordinario Synedrium illius temporis designabatur, suum Præsidem amisit. Antequam autem ad ipsius successorem progrediamur, de Præsidis & vicepræsidis officio nobis aliquid dicendum est; quoniam in hac historia vix

alios

alios Doctores recensere lubet, quam qui has spartas administrarunt. In Synedrio tria officia præter cætera admodum honorifica fuerunt; *primum* erat *Principis* הנשיא, qui alias etiam מופלא dicitur, propter insignem eruditionem, qua præditus esse debuit: ejus definitio est בעל הדרש ומלמד תורה ברבים *Ille qui legis publice interpretandæ authoritatem habet.* Quando in consessum ingrediebatur, non solum capita aperiebant, sed & assurgebant, sicuti docet Mischnæ tractatus *Horajoth* c. III. *Principe intrante omnis assurgit populus; nec iterum occupat loca, nisi id dixerit.* Quando Princeps e vivis discesserat, nudabant humerum utrumque, palam in foro non spatiabantur, sed mœsti apud familiares sedebant, ut refert Rambam in *Hal. Ebbel*. Sepultura ejus non vulgaris erat, comburebatur enim lignis odoratis condimentisque supellex ejus; *Avoda Sara* p. 11. *Quemadmodum cremant propter reges, ita etiam propter Synedrii præsides: Quid autem comburunt? Lectum & utensilia ipsorum. Historia est, Onkelosum proselytum propter R. Gamalielem 70. minas Tyrias combusisse*, &c.

II. Munus in Synedrio fuit אב בית דין, *Patris Senatus*, qui sedebat ad Principis dextram; & eo absente, præsidebat: definitio ejus est: הגדול שבדיינין והדינין נפסקין על פיו *Judicum antecessor, cujus ore lites deciduntur;* subintellige, si absit Princeps. Honore etiam magno prosequebantur ipsum, sed tamen non æquali cum principe: quando enim intrabat Senatum, duabus solum surgentibus lineis excipiebatur; contra, Princeps senatus ab omnibus surgentibus salutabatur. Item, patre senatus mortuo non humeros sed solum sinistra denudabant brachia: insuper autem Academiæ vel scholæ, quæ illa urbe erant, vacabant, & qui antea Meridionalem locum obtinuerat, nunc ad septentrionalia pulpita demigrabat.

III. Honoris gradum possidebat ille, quem κατ' ἐξοχὴν חכם *sapientem* vocarunt; ille fuit ordinarie הגדול שבחכמים *Doctorum præstantissimus*, cum quo de agendis communicabant, utut perito sensum & rationum legis. In senatu ad lævam Principis sedebat: ingrediens vero ita excipiebatur, ut unus surgeret, alter vero sederet: sed ea indigitare satis est, quæ amplificare nimium foret. Nunc revertamur, unde deflexímus.

[1] Characterem temporis, quo Ezra vixit, hunc adsignat R. Gedalias in *Schalschelet Hakkabbala*, pag. 14. & 82. quod anno mundi 3370. a Barucho in Babylonia Kabbalam acceperit, & σύγχρονοι ejus fuerint Plato, quem cum Jeremia in Ægypto locutum refert, Demosthenes, Theophrastus, Lucius Tarquinius, ultimus Romanorum Rex, Pyrrhus, Rex Epiri, Themistocles, Marcus Curtius &c.

(2) Ita diserte R. *Abraham Zacuth* in *Sepher Juchasin* f. 11. בית דינו של עזרא הוא הנקרא כנסת הגדולה שהחזירו העטרה ליושנה „ Domus Judicii Ezræ appellata est Synagoga magna, quia illius „ membra restituerunt coronam Legis in statum pristinum. Non debet illa confundi cum Synedrio Hebræorum ordinario; illa enim 120. membris constitit, hoc paucioribus. Illa desiit in Simeone Justo, hoc diutissime post ea tempora permansit; uti patebit è sequentibus. Non desunt tamen qui totam Synagogæ magnæ historiam pro fabula habent. Dubito, an sufficienti fundamento. Fuit Ezra vicesimus secundus, qui *kabbalam*, seu traditiones recepit, juxta auctorem Sepher Juchasim, R. Abraham Zacuth. Existimavit Picus Mirandulanus Septuaginta libris Kabbalam hanc ab Ezra conscriptam esse, qui comprehendantur in numero librorum ducentorum & quatuor, quorum mentio fit in IV. Esdræ Libro Apocrypho cap. 14. v. 44. aitque, ne quis dubitet de veritate historiæ, hos libros summa impensa sibi coemtos esse, & quum illos diligenter perlegeret, multa se in iis invenisse imo pene omnia consona fidei Christianæ, quibus illis Judæos suis telis confodiant. Gaudeat ille suis thesauris, dum ψευδεπιγράφοις delectatur, quorum feracia fuerunt priora sæcula (& quis omnia enumeret?) ut magnorum virorum auctoritate sua placita stabilirent.

Non tali auxilio, nec defensoribus istis, Res Christiana indiget.

(3) Ita Paraphrastes Chald. ad Mal. 1. 1. ביד מלאכי דית קרי שמיה עזרא ספרא „ Per manum Malachiæ cujus nomen est Ezra scriba. Eidem opinioni faverunt Hieronymus R. Nachmanides & Calvinus Pamaritanico ἀνεκδότῳ facta Ezræ & Zerubbabelis, uti etiam Cyri & Nebucadnezaris confunduntur, pag. 220. 223. quo eodem vitio laborare Epiphanium observat Celeb. Petavius in not. pag. 21. in & in Sephet Hakkabala, Zerubabel והבאים עם זרובבל & ii, qui cum eo egressi sunt, Mordechai, Nehemia, Jeschua, Seraja, Realia, Mispar, Rachum, Baana, dicuntur ראשי כנסת הגדולה, *Capita Synagoga* nulla facta Ezræ mentione. Familiare hoc vitium est scriptoribus Judæorum ἀντιχρονισμοῖς peccare. Originem vero hujus confusionis, qua Ezra putatur idem cum Malachia, inde deduxerim [facem præferente Abrabanele in Præfatione ad Prophetas minores] quod Judæi nomen מלאכי, *Maleachi*, quod Prophetarum ultimo tribuitur, existimaverint non esse viro alicui proprium, [uti etiam οἱ LXX. qui Mal. 1. 1. Malachiam vertunt, ἄγγελον αὐτοῦ] sed nomen muneris & officii, uti *Propheta*, *Legatus Dei*, quum Maleachi ex vi linguæ Hebraicæ *Nuncium meum* significet. Qua hypothesi admissa, quoniam vix ullus Ezra illustrior nuncius Dei, Hierosolymam missus iis temporibus vixit, non dubitant affirmare, per Malachiam Ezram intelligi. Huc etiam videtur alludere Elias in Præf. rhythm. 1. qui, cum Ezram dixisset esse Malachiam, versu sequenti subjungit, illum fuisse *Dei nuncium*, quasi originem hujus vocis & opinionis ostendere voluisset. Refutavit hoc Rabbinicum εὕρημα Celeb. Huet, Demonstrat. Evang. pr. 4. p. 255. & Celeb. Meyer. de Conjug. p. 262.

[4] Textus integer hic est, כל חותמי ברכות שהיו במקדש היו אומרים מן עולם משקלקלו האפיקורסים ואמרו אין עולם אלא א' התקינו שיהו אומרים מן העולם ועד העולם „ in omnibus formulis, quibus benedictiones in Sanctuario concludebantur, dicebant olim „ a Sæculo. Verum quum Epi„ curæi negarent, aliud esse sæculum, quam hoc „ unum, statuerunt dicendum esse; a sæculo ad sæ„ culum. Sadducæos stricte dictos non intelligit noster Auctor, quum Sadok, à quo Hi nomen & originem ducunt, longe post Ezræ tempora vixerit, utpote discipulus Antigoni Sochæi, qui Simeoni Justo successit. Hæreticos potius innuit idem cum Sadducæis sentientes, phrasi Judæis familiari. Notandus est autem, in hac Constitutione, ut in omnibus iis, quas pag. 6. 7. recensuit Auctor, mos Judæorum, qui omnes suos ritus Sacros ab Ezra de-

rivare conantur, unde multas Constitutiones Ezræ fingunt, uti Romano-Catholici ritus Apostolicos. vid. Vitring de Synag. pag. 214. 413. 951.

(5) Hæc leguntur in Alcorano Surat. IX. 30. ubi D. du Ryer in versione Gallica pro *Ozair* legit *Potens*. Male, contra *MSS.* codicum, aliorumque scriptorum fidem. Quem intelligat auctor Alcorani per Ozairem, non convenit inter nostros, nec inter ipsos Mohammedanos. In *MS. Genealogia Turcico Persica* ἀγενεαλόγητος recensetur, proxime ante Danielem, & ad eum notatur. „ Ozair, Propheta super quem pax sit. „ Dicunt eum Israelitæ esse filium Dei. Videtur Ezras intelligi collato ejusdem Suratæ versu 31. ubi de Judæis dicitur „ Assumserunt Doctores & Presbyteros suos, Deos „ præter Deum verum. Calumniæ ansam dedere nimia Ezræ encomia, & reverentia qua Judæi Rabbinos, Doctores suos, inter quos Ezra eminuit, prosequuntur, ita ut horum instituta divinis nonnunquam æquiparent.

שמעון הצדיק

Simeon Justus,

A. 3448.

I. (1) HOc nomine insignitus fuit Simeon διά τε τὸ πρὸς Θεὸν εὐσεβὲς, καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν, *cum propter ejus pietetem erga Deum, tum ob ejus benevolentiam & humanitatem erga suos populares*. Joseph. Antiq. lib. 12. c. 2. Quod Ezræ successerit, nemo dubitat: sed quidam dubitassent, an summus Sacerdos fuerit, nisi id asseruisset Josephus & Juchasin pag. 13. 2. (2) successit autem Ezræ in Præsidatu, Jehosuæ vero in summo Sacerdotio. Nam Ezras hujus sacerdotii munus nunquam obtinuit: legitur quidem Ipsum vaccam rufam combussisse, *sed* (ut recte monet Juchasin l. m. c:) *ad vaccam rufam in cineres redigendum, etiam* כהן הדיוט *vulgaris aliquis Sacerdos aptus fuit*.

II. Hic Simeon admodum longævus fuit: nam omnibus magnæ Synodi membris supervixit, (3) & anno 40. post Templi restaurationem adhuc Alexandro Magno occurrere potuit: historia refertur in *Joma* fol. 69. 1. „ Orarunt „ Cuthæi Alexandrum Macedonem, ut „ templum Dei nostri destruere possent; „ annuit illud ipsis. Venerunt quidam „ atque id indicarunt Simeoni Justo; „ qui induit statim vestes pontificias, „ & cum præstantissimis Israelis, manibus tenentibus faces, per totam noctem Alexandro obviam processit. „ Dixit Alexander suis. Quinam isti? responderunt: Judæi, qui in te rebellarunt. „ Cum autem videret Alexander Simeonem Justum, descendit a curru & „ coram ipso se incurvavit. Dixerunt „ ipsi, Rex talis gloriæ, qualis tu, „ se coram Judæo incurvat? Respondit „ ipsis: Figuram huic similem vidi coram me in bello pugnantem. Deinde Judæos alloquutus est, Quare huc „ descendistis? Responderunt: Ut preces ad Deum funderemus tui & regni tui causa, ne illud devastetur. „ Rogavit ipsos, Quinam illi? Responderunt: Cuthæi illi, qui coram facie „ tua steterunt. Dixit autem ad Judæos: illos trado in manus vestras. „ E vestigio ipsos in compedes conjecerunt, caudisque equorum alligantes, ipsos traxerunt per sentes & tribulos usque ad montem Gerizim; ibi „ vero ipsis fecerunt, quod domui Dei „ facere intenderant.

III. Deduxerunt autem Judæi Alexandrum, Hierosolymam, (4) viditque Templum Domini, & petiit a Simeone Justo, ut conficeret pro se monumentum ex auro simile figuræ ipsius, & collocaret illud inter gradus & altare. Sed respondit illi Simeon: Interdictum nobis est a Deo nostro, accipere ullum sculptile vel imaginem, sed *μνημόσυνον* præstantius, quam postulas, parabimus tibi; ut nimirum omnes filii hoc anno nati de nomine tuo vocitentur (5) *Alexandri*. vid. Zem. David Cl. Vorstii pag. 59.

IV. Scribunt autem author Juchasin, author Jesod olam, & Abrabanel, Simeonem promisisse Regi, illos inchoaturos ab illo die, & deinceps numerum annorum in Æra contractuum. Sed Rabbinus, qui author est Meor Enaim, e contra affirmat, hoc factum non exstare neque in *Joma*, neque in capite primo *Æstim*, neque in reliquis dictis Rabbinorum, nec in *Josepho Hebræo*, nec in *Josepho Romano*.

V. ואז אלכסנדר כשנסע מירושלם יצא אליו סנבלט החורוני עם מקצת ישראל ומבני יהושע סגן גדול שנתחתנו עם הכיתיים שהבריחום עזרא הכהן ונחמיה מבית יהוה ושאל מאלכסנדר שיבנו הכהנים חתניו בית מקדש בהר גריזים וצוה המלך שיעשו כן ויבנו הבית Postquam Alexander Hierosolymis profectus erat, egressus est ad ipsum (ut refert Juchasin p. 14. 2.) Sanballetes Horonites, cum quibusdam ex Israelitis, & aliquibus ex filiis Jehosuæ Sacerdotis summi, qui affinitatem cum Cuthæis contraxerant; & petiit ab Alexandro, ut Sacerdotes affines ejus possent in monte Gerizim Sanctuarium ædificare: Rex annuit; & tunc exstructo Templo in partes itum est Israeli; pars sequuta est *Simeon Justum* & *Antigonum* discipulum ejus, eorumque scholam, prout didicerant ab Ezra & Prophetis: pars altera vero sequuta Sannballetum & generum ejus, ob-

obtuleruntque sacrificia extra Templum Dei ומרו מלכם חוקים & *instituerunt ritus e corde proprio*. Spurii hujus cultus sacerdotio functus est Manasses fil. Jehosuæ summi Sacerdotis.

VI. Meretur locus tam famosus, ut de eo aliquid dicamus ἐν παρόδῳ. Mons Gerizim habebat duo cacumina, quorum unum vocatur גריזים, quod erat fontibus & hortis admodum amœnum: alterum vocabatur עיבל locus saxosus & lapidibus deformatus: prioris cacuminis natura apta & digna erat, ut in illo benedictiones promulgarentur, ob quam rationem Samaritani etiam Templum in illo erexerunt. Ex altero autem nil aliud quam maledictiones exspectandæ erant, Distabat (6) Gerizim 60. milliaria a Jordane. Bab. Sanhed. f. 44. 1. in Gl. & Bab. Sotah. f. 36. 1. Hoc in loco Israelitæ pro se invicem ערבו *spoponderunt*; inde quoque unus ob alterius culpam plectitur. *Raschi* Deut. 28. 29. *Sanhed.* fol 27. 2 Existimarunt Samaritani, aquas diluvii ipsum non inundasse: hinc in *Bereschit Rabba* Sect. 32. quidam Samaritanus R. Jonathan sic alloquitur; לא טב לך למיצלי בהרין טורא בריכא ולא בה הוא ביתא קלקלתא אמר ליה למה הוא בריך אמר ליה דלא טף במוי דמבולא *Nonne satis esset te adorare in hoc monte benedicto, quam in illa domo vili?* (intellige Templum Hierosol.) *Respondit illi; Quare est hic* (7) *mons benedictus? regessit, Quia non fuit inundatus aquis diluvii.*

De Samaritanis ipsis, qui hoc novo cultu a veræ religionis sensu abstrahebantur, multum dicendum esset, sed compendium faciamus. Ultra 200. annos hoc suo Templo freti non sunt devestavit enim ipsum *Johannes Hircanus*: sed odium, quo ipsos Judæi cum propter alias rationes habuerunt, non cessavit; hinc nunquam permiserunt, *ut post Cuthæi benedictionem Amen responderet Israelita*. In cæteris vero rebus ipsos vix aliis gentibus meliores æstimarunt, præcipue postquam Samaritani corruptius vivere inceperant. De hoc conquesti sunt semel *Samaritani Cæsarienses* Coram R. Abhu, dicentes; *Patribus nostris* συγχρῶνται *olim patres vestri; vos igitur quare non etiam utimini nobis?* Responsum est ipsis, *Patres vestri non corruperunt opera sua, vos autem corrupistis*. Hieresol. עבודה זרה pag. 44. 4. Ut autem unusquisque sciret, quomodo apud ipsos decenter conversari posset, sequenter Canones facti sunt: *Samaritanorum terra est munda, fontes mundi, semitæ mundæ; cibus vero non item: licitus tamen est, modo eorum vinum & acetum non immisceatur*. Hierof. עבודה זרה l. m. c. *A Cuthæis nec hemisiclus, nec puerperarum columbæ accipiendæ sunt*. Schekalim c. 1. v5. *Si Samaritani Azyma sua fecerint cum Israelitis, dendi sunt* de ביעור *exterminatione fermenti, alias non*. Antea enim dum adhuc in villis diffusi erant, satis bene præcepta observabant, nunc vero suspecti sunt *Hieros. Pesachim* f. 27. 2.

VII. Cum Alexander in Palæstina hæreret, adhuc aliud quid accidit, quod non exiguam famam cuidam *Gaboah* filio *Pesisæ* conciliavit. Narratur Historia in cap. חלק pag. 91. „ Tradunt nostri „ Doctores die 24. mensis Nisan remo„ tos esse osores a Juda & Jerusalem: „ venerant enim Africani (qui erant „ Girgesæ, qui patria pulsi in Africam „ se receperant) ut litigarent cum Is„ raele coram Alexandro Macedone, as„ serentes, terram Canaan esse suam, „ quia in Lege passim ab illis denomi„ netur, quorum pater fuit Canaan. „ Dixit Gaboah ad Sapientes: Conce„ dite mihi potestatem, & cum ipsis „ decertabo; si me vicerint, responde„ re potestis: Vicistis הדיוט שבנו plebe„ jum ex nobis: si vero ipsos vicero, „ ipsis dicite: Victi estis per Legem „ Mosis. Dederunt ipsi potestatem: „ abiit, & cum illis disputavit. Petiit „ ab ipsis: Unde vos rationes vestras „ adducitis? Responderunt. Ex Lege. „ Subjecit: Nec ego aliunde afferam „ meas: in illa scribitur, *Maledictus esto* „ *Canaan, Servusque servorum sit fratri*„ *bus* &c. Si servus acquirit facultates, „ cujus est ille, & facultates ejus? Sed „ vos insuper tot annis nobis non ser„ vistis. Concessit ipsis Alexander tres „ dies, ut responsionem afferrent: sed „ illam non reperientes, fugerunt.

VIII. Nunc ad nostrum Simeonem redeamus. Postquam in Summo Sacerdotio quadraginta circiter annos expleverat, dixit: Ego hoc anno sum moriturus. Petierunt ab eo, quem vellet in suum locum subrogari: respondit הנה בני חוניו *Ecce filius meus Onias est coram vobis*. Constituerunt ergo, defuncto Simeone, Oniam Summum Pontificem; sed invidit hoc ei Simeon frater ejus, & ita incruduit contentio, ut Onias tandem ad montem Regium, & deinde in Ægyptum fugeret, ubi condidit Sanctuarium; recitans illud Prophetæ: *In die illo erit altare Domini in medio Ægypti*, (8) vide Juchasin p. 15. *Hieros. Joma* f. 43. In quonam loco autem Ægypti, Sanctuarium illud exstructum fue-

fuerit, difficulter definiri poteſt. Cum tamen conſideramus, quæ Judæi nobis de Alexandrina Eccleſia dicunt, non diffitemur nos, parum abeſſe, quin credamus, Oniam in illa ſedem collocaſſe; ita enim ſcribunt in *Hieroſol. Succah.* fol. 55. „ Alexandrina Eccleſia Cathe- „ dralis erat inſtar Baſilicæ: qui illam „ non vidit, non vidit unquam gloriam „ Iſraelis. Erant aliquando illic, qui „ numerum exeuntium ex Ægypto du- „ plum excederent; erant in ea ſeptua- „ ginta Cathedræ aureæ gemmatæque, „ pro numero ſeptuaginta Seniorum. „ In illa non ſederunt confuſe, ſed u- „ nuſquiſque artifex cum hominibus „ ejuſdem artificii, ita ut peregrinus „ adveniens ſciret, quibus ſe adjunge- „ ret. Hanc Eccleſiam poſtea perdidit „ *Trajanus* &c.

IX. Tempore Simeonis Juſti omnia in deterius vergere cœperunt. Prophetia tunc ablata fuit, ut expreſſe *Juchaſin* f. 15. 2. (9) *Poſt integros mille annos a Legis promulgatione ablata eſt Prophetia ab Iſraele, & Alexander Hieroſolymas venit* &c. Quamdiu Simeon vixit, caper, qui in die expiationis emittebatur, nunquam ad medium præcipitii montis, unde dejiciebatur, pervenerat, quin ſtatim in fruſta comminueretur. Sed poſtquam mortuus fuit Simeon Juſtus, aufugit vivus in deſertum, & fuit a Saracenis comeſtus. Vivente Simeone (10) Juſto, ſors Dei (in die expiationis jacta) ſemper ad manum dextram prodiit; ſed, ipſo e vivis ſublato, prodiit quandoque ad dextram quandoque ad ſiniſtram. Omnibus diebus vitæ Simeonis Juſti, lucerna Occidentalis ſemper arſit; eo mortuo aliquando arſit, aliquando extincta eſt. Similiter, vivente Simeone, lingua coccinea ſemper dealbeſcebat ignis ſtruis, quæ ſuper altare erat, ſemper viguit, at ipſo mortuo, lingua dealbeſcebat aliquando, aliquando vero non vigor autem ignis non conſervabatur, niſi per totum diem ligna ſupplerent. Ita enim benedictio panum propoſitionis ablata fuit; nam antea unicuique Sacerdoti cedebat portio inſtar olivæ, plurimi tamen ſatiabantur; at poſt mortem Simeonis ceſſit unicuique portio fabæ inſtar, ita ut verecune manus retraherent, guloſi vero extenderet. Accidit ſemel, ut ſacerdos quidam Zipporienſis, portiuncula ſua non contentus, etiam ſocii ſui acciperet; quapropter ipſum deinde perpetuo אופני *Ciceronem* & fabriarium vocarunt. Hæc qui cupit prolixius legere, poterit, *Hieroſ. Joma* f. 43. 3.

X. Ex his autem clare videre licet, quomodo, Meſſia, ſalute Mundi, appropinquante, cultus ceremonialis paulatim defecerit: ſed ut illud eo magis pateat, adhuc apponamus, quæ nuper in *Maſſec. Sotah* recenſuimus; cap. ult. Magiſtri ſic loquuntur. „ Poſtquam „ multiplicatus fuit homicidarum nume- „ rus, ceſſavit junicis decollatio; nempe „ a quo venit *Elieſer filius Dimi*, quem „ antea etiam Techinam fil. Phariſææ „ vocabant, deinde vero ipſum *filius* „ *Homicidæ* בן הרצחן nominarunt. §. „ A quo tempore multiplicati ſunt a- „ dulteri, ceſſarunt aquæ amaræ, & „ Rabban *Jochanan filius Zacchai* ipſas „ abrogavit, ſecundum dictum Hoſeæ „ c. 4. 14. §. A quo tempore mortui „ ſunt *Joſe filius Joeſer* Zeredæus, & „ *Joſe filius Jochanan* Hieroſolymitanus, „ ceſſarunt Botri (vid. infra ap. I. B. „ Joeſer §. Johannes Summus Sacerdos „ abrogavit *confeſſione decimarum* הודיית „ המעשר item המעוררים Excitatores, „ (id eſt Levitas ſtantes in ſuggeſtis & „ clamantes ſingulis diebus, *Evigila* „ *Jehova, quare dormitas!*) §. Poſtquam „ ceſſavit Synedrium, ceſſavit quo- „ que Canticum in diebus convi- „ vii. §. A quo tempore vaſta- „ tum fuit Sanctuarium, ceſſavit שמיר „ (vermiculus quo lapides Templi præ- „ pararunt,) ut & favorum ſtillatio; „ deſierunt deinde viri fideles, ſecun- „ dum illud Pſal. XII. 2. §. R. Simeon „ dicit: a quo Sanctuarium devaſtatum „ eſt, nullus dies præterit, in quo „ non fit maledictio, non amplius de- „ ſcendit ros benedictionis, & ſapor „ fructuum ablatus eſt cum pingue- „ dine ipſorum. R. Simeon ben Elea- „ zar dicit, Sublata puritas ſuſtulit „ guſtum & ſaporem; decimarum fraus „ ſuſtulit pinguedinem frumenti, ſapien- „ tes vero dicunt, Fornicatio & præſtigiæ „ omnia corruperunt. §. Poſtquam mor- „ tuus eſt *R. Meir*, ceſſarunt loquen- „ tes parabolas; a quo tempore mor- „ tuus eſt *Ben Azai*, ceſſarunt vigiles in „ litteris a quo mortuus eſt *Ben Zoma*, „ ceſſarunt concionatores; §. Ab eo, quo „ *R. Joſua* e vita exceſſit, ceſſavit bonum e „ mundo. A quo mortuus eſt *R. Si-* „ *meon filius Gamaliel*, venit exactor, „ & multiplicatæ fuerunt miſeriæ; poſt „ *R. Akibham* ceſſavit decus legis. §. „ Mortuo *Chanina Ben Duſa*, ceſſarunt „ viri operum admirabilium; a quo „ mortuus eſt *R. Iſmael filius Pebhi*, „ ceſſavit ſplendor Sacerdotii; a quo „ *Rabbi* ex hac vita migravit, ceſſavit „ manſuetudo & timor peccati. §. *R.*

„ *Pin-*

„ *Pinchas* dicit : a quo destructum est
„ Sanctuarium , pudore affecti sunt So-
„ cii & Nobiles , & cooperuerunt capi-
„ ta sua ; viri operum autem attenua-
„ ti : rabulæ vero & viri robusti præ-
„ valverunt , neque amplius fuit qui in
„ quireret aut quæreret? in quo tandem
„ confidemus על אבינו שבשמים *in Pa-*
„ *tre nostro* , *qui est in cœlis*. Imo mo-
„ do id , o Judææ , sincero corde fie-
„ ret! Edis enim hodie lentem & ad-
„ missam destes primogenituram ; sed
„ nondum omnium dierum soles occi-
„ derunt: fulgebit tibi quoque tua lux
„ si veternum excusseris. (11)

(1) „ Appellabatur quoque Iddo , & fuit ex po-
„ steris Josuæ Filii Josedek Pontificis , qui frater
„ erat Ezræ , ut est in Zemach David נקרא שמו
עירו מזרע יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול in Juchasin ,
& Sepher Hakkabbala . Græcis dicitur Ἰαδδοῦς &
Ἀνανίας, juxta eosdem.

[2] Verba sunt שמעון הצדיק כהן גדול בימי עזרא
ואולי היה סגן או ראש בית אב ולא כהן גדול „ Si-
„ meon Justus Pontifex Maximus erat tempore Ezræ ,
„ qui quidem Segen fuit & Caput Synedrii , non
„ vero Sacerdos summus , & Chronicon Samarita-
nicum MS. gesta , buæ Simeoni à Judæis adscribun-
tur , attribuit pag. 234. *Pontifici Maximo :* unde
eundem hunc fuisse apparet. Ita & Maimonides in
præf. Jad Chasaka & R. Gedalias in Catena Kab-
balæ .

(3) Teste Maimonide in Præf. Jad , & David
Gans in Zemach David & Sepher Hakkabbala. *Se-
pher Juchasin* , כל בית דינו היו מאה ועשרים זקנים
והאחרון מהם שמעון הצדיק „ Dota domus Judicii
Ezræ constabat 120. senioribus , quorum postremus
fuit Simeon Justus , & paulo post ait , ipsum vixisse ,
כשבא אלכסנדר ארבעים שנה לבנין בית שני „ Quum
veniret Alex. 40. annis à condito Templo secundo.
Computum vero Chron. Samaritanici si sequaris ,
numerabis , „ Ab Adamo ad impdrium „ Alexan-
dri 3902. annos. Sepher Hakkabbala Alexandri in-
gressum in Palæstinam ad annum à Creatione 3803.
refert. Cæterum annos Pontificatus , ad 40 [שמש
ארבעים שנה] reducit R. Abraham Zacuth, alii 9
aut 12. Cavendum tamen , ne hujus ætatem ad.
Christi tempora protrahamus , licet Luc. 2. 25. Si-
meonis & quidem δικαίου mentio injiciatur , nisi
cum Patricide Alexandrino 350. annos ei velimus
attribuere , quod ἄλογον & ἄγραφον

[4] Lepidum est quod narrat R. Meir Aldabi
in Schebile Emuna pag. 96. de Alexandro , qui oc-
expatis Hierosolymis , thesaurum Salomonis , Libros-
que Phosophicos Aristoteli tradiderit . Sic ille
היה ארסטו ברו של אלכסנדר שמלך על כל העולם
ובאשר כבש אלכסנדרוש ירושלים השליט לארסטו רבו
על אוצר שלמה ע״ה ואז חקר ודרש על ספרי שלמה
ולקחם והעתיקם על שמו „ Erat Aristoteles Præce-
„ ptor Alexandri , qui toti orbi imperabat , & post-
„ quam Hierosolymas domuit , Aristotelis omnem
„ thesaurum Salomonis p. m. concessit . Hic autem
„ in Libris Salomonis studuit & multa indagavit ,
„ quæ dein suo nomine publicavit . Addit R. Ge-
dalia , disseruisse Aristotelem cum Simeone Justo de
Theologica , & proselytum Justitiæ factum esse p.83.

[5] Idem memorat *Chronicon Samaritanicum MS.*
p. mihi 235. „ Postea progressus est Alexander , &
„ Pontifex Maximus congregavit reliquos Proceres
„ filiorum Israelis , & adscenderunt ad montem be-
„ nedictum , & jejuniis precibusque Deo optimo
„ M. supplices facti sunt . Et commode ipsis in
„ mentem venit , ut appellarent liberos suos de no-
„ mine Alexandri Regis , & id propositum executi
„ sunt in omnibus locis , eam ob rem ad ea profecti.
Idem leg. in Sepher Hakkabbala , ubi tamen ad
solos Sacerdotum filios id restringitur , quod vocan-
di essent Alexandri .

In Sepher Juchasin כל הבנים שילדו להם omnes
filii , qui ipsis nascerentur eo anno , dicuntur appel-
landi de nomine Alexandri . Forte inaudiverant Ju-
dæi , id maxime placiturxm Alexandro ; quippe qui
decreverat omnes homines vocare Alexandros . Do-
cet hoc Polyænus Stratagem . L. IV. c. 111. his
verbis , *καὶ διέγνω πάντας ἀντὶ βροτῶν καὶ ἀνδρῶν
καὶ φωτῶν καὶ μερόπων καὶ ἀνθρώπων Ἀλεξάνδρους καλεῖν* .
Et instituta dicitur æra ab hoc anno , unde Judæi
tempora supputarent in honorem Alexandri , qui
vicissim munera iis obtulit , & Samaritanos in eo-
rum manus tradidit , die 21. mensis Casleu , de
quo legitur in *Megillat Taanit* , ובאותו היום שעשאו
לו כך עשאוהו יום טוב Diem illum festum esse .
Multa præterea narrat *R. Gedalias* de Alexandro ,
quod Nectinabor (quem Nectabium vocat Abulfa-
rajus ; alii Nectanebum) matrem ejus compresserit ,
dum Philippus bello occuparetur . Quod paternum
genus ducat ab Hercule , eodemque die in lucem sit
editus , quo Herostratus Templum Dianæ flammis
tradidit , ut immortalitatem consequeretur . Quod
anno ætatis 33. imperii autem 12. veneno sublatus
sit , distributo prius imperio inter 12. præfectos , eo
scopo ne quisquam ei potentia par esset ; sed quod in 4.
partes divisum sit illud post ejus mortem &c. No-
tari heic meretur ὡς ἐν παρόδῳ , ipsi Mohammeda-
nis aliquid innotuisse itineris , ab Alexandro in Ju-
dæam suscepti , & venerationem , qua gentem Israe-
liticam prosecutus est. His verbis indicat hoc *Abu
Mohammed Abdalla Kessæus in MS.* Historia Pa-
triarcharum : Non desiit peregrinari , usque dum in-
venisset populum beatum , gentem Mosis , & inve-
nit eos esse justi bonique amantes , religiosos , inter
quos tamen nullus erat Rex aut judex , aut egenus :
& super his rebus multa interrogavit Alexander ,
quæ brevitatis studio omittimus . Mortuus dicitur
ibidem anno ætatis 60. quum iter 500. dierum in-
stituisse per orbem universum .

(6) Situm montis Gerizim ostensus Epiphanius
in hær. Samarit. p. 25. ita fatur *Τῷ γὰρ βουλομένῳ
ἀκριβῶς περὶ τοῦ ὄρους Γαριζεὶν ἐπιγνῶναι , ἰστέον , ὅτι
πρὸς τῇ Ἱεριχῷ κεῖνται τὰ δύο ὄρη τό τε τοῦ Γαριζεὶν ,
καὶ τὸ τοῦ Γεβάλ* . Ubi eum ad Hierichuntem collo-
cat , turpi errore , quum certum sit , non longe a
Sichem Urbe , quæ Sebaste , Neapolis olim , & Na-
plonsa hodie vocatur , dissitum fuisse , quum Judic.
IX. 7. Jotham in monte Gerizim stans a Sichemi-
tis exaudiri potuerit . Verior est Procopii sententia
Lib. V. c. 7. de ædif. qui Garizim ait imminere
Neapoli , ut & Josephi Lib. IV. 8. & XI. 8. qui
Samariæ propinquum esse affirmat . Epiphanio ta-
men ὁμόψηφος est Auctor Libelli de locis Hebraicis ,
quem transtulit Hieronymus .

(7) Vocant se hanc ob rem Samaritani in Chro-
nico MS. c. 227. *Socios montis benedicti* : qui , cum
non inundatus diluvio dicitur , eandem patitur Hy-
berbolen , qua & alios altissimos montes , inter quos
speciatim illum , cui Joppe insidet , a diluvio inta-
ctos memorant Judæi . Quin & אבן הטועים שהיתה
בירושלים *Lapidem* , quo res deperditæ portabantur ,
qui Hierosolymis erat , ut maximæ altitudinis fuisse
doceant , nullis aquis , nisi forte diluvio , tegi posse
scribunt . Confer Auctorem in Historia vitæ R. E-
liezeris ben Harsum : ubi de hoc hyperbolico lo-
quendi genere , Judæis usitato , sermonem instituit .

(8) Verba sunt Jes. XIX. 18. 19. quæ Josephus
Ant. XIII. 6. & de Bell. VII. 30. huc applicat :
& ad quæ hæc *R. Salomon Jarchi* ויש מרבותינו
שדרשוהו במס׳ מנחות על מזבח בית חוניו בנו של שמעון
הצדיק שברח לו למצרים ועשה שם מזבח Sunt ex Do-
ctoribus nostris , qui hoc explicant in Cod. *Mena-
coth* de altari Oniæ , filii Simeonis Justi , qui in Æ-
gyptum fugit & ibidem altare exstruxit . *R. David
Kimchi* monet יונתן תרגם כמו החרס בחית׳ Jonatha-
nem vertisse , quasi legeretur חרס per ח , Recte : pro
eo , enim quod in Hebraica veritate legitur עיר
ההרס , urbs destructionis , substituit Chaldæus , קרתא
בית שמש Urbs Templi Solis . Quasi in textu scri-
ptum foret החרס , *Solis* . Ita etiam legit Onias ,
quum *Heliopoli* (ἐν πόλει τοῦ Ἡλίου templum struens ,
hoc textu se tueretur . Symmachus textum eodem
modo vertit πόλις ἡλίου .

Josephus existimat in tractu Heliopolitano ,
qui ἐν μεθορίῳ τῆς Ἀραβίας erat (ut ostendit Ma-

gnus

gnus Salmasius in Exercit.Plin. ad Solinum) &quidem circa Leontopolim, 118. stadiis a Memphi, exstructum hoc Oniæ Templum esse, repurgato fano Bubastis. R. Gedalias tamen in *Schalschelet Hakkabbala* scribit שחניו בנו של שמעון הצדיק בנה מקדש אחר באל כסנדריה של מצרים Oniam, filium Simeonis Justi, ædificasse Sanctuarium aliud (diversum ab Hierosolymitano) Alexandriæ, quæ in Ægypto est. Ita etiam Sepher Juchasin. Occasionem conditi Templi addit Gedalia, ex Talmude Hierosolymitano, Massechet Joma לפי שנולדה קטטה בין חניו ושמעי אחיו על הכהנה גדולה. Quod oborta esset controversia inter Oniam & Simei fratrem ejus, de Summo Sacerdotio. Quare Onias, impetrata venia a Ptolomæo Philometore, templum & altare condidit, se constituens Sacerdotem; ut legere est in Juchasin. Nonnulli tamen hoc filio Oniæ Tertii Pontificis Maximi, non Oniæ filio Simeonis Justi, adscribunt. A condito hoc Templo usque dum clausum est sub Vespasiano, numerat Josephus ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια, 343. annos. Vestigia Templi & nominis Oniæ servant ὄνιοι apud Ptolomæum, gens in Nomo Heliopolitano, ubi & ὁμώνυμος metropolis. Non desunt, qui ab hoc Oniæ Templo calumniam derivant, qua Judæi (ὄνον) *asinum* penetrali sacrasse eumque adorare dicebantur, qua infamia etiam laborarunt Christiani, qui apud Scriptores Ethnicos trium priorum sæculorum cum Judæis passim confundebantur. Verum ista conjectura frivola est.

(9) Idem legitur in *Sepher Hakkabbala* והיא שנת אלף לצאתם ממצרים שלשת אלפים ותנ' ליצירה ובאותו הזמן נפטר עזרא הסופר וחגי וזכריה ומלאכי ונסתלקה נבואה מישראל.

Erat autem annus millesimus ab exitu ex Ægypto & 3950. a creatione: & eo tempore Ezra Sriba, Haggai, Zacharia & Malachia e vivis excesserunt, & Prophetia cessavit in Israele. Tunc etiam exortos memorat hæreticos.

(10) Apparet ex his Iudæorum traditionibus de lingua coccinea (quæ vivo Simeone semper albescebat in signum remissorum peccatorum, v. c. 4. Gemar. Babyl. Joma) de Prophetia post obitum ejus ab Israele ablata, aliisque, quanto in honore apud Judæos habitus sit Simeon, quem tanquam λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους, משירי כנסת הגדולה de reliquiis Synagogæ magnæ, venerabantur.

Egregium hujus Simeonis Justi Encomium literis tradidit Ben Sira in Ecclesiastico, quo nos ablegavit Asarias c. 22. Meor Enaim, qui Simeonem, Oniæ Filium vocat, uti & Josephus, aliique apud Maimonidem, qui Simeonem Justum ab Ezra septem דורות generationibus distinguunt) Cap. 50. ubi dicitur ἀστὴρ ἑωθινὸς ἐν μέσῳ νεφέλης, ὡς σελήνη πλήρης ἐν ἡμέραις αὐτῆς. Ὡς ἥλιος ἐκλάμπων ἐπὶ ναὸν ὑψίστου, ὡς ἄνθος ῥόδων & cætera, quæ elegantia sunt & lectu dignissima. Quam vere ibidem dicatur, quod ὑπέρραψεν οἶκον καὶ ἐστερέωσεν τὸν ναόν, sartam tectam conservaverit Domum (הבית, Hebraica phrasi κατ' ἐξοχὴν pro Templo) & confirmaverit Templum, docebit memorabilis Historia, quæ legitur in Megillat Taanit, unde prudentia Simeonis & Studium defendendi Templi verique cultus divini elucescit. Ibi legimus, ששלח נסקלנס את הצלמים להעמידן בהיכל ובאתה שמועה לירושלים ערב יום טוב הראשון של חג אמר להם שמעון הצדיק עשו מועדיכם בשמחה שאין אחד מכל הדברים הללו ששמעתם מי ששכן שכינתו בבית הזה כשם שעשה ניסים לאבותינו בכל דור ודור כך יעשה לנו ניסי' בזמן הזה מיד שמע קול מבית קדש הקדשי' שהוא אומר בטילה עבידתא וכו'.

Quum mitteret Niscalenus imagines, ut in Sanctuario erigerentur, & hic rumor Hierosolymam perveniret vesperi diei primi in festo, Simeon Justus jussit, ut læti nihilominus festos dies celebrarent, nullum esse id consilium dicens, quod Deus, cujus Majestas in illa domo habitabat, qui toties coram Patribus eorum miracula patraverat, nunc quoque miraculose irritum redderet. Et confestim vocem audit e Sanctuario, evanuisse omne opus Niscaleni, ipsumque mortuum esse. Dies autem hic erat 22. mensis Sebat, & propterea festus. Eadem historia in Gem. Bab. Sota occurrit, ubi tamen pro Niscaleno גיים גוליקס, Gajus vel Gius Gulicus scribitur. Oedipo heic opus est, qui veram scriptionem eruat. Nobis sufficit, Zelum & prudentiam Simeonis hinc perspicere.

(11) Narrat R. Gedalia in *Schalschelet Hakkabbala*, tempore hujus Simeonis Justi vixisse R. Dusam ben Hercinas, longævum admodum שחיה יותר מארבע מאות שנים plusquam quadringentos annos in vivis existentem: de quo ita R. Zacuth in *Juchasin* שהאריך ימים רבים כל זמן בית שני עד זמן רבן גמליאל ורבי עקיבא אחר חרבן „ Quod ætatis
„ suæ annos extenderit per omnes dies, quibus stetit
„ Templum secuodum, usque ad tempora Rabban
„ Gamalielis & R. Akibæ post Templi destru-
„ ctionem. (Hic enim anno 52. post devastatum Sanctuarium occisus est inter הרוגי מלכות, juxta R. David Gans). Credat Judæus Apella. Non ego. De hoc Dousa porro ait R. Zacuth. שהיה בעדות החודש בענין רבי יהושע עם רבן גמליאל
„ Quod in controversia de testimoniis novilunii in-
„ ter R. Josuam & Rabban Gamalielem, suas quo-
„ que partes habuerit. Confer Notas ad Historiam
„ R. Gamalielis, infra.

Ad hujus Simeonis ætatem refert quoque R. Salomo ben Vierga in Schebet Jehuda, Ben Siram וזה הוא יהושע בן סירק בן בנו של יהושע בן יהוצדק הכ"ג „ Hic est Josua Filius Sirach, nepos Josuæ
„ Filii Josedek, Pontificis summi. In Schalschelet
„ Hakkabbala filius Jeremiæ vocatur. " De Libro, quem conscripsisse illum dicunt Christiani, (sic R. Gedalias, & Salomo ben Vierga) Ecclesiastico, ut & de nomine ejus, an ex sententia Hieronymi Josephus Ben Sira appellandus, loco Josuæ, iidem Rabbini disquirunt, quos vide.

His etiam temporibus claruit inter Judæos גביהה בן פסיסא Gebiha fil. Pesisa, quem R. Zacuth expresse ait vixisse בזמן שמעון הצדיק tempore Simeonis Justi. In Bereschit Rabba Sect. 72. quæ ab his verbis, ולבני הפלגשים incipit, vocatur גביע בן קוסם, Gebia, fil. Causem: sic etiam scibitur ejus nomen in Aruch. In Tractatu חלק appellatur גביה בן פיסא Gebia, fil. Pesisa. Dicitur autem Sapientia excellens, & formam corporis quod attinet, גבן gibbosus, fuisse: quo respicit dicterium in eum conjectum, quo vide in Juchasin. Quidam, a proceritate formæ appellatum esse גביה, asserunt. Legitur huc usus argumento, ad firmandam resurrectionem mortuorum: Quod si homo, qui non habuit existentiam, nunc existat; multo magis homo, qui nunc existentia perseveraturus sit, & resurrecturus. Disputasse memoratur idem cum Africanis, Ægyptiis, Ismaelitis, filiis Keturæ, Ægyptiis, coram Alexandro Macedone, quarum disputationum specimen Auctor noster supra pag. 23. exhibuit.

אנטיגנוס איש סוכו

Antigonus Sochæus

Anno 3460.

I. FUit Antigonus (1) Simeonis Justi discipulus, sive traditionum & doctrinæ ejus, & strenuus propagator: nam olim תלמיד חכם dicebatur non solum ille, qui sapientiæ studiosus, sed qui & ipse Sapiens audire, & Magistri vel Sapientis sui placita disseminare & sustinere, quam sua, maluit. Tales in universum omnes haberi voluerunt, qui hic a nobis citabuntur, aut qui alias ad lauream Doctoratus promoveri optarunt: si autem quis esset, qui non ita sapienti alicui se submittebat, aut ipsi pro tempore non famulabatur, nec phylacteria recitabat mane, & vesperi cum orationibus, nec filius erudiebat in doctri-

ctrina Legis, quamvis legeret Scripturam & recitaret Mischnam, habebatur pro עם הארץ *Plebejo*. *Gem.* in *Sotah* fol. 22. 1.

II. Hæc & alia si quis bene observaverit, ex multis difficultatibus se expedire poterit: habent enim hæc omnia, quamvis prima fronte non appareat, egregium usum. Quem ut eo melius facere possit, adhuc nota, discipulum sapientis, non potuisse docendo aliis suam industriam probare, traditionesque, quas addidicit, proferre, nisi duodecim milliaribus a Præceptore suo distaret; (*Hieros. Scheviit* f. 63. 3.) Non ergo docere ipsis licuit, dum adhuc ad Magistri pedes sedebant, aut cum ipso versabantur, ut olim plurimorum opinio fuit. Hac ratione etiam honori Doctoris cautum erat, si forsan unus aut alter discipulus ipsum sapientia superaret. Excipiendus autem est in hac constitutione publicus locus, *Synedrium* scilicet, in quo in suis ordinibus sedentes non tanquam discipuli, sed ut futuri Judices considerabantur & exercebantur; quapropter etiam si aliquid habebant in defensionem accusati, illud libere proferre poterant. Consule *Hal. May.* de *Sanhedr.* c. 1. 7. c. 10. 8.

III. Etiamsi autem Antigonus (2) Præceptoris traditiones religiosissime observarit, accidit tamen malo quodam fato, ut propter ipsius verba, quæ inter docendum dixerat, כרחו fœtuerint *Zadoch* & *Baithos*, discipuli ejus mali: *Juchasin* pag. 52. Verba ejus fuerunt, referente *R. Nathan* in *Abbot* cap. 5. אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס *Ne sitis sicut servi, qui serviunt Domino* Præmii causa, *sed sitis sicut servi, qui Domino famulantur absque consideratione præmii, timorem Dei habentes*. In quæ verba (notante Maym. in Avot. c. 1.) talem fecerunt glossam discipuli: *Magister noster nos docet, non esse vel præmium vel pœnam, nec ullam omnino expectationem*. Post talem mentis depravationem, deinde in schisma ruerunt, se mutuo in perniciosa sententia confirmantes: (3) atque utrique adhæsit aliqua turba, qui deinde a Sapientibus *Sadducæi* & *Baithosæi* vocati; de cujus sectæ progressu & aliis particularibus hic aliquid addere superfluum esset; cui lubet, adeat *Cl. Buxtorf.* in *L. T.* ad *rad.* & *Cl. Ligthfoot Evang. Math.* p. 51.

IV. Cæterum, quamvi Judæi illorum temporum innovationes satis horruerint, reperti tamen fuerunt quidam Sacerdotes, qui in tribus rebus ex Sadducæorum instinctu aliquid mutare ausi sunt; (4) *circa libationem* nimirum *aquæ, in festo tabernaculorum; & fumigationem in die expiationis: item circa vaccam rufam*. Sed illius audaciæ pœnam non ita diu post dederunt, omnesque male perierunt, *Juchasin* pag. 15. 2. Certe hinc orta est illa adjuratio, qua Synedrii legati Summum Sacerdotem in *Beth Abtines*, instante die expiationis, adjurare solebant; exstat illa *Joma* c. 1. אישי כהן גדול אנו שלוחי בית דין ואתה שלוחינו ושליח בית דין משביעין אנו עליך במי ששיכן את שמו בבית הזה שלא תשנה דבר מכל מה שאמרנו לך *Domine Sacerdos magnæ, nos legati summus Synedrii magni, & tu es legatus noster & Synedrii: conjuramus te per eum, cujus nomen habitat in hoc Templo, ne mutes quicquam ex omnibus istis, quæ tibi diximus*. Quibus dictis communiter hi & illi flentes discesserunt. Lachrymas expressit memoria illorum Sacerdotum, de quibus diximus, ipso in hoc sacro actu mala fide egisse; Thymiama enim non recte pugillarunt, & loco quod debuissent fumigare intra velum, id exra fecerunt.

(1) Soco oriundus dicitur Antigonus, quæ juxta Abarbanelem in Præf. ad Nachalat Avot, היתה עיר אחת בתחום ארץ יהודה, erat Urbs sita in limitibus Judææ. Confer Jos. 15. 35. 48. Hic inter doctores Misnicos, solus, sine Collega, memoratur: de quo idem Abarbanel ibid. ולהיותו יחיד בשררה לא היה עדין שום מחלוקת בין החכמים Quod, cum solus esset in Principatu, nullæ tunc temporis controversiæ inter Sapientes fuerint.

(2) Vix quid de Antigono referunt Hebræi, nisi exortam sectam Sadducæorum; & exaratam eo vivente versionem Alexandrinam LXXII. interpretum. Audiamus Gedaliam in Schalschelet Hakkabbala בימיו נתחדש כת צדוקים וביתסים ונבנה מקדש בהר גריזים בימיו היה אלעזר הזקן כ״ג שכתב לו טולומיאו מלך מצרים שישלח אליו זקנים להעתיק התורה העברית בלשון יונית והנצרים השימו כל המעשה הזה בספר בפני עצמו ותלו אותו במנין הביבייה שלהם וקראום אריסטיא „ Ejus ætate exorta est Secta „ Sadducæorum & Baithusæorum, & structum est „ Templum in monte Garizim. Ejus quoque σύγ- „ χρονος fuit Eliezer, Pontifex M. ad quem scri- „ psit Ptolomæus, Rex Ægypti, ut mitteret quos- „ dam Seniores, qui Legem Hebraicam Græce trans- „ ferrent. Hanc historiam Christiani libro singulari „ complexi sunt, quem Aristeam vocant, & Biliis „ suis addiderunt. " Plura de versione LXX. non addimus; integri voluminis hoc opus est, non harum angustiarum. Aristeam vero quanti æstiment Christianorum doctissimi, colligi potest ex scripto nupero Celeb. Hody contra Aristeam, cujus sententiæ calculum adjiciunt, quotquot sunt emunctioris naris Critici. Celeberrimus Altingius, in Histor. Academ. Heb. p. 244. eo tempore, quo Eleazarus 72. Seniores linguarum peritos ad Ptolomæum misisse dicitur, Hierosolymis florere cæpisse exoticarum linguarum & disciplinarum studia observat.

(3) Legimus in *Sepher Hakkabbala*, ubi vita Antigoni describitur, & occasio hæreseos Sadducææ, Sadokum & Baithosum disputasse contra Antigonum, & ad Samaritanos fugisse, qui eos לראשים, *Capita*, *Principes* constituerunt, dum Manasse, filius Josuæ, filii Josedeki, Pontificatum obtineret. Idem narratur in Sepher Juchasin.

Dissentiunt tamen Eruditi in eo, quid de Baithoso sentiendum sit. Nonnulli Baithosum aliquem

in rerum natura fuisse inficiantur, & nomen Baithusæorum conflatum ex בית אוסי״, Domo Essæorum (usitata Judæis phrasi, ut Beth Hillel, Schammai &c.) existimant; quum alias Essæorum nulla fere mentio fiat in scriptis Judaicis, quod silentium de secta tam celebri vix credi potest, nisi sub Baithusæorum nomine eam memorassent. Huic ingeniosæ conjecturæ favent R. Asarias in *Meor Enaim* p. 33. & Menasse ben Israel, quem vide Libr. *de Resurrect.* p. 42. R. Gedalias Auctor Catenæ Cabbalicæ fol. 84. col. 2. meminit expresse ex Philone & Josippo שלשה כתות והם פרושים צדוקים איסואי trium sectarum, Pharisæorum, Sadducæorum, Essæorum: & paulo post distingui Baithusæos a Sadducæis וראיתי כי הצדוקים והביתוסים שנים כתות והצדוקים יותר רעים, observavi, inquit, Sadducæos & Baithusæos esse duas sectas distinctas, & Sadducæos his pejores fuisse. Alias ordinario Judæi eandem faciunt hæresin Sadoki & Baithosi, eosque conjungunt. Ita & Pomis in Lexico, שני תלמידים הי׳ לו לאנטיגנס איש סוכו אחד שמו צדוק ואחד שמו ביתוס ויצאו לתרבית רעה וכפרו בתורה שבעל פה ולא האמינו רק מה׳ שכתוב בתורה שבכתב על כן קורין להם קראים לשון מקרא ובלשון רומי קורין להם סארוביאי „ Duo erant Antigono, viro ex So-„ co oriundo, discipuli, quorum ille Sadok, hic „ Baithos vocabatur; qui ad homines malos deficientes negarunt Legem oralem, nec fidem habuerunt, nisi ei, quod in Lege scripta comprehendebatur." Ideo vocati sunt Karræi, a *Mikra*, Lege scripta. Latini vocant eos Sadducæos. Hic clare idem dogma Saducæis & Barthusæis adscribitur & eodem Sadducæorum nomine dicuntur comprehendi, & de utrisque in plurali numero dicitur, *negarunt*, *vocati sunt*. Eadem fere verba habet Elias in Thisbi, summam rei eandem R. Zacuth in Juchasin, R. Gans in Zemach David, R. Maimonides & R. S. Jarchi ad Pirke Aboth, R. Juda in Cosri. Quisque, prout vel Rabbinorum testimoniis, vel suis ratiociniis multum tribuit, ex ingenio suo demat vel addat fidem.

An vero Karræi iidem sint cum Sadducæis, an vero post Talmudis obsignationem primum orti, agmen ducentibus Anano & Saule, disquirunt Philologi. Nobis, in tantis Doctorum divortiis, hoc omnino videtur affirmandum: Karræos antiquitus dictos esse illos, qui Scripturæ Sacræ investigationem amabant, & in ea versati erant; quo nos ipsa vocis etymologia ducit a Davide de Pomis exposita, & Epitheton R. Eleazaris fil. R. Schimeonis, fil. Jochai, qui קראי Karræus appellatus est, ob peritiam doctrinæ Scripturariæ. Hinc etiam Sadducæos, qui relictis traditionibus πατροπαραδότοις soli Scripturæ adhærebant, dictos esse idcirco Karræos. Quamvis enim non omnes, qui Karræi erant, ideo essent Sadducæi (quia plus requirebatur ad Sadducæismum quam Scripturæ Sacræ amor præ Traditionibus) omnes tamen Sadducæi erant Karræi. Illos autem Carræos, qui hodie supersunt, convenire hactenus cum Sadducæis, quod utrique traditiones orales flocci habeant, & eodem fere modo Rabbanitis, seu Antistitibus Legis oralis esse oppositos, uti Reformati, qui Scripturas S. ut basin & fundamentum fidei venerantur, sunt Pontificiis, qui Traditiones venditant. Confusioni autem Karræorum cum Sadducæis originem videntur dedisse, tum dogma commune de rejiciendis ἀγράφοις, tum calumniæ Rabbanitarum, seu defensorum Legis oralis, qui, ut odium adversariis suis conciliarent, eos Sadducæos vocarunt, quamvis ab Epicuræis Sadducæorum opinionibus longissime abfuerint Karræi.

(4) Hebraica si quis petat, hæc sunt in Sepher Juchasin ותנ׳ דברים הם נסוך המים ומעסה פרה שהיא בטבול יום והקטרה ביום הכפורים

רבי אליעזר בן חרסום

R. Eliesser Ben Harsum.

I. FUit ille coætaneus Antigoni, & talibus divitiis affluens, ut possederit אלף עיירות ואלף ספינות *Mille urbes* (in arida) (1) *& mile naves*, (in mari:) id est, ditissimus & magnus dominus in Palæstina fuit, hoc enim vult Hyperbole. Vix dici potest, quantum hæ לשונות גוזמא *loquutiones hyperbolicæ* Judæis invidiæ conflaverint; exemplum hoc habeto, cum legunt in Middot c. 3. 8. *Gierichunte audire poterant strepitum portæ Templi, cum recludebatur; Item sonitum tintinnabuli*; statim non satis periti rerum æstimatores exclamant, *fabulæ*! Egregie plane: cum tamen Judæi ad ravim usque ingeminent in suis introductionibus Talmudicis, se ibi inter alia loquendi genera quam maxime sermone הבאי Hyperbolico uti, nec tamen aliud quam singularem ὑπεροχὴν & intensionem indignitare velle. Optandum itaque esset, ut qui talia legunt, prius in, id quod Judæi intendunt, inquirerent, & deinde judicarent.

II. Pergit Juchasin p. 15. 2. & nobis recenset, quod, quamvis R. Eliesser opulentissimus fuerit, magna tamen fortuna abusus non sit, dives, legi non misit libellum repudii, sed die & nocte illam suum studium fecit; additur in *Beb. Joma* fol. 35. 2. quod tali desiderio discendi tenebatur, ut aliquando utrem farinæ humeris suis imposuerit, & profectus sit ab urbe in urbem, & a regione in regionem, ut disceret Legem: Accidisse autem aliquando, ut ipsum sic peregrinantem repererint servi ejus, ועשו בו אנגריא ἢ ἀγγαρεῦσαι [illegible] *& ipsum violenter secum trahere voluerunt*, ad politarchæ, qui ipse Eliesser erat, serviendum. Obsecravit ipsos, quos non noverat, ut ipsum demitterent; & Legis studium prosequi permitterent at responderunt illi: *Per vitam Eleasaris Ben Harsum te dimittemus*: Hi servi enim Dominum suum, studiis incumbentem, & qui splendidam hæreditate, quam pater reliquerat, per alios administrabat, nunquam viderant. (2)

(1) Illas mille Urbes, quas possedit R. Eliezer ben Harsum, sitas fuisse tradunt Talmudici in תענית, in monte regali, הר המלך, sive מדבר הרים *deserte montium*, tractu ingenti montium, qui sub Templo secundo ὀρεινὴ Ἰουδαία in Sacris appellatur, se ab ultimis Judææ terminis ad Austrum extendens ad Hebronem: in quem & Mare Sodomiticum Planities Judææ interjacebat. Hyperbolice admodum, utterræ suæ decus extollant, loquuntur, tempore Jannæi Regis 60. myriadas Urbium in hoc monte sitas fuisse, & in unaquaque tot incolas, quot ex Ægypto egressi sunt.

(2) Dicitur in, Sepher Juchasin fuisse חסיד גדול, admodum pius & beneficus ושימש בכהונה גדולה יא שנים & Pontificatu Maximo XI. annos fructus esse, ועוסק בתורה יומם ולילה studens in Lege nocte dieque: quod de homine in re lauta constituto, ut rarum quid, ibidem annotatur: Abarbanel in Præf.

ad Nachalat Avot idem confirmat, quod nempe Pontifex M. fuerit.

יוסי בן יועזר ויוסף בן יוחנן

Jose fil. Joeser, & Joseph fil. Jochanan.

Anno 3500.

I. DUos conjungimus, quia hic inceperunt זוגות *paria* virorum illorum, quorum prior semper fuit *Princeps Senatus*, alter vero secundus a Principe, sicuti ex *Juchasin* p. 18. 1. videre est; ubi R. Abraham porrò sic infit. *A tempore illo* (τοῦ R. Jose) *inceperunt paria, & ad Hillelem & Schamæum usque continuarunt; in quo tempore numerari possunt quinque tales combinationes.* (1)

II. Quod R. Jose attinet, (nam de Josepho nihil memorabile (2) legimus) ab aliis hujus nominis distinguitur, per patriæ nomen, quod ipsi ferme semper conjungitur. Fuit autem illa צרדה *Zereda*, locus obscurus, & qui eo solo nomine aliquam famam acquisivit, quod Jeroboamo (1. Reg. 11. 26.) & huic nostro Doctori lares & incunabula dederit.

III. Habuit R. Jose filios, quos recte & ratione חמצים בני יין vocasset: erant optimi parentis pessima proles. Nequitiæ ipsorum pater diu connivere non potuit, & proinde tandem illos bonis, quibus antea ipsos cumulaverat, privavit, illaque in pios usus contulit.

IV. Cæterum tam insigniter eruditus fuit (testante *Hal. olam* p. 201.) ut posteriores Magistri constituerint, quod si aliquando dissensio Doctorum in Mischna occurrat, הלכה & sententiæ definitio apud R. Jose esset. Mortem quoque ejus ita deplorarunt, quasi cum ipso omnis eruditio defecisset; *Sotah cap. 9. Postquam Jose Ben Joeser & Jose Ben Jochanan e vivis ablati fuerunt, cessarunt Botri. Gloss.* איש שכל בו *Viri tales in quibus omnes tum eruditionis tum virtutis cumuli erant.* (3)

V. De moribus Rabbij Jose ex sequentibus historiolis lector judicabit. *Hieros. Peah* f. 21. 1. hæc extat; אין מעמידין פרנסים פחות משלשה אנא המי דיני ממונות בשלשה ודיני נפשות לא כל שכן רבי יוסי אין מעמידין שני אחים פרנסים רבי יוסי עאל לכפרה בעא מוקמה לון פרנסין ולא קבלון עליהון עאל ואמר קומיהון בן בבי נתמנת על הפתילה זכה להימנות עם גדולו הדור אתם מתמנין על חיי נפשות לא כל שכן. „ Non constituunt pauciores quam tres פרנסים Eleemosynarios, nam judicia pecuniaria a paucioribus quam tribus non transfiguntur, multo ergo magis tres esse debent in illis quæ vitam respiciunt: R. Jose dicit, nunquam duo fratres Eleemosynarii constitui debent. Ivit aliquando R. Jose Chepharum ut ibi Eleemosinarios constitueret, sed illi munus suscipere noluerunt; quod videns abiit, ipsos sic alloquens: Ben Babai fuit tantum præpositus lampadum lychnuchis, & tamen dignus habitus, qui cum claris hujus seculi viris connumeretur; vos si vitis hominum præpositi essetis, quanto magis?

VI. Intenderat R. Jose Chepharæ Synagogæ de justo regimine providere; ad quod requiritur, ut ad minimum decem Synagogæ (4) usui vacent. Debet esse *Confessus triumviralis*, qui in genere Synagogæ res curet, judiciaque pecuniaria dijudicet: *Sanhed.* c. 4. 1. 2. quos si existimes ἀρχισυναγώγους Hellenistice vocari, tuæ sententiæ & meam adde. *Unus* deinde ex his decem debebat *in Synagoga orare, lectionem legis curare* &c. hanc vocarunt שליח ציבור aliquando etiam חזן הכנסת, quæ nomina *Joannes Apost. in Apocal.* Græce reddidit per Ἄγγελον τῆς ἐκκλησίας, & ἐπίσκοπον τῆς ἐκκλησίας. Tres alii obtinebant munus *Eleemosynariorum*; qui una Eleemosynas quidem distribuebant, sed non ab oppidanis exigebant; ad hoc enim suffecerunt duo, quos idcirco vocarunt שני גבאי צדקה *Maym. Sanhed.* c. 1. Reliqua Synagogæ officia erant duorum *Interpretum*, & *Scholarchæ Theologici*, ut apud viros doctos receptum est; unus interpres adstabat legenti in Lege, & alter concionanti Theologo. An omnes hos officiarios Ecclesia Chepharensis habuerit, exceptis Eleemosynariis, intertum est: loci enim angustia vix permisit, ut ibi degerent decem בטלנין *homines nullis mundanis occupationibus districti*, quales Magistri ad Synagogæ usum requirunt. Nec id R. Jose intendisse videtur: solum desideravit, ut sibi de Eleemosinariis prospicerent, ut de re ad bonum publicum plane necessaria. Sed nihil efficere potuit apud homines frigidos, qui suo honori quid decedere existimassent, si pauperum curatores facti fuissent.

VII. Amabat, imo deperibat R. Jose *R. Ghaja Rubba*, &, ut ipsum tandem videre posset, *jejunavit octoginta jejunia*; *eundem in finem jejunavit Simeon Ben Lachisc trecenta: Hieros. Kilaim* 32. 2. Quod tibi extraordinarium quid

quid non videbitur, postquam varias Jejuniorum rationes & causas consideraveris; sicuti illæ nobis in elegantissimo tractatu תענית c. 1. §. 4. 7. referuntur. *Præsente die Octobris decimo septimo, si adhuc nullæ pluviæ descenderint, incipiunt privati jejunare tria jejunia; si jam adest initium Novembris, nec ullæ pluviæ segetes irrigaverint, Synedrium tria jejunia Ecclesiæ decernit: si nec tunc pluviam habuerunt, a Synedrio septem alia jejunia indicuntur; privati vero jejunare pergunt usque ad finem Martii, qui si ad exitum pervenerit absque pluvia, signum est maledictionis.*

VIII. Et hæc sunt jejunia, quæ celebrant, quando pluviæ (5) sementi ad efflorescendum necessariæ justo tempore non descenderunt. Sed habuerunt etiam jejunia ad alia imminentia mala depellenda. Sic R. Zadok postquam ex spontanea reclusione portarum Templi, mali quid instare auguratus est, per quadraginta annos jejunavit, ut excidium avertere posset, & se ita maceravit, ut non aliter quam חלשא *infirmus* vulgo vocaretur. Sed postquam Urbs & Templum subversa erant, & viderat sua jejunia frustranea fuisse, Titi Imperatoris medicis ad refocillandam sanitatem usus est. Ita aliud jejunii exemplum habes in Senioribus Hierosolymitanis, qui (ut etiam in *Taanith* dicitur) descenderunt in urbes suas, & indixerunt universale Jejunium, *quia Ascalone visa fuerat uredo instar magnitudinis orificii furni*. Item cum cis Jordanem lupi duos pueros devoraverant, exequias illorum infantum inter fletum & jejunium fecerunt. Et tandem sibi quoque jejunia indixerunt ex desiderio re aliqua fruendi, ut videmus in R. Jose, & in תעניות חלום *jejuniis ad felicia insomnia adipiscenda*, aut ad insomnii interpretationem assequendam, aut ad malum insomnii omen avertendum. Tale Jejunium pro insomnio permissum erat in Sabbatho, cum alias in eo jejunare non liceret. *Bab. Schabaat* f. 11. 1.

IX. Produxit Jose Ben Joeser dies suos usque ad tempus Jannai regis, & interfectus est a Græci *Zemach David* p. 70.

(1) Notatur hac de re in Zemac David. fol. 21. החמשה זוגות שזכרנו לא בתם רבן ולא בשם רבי רק נקראו בשמם וזה לגודל מעלתם שאי אפשר למצא בנוי ראוי להם כמו שאין כנוי לנביאים. Quinque hæc memorata Doctorum paria non appellantur nomine Rabban aut Rabbi, sed tantum nomine proprio, idque ad majestatem, quum titulum, qui ipsis dignus sit, nullum invenire queamus, uti etiam nullus titulus Prophetis dignus inveniri potest.

(2) Sepher Juchasin & Pirke Avoth & Abraham Ben Dior in Sepher Haccabalæ, scribunt eum fuisse בן יוחנן איש ירושלם Filium Jochananis, viri Hierosolymitani. Sunt nonnulli qui eum Sacerdotem fuisse existimant; sed R. Abraham Zacuth ait illos errare; & vitiose illic legi Jose fil. Joezer & Jose fil. Jochanan, Sacerdos summus; quum potius legendum esset; Jose fil. Jochanan, & Jochanan, Sacerd. Summ. Idem ibidem, pro eo, quem noster Auctor appellat Joseph ben Jochanan, scribit Jose. In Zemach David uterque horum Duumvirum vocatur Jose: ita & in R. Maimonidis præfat. ad Seraim, in Misna pirke Avoth, & Sepher Hakkabbala R. Abrahami ben Dior. R. Gedalias in Schalscheleth Hakkabbala pag. 15. col. 2. priorem vocat Joseph ben Joezer, posteriorem Jose ben Jochanan, sed pag. 85. utrumque appellat Jose, uti & p. 16. col. 1. R. Meir Aldabi in Shebile utrumque nominat Joseph. Ex quibus prona nascitur conjectura, nomen Jose idem esse cum Josepho, & illud ex hoc ad pronunciationis aut scriptionis compendia derivatum.

(3) De sensu illius dicti Rabbinici multa lis est inter Scriptores Judaicos. Quidam volunt eo respici שהוא היה מקבץ חכמי ישראלחבילות חבילות ללמוד תורה באשכלות Quod acervatim congregaverit Sapientes Israelis ad Legem, *uti botros*. Quo referunt Cant. 1. 14. Alii existimant rationem hujus dicti in eo sitam esse, שהוא היה מגין על דורו כאשכול המגין על הענבים אשר בו Quod clypei ad instar defenderit homines ejus ætatis, uti *botrus* obtegit uvas suas. Gemaristæ autem in Sota, quibus accedit Abarbanel in Nachalat Avot, per אשכלות, *botros*, alludi putat ad איש כל בו Virum, in quo est omnis generis Sapientia.

(4) Vide quæ Celeberr. Vitringa de Synagogæ regimine fuse disseruit in Libris 4. de Synagoga V. & N. ubi hoc argumentum latissime explicatur, & speciatim de שליח צבור Lib. III. c. 2. de פרנסים Lib. III. c. 1. de גבאי צדקה Lib. II. c. 8. de decem בטלנים peculiari Libro, & Voluminis modo laudati Lib. II. c. 6.

(5) Horum Jejuniorum institutionem a Judæis acceperunt Mohammedani; quam nos docet Aba Shosjain Ahmed Ibn Alhasen Ispahanensis, in MS. Theologiæ Systemate Cap. de *Precibus pro impetranda pluvia*, his verbis „ Et præcipiet iis Antistes „ conversionem & secessionem a peccato, & Jeju- „ nium trium dierum, & prodibit quarto die ad- „ huc jejunans veste inculta & ordinaria. De Jejuniis autem ob impetrandam irrigationem aliasve res tum serias tum ludicras institutis apud Judæos, vide Massechet Taanit c. III. & notas Lundii.

יהושע בן פרחיה ונתן הארבלי

Jehosua filius Perachia, & (1) Nathan Arbelita.

Anno 3560.

I. A Præcedentibus Hi doctrinam accipientes, circa hunc annum nihil habentes, circa hunc annum florere cœperunt. De *Nathan* (2) *Arbelita* nihil aliud legimus, nisi ipsum secundum a Principe fuisse (ut ordinarie in talibus זוגות *combinationibus* observatum est) & suam sepulturam habuisse בארבל בין צפורי לטבריא *In Arbel inter Zipporim & Tiberiam*: *Juchasin* pag. 65. Voluit enim in sua patria, & domesticis כוכין *sepulchretis* recondi, ut & mortuus *Arbelita* vocari posset.

II. De *Jehosua filius* (3) *Perachiæ*, plura nobis Historia reliquit, quæ in sequentia contrahimus. Cum Rex Alexan-

xander & Regnum & Sacerdotium una retinere vellet, quidam fuerunt, qui ad prandium invitati Regi dicere ausi sunt, *ipsum Regia corona contentum esse debere*. Quam correptionem Rex ægre tulit, & ita exarsit, ut omnes Doctores interficere præceperit: quod mandatum etiam satellites statim exequuti sunt, respectu illorum, qui vel præsentes erant, vel alias his carnificibus objecti fuerunt: sed *Schimeon filius Schetach* a sorore sua, quæ Regina, præsenti morti ereptus & occultatus fuit. *Jehosua filius Perachiæ* vero in Ægyptum fugit, & Alexandriam, commune Judæorum receptaculum, petiit. Sedato autem hoc turbine, & Simeone ben Shetach in pristinam gratiam restituto, Simeon etiam Jehosuæ reditum efflagitavit; quo concesso Jehosuæ Alexandriam tales litteras scripsit מני ירושלם עיר הקדושה ליכי אלכסנדריא של מצרים בעלי שרוי בתוכך ואני יושבת שוממה *A me Jerusalem civitate sancta, tibi Alexandria in Ægypto (salutem,) Maritus meus apud te habitat, dum ego interea sedeo sola*. Quibus acceptis *Josuæ* iterum Hierosolymam rediit. Vide *Juchasin* f. 18. 2.

III. Notatu autem dignum est, quod Judæi Josuam Perachiæ filius Domini nostri, Jesu Christi, Præceptorem faciant; & velint Christum (4) se illi comitem in Ægypto petenda præbuisse. Sed certum est ipsos Historiam corrupisse, ne veritatem agnoscere debeant; ut, postquam verba ipsorum retulero, facile apparebit. Sic autem illi *Babyl. Sanhed.* f. 107. 2. *Cum Jannai (sive Alexander, duplex enim nomen habuit) occideret Rabbinos, abierunt R. Josua ben Perachia, & Jesus Alexandriam in Ægypto*. Hoc est præcipuum testimonium, ex quo hanc opinionem de Messia nostro fabricarunt: Sed, quoniam vident, se parachronismum committere, si velint nostram annorum & temporis Christi supputationem sequi, eam interpolare conatur R. Abraham in *Juchasin* p. 17. 1. cujus verba hic apponere lubet. *Verum audivistis, quod* אותו האיש *vir ille* (sic Dominum Jesum tecto nomine designare solent) *discipulus ejus* (Josuæ scilicet) *fuerit*. *Etiam verum est, quod natus sit anno 4. Regni Jannæi, anno 263. a Templi restauratione, & 51. imperii Chasmonæorum. Nam etiamsi illi* (Christianis) *dicant, Ipsum natum esse tempore Herodis Chasmonæorum servi, anno Creationis* 3760., *& quod crucifixus sit 35. annis ante devastationem Templi, ætatis ejus 32. intentio ipsorum solum est nos contumelia afficere, dicendo, quod celeriter, antequam quadraginta anni expleti erant, propter iniquitatem, quam nos in illo exercuisse dicunt, Templum devastatum fuerit; Nam res se non ita habet: nativitas enim ejus 89. annis citius accidit, quam illi dicunt &c.* Studium certe veritatem pervertendi ipsos in transversum abripit. Non consentiunt ipsi in sua Chronologia; nam secundum *Zemach David*, Alexander potius est imperio, anno 3660. R. Josua filius Perachiæ vero cum Jesu in Ægyptum fugit, anno 3560. qua ratione non solum tempora turbant, sed etiam Dominum nostrum centenarium facere debent. Taceo Æræ nostræ anticipationem, quæ Nativitatem Christi ferme ad Pompeji tempora rejicit. Habent hoc illi Chronologi, ut si aliquid reperire possint, quantumvis nihil, quod ad rationes nostras aliquo modo enervandas faeere credunt, ambabus id arripiant manibus, alias forsan omni orgumentorum vi illud ipsum refuraturi. Exemplum habes in illo loco *Juchasin*, ubi de Promethei, maximi Romanorum Sapientis, filio narratur שהיו לו שבעה בנות ואמרו הגוים שהאחת הנקראת אשתוניפוס ילדה שני בנים האחד אפקון והשני שלצבין והיתה בתולה קודם לידה ואחר לידה וזה קשה *Ipsum 7. filias procreasse, & ex Gentium relatione ferri unam ex illis nomine Istonibos duos filios peperisse, quorum nomina erant Aphkon & Schalzebin; nihilominus autem ante & post partum virginem mansisse: & illud grave esse*. Quibus autem *grave sit*, annotavit quidam curiosus glossator, זה קשה לנוצרים נגד דתם שאמרו שזה נס למרים אם של ישו *Hoc grave est Christianis; facit enim contra sententiam ipsorum, qua volunt, hoc miraculum fuisse in Maria matre Jesu*. Nos existimamus, ipsummet *R. Zachut*, cum hoc sciolo commentatore, illo die, quo hoc scripserunt, aliquod purgamentum calcavisse: tam infeliciter laborarunt, cum contra nos hoc obtusum spiculum fabricarunt. Tales enim fabulæ absque ulla authoritate & solo אמרו הגוים stabilitæ, eadem facilitate diflantur, qua adstruuntur. Et tamen talia nugamenta ipsis placent, quia gravia sunt Christianis. (6)

(1) Mirum est. Auctorem hunc Socium Jehosuæ appellare נתן *Nathanem*, quum vocari deberet נתאי, *Nittai*. Ita in Pirke Abot יהושע בן פרחיה ונתאי הארבלי קבלו מהם „ Josua fil. Perachiæ & Nittai Arbelita acceperunt ab iis. In Sepher Juchasin ניתאי חבירו של יהושע בן פרחיה והוא אב בית דין והוא מן חוזנות „ Nittai Arbelites Collega fuit „ Josuæ fil. Perachiæ, eratque Pater Synedrii, & nu-

numeratur inter Duum viros. (Vid. pag. 42. Not. in Hiſtor. Joſe filii Joezer) *Nittai* etiam vocatur in Miſna Avoth, Sepher Hakkabbala R. ben Dior, Schalſchelet Hakkabbala; Maimonidis præfat. Zeraim, Schebile Emuna R. Meir Aldabi fol. 93.col. 2. Nuſpiam *Nathan*. Hic Nittai a R. Gedalia comes adjungitur Jehudæ ben Tabbai (non Joſuæ fil, Perachiæ, ut a noſtro Auctore) his verbis, יהודה בן טבאי ונתאי הארבלי קבלו מן השני יוסי הנזכר לע"ל ,, Juda ben Tabbai & Nittai Arbelita acceperunt ,, traditiones a duobus Joſe ſupra memoratis: idem ſcribit R. Abraham ben Dior in Sepher Hakkabbala. Cum Auctore tamen noſtro facit R. Zacuth in Juchaſin & R. David Gans in Zemach David, & R. Maimonde in. In Joma Talmudis Hieroſol. Simeon ben Shetach comes adjungitur Joſuæ fil. Perachiæ, ad quem, quum in Ægypto eſſet, velut ad maritum ſuum, ſcripſit Simeon, conquerens, ſe ſolum ſedere Hieroſolymis, quum alter procul abeſſet.

(2) In Miſna Maſſ. חלה Cap. 4. §. 10. vocatur Nittai איש תקוע, Tekoa oriundus, de quo dicitur ibidem, quod הביא חלות מביתר ולא קבלו ממנו adduxerit placentas ex Bittera, quæ non fuerint ab eo receptæ. Quem textum citat auctor Libri Juchaſin. Hoc loco Arbelites dicitur. Apparet autem ex noſtro Auctore, qualis Arbela intelligi debeat, illa nempe, quæ non longe a Tiberiade diſſidet, & a *Joſepho*, *Antiq.* L. XII. Ἄρβηλα, πόλις τῆς Γαλιλαίας, dicitur · quam innuere videtur *Hieronym. de loc. Hebr.* quum dicit vicum eſſe Arbel trans Jordanem in finibus Pellæ. R. autem Zacuth in Juchaſin de Arbel ſic diſſerit, וארבל שם מקום כשור שלמן בית ארבאל והיא שומרון ויש אומרים כי הוא מקום אחר לנינוה שנקרא כך ,, *Arbel* eſt nomen ,, proprium loci alicujus, ut apparet ex Hoſ. 10. ,, 14. ubi dicitur: *Quemadmodum vaſtavit Salman* ,, *Beth Arbel*. Beth Arbel eſt Samaria (Salman eſt ,, Salmanaſſer, qui eam vaſtavit, juxta Kimchium ,, & Aben Ezram) ſunt tamen qui dicant eſſe no- ,, men alius loci prope Niniven. Ex eorum numero R. Benjamin; quem vide in Itinerar. Tunc autem illa intelligunt Arbela, ad quæ fuſus eſt Darii exercitus, ὥσπερ οἱ πολλοὶ γράφουσιν, ait Plutarchus, qui pugnam illam ad *Gangamela*, commiſſam vult, quod interpretatur, cum Strabone aliiſque Veterum, οἶκον Καμήλου, *domum Cameli*. Rectiſſime, cum Perſis *Chana* ſive *Gan* aut *Gana* (diverſis enim modis pronunciari poteſt, præſertim in compoſitione) domum ſignificet, & *Gamal*, Camelum. Non ignoro, in Plutarchi editione Paris. γαυσάμηλα legi, in aliis γαγάμηλα, quod eodem redit, (nam litera Perſica per Græcum γ & σ poteſt reddi, quum ita fere pronuncietur a Perſis uti *je* a Gallis) & γαυ ibi pro γαν legi: Verum ſi quis ad proclivem mutationem ν in υ attendat, & meminerit in Strabone & Plutarcho legi Gangamela a Briſſonio, Baudrant, aliiſque; ſimulque interpretationem Veterum, Gangamela per domum Cameli interpretantium, aliquo habeat pretio; non invitus concedet, Gangamela (quod accurate datæ interpretationi reſpondet) pro Gangamela legendum eſſe; & longius peritam etymologiam Bocharti, qui נבאי גמל, tributum Cameli, longe inſigniori literarum mutatione vertit, everſa plane Veterum interpretatione; adde quod & נבא, tributum Perſis non notet. Nec videtur, quamvis genio Perſiſmi ſit propior & ſervandæ interpretationi Veterum magis accommodata, ſententia Doctiſſimi Hyde (qui Linguarum Orientalium hoc ſæculo ſummum fuit præſidium) plene ſatisfacere, qui a Fovea Cameli dicta vult Gaugamela. Quæ latius excutere hæ non ſinunt anguſtiæ.

(3) Joſua hic dicitur in Sepher Juchaſin, Præceptor fuiſſe Simeonis ben Sbatach, והאריך יהושע בן פרחיה שנים רבות עד זמן ינאי הנקרא אלסכנדר בן הורקנוס ,, & annos vitæ ſuæ extendiſſe uſque ad ,, tempora Alexandri Jannæi, fil. Hyrcani. Variant tamen circa ejus ætatem Judæorum ſententiæ, ut monet R. Gedalias in Catena Cabbalæ p. 17. qui Simeonem ben Shatach Joſuæ ben Perachiæ Collegam facit, & Nittæum Arbeliten conjungit cum Juda ben Tabbai, ut Præſide: quod ordini Auctoris noſtri repugnat.

(4) Audi Abrahamum Ben Dior in Sepher Hakkabbala de Servatore noſtro loquentem כותבי זכרונות בישראל אומרים שיהושע בן פרחיה רבו של ישו הנוצרי ואם כן הוא בימי ינאי המלך היה וכותבי זכרונות באומות העולם אומרים כי בימי הורודוש נולד ובימי ארקילוס בנו נתלה ומחלוקת גדולה היא זו שהפרש יש ביניהם יתר יתר ממאה ועשר שנים ,, Hiſtorici Iſraelitarum dicunt Joſuam, Filium Pera- ,, chiæ, fuiſſe præceptorum Jeſu Nazareni, atque ,, juxta hunc computum vixit tempore Jannæi Re- ,, gis. Verum hiſtorici Gentium (! Chriſtiani alii- ,, que) dicunt eum ſub Herodis imperio natum, & ,, ſub Archelao filio ejus ſuſpenſum eſſe. Inter quos non exigui momenti diſcrimen eſt: differunt enim ,, horum ſententiæ pluribus quam 110. annis. Pergit idem. ואפשר שהם טוענים כל כך לאמר שלא עמד הבית ומלכות ישראל אחר תלותו אלא מעט ומסורת אמת הוא בידינו מהמשנה והתלמוד שלא החליפו שום דבר כי רבי יהושע בן פרחיה ברח למצרים בימי אלכסנדר והוא ועמו ברח ישו הנצרי וקבלת אמת בידינו שבשנת שמונים ואחד למלכות בית חשמונאי ובשנת מאתים תשעים ותשע לבנין הבית נתפש והוא בן שלשים ושש שנה בשנת שלש למלכות אריסטובלוס בן ינאי ,, Et fieri poteſt, ,, ut objiciant illi nobis, Templum & Regnum I- ,, ſraeliticum non diu perſtitiſſe poſt Jeſum ſuſpen- ,, ſum. Verum certa in manibus noſtris eſt tradi- ,, tio in Miſna & Talmude, ubi nil immutatum ,, eſt, Rabbi Joſuam, filium Perachiæ, fugiſſe in ,, Ægyptum & quidem Urbem Alexandri Jannæi. ,, Et certo accepimus a majoribus noſtris, anno 51. ,, Principatus Aſmonæorum, & 299. a Condito ,, Templo ſecundo, eum eſſe prehenſum, quum ,, annos natus eſſet 36. anno tertio regni Ariſtobu- ,, li, qui Jannæi erat filius. Hinc, quum æra Judaica noſtram per ſæculum & plus antevertat; ubi Conſtantini ætatem definit זכרון דברי רומי Chronicon rerum Romanarum, ſcribit Illum vixiſſe אחר שלש מאות שנה לישו לחשבונם אבל לחשבוננו ליתר מארבע מאות ועשרים שנה ,, Anno trecenteſimo ,, poſt Jeſum, juxta noſtrum vero, ultra quadrin- ,, genteſimum & vigeſimum. Abarbanel in Daniel. ſcribit Jeſum eſſe manifeſtatum בחרבן בית שני, circa vaſtationem Templi Secundi: idemque in Comment. ad Jeſ. 52. dicit Jeſum Hieroſolymis eſſe ſuſpenſum בסוף בית שני in fine Templi ſecundi. R. David Gans ישוע הנוצרי נולד בבית לחם יהודה פרסה ומחצה מירושלים בשנה ג' אלפים ותשסא ליצירה והיא שנת מב לקיסר אגושטי ,, Jeſus Nazarenus natus eſt in Bethlehem Judæ, ſes qui milliari diſtante Hieroſolymis, anno mundi 3761. Cæſaris Auguſti 42. Quæ non patiuntur hunc Joſuam fil. Perachiæ Jeſu præceptorem fuiſſe. In Chronico Templi ſecundi Chriſtus dicitur captus tempore Pompeji, בימים ההם נתפש ישו הנצרי ואחר כן בא פמפיוס אל דמסק ,, Illis diebus prehenſus eſt Jeſus ,, Nazarenus & poſtea Damaſcum petiit Pompejus, quod confirmat Auctoris noſtri dicta pag. 56. lin. 22. R. Gedalias, ut diſcrepantes ſententias conciliet, dicit, duos fuiſſe Joſuas, & Joſuam hunc filium Perachiæ non fuiſſe magiſtrum Jeſu, ſed alium, tempore diſcipulorum Hillelis & Schammai, pag. 17.

(5) Vixiſſe hoc ævo Eliam quendam, docet R. Gedalias in Shalshelet Hakkabbalæ, his verbis ראיתי בקונטרים ישן כי בדור הזה היה אליהו הנזכר במשניות וגמרא בלשון הזה תנא דבי אליהו שרומז אל בית מדרשו ואינו אליהו הנביא בשום פנים ,, Legi in vetuſto quodam quaternione, hoc ævo (Nit- ,, tai Arbelitæ) floruiſſe Eliam, cujus mentio ſit ,, in Miſna & Gemara ſub his verbis: Traditio eſt ,, domus Eliæ, id eſt, ſcholæ. Non autem fuit hic ,, Propheta Elias, ullo modo. Celebre eſt hujus ,, Eliæ effatum, quod in Talmude, Tract. Sanhedrin & Avoda Zara occurrit, ששת אלפים שנה הוי העולם שני אלפים תוהו שני אלפים תורה ושני אלפים ימות המשיח ,, Sex annorum millibus conſiſtet mun- ,, dus: quorum duo millia inane, duo millia Le- ,, gem, duo millia dies Meſſiæ complectentur.

שמעון

שמעון בן שטח יהודה בן שבאי

Simon fil. Schetach, Jehuda fil. Tabbæi.

3621.

I. ITerum Præsidentem & (1) Vice præsidentem conjungimus: (Juchasin 15.) Homines sane, qui nihil prius sibi habuerunt, quam Magistratum integrum & incorruptum præstare. Unus ex illis quotidie lachrymas fundebat, ob quendam lapsum, quem immature judicando fecerat; alter vero prætulit justitiæ cursum saluti & incolumitati filii sui. Hos mihi Areopagitas Themidis ministros incorruptimos dicas.

II. Sed præcipue *Simeon Ben Schetach* maximus (2) παῤῥησιαςὴς & virtutis rigidus custos fuit. *Accidit aliquando* (versio est Cl. Cocceji in Sanhed כהן גדול) *ut servus Regis Jannæi homicidium committeret. Hortabatur Simon Sapientes, ut in id animadverterent & judicium de eo haberent. Mandant itaque ipsi: servus tuus homicidium perpetravit. Mittit illum. Mandant ei donuo. Tu ipse quoque sistas te, & testimonium accipias; nam de heris Lex ait: veniat possessor bovis & consistat juxta bovem*: Exod. 21. 29. *Venit, assedit. Tum Simeon ad illum conversus, Rex Jannai, inquit, surge in pedes tuos, & tum testimonium de Te dicetur; neque putes te coram nobis surgere, sed coram Illo, quo jubente mundus factus est. Tum ille, non ex tuo Jussu, sed pro eo quod censebunt* Collegæ *tui. Conversus dextrorsum & sinistrorsum vidit omnes in solum oculos defixisse; quibus Simeon* בעלי מחשבות אתם יבוא בעל מהשבות יבא ויפרע מכם *Vosne cogitabundi? futurum est ut cogitabundus aliquis vos ulciscatur. Confestim Gabriel illos humi afflixit, ita ut omnes animam efflarent; hinc factum est decretum, ut Rex nec judicet (personas Synedrii) nec ab illis judicetur.*

III. Aliam Historiam legimus in *Hieros. Sanhed.* f. 23. 3. & *Bab. Sanhed.* f. 44. 2. in Gl. Venit aliquis & nuntiavit Simeoni, *Ascalone* in spelunca aliqua degere octoginta fæminas veneficas, & suis veneficiis enecare mundum. Die ergo quodam pluvioso, ascitis ad se 80. juvenibus, accedit ad speluncam, pulsat, & unum se ex sodalitio venefico profitetur? statim admittitur, & videt eas artes suas exercentes; una enim, mussitatis suis incantamentis, bucellas adduxit, altera vinum, tertia carnes elixas &c. Tandem ipsum interrogarunt, quid tu potes? Respondit, Bis clamabo, atque 80. juvenes venuste vestitos introducam, qui ipsi lætissimi erunt, & deinde & vos exhilarabunt. Ad quod illæ, לון לן בעיין *tales nos vellemus*. Edit itaque vocem primo, & juvenes induerunt vestes suas nitidas, quas vasculis tectas asportaverant; vociferante eo secundo, ingressi sunt omnes: datoque signo, unusquisque unam e terra in sublime rapuit, ut ita magica earum facultas periret: istique deinde, quæ bucellas adduxerat, dixit, *Adduc jam bucellas*: at defecit ipsam vis magica, ita ut nihil adducere posset. Dixit ergo; cum ea ad furcam. Alteri dixit, *Affer vinum*; ac afferre non poterat: eam etiam, inquit, ad suspendium. Alteri dixit, Affer etiam quod antea adduxeras; sed omnis facultas ipsam reliquerat, ita ut & illa cum omnibus reliquis uno die ad supplicium acta fuerit. In quo processu duo præcipue notanda; unum est, quod Simeon illas 80. mulieres supplicio suspendii puniverit; quod supplicium tamen, secundum ea, quæ in tractatu *Sotah* & *Hal. Sanhed. Maym.* leguntur, in mulieribus exerceri non debuit. Alterum vero est, quod nullum Synedrium, aut judex, secundum Judæorum canones, plures in uno die condemnare possit, nisi velit חבלן *perditorius* audiri: At Simeon judicavit, condemnavit, & supplicio affecit 80. homines uno die.

IV. Hujus rei ratio tamen in promptum est; processerant enim fæminæ (3) Israeliticæ ad talia flagitia, & tantopore ad veneficia proruperant, ut necessarium omnino fuerit durum quid לפי שעה *pro temporis ratione*, contra illud corruptum seculum decernere. Eas itaque suspendit ad exaggerationem exempli, & ad rem publicandam: atque hoc uno eodemque die, ne earum cognati aut alii homines ad illas liberandas conspirarent.

IV. Viri Doctissimi existimant, Simeonem Ben *Schetach* Conclave גזית (4) ædificari curasse: quo loco, excepto Sancto Sanctorum, in Templo vix fuit angustior. Erat כמין בסיליקי גרולה *instar Basilicæ magnæ*; Situm habebat talem, ut pars ejus dimidia esset in loco sancto, dimidia vero altera in profano. Qui in illud voluit ingredi, debuit per Antemurale tamdiu pergere, donec veniret ad hujus Conclavis portam, quæ versus חיל *Antemurale* aperiebatur: habebat quidem etiam portam, quæ in Sanctum ducebat, sed non licuit

cuit unicuique illac transire. Insuper in hoc Conclavi sedit Synedrium Magnum; non quidem in ea parte Conclavis, quæ erat in Atrio, quia *in ea nemini sedere licuit, nisi Regibus ex familia Davidis*; at pertinebat ad Judicum commoditatem & majorem authoritatem, ut sedere possent: quare elegerunt hujus Conclavis alteram dimidiam partem, quæ in profano erat, ad judicia exercenda. In ea sedit Synedrii Præses a parte occidentali, Vice-præses a dextra ejus, atque utrimque in hemicyclo seniores. Vid. *Joma* fol. 25. 1. *Maymon. Hal. Sanhed.* c. 1.

Existimavit olim Vir Cl. *Const. l'Empereur* in notis ad *Middot* p. 191. Judam Iscarioten, nummos proditionis, postquam ipsum sceleris pœnituisset, & Patres Conscripti illos resumere renuerant, in hujus Conclavis solum projecisse. Quid enim aliud furor & indignatio ipsi dictasset, quam ut, repulsam passus, infelicem pecuniam ad pedes ipsorum, qui mercedem dederant, dispergeret? Equidem Virum Magnum multum æstimamus, sed tamen in nullius verba juravimus. Scimus enim libertatem esse recti judicii animam. Itaque plane aliud censemus: nam dicitur *Sanhed.* fol. 24. 2. קודם לארבעים שנה חרב בית המקדש נטלו ריני נפשות מישרא *Quadraginta annis ante vastatum Templum, ablata fuisse judicia capitalia ab Israele*; & (Avoda Zarah f. 8. 2.) *Synedriales tunc migrasse ex Gazit & consedisse in tabernis*. Ratio migrationis erat, quia sanctitate loci *Gazit* ad homicidas plectendos obligati fuerunt, quos tamen ob ingentem multitudinem punire non poterant. Hinc clamarunt Judæi, Johan. 18. 31. ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα, quo minime indigitant, *Scis o Pilate, te a nobis hanc potestatem sumpsisse*, ut communiter volunt; sed innuunt, *Nosti o Pilate, prædecessorum nostrorum lenitate & hoc sæculo malorum fertilissimo, ita nostram authoritatem propter intractabilem sicariorum & latronum nequitiam tremere, ut a sanguine & suppliciis nobis abstinendum sit*. Non itaque Synedrium sedeit in Gaxit, tempore passionis Christi, & proinde nec illa pars Templi, in qua Judas nummos sparsit, conclave Gaxit fuit: sit illa חנות *Tabernæ*, non contradicam, modo probabile esset, Synedrium hos nummos dedisse. Nam si hoc nobis ulterius excurrere liceret, non difficulter ostenderemus, Judam non Synedrium, sed בית דין של כהנים *Concilium Sacerdotale* (de quo legere potes in Bab. *Joma* fol. 66.) adiisse, & ab illis impiam mercedem sumsisse. Sed hæc ex occasione Simeonis Ben Schetach.

V. Hoc tempore etiam floruit quidam חוני המעגל *Onias* (5) *Hamagal*; quem quidam per 70. annos dormivisse dicunt: sed ab aliis id, quia parum fundamenti habet, eadem facilitate rejicitur, qua asseritur. Interfectus autem fuit hic Onias in illo bello, quod Hyrcanus & Aristobulus, fratres, sibi invicem intularunt, & quod a Judæis ob duas constitutiones in illo factas, præcipue memoratur. Sunt illæ ארור מי שגרל חזיר *Maledictus sit qui porcum aluerit*; & ארור מי שילמד לבנו חכמה יונירת *Maledictus sit, qui filium suum* (6) *Græce docuerit*. Juchasin p. 17. Occasio faciendi hæc decreta recensetur in *Bab. Kama* fol. 82. 2. & *Menacoth* fol. 64. 2. *Obsidebat Aristobulus Hierosolymam, & in ea Hyrcanum. Obsessi indies in arcula fune demissa nummos demiserunt, pro quibus obsidentes illis quotidiana sacrificia dabant. Erat autem inter obsidentes quidam doctrina Græca instructus, qui dixit: Quamdiu illi Leiturgiam si facient, in manus vestras non venient. Cum igitur postero die nummos demisissent, remiserunt ipsis porcum; in cujus ignominiæ vindicationem illi in Urbe deinde hæc fulmina vibrarunt*. Erat quidem Judæis jam antea prohibitum porcos nutrire, partim quia accensentur לבהמה דקה *pecori parvo*, cujus pastores infames erant, nec ad testimonium dicendum admittebantur; partim vero, quia non licuit mercaturam facere *rei cujusvis immundæ*. (Vid. *Bava Kama* c. 7. 7. in *Glossa* & *Gem.* item *Maymonides* ad *Demai* c. 2. 3.) sed nondum maledictio contra transgredientes apposita erat, sicuti in hoc bello factum.

(1) Adhuc sub judice lis est, quis horum duorum Princeps sive Præses, quis Pater Senatus, fuerit: quum de reliquis זוגות, paribus virorum, a Jose fil. Joezer usque ad Hillelem, nulla sit controversia. Ita R. Abraham Zacuth כל זוג וזוג הא' נשיא והב' אב ב"ד חוץ משמעון בן שטח ויהודה בן טבאי שיש בזה מחלוקת רבי מאיר אומר שיהודה בן טבאי נשיא ושמעון בן שטח אב ב"ד וחחכמים אומרים להפך „ Omnium Duumvirum prior erat Princeps, posterior Pater Synedrii. Sed de Simeone ben Shetah „ & Juda ben Tabai adhuc disputatur; R. Meir „ enim Jehudam ben Tabbai Principem fuisse existimat, & Simeonem ben Shetach Patrem Synedrii. Verum Sapientes contrarium statuunt. Quamvis autem in Misnæ Tract. Chagiga, Abot &c. sententia R. Meir videatur stabiliri, amplectitur tamen R. Abraham Zacuth sententiam Sapientum, & Simeonem fil. Shetah Principem fuisse pronunciat, idque colligit ex rebus ejus gestis: quod, uti Princeps, Legatos miserit ad Oniam Hammagal, & ædificaverit Conclave Gazit, quod vocetur ראש הסנהדרין Caput Synedrii, in Talmude, quod Regem Jannæum judicaverit, quod 80. mulieres uno die

die suspenderit &c. R. Meir Aldabi in Schebile Emuna pag. 93. Jehudam ben Tabbai præponit Simeoni ben Shetah; verum inde non licet concludere, quod illum putarit fuisse Præsidem Senatus, nam paulo post, Schammæum Hilleli quoque præponit, quem tamen nemo, quod sciam, Hebræorum Præsidem fuisse unquam affirmavit.

(2) Egregium extat monumentum ὀρθοδοξίας & invicti animi, quo ornatus fuit hic Simeon fil. Schetach, in Megillat Taanith Cap. 10. בעשנים ושמנה בטבת יתיבא כנישתא על דינא מפני שבשהיו צדוקין יושבין בסנהדרין „ Dies vigesimus octavus mensis Thebet festus est, quia Consessus Synedrii circa Judicia reformatus est hoc die, quoniam Sadducæi occupaverant Synedrium, ita ut nullus Israelitarum „ Orthodoxorum in Synedrio inveniretur חוץ משמעון בן שטח „ excepto Simeone filio Schetah והיו שואלין תשובות והלכות ולא היו יודעין להביא ראיה מן התורה אמר להם שמעון בן שטח כל מי שהוא יודע להביא ראיה מן התורה יהא ראוי לישב בסנהדרין וכל מי שאינו יודע להביאראייה מן התורה אינו ראוי לישב בסנהדרין „ Et petebant responsiones, & definitiones Juris, sed non poterant rationem ex Lege afferre. Dixit itaque Simeon ben Schetah: „ Quicunque rationem ex Lege potest adducere, dignus est, ut in Synedrio maneat, at qui non potest, dignus non est ut in Synedrio sedeat. Oblata autem est aliquando disputationis materies, „ quam cum ex Lege probari vellet Simeon ab aliquo Seniorum, qui huic probationi impar Synedrium rursus ingredi ausus non fuit, substituit ejus Sadducæi loco Orthodoxum Israelitam; atque ita quotidie egit, donec semoverentur e Synedrio omnes Sadducæi. Dicit R. Abraham ben Dior in Sepher Hakkabbala, fuisse Simeonem ben Shetach Fratrem conjugis Jannæi. Verba ejus hæc sunt והרג גם הוא בחכמים מכה גדולה חוץ משמעון בן שטח שהיה אחי אשתו „ Et magnam edidit stragem Alexander „ Jannæus, & occidit Sapientes excepto Simeone filio Scherah, quia erat frater conjugis suæ. Idem ax Beracot annotat Auctor Libri Juchasin, cui consentit Abarbanel in Nachalat Avot.

(3) Hinc patet, quam vera fuerit Hillelis sententia, qui illis temporibus proximus fuit, de mulieribus Judaicis מרבה נשים מרבה כשפים „ Qui „ multiplicat mulieres, multiplicat veneficia. Cui „ consentiunt Gemaristæ in Sanhedr. c. VII. שרוב נשים מצויות בכשפים „ Quod maximam partem mu„ lieres Magiæ deditæ sint. Unde rationem petunt, cur præcise in fœminino genere מכשפה, Maga dicatur Exod. 22. 18. Invaluerant iis seculis apud gentem Judaicam præstigiæ & invocationes Dæmonum, quarum exempla passim in Talmude, in Bereschit Rabba, & alibi tam frequentia sunt, ut neminem fugere possint. Unde depromta sunt illa, quæ in Raimundi, Buxtorfii, Ligtfooti aliorumque scriptis passim occurrunt.

(4) De Liskat Haggazit vide Selden. de Synedriis Lib. 3. c. 13. p. 374. 382. L' Empereur ad Massechet Middot p. 183. Ligtfoot in Descript. Templi & Hor. Hebraic. ad Johann. 19. 13. ubi hoc argumentum ex professo tractatur.

(5) *Hammagal* vocatur ille, qui circulos aut orbes format. l'Empereur in Halicot olam vertit: *Circularis*; Seldenus male, *Plaustrarius*. Hoc nomen Oniæ adhæsisse videtur ex more, quem observabat precaturus, circulum in pavimento signandi, & in eo consistendi, dum preces ad Deum funderet. Docetur hoc in Massechet Taanit, c. III. 8. ubi quidam dicuntur ad Onia efflagitasse, ut Deum precaretur pro impetranda pluvia; quæ consuetudo erat illorum temporum, מה עשה עג עוגה ועמד בתוכה ואמר לפניו רבונו של עולם בניך שמו פניהם עלי שאני כבן בית לפניך נשבע אני בשמך הגדול שאיני זז מכאן עד שתרחם על בניך התחילו גשמים מנטפין אמר לא כך שאלתי אלא גשמי בורות שיחין ומערות התחילו לירד בזעף אמר לא כך שאלתי אלא גשמי רצון ברכה ונדבה ירדו כתיקנן עד שיצאו ישראל מירושלם להר הבית מפני הגשמים באו ואמרו לו כשם שהתפללת עליהם שירדו כך התפלל שילכו להן „ Quid autem fecit Onias? circulum duxit & in „ medio ejus se constituit, & coram iis ita precatus est. Domine mundi, Filii tui in me oculos „ converterunt, quia ego sum quasi Filius doim „ Tuæ. Coram Te juro per Nomen Tuum magnum, me ex hoc circulo non discessurum, nisi „ prius misertus fueris filiorum tuorum. Mox pluviæ leviter destillare cæperunt. Tunc dixit Onias; non talem pluviam petii, sed eam quæ replendis puteis & cisternis & speluncis sufficiat. „ Tunc cœperunt pluviæ maxima vehementia descendere. Rursum dixit Onias: non talem pluviam petii, sed placidam in beneplacito & benedictione Tua. Tum pluviæ eo modo descenderunt, ita ut populus ad montem Templi confugeret præ pluvia (ibi enim porticus erant) Deinde lixerunt Oniæ: Quemadmodum petiisti, ut „ descenderent pluviæ, ita pete jam, ut cessent. Deinde Simeon ben Schetach dicitur nuncios ad illum misisse, qui dicerent: Nisi tu esses Onias, excommunicandus esses. Verum quid tibi faciam, qui ludis instar pueri coram facie Dei, qui, ut parens puero, omnia tibi largitur? in Gemara additur, Oniam, quum extra circulum consisteret, & oraret, nullam impetrasse pluviam, dein duxisse circulum; quod etiam fecit Habakuk c. 2. v. 1. uti liquet ex his verbis: Super custodia mea stabo, & consistam in loco munito, id est *in circulo*. Narratur iisdem fere verbis hæc Historia in Megillat Taanith, ubi additur, hoc contigisse vigesimo die mensis Adar, diemque illum festum haberi inter Judæos. Et quum Oniæ preces rogarent, שהיה רעבון ובצורת בארץ ישראל שלש שנים „ Præcessisse famem „ & siccitatem in Terra Israelitica trium annorum. Filium hic Onias habuit Josen, cujus in Misna fit mentio.

Σύγχρονος porro hujus Oniæ fuisse traditur quidam *Eliboini*, ab Abarbanele in Præfatione, quæ Commentario ad Pirke Avot præfixa est, & R. Abraham Zacuth in Sepher Juchasin, appellatus אליהועיני בן הקף, ab Hoc etiam insignitus titulo Romano-Catolici, qui unam modo vaccam rufam in cineres redegerit.

(6) Origo hujus constitutionis in Sota ad tempora Titi Imp. reducitur: scilicet, בפולמוס של טיטוס In bello (πολέμῳ) Titi, decreverunt Sapientes שלא ילמד אדם את בנו יונית Ne quisquam filium suum Græca doceat. Differentiam horum temporum ut concilient Judæi, ajunt, in diebus Aristobuli & Hyrcani cusum fuisse hoc decretum, sed neglectui traditum esse, & sub Tito renovatum. Permiserunt tamen familiæ Rabban Gamalielis cognatæ stemmati Regio ut Græca discerent, quia hoc ad ornatum non parum conferre videbatur, si etiam hac eruditionis parte non carerent. Hinc in schola Gamalielis quingentos fuisse, qui sapientiam Græcam didicerint, sed matura morte ereptos, ait R. Simeon Fil. Gamalielis qui se & Filium patruelis sui solos ex iis superstites esse ait, in Bava Kama. Ipse autem R. Simeon Linguæ Græcæ studium maximopere amavit, sic ut dixerit in Megilla הספרים לא התירו שיכתבו אלא יונית „ Libros (Biblia, ut docent Glossæ) non permittunt Sapientes verti nisi „ in linguam Græcam. Quin ad omnia legitime adhiberi linguam Græcam ejusdem Simeonis decreto confirmant recutiti. Josephus autem & Philo, illique, qui eruditionis laude inter recentiores Judæos claruerunt Sapientiam Græcam adoptarunt, ejusque fuerunt peritissimi. Hinc Aristotelis, Platonis, Socratis (qui Principes fuere sapientiæ Græcæ tot elogia passim apud Maimonidem in Epist. ad Aben Tybbon, R. Zacuth, Lipmannum aliosque obvia. Hinc tot phrases Philosophicæ, vocabula Græca plurima ὡσεὶ κόνις, in scriptis Rabbinorum; quæ edocent כמה בין ראשונים לאחרונים, quantum intersit inter (Judæos) priores & posteriores, ut verba R. Chajæ in Bereschit Rabba mea faciam. Frustra excipiunt, Aristotelem non Gentilem Græcum fuisse, sed Judæum proselytum Justitiæ, vel illum a Simone Justo, aut e libris Salomonis suam hausisse sapientiam; Platonem a Jeremia, Socratem ab Achitophele, Philosophiam accepisse, quum & ratio Chronologica repugnet, & veterum testimonia nulla sint, quæ huic sententiæ pondus addere queant.

שמעיה ואבטליון

Schemaja & Abtalion,

A. 3722.

I. ITerum Principem & Patrem Senatus habemus; non natos Judæos, sed (1) *proselytos Justitiæ* גרי צרק & ex Sancheribi nepotibus: ita tamen ut mulierem Israeliticam matrem habuerint, כרי שייכלו לרון *ut idonei ad judicandum essent*. Nam apud *Rambam* in *Sanhed.* expresse definitur: Neminem inter Israelitas Judicis munus administrare posse, nisi mater ejus Israelitica esset. Ita etiam apud Ilienses olim in usu erat, ut qui matre Iliensi natus esset, materno privilegio municeps censeretur.

II. Ornavit autem Juchasin p. 17. Schemaiam & Abtalionem hoc elogio, *quod fuerint Sapientes maximi* ומעשיהם ככני אהרן, *& opera ipsorum fuisse, ut opera filiorum Aaron.* (2) (etsi ex semine ejus non erant) *Hillelemque & Schammæum ipsos præceptores habuisse.*

III. Coætaneum habuerunt quendam יהורה בן דורתאי *Jehudem Ben Dorothai*, (Juchasin p. 18.) qui se a Sapientibus separavit, & in Austrum contulit, ne ipsi Hierosolymas ascendendum esset; existimavit autem ille, quod חגיגה Sabbathum pellat, eadem ratione ac Pascha facit, & sæpius dixit: *Miror ego duo illa seculi lumina, Schemajam & Abbtalionem, qui maximi Sapientes sunt, Israelitis non indicare, Chagigam pellere Sabbathum &c.*

IV. Adhuc alius vixit illo tempore, nomine (3) *Akiba Ben Mehalel*, qui alias doctus fuit, sed etiam hoc laboravit malo, quod non in totum cum Sapientibus consenserit; sicuti R. Jehuda Ben Elai hoc ipsi in tract. עדיות objicit ארמון וחנן בן אבישלום *Admon & Chanan filius Abisalon*, & *Measa* hoc tempore *Senatum Hierosolymitanum* magnopere ornarunt.

(1) Gedalias in Catena Cabbalæ, postquam dixisset שהיו מבני בנגו של סנחריב אשר נתגייר אחרי ההריגות גרולות שעשה בישראל ואלו החכמים הירה להם רשורת לשפוט ארת ישראל להיורת אמם ישראלירת „ Fuisse eos ex nepotibus Sanheribi, qui „ proselytus factus est post multas strages, quas edi- „ derat in Israele, & licuisse iis judicare Israelem, „ quia matrem habuerunt Israeliticam; addit יש „ אומרים שיש בתורות הקסרים של רומא פסק אחר „ נקרא על אם אבטליון " esse, qui dicant, in Legibus Impetratorum Romanorum inveniri titulum inscriptum nomine Abtalionis. Sed ait Gedalias, se, licet summo studio ei rei incubuerit, invenire non potuisse. Abarbanel tamen in Nachalat Avot, idem confidenter narrat; his verbis רעוד היום יש ביניהם דרת אחר נקראת דרת אבטליון ואמרו שאבטליון זה עזב עבורת הצלמים שהיו ברומי „ Et ad „ hunc usque diem est apud ipsos (Christianos) „ Lex qoædam, quæ vocatur Lex Abtalionis, & „ dicunt, illum reliquisse cultum Imaginum, qui „ Romæ vigebat. Hillel gloriari solebat, se horum esse discipulum, eosque laudabat admodum. Vide Pesachim c. VI. Quanto etiam amore complexi sint Hillelem Schemaja & Abtalion, vide in Hotting. Thes. Philol. p. 43.

(2) Respicit forsan Auctor Juchasin ad dictum Hillelis, (qui Præceptores suos, hos Duumviros, Sommo habebat pretio, eorumque dicta & facta imitabatur) memoratum in Misna Pirke Avot c. 1. הלל אומר הוי מתלמריו של אהרן אוהב שלום ורורף שלום „ Hillel dicit: Estote discipuli Aaronis, qui amabat pacem eamque sectabatur. Ostenderunt certe Schemaja & Abtalion, se opera Aaronis, pacem amantis, imitari; quum tam mansuetos, inter quos eminuit Hillel, protulerint discipulos.

(3) Non satis accurate distinguit Auctor nomen hujus Sapientis, quod עקביא Akabja est (uti liquet ex Misna Pirke Abot, Sephet Juchasin &c.) ab עקיבא, Akiba & pro Mehalel, legi debet מהללאל, *Mahalaleel*. Eundem errorem erravit Cl. Vorstius in versione Zemach David, p. 82.

בני בתירא

Gilii Betiræ.

I. (1) FIlii Bethiræ (inquit *Juchasin*, fol. 18. 2.) fuerunt in sodalitio Schemajæ & Abhtalionis, & cum Hillel veniret ex Babel, ut post ipsos Principatum ambiret, ipsimet Hillelem Principem constituerunt, semet ipsos ex humilitate Principatu abdicantes. Historia refertur in *Hieros. Pesachin* fol. 33. 1. *Traditio aliquando excidit filiis Bethiræ, nam inciderat dies decimus quartus (quo Pascha celebrari debebat) in Sabbathum, & illi ignorabant an Pascha Sabbathum pelleret, necne. Dixerunt quidam ipsis: est hic Babylonius quidam, cujus nomen est Hillel; ille serviit Schemajæ & Abbtalioni, & sine dubio sciet, an Pascha Sabbathum pellat, necne. Miserunt & vocarunt ipsum (Hillelem); & ipsi dixerunt: Num unquam in vita tua audivisti, an Pascha (quod est die decimo quarto celebrandum,) si incidat in Sabbathum, illud pellat necne? Respondit ille: Estne nobis tantum unum Pascha Sabbathum annuatim? Nempe sacrificium juge? Hæc probavit argumentis a pari, a minori ad majus &c. Ast ab eo huc non receperunt, usquedum diceret: Sic & sic eveniat mihi, hoc audivi a Schemaja & Abtalione. Hoc audientes prostiterunt illico, atque illum ad Præfecturam promoverunt.*

II. Nomina horum fratrum fuerunt, *Jebuda & Jehosua*, quorum prior diutissime vixit, & sub senectutem suam se in Babel contulit, a quo loco Hierosolymas nunquam reversus est, ne in festis quidem solennibus; quia ætate & an-

annis ab apparitione publica excusatus erat. Juchasin f. 19. 1. (2)

(1) In *Sepher Hakkabbalæ* dicitur fuisse in diebus R. Akiba רבי יהודה בן בתירא בבבל *Rabbi Jehuda filius Bethira in Babele*. Rabbi Josuæ nulla ibi fit mentio. Vixit autem Jehuda, uti in Zemach David videre est, 150. annis & amplius, & fuit adhuc Collega R. Jochanan ben Zaccai, qui longe post hæc tempora vixit, juxta R. Gedaliam in Catena Cabbalæ p. 21. Lepidum est, quod subjungit idem, se legisse שרבי יהודה בן בתירא היה מזרע המתים שהחיה יחזקאל אמר רב שהמתים ההם היו מבני אפרים שמתו במצרים „ R. Judam Ben Betiræ esse ex posteris illorum mortuorum, quos resuscitavit Ezechiel." Dicit Rab, illos mortuos fuisse e filiis Ephraiim in Ægypto mortuis; & p. 18. ait tres fuisse Filios Betiræ, Judam, Josuam, Simeonem.

Dixit R. Gedalias illos tempore Schemajæ & Abtalionis fuisse נשיאים בירושלם Principes Hierosolymis. Hi primi titulo *Rabbi* ornati leguntur apud Judæos, ut liquet ex Sepher Juchasin, Schaschelet Hakkabbala &c. quamvis nonnulli Josuam ben Perachiæ hoc titulo primum ornent, alii alios.

Narrat R. Petachias in סבוב, (sic vocat Itinerarium suum, quod, perinde ac illud R. Beniaminis, ad extollendum gentis Judaicis decus, & fingendos, nescio quos, Hebræorum Reges e stirpe Davidis, plane est compositum) mentionem faciens montium Ararat, locorumque affinium, illic esse בית הכנסת של רבי יהודה בן בתיר׳ „ Synagogam (ædem conventus) R. Jehudæ Fil. Betiræ." Certe id constat ex Sepher Juchasin, & Gemara Cod. Sanhedrin c. 4. & 11. R. Judam extra terram Israeliticam habitasse בבבל בנציבין in Nisibi, Urbe Babyloniæ, de cujus situ nonnulla leges apud Clar. le Moyne, in Var. Sacr. p. 646. & ne solemnibus quidem festis adscendisse Hierosolymas, quum senex esset. An vero eodem loco, quem innuit Petachias, Synagogam habuerit, plane incertum est, ut fere omnia, quæ de monumentis antiquitatis, ibidem adhuc reliquis, fabulantur Judæorum scriptores. Ejusdem furfuris esse videtur narratio R. Beniaminis in Itiner. de Sepulcro R. Judæ Filii Betiræ prope Maranem.

(2) *Σύγχρονος* Filiorum Betiræ dicitur fuisse R. Jochanan בן בג בג, quo nomine appellatur in Pirke Abot, c. V. ex quo etiam apparet ex Gentilibus eum natum esse. בג בג, sunt initiales literæ vocum בן גר בן גריות „ Filium proselyti viri & „ proselytæ fœminæ." Ita Buxtorfius in Abbrev. Fagius ad Pirke Avot, aliique. Verum Jos. Scaliger, in observationibus hactenus ineditis ad Pirke avoth, censet, accuratius dici בג בג esse literas initiales vocum בן גוי בן גויה Filius Gentilis viri & gentilis fœminæ. Vocatur ibidem בן הא הא quia Litera ה & בג eundem numerum quinarium conficiunt, per Gematriam. Sic explicat R. Zacuth in Juchasin. R. Maimonides non unius, sed duorum sapientum, hæc fuisse nomina existimat, qui eodem sæculo vixerint.

הלל ושמאי

Hillel & Schammai.

Anno 3728.

I. QUoniam illi Collegæ fuerunt in vita, & post mortem etiam in sententia dicenda semper conjunguntur, Historia ipsorum hic etiam conjunctim proponenda est Fuit autem Hillel est stirpe Davidis: *nam liber genealogicus* (inquit Hieros. Taanit f. 68. 1.) *repertus est Hierosolymis, in quo scriptum erat, Hillelem ortum esse e familia Davidis, per uxorem ejus Abitalem.*

II. Ascendit Hillel ut diximus (1) Hierosolymam, & sub Schemaja & Abhtalione studuit: Principatum vero obtinuit annis circiter centum, ante excidium Urbis, ut nos docet *Bab. Schab.* fol. 15. *Hillel, & Filii ejus Simeon* נהגו נשיאותן לפני החרבן הבית ק׳ שנה *gesserunt* Synedrii *Principatum centum illis annis, qui devastationem Templi præcesserunt*. Sollus Hillel Principatum obtinuit per annos quadraginta, ita ut ejus obitus in annum Christi duodecimum aut decimum tertium inciderit.

III. Schammai fuit homo (2) ad iracundiam pronus, at Hillel fuit homo mansuetissimus, ut illius Gentilis, qui proselytus fieri voluit; exemplo patet; illum enim baculo abegerat Schammai, sed ab Hillele mansuete & humaniter receptus fuit. Aliud exemplum legere potes apud Cl. Hotting. in *Thes. Phil.* p. 42.

IV. Refert etiam *Juchasin*, & *Cl. Buxtorf. in L. T. ad rad.* שמונים תלמידים היו להלל הזקן שלשים מהן ראויין שתשרה עליהן שכינה כמשה ושלשים מהם ראויים שתעמד כיהושע ועשרים מהם בינוניים גדול שבכולם יונתן בן עוזיאל קטן שבכולם רבן יוחנן בן זכאי „ Hilleli fuisse octoginta discipulos, triginta ex illis dignos „ fuisse divinæ Majestatis præsentia, uti „ Moses prepheta; triginta alios dignos „ fuisse, quorum causa consisteret Sol, „ ut propter Jehosuam fil. Nun factum „ est. Viginti autem fuisse mediocres; „ quorum maximus fuit *Jonathan Uzielis filius*, & minimus *Rabban Jochanan Ben Zaccai*.

V. Maximum semper in doctrina inter hos Doctores fuit (3) dissidium, sicuti ferme ex omnibus Talmudicis paginis videre est. Ab initio quidem cuivis licuit se Hujus vel Illius sectatorem profiteri, & sententiam, quæ ipsi arridebat, amplecti; at tandem prodit בת קול in Jasne, & sic loquuta est: *Et horum quidem & illorum verba, sunt verba Dei viventis: sed certa rei determinatio est secundum sententiam Scholæ Hillel. Hieros. Beracoth* f. 3. 2. Debuisset certe hæc declaratio τῆς *Bath Kol*, quam tantopere semper æstimarunt, inter illos omnes lites dirimere. Sed tantum abest, ut id factum sit, ut indies animi magis exacerbati fuerint. Cujus rei nobis aliqua monumenta relicta sunt; præcipua sunt hæc duo: *Hieros.* Schabbat f. 33. *Ad Cœnaculum Chananiæ Ben Goron accesserunt Schammæani & Hilleliani, ut ipsum inviserent; dirus fuit iste dies instar diei, quo factus est vitulus aureus. Schammæani astiterunt ab infra*

& quosdam ex Hillelianis trucidarunt; Traditio est: sex ex illis ascendisse, reliquos vero astitisse cum gladiis & hastis &c. Alterum exemplum legitur Hierosf. Scheviit f. 35. 2. & quod secundum versionem *Cl. Ligthfoot* ita sonat. *R. Tarphon descendit comestum ficus de suo, secundum scholam Schammæanam: viderunt eum adversarii, atque in eum recalcitrarunt. Cum se periclitantem videret, per vitam vestram, inquit, nunciate in domo Tarphonis, ut parata ei sint indumenta sepulchralia &c.*

(1) De Hillele hæc leg. in Sepher Hakkabbala הלל עלה מבבל והוא בן ארבעים שנה ולמד ארבעים שנה כי מאה ועשרים שנה היו ימי חייו ומבית דוד היה מזרע המלוכה ושמונים תלמידים היו לו גדול שבכולם יונתן בן עוזיאל קטן שבכולם רבן יוחנן בן זכאי „ Hillel adscendit ex Babylone anno ætatis suæ 40. „ & docuit annos 40. Vixit autem annos 120. E- „ rat e stirpe Davidis e semine Regio. Habuit discipulos 80. quorum maximus fuit Jonathan fil. Uzielis, minimus Rabban Juchanan fil. Zaccai. Omittuntur hic 40. anni, quibus ministravit Israeli, שמש, juxta Gedaliam, vel ut Abraham Zacuth פרנס Pastor vel Præfectus fuit Synagogæ: alias enim calculo 120. annorum non satis fit.

Hillel & Schammai ordinario junguntur, licet ante Schammai מנחם, *Menahem*, (pro quo male habet Vorstius in versione Zemach David p. 83. *Minchas*, literarium ם & ס convenientia deceptus) Hillelis Collega fuerit. Sic ea de re Sepher Juchasin ובראשונה היו הלל ומנחם ויצא מנחם לעבודת המלך עם פ' אנשים לבושים זהב „ Prius Hillel & „ Menahem erant Collegæ, sed exiit Menahem ad „ obsequium Regi præstandum cum 80. viris, qui „ vestimentis aureis erant induti. " Hos nonnulli existimant fuisse Herodianos. R. Abrahamus Ben Dior ait mortuum Menahemum superstite adhuc Hillele. En ipsa verba, היה מנחם חברו ומת בימיו Nec abludit multum Abarbanel in Nachalat Avot, scribens. מנחם היה ראשונה חבר להלל הנה לפי שלא האריך ימים ושמאי עמד במקומו לראש הדור „ Menahemum antea fuisse Socium Hillelis, sed quia „ brevis vitæ erat, ei successisse Schammai in Ca- „ put seu Principem ejus generationis. " Successit ergo Schammai, & ubique cum Hillele jungitur, & de utroque dicitur, קבלו accepisse eos Legem oralem a Schemaia & Abtalione, quod diserte urget Abarbanel l. c. ut Successio Kabbalæ interrupta per quoslibet Duumviros propagata constet, & utrique eosdem Præceptores habuisse censeantur. Sunt tamen, ut patet ex Juchasin, qui Schammai Hillelis discipulum fuisse opinati sunt. Erat Hillel e stirpe Davidica, ut observat Auctor, & speciatim quidem מבני שפטיה בן אביטל בן דוד ex filiis Sephatiæ, filii Abital, filii Davidis, ut Abarbanel ibid. Alii (ut R. Gedalia in Catena Cabbalæ monet p. 18. & R. Abraham Zacuth (Hillelem e Tribu Beniamin prosapiam ducere, sed uxorem ejus e filiis Sephatiæ oriundam esse existimant. Appellatur Hillel הבבלי, Babylonius, quia ex familia Babylonica prognatus erat, juxta Juchasin. Et, verba sunt Abarbanelis in Præf. Nachalat Avot, עלה מבבל לירושלם ומצא שם בנשיות בני בתירא „ ascen- „ dit e Babylonia Hierosolymas, & Filios Betiræ „ ibi in Principatu invenit. " Reliquit autem fratrem sum Hiskiam in Babylonia, qui an idem sit cum Hiskia e posteris Zerubabelis (quem R. Abraham ben Dior ait fuisse אח, fratrem Hillelis) affirmare non ausim, cum אח etiam ad remotius consanguineitatis vinculum se nonnunquam extendat. In Sota dicitur שבנא Sebna frater fuisse Hillelis, qui, licet dives opum, succurrere Hilleli pauperi negavit. Commendatur Hillel ab auditorum frequentia. Abarbanel in Præfat. Nachalat Avoth היו לו כמו אלפים תלמידים, Erant ipsi discipulorum millia. Cui effato ne obstare videantur Traditiones veterum Hebræorum in Bava Batra (ubi dicitur, שמונים תלמידים היו לו להלל octuaginta discipuli erant Hilleli) & aliæ, hanc subnectit exceptionem; illud intelligi debere במובחרים מהם, de selectissimis & optimis inter illos, qui 80. erant. Emphatice porro in Sepher Juchasin appellatur Hillel, Ezræ discipulus; quod ex Babylonia, ut ille, Hierosolymas adscenderit, & Ejus mansuetudinem, pietatemque sit imitatus: quo etiam respiciunt voces, quibus plangebant Hillelem mortuum in Gemara Sanhedrin, הי חסיד הי עניו תלמידו של עזרא, Ubi est pius, ubi mansuetus, discipulus Ezræ? Vocatur porro הזקן, Senior, ad differentiam aliorum. Plures enim fuere nomine Hillelis celebres, Hillel, filius R. Gamalielis, Hillel filius Ulam, Hillel, socius Raf Asse, Hillel, (coætaneus R. Joseph fil. Medori) qui dicebat Israeli, non esse venturum Messiam: quod dictum emollire & polliare conatur admodum Abravanel in Rosh Emuna Cap. 14.

(2) Hinc effatum Talmudicum לעולם יהא אדם ענוותן כהלל ואל יהא קפדן כשמאי „ Semper homo „ sit mansuetus ut Hillel, non iracundus ut Scham- „ mai. " Vocatur Schammai, non minus ac Hillel, הזקן *Senex*, unde colligit R. Abraham Zacuth, satis provectæ ætatis eum fuisse. Addit ibbidem, אף על פי שהיה כעסן כנגד הרשעים היה עניו עם הצדיקים וכולן לשם שמים וכן מחלוקתו כי הוא הלך במקלו אצל יונתן בן עוזיאל אעפי שהוא תלמודו כי כל התלמידים שהיו להלל כן היו משמאי „ Quamvis „ Schammai foret iracundus adversus impios, ad- „ versus bonos tamen mansuetus erat. Et hoc „ omne cedebat ad gloriam Dei, uti & ipsum dis- „ sidium inter ipsum & Hillelem. Ipse enim dici- „ tur cum baculo suo jam senex accessisse ad Jona- „ thanem ben Uziel, quamvis Hic esset ejus disci- „ pulus: (adeoque magis conveniret discipulum ire „ ad magistrum) Omnes autem Hillelis discipuli, „ erant etiam discipuli Schammæi.

(3) In Sepher Juchasin legimus לא היה לו מחלוקת עם הלל כי אם בג' הלכות „ Non fuisse „ dissensum inter illum (Schammai) & Hille- „ lem, nisi in 3. Capitibus. „ Maximas tamen hæc sententiarum divortia dederunt turbas, quas testantur Talmudici: hinc ipsorum querelæ, in Sanh. משרבו תלמידי שמאי והלל שלא שמשו כל צורכן רבו מחלוקות בישראל ונעשית תורה כשתי תורות „ Ex „ quo tempore multiplicati sunt discipuli Schammai „ & Hillelis, qui non instructi erant ad ministe- „ rium suum obeundum eo, quo par erat, modo, „ multiplicata sunt Schismata in Israele, & Lex, „ hactenus una, evasit instar duarum Legum. Cui gemina est sententia R. Samuelis di Uzida in Commentar. ad Pirke Abot, quem מדרש שמואל inscripsit, אחר הלל ושמאי פסקו הזוגות ורבו המחלוקות והודשו הספקות וצריך האדם מכח פלפולו „ Post „ tempora Hillelis & Schammai desierunt esse Duum- „ viri (de quibus supra pag. 42. & multiplicatæ sunt „ controversiæ, & exortæ sunt dubitationes, & ne- „ cessarium fuit hominibus disputando se exercere. Jejunium eandem ob rem institutum a Judæis legitur in Megillat Taanit, die 9. mensis Adar, quia illo Schola Hillel & Schammai contendere cœperunt. Vide Scalig. Canon. Isagog. 43. Emollire conatur Maimonides in Præfat. ad Seder Zeraim dissensum utriusque, affirmans, illum versari circa particulares quosdam ritus, & R. Samuel di Uzida, quum scribit loco citato, שהם בחייהם לא נחלקו „ quod ipsi, dum viverent, Hillel & Schammai di- „ vortia non fecerint. „ Verum nimis aperte Misna, & inprimis Gemara, has lites testatur fuisse gravissimas, quibus componendis ne ipse quidem Elias par sit. Meminit earum Hieronymus, quum ad Jes. VIII. scribit Sammai, & Hillelem, non multo prius quam Dominus nasceretur, ortos esse in Judæa, quorum prior Dissipator (male derivat a שמם) dicitur, sequens Profanus (quasi derivandum foret ab חלל) eo quod per traditiones & δευτερώσεις suas Legis præcepta dissiparint atque maculaverint. Sane primus fuit Hillel, qui cum Collega suo de ritibus his & istis disputationes habuit, quum antea contra Baithusæos, Sadducæos, & alios ἀλλοτριωμένους τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ aciem ingenii sui direxerint. Primus fuit, qui Traditiones a majoribus haustas scripto consignavit & in ordinem quamquam re-

redegit juxta Auctores Hebræos, adeoque conatibus R. Jehuda Principis prælusit. Primus, qui infausta contentionum semina in Israele sparsit, (Nec Schammæum culpa excludimus) & occasionem Schismati dedit, quod si versetur tantum circa particulares ritus (ut excipiunt Hebræi) tanto graviorem meretur censuram. Prudentior erat Præceptor ejus Abtalion qui in Pirke Abot. c. 1. Sapientes monebat prudentia uti in sermonibus suis, ne forte discipuli, aquas inde malas haurientes, peccarent, & nomen Dei profanum redderetur: a quo prudenti moderamine circa discipulos, R. Samuel di Uzida etymon *Abtalionis* deducit, id est, *Patris Juniorum* אב לקטנים כי טליא בלשון ארמי קטן „ Nam Tali „ Syriace Juniorem, puerum significat, Ab, Pa„ trem.

בבא בן בוטה

Baba Ben Butah.

I. DE eo sic *Juchasin* f. 52. 2. *Ben Butah fuit Schammæi discipulus doctus valde & senex*, (1) *Rex Herodes ipsius oculos stibio fucavit, i.e. ipsum cæcum reddidit, cum in initio Regni sui Sapientes interficiebat. Ille etiam est, qui Herodi dedit consilium* (2) *Sanctuarium readificandi; ut scilicet in expiationem, quod locum mundi, i. e. Sapientes, depresserat, alteram lucem mundi, i. e. Templum, restauraret.*

II. Ut his verbis aliquam lucem afferamus, apponere lubet historiam, quæ de Herode, regnum rapiente, exstat in *Bab. Batra* f. 3. 2. *Herodes erat servus familiæ Asmonææ; oculos conjecit in puellulam ex ille familia. Die quodam audivit Bath Kol dicentem: Quicunque servus nunc rebellaverit, prospere rem geret. Quo oraculo confirmatus insurrexit in Dominos suos, atque omnes occidit; Ut & omnes illos Rabbinos qui ex dicto Deut. XVII. 15. invasioni ejus restiterunt, relicto solum Bava Ben Butah & filiis Bethiræ. Hanc cædem etiam evasit Schammæus*, qui, referente *Josepho*, illam prædixerat lanienam; item Hillel & (3) Menachemus, & plurimi alii, qui prudenter obliqua via, non recto & adverso tramite, Regimini Herodis restiterant. An autem *Bath Kol* vox Spiritus Sancti fuerit, vel Diaboli opus, judicare omnibus in promptu est. Cessaverant enim jam tunc, secundum Judæorum propria testimonia, Prophetæ cum omnibus reliquis Oraculis. Nec hoc aut ullum aliud testimonium quod *Bath Kol* edidisse fertur, Spiritus Sancti naturam sapit, excepta forsan voce: *Migremus hinc*, quam auditam fuisse Josephus memorat, cum portæ Templi a se ipsis aperiebantur. Quod uti non negamus, ita & affirmare non dubitamus, omnes reliquas τῆς *Bath Kol* apparitiones mera præstigia & lusus Diaboli fuisse; quibus usus est ad homines seducendos, & veritatem Christianæ doctrinæ diminuendam; quasi illa Oracula & voces, quæ Pater cælestis edidit, quibusque Filium suum alloquutus est, & in quibus Christiana Religio non parum fundamenti habet, nihil extraordinarii haberent, & etiam circa alios homines factæ essent; quem palpum eo melius illi generationi obtrudere poterat, quia erat præter modum omnimodis magicis artibus & nequitiis dedita. Sane Spiritus Sanctus non ad rebellandum adhortatur, sicuti Bath Kol respectu Herodis fecisse dicitur, neque ita indifferenter verba Dei commendat, ut hoc vel illud relinquere possimus & supersedere, uti factum in illis verbis, quæ modo ex *H. Beracoth* f. 3. 2. citavimus, quibus Bath Kol dixit, *Schammæi quidem & Hillelis sententias verba Dei esse; sed Hillelis verba tamen in controversia, etiam sub pœna mortis, sequenda esse*. Credibile deinde admodum est, illas declarationes, quas secundum *H. Avoda Zarah* fol. 4. 2. & *Bab. Sanhed.* fol. 11. Bath Kol in gratiam Hillelis & Samuelis Parvi Hierichunte in camera Ben Gadiæ & in עליית היבנה *Damera Jabhnense*, præsentibus Senioribus & discipulorum corona fecit: *illos* v. 2. *idoneos esse recipiendo Spiritui Sancto:* aliquo artificio editas esse, ut his Doctoribus eo major authoritas & fama conciliaretur. Potest etiam esse, ut maxima pars harum apparitionum τῆς *Bath Kol* mera imaginatio fuerit, postquam opinio animis ipsorum insederat, & communis fama obtinuerat, tales voces aliquando de cœlo audiri. Nam בת קול sicut definitur in *Pirke Tosaphot ad Sanhed.* c. 1. 29. nihil aliud erat, *quam vox* (sive Echo) *quæ egrediebatur ex voce tonitru*. Quam facile autem aliquis simplici & credulo ingenio, persuasus in tonitru *Bath Kol* fieri, sibi imaginari potuit, hæc & illa verba tonitru nunc protulisse; plane ac aliquando pueri campanis & nolis voces, & verba attribuunt. Sed quod adhuc magis est, non solum tonitru pro τῆς *Bath Kol* genitrice habuerunt, sed si semel sibi proposuerant *Bath Kol* audire, quicquid oppido sensus ipsorum affecit, aut in aures illabebatur, statim pro *Bat Kol* sumpserunt. Exempla adsunt ad manus. *Hierof. Schabbat* f. 8. 3. dicitur, *R. Simeon Ben Lachish & R. Jochanan desiderarunt videre faciem Samuelis* (qui erat Doctor Babylonicus;) *sequamur*, inquiunt, *Bath Kol. Juxta Scholam ergo itinerantes au*di-

diverunt vocem pueri istud legentis (*in* 1. *Sam.* 15. 1.) ושמואל מת *& Samuel mortuus est; Hoc observarunt, & sic evenit, nam mortuus est Samuel Babylonicus: Sic cum R. Jona & R. Jose profecti essent visitatum R. Acha ægrotantem, etiam sibi proposuerunt vocem Bath Kol sequi; in via audiverunt vocem fœminæ cujusdam, vicinæ suæ dicentis: Extinguitur lucerna; cui illa, Ne extinguatur lucerna Israelis.* Quæ verba statim, tamquam τῆς *Bat Kol*, in omne morbi interpretati sunt: sed de his satis impræsentiarum.

[1] Textum hunc integrum non dat Auctor: hæc omittit, quæ hic inserenda sunt; quod de Uxore, quæ meretrix esse nonnullis perhibebatur, dixerit הזרע אינו סולד מן האש ולובן ביצה סולד מן האש „ Semen non aduritur igne, sed albumen ovi „ aduritur, sive coagulatur ex calore. Acute.

[2] Multis vestitam circumstantiis hanc Historiam exhibet Talmud in Bava Bathra, dist. Haschotaphin, quæ hanc in rem mereretur huc transferri, nisi prolixior foret. Sic incipit narratio de Baba, קטלינהו לכלהו רבנין שייריה לבבא בן בוטא וכו' & occidit Herodes omnes illos Doctores, excepto Baba ben Buta &c. In Bava Bathra dicitur Baba ben Buta observasse scissuras in Templo, & ideo consilium reædificandi dedisse Herodi. Verius id fecisse creditur Herodes, ut Idumæus existens aliquam apud populum Judaicum iniret gratiam.

(3) Menachem, ut vidimus pag. 77. erat Collega Hillelis ante Schammai, sed exiit ad famulitium Regis Herodis, juxta alios, in omnem abundantiam nequitiæ prorupit, ut in Cagiga legimus. Erat autem, juxta auctorem Libri Juchasin חכם גדול כמו נביא שאמר הרבה נבואות והוא אמר להורודוס כשהיה קטן שימלוך ואחר שמלך שמח בעבורו ואמר לו עוד שימלוך יותר משלשים שנה שמלך ל"ז שנה, Sapientia excellens uti Propheta: prædixit enim plurima, inter quæ est, quod Herodi, adhuc puero, Regnum prædixerit; qui cum imperium adeptus esset, ipsum accersivit, qui ulterius ipsi prænunciavit Regnum ejus ultra 30. annos duraturum. Et eventus respondit, regnavit enim 37. annos. Paria leges apud Josephum Antiq. XV. 13.

Contemporaneus Hilleli & Schammai, & hujus discipulus fuit דוסתאי *Dosthai*, *Dositheus*, cujus mentio fit in Massech. ערלה Cap. 2. ubi dicitur איש כפר יתמא Oriundus e vico יתמא [alii scribunt כפר דמאי vel דמא, ut R. Zacuth & Maimonides] מתלמידי ב"ש e discipulis Scholæ Shammæanæ. Nuspiam alias in Misna memoratur.

רבי יוחנן החורוגית (1)

R. Jochanan Choronitæ.

חנניה בן חזקיה בן גורון

Chanania fil. Chiskiæ fil. Goron.

I. Ambo celebres sunt, quia Schammæani & Hilleliani ipsos tanquam oracula, propter solutionem quæstionum, inter ipsos ventilatarum, convenerunt. Et visitationes quidem, quæ in domo *Chananiæ* factæ sunt, raro finem absque tumultu habuerunt; sicuti exemplum supra adduximus ex *Hierof. Schab.* fol. 33. Reliqua quæ Juchasin de Chanania Ben Ezechiæ habet, ipsiusmet verbis adscribemus. *Chananias scripsit commentarium in Ezechielem; est etiam author* (2) מגלת תענית *libri Tannit. Constitutiones & statuta, quæ Schammæani & Hilleliani* בעליית *in ipsius Cænaculo vel Musæo decreverunt, sunt numero* 18. (3) (vid Schabbat. c. 1.) *Filius ejus, nomine R. Eliefer fil. Chananiæ, sapientia polluit & Patris vestigia præsit, prout legitur in Siphre sect.* כי תצא

(1) R. Maimonides in Præfat. ad Seder Zeraim hunc nominat רבי יוחנן בן החורני vertente Pocokio, R. Juchanan Fil. Huchorani.

(2) Chananiam hunc auctorem esse Megillæ Taanith etiam adserit R. Gedalias in Schalschelet Hakkabbala fol. 18. c. 2. ita etiam Abarbinel in Nachalat Avot.

In illa Megillat Taanit, quæ hodie extat, sub finem ita legimus מי כתב מגילת תענית סיעתו של רבי אליעזר בן חנינא בן חזקיה בן גרון כתבו מגילת תענית „ Quis conscripsit Megillat Taanit? Consortium, Schola R. Eliezeris ben Chanina ben „ Goron. " Hinc apparet esse hoc volumen diversum ab antiqua Megillat Taanit, ut ex eo, quod mentionem injiciat R. Simeonis ben Gamalielis aliorumque, qui, ut probabile est, post ea tempora vixere. Raritatem hujus Megillæ admodum extollit Celeb. Seldenus de Synedr. Lib. III. c. 13. §. 12. p. 137. utpote cujus nulla fiat mentio apud Genebrardum, Gesnerum, Buxtorfios, Plantavitzium in Bibliothecis Rabbinicis: aitque suam editionem nec locum nec annum impressionis in titulo præ se ferre, & conjunctam esse Kabbalæ R. Abrahami Ben Dior, Chronico Templi secundi. Seder Olam Rabba, & Suta. Hi libri & meo exemplari conjuncti sunt, quod titulus ostendit Venetiis impressum esse anno supputationis minoris ל"פק 370. id est, æræ vulgaris 1610. typis Marci Antonii Justiniani, in 4to.

[3] R. Maimonides in Perusch-Misnæ Mess. Schabbat, ait non 18. sed 24. fuisse, uti observat R. Abraham Zacuth. Mos autem ille ascendendi לעליית εἰς ὑπερῷον, quum res religiosæ agendæ essent, Judæis erat familiaris. Confer Marc. 14. 15. Act. 1. 13. & 20 8.

נחוניה בן הקנה

Nechonia Ben Hakana. (1)

I. Etiam hic vixit ante devastationem Templi, cum illis, quos hactenus in medium produximus, & quidem existimatione optima, hinc aliquando ipsum נחוניא הגדול *Nechoniam* (vel ut Græci talia nomina pronuntiarunt; *Omniam*) *magnum* vocare non dedignantur. *Juchasin* p. 20. Composuit ille præstantissimum librum, cui בהיר nomen, Kabbala & mysteriis divinorum nominum refertissimum, *Juch.* p. 64. Cl. *Buxtorf.* patri *Nechoniæ* etiam attribuit ספר הפליה Biblioth. Rabbin. p. 397.

II. Admodum hic *Nechonias* longævus fuit, & cum aliquando interrogaretur, qua ratione tam senex factus esset, respondit: *Non accepi dona, neque affectibus meis nimis indulsi, neque meam gloriam quæsivi in ignominia socii mei, &* proin-

proinde quoque maledictio socii mei non super me venit. Deinde etiam, quantum potui, avaritiam fugi &c. Celebratur etiam in *Pirke Avoth* c. 2. hæc ipsius sententia; כל המקבל עליו תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ *Qui recipit in se jugum Legis, ab eo tollitur jugum Regni, & jugum viæ terræ; quicunque autem abjicit a se jugum Legis, super eo decernitur, ut ferat jugum Regni & jugum vitæ terræ &c.* Solitus etiam est Nechonias contra communem consuetudinem, in ingressu in scholam, brevem oratiunculam ejaculari: rogatus quare id faceret, respondit; (2) *In ingressu Deum oro, ne per me aliquod scandalum accidat, in egressu vero meo Deo gratias ago pro portione mea, quam ipsi mihi concedere placuit. Bab. Beracoth.* c. 4.

[1] R. Maimonides hujus Sapientis nomen non exprimit Nechonia, uti Noster, sed חנניה בן קנה Chanania ben Hakkana.

Coætanæus huic Nechoniæ fuisse traditur R. Chanina fil. Dousæ, quem R. Gedalia in Catena Kabbalæ p. 19. vocat חנניא Chananiam, alibi Chaninam, dicens ibidem, se ex Libro דרך אמונה observasse, Medicam quoque artem ab eo fuisse exercitam. Sapientiæ & pietatis fama sic inclaruit, ut, juxta Auctorem Libri Juchasin, Bath Kol, cæleste Oraculum sub Templo secundo, de ipso dixerit כל העולם ניזון בשביל חנינא בני „ Totus mundus „ alitur propter Chaninam filium meum. " Narrantur de Eo plurimæ Historiæ in Talmude, quæ Magiam spirant, (confer Ligtfoot. in Matth. 24. 24.) & maximam tamen inter suos ipsi conciliarunt auctoritatem, ut, quod cum Angelis colloqueretur, & illorum opera uteretur sæpius. Mitto alia. Hoc de eo addam ex Misna *Beracoth*, c. 5. par. 8. Quod solitus fuerit dicere, quum precaretur pro ægrotis, se scire, quis moriturus esset, quis futurus in vivis superstes; quumque rogaretur, unde hoc nosset, dixisse: Quum expeditam sentio in ore meo precationem, colligo, acceptas Deo esse preces; sin minus, ægrotum e vita eripiendum esse. Exemplum nobis exhibent Talmudici in Hier. Beracoth: quod nempe ægrotante filio Gamalielis duo sapientum discipuli ad R. Chaninam ben Dousæ missi sint in Urbem ejus. Qui cum indicassent R. Chaninæ, valetudinem filii R. Gamalielis minus esse prosperam, petiit ab iis Chanina; vellent exspectare, usque dum ascendisset in cœnaculum (לעליית) Ascendit, & fusis precibus descendens dixit; Liberatum esse a febri filium Rabban. G. Eademque hora observavit R. Gamaliel, dereliquisse eum febrim.

Hac etiam ætate vixerunt, Abba Chilkia, nepos Oniæ Hammagali, ex filio, Chanin Hannachba, ejusdem ex filia nepos, Nahum הלבלר, Libellarius, qui semel in Misna Tract. פאה, tantum memoratur. R. פפיים, Papias, qui excidium Templi vidit, juxta R. Abraham Zacut, negante Maimonide. Nahum Medus. Chanameel Ægyptius, Pontifex stante adhuc Templo secundo.

(2) Integer textus hic est ex Misna Beracoth, cap. 4. pag. 2. רבי נחוניא בן הקנה היה מתפלל בכניסתו לבית המדרש וביציאתו תפלה קצרה אמרו לו מה מקום לתפלה זו א"ל בכניסתי אני מתפלל שלא תארע תקלה על ידי וביציאתי אני נותן הודיה על חלקי:

רבן שמעון בנו של הלל

Rabban Simeon fil. Hillelis.

Anno 3768.

I. (1) R*Abban Simeon* (inquit Zemach David fol. 36) רבן שמעון בן הלל הזקן קבל מאביו ונתמנה לנשיא אחר אביו וזמן תחלת נשיאותו לא מצאתי בשום אחד מהמחברים *a Patre suo Hillele traditiones circa annum notatum accepit, & patre defuncto constitutus est Princeps; at tempus initi Principatus ejus non reperi in ullo authore.* Liceat tamen nobis augurari, illud fuisse circa annum decimum tertium D. N. Jesu Christi; quoniam tunc Hillelem mortuum esse præsupponunt Chronologi; Simeonem vero Patri successisse. Narrat ettiam *R. Gans*; וזמן משך נשיאותו לא לא ידענו *Tempus protractionis Principatus ejus itidem ignotum esse*; (2) quantum vero apparenter judicare liceat, plane videri ipsum non diu præsedisse.

II. Et sane verum est, Judæi admodum (3) parce de eo loquuntur, cum tamen alias Hillelis posteros, diligenter satis recensere soleant; imo plane ipsum relicturi videntur, nisi ad Genealogiam Hillelis contexendam Ipso opus haberent. Quod fecit, ut quibusdam suspicio inciderit, quasi ille Christum ulnis excepisset, & ejus in Christum fides in causa fuisset, quare deinde ipsum præterierint. Addamus ad hujus confirmationem, Chronologiæ computum non refragari, & apud omnes receptum esse, filium ejus Rabban Gamalielem Apostoli Pauli Præceptorem fuisse. Hanc itaque sententiam sequi non dubitavimus; donec aliquis nos felicioribus maxillis mandere docebit.

(1) Observandum est שהוא הראשון הנקרא משם רבן „ Hunc fuisse primum ornatum nomine *Rabban*, teste R. David Gans, quo titulo Septem Hillelis posteri, quorum hic primus fuit, insigniti leguntur. Præter hunc, Rabban Gamaliel Senex, Rabban Simeon filius Gamalielis Senis, Rabban Jochanan filius Zaccai [qui solus inter hos non fuit ex familia Hillelis] Rabban Simeon filius Gamalielis Senis, Rabban Simeon filius Gamalielis Senis, Rabban Gamaliel Jafnensis, Rabban Simeon ejus filius, Rabban Gamaliel, filius R. Jehuda Hannasi.

[2] Magna inter ipsos Judæos de ætate hujus Simeonis, & sequentium Doctorum omnium usque ad R. Judam, sententiarum sunt divortia. Ut autem videas, quo ordine ab his & illis disponantur, hæc confer.

Juxta R. Mosen Maimonidem.

R. Jochanan ben Zaccai, & R. Eliezer ben Jacob.
R. Tarphon & R. Akiba,

R. Tar-

R. Meir & R. Jehuda,
Rabbi noſter Sanctus.

Juxta R. Abraham ben Dior & R. Gedaliam.

R. Jochanan ben Zaccai,
R. Gamaliel Jaſnenſis,
R. Akiba s
R. Simeon, Pater Rabbi.
Rabbi noſter Sanctus.

Jucta Auctorem Libri כריתות

R. Jochanan ben Zaccai, R. Simeon fil. Hillelis,
R. Eliezer Magnus, R. Gamaliel ſenex.
R. Akiba, R. Simen fil. Gamalielis occiſi,
R. Meir, R. Gamaliel, Jaſnenſis,
Rabbi noſter Sanctus.

Juxta Auctorem הליכות עולם

R. Gamaliel Senior,
R. Simeon fil. Gamaliel,
R. Jochanan ben Zaccai,
R. Eliezer fil. Hyrcani,
R. Tarpon & R. Akiba,
R. Meir,
Rabbi noſter Sanctus.

Juxta Auctorem ספר יוחסין

R. Jochanan ben Zaccai,
R. Eliezer Magnus,
R. Akiba,
R. Simeon & R. Meir,
Rabbi noſter Sanctus.

Juxta Abarbanelem.

R. Simeon fil. Hillelis,
R. Gamaliel Senior,
R. Simeon, occiſus,
R. Jochanan ben Zaccai,
R. Gamaliel Jaſnenſis,
R. Simeon Pater Rabbi,
Rabbi noſter Sanctus.

Hæc ex Zemach, quæ dum vertit Clariſſ. Vorſtius, omiſit nomen R. Eliezeris ben Jacob & vocem דיבנה, *Jaſnenſem*, Epitheton R. Gamalielis, ter in hac ſerie male accepit, ut nomen proprium, vertens, R. Gamaliel *Dibanah*.

(3) Huc facit, quod de eo ſcribit auctor Libri Proſapiarum, R. Zacuth, R. Simeonis filii Hillelis Senis, qui Patri in Principatu ſucceſſit, nullam fieri mentionem in Miſna, לא נזכר במשנה Attamen in Pirke Avoth videtur. Hujus injici mentio Cap. 1. Poſtquam enim paragr. 12. 13. 14. Hillelis Apophtegmata traduntur, & paragr. 5. Schammæi, par. 16. Rabban Gamalielis dictum exponitur, & par. 17. שמעון בנו, Simeonis Filius ejus, quod quidem de Simeone Gamalielis Fiiio intelligi non poteſt (uti primo intuitu ſuadere videtur relativum בנו, Filii ejus; quod proxime R. Gamalielis nomen ſequitur) quum ſequenti parhgrapho, 18. exhibeatur ſententia R. Schimeonis Fil. Gamalielis. Ita ut probabiliter prior Simeon, cujus apophtegmata parag. 17. traduntur, cenſeri debeat בנו של הלל Filius Hillelis: licet R. Samuel di Uzida in Commentario ſuo ad Pirke Abot c. 1. part. 17. aliique reſpiciant Gamalielis Filium. Cur autem non immediate poſt Hillelem ſequatur apophtegma Filii ejus Simeonis, ſed unius paragraphi intervallo diſſet, hic non eſt locus diſquirendi. Clarius rem intelliges, ſi ipſa Pirke Avoth inſpexeris.

רבן יוחנן בן זכאי

Rabban Jochanan Ben Zaccai.

I. Fuit R. Jochanan *Simeonis fil. Hillelis* coætaneus, & etiam cum ipſo Kabbalam (1) accepit, ut jam monuimus, & exſtat in c. 2. *Abbot*. Vixit autem 120 annos, ſicut Moſes *per quadraginta annos* עסק בפרקמטיא *in pragmatica ſe exercuit*, (id eſt, opificio alicui vel mercaturæ operam dedit, aut coram Synedrio cauſas defendit, tanquam advocatus, ut in Europæis Curiis in uſu eſt: nam hæc omnia diſcipulo Sapientium licita erant) *Quadraginta annos ſe ſingulari diligentia ſtudiis applicuit, & per quadraginta annos docuit*; nec ad Principatum venit, niſi ſub finem vitæ ejus, ſicuti in *Tract. Roſch Haſchana* f. 20. 2. legere eſt. Conſule etiam *Juchaſin* f. 20. 2.

II. Principatum egeſſit in *Jabbne*, quo, excíſis laribus, Synedrium ſe contulit, ſed non niſi venia primo a *Tito* Imperatore impetrata; *Avot R. Nathan* c. 4. Quantum temporis vero ille regnaverit; prout illa tempora confuſa fuere, vix ſciri poteſt; *Juchaſin* ipſi duos tantum annos attribuit: ut *Zemach David* quinque; quæ ſententia etiam probabilior eſt.

III. Cum quadraginta annis ante vaſtatum Templum *Lucerna* occidentalis in Templo exſtincta eſſet, & *lingua coccinea* in rubedine ſua manſiſſet, forſque Domini a ſiniſtra prodiiſſet, atque oſtia Templi, veſperi obſerata; mane aperta inventa eſſent, exclamavit R. Jochanan Ben Zaccai: היכל היכל מפני מה אתה מבעית עצמך יודע אני בך שסופך עתיד ליחרב ועליך נתנבא זכריה פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך *O Templum, Templum, quare te pertubas? Fatum tuum novimus, te nempe eſſe excidendum; nam dicitur* (apud Zachariam) *Aperi, o Libanon, portas tuas, ut exedat flamma cedros tuos. Hieroſ. Joma* f. 43. 3. Et ſerte, quæ prædixit, propriis oculis aſpexit; conflagrationi enim Templi, miſerrimo ſpectaculo, & deplorandæ tragœdie, ipſi intereſſe contigit.

IV. Cum adhuc R. Jochanan Hieroſolymis degeret, reſque populi in integro eſſet, ingruit æſtas ſicca, & quæ plane homines torrebat; cum itaque populus non niſi moleſte in Synagogis contineri poſſet, R. Jochanan de loco docendi diſpenſavit; & concionem in platea iſta, quæ erat coram הר הבית *monte Domus*, convocavit; partim, quia platea erat ſpecioſa & larga ad magnam con-

co-

cionem & multitudinem, quam illi Doctores amabant, continendam; partim vero, quia *Mons Templi* ob altitudinem ſuam, gratiam umbram & auram præbebat. Hoc quod diximus, ſonat dictum illud, quod legimus in *Peſachim* f. 26. 1. *R. Jochanan Ben Zaccai, ſedit ſub umbra Templi, & docuit populum per totum diem.*

V. Cum *Veſpaſianus* Hieroſolymas obſidione cingebat, prædixit ipſi R. Jochanan, quod *Imperator* futurus eſſet. Legitur Hiſtoria in *Gittin* f. 56. 1. *Echa Rabbati* f. 64. 2. *R. Jochanan Ben Zaccai elatus eſt ut mortuus extra Hieroſolymam; abiit ille ad exercitum Veſpaſiani, & dixit, ubi eſt Rex veſter? Abierunt illi, & dixerunt Veſpaſiano; Judæus quidam te cupit ſalutare. Adveniat, inquit ille. Cum R. Jochanan adveniſſet, ipſum ſic ſalutavit;* שלמא עלך מלכא שלמא עלך מלכא *Super te, o Rex, ſit pax.* (Alii referunt, ipſum dixiſſe ביבא מארי אפלאור *Vive Domine Imperator; Reſpondit Veſpaſianus, tu me ſalutas ac ſi Rex eſſem; at ego Rex non ſum, & ſi hæc audiret Rex, talem virum interficeret. Regeſſit R. Jochanan: Quamvis nunc Rex non ſis, Rex tamen eris; nam Templum hoc non deſtruetur niſi per manum Regis.* (2) *Eſai.* 10. 24.

VI. Fuit R. Jochanan dein etiam in caſtris Titi, & ab Utroque multo favore & benignitate accumulatus. Cum autem tandem lethali morbo decumberet, admodum animi ejus fortitudo, quam in vita ſua ſæpius probaverat, elanguit, ita ut cum accederent diſcipuli ejus Eum viſitatum, flere inceperit. Quæſiverunt ab illo? *Quare o Lucerna Iſraelis fundis illas lachrymas?* Reſpondit; Si me adducturi eſſent לפני מלך בשר ודם coram Rege carnis & ſanguinis, ſi ille mihi iraſceretur, ira ejus non eſt ſempiterna, & poſſem forſan ipſum placare, at me adducturi ſunt coram Rege Regum, qui vivit in ſecula ſeculorum, ſi mihi ſuccenſuerit, ipſum nunquam placare potero. Sunt deinde coram me duæ viæ, una ducit ad Paradiſum, altera ad Gehennam, at ego neſcio qua mihi eundem erit. *Bab. Beracoth* f. 28. 2. Revera, quæ ſpes ſalutisupereſſe poterat miſero & tremebundo homini? qui Chriſtum quidem viderat, ſed non amplexus erat: præcipue, poſtquam devaſtatio Templi, omniſque externi cultus abrogatio, ipſo docuerant, Deum ejus populares & univerſam gentem rejeciſſe; nec amplius operibus confidendum, quibus alias magna pars ejus ſectæ beata fieri credebat. (3)

[1] Ex hac phraſi, quod R. Jochanan ben Zaccai ſolus dicatur Kabbalam accepiſſe ab Hillele & Schammai, licet ipſi 80. & plures habuerint diſcipulos, colligit R. Zacuth hujus Johannis eruditionem fuiſſe ſingularem. Sic ille: שמנים הלמידים היו להלל הזקן וריבז אחד מהם ועכ"ז אומרים באבות בפ' שני ריבז קבל מהלל ומשמאי ,, 80. Diſcipuli ,, erant Hilleli Seni, & nihilominus dicitur in Pirke Abot Cap. 2. R. Jochanan ben Zaccai, qui ,, unus tantum ex iis erat, accepit Traditiones ab ,, Hillele & Schammai. " Jactavit ipſe, ſi fidem habemus ei, quod in Bereſchit Rabba de illo narratur Cap. 15. ſatis Thraſonice Sapientiam ſuam; hæc ibi ריב"ז היה מקלם עצמו ואומר אם כל השמים היו יריעות וכל בני אדם לבלרין וכל היערים קולמוסין אינם יכולים לכתוב כל מה שלמדתי מרבותי ,, R. Jochanan laudabat ſe ipſum, dicendo, quod, et- ,, iamſi omnes cœli eſſent vela, omnes homines ,, Scribæ, omnes ſylvæ calami, ſcribere non poſ- ,, ſent omnem doctrinam illam, quam acceperat a ,, Præceptoribus ſuis. " Ejus hoc encomium reliquit R. Zacut משמת בטלה זיו החכמה, quod, eo mortuo, ceſſaverit ſplendor Sapientiæ. Menaſſe Ben Iſrael de Creat. p. 39. vocat eum, Divinum. In Bava Batra, ſpeciatim recenſentur illa, circa quæ verſabatur ejus ſcientia מקרא ומשנה הלכות דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים וכו ,, circa Legem Oralem & Scriptam. Traditiones, & myſticas S. Scripturæ expoſitiones, Criticas diſquiſitiones circa Legem, & Obſervationes Scribarum, & Aſtronomiam & Dialecticam, & methodum adjurandorum Dæmonum, & parabolas omnis generis &c. Quin tanto fervore & pietate hic Jochanan cum Akiba, & diſcipulis ſuis & illius de rebus divinis diſſeruit (teſte R. Gedalia) עד שהיה ראש לוהט סביב הבית, donec ignis domum, in qua erant, ambiret, eodem modo, ut quondam Lex data fuit in monte Sinai. Hoc accidit domi R. Abujæ Patris Elizæ, qui, cum ditiſſimus eſſet & ſolemnia circumciſionis Filii ſui celebraret, hunc Jochananem & R. Akibam, eorumque diſcipulos (non omnes, puto, nam Akiba ſolus 24000. habuiſſe dicitur) invitaverat una cum Nicodemo Fil. Gorionis, Zizit Hacceſer & Calba Schabua. Zelum hunc Jochananis ſatis fervidum teſtantur diſputationes ejus cum Baithuſæis, in Talmude memoratæ; & victoria ejus de Sadducæis reportata, in cujus memoriam dies 28. menſis Marcheſvan feſtus ſtatutus eſt, juxta Megillat Taanith.

Ita deſcribit Ejus Hiſtoriam *Sepher Hakkabbala*: נתעסק ארבעים שנים בפרקמטיא ולמד תורה ארבעים שנה וכל חכמה שהיה בדורו ולימד ישראל ארבעים שנה ושפטן ולאחר חרבן הביה עלה ליבנת ושם שפט ארץ ישראל ותיקן תקנות לתורה עד שנפטר ביבנה ,, Operam dedit 40. annis (πραγματεία) mercatu- ,, ræ, & 40. annis Legem docuit omnemque Sa- ,, pientiam ejus ætatis, & docuit Iſraelitas 40. an- ,, nis & judicavit eos. Vaſtato autem Templo ſe- ,, cundo adſcendit Jaſnen, & illic Judicavit Iſrae- ,, lem, & conſtituit conſtitutiones & ſepimenta Le- ,, gis uſque ad diem mortis ſuæ in Jaſne.

Hic medius eſt in numero Trium illorum, quos 120. annorum ætatem attigiſſe memorat R. Abraham Zacuth, & ita, ut unus alterum viderit. Sunt autem hi, Hillel, Jochanan ben Zaccai & Akiba. Longævitatem ſuam R. Jochanan pietati ſuæ & ſapientiæ adſcribebat: hinc in Megilla rogatus a diſcipulis quomodo ad tantam ſenectutem perveniſſet, regeſſit: Nunquam minxi intra 4. cubitos a loco Orationis, nunquam omiſi קידוש יום Sacrationem diei; quam ut rite peragerem, vendidit aliquando mater mea vittas capitis ſui & inde vinum coemit; & in eundem uſum reliquit mihi, cum moreretur, 300. dolia vini. Hinc etiam, quum aliquando Hieroſolymis eſſet familia, cujus maſculi & fæmellæ fere omnes circa annum ætatis 18. moriebantur, hoc dedit ſuperſtitibus conſilium: Ite & incumbite Legi. Paruerunt dicto & produxerunt dies ſuos longiſſime. Hæc familia autem deinceps ex nomine hujus Rabban appellata eſt משפחת יוחנן Familia Jochananis. Hiſtoriam ejus breviter exhibet idem in Alphabetho Doctorum Miſnicorum רבן יוחנן בן זכאי הכהן שהיה מאה ועשרים שנה והיה עם קיסר ושאל יבנה וחכמיה ולרבי צדוק רופאים והוא היה נשיא ישראל והוא תלמידו של הלל הזקן ושמאי ובנו נקרא

„נקרא רבי יהודה והיו לו חמשה תלמידים וכולי Rabban Jochanan ben Zaccai, Sacerdos, vixit 120. annos, gratiam habens apud Cæsarem, & petiit ab eo Jafnen, & sapientes ejus & Medicos, ut curarent R. Zadok. Erat quoque Princeps Israelis (favore nimirum Titi, qui, ut habet Gedalia עשה ריבז נשיא, constituit illum Principem) & discipulus Hilielis & Schammai. Filium habebat R. Judam, & 5. discipulos. Eminentiores scilicet (uti explicat R. David Gans, & quemadmodum alibi circa discipulos Hillelis distinguere Judæos vidimus.) Horumque hæc sunt nomina, ut in Pirke Avot memorantur: R. Eliezer Filius Hyrcani, R. Josua Fil. Chananiæ, R. Jose, Sacerdos, R. Simeon fil. Nethanaelis, R. Eleazar Fil. Arach, quorum ultimus ibidem præ reliquis laudatur. A *Justitia* nomen habet, juxta Vorstium & Hotting. in Not. ad Cippos Hebr. p. 38. Verius a Parente Zaccai; dicitur enim Johannes ben Zaccai, non Johannes Zaccai, ut scribit Vorstius ad Zemach. D. pag. 279. In spelunca prope Tiberiada ejus sepulcrum ostenditur.

(2) Paulo aliter colloquium Vespasiani & R. Jochanan narratur in *Sepher Hakkabbala*. בימיו עלה אספסיינוס על ירושלם והיה בירושלם אבא סוקרא ראש הלסטים והיה בן אחותו של רי"בז הוא יצא בלט אל המלך אספסיינוס ושאל ממנו שיצא אליו רי"בז ועשה המלך בקשתו ויצא אליו וירע המלך את רוב חכמתו וכבדו ונשאו והוא היה שר על ירושלם „In diebus ejus ascendit Vespasianus Hierosolymas, eratque ibi Aba Sucra caput prædonum (sicariorum) filius fratris R. Jochanan ben Zaccai, & Imperatorem Vespasianum clanculum adiit, petens, ut R. Jochanam ben Zaccai, & Imperatorem Vespasianum clanculum adiit, petens, ut R. Jochananem ben Zaccai ad colloquium suum admitteret, & cognovit Imperator magnam ejus scientiam, & honore eum affecit." Hinc autem Princeps erat Hierosolymis. Additque Flavium Vespasianum, Tito belli Judaici reliquias compositurο, in mandatis dedisse, ut R. Jochanan Ben Zaccai revereretur, & magno in pretio haberet. Scilicet,

Qualiacunque volunt Judæi somnia vendunt,
Gens, nimis in laudes ingeniosa suas.

(3) Non incongruum videtur huic Historiæ R. Johannis Zachæidis addere Rabbinos sive Doctores Misnicos, ipsi coætaneos, quorum ingens est numerus, dum alii hos, alii alios, ipsi συγχρόνυς adjungunt: quæ confusio originem suam ex eo habet, quod de Ipsius R. Johannis ætate nondum inter Judæos conveniat, uti vidimus pag. 94. & 95. Non mirum ergo est, si prout vel priorem vel posteriorem Ejus ætatem constituunt, etiam in iis assignandis varient, qui ipsius coævi fuere. Sequemur tamen in plurimis Maimonidem, quantum ordo Auctoris nostri permittit, & hoc loco conjungemus illos, quos & ipsi Judæi ad דורות, generationes quasdam, referunt, quoniam præcisam cujusque Doctoris ætatem definire non possunt.

Hoc igitur ævo, præter nonnullos ex illa serie, quam vitæ R. Eliezeris subjungemus, celebres fuere inter Judæos, Joseph ben Gorion, Sacerdos, & frater ejus נקדימון Nicodemus, unus ex tribus ditissimis Hierosolymarum civibus, juxta Zemach David. Hi tres divites erant, Ben Zizit, Calba Sabua, & Nicodemus Gorionides, ut est in Gittin. Nicodemi gratia Sol in motu suo constitit, uti Josuæ fil. Nun. Hinc Etymologiam nominis, Nicodemi, ridicule eruunt שנקדה לו חמה, quia ei emicuit Sol.

Vix dubitamus, quin hic idem sit cum Nicodemo, de quo in evangel. Joh. 3. 2. & 7. 50. & 19. 39. In Echa Rabbati paulo aliter horum nomina leguntur, Erant, היו בירושלם ארבעה בולייטין בן ציצית ובן גוריון ובן נקדימון ובן כלבא שבוע „Hierosolymis quatuor Bavili (sic vertit Raimundus; puto esse Græcum βυλευταὶ, Senatores) Filius Zizit, Filius Gorionis, Filius Nicodemi, & Filius Calbæ Schabuæ. Eodem tempore filius Sororis R. Jochananis ben Zaccai, dictus בן בטיח, erat præpositus horreis, qui & Avunculum comitatus est, cum efferretur ex Urbe, deducendus ad Vespasianum Imperatorem.

Ad hæc etiam tempora reducit R. Maimonides in Præf. ad Zeraim, R. Eliezerem fil. Jacobi, de quo tritum hoc est inter Judæos proverbium, quod cabus esset, sed purus. Id est, quod pauca proferret sed solida, ut ex Constitutionibus ejus, quæ in Misna superstites sunt, luculenter apparet. R. David Gans his verbis id exprimit שהלכתיו קב ונקי quod *Ipsius Statuta*, essent *cabus*, *sed purus*. Vorstius id vertit, *quod mores ejus essent innoxii*; sed hoc accuratum non est. Dicitur hic notitiam mensurarum Templi habuisse optimam, unde ad nutum ejus dicitur conscriptus Tractatus Misnicus מדות, quem Latine edidit L'Empereur.

R. Zadok, qui 40. annis se afflixit, & a Deo petiit, ne vastaretur Templum Hierosolymitanum. Cujus filius erat.

R. Eleazar ben R. Zadok, qui excidium Urbis vidit, & speciatim filiam Nicodemi Gorionidis (olim ditissimam, cui millies milleni denarii aurei dos fuerant) grana hordei colligentem inter pedes jumentorum offendit. Documentum hoc est extremæ miseriæ, quæ Reipublicæ Judaicæ supervenit ab Excidio Hierosolymarum.

R. Ismael fil. Elizæ, Sacerdos summus, formæ præstantia pietate & sapientia inclytus, cui vivo pellem detraxerunt in Urbis excidio.

Nonnulli duos fuisse Ismaeles filios Elizæ existimant, ut a contradictione suos liberent magistros, quorum nonnulli ante, alii longe post excidium hunc floruisse tradunt. Prædixisse fertur Samuel Exiguus (de quo pag. 108.) moribundus mortem hujus Ismaelis, in Sanhedrin c. 1. Confer, quæ de eo infra dicentur pag. 111. &c.

Aba Saul.

R. Eliezer המודעי, id est, (juxta versionem Josephi Scaligeri, ex MSS. ejus observationibus ad Pirke Avot collectam) ex vico Modim oriundus. A Maimonide hic ad tempora Excidii sub Tito refertur, a Zacutho ad cladem in Beter. Erat דרשן גדול, ita Hic in Juchasin.

R. Chanania סגן הכהנים, vicarius Sacerdotum, vel משנה הכהן הגדול ut explicat R. Zacuth. De eo infra pag. 111. ejusque Filius R. Simeon.

R. Chanina fil. Antigoni Sacerd.

R. Eleazar בן פרטא, fil. Peratæ, vel, ut Ligtfoot, Partæ.

Chanania בן חכינאי, fil. Chacinai.

R. Jehuda fil. Abæ, quem multi eundem faciunt cum R. Juda fil. Babæ.

R. Alai fil. Cobari.

R. Zacharias בן הקצב, filius Lanii, Sacerdos, & Zacharias בן קבוטר ut Maimonides scribit, vel בן סגנאי, ut Zacuthus, videntur quoque ad hoc ævum referendi.

Menahem בן חכינאי, fil. Sagnai.

R. Simeon איש המצפה

Horum licet aliqui serius vixerint, quam ut huic Jochanani ben Zaccai coævi statui possent, attamen libuit omnes, qui in duabus illis generationibus (דורות) quæ circa Excidium Urbis & paulo post, fuerunt, a Maimonide recensentur heic simul conjungere; quoniam accuratum characterem temporis, quo vixere singuli, ne ipsi quidem Judæi assignare queunt.

רבן גמליאל הזקן

Rabban Gamaliel Senex. (1)

I. Præposuimus R. Jochanan R. Gamalieli, quia R. Jochanan jam cum patre ejus studiis operam navaverat, & proinde ætate ipsum præcedebat, quamvis non Principatu; illo enim Gamaliel fungebatur, cum Christus Dominus Noster summo Senatui Hierosolymitano sistebatur; R. Jochanan autem demum ad illum pertigit, postquam Synedrium in Jabhnen migrasset.

II.

II. Post Christi in cælo ascensionem vixit R. Gamaliel adhuc 21. annos; fuitque secundum communem sententiam Divi Pauli præceptor; vid. Act. 22. 3. Act. 5. 34. Vocatur a Judæis הזקן *Senex*, cum ut illum ita a sequentibus distinguerent, tum quia vitam in re ipsa diu longeque produxit.

III. Sub finem vitæ ejus confecta est a *Samuele* (2) *Parvo* (de quo in *Juchasin* f. 21. 1. & *Avoda Zara* f. 42. 3.) illa Orationis formula, qua Christianos, & alios cum ipsis non sentientes, execrationi devovere solent, & quam ברכת המינים (3) *Orationem contra hæreticos* appellant. Sunt plurimi, qui compositionem hujus orationis ad tempora posterioris Gamalielis rejiciunt; sed nos neque ratione temporis, quo vixit, aut alius causæ, quid obstare videmus, quin in hac sententia manere & stare possimus: consule *Cad Hakkemach* f. 80. 1. *Hieros. Taanith* f. 65. 3. *Berac.* fol. 28. 2. *May. Hal. Tephilla* c. 7.

IV. Lavabat aliquando R. Gamaliel *Acone* במרחץ של אפרודיטי *in Balneo Veneris; aderat ibi etiam Proculus Philosophi filius; & ipsum interrogavit; Quid tibi cum Veneris Balneo? an non scriptum est in Lege vestra, non adhærebit manui tuæ quicquam ex Anathemate? Respondit ille: In Balneo non disputo: postquam lavisset dixit. Ego non sum in limites ejus ingressus, sed illa in meos. Antequam enim illa erat, nos jam Balneum hoc habebamus. Nec nos unquam dicimus: Faciamus balneum formosum Veneri; sed dicimus, Faciamus Venerem formosam Balneo: Avoda zarah* c. 3. 4.

V. Postquam mortuus est Rabban Gamaliel, ablata fuit *puritas, & Pharisaismi rectitudo*, cessavit etiam כבוד התורה *gloria* Legis. *Sotah.* c. 9. Hoc posterius quidam explicant, tunc cessasse, qui Legis peritos æstimabant, & honore afficiebant. Alii vero dicunt, homines stantes tempore Gamalielis Legi operam dedisse; sed illo e vivis exempto debilitatem in mundum venisse, ut sedentes Legem studere & legere coacti fuerint.

VI. Onkelos Proselyta, & qui nobis legem in Chaldæam linguam paraphrasi transtulit, hunc Gamalielem tali honore & amore prosequutus est, ut cum eo defuncto supellex ejus ordinario ritu solum aromatibus comburi deberet, largos adhibuerit sumptus ad eum honorificentius cremandum. Dicunt in *Avoda Zara* p. 11. &c. & c. 7. *Tosephoth Schabath*, ipsum ultra 80. Minas Tyrias in bustum profudisse,

(1) Quanta fuerit ejus auctoritas, his verbis monet R. Abraham ben Dior in Sepher Hakkabbala הרי ידענו שרבן גמליאל זה ראש ישיבה ונשיא ומעשיו מקובלין בכל ארץ ישראל ובכל גליות ולא מיחה המלך ולא אדם בעולם „ Ecce cognoscimus, quod hic R. Gamaliel Caput Consessus, & Princeps „ fuerit, & quod statuta ejus obtinuerunt per totam terram Israeliticam, & in omnibus captivitatibus, nec impediisse ea Regem ullum, vel „ aliquem alium in toto mundo.

(2) Multi existimant, hanc orationem Samuelis Parvi non coram hoc Gamaliele Seniore confectam esse, sed illo qui R. Jochanan ben Zaccai sequutus est. Verum R. Abraham Zacuth ait illos errare. Notanda est hoc loco Celeberrimi Altingii conjectura de Samuele Exiguo, quod nimirum idem sit cum Saule, deinceps Paulo, qui Act. 7. 58. Νεανίας Σαῦλος dicitur. *Paulus* etiam Latino sermone τὸ קטן Hebræorum exprimit. *Samuel* שמואל, & *Saul* שאול, conveniunt, extrita litera מ, quæ forte inserta sit, uti initialis vocis מין hæreticus, postquam Christo nomen dedit. Accedunt zelus utriusque contra Christianos, & convenientia temporum &c. quæ vide fusius a Celeb. Viro deducta in Schilo L. IV. c. 28.

De eo hæc R. Gedalia שמואל הקטן תקן ברכת המינים לפני רבן גמליאל הזקן ונקרא קטן בערך שמואל הנביא ומת קודם החרבן „ Samuel Exiguus „ confecit Precationem contra hæreticos, & vocatur Exiguus respectu Samuelis Prophetæ; mortuus „ est ante devastationem Templi.

(3) Precatio illa adversus Hæreticos hæc est, למשומדים אל תהי תקוה וכל המינים כלם כרגע יאבדו ומלכות זדון תעקר ותשבר מהרה בימינו ברוך אתה יהוה שובר רשעים ומכניע זדים „ Apostatis „ a fide nulla sit exspectatio, & omnes omnino „ hæretici subito pereant, & regnum superbiæ eradicetur & confringatur cito in diebus nostris. „ Benedictus sis, o Domine Deus, destruens impios & humilians superbos.

רבן שמעון בן גמליאל

Rabban Simeon Ben Gamaliel.

Anno 3810.

I. Post Patrem hic Principatum obtinuit, sed ipso diu non functus est; fuit enim occisus in Hierosolymitana clade & devastatione, cum aliis novem itidem Doctissimis, quos הרוגי המלכות ab imperio occisos vocant. *Juchasin* f. 66. 2. *Zemach David*. (1)

II. Boni publici sedulus fuit promotor; hinc cum aliquando Hierosolymis turtures & pulli columbarum, quibus opus habebant puerperæ ad oblationem faciendam in fine purificationis suæ, venirent denario aureo; Dixit R. Simeon *per Templum hoc, ego hac nocte non quiescam, nisi væneant denario argenteo. Cheritut* c. 1. 7.

III. Mors ejus aliquam famam acquisivit, præter illam quod in publica clade cecidit, quod homines ad majorem suum luctum testandum, decem illis poculis, quæ antea in epulis funeralibus ebibere solebant, adhuc tria alia addiderint; & quod Synedrium procedente tempore coactum fuerit, expresso decreto illa deinde iterum diminuere;

re; nunquam enim ex domo luctus discedebant nisi ebrii & eleganter flore Liberi Patris aspersi. Quod itaque ex bono Zelo a populo mortuo Rabban Simeone, susceptum erat, Sinedrium in Jasne sedens ob malas consequentias iterum abrogare debuit. vide *Hieros. Berachoth* f. 6. 1.

(1) Quis dies ipsi fatalis fuerit, docet *Megillat Taunith* his verbis בעשרים וחמשה בסיון נהרג רבן שמעון בן גמליאל „ De vigesimo quinto mensis Si„ van occisus est Rabban Simeon Filius Gamalie„ lis: quo etiam R. Ismael & R. Chanania Sagan Sacerdotum perierunt: quare Jejunio sacratus est hic dies. Fuit hic primus eorum, quos vocari הר-ני מלכות id est, interfectos Imperij, seu occisos jussu Imperatorum Romanorum, observat auctor. Hi decem numerantur, quorum ordo hic est, juxta auctorem Zemach David p. 28. Primus est R. Simeon ben Gamaliel Senioris, Princeps Israelis, qui eo ipso anno occisus est, quo Urbs devastata est. Secundus R. Chanania, Segen Sacerdotum, eodem anno interfectus. Tertius, Ismael ben Eliza, Sacerd. S. qui (ut narratur in Schals. Hakk.) multis Parentum precibus a Deo expetitus est, quum reliqui eorum libri in infantia Periissent. Quartus R. Akiba, occisus, anno post vastatam Urbem 52. Quintus R. Juda ben Baba, qui הסומך, Ordinator seu Promotor *κατ' ἐξοχὴν* dicitur, quia inter Osam & Sepharam, contra edictum Imperatoris Romani, quinque Seniores promoverat impositione manuum, corpus ejus instar cribri perforatum est immissis trecentis ferreis Sagittis. Hi quinque erant R. Meir, R. Jehuda, R. Jose, R. Simeon, & R. Eleazar fil. Simeonis. R. Oja addit R. Nehemiam, alii etiam R. Judam bar Elai. Id faciebat, quia extra Palæstinam non erat legitima promotio, aut ordinatio Judiciaria, quam tamen in Israele conservari voluit. Sextus R. Chanania ben Tardejon una cum Libro Legis flammis traditus. Septimus R. Chozpet Interpres. Octavus R. Jeschubab, Scriba qui canibus projectus est. Nonus R. Eliezer ben Schemua, qui longo tempore post Akibam interfectus est: nam quum moreretur R. Akiba, natus est R. Juda S. & hic R. Eliezer Præceptor fuit R. Judæ Sancti, uti narratur in Juchasin. Decimus quis fuerit, disputant adhuc Judæi, an R. Juda ben Tima, an Eliezer ben Dama. Eliezer ben Dama ordinario dicitur esse mortuus ex venenato serpentis morsu, quem licet יעקב איש כפר סכניא, Jacobus vir ex pago Secania, se in nomine Jesu sanaturum promitteret, noluit tamen R. Ismael, satius esse mori existimans, quam hæretica manu sanari. Hæc in Midras Cohelet & Sepher Juchasin, & Glossis in Avoda Zara. Prædixerat, si credimus Talmudistis in Sota, plurimis horum Sapientum hæc supplicia Samuel Exiguus, de quo supra pag. 108. in articulo mortis suæ. Decem autem horum sepulcra in monte aliquo, על שפת נהר טיברי ad ripam Tiberis esse, nugatur R. Benjamin in Itiner. & horum meritis peccata sua etiamnum expiari Judæorum plurimi sibi persuadent.

רבן גמליאל דיבנה

Rabba Gamaliel Jabbnensis.

I. Simeon ille, de quo modo diximus, Hunc progenuit & in omni scientia ita educavit erudivitque, ut dignus habitus fuerit, qui post magnum Johannem filius Zaccai Principatu in Jabhne ornaretur. (1)

II. Cum *Titus* Urbe potitus erat, etiam hunc Gamalielem ad necem quæsivit, (2) sed R. Jochanan pro ejus salute supplicavit. Nec id *Titus* R. Jochanani denegare voluit; erat enim ipsi a Patre commendatus. *Juchas.* fol. 52. 2. In maximo quoque periculo versabatur, cum Turnus Rufus (sic depravarunt Judæi τὸ Τερέντιος Ρῦφος, nomen Viri, de quo *Joseph. de Bello* l. 7. c. 9.) aream Templi aratro devastaret: Jam enim ad mortem destinatus erat: Venit autem præfectus in Scholam, & dixit, *Quæritur sigilli custos:* (hac circumscriptione præfectus ipsum proprio nomine vocare evitavit, ipsum quacunque ratione monere intendens, si præsens esset. R. Abraham dicit, hic sigilli dominum solum denotare *Magnum seculi Lumen*. Sed probabilius est, Rabban Gamalielem, modo ætas ejus id permiserit, fuisse Patris sui temporibus officiarium illum Templi, qui a sacrificaturis pecunias accipiebat, & cum signo ad alium mittebat, ut in *Tract. Schekalim* docetur) *jam autem occultatus erat Rabban Gamaliel. Accessit præfectus clam ad ipsum, & ipsi dixit, An me in vitam æternam ducturi erant, si te liberavero? confirmavit id ipsi Gamaliel juramento. Clam itaque præfectus se interfecit, & ita Gamalielem liberavit;* (existimavit enim Turnus Rufus R. Gamalielem se interfecisse, Judæis hunc rumorem disseminantibus) Et deinde (si credere licet) a *Bath Kol* proditum est, præfectum ad vitam æternam ordinatum fuisse. *Bab. Taanit* f. 29. 1. *Juchasin* f. 52. 2

III. Cum in *Jabhne* hic Gamaliel sederet, accidit, ut *R. Akiba* quadraginta hominum paria, quæ Jabhnen versus, testimonium de Novilunio dicendi causa, iter faciebant, in Lydda retineret, (intendens sine dubio annum ipse intercalare) sed ad ipsum misit Rabban Gamaliel, & mandavit, *si tu illos impedies, reperieris in futurum impingens*, (i.e. facies ut deinde nemo amplius ad testimonium dicendum accedat.) Postea quoque ipsum sua Præfectura amovit: *Rosch Hasbana* cap. 1. Sed & ipse tandem sua amotus fuit, sicuti in *Hieros. Taanit* f. 67. 4. legere est.

IV. Si non fallimur, habuit R. Gamaliel servum illum famosissimum apud Talmudicos, quem טבי (3) *Tabi* vocant, & טביתא *Tabitam* ancillam hujus nominis, qui tam bene se gesserunt in famulitio, ut illud nomen omnibus domesticis ejus, & etiam aliis impositum fuerit. *Beracot* c. 2. *Hieros. Nidda* fol. 49. 4.

(1)

(1) His verbis id enarratur in *Sepher Hakkabbala* רבן גמליאל בן רבן שמעון בן גמליאל הנהרג בשמך הוא ראש ישיבה ונשיא אחר פטירת רבי יוחנן בן זכאי, בעל אחותו היה רבי אליעזר בן הורקנוס „ Rabban Gamaliel filius R. Simeon ben Gamaliel, occisi in Vastatione Urbis, præses fuit Senatus (in Jabne) & Princeps post obitum R. Jochanan Ben Zaccai, & maritus sororis ejus erat „ R. Eliezer fil. Hyrcani.

Dicuntur in Sepher Hakkabbala Collegæ ejus & *σύγχρονοι* fuisse, R. Josua filius Chananiæ, de quo infra pag. 126. R. Jose, Galilæus, Sacerdos, R. Simeon fil. Nathaneelis, R. Eliezer fil. Erechi, R. Jochanan fil. Nuri, R. Jochanan fil. Berucæ, Samuel parvus, R. Eliezer fil. Chasmæ, R. Eliezer fil. Azariæ, R. Chilpetha, R. Jose fil. Kasmæ. Filium habuit R. Chaninam, cujus in Misna quoque mentio, & cui coætaneus fuisse videtur R. Simeon בן עקשיא fil. Akasiæ. Dissidium ipsi fuit cum R. Josua, על עדות החדש „ De testimoniis Novilunii. Solebant enim Judæi festum Novilunii æstimare ex testimonio eorum, qui prius novam Lunam vidissent, iique examini subjiciebantur, ubi, quando, & qualem Lunæ figuram vidissent.

Controversiæ autem inter R. Gamalielem & Josuam occasionem dedit testimonium שבאו עדים בלוד ואמרו ראינוהו שחרית במזרח וערבית במערב אמר רבי יהושע עדי שקר „ Testium quorundam, qui Lyddæ erant & dicebant se Lunam vidisse mane in „ Oriente, vesperi in Occidente, quos R. Josua dicebat falsum testari. Alium quoque inter eos dissensum memorat Idem circa precationem vespertinam, his verbis ועוד נחלקו על תפלת ערבית אם רשות היא או חובה „ Porro disceptarunt de precibus vespertinis, an liberæ sint observationis an necessariæ. Huc spectat historia, quæ in Taanith narratur de discipulo quodam, qui R. Josuam rogabat, cujus qurlitatis esset Oratio vespertina. Ille respondebat, esse Arbitrariam רשות, adiit porro R. Gamalielem, idem quærens, qui dixit, esse ex officio necessariam חובה. Proximo die congregato Synedrio R. Josua succubuit & R. Eliezer ben Azariæ in ipsius locum succedit. Eandem distinctionem in Precum observatione imitantur Mohammedani, qui Judæorum vitula ararunt sæpius, dum quasdam preces *prorsus Necessarias, & instituti divini* censent, uti 5. ordinarias quotidie instituendas: alias vero *& ex præscripto Sunæ*, vel etiam, *libere suscipiendas sine Legis præscripto* habent, Quarum omnium frequens in Arabum Scriptis mentio injicitur. Denique contenderunt hi duo על בכור שנפרסה שפתו אם בעל מום „ an fissura labii in primogenito vitium „ haberi debeat. Notum enim est ex Massechet Becoroth c. 6. & 7. corpore integrum & *ἄμωμον* requiri a Judæis primogenitum, qua *ἀκρίβεια* in Sacerdote & victima Deo offerenda utebantur. In quibus si fissum labium, auris, palpebra, naris, observarentur, erat בעל מום, *μώμῳ obnoxius*. Cujus legis vestigia in Sacrificiis Mohammedicis permanserunt, quæ, juxta *Abu Mohammed Abdallam Ibn Zeid* in MS. Liturgiis victimam requirunt, *cui aures fissæ non sint aut fracta cornua*. Sed redeamus ad Controversias Gamalielis cum R. Josua, quarum hic fuit eventus, narrante eodem Abrahamo וזעפו שבעים זקנים חבריו ונמנו והוסר רבן גמליאל מהיות ראש ישיבה והוקם רבי אליעזר בן עזריה והיה לראש ואחר כך נתפייסו הזקנים לרבן גמליאל והחזירוהו „ Et „ indigne tulerunt has lites Septuaginta Seniores, „ Collegæ ejus, & habito consilio remotus est Rabban Gamaliel a Præsidio suo, & substitutus est „ ejus in locum R. Eliezer Fil. Asariæ. Postea tamen Seniores reconciliati sunt Rabban Gamalieli, eumque restituerunt. Quod hic Senioribus adscribit, alii *toti populo* כל העם tribuunt.

(2) Id confirmatur ex *Sepher Hakkabkala* ורצה טיטוס להרוג את רבן גמליאל בנו פייסו רבן בן זכאי „ Et volebat Titus Rabbi Gamalielem Filium Rabbi Simeonis neci dare, verum intercessit Rabban Jochanan ben Zaccai, & annuit ipsius precibus Imperator.

(3) Huc facit, quod in Misna Beracot narratur c. 2. par. 7. וכשמת טבי עבדו קבל עליו תנחומין אמרו לו תלמידיו לא למדתנו רבינו שאין מקבלין תנחומין על העבדים אמר ליה אין טבי עבדי כשאר כל העבדים כשר היה „ Quum obiisset Tabi, Rabban „ Gamaliel recepit propter eum consolationes: objicientibus vero discipulis docuisse illum non recipi consolationes pro servis respondit: Servus meus „ Tabi optimus erat, & non sicut alii servi. *Tabitha* significat *Δορκάδα*, *Capream*, vertente Luca, „ *Actor.* 9. 36.

רבי אלישזר בן הרקנוס

Rabbi Eliefer fil. Hyrcani.

I. VOcant alias ipsum R. Eliesere m הגדול *Magnum*, & in Mischna intelligitur quoties סתם *absolute*, *Rabi Eliefer* ponitur, ut ex *Halic. Olam* p. 1. c. 3. docemur. Dives admodum nec parum eruditus fuit, sicuti ex illis Capitulis, quæ sub ejus nomine circumferuntur, (1) & quæ V. C. Guil. Vorstius Latinitate donavit, apparet: ex quorum primo Capite cupidus lector ea petere poterit, quæ hic supersedemus: qualia sunt de primo ejus ad studia & Scholam appulsu, ut etiam quam vehementi desiderio Legem discendi flagraverit.

II. Cum Principatus vacabat, quamvis hic Eliefer venerabilem canitiem attigerat, ad illud munus tamen pertingere non potuit: illo enim R. Eliesetum fil. Asariæ ornarunt. Commendaverat quidem Eliefer noster *R. Dusam fil. Hyrcani*, non tamen obtinere potuit, ut ipsi hæc sparta assignaretur. Repulsæ hujus varias rationes afferunt. Una est: *Quia ætate jam* (2) *admodum declinante & provecta erat, in Sanhed. vero* c. 1. 5. דיני ממונות *expresse probiberi, ne aliquis in Senatum adoptetur, aut Princeps fiat, qui senio nimis confectus esset, aut sobole careret*. Sed altius penetravit *Abraham Zacuth*, dicendo; hoc factum esse, quia in quibusdam diversas a Sapientibus *Lyddæ* sententias fovebat, opinionibus Schammai subscribebat, cum R. Gamaliel controversiæ serram duxerat, nimiis divitiis pollebat & deinde, quia aliquando delatus erat hæreseos, & commodis ejus aures præbuisset, ut refertur in c. 1. *Avoda Zarab*.

III. Tanta polluit ille scientia שאם היו שמים גוילים וכל עצי לבנון קולמוסין ומי הים דיו לא יספיקו לחכמתו ut *quanquam Cœli pergamentum*, (ita enim hyperbolizare gestit Zacuthus) & *arbores Libani calami, aqua deinde maris atramentum fuisset, ad ipsius scientiam* (delineandam) *tamen non suffecissent*. (3) Nam solum de capreoli electione, & cucumerorum plantatione, trecentas Constitutiones sciebat, mediantibus quibusdam nominibus & aliis arcanis, quibus hodie Lullii discipuli utuntur. Non ta-

tamen propter eruditionem suam fastuoso animo fuit, aut idcirco alios despexit, sicuti fecit *R. Akiba*, discipulus ejus.

IV. Magni in hac Eleasaris generatione Magi & præstigiatores fuere, qui mira coram auditoribus, ad suam sententiam probandam, patravere. Invaluerat enim jam apud homines hæc opinio, nemini credendum esse, nisi verba ejus extraordinaria signa comitarentur. Ipse Eliezer fecit talia, qualia plurimi θαυματέργοι inter sua miracula, quibus tamen tantopere sibi abblandiuntur, vix numerare possunt. Erat dies ille celeberrimus, quem Talmudici in *Sotah* & alibi κατ' ἐξοχὴν אותו היום nominant, & in quo novus Synedrii Præses eligendus erat, suffragia autem in R. Eliezerem fil. Asariæ incidebant. Ad actum illum solennem ex decreto Synedrii nemo admitti debuit, nisi aliqua ventilatione aut Traditionum discussione probasset, se non esse indoctum. Omnes itaque צרבאות דרבנן *Sapientiæ discipuli* pugnam propositis Thesibus inierunt. R. Akibæ & aliorum legere potes in *Sotah* cap. 5. At Eliezer, de quo nunc nobis sermo, tanquam Præsidiatus candidatus, quo tamen excidit, studuit sua paradoxa תלויות בבית המדרש *in schola Theologica* (instar Thesium nostrarum) *suspensa*, primo multa eruditione, deinde (si Historiæ fides est) speciosis signis commendare. Tota res refertur in *Bava Metzia* f. 59. 2. *Illo die respondit Eliezer omnibus quæstionibus in toto mundo, at non auscultarunt ei;* Quare ipsos sic alloquutus est: *Si traditio sit, secundum ea quæ dixi, testetur hæc siliqua. Statim siliqua eradicata est. Iterum dixit, Si Traditio est secundum me, testentur id rivi aquarum. Versi sunt rivi aquarum retrorsum. Dixerunt ei, Non adducenda est probatio a rivis aquarum. Respondit, si Traditio est secundum me, testentur parietes Scholæ. Inclinaverunt se parietes ut ruituri. Objurgavit eos R. Josua. dicens; si inter discipulos Sapientum circa Traditiones controvertitur, quid id ad vos? Quo dicto parietes non corruerunt ob honorem Rabbi Josuæ, erecti tamen iterum non sunt ob honorem R. Eliezeris. Dixit iis porro R. Eliezer, disputatione & contentione calens: si Traditio sit secundum me, testentur cæli. Prodiit Bat Kol & dixit: quid vobis lis cum R. Eliezere, secundum quem Traditio semper explicanda est?* Sed etiam hoc non effecit ut ipsi fides adhiberetur; exclamavit enim Doctor Jeremias, *Quoniam nobis data est Lex e monte Sinai, nos non curamus Bath Kol &c.* Præoccupaverat enim auditorum corda odium, & partium studia ab ipso plane aversa erant, ita ipsius explicationes non approbassent, quamvis multa illustriora fecisset, quam illa, quæ jam recitavimus; quæ, qua vi aut arte ab ipso potrata sint, in medio relinquimus.

V. Eliezer *Cæsareæ* moriens ultima voluntate decrevit, ut *Lyddæ* sepulturæ mandaretur. Cum itaque illuc procederet funus, occurrit in via *R. Akiba*, & ex ingenti mœrore se ipsum ita contudit, ut sanguis in terram deflueret. Inter lachrymas deinde & ejulatum ita exclamavit, *O Pater mi, pater mi, currus & equites Israelis, sunt plurimi mihi nummi, at deest mihi nummularius, qui eos commutet.* Innuens, se plurimos scrupulos, & quæstiones habere, at jam neminem amplius esse, qui eos ipsi solvere, aut cui illas proponere possit. *Bab. Sanhed.* f. 68. (4)

(1) Recte observat Auctor, Ejus nomine tantum circumferri *Capitula Eliezeris*, quod nec ipsi diffitentur Hebræi. Ita Abraham Zacuth in Sepher Juchasin, אף על פי שהוא המכונה לרבי אליעזר האחרונים עשו פרקיו „ Quamvis R. Eliezeri liber „ iste attribuatur, attamen posteriores eum compo-„ suerunt. Illustratque id exemplis Libri Zohar, qui R. Simeoni adscribitur, Libri Jetsira, cujus auctor dicitur Abrahamus. Historiam vero hujus Eliezeris ex primis Capitibus illius Libri intelliges. Frater ipsi erat natu minor, cujus etiam Constitutiones quædam in Misna recensentur, nomine R. Josua Filius Hyrcani, de quo lege in Juchasin. Uxor ejus Immam Schalom Soror erat R. Gamalielis.

(2) R. Dusa enim ben Harcinas longævus admodum fuisse narratur, & vixisse כל זמן בית שני Toto tempore Templi secundi, juxta R. Maimonidem & Zacuthum. In spelunca prope Zephat Urbem Galileæ superioris sepultus dicitur, ubi ostendi sepulcrum ejus refertur in Cippis ab Hottingero editis. Confer, quæ de eo supra, pag. 31.

(3) Simile elogium ejus extat in Pirke Avoth, quo eum ornavit Rabban Jochanan ben Zaccai, præceptor ejus, הוא היה אומר אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנים ואליעזר בן הורקנוס בכף שניה מכריע הוא את כלם „ Ille dicebat: Si omnes Sa-„ pientes Israelis essent in lance statera, & Elie-„ zer Filius Hyrcani in lance altera, hic superaret „ illos omnes. Unde non mirum si sub ejus nomine Capitula conscripta sint, ut auctoritatem nanciscerentur.

(4) Ejus σύγχρονοι fuerunt, ut docetur in titulo Pirke Eliezeris.

רבי יהושע בן חנניה (de quo Auctor noster ex professo infra, pag. 126.) רבי יוסי הכהן, R. Jose Sacerdos, pius admodum, unde κατ' ἐξοχὴν חסיד Pius cognominatus est, & יודע במרכבה הקדושה gnarus Theologiæ mysticæ, ut in Tract. Chagiga cap. 2. docetur. Quin & miracula eum patrasse, Angelis ministerii cælo descendentibus (dum ambulabat cum R. Josua) traditur in Sepher Juchasin. Quod ubi narraret R. Josua R. Johanni ben Zaccai, hic & sibi & illis, illorumque discipulis & filiis quam maxime gratulatus est. Monet R. Abraham Zacuth hunc Josen non esse eundem cum R. Jose Galilæo, ut nonnulli putarunt, quum R. Jose Galilæus fuerit Socius R. Akibæ: & Maimonidem secum in consensum trahit.

רבי שמעון בן נתנאל R. Simon Fil. Nathanaelis, qui

qui affinitate junctus erat Rabban Gamalieli Seni. In Avoea Zara dicitur Filiam Gamalielis duxisse: cui nomen אימא juxta Gedaliam.

רבי אלעזר בן ערך R. Eleazar Filius Arach, Sapientiæ laude celeberrimus, unde dictum illud R. Jochananis ben Zaccai אשריך אברהם אבינו שאלעזר בן ערך יצא מחרציך „ Beatus es, o Abrahame Pater noster, quod Eleazar Fil. Arach è lumbis tuis prodierit. Dicitur etiam in Chagiga (ut pateat quo pretio eum habuerit Præceptor Jochanan) petiisse aliquando a Johanne, ut sibi liceret de Theologia Mystica differere, quod ubi perfecisset, Rabban Jochanan caput ejus osculatus est, summo amoris indicio.

רבי יוחנן בן נורי, R. Johannes, Fil. Nuri. Hic quum R. Josua sententiam suam de testimoniis novilunii (qua de re ipsi cum R. Gamaliele vivo controversia fuerat) post mortem ejus stabilire conaretur, partes R. Gamalielis tuitus est.

רבי יוסי בן ברוקה, R. Jose Fil Berucæ. Quem in Sepher Juchasin non invenio, sed quidem רבי יוחנן בן ברוקה R. Johannem ben Beruka; cujus & Maimonides meminit, Socium R. Eliezeris Chasmæ, qui Filium habuit R. Ismaelem.

Ad hæc etiam tempora refertur אליעזר בן עזריה, Eliezer Fil. Asariæ, discipulus R. Jochanan ben Zaccai, dives admodum Sacerdos: eratque Caput Consessus & Collega R. Gamalielis per 40. annos. Cumque illi muneri admoveretur, erat Juvenis 13. vel juxta alios 18. annorum. Divitias ejus admodum extollit R. Zacuth. vide R Gedaliam pag. 19.

Simeon frater Azariæ, Sacerdos, ab auctore Libri Juchasin huic sæculo quoque assignatur.

R. Nechonia ben Elnathan איש כפר הבבלי vir oriundus e pago Babyloniæ, (Pocokius in Maimonidis Præf. hæc verba transtulit *Ish Caphar Babylonius*) cujus in Misna Mass. עדיות mentio fit cap. 6. tempore R. Josuæ R. Eliezeris etiam vixisse censetur.

R. Matthias Fil. Charas, discipulus R. Eliezeris Magni. Cujus singularis castitas memoratur; quod nunquam puellam oculis respexerit amatoriis, unde Satan in similitudine puellæ ipsi apparuisse dicitur, ipsiusque oculos excæcasse, Deus autem misit Raphaelem angelum, qui illum sanaret. Erat ille in Terra Israelis, & cum ex ea egrederetur, vestes suas lacerabat. Hæc ex Juchasin.

R. Jakim oriundus ex חדיד, Chadid, coætaneus fuit R. Josuæ, id est, illius, qui Filius fuit Chaninæ, qui סתם absolute R. Josua appellatur, ut docet R. Maimonides in Præfat. Zeraim.

R. Jose, Filius הדמסקית (Pocokius vertit *Damascena*) discipulus fuit R. Eliezeris Magni, & hoc sæculo vixit.

R. Hyrcanus Filius R. Eliezeris M.

Ismael, fil. Elizæ huic quoque coætaneus fuit, de quo supra pag. 105. & 111. Hic addimus, quæ de eo R. Gedalias scribit; Hunc nempe tredecim annos natum accessisse ad Nechoniam ben Hakkana, ut in Lege exerceretur: & Angelum Jophielem pronunciato Nomine tetragrammato cælitus ei apparuisse: qui post varios sermones Jejunium 40. dierum & 24. טבילות, immersiones, βαπτισμοὺς singulis diebus ipsi præcepit. Quo facto multum in Lege profecisse dicitur, & Angelorum colloquiis frequenter usus: adscendebat enim ad eos & descendebat pro lubitu. In Tosephot Kiddufchin Cap. 4. dicitur, matrem Ejus, quandocunque ex Schola, Beth Midras, reverteretur, voluisse pedes ejus, licet inviti, aqua abluere, & manibus suis detergeres &, quod mirere, sordidas illas aquas bibebat.

Horum nonnulli vixerunt serius, sed quia inter ipsos Judæos necdum convenit, quo ordine collocandi sint, placuit eos hic conjungere, veluti Capita illius דור generationis, quæ circa Excidium & paulo post vixisse creditur. Confer etiam seriem Doctorum supra pag. 104. exhibitam. R. Maimonides hisce coætaneos facit R. Tarphon & Akibam, R. Ismaelem, R. Josuam fil. Karchæ, Chananiam ex Ono oriundum, Simeonem fil. Nanasi, R. Ismaelem filium ejus, R. Jochanan fil. Gudgudæ, R. Eleazarum Chasma, R. Juda fil. Tima. Alii longe alios Synchronismos nectunt. Nos autem, quorum tanti non interest, an decade una annorum maturius vel serius vixerit hic aut ille Doctor Misnicus, haud difficulter, Judæis inter se dissentientibus, regerere possumus, quod apud Maronem legitur,

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

רבי יהושע בן חנניה

R. Jehosua Ben Chananiæ.

I. FUit ille Magni Eleasaris socius, *Pater* deinde *Senatus*, (1) & præcentor in suggestu. Cum mater ejus uterum ferebat, ad 24 scholas ivit, & rogavit, preces infantis causa, ut esset sapiens & religiosus, funderentur; quod etiam ipsum & nativitatem ejus prosperam fecit. *Juchasin* p. 59.

II. Narratur deinde in *Bereshit Rabba sect.* 65. & *Zemach* David ad annum 3833. *ipsum magnum fuisse in domo Cæsaris Trajani, adeo ut Cæsar facultatem ipsi concederet exstruendi Domum Sanctuarii. Et Imram filiam Cæsaris ipsum ita amasse, ut ipsius causa aliquando amicta fuerit vestimento deformi.* (2) Quod profecto multum est: erant enim tunc Judæi ubique, præcipue autem Romæ, despicatissimi, nec aliter audiebant, quam mendicabula hominum & cistiferi: sed tamen semper unus aut alter fuit, qui favorem Principis & Magnatum sibi acquirere potuit. Hinc Judæi inter alia, multum laudant benignitatem *Antonini Pii*, qua *Rabbi Jebudam Sanctum* prosequutus est. Imo nobilissima Gellia non dubitavit Judæo nubere; quod ego sæpius cum admiratione legi, quod illi homines in tanta calamitate, adhuc animum ad amores applicare potuerint, nec a fastidiosis Romanorum filiabus contempti fuerint. Fecit in nuptias Gelliæ Martialis accutissimum Epigramma, quo illam eleganter sale & aceto aspersit,

Dum Proavos, Atavosque refers, & nomina magna,
Dum tibi noster Eques sordida conditio est,
Dum te posse negas nisi lato, Gellia, clavo,
Nubere, nupsisti, Gellia, cistifero.

III. Hi duo *Eleasar* & *Josua*, tantum in Traditionibus inculcandis, & posteritati conservandis laborarunt, ut merito dici possint שהרביצו תורה בישראל *Legem in Israele stabilem fecisse*. Et revera in *Mischna* & aliis Talmudicis Thesibus raro aliquid proponitur, ad cujus authoritatem aut examen, non Hujus aut Illius suffragium proferatur.

(1) Hic est, qui Josua סתם absolute in Misna vocatur. Discipulus erat R. Jochananis ben Zaccai & Pa-

& Pater Senatus אב בית דין dum Princeps esset Gamaliel, quicum illæ lites ipsi intercessere quas pag. 114. descripsimus ex Abrahamo ben Dior. Illustris admodum ac Sapiens Vir, ut vocatur R. Menassi ben Israel. Consultus dicitur ab Alexandrinis circa Conciliationes quorundam textuum S. Scripturæ, in Gemara נדה Cap. 10. Levita fuit, & a R. Gamaliele accepit decimas, licet ab Ezræ temporibus id Levitis non fuerit concessum, ut est in Juchasin.

(2) Fallitur & fallit Auctor, Historiam, quæ nunquam contigit, exsculpens ex versione Celeb. Vorstii (quem prodigiose in vertendis auctoribus Hebræis errasse non immerito judicat Altingius Epist. 25.), qui Textum Hebræum Zemach David male vertit. Ut autem Lector judicet, verba ipsa apponemus, ועל רבי יהושע הנזכר אמרה בת קיסר חכמה מפוארה בכלי מכוער והוא השיב היין אינו משתמר בכלי כסף וזהב רק בכלי חרס „ De hoc R. Josua „ memorato dixit aliquando filia Cæsaris; o Sapien- „ tiam pulcram in vase polluto! (Erat enim mun- „ ditiei in vestibus admodum negligens, & corporis cultui non vacabat, adeo Legi operam dabat) „ Cui Josua respondit: Vinum non solet asservari „ in vase aureo aut argenteo, sed tantum testaceo. „ Vorstius hæc ita vertit. Et propter hunc R. Jo- „ suam dictum Imra, filia Cæsaris sapiens amicta „ fuit vestimento deformi: vinum non asservabat „ in vase argenteo, vel aureo, sed tantum in vase „ vitreo. Conferantur Hebraica, & videbit Lector peritus, quam longe hæc ab istis abeant. Sic ut omnes illæ observationes, quas noster Auctor ex hac ficta historia elicit, nullo plane nitantur fundamento. Nec feliciori conjectura videtur ex Nomine *Cistiferi*, concludere, Judæum ibi intelligi. Quæ fusius excutere hic aon licet.

רבי טרפון

R. Tarphon. (1)

I. IPsum vulgo הכהן העשיר *Sacerdotem divitem* vocarunt, quia opibus abundabat. An Akibæ præceptor fuerit, dubitat *Juchasin*, pag. 25. & magis eo inclinat ipsum solum Collegam & commilitonem ejus fuisse. (2)

II. Postquam Rabbi Akiba R. Eleasaro successit in *Jabne*, Rectoratum Scholæ *Lyddanæ* obtinuit R. Tarphon: & ita Akibæ in loco & doctrina successit. Quamvis autem aliquando disputationes ipsorum legantur; tamen Rabbi Tarphon, ut non altercationis sed veritatis causa disputans, Akibæ semper cedit, cum hoc elogio: *Qui se a R. Akiba separat, est quasi se a vita sua separaret.*

III. Cum diuturna siccitas in Lyddensi tractu ferme omnes fructus & segetes corrupisset, R. *Tarphon* solenne & austerum jejunium indixit, ut tandem pluviæ a Deo impetrarentur, ad terram irrigandam. Idem fecerunt Zipporienses & Australes Judæi, per *Chananjam* & *Jehosuam Ben Levi*. Hierosol. *Taanith* c. 3. 14.

IV. Jam supra de periculo Tarphonis, cui inter Hillelianos implexus fuit, diximus: hic vero adhuc aliam historiam habeto. *Declinaverat in via iter faciens, ut orationem* שמע (de qua consule Ritualia) *& Phylacteria recitaret: venerunt latrones, & vix ipsorum manus evitare potuit; deinde periculo liberatus, illud aliis recensuit. Dixerunt ipsi* היתה לחוב לעצמך *tu ipse in culpa fuisti; si enim te inter orandum secundum Hillelianos composuisses, & non secundum* (3) *Schammæanos, hoc tibi non contigisset. Hierosol. Beracot.* cap. 1. 3. Secundum Schammæanos enim vesperi omnes τὸ *Schema* inclinati legere debent, mane vero stantes; Hillel vero ἀδιάφορον relinquit, stando tamen quam sedendo id fieri maluit, qua ratione si Tarphon orasset, vidisset e longinquo latrones, & ita facilius periculum evitare potuisset. Reliquos τὸ *Schema* tangentes Canones recitat *Tract. Beracot.* c. 1. & 2. quos hic ad majorem lucem afferre non piget. *Oratio Schema legitur cum ab illa hora, qua Sacerdotes ingrediuntur ad* תרומה *Trumam* (i. e. *oblationem comedendam*, (i. e. sole occidente,) *tum cum color cæruleus a prasino* (4) *potest distingui* (i. e. aurora ingruente) τὸ *Schema vespertinum legi poterat usquedum aurora ascenderit. Schema matutinum legi potest, usque ad horam tertiam, in qua filii Regum ex lecto surgere solent.* τῷ *Schema matutino præmittendæ sunt duæ benedictiones, & duabus claudendum est. Operarii* שמע *legere possunt in cacumine arboris, si tempore orationis adhuc circa illud occupantur, quod tamen in aliis orationibus ipsis non licet, A lectione* τῦ *Schema liber est sponsus prima nocte.*

(1) Clariss. Carpzov. in Introd. Theol. Jud. p. 84. ait non *Tarphon*, sed *Truphon* legi debere. Græci pronunciant Τρύφων; quod nomen in Oriente, Syria inprimis & Ægypto usitatissimum fuit, uti ex nummis apparet. Confer Scalig. Animadv. in Euseb. p. 146. & Ezech. Spanhem. de Usu & Præstant. Numism. 454. Forte hic idem est Tryphon, contra quem Justinus Martir scripsit, nec Chronologia repugnat: scribit enim, ἐν τῷ νῦν γενομένῳ πολέμῳ Ἰουδαϊκῷ. Hic ab Hieronymo, in Jes. VIII. *Delphon* appelatur, eique subjungitur Joseph Galilæus. Legi debet Tarphon, & Jose Galilæus.

(2) Ita etiam R. Maimonides, juxta eundem. At quod præceptor fuerit R. Jose Galilæi, noo trahit in dubium.

(3) Sectæ enim Schammæanæ deditum fuisse Tarphnnem narrant Judæi.

(4) Verba Misnę משיכיר בין תכלת ללבן רבי אליעזר אומר בין תכלת לכרתי „ ab eo tempore, quo internosci potest aliquod hyacinthinum & album. R. „ Eliezer ait, a quo dignosci potest hyacinthinum „ a prasino, non possum quin conferam cum phrasi, quæ huic plane gemina est & in Alcorano occurrit Surat. 2. v. 183. ubi similiter tempus Jejunio destinatum (nam & eadem phrasi in negotio Jejuniorum utuntur Judæi) definitur „ Et edite & bi- „ bite usque ad illud tempus, quo discernere pote- „ ritis inter filum album & nigrum per lucem au- „ roræ, & tunc servate Jejunium usque ad noctem. Dicunt autem Mohammedani verba, *per auroram* vel ut alii vertunt, *auroræ* (ad fila auroræ, id est lucis radios, respicientes) prius non fuisse cælitus demissa, verum postea addita, ne scilicet offacerent

Ju-

Judæi, hanc phrasin a se esse desumtam. Hæc ἐν παρόδῳ.

רבי עקיבא

R. Akiba. (1)

I. NAtus est R. Akiba ex posteris Siseræ ducis Jabin, regis Tyri, *Jud.* c. 4. 2. Israelita deinde per Proselytismum justitiæ (uti vocant) factus, in doctrina ita profecit ut primo Scholæ Lyddanæ, deinde etiam *Jabbnensis* Præses factus fuerit.

II. De Akibæ actionibus in *Lydda* & *Jasne* plurima exempla afferri possent, sed id non patitur brevitas, quam in hoc Scripto proposuimus. Audax imprimis erat illud facinus quo quadraginta hominum paria ad Synedrium iter facientia, retinere ausus est, & cujus jam antea mentionem fecimus; a talibus enim testibus intercalatio mensis & anni dependebat, quæ ut accurate fieret totius Gentis commoditas requisivit. Hinc sane Synedrium, cum adhuc Hierosolymis sedebat, homines lautis conviviis allicuit, ut eo citius prima φάσα lunari conspecta se in בית יעזק *Atrium Jaasck*, locum ad examen testium ordinatum, conferrent, nec in itinere ullas moras necterent. Quo satis ostendit Senatus, intercalationem nec negotium esse indifferens nec somnolente agendum.

III. Recensebimus nunc historiolam, ex qua etiam patet qualem processum habuerint, si aliquid dijudicandum erat, quod forte fortuna repertum fuit. *Cum Akiba Lyddæ præsideret, allata fuit ex* כפר טבי *pago Tebiensi, Lyddæ vicino, arca ossibus repleta, & collocata ad introitum Lyddæ; prodiit Tudrus (Theodorus; ut enim videtur, Græculus erat;) cum reliqua Medicorum caterva, ad dijudicandum, an ossa hominis essent necne, & ita an munda vel immunda*: (anxii enim erant de sepultura ossium, si forsan hominis essent.) *Diu disceptatum est, his munda judicantibus, aliis contrarium asserentibus. Ut tandem disquisitioni finis imponeretur, placuit rem suffragiis dirimere. Incepit R. Akiba primus sententiam dicere, asserendo illa munda esse, quem deinde etiam plurimi alii sequuti sunt. Hieros. Berac.* f. 3. 1. Si non fallor, fuit illa arca olim ex peregrinis locis allata, & Judæi alicujus ossa jam corrosa & attrita continebat. Habuerunt enim illi hoc in usu, ut si ipsis non contigisset in patria mori, hæredes post mortem ossa illuc ferre obligarent; partim ut in vita & morte ostenderent ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος ἠδὲ τοκήων, partim vero quia credebant ipsam terram Israeliticam occulta quadam vi peccata expiare posse; (2) sicuti Eruditissimus *Maym.* in *Hal. Melachim* c. 5. docet: Cujus commentator ex *Talmude Hieros.* insuper aliquid affert, quod ad majorem hujus rei dilucidationem facit. *Bar Kria, inquit, cum R. Eleasaro deambulavit* באיסטרין *in publicis stratis, & viderunt arculas advectas ex locis peregrinis. Dixit Rabbi Kria* Eleazaro; *Quid prodest ipsis* (tantis sumptibus huc perferri) *Quinego contra tales illud Jerem.* 2. 7. usurpo, Hæreditatem meam posuistis dum vivebatis in abominationem, nunc venitis & contaminatis terram, postquam mortui estis. *Respondit Eleasar, quam primum ad hanc regionem pertingunt* נוטלין גוש עפר ומניחין על ארונו *sumunt glebam friabilem & ponunt eam in feretrum, freti dicto Deuter.* 32. 43. propitius erat terræ suæ. Nisi plane sinistre auguramur, fuerunt feretra illa allata ex Ægypto, nec aliter R. Kria illum locum Jeremiæ bene applicare potuit; qui enim illuc iverant להשתקע *stabilem sedem figendi causa*, secundum *Maimonidem*, idem fecerunt, ac si terram Canaan contemptui & abominationi habuissent, quia incolarum Ægypti opera erant מקולקלות יותר מכל הארצות *depravata & conspurcata præ operibus omnium reliquarum gentium*; partim vero, quia sanctam gentem miseris modis profana adflixerat natio: Hinc ille Canon מותר לשכון בכל העולם חוץ מארץ מצרים *Licitum est habitare in universo mundo, excepta Ægypto*. Quæ perpendens R. Urian, hanc objectionem ad marginem apposuit, in *Hal. melach.* c. 5. יש תימה על קהילות שוכנים אם ועל רבינו המחבר שהלך לגור שם *Mirari ergo subit de totis Ecclesiis ibi degentibus*, (præcipue de Alexandrina, ad quam Onias Simeonis Justi filius se contulit, & quam admodum magnificam fuisse, jam supra innuimus) *item de ipso Scriptore nostro* (Maimonide) *qui ibi peregrinatus est*. Quod quidem verum est, nam fuit Maimonides per plurimos annos in aula Ægyptiaca, & quidem Regius medicus, ut ex propriis literis, quas ad Samuelem Aben Tibbon dedit, videre est. Sed Doctor Urian debuisset etiam observare, nullam esse tam generalem regulam, quæ non suas exceptiones admittat; itaque respondemus hujus Canonis vim aliquo modo cessasse, postquam Judæi laribus pulsi, & Sanctuarium

rium devastatum fuit. 2. Excipiendas esse persecutiones, mercaturam, studia, negotia; nam si in persequutionibus non licuisset se illuc conferre, incurrerent in culpam Sanctissimi vates *Urias* & *Jeremias*, qui secundum *Aben Esram* Deut. 15. *inviti illuc fugere coacti sunt:* Quod etiam nobis pro Apologia esse potest, contra Judæos, clamitantes, Josephum non absque crimine esse, quod Jesum in Ægyptum abduxerit. Quod mercatores & alios, quibus negotia incumbunt, attinet, eos ipse Maimonides excusat. Soli illi contra Canonem iverunt, qui rebus domi & in patria integris, a Regibus Ægypti honoribus & libertate quævis in religione & sacris sentiendi, ad stabilem sedem figendam illecti fuerunt; Et quibus mortuis deinde secundum sententiam R. Eleasaris, vix alia beatitudinis & remissionis peccatorum spes fuit, nisi quam exspectarunt ex appulsu in terram Israeliticam, & ex tactu glebæ friabilis. Quæ certe admodum ficulnea & misera fuit.

IV. Disputavit etiam Akiba cum Turno Ruffo, & ipsi Sabbathum tribus argumentis adstruxit. Primum desumpsit a fluvio סבטיון *Sabbation* (3), *qui per omnes dies septimanæ fluit, sed Sabbatho quiescit.* Alterum vero a *Pythonico, qui in Sabbatho non ascendit.* Tertium *a Turni Rufi patris sepulchro, quod per totam Septimanam fumigabat, & non nisi Sabbatho cessabat. Sanhed.* f. 65. 2. *Gloss.* Quæ dum considero, aliud judicare non possum, quam aut plus veritatis his propositionibus inesse debere, quam hactenus credere potui; aut Turnum Ruffum admodum hebetis ingenii fuisse, quod falsitatem verborum Akibæ nec retegere, nec ipsum redarguere potuerit, si tunc temporis flumen *Sabbation* in Sabbatho non conquiescebat, nec patris sui sepulchrum in Sabbatho a fumi exhalatione cessabat; quod tamen verisimile non videtur, sive Turnus Ruffus fuerit *Terentius Rufus*, aut *C. Turranus* (4) *Ruffus*. Nam ex Josepho discimus Terentium Rufum magnam potestatem in Judæa, nec illius regionis & adjacentium minorem cognitionem habuisse, cui proinde mentiri Rabi Akibæ nec tutum nec consultum fuisset. Et si C. Turranus Ruffus alius sit a Terentio, verum est, nos multum de eo non scire, nisi forsan idem sit cum C. Turranio annonæ præfecto, de quo *Tacit. Annal.* I. 1. ab init. Interim tamen in media hac caligine constat, ipsum virum non infimæ sortis fuisse; pervenerunt enim monumenta ejus ad seros nepotes, unumque ex illis possedit olim *Julius Tertius*, P. R. Quod hunc in modum Hortis ejus legebatur.

[1] Successit Rabban Gamalieli & evasit ראש ישינה *Caput consessus* in Jafne, juxta auctorem *Sepher Hakkabbala*, qui tradit חבריו Collegas ejus, fuisse R. Tarphon, R. Ismaelem, R. Judam Fil. Baba, R. Judam Fil. Tima, R. Chanina Fil. Tardejonis, R. Jescubab Scribam, R. Simaim, & R. Chotspiram Interpretem, &c.

Dicitur Filius Josephi, in Schalschelet Hakkabbala, ejusque mater Israelitica fuit. Vixisse fertur 120. annos ibid.

Quadraginta autem annis fuit בור illiteratus, 40. annis studuit. 40. ministravit Israeli. Peregrinatus etiam est in Arabia, Gallia, Africa, Ægypto &c.

Sapientia inclytus & maximi inter Judæos nominis fuit, ita ut nonnulli, quorum R. Bechai Comment. in Leg. f. 273. meminit, dicere non sint veriti דברים שלא נגלו למשה נגלה לרבי עקיבא וחבריו וכל יקר ראתה עינו זה רבי עקיבא „ Ea, „ quæ non fuere revelata Mosi, revelata sunt R. „ Akibæ, & de eo dicitur (Job. 28. 10.) Omne „ pretiosum vidit oculus ejus. " Quin & ses. 52. & 53. de R. Akiba intelligendum esse ejusque martyrio multi Judæorum existimant. Auctor quoque est Libri Mechiltin & Jezira, qui Abrahamo tribuitur, & amplissimo commentario expositus est a R. Mose Nachmanide, juxta R. Gedaliam; qui Sifre, Sifra, & Torat Cohanim, & Tosiphta a discipulis ejus conscripta narrat, & varias Mechiltas distinguit, inter quas illam R. Asai, quæ ab Exodo usque ad finem Deuteronomii progreditur, & R. Ismaelis. Præterea 70. linguarum peritia ei tribuitur, ut etiam R. Eliezeri, R. Josuæ & Simeoni Themanitæ & R. Petachiæ, de quo in Misna Schekalin c. 5. Solita autem hyperbole utuntur Judæi, quum omnes, qui in Synedrium essent cooptandi, 70. Linguarum peritos esse debuisse fabulantur, in Hieros. Gemar. Menacoth, & Bab. Sanhedrin. Prudentius definit Maimonides שידעו ברוב הלשונות multarum linguarum peritiam ab iis requisitam fuisse, qui in Synedrium adsciscebantur. Sed numerus 70. Judæis admodum placuit, quum tot animæ notentur, quæ in Ægyptum descenderunt, unde tot præcise linguas, nationes, angelos sibi finxerunt. Etiam Præfectum aliquem Imperatoris Romani, cui nomen קטיעה בר שלום Catia, Fil. Sallum ad fidem Judaicam convertit, qui dimidium suarum opum ipsi donavit. Uxorem quoque Turni Rufi, defuncta priore conjuge, quæ filia erat Kalbæ Schabua, ditissimi Viri, proselytam fecit & stabili sibi conjugio junxit. Filia autem ejus, Filio Asai nupta, ab eo repudiata est. Habuit R. Akiba 24000. discipulos, de quibus Hebræi שמתו כלם בין פסח לעצרת לפי שלא חלקו כבוד זה לזה. Quod hi omnes mortui sint inter Pascha, & Pentecosten, quia sibi invicem honorem non detulerunt. Sepulcra horum omnium inveniuntur, si recutitis credimus, ad pedem montis, prope Tiberiada. Vide Hotting. Cipp. Hebr. Victos se fatebuntur Pontificii, qui 11000. tantummodo virginum, Ursulæ comitum, sepulcra jactant.

Fuit Akiba armiger Pseudomessiæ Ben Cosibæ. Sic expresse R. Gedalias in Schalschelet Hakkabbala p. 21. רבי עקיבא היה רץ לפניו עם כלי המלך באריו „ R. Akiba coram eo insignia sive arma regia gestabat, & Maimon. in Jad Chazaka tract. Melachim c. 11. רבי עקיבא נושא כליו של בן כוזבא המלך והוא היה אומר עליו שהוא מלך המשיח „ R. Akiba armiger erat Ben Cozibæ Regis, & „ dicebat, ipsum esse Regem Messiam. " De Akiba loqui Sp. S. Exod. 4. 13. idem censet Maimon. Legitur etiam Akiba hac usus formula, in nuptiis filii sui, ad singula pocula, חמרא וחיי לפום רבנן ותלמידיהון „ Vinum & vita adsit ori Magistrorum „ nostrorum, & discipulorum ipsorum. " Hac sententia utuntur etiam hodie Judæi, cum Rabbino alicui infusum præbent poculum. Hæc Gedalias refert ex Schabb. c. 6.

Captus est Akiba a Romanis & in carcerem conje-

jectus una cum Papo filio Judæ, quinto die mensis
Tisri, ubi cum maxima aquæ inopia premeretur,
sic ut Lotionem manuum peragere juxta Rabbino-
rum præcepta non posset, aquæ illam portionem,
quæ siti restinguendæ vix sufficiebat, manibus la-
vandis impendit, satius esse dicens siti enecari,
quam præcepta majorum transgredi; & quum duce-
retur ad mortem, pectinibus ferreis dilacerandus,
tempus erat legendi קריאת שמע ex Deut. 6. 4. &
efflasse dicitur animam in pronuntiatione vocis אחד;
unde egressa Filia vocis illum beatum prædica-
vit.

Σύγχρονοι ejus fuerunt præter quosdam ex illis,
quorum pag. 123. mentio fuit injecta.

R. Eliezer fil. Judæ איש ברתותא, vir ex Barto-
ta oriundus, Doctor etiam Misnicus cujus in ero-
gandis eleemosynis stupenda fuit liberalitas, שהיה
נותן כל מה שיש לו, sic ut omne daret, quod suum
esset.

R. Eleazar כין פילא fil. Pila: sic in Misna Mass.
Tahorot c. 7. & Sepher Juchasin appellatur, a Mai-
monide בן פיאבי fil. Piabi.

R. Simeon שזורי, Schazuri. Quem ita appella-
tum ait Maimonides ab opificio, quod exercebat:
verum R. Abraham Zacuth ait a loco quodam sic
nominari ובגליל העליון קרוב לצפת יש כפר אחד
שנקרא שזור עד היום והוא קבור שם „ Nam in Ga-
„ lilæa superiore prope Zephat vicus est, qui etiam-
„ num Schazur vocatur & illic sepultus est R. Si-
„ meon.

R. Simeon התמני Temanitas, unus e quatuor
Sapientibus, qui Jasnensem scholam ornarunt. Ille
coram R. Eliezere, R. Josua, & R. Akiba, qui
ibidem erant, dicitur דן בקלקע Judicans, humi se-
dens, nam quia ad presbyteratum non erat promo-
tus, humi sedebat, non in subselliis Patrum Syne-
drii. Consulebant tamen illum de quæstionibus, quæ
occurebant, & ad eas responsa dabat prudentis-
sima.

R. Nehemia איש בית דלי Vir oriundus e Betda-
le. Videtur esse nomen loci.

R. Jochanan fil. Josuæ בן חמיו של רבי עקיבא
fil. soceri R. Akibæ.

R. Chanina fil. Antigoni & R. Jonathan in Se-
pher Juchasin coætanei R. Akibæ dicuntur,

R. Papus ben Judæ, cujus uxor מרים מגדלה vi-
detur Cel. Lightfooto eadem cum Maria Magdale-
na, Luc. 8. 2.

R. Ismael, socius R. Akibæ vocatur in Juchasin,
hic auctor est שלש עשרה מדות, tredecim modo-
rum, quibus Lex explicari potest: quos vide in Fa-
scic. Philol. IV. p. 425.

Simeon Ben Azai, qui appellatur de nomine Pa-
tris sui, ordinario simpliciter Ben Azai, שלא
האריך ימים, quia non diu vixit, uti Ben Zoma &
alii. Sic Raschi. Docuit in plateis Tiberiadis;
quam consuetudinem sustulit R. Jehuda, textum
Cantic. 71. mystice huic rei applicans: *Ambitus fe-
morum tuorum sunt uti monilia*. Uti femur est in
abscondito, ita etiam verba Legis doceri debent in
abscondito, non in plateis. Tam profunde autem
docuit ut עוקר הרים, eradicator montium, eam ob
rem appellatus sit. Dicitur intrasse Paradisum i. e.
sublimium rerum Theologicarum cognitionem ha-
buisse (quid proprie sit, docet Maimon. de fund.
Leg.) הציץ לצד השכינה ונפגע נטרפה דעתו & res-
pexit aliquid Divinæ Majestatis & raptus est in ec-
stasin: hinc ei applicant textum Prov. 25. 16. Mai-
monides in אישות hominem exempli loco laudare
volens, qui studio Legis vehementissime incubuerit,
hunc Ben Azai producit.

Simeon ben Zoma, unus e numero illurum qua-
tuor Sapientum, qui Paradisum intrarunt. De illo
dicunt בן זומא הציץ ומת Ben Zoma respexit &
mortuus est. Scilicet, mortuus est Juvenis, quia
scriptum est Exod. 33. 20. Non videbit me ullus
& vivet. Adeo profunde inquisiverat arcana Divinæ
Majestatis, explicante Glossa. Applicant ei verba
Ps. 116. 15. Pretiosa est in oculis Domini mors san-
ctorum ejus.

Elizæus ben Abuja; qui אחר, *Alius* vocatur in
Talmude, שחשב שיש שתי רשויות quia opinaba-
tur duo esse rerum principia. Hinc dicitur quidem
intrasse Paradisum, una cum Akiba, Ben Azai, &
ben Zoma, sed excidisse plantas, & hortum cor-
rupisse.

Quando Academiam ingrediebatur & videbat pueros
strenue Legi operam dantes, narrabat illis commen-
ta, quibus divertebautur. Akiba autem, ingressus
in Paradisum היה יותר שלם מכלם כ׳ הציץ כהוגן
וצפה כראוי והכיל דעתו אותן גבורות ובחרות „ Erat
„ prestantior illis tribus, nam respexit, ut opor-
„ tet, & speculatus est ut decebat, & mens ejus
„ tulit illa magnifica & terribilia. De eo dictum
„ ferunt Cant. 1. 4.

(2) Duas hic rationes affert Auctor cur in terra
Israelitica sepeliri ament Judæi; sed potissimæ vi-
dentur hæ esse. Prima, ne כער גלגול, dolorem vo-
lutationis paterentur. Existimant enim mortuos o-
mnes extremo die in terra Israelitica esse resurre-
cturos, eosque, qui extra Palæstinam sepulti sunt,
per cavernas subterraneas volutandos esse ad terram
Israelis, uti notum iis, qui Theologiam Judaicam
vel a limine salutarunt. Per illam volutationem sub-
terraneam resuscitandos esse mortuos, ex Jalkut,
Cetubot, Zohar, Chaldæo Paraphraste, aliisque li-
bris antiquissimis Judæorum constat. Et ne illos do-
lores patiantur, vel in ipsa Palæstina mori deside-
rant, vel ossa eo translata illic sepeliri. Et eandem
ob causam voluisse Jacobum Gen. 47. 30. in terram
Israeliticam ossa sua transferri, annotat Raschi, &
Lipman. Tanchuma tamen hanc opinionem de-
struit, quoniam in ipsa Palæstina demum animam
corpori conjungendam esse docet. Quomodo itaque
corpora volutanda, si anima nondum adsit, dolores
experientur? Altera etiam ratio est, quia omnium
primi resurgent illi, qui in Terra Israelis sepulti
sunt. Quod diserte affirmat R. Lipman in Nizza-
chon pag. 27. dicens Ps. 116. 9. per Terram vi-
ventium, intelligi debere, Terram Israeliticam,
quia sepulti in ea citius vivent, quam alii. Cui
explicationi favet R. Ben Melech in Miclal Jophi
fol. 185. Idem sentiunt Talmudistæ Hierosolymita-
ni in Cilaim Cap. ult. & R. Bechai.

(3) Vide de hoc Fluvio Lightfoot. Decad. Cho-
rograph. præmissam Horis Hebraicis, Marci Evan-
gelio impensis sect. 5.

(4) Una voce nonnunquam hunc vocant Tal-
mudici טורנוס רופוס, Turnus Rufus, forte Tyran-
num, Rufum innuunt, præfectum aliquem Roma-
norum. Meminit certe Eusebius Præsidis Judææ
Rufi sub Hadriano. Celeb. Ligthfootus existimat,
hunc esse illum, de quo Josephus de Bello Jud.
Lib. VII. c. 7. Τερέντιος Ῥοῦφος ἄρχων τῆς στρατιᾶς
κατελέλειπτο, a Tito nempe. Judæi tamen constan-
ter, ut in Sanhedrin c. VII. sic aliis locis scribunt,
טורנוס רופוס חרש ההיכל *Turnus Rufus* aravit Tem-
plum, & ad Hadriani tempora Turnum Rufum re-
ferunt. Verum hæc tempora confundere non insue-
tum est Judæis. Scaliger in Canon. Isagog. subjun-
ctis Chronico Eusebii legit *Turranus*. Quicquid sit,
aratrum hostile solo impressum esse more Romanis
consueto, fatentur Judæi; & hoc signo notatam
fuisse eversionem Reip. Judaicæ constat, cum ex a-
liis rerum Romanarum scriptoribus, tum clarissime
ex Modestini Jesu Christi loco L. 21. D. *quib. mod.
us. fruct.* statuentis „ Si usus fructus civitati lege-
„ tur & aratrum in ea inducatur, civitas esse desi-
„ nit, ut passa est Carrhago." Huc referunt Jer.
26. 18. Quod vero addunt Gemaristæ & R. Geda-
lias in Schalschelet Hakkabbala, de Uxore Rufi,
quæ proselyta facta R. Akibæ nupserit, ut & de
colloquio Rufi cum Akiba, Judæorum genio adscri-
bimus, qui ubique decus suæ nationis & existima-
tionem inter gentes extollunt.

D. M.

C. TURRANI RUFFI.

V. Sed pergimus de R. Akiba. Quan-
quam ille singulariter eruditus fuerit,
multum tamen circa prudentiam ejus,
cum in præfectura Lyddensi, tum in
ul-

ultimo vitæ ejus actu, dum fascinatus impostorem *Bar Cosibam* sequebatur, etiam ipsimet populares ejus desiderarunt. Et profecto nisi omne judicium & sensum perdidisset, tali plano non ita facile fidem adhibuisset, qui deinde ipsum & innumeros alios in perniciem traxit. Sciebat Akiba jam supputationem temporum effluxisse, qua Messiam exspectabant, & proinde verum Messiam ignorans, primo, qui vexilum erroris suspenderet, adhærere pronus erat: sed male ipsi res cessit, nam ab (1) Adriani militibus post expugnationem urbis ביתר *Betar* vel Bitter, (ut alii non ita bene pronuntiare amant) crudelissima morte affectus fuit: כי היו סורקין את בשרו במסרק של ברזל *Carnem enim ejus pectinaruat pectine ferreo*. De causa vero & magna Betherana clade qui omnia accurate scire desiderat, adeat V. Cl. D. *Ligthfoot* Cent. Chor. Ev. M. p. 98. & Cl. *Schikardi Jus Regium* sub fine. Scripsit etiam de hoc Judæorum impostore luculentissimus author, *Gregorius Abul Pharagius* in *Hist. Dynast.* p. 121. Sed, ut videtur, in hac fuit sententia, *Bar Cosibam* Hierosolymis non Bethare, (de qua nec mentionem facit) obsidione cinctum & interfectum fuisse, magnamque illam Judæorum stragem ibi editam esse; plane contra receptam apud omnes opinionem, qua constanter asseritus ipsum Cosibam Bethare fame periisse. Felicius ad rem dixit quæ sequutur: *Copiæ Adriani*, inquit, *deinde* (ab obsidione Betharis venientes, ut nos existimamus) *urbem Hierosolymitanam penitus diruerunt, & prope eam exstruxerunt urbem, quam nominarunt Æliam Adriani, & in ea collocarunt alienigenas, Jussitque Adrianus præcidi aures Judæorum superstitibus; atque hanc iis legem indixit, ne quis vel e longiquo Hierosolymam intueretur*. Quid amplius ad miseræ gentis coutumeliam, doloremque addi potuit? Vix certe fuit ulla natio, quæ tanta mala passa est, ac populus Judaicus. Titus urbem subvertit, Sanctuarium ignis devastat, Adrianus ipsos ferme excidit, superstites amputatione auricularum infamia notat, severa lege & decreto Sanctam Urbem non aspiciendi plane miseros reddit. Aliquando, referente Tacito, in Sardiniam mittuntur coercendis illic latrociniis, & si ob gravitatem cœli intereunt, *vile damnum*. Hoc vere est immensa malorum mole & cumulo laborasse. Sed insuper ingentem catalogum recentiorum persequutionum, & calamitatum habet Author *Scalschelet Hakabala*, parte 3. cujus recensione hic supersemus, quoniam speramus aliquando integrum illum Tractatum publico dare.

(1) Fuse traditur historia hujus Pseudomessiæ in *Sepher Hakkabbala*, ubi primo loco memoratur כזיבא, *Coziba* qui dicebat se esse משיח בן דוד „ Messiam filium Davidis, & res novas moliebatur contra Imperatorem Domitianum [qui tamen, Juvenis cum esset, huic seditioni non adeo se opposuit] & regnavit anno 52. ab excidio Hierosolymitano בביתיר, *in Beter*, forte eadem Urbe cum Βιτθερ Josephi. Filius dein Ipsi successit ושמו רופוש, Cui nomen, *Rufus*, quod a rubro colore desumtum esse, ut denotet ארמוני *Rufum*, ibidem docetur: hic proprie fuit *Bar Coziaa* filius Cozibæ. Huic itidem satis functo successit *Romulus* ejus filius. Quo regnante Adrianus Beteram cepit nono die mensis Ab, anni 73. ab excidio Urbis; Ipsum Regem occidit, tantamque edidit stragem, quantam nec Nebuzaradanis nec Titi temporibus experti sunt Israelitæ. Scribit R. Gedalias Barcosibam suo nomine appellatum fuisse בר כוכבא filium stellæ, hinc textum Num. 24. 17. ei applicatum fuisse. Deinde vero, quum rebellaret adversus Hadrianum, vocatum esse בן כוזבא filium mendacii. Meminit ejus Hieronymus sub nomine Gochibi, Ducis Judæorum: aitque in Apol. 2. c. Ruffinum, Illum stipulam ardentem noctu in ore continuisse, & anhelitu ignem spirasse, ut Nomini *Stellæ* speciem daret. Et tanta spe expectabat illis temporibus tota gens Judaica Messiam suum, ut Maimonides in tract. Melachim scripserit רמה הוא וכל חכמי דורו שהוא המשיח עד שנהרג בעונותיו נודע שאינו „ Existimabat (Akiba nimirum, ut ex nexu patet) & omnes Sapientes illius ætatis illum „ esse Messiam, usquedum ob scelera sua interfe„ ctus est. Tunc enim patuit illum non esse Mes„ siam. Erat e stirpe Davidica, si Lipmanno credimus in Nizzachon, num. 352. qui etiam tres sibi invicem succedentes in Regno, Ben Coziba, Rufum filium ejus, & Romulum nepotem, memorat; in eo discrepans a R. ben Dior, quod primum appellet Ben Coziba.

Conatur hæc Sententiarum divortia de Coziba, & annis imperii ejus, conciliare R. David Gans in Zemach, quem vide.

Habuisse dicitur Coziba exercitum satis numerosum, in quo ducenta erant militum millia, quorum audaciam, abscisso uno digito, explorabat. Ducenta etiam millia virorum erant, quorum unusquisque, equo insequitans, cedrum e Libano evellebat. Ipse etiam saxa quædam genibus suis imposita in exercitum Adriani jaculabatur, eumque dispergebat. Quod facinus Akibam permovit, ut illum Messiam esse crederet.

De Beterana strage non minus mirabilia Judæi referunt: Adrianum sepiisse vineam suam (quæ 18. milliaria longitudinis, & totidem latitudinis comprehendebat) cadaveribus occisorum in Beter: sanguinem lapides 4. librarum secum in mare volvisse; homines in Beter interfectos non putruisse. Cætera hæ notæ non capiunt.

רבן שמעון שלישי

Rabban Simeon tertius.

רבי מאיר

R. Meir.

Anno 3881.

I. Conjungimus hic Synedrii Præsidem & Vice-Præsidem. Præses erat R. Simeon, filius R. Gamalielis secundi, & pater R. Jehudæ, de quo *Sect. Sequ.* Cæterum docet nos *Jucha-*

chasin p. 67. illum fere ubique in Mischna intelligi debere, quando traditio absolute, sub nomine R. Simeonis profertur: ad Præsidatum vero statim post Akibæ mortem pervenisse. (1)

II. Rabbi Meir erat *Vice-præses*; gradum autem *Sapientis* obtinuerat R. Nathan; homines astuti, & qui libenter Simeonem de gradu dejecissent, si tam bene efficere potuissent quod cogitaverant. Causa principalis invidiæ narratur c. 3. tract. *Horajoth*. Cum R. Simeon Senatum ingressus esset, pro more ab omnibus salutatus fuit; sed etiam R. Meir & R. Nathan introeuntes ab omnibus excepti & salutati fuerunt, plane extra consuetudinem. Hoc ægre tulit R. Simeon, & proinde Senatum sic alloquutus est: *Volo esse discrimen inter me & illos*; & simul denuo ordinavit, quomodo unusquisque excipiendus esset. R. Meir vero & R. Nathan, cum honorantes ipsos ita publice correptos viderent, de vindicta cogitaruut. Dixit R. Meir: *Jubeamus ipsum de penduculis differere: quum hæsitabit, dicemus illi. Quis recensebit omnes laudes Dei? Ille nimirum, qui eas recensere potest. Sic movebimus illum a Principatu, & tu Princeps eris, ego autem Pater Senatus*. Sic de Simeone conclamatum fuisset, nisi R. Jacob opportune hoc consilium retexisset: valebant enim factione & amicis, & si ipsum ita ex improviso aggressi fuissent, hæsitatio in Præside plausibilis erat prætextus ignorantiæ, & per consequens remotionis.

III. Quamvis autem R. Meir ita Simeoni (2) supplantare studuerit, filius tamen ejus, R. Jehuda Sanctus, ipsum plurimum amavit, & authoritati ejus non parum detulit. An id factum sit composito vultu simulationeque, & quia ipso opus habuit, ut ad honores perveniret, ita facile dijudicare non possumus; sciebant enim & illi homines in occulto & abdito odia alere. Inter cætera autem honorificum fuit R. Meir, quod cum in בית שאן *Beth Schean* comedisset folia olerum non decimatorum, R. Jehuda deinde totam *Beth-Schean* a decimatione absolverit, & liberam esse voluerit. Vid. *Cholin* f. 6. 2. Quo Rabi Jehudam ipsum non parum devinxisse videbunt omnes, qui anxias disquisitiones, & leges, quas in המעשרות *decimis* Judæi observare debent, non placeignorant. Quis enim ex Betscheanitis R. Meir non amasset, postquam ipsius causa ipsis non contemnendum privilegium obtigerat?

IV. Nunc alia de Rabbi Meir libabimus. Ex Evangelio discimus, non licuisse olim Judæorum Medicis ægrotos sanare in Sabbatho; id etiam confirmatur a Talmudicis. R. Meir tamen hoc, ut nimis rigidum, aliquantulum lenivit, permittendo, ut vinum atque oleum, duo præcipua ipsorum remedia, misceri & in Sabbatho ægrotis exhiberi possent. Cum autem aliquando ipse ægrotaret, & discipuli ejus idem ipsi facere vellent, ut id fieret, non permisit, ne existimarent ipsum hac dispensatione sibi magis, quam aliis consuluisse, aut illam perpetuam esse debere. vid. *Hieros. Beracot.* c. 3. 1.

V. Habuit insuper R. Meir hanc malam consuetudinem, ut volumen suum Biblicum, Notis criticis & annotationibus totum farciret. Hinc illæ formulæ, in *Bereschit Rabba sect.* 10. *In Pentateucho Rabbi Meir invenerunt scriptum* כתונות אור *vestes lucis*, pro כתונות עור *vestibus ex pelle confectis* (quibus Deus protoplastorum nuditati succurrit) Item, *scriptum repererunt* הנה טוב מות *ecce bona res est mors* pro הנה טוב מאד *Ecce bonum erat valde*. Quam facile enim hæ glossæ in textum irrepere potuissent? præcipue cum hominum natura obvia quæque arripere, & nova exosculari amet.

VI. Afferamus nunc Historiam, quæ quidem ridenda videtur, sed tamen multum utilitatis habet. Exstat illa in *Vaijkra Rabba* f. 175. 2. *Concionatus erat aliquando R. Meir nocte Sabbathi, & aderat concionanti quædam fæmina, quæ cum tarde domum venisset, a marito suo non intromissa est, donec promisisset, se proxime in faciem concionatoris consputaturam. Itaque post tria Sabbatha adit Sacellum; R. Meir, cui hoc innotuerat, ut mulieris desiderio, absque honoris sui detrimento satisfaceret, simulavit se oculorum ægritudine laborare; Et dixit: Estne inter vos fæmina perita mussitandi incantationes super oculum? Respondit illa fæmina, Rabbi, ego non sum. Tunc ille, Utcunque, tamen sputa septies in oculum meum, & ego sanabor*. Vides, quam solerter Doctor Meir uxorem marito iterum reconciliare, absque existimationis suæ periculo potuerit. Sed faciamus etiam hinc nostrum usum. Johannis IX. 6. Christum adhibuisse salivam legimus, ad visum cæco restituendum; quia illa erat ordinarium ægris oculis remedium, ut cum ex hac historia, tum ex *Maim. Schabat.* c. 21. patet. Nam ibi tradit Maimonides, illud remedium Sabbatho applicare ægro fuisse prohibitum, nec licuisse oculos nisi in

in diebus profestis saliva illinere, ob reverentiam Sabbathi quæ medicina profananda non erat. Sumpsit itaque Christus oculos sanaturus salivam; sed ut Judæis ostenderet, se plane alia vi & facultate sanare, quam vulgo fieret, immiscuit salivæ pulverem terræ, qua nihil magis oculis officit; & fecit ex his tale μίγμα, quod etiam purissimum & optimum visum turbidum reddere, & corrumpere potuisset, nisi summi Medici omnipotens manus adfuisset & miraculo hæc ita temperavisset, ut cæco salutaria fuerint.

(1) Id ipsum traditur quoque in Sepher Hakkabala R. Abrahami ben Dior, ubi ראש ישיבה Caput Consessus post mortem R. Akibæ fuisse dicitur.

De R. Meir autem plurima narrantur. Discipulus fuit Akibæ, & proselytus Justitiæ, ex familia Neronis Cæsaris oriundus, juxta Zemach David. In Sepher Juchasin dicitur fuisse מזרע נירון תשר הגדול של קוסר ששלחו קיסר להחריב ירושלם קודם ששלה לאספסיינוס ex semine Neronis, belli Ducis a Cæsare Romano constituti & ab eo missi ad devastandam Hierosolymam ante Vespasianum.

Quidam, ut R. Maimonides, auctor Halicot olam, existimant ipsum R. Meir vocatum esse nomine proprio Nehemiam, & dictum esse hunc רבי מאיר, quia Sapientum oculos luce ingenii sui illustrabat. Alii vero Nehemiam quendam Collegam R. Meir faciunt. In Horaiot, Rabban Simeon נשיא fuisse dicitur, R. Nathan אב בית דין Vice-præses, R. Meir חכם sive Sapiens, de quo supra p. 13. Aliter noster Auctor, qui se ipsum refellit pag. 151. ubi R. Meir sic introducit loquentem: Quum R. Simeonem amoverimus, ego ero Pater Senatus, & Tu (R. Nathan) Princeps. Si enim (ut existimavit Auctor) R. Meir jam fuisset Pater Senatus, id est, secundus a Præside, quomodo ad illum honorem, quem jam possidebat, adspirare potuisset. Uxorem habuit R. Meir nomine ברוריה Beruræam, filiam R. Chananiæ ben Tardejon (de quo pag. 111.) quæ a Sapientia commendatur.

Contemporanei ejus hi fuerunt, R. Juda בר אלעאי fil. Elaii. Hunc intelligunt, quum indefinite in Talmude legitur מעשה בחסיד אחד, Historia pii cujusdam viri, & hoc nomine ipsum insigniri apud eos notum est. Verba sunt Maimonidis. R. Zacuth ait, ista phrasi vel hunc R. Judam Bar Elai intelligi, vel R. Judam fil. Babæ, qui etiam pietate inclytus fuit, & de quo lege supra pag. 111. Filius ipsius erat R. Jose, etiam in Misna memoratus.

R. Eliezer fil. Schemua, Sacerdos, & Præceptor R. Judæ S. ut refert R. Zacuth in Juchasin. Ultimus est, juxta nonnullos, decem illorum הרוגי מלכות de quibus supra egimus p. 111. Interfectus traditur noctu Sabbathi, ad cujus sanctificationem dum devoto cultu & lectione Biblica se præpararet, animam efflavit in pronuntiatione vocis אלהים. Quam ob rem egressa Filia vocis (oraculum Templi secundi) dixit: Beatus es o Eliezer, fili mi, quod anima tua exiverit in voce אלהים. *Deus!* Longævus admodum fuit: & rogatus aliquando a discipulis, quomodo ad tantam ætatem pervenisset, respondit: Nunquam Synagoga, ut communi via, sum usus, & nunquam incessi super capita populi Sancti.

R. Nathan, qui אב בית דין, Pater domus Judicii, in Horaiot, in Sepher Juchasin, & alibi, fuisse dicitur, non, ut Auctor noster, חכם, quod munus ad R. Meir pertinuit.

R. Simeon fil. Jochai; Auctor esse perhibetur Libri inter Judæos celebratissimi & arcanis Theologiæ Cabbalisticæ mysteriis refertissimi, quem *Zohar* vocant: licet auctor Libri Juchasin filio ejus Eliezeri & discipulis illum adscribat. Appellatur a suis המאור הקדוש, Lumen illud Sanctum. Delituisse dicitur in spelunca 12. annis: metuebat enim sibi a Romanis, qui ipsius interitum jam decreverant. Dixerat enim omnia opera magnifica, quæ a Romanis exstructa erant, balnea, pontes, plateas &c. esse ab iis in proprium commodum ædificata, ut inde vectigalia reciperent &c. Synagoga ab ipso structa, Tiberiade ostenditur, ut in Cippis Hottingeri videre est.

R. Jochanan הסנדלר, Calcearius שהיה עושה סנדלין quia calceos formabat, ut ex Aruch scribit Zacuthus. Fuit Akibæ discipulus. Aliis dicitur fuisse נוקב מרגליות margaritarum perforator.

R. Jose Galilæus, Præceptor R. Judæ Sancti, juxta Juchasin: qui invenit 32. modos Legem explicandi.

R. Eliezer, fil. R. Iose Galilæi. Auctor Libri, cui titulus שלשים ושנים מדות לתורה Fratres ejus erant R. Chanina & R. Ismael.

R. Iacob, Præceptor R. Iudæ S.

R. Chalaphta (alii legunt Chelpetha) oriundus ex vico Chanania, id est, Cana, in limitibus Galilææ inferioris, juxta Juchasin.

R. Simeon ben Chalaphta longævus admodum; cui occurrisse fertur extra Urbem media nocte Angelus mortis, & dixisse: in Te & Tui similes nulla est mihi potestas, nam Deus bonis operibus delectatus protrahit vitam vestram.

R. Jose fil. Mesullam, pietate celebris.

R. Jose בן החוטף אפרתי

R. Jose, Zipporiensis, fil. Chalapthæ. Præceptor R. Judæ: scripsisse dicitur Seder Olam Rabba.

R. Dositheus ברבי ינאי, discipulus fuit R. Meir.

R. Jadua Babylonius.

Aba Eliezer.

(2) R. Meir dicitur ab Abrahamo ben Dior in Sepher Hakkabbala ראש כלם, *Caput omnium*, qui חברים *collegæ* erant Rabban Simeonis, & videtur ipsum Principem sapientia superasse: quod diserte affirmat idem, hanc narrans historiam והסכימה דעת רבי מאיר ורבי נתן לביישו ברבים שהיו חכמים ממנו ונתגלה לו הדבר משם ואילך לא הוזכרו רבו מאיר ורבי נתן בשמותיהם אלא רבי מאיר אחרים ורבי נתן יש אומרים „ Et convenerunt in eo R. Meir & R. „ Nathan, ut pudefacerent illum (Præsidem Simeonem) quoniam eo sapientiores erant. Sed innotuit Simeoni hoc consilium. Unde postea R. „ Meir & R. Nathan propriis nominibus non citantur, sed nominibus eorum præteritis dicunt „ pro, dixit R. Meir, *Alii dicunt*: pro, dixit R. „ Nathan; *Sunt qui dicant*.

רבי יהודה הקדוש

R. Jehuda Sanctus. (1)

I. NAtus est eo die, quo Akiba occubuit, unde orta illa Judæorum sententia: *Eo die occidit Lux Israelis & iterum orta est*. Postquam rebus administrandis admotus fuit, prima ejus cura erat, Synedrium, & Academiam in Tiberiadem transferre. Quod etiam feliciter ipsi successit. Deinde operam contulit, ut omnia משניות *Mischnajot* in unum Volumen compingeret. Videbat enim (inquit *Zemach David*) prolongationem captivitatis, & discipulos pusillanimos redditos esse, vim Sapientiæ vero, & Legem Oralem attenuatam. Corrasit itaque omnia decreta, statuta, & dicta Virorum doctorum, qui ante ipsum floruerunt (& quos hactenus descripsimus, Synedrii denique documenta & mandata, atque ea in hunc ordinem disposuit, quo illa hodierno die conspiciuntur. (2)

II. Omnes Historias, quæ de Magno hoc

hoc Rabbino passim leguntur, hic referre, nec necessarium, nec nostri instituti est: quare unam aut alteram solum producemus. *Abierunt quamplurimi e schola Rabbi* (sic Jehuda Sanctus vocatur) *Lyddam ut ibi intercalarent, sed occurrit ipsis oculus malus* (infortunium) *& omnes simul sunt mortui. Hieros. Sanhed.* f. 18. 3. Quod sine dubio ipsis in pænam accidit: Lydda enim tunc non erat intercalandi locus.

III. Permisit Rabbi Magdalensibus, ut Sabbatho ire possent in Chamatam; & per eam procedere ad vicum extimum usque ad pontem *Hieros. Erubbin* f. 23. 4. Quæ dispensatio de limite Sabbathico ipsis magnum erat beneficium: poterant enim ita suos amicos etiam in Sabbatho, sacris peractis, commode invisere.

IV. Cum Synedrium adhuc Hierosolymis sederet, Princeps Senatus etiam flagellatione puniri poterat, si quid deliquisset: sed sub ultimis Synedrii annis, Præsides non tam Synedrii officiarii, quam Domini erant, nec censuræ volebant obnoxii esse. Hinc cum *Simeon Ben Lakisch* confidenter aliquando sustinuisset, *Principem, qui peccasset, in Consessu triumvirali flagellandum esse:* Audiens illa Rabbi misit, qui ipsum prehenderent: sed Ben Lakisch, fortuna secundante, salutem pedibus quæsivit, & ultra Magdalam fugit. *Hierosol. Horajot* f. 47. 1.

V. Diocletianus Cæsar Judæi porcarius fuit, antequam ad Imperium pertingeret; & quidem sortis tam contemptæ, *ut* טליי דרבי *Juvenes domus Rabbi* (ita aliquando filios familias, sed sæpius domesticos, vocant,) *non dubitaverint ipsum probe alapis, & ictibus contundere, Hieros. Terumot* f. 46. 2. 3. Hanc contumeliam Diocletianus, Rex factus, oblivioni non tradidit, sed cum *Paneada* accederet, accersivit Rabbinos, & cum ipsis ob id expostulavit; illos inter alia sic perstringens: *Ideo quod Creator vester pro vobis operatur mira, vos dominum meum contemnitis*. Sed Rabbinis non defuit se purgandi facultas. Responderunt enim, ריקלוט חזירא בזינן ריקלוטיאנוס מלכא לא בזינן *Nos contempsimus Diclot porcarium* (hoc (3) enim erat in sordida ejus conditione nomen) *Diocletianum Regem non contemnimus*.

VI. Meretur Diocletianus, ut de eo etiam honorificum quid referamus; illud est inscriptio illa, quam in foro Tyri ab ipso ædificato poni curavit, in æternum amoris erga Herculium & beneficii erga cives monumentum. Legitur illa Hieros. Avoda Zarah f. 39. 4. hunc in modum אבא ריקלטיאנוס מלכא שבנית אהן יורידה רצור לגדירה דארקליס אחי חמנא יומין *Ego Diocletianus Rex hoc forum Tyri condidi fortunæ fratris mei* (*Maximiani*) *Herculii, spatio octoginta dierum*.

VII. Contulit se Rabbi 17 annis ante obitum suum in *Zipporem* & ibit obiit; at sepultus (4) fuit in *Beth Scharim*. Moriens præcepit filiis suis, *Ne me ad sepulturam ferentes ploretis in civitatibus parvis, per quas transibitis, sed in magnis*. *Gl. Bab. Sanhed.* fol. 47. 1. Insuper etiam miracula facta sunt illo die: nam cum omnes civitates congregatæ essent ad eum plangendum, idque vespera Sabbathi, (id est vespera Sabbathum antecedente) *dies non declinavit; usquedum unusquisque domum se recepisset; utrem aqua implevisset, atque candelam Sabbathicam accendisset. Prodiit etiam Bath Kol, & plangentibus beatitudinem pronuntiavit, unum solum excipiens, qui hoc cognoscens ex tecto se præcipitem dedit. Hieros. Kilaim* fol. 32. 2.

VIII. R. Jehudæ filius, nomine *Rabbi Gamaliel*, ultimus Synedrii (5) Præses fuit, tunc enim Synedrium cessavit, & Judæi in dies magis contempti & extorres facti sunt, exiliis huc illuc fluitantibus errantes.

IX. Doctores qui *Misnicos* sequuti sunt, (6) *Gemaristæ* vocantur, doctrina & rebus gestis nulla plane ratione cum prioribus comparandi; ut cuilibet patebit, qui Gemaram inspicere & considerare poterit; præter linguam enim tortam & fractam, qua squallent, in rebus ita versati sunt, quasi nec intelligi nec sani quid dicere voluissent; & quorum fabulositati Hebraismus debet, quod hodie in tanto scientiarum lumine tam contemptus jacet נשכח כאלמנה נרמורה נעזבה *instar viduæ derelictæ*. Magna certe pulcherrimæ literaturæ injuria, quasi cum aliqui sint, qui delirarunt, cæteri nihil boni dixissent. Terrent certe hi Authores stili difficultate; etiam subinde nugaces sunt, non nego; sed vicissim quoque asserere nunquam dubitabo, *Nullos esse authores qui lectorem magis alliciant, utiliores sint, quam Rabbinos*. Item *Evangelium vix habere acriores hostes quam Judæos, sed tamen a nullis interpretibus tantum lumen affundi ac ab illis;* sicuti abunde probavit V. Cl. D. Lightfoot, harum literarum maximum præsidium) in suis *Horis*, duraturis quam diu tempus erit. (7)

(1) Hic ordinario titulo הנשיא *Principis* apud Judæos superbit. Fuit ראש ושיבה *Caput consessus*, & amicissimus *Antonino* Imperatori, si fides Hebræis. Sic habet Abraham ben Dior in *Sepher Hakkaabala* ומת אדריינוס ומלך ברומי אנטונינוס בן אסוירוס והיה אוהב את רבינו הקדוש כנפשו ואומרים שגיירו בסתר והיו בימי רבינו הקדוש כולם ימים טובים לישראל והאריך ימים ובימיו מת אנטונינוס ומלך אנטיפוס ואחריו קומודוס וכולם כבדו ונשאו את רבינו הקדוש כל ימיו „ Mortuo autem Adriano successit in Imperio Romano Antoninus, filius Asueri, qui Rabbi Jehudam amabat uti se ipsum: unde est quod dicatur „ R. Jehuda clanculum eum fecisse proselytum. Tempora autem fausta fluebant Israelitis, vivente R. „ Jehuda, qui ætatem produxit admodum, ita ut „ Antonino supervixerit, & Antipo qui ei successit. & Commodo, apud quos omnes magno in „ pretio fuit R. Iehuda Hannasi. Quibus terminis fingendi illa audacia cohiberi queat, quum studium extollendæ gentis suæ apud Iudæos prævaluerit!

Refert R. Isaac Abuhab in מנורת המאור fol. 38. col. 4. ed Ven. eo tempore, quo in lucem fuit editus R. Jehuda, interdictam fuisse circumcisionem, veruntamen R. Simeonem, fil. Gamalielis, Patrem R. Jehudæ circumcidisse filium suum, & coram הגמון (est hoc Græcum ἡγεμών) rationem facti reddidisse ex mandato Dei, qui circumcisionem in Lege præceperat, & cujus mandatis obedientiam debebat. Plura ibi de R. Jehuda legere est, quo Lectorem φιλολόγον relegamus, quum omnia hæ angustiæ non capiant. Adrianum autem Imperatorem prohibuisse circumcisionem, & circumcisos omnes neci destinasse, confirmat Chron. Samaritan. MS. pag. 243.

Oriundus est Rabbi Juda paterno genere, e tribu Benjamin, & Hillelem inter majores suos numerabat. Tritissimum est Judæorum de hoc Rabbi proverbium מימי משה ועד רבי לא ראינו תורה וגדולה במקום אחד „ A diebus Mosis usque ad tempus hu„jus Judæ nunquam simul conjuncta vidimus Le„gis scientiam, & nobilitatem seu magnificentiam. Ditissimus enim erat, sic ut dicant Judæi. Præfectum stabulorum R. Judæ ditiorem fuisse Sapore Persarum Rege. Præterea auctoritate pollebat maxima, & Antonino Pio, Imperatore, ut ajunt, familiariter utebatur; unde illo mortuo dixisse fertur נתפרדה החבילה, disruptum est vinculum amicitiæ, quod nos ligabat. Antoninus, dum viveret, narratur Tiberiada in gratiam R. Judæ liberam facere coloniam & immunem a vectigalibus solvendis præstare voluisse. Dicitur idem cum valetudine minus prospera sæpius colluctatus, & hinc אסתניס, ἀσθενὴς ab Hebræis vocatur. Vide Eliam in Thisbi. Cæterum exspatiantur admodum Judæi in laudes hujus Rabbini, illum sæculi sui Phœnicem, decus temporum, & modo Rabbi nostrum Sanctum, modo κατ' ἐξοχὴν Rabbi, vocantes. Vulgare est ejus elogium, quod apud R. Maimonidem in Præfat. ad Seder Zeraim occurrit משמת רבי בטלה ענוה ויראת חטא, Mortuo R. Juda cessarunt humilitas & timor peccati. Fertur ibidem eloquentissimus hominum, & linguæ Hebraicæ callentissimus, ita ut explicationem verborum Legis difficiliorum e sermone servorum, & ministrorum ipsius discerent Sapientes: Vir denique שנמצאו בו כל החמודות והמדות הטובות עד שזכה בהם אצל אנשי דורו לקראתו רבינו הקדוש „ In quo omnia inveniebantur desiderabilia, & „ omnes virtutes, adeo ut propterea a sui sæculi „ hominibus Rabbi noster Sanctus appellari meruerit. Cætera non fuerunt hæc compendia.

(2) Misnæ compositio celebrem hunc reddidit Jehudam, cujus consummatio ad annum 120. a vastatione Templi sive 500. æræ contractuum reducitur; licet de præciso tempore necdum inter Judæos conveniat. De illa omnes Judæorum Christianorumque Historici, & Philologi fuse scripserunt, & e monumentis Buxtorfiorum, Voisini, Seldeni aliorumque, amplissima colligi queunt testimonia, quæ illustrandæ Historiæ hujus Rabbini inserviunt. Qua re nos in hoc compendio supersedemus.

(3) *Diocles* erat ejus nomen, quum privatus esset: postea vocatus est *Cajus Aurelius Valerius Diocletianus*, Græco nomine Διοκλῆς in Latinum mutato, Porcorum eum curam habuisse probent Judæi. Id constat, virum fuisse obscurissime natum; verba sunt Eutropii. Alii eum Libertinum Annulini Senatoris, alii Scribæ filium fuisse contendunt. Videtur autem opinioni illi de Diocle porcario occasionem dedisse dictum Dividos ad Dioclem, si aprum occidisset, Imperatorem eum fore, & perpetua aprorum venatio, quam instituisse fertur Diocles, donec occiso homine Ario Apro, qui Præfectus erat prætorio, imperio potiretur. Vide Vopiscum, in vita Numeriani, Cap. 13.

(4) R. tamen Petachias, qui se αὐτόπτην in Itinerario suo (quod Hebraice primum prodiit, dein a Celeb. Hyde in Anglia, & Wagenseilio in Germania, in Latinum sermonem translatum est) perhibet, ait Zippori esse sepulcrum R. Judæ. En ipsa verba ובצפרי רבינו הקדוש קבור שם וריח טוב יוצא מקברו וכשרחוקים מיל מקברו מריחין הריח הטוב היוצא מקברו „ Zipori autem sepultus est R. noster „ Sanctus, a cujus sepulcro gratus odor surgit, „ quem jam percipiebamus, dum milliari ab eo aberamus.

(5) R. Chanina filius Chammæ Præses fuit Synedrii, at Gamaliel filias R. Jehudæ ejus collega. Sic R. Abraham in Hakkabbala, fol. 28. c. 2. רבי חנינא לאחר פטירת רבינו הקדוש נשא כראש הוא רבי הנינא בר חמא שכן צוה רבינו הקדוש והיו חביריו בניו כניו מרבינו הקדוש רבי אושקיא ורבי שמעון ורבי גמליאל ורבי אלעזר „ R. Chanina, fil. Chammæ „ defuncto R. Juda Principe, Caput Consessus fuit, „ uti jusserat R. Juda. Et socii ejus erant posteri „ R. Judæ, R. Osaia, R. Simeon, R. Gamaliel & „ R. Eliezer &c." Nimirum distribuerat R. Juda, dum vixeret, tria munera, Principis, Patris Senatus, & Sapientis, ut patet ex Cetuvot c. 12. ubi hæc ejus verba שמעון בני חכם גמליאל בני נשיא בר חמא ישב כראש „ Simeon fil. meus sit *Chacam*, „ Gamaliel, fil. meus *Princeps*, Chanina fil. Chammæ Caput Consessus.

(6) Misnici desinunt post ætatem R. Chaninæ & collegarum ejus אלו הם סוף התנאים *hi sunt Misnicorum ultimi*, ait R. Abraham: Et dein transgreditur ad Gemaristas seu אמוראים, quod γνωμολόγους interpretatur Scaliger. Quorum primi Raf & Samuel tempore R. Jehudæ Sancti vixere, si fides R. Abrahamo Ben Dior fol. 29. col. 1. ירד רב, inquit, „ לבבל בסוף ימי רבינו הקדוש בשנת שלשת תת"קעט „ Descendit Raf in Babyloniam sub finem „ vitæ R. Judæ Sancti, anno 3979." Hi autem duo scholas Babylonicas instaurarunt, uti fusius ibidem docetur, usque ad Raf Sima, in quo series τῶν אמוראים Amoræorum desinit, & incipiunt סבוראי Seboræi, quibus successere גאונים Geonim, & his filii Ascher & filii Nephtali. Quæ omnia latius persequi vetat Auctoris nostri, cujus vestigia legimus, in hoc Tractatu institutum.

(7) Coætanæi R. Jehudæ Principis constituunt Classem ultimam Misnicorum, quartam Sapientum illorum, qui vixerunt ab excidio Hierosolymitano, juxta Maimonidem. Sunt autem hi: Rabban Gamaliei, qui ultimus titulo Rabbau ornatus fuit, & R. Simeon filius ejus, R. Eleazar fil. ejus, R. Simeon fil. Eleazaris, R. Ismael fil. Josis, R. Jonathan. A quibusdam R. Josua fil. Levi Classi Misnicorum accensetur, aliis ipsum inter אמוראים constituentibus, ut monetur in Juchasin.


R. Eliezer הקפר etiam inter ultimos Misnicorum a Zacuth memoratur. Quamvis enim in Pirke R. Eliezeris (qui ante illum vixit) mentio hujus fiat, non ideo (ait idem) ad priora tempora reducendus est, nam illa Capitula R. Eliezeris non ab ipse Eliezer conscripta sunt, sed a recentiori manu sub ejus nomine conscripta.

R. Simeon fil. מנסיא tempore R. Judæ vixisse traditur in Juchasin.

Dubito, an ad hæc tempora referri quoque non debeat רבי אליטס איש יבנה, quem in Alfabeto Libri Juchasin non invenio; memoratur tamen in Misna, & forte idem est cum אילה חכם יבנה de quo in Juchasin.

Nota. pag. 68. in Not. omissus est inter συγχρόνους Oniæ, Jochanan, Sacerdos summus pater Matatthiæ, Doctor etiam Misnicus.

GO-



GOTHOFR. ENGELHARDI GEIGER

COMMENTATIO DE HILLELE & SCHAMMAI.

Quanquam omnes artes & scientiæ, quotcunque etiam nostræ imbecillæ mentis arcti cancelli concludere possunt, superiori scientiæ de Deo rebusque divinis, quam vocamus Theologiam, operam suam offerunt, & eandem quasi satellitium quoddam suam stipant majestate venerandam reginam: ex omnibus tamen nullam illi majus præstare arbitror subsidium, atque notitiarum hancce bigam, quarum alteram nostrum studium sibi ex monumentis antiquorum Ecclesiæ doctorum atque scriptorum acquirit; alteram vero ex latifundio sacræ Philologiæ consuetudinumque Judaicarum exhaurit. Possem facillimo negotio, si opus esset, hac de re etiam Clarissimorum Virorum mecum consentientium citare testimonia, sed arbitratus, quemlibet hoc, quod nunc affirmare volui, accurata ingenii lance ponderantem, suum mihi concessurum suffragium, istud duxi superfluum. Qui enim mentem suam post veræ pietatis studium bene exornat rituum Ecclesiasticorum & Judaicorum scientia, is demum feliciter sacram intelligit Scripturam, atque non adeo inhiare debet Commentariorum auxilio: verum ipse suum habet secum Pharum, cujus lumine collustratus ex sententia effugere potest ignorantiæ syrtes & errorum periculosos scopulos. Hinc nulla formidine laborans ausim ego asserere, optime istum tempus suum collocare, qui indefesso studio dictas antiquitates scrutatur & evolvit, profecto & jucunditas & utilitas veluti, individuæ illum sequentur comites, & sua jugi amœnitate mirifice ipsum afficient. Jucunditatem persentiscet, quando sibi repræsentare potest mira fata, quæ Ecclesia subiit, videtque simul, istam semper tot ac tantis structis insidiis non succubuisse, sed instar inexpugnabilis rupis in vadoso mari stetisse. Utilitatis demetet fructum, quando vel textus Scripturæ exponere, vel Controversias ex antiqua Ecclesia ad nos derivatas decidere debet. Verum namque manet, quod Alba Spinæus sub initium Observat. Eccles. scripsit: Ex ignorantia, *inquiens,* pristinostrum Institutorum, magni sunt consequuti errores: nam si forte mentio priscarum rerum incidat, eas non uti fuere, sed quales hodie ante oculos nostros

stros versantur, concipimus atque de iis differimus. *Quemadmodum nunc usum notitiæ rituum Ecclesiasticorum ostendimus: ita etiam monstrabimus, minime utilitate cassam esse scientiam antiquitatum Judaicarum, si circa Sacram Scripturam explicandam versamur. Hoc ut aliquo modo dispalescat, adducemus ex Matth. XV. v. 3. Christi reprehensionem, qua Pharisæos temerariæ negligentiæ & impietatis arguit, quod patrum Traditiones longe anteposuerint ipsi suæ sanctissimæ promulgatæ legi. Hoc profecto nemo explicabit melius, quam qui noverit, quomodo Judæi exosculati fuerint sapientium & antiquorum Doctorum decreta. Licet enim sanctissimus Deus expressis verbis Gen. IX. 6. dixerit: quicunque sanguinem humanum effuderit, illius sanguis vicissim profundatur; tamen casu aliquo obtingente, non consulebant cœlestia oracula, sed potius humana statuta, & quicquid hæc dein ipsis dictitarunt responsi, illud religiosissime sunt exsequuti, susque deque ferentes sacræ Scripturæ auctoritatem diversum sæpius præcipientis. Rem exemplo aliquo dabimus illustriorem. Si cui fuit propositum, aliquem adultum hominem percutere & ictu ipsi officere ad necem consciscendam minime sufficientes habente vires; iste vero ictus in parvum si inciderit, & ad illum enecandum valuerit, homicida iste non dabat cædis pœnam, sed impunis abibat. Conf. hic Clariss. Lightfoot præf. ad Operum suorum Vol. II. Edit. Ultraj. 1699. ubi plures hujus farinæ misellas offendes Traditiones. Quo vero absurdiores ut plurimum hæ fuerunt Sapientium sententiæ, hoc sanctius imo superstitiosius illas asservavit Judaicus populus, donec Rabbenu Hakkadosch istas in unum volumen congessit, quod hodienum sub nomine Mischnajoth apud Judæos circumfertur. Et hoc volumen tanta venerantur observantia, ut illum nominare haud vereantur* תורה שבעל פה *Legem per os traditam, quæ Legem Mosis ex illorum opinione satis obscuram & imperfectam dilucide explanet, atque exponat. Et quamvis diversorum Doctorum contineat Legis decisiones & decreta. nullius tamen sæpius mentionem facit, quam Hillelis. que sententiis hujus Viri adeo scatet, ut nihil fere aliud, quam quod ex ore atque Schola ejus prodieret, complectatur. Conf. Bartoloccii Bibliothecæ Rabb. Vol. II. p. 791. Imo tempore Christi plurimi Judæorum erant asseclæ Hillelis, cum quibus sæpius Christus ipse disputavit. Quare cum observarem, aliquem posse redundare usum ex hujus Hillelis historia atque notitia ad Scripturam Sacram explicandam, constitui mecum de eo ipso ejusque simul Adversario Schmmai ista conscribere, quæ hinc inde apud Auctores occurrere solent. Antequam vero progreditur, te sanctissime Deus subsidium tuum posco, ut omnia vergant in Tui honorem atque gloriam: Te vero Lut. benignam & placidam censuram hujus qualiscunque conatus.*

Equidem de Hillele & Schammai disserturus omnino tenerer præscriptis regulis ita insistere, ut ante omnia proponerem, quæ circa initium natalium horum celeberrimorum inter Judæos Doctorum contemplanda & observanda veniunt, quibus videlicet sint sati parentibus, quos habuerint Majores, quodque oppidum dulce suum vocaverint natale solum. Sed, ut verum fatear, idem me fecisse deprehendi, cum ex monumentis Judæorum omnia hæcce exhaurire conarer, ac si in scirpo nodos quæsivissem. Tanta enim hodie laborat illorum genealogia obscuritate, quanta quondam radiavit laritate atque luce. Interim tamen, postquam satis diu inquisivi, idem propemodum mihi obtigit, quod multis retro seculis Ciceroni Syracusis Archimedis sepulcrum indaganti obtigisse legimus Lib. V. Tusc. Quæst. Uti enim hic, cum omnia collustraret, tandem inter densos vepres columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri, offendit, cum adscripto epigrammate, cujus partes posteriores versiculorum jam exesæ fuere, & dimidiatæ fere: ita & ego de Hillele tantummodo nonnulla post multam indaginem in Libro isto Rabinico נחלת אבות, sive in Commentario in Librum פרקי אבות, qui prodiit in urbe Veneta בשנת שה לפק & quidem in præfatione R. Abarbanelis pag. 9. col. a his verbis: הלל הבבלי והיה מזרע המלוכה ממשפחת בית דוד כי הוא היה מבני שפטיה בן אביטל בן דוד Hillel est Babylone natus, & quidem e stirpe regia ex familia domus Davidis: namque fuit de Filiis Schephatiah, Filii Davidis: quæ verba videntur desumta ex מגלת תענית, qui liber annexus est סדר עולם pag. 27. col. 3. ubi legitur: הלל עלה מבבל והוא בן ארבעים שנה ומבית דוד היה מזרע המלוכה, Hillel Babylone venerat, cum quadraginta annos natus esset, & erat de domo Davidis ex semine regio. Verum quis nunc non videt, hæc omnia peræque, ut epigramma sepulcrale Archimedis carere posterioribus, id est, istis parentibus, qui nostrum ἀμέσως & immediate, veluti dicunt, genuere. Nam stemma duntaxat Hille-

Hillelis manifestant, & antiquissimum ejus avum, qui fuit unus ex filiis Schephatiah, filii Davidis, quem cum Uxore sua Abitale genuit; ut videre est 2. Sam. III. 4. & I. Paralip. III. 3. sed non satis exprimunt, utrum Hillel per patrem aut per matrem suam attingat Regem Davidem. Sunt, qui dicunt, matrem ejus ex posteris Davidis propaginem fuisse; alii vero patri hanc tribuunt prærogativam atque gloriam, hinc & sequentem Genealogiæ lineam ducunt: שאלתיאל בן יהויכין מלך יהודה פריה בנו זרובבל בנו משולם בנו חנניה בנו ברחיה בנו חסדיה בנו ישעיה בנו עובריה בנו שכניה בנו שמעיה בנו נעריה בנו חזריה בנו ויש אומרים כי הוא הלל הזקן ונשיא ישראל Sealthiel filius Jehojachin Regis Judæ, Padiah fil. ejus, Zerob. fil. ejus, Meschulam fil. Channaniah fil. ejus, Berachiah fil. ejus, Chasdiah fil. ejus, Isaiah filius ejus, Abdiah filius ejus, Schechaniah filius ejus, Schemaiah filius ejus, Naariah filius ejus, Chasriah filius ejus. Sunt, qui dicunt, hunc esse Hillelem, senem principem Israelis, vid Auctor Animadversionum in Juchasin, ad pagin. 158.

II. Quamvis vero plurimi a partibus illorum stent, qui credunt, per matrem suam Hillelem fuisse Dividis progeniem; nobis tamen placet cum hisce consentire, qui tuentur contrarium, præsertim si firma nititur hoc veritate, quod frater nostri Hillelis Babylone Academiæ sceptra gesserit, justitiæque administratione in Judæos ibi functus fuerit, veluti hoc refert Juchasin pag. 55. a. Novimus enim, quod & Babylone & Hierosolymis principes Academiæ regnarint, penes quos utrosque summa erat potestas; major vero & sublimior penes Babylonicum, quem caput deportationis vocarunt; & hoc ideo esse factum memorant Scriptores, quod utrique ex familia Davidis profecti fuerint. Ratio vero, cur Babylonicus obtinuerit primum locum, ea perhibetur, quia semper per lineam masculam iste descendit a domo Davidis: Hierosolymitanus vero descendit per femininam. Testatur hoc Majemon in Annot. 2. cap. 4. סנהדרין ראש גולה שבבבל גדול מן הנשיא שבארץ ישראל שהיה מן הזכרים והנשיא בא מן הנקבה: Caput, sive princeps deportationis, qui Babylone erat, major est Principe in Terra Israelis. Iste enim descendit per lineam masculinam; hic vero per femininam. Quare necesse est, nostrum Hillelem per patrem a stirpe Davidis provenisse, quia frater ejus Basylone ad istam dignitatem promotus est, quæ solos posteros Davidis per masculam generationem propagatos exornare solebat.

III. Natus est hic noster Judæorum Sapiens Anno 112. circiter ante Christi nativitatem; annum vero a mundo condito non audemus confidenter adponere, quia maxima omnium hæc est controversia. Bartoloccius loc. cit. pag. 783. ex Libello הלכות דעות rem proferens scribit: Hillelem natum fuisse Babylone anno Mundi 3648. Sed quilibet hic, antequam illud admonemus, videbit, maximum intervallum inter hunc & nostrum intercedere computum. Nos enim vel cum Thoma Lydiato exoptatissimum nostrum Salvatorem in hanc fuisse communem editum lucem, anno post mundi creationem 4003. dicimus, vel aliquando accuratius cum Scaligero 3950.; secundum vero Rabbinorum computum, Christus natus est 3760. quod exinde patescet, si anno natali nostri Hillelis illos annos addiderimus, quibus Christum nativitate sua occupavit. Verum hoc licet sit intervallum maximum, neminem tamen in admirationem rapiet, si ostenderimus ipsi, qua fraude & impietate Judæi hæc omnia corruperint. Nempe enim ipsi tum ex antiqui alicujus Eliæ traditione, tum vero maxime ex ipsa Scriptura erant convicti, exitum millenarii quarti post mundi creationem destinatum fuisse a Deo adventui Messiæ. At vero ne confitendo hæc ita evenisse nimium nobis concedere, gladiumque nobis, quo jugulum illorum peti posset, tradere viderentur, inter alias multas se vulgusque consolandi vias & hoc excogitarunt mendacium, nostrum Christum non esse a Deo promissum Messiam; ipsum enim sibi præscripto tempore non esse genitum, sed ad minimum 200. annos illud antecessisse. Conf. hic utique Acta Eruditor. Lipf. Anno 1686. pag. 597. seqq.

IV. Noster hic Hillel interdum quoque ab eruditissimis viris nomine insignitur Pollionis, inter quos Clar. VVilhelm. Momma referri debet. Is enim cum in Libro II. de Varia Conditione & Statu Ecclesiæ Dei sub triplici Oecomomia cap. xx. §. 78. funestam istam stragem, quam Herodes Magnus in Synedrio fecit, recenset, scribit: *Hærodes, capta urbe, adversos sibi homines quotidianis adsumsit suppliciis, & inter illos omnes magni synedrii judices, Pollione Pharisæo & discipulo ejus Samea exceptis, quos in præcipuo ille habuit honore*. Conf. Lightfoot in Harmonia N. T. Vol. II. pag. 5. Et hoc facere videntur auctoritate

tate Josephi, qui statim sub initium Libr. XV. Antiquitatum Judaicarum, cum eandem tradidisset memoriæ historiam, hoc nomen nostro indidit scribens: ἐτιμῶντο δὲ μάλιστα, παρ' αὐτῷ πολλίων φαρισαῖος καὶ Σαμέας ὁ τούτου μαθητής. Non vero hic nulla menda sit Librariorum, Criticis dijudicandam relinquo.

V. Alios multos præter nostrum Hillelem hoc nomine usos fuisse satis patebit ex historicarum Judaicarum monumentis. Hinc cum inter antiquos Hebræos Libros ספר הלל quoque numeratur, non credendum est, istum nostrum Hillelem conscripsisse, sed alium potius quam plurimos post illius fata insecutos annos in hoc mundo vitam transigentem, quod vel ex hoc fundamento colligere & confirmare arbitramur, quia dicitur, in Libro Juchasin pag. 132. a. ומן מלכות ליאון הוציאו ספר הארבעה ועשרים אשר נקרא הבבליא שכתב אותם רבי הלל ומשם היו מגיהים כל הספרים E provincia Lion produxerunt Codicem XXV. librorum, qui vocatur Biblia, quos scripsit R. Hillel, ex quibus emendarunt omnia exemplaria. Nam neminem, nonnisi hospitem Hebræorum Antiquitatum ignorare puto, titulo Rabbini antiquos ante Christi Salvatoris nostri nativitatem Judæorum Doctores & sapientes minime fuisse adpellitatos. Testatur hoc clarissimis verbis R. Nathan in Aruch in voce אביי הדורות הראשונים שהיו גדולים מאד לא היו צריכין לרברבם לא ברבן ולא ברבי ולא ברב לא לחכמי בבל ולא לחכמי ארץ ישראל שהרי הלל עלה מבבל ולא נאמרה רבנות בשמו h. e., Secula prima, quæ erant valde insignia, non requirebant, ut sese (Doctores nostri) amplificarent, neque per Rabban, neque per Rabbi, neque per Rab, non modo sapientes Babylonici, sed & sapientes terræ Israel; nam Hillel ascendit Babylone, neque fuit nomen ejus Rabbini titulo decoratum. Cœperunt vero mox post Christum natum & post mortem Hillelis superbire dicti Doctores, & affectarunt studiose sapientiæ suæ characterem & insignia, quibus præ reliquis discernerentur non modo, sed & venerandam simul conciliarent sibi auctoritatem atque prærogativam, id quod primus omnium fecisse dicitur ipse nostri Hillelis filius. Ita enim dicitur: רבן שמעון בן הלל הוא הראשון הנקרא רבן משם Rabban Schimeon, filius Hillelis primus dictus est cognomento Rabban, vid. Buxtorf. hoc ex Zemach adducentem in Abbreviaturis pag. 175. Edit. Basil. Unde quum reliqui hunc sunt insequuti, Christum hanc arrogantiam vehementer incusavit & improbavit, vid. Matth. XXIII. v. 8. Apparet itaque ex hisce, Hillelem nostrum hujus codicis non posse haberi Auctorem, uti nonnulli credunt. Nobis, si coniectura permittitur, Auctor videtur fuisse hujus libri iste Hillel, qui unus fuit ex posteri nostri, & ultimus fuit Synagogæ Judaicæ præses, & circa annum 340. claruit, de quo etiam Epiphanius in Panario suo Lib. I. Tim. 2. refert, quod agnita veritate cœlesti Synagoga excessit, sacroque a Christo instituto lavacro suscepto Christianorum religioni sese adplicuit. Quod si vero quispiam Morinum in Libro de Græc. & Hebr. Textus Sinc. imitari velit, qui docet, codicem dictum a recentiore adhuc quodam Hillele in Hispania esse scriptum, ei adeo non refragabimus, quanquam ob peculiares rationes suffragio nostro illi accedere non possemus.

VI. De infantia, pueritia & adolescentia nostri Hillelis equidem multa non habemus proferenda: possumus tamen hoc de eo affirmare, quod fortuna minus benignis ipsum adspexit oculis, sed potius fata satis acerba & aspera ipsi experienda concessit. Nam quanquam sanguine regio est satus, & natura benignior excellentem ingenii indolem ipsi est largita: tamen divexabatur pecuniæ & grandi paupertatis molestia, quæ prohibebat, quo minus statim ex sententia ab ipsis suis incunabulis & a puero sublimem mentis suæ aciem & ad literas natam Doctoribus magis ac magis expoliendam tradere potuerit. Et has malignæ fortunæ nostro Hilleli inflictas plagas multo fecit graviores alterius ex fratribus suis fœda durities & nefanda illiberalitas. Hic enim opimum habebat censum, magnasque facultatum opes, sed indigo fratri istis succurrere semper detrectavit, uti hoc nobis Juchasin refert pag. 55. col. c. והיה לו אח שבנא שמו וזה שבנא היה עשיר ולא סייע להלל אחיו כמו עזריה לשמעון ולא נתן לו חלק עם הלל כי בוז יבוז לו, h. e. Et fuit ipsi frater Schabna, & hic Schabna erat opulentus, sed nullum tulit auxilium Hilleli, quemadmodum Asariah Schimeoni tulit: neque portionem ei dedit, quoniam vehementer illum aspernatus est.

VII. Bartoloccio cit. l., si fides habenda, noster, cum esset viginti annos natus, duxit sibi uxorem, ex qua suscepisse dicitur filium sanctissimum, qui in ulnis suscepit Dei filium & Judæorum Messiam, Simeonem scil., quem Rabbini Rabban vocant. Sed hoc si non negan-

gandum porsus, certe dubitandum de eo puto, veluti infra videbimus. Post quam vixit Babylone annos quadraginta, nescio, qua causa motus omni cum familia sua reliquit patriam sedem istamque commutavit cum primaria Palæstinæ urbe Hierosolyma, ubi collocata sua aliis opera sibi suisque victum & amictum quæsivit. Et quia tunc temporis Celebratissimi Academiæ Rectores & Doctores Schemajiah & Abtalion ibidem florebant, qui admiranda dexteritate discipulos suos legis interpretationem docuere, noster incredibili addiscendi sapientiam flagrans ardore nunquam non & istis auscultare quæsivit, & sapientia illorum effata percipere. Neutiquam vero ipsi ob sumtuum hisce Doctoribus necessario solvendorum defectum integrum erat & permissum inter ipsos sedere discipulos; sed foris ipsum oportebat per ministrorum gratiam legentes audire, & attendere, quid doceant atque proponant. Quo facto Hillel id impetravit, ut non modo adscriberetur dictorum Doctorum perpetuis discipulis, sed etiam ut pauperibus, quando Legis studium negligunt, tanquam genuinum diligentiæ exemplar ad pudorem ipsis incutiendum proponeretur, quod ostenderet, nihil ad virtutem avide grassaturo impedimenti esse objectum, quo minus ad consequendam & amplexandam istam pervenire posset.

VIII. Non impetare a me potui, ut hic supersederem a communicanda historia ista fabulæ similiore, qua omnia hæc nobis, quod præcedentibus dixeram, referuntur; Nimirum in מסכת יומא c. 3. fol. 15. b. lin. 16. seqq. hæcce extant verba: תנו רבנן עני ועשיר ורשע באין לדין לעני אומרים לו מפני מה לא עסקת בתורה אמר עני הייתי וטריד במזונותי אמרין לו כלום עני היית יותר מהלל אמרו עליו על הלל הזקן שבכל יום ויום היה עשה ומשתכר בטרפעיק חציו היה נותן לשומר בית המדרש וחציו לפרנסתו ולפרנסת אנשי ביתו פעם אחד לא מצא להשתכר ולא הניחו שומר בית המדרש להכנס עלה ונתלה ויושב על פי ארובה כדי שישמע דברי אלהים חיים מפי שמעיה ואבטליון אמרו אותו היום ערב שבת היה ותקופת טבת היתה וירד עליו שלג מן השמים כשעלה עמוד השחר אמר לו שמעיה לאבטליון אבטליון אחי בכל יום הבית מאיר והיום אפל שמא יום המעונן הוא הציצו עיניהן וראו דמות אדם בארובה עלו ומצאו עליו רום שלש טפחים פרקוהו והרחיצוהו וסוכוהו והושיבוהו כנגד המדורה אמרו ראוי זה לחלל עליו את השבת. h. e. Docent nostri Doctores: pauper & dives atque impius aliquando venerunt in judicium. Dixerunt pauperi: cur te non exercuisti in Legis studio? respondebat, pauper ego sum, & assiduo defatigor labore ob victum meum quotidianum acquirendum. Dixerunt illi: Anne tu paupertate tua ipsum Hillelem superas? Nam recensent de Hillele Seniore, quod singulis diebus operatus sit, & operum suum collocaverit pro טרפעיק (fuit hoc stater, qui exæquabat dimidium didrachmæ; sive fuit pars octava sancti sicli, qui habebat quatuor drachmas, conf. Buxtorfi Lexicon Talmudicum col. 921.) dimidium hujus stateris dabat Janitori Collegii Academici; alterum dimidium pro sua suorumque impendebat sustentatione. Aliquando vero nullum reperit, cui suam potuisset operam locare, hinc etiam illum custos academiæ gratis non intromisit in interiora. Ascendit igitur, & suspensus sedit in fenestra (quæ erat in medio tecti, ut solis radii deorsum per eam inciderent,) ut ibidem audire posset verba Dei viventis ex ore Schemaiæ & Abtalionis. Dicunt nostri Doctores, hoc contigisse vespera alicujus Schabbathi, cum sol in mense Decembre versus æquatorem a Circulo Capricorni sese inclinare cœpit, ceciditque super eum de cœlo nix. Ubi vero aurora est suborta, dicebat Schemaiam ad Abtalionem: mi frater Abtalion! domus hæc quotidie adhuc fuit illuminata, sed hodie est tenebricosa; forte dies ipsa est nubilus. Sustulerunt oculos, & viderunt in fenestra similitudinem hominis, ascenderunt igitur, invenerunt super illum nivium tres cubitos. Absumserunt nives & illum abluerunt, unxeruntque simul & portarunt eum in hypocaustum dixerunt: Hic dignus est, ut Schabbathum ejus causa profanetur. Ingens sane fervor & cupiditas discendi!

IX. Dura quidem hactenus fuerunt initia studiorum nostri Hillelis, & tempora acerba, quibus petulanti fortunæ fuit lusus & ludibrium, quæ vero nunc major excipit felicitas & blandior fatorum tenor. Supra namque dicti Doctores, ubi cognovere nostri ardentissimum legis supremi numinis addiscendæ desiderium, quo adeo flagrabat, ut & ipse cum discrimine vitæ auscultaret, dum exponebatur, non potuerunt non huic omni laude digno conatui debitas ferre suppetias. Quare lubentissime retulerunt illum inter constantes suos Auditores & Discipulos, & informarunt eum tanta dexteritate tantoque felici successu in Lege orali Patrumque Traditionibus, ut post ipsorum fata, si prorsus nulla, levi certe indigeret manuductione, quod exin-

exinde conjectare possumus, quia constanter duntaxat discipulus Schemaiæ, & Abtalionis dicitur.

X. Quemadmodum vero bene polita cultri acies crebro eodemque idoneo usu fit penetrantior: ita etiam acumen ingenii nunquam evadit acrius, ac si frequenti exercitio illud usurpamus. Optime hoc noverat Hillel; hinc subinde sese exercuit in scrutando & explicando interiore sensu divinæ legis, & evolvendis sapientium documentis: dicitur enim per quadraginta annos juribus Mosaicæ legis addiscendis incredibili industria deditus, ex quo factum est, ut per tantum temporis spatium, & per indefessum studium incomparabilem sibi comparaverit sapientiam, quam nemo non admirabundus suspexit & summopere est veneratus. Et quia hæc est virtutis indoles atque natura, ut, licet interdum illam obtegat sordidum pallium, nonnunquam fulgat & corruscet radiante splendore, omnino fieri oportuit, ut nostri Hillelis virtus sæpius uno atque altero mirifice sese commendaret specimine. Et hæc non prius quievit, quam ipsum ad supremum honoris fastigium Hierosolymis evexerit, quod fuit principatus magni Synedrii, penes quem, sublatis Regibus, nunquam non summa potestas fuit.

XI. Causa, quæ eum ad hunc excelsum dignitatis gradum promovit, sequens nobis ab antiquis recensetur Judæorum Scriptoribus. Nimirum scribunt in Pesachim fol. *66.* a lib. *9.* seqq. תנו רבנן הלכה זו נתעלמה מבני בתירה פעם אחת חל ארבעה עשר להיות בשבת שכחו ולא ידעו אם פסח דוחה את השבת אם לא אמרו כלום יש אדם שיודע אם פסח דוחה את השבת אם לא אמרו להם אדם אחד יש שעלה מבבל והלל הבבלי שמו ששמש שני גדולי הדור שמעיה ואבטליון ויודע אם פסח דוחה את השבת אם לאו שלחו וקראו לו אמרו כלום אתה יודע אם הפסח דוחה את השבת אם לאו אמר להם וכי פסח אחד יש לנו בשנה שדוחה את השבת והלא הרבה יותר ממאתים פסחים יש לנו בשנה שדוחה את השבת אמרו לו מנין לך אמר להם נאמר מועדו בפסח ונאמר מועדו בתמיד מה מועדו האמור בתמיד דוחה את השבת אף מועדו האמור בפסח דוחה את השבת ועוד קל וחומר הוא ומה תמיד שאין ענוש כרת דוחה את השבת פסח שענוש כרת אינו דין שדוחה את השבת מיד הושיבוהו בראש ומינוהו נשיא אליהם וכו׳. id est Tradiderunt Magistri nostri, doctrinam hanc de Paschate, quod Sabbathum expellat, ignotam fuisse filiis Bethiræ; (Rectoribus Scholæ Hierosolymitanæ) aliquando 14. dies (mensis Nisan) accidit in Sabbatho. Obliti sunt, nec sciverunt, utrum pascha Sabbathum expellat, nec ne? Dixerunt, estne aliquis, qui sciat, an Pascha expellat Sabbathum, an non? Responderunt: est quidam, qui ascendit Babylone, cui nomen Hillel Babylonicus, & inservivit duobus hujus ævi magnis Doctoribus Schemajæ & Abtalion, ipse utique gnarus erit, an Pascha expellat, vel non expellat Sabbathum. Miserunt ergo legatos & vocarunt eum dicentes ei: scisne aliquid circa Pascha, an impellat vel non impellat Sabbathum? Respondes eis, ecquid unum tantummodo in anno habemus Pascha, quod impellit Sabbathum? Nonne plura, quam ducenta Paschata habemus in anno, quæ omnia Sabbathum impellunt? Dixerunt ei, unde hoc probas? Respondit dictum est. Num. IX. v. 2. מועדו occasione Paschatis, & מועדו dictum est occasione Tamid jugis Sacrificii Num. XXVIII. v. 2. Et quemadmodum מועדו dictum in Tamid impellit Sabbathum: ita & מועדו dictum in Paschate impellit Sabbathum. Item argumentum est a minori ad majus: Quodsi juge sacrificium, propter quod transgressori pœna excidii non imponitur, impellit Sabbathum, nonne potius judicandum, pascha, propter quod violatori excidium irrogatur, Sabbathum impulsurum? Statim ergo constituerunt eum caput, & fecerunt eum principem super ipsos. Vid. Bartoloccius pag. *786.* cit. Vol. II. qui hæc omnia ex Pesachim cap. *6.* pag. *66.* in princ. Gemar. sumsit. Cl. Lightfoot in Horis Hebr. in N. Testam. ad Matth. pag. 373. rem circa finem accuratiorem nobis refert ex eod. Tract. Pesachim fol. 33. scribens: filios Bethira Hilleli nostro prius non credidisse, licet satis stringens argumentum de jugi sacrificio adduxerit, quam confirmaret ipsis, num hoc dogma per Traditionem oralem a suis perceperit Doctoribus. Ubi vero hoc jurejurando affirmavit, se hoc omne a Schemaiah atque Abtalion audivisse, illico ipsi præfecturam Synedrii obtulerunt. Hoc enim erat ingenium Judæorum, ut vel clarissimis Scripturæ verbis nullum adhiberent obsequium, nisi id ipsum Traditionibus patrum atque doctorum quasi comprobaretur & corroboraretur. Unde quoquis versatior & dexterior circa antiquas Traditiones fuit, eo capacior eoque aptior existimabatur ad obtinendum principatum præsidiumque in Synedrio.

XII. Hac sua dexterrimma decisione aliis-

aliisque pluribus noster Hillel insigne sibi comparavit sapientiæ nomen, magnamque existimationem; audit namque hinc inde in Judæorum Scriptis Sapiens in dissolvendis dubiis implicitisque nodis explicandis accuratissimus. Quid? quod hanc ob scientiam promeritus est, ut cum Esra sæpius conferreretur. Uti enim ille scriptam legem servavit sartam & tectam: ita noster oralem & ceremonialem. Hæc cum Bartoloccius in cit. Vol. II. pag. 791. scribit, addit hæcce propemodum verba: tantum tamen abest, ut putemus, nostrum vanis observantiis levibusque superstitionibus adeo fuisse deditum, uti posteros ejus inanibus dubiis novimus implicitos, ut potius credamus, illum prorsus hujusmodi levitatibus fuisse adversarium; alias enim in Libro Juchasin pag. 55. non fuisset dictus discipulus Esræ, nisi istum cum doctrina, tum vero maxime sapientia integrisque retulisset moribus.

XIII. Ordo nunc jubet, ut nos conferamus aliquantisper in ipsum Synedrium audituri, quo pacto noster Senex ibidem sese gesserit, suique excellentis ingenii scrinia expanderit. Profecto mirabundi contuebimur multitudinem monumentorum illorum, quæ omnia testantur de studio & de virtute nostri Hillelis. Omnibus namque angulis infixa videntur æra hac cum inscriptione: Hillel bene regnavit, beneque docuit. Hoc ut penitius nobis innotescat, unum alterumve in medium producere exemplum nulli detrectabimus. Statim ex illo tempore noster, ubi Scholæ Hierosolymitanæ Rector est factus, tanta prudentia sparsit egregia sua præcepta, ut universæ pene Judææ tempore illo commune haberetur oraculum. Nam tanto applausu per quadraginta annorum spatium docuit, ut peculiarem Scholam constitueret, quam vocabant בית הלל, tantumque discipulorum concursum acquisivit, ut eorum aliquot millia connumeraret. De selectissimis illorum Liber Cosri pag. 242. ex Edit. Buxtorfii sequentia refert verba: מהם אמרו שמנים תלמידים היו לו להלל הזקן שלשים ראויים שתשרה שכינה עליהם ושלשים מהם ראויים לעבר השנים ועשרים בינונים גדול שבהם יונתן בן עוזיאל קטן שבהם רבן יוחנן בן זכאי id est Dicunt: Octoginta fuisse discipulos Hilleli seni, e quibus triginta digni fuerunt, super quibus habitaret Majestas divina; triginta digni ad intercalandos annos; viginti intermedii. Maximus omnium fuit Jonathan filius Uzielis; minimus Rabban Jochanan, filius Zaccai.

XIV. Hic clariora quoque dicta Hillelis, quæ instar speciminis reliquorum præceptorum esse possunt, & omnia ferme cum explicatione illustrata continentur in Pirke Abhoth pag. 50. seqq. hic legenda non ab re fore arbitratus sum. Nempe enim הלל אמר הוי מתלמידיו של אהרן אוהב שלום ורודף שלום אוהב את הבריות ומקרבן לתורה Hillel dixit: Esto discipulis Aharonis, qui pacem amabat, & pacem prosequebatur; qui diligebat personas, & legi eas jungebat. אל תפרוש מן הציבור ואל תאמן בעצמך עד יום מותך Noli te ipsum separare ab Ecclesia: neque tibi ipsi confidere usque ad mortem אל תדין את חבירך עד שתגיע למקומו Prius de proximo tuo nullum feras judicium, quam accedas ad locum ejus. אל תאמר דבר שאי איפשר לשמוע שסופו להשמע Non proferas ea, quæ sciri non debent, tempore suo scienda erunt. אל תאמר לכשאפנה אשנה שמא לא תפנה Noli dicere, cum mihi otium sit, discam: forsan nunquam erit. הלל היה אומר אין בור ירא חטא ולא עם הארץ חסיד ולא הביישן למד ולא הקפדן מלמד ולא כל המרבה בסחורה מחכים ובמקום שאין אנשים השתדל להיות איש Hillel dicere porro solebat: peccatum non veretur incivilis; neque plebejus est pius, nec qui nimis verecundus est, discit, nec iracundus docet, nec mercator fit sapiens. Et ubi desinunt viri, cura, ut tu vir sis. אף הוא ראה גלגלת אחת שצפה על פני המים אמר לה על דאטפת אטפוך וסוף מטיפיך יטופון Vidit aliquando clavarium supernatans in aquis, & conversus ad illud dixit: quoniam alios extinxisti; tu extinctum es; & tandem, qui te extinxerunt, extinguentur.

הוא היה אומר מרבה נכסים מרבה דאגה
Et dixit ille: qui multiplicat divitias, multiplicat & sibi sollicitudines.

מרבה נשים מרבה כשפים
Qui multiplicat mulieres, multiplicat veneficia.

מרבה שפחות מרבה זמה
Qui multiplicat ancillas, multiplicat fraudem.

מרבה עבדים מרבה גזל
Qui servos multiplicat, multiplicat rapinam.

מרבה תורה מרבה חיים
Qui legem multiplicat, vitam multiplicat.

מרבה ישיבה מרבה חכמה
Qui multiplicat consessum in schola, is sapientiam multiplicat.

מרבה עצה מרבה תבונה
Qui multiplicat consilium, multiplicat prudentiam.

מרבה צדקה מרבה שלום
Qui multiplicat justitiam, multiplicat pacem.

קנה שם טוב קנה לעצמו
Qui acquirit bonum nomen, se ipsum possidet.

קנה לו דברי תורה קנה לו לחיי עולם הבא
Qui comparat sibi verba legis, comparat sibi vitam futuram.

בשעה דמכנשין בדר ובשעה דמבדרין כנוש
Tempore, quo alii colligunt, disperge; & tempore, quo dispergunt, collige. Conf. Bartol. pag. 790.

XV. Satis quidem clare tum discipulorum applausus, tum sententiarum jam propositarum acumen mirificam Hillelis peritiam, singularesque illius mentis dotes efferret atque commonstraret, nisi illas Judæi suis commentis fabulis fœdisque figmentis conspurcassent. Sicuti enim virginis venustas & innatus faciei lepor ac decus pigmento alieno variisque minutis emplastris, quibus pulchritudo adaugeri studetur, omnem suam amittit gratiam: ita etiam nostro Hilleli omnem propemodum abripuit fidem & auctoritatem Rabbinorum ineptum studium majorem illam posteris reddendi atque pulchriorem. Quis enim eo credulitatis est provectus, ut fidem adhiberet istis nugis & figmentis, quæ in Libro Juchasin habentur pag. 55. הלל כל חלשונות אפילו שיחת הרים ובקעות וגבעות שיחת עצים ועשבים שיחת חיות ובהמות שיחת שדים ומשלות כובסים ומשלות שועלים הכל למד Hillel omnes Linguas didicit, etiam colloquium montium; callium & vallium, locutionemque arborum & herbarum, colloquiumque dæmonum, nec non parabolas cum de botris, tum de vulpibus desumtas. Certe hoc si nulla Hyperbole, non scio, quid isthoc nomine insigniam!

XVI. Enim vero quo imbecilliore fundamento dicta jam colloquiorum notitia nixa est; hoc validiore fulcitur basi, quod nunc adnotavit antiquitas. Non enim potens sermone tantum nobis describitur, sed & talis, qui re & factis mirum in modum suam nominis famam condecoravit. Siquidem unanimi consensu de illo relatum legitur, plurima ipsum constituisse utilitatis publicæ commoda, inter quæ non celebratur ultimum פרוזבול, quod statutum erat peculiare jubens, ut & anno septimo nomina exigerentur, licet jus divinum id prohiberem. Nam postquam vidit, sanctissimum supremi numinis decretum temerario ausu a plerisque ita conculcari, ut plerique illud ad peccatorum turpitudinem contegendam usurparent, sibique mutuo concessas res reddere gravarentur, sapientissime huic malo occurrit obviam ordinando hanc legem. Cæteroquin ditiores cavissent sibi a commodandis alteri pecuniis aliisque rebus suis; pauperes vero magis ac magis incidissent ad incitas, suæque saluti non potuissent consulere amplius. Verba Talmudica ex Libr. I. Gittim cap. 7. hæc sunt: פרוזבול אינו משמט זה אחד מן הדברים שהתקין הלל הזקן שראה את העם שנמנעו מהלוות זה את זה ועברין על מה שכתוב בתורה השמר פן יהיה דבר עם לבבך בליעל עמד והתקין פרוזבול וזה הוא גופו של פרוזבול מוסר אני לכם פלוני דיינין שבמקום פלוני שכל חוב שיש לי אצל פלוני שאגבנו כל זמן שארצה והדיינים חותמים למטה או העדים hoc est Prosbol nihil remittit de debito. Hoc unum est ex istis rebus, quas constituit senex Hillel. Quum videbat populum gravari sibi invicem mutuo dare, & transgredi illum expressa verba legis: cave, ne sit in animo tuo ulla res nequam. (Deuter. XV. 9.) Extitit ille Hillel & ordinavit Prosbol. Hoc vero est ejus Fonnale: Trado vobis judices, quicunque etiam fueritis (פלוני est vocabulum Rabbinis usitatum, quando nomen alicujus supprimunt, & illud hoc vocabulo denotant,) in loco, quod omne debitum, quod mihi a פלוני exigendum, debeam repetere, & quidem quando voluero. Judices deinde subscribant infra, ut testes. Conf. Buxtorfii Lexicon Talmudicum col. 1806.

XVII. Post hanc politicam constitutionem alias quoque circa res sacras introduxit. Nimirum legitur, illum etiam ordines istos explicationum Legis Mosaicæ, qui a tempore Mosis usque ad tempora Hillelis sexaginta fuerunt, in sex duntaxat distribuisse & redegisse, qui quidem hodienum non amplius in ista, qua Hillel confecit, forma extant; extat tamen illorum δευτέρωσις & repetitio, quam Rabbenu Hakkadosch sub nomine משניות compilavit, uti supra in præf. jam docuimus. Deinde abrogavit noster סמיכה, sive χειροθεσίαν antiquum istum ritum, quo Rabbini & judices Synedrii initiabantur, quam solennitatem ab ipso Mose Josuæ & septuaginta senatoribus manum imponente derivatam novimus. Ideo vero usum ejus exspirantem fecit, quia cognovit, plus justo istum ritum profanari; quilibet nam-

namque pro arbitrio ſuo, cui ſemel impoſita manus fuit, alios promovere non dubitavit Rabbinos. Quare Hillel jus hoc coarctavit, atque conſtituit, ut nemo deinceps illo uti potuerit, niſi ipſi a principe Synedrii eſſet conceſſum conf. Cunæum de Rep. Hebr. pag. 69. & 70.

XVIII. Mirifica hæc noſtri Hillelis ſapientia & egregia conditio jam non orba putari debet cæterarum virtutum elegantia; ſed ſciendum eſt, diverſas illam eaſdemque pulcerrimas individuo ſibi connexas habuiſſe vinculo, inter quas præ reliquis caput efferunt pietas, juſtitia, modeſtia, humilitas & diligentia, quæ omnes actiones ſuas ita condecorarunt, ut dubitandum, quænam ex hiſce omnibus majore coruſcaverit ſplendore & fulgore. Hinc Rabbi Zachuth in Juchaſin ſcribit, vocem de cœlo miſſam ſuper eum auditam fuiſſe hujus argumenti: שראוי לשכינה שתחול עליו Quod dignus ſit, ut Majeſtas divini numinis ſuper eum habitet.

XIX. Omnes ejus virtutes quaſi in Compendio Liber בוזי cit. loc. recenſet hoc modo: והיה מענין הלל מה שהוא מפורסם מחכמתו וענותנותו ואמרו עליו שלא שח שיחת חולין מימיו ולא הניח אדם בבית המדרש ולא ישן בבית המדרש לא שינה קבע ולא שינת עראי ולא הלך ארבע אמות בלא תורה ובלא תפילין ולא מצאו אדם יושב ודורש ולא פתח אדם לתלמידיו אלא הוא ולא אומר דבר שלא שמע מפי רבו ולא אמר הגיע עת לעמוד מבית המדרש id eſt Quod ad Hillelem attinet manifeſta eſt ejus ſapientia & manſuetudo. Dicunt enim de illo, quod nullum ſermonem profanum ex ore ſuo emiſit per omnes dies vitæ ſuæ; neminem in Synagoga reliquit poſt ſe; nunquam in eo ſomnum cepit neque ordinarium neque extraordinarium; nunquam vel ad quatuor cubitos ivit ſine lege & ſine precibus; nemo unquam eum invenit ſedentem & tacentem, ſed ſedentem & diſſerentem: nemo diſcipulis ſuis aperuit, ſed is ipſe; nihil dixit, quod non ex præceptore ſuo audivit; nunquam dixit, adeſt tempus abeundi e ſynagoga.

XX. Quo vero ejus manſuetudinem ſatis magnam & admirandam facerent antiqui Judæi, ecce ſequentem de eo effinxerunt hiſtoriam. Contendiſſe dicunt aliquando aliquem cum aliquo, ſe magnam pecuniæ vim alteri numeraturum, niſi Hillelem ad iram concitaret; pacto inito, contulit ſeſe hic ad Hillelem, cum in balneo ſeſe abluere vellet tempore veſpertino ante Sabbathum, interrogans, ubi eſt Hillel? Percipiens & hoc Hillel amiciebat ſe pallio ſuo, exibat foras dicens: quid me vis mi fili? Reſpondebat iſte: dic mihi qui fiat, cur homines Babylone capita habeant rotunda & nimis globoſa? Huic regerebat, quia Babylon nulla virorum doctorum ubertate floret. Parvo temporis intervallo poſt rediit hic cum clamore, ubi eſt Hillel? audita hac voce, venit ad illum dicens: quid nunc deſideras? quæſivit iſte ex eo, cur homines in Regione Tharmund rotundos habent oculos? dicebat is, quia nimis arenoſam terram inhabitant: quod ſi enim oculos haberent noſtris ſimiles, ingentes venti arenam ipſis in oculos ferrent, quæ lumen eis tolleret. Hoc reſponſo accepto abiit quidem, ſed vix quidem Hillelem in balneo conſidentem evocavit hic facetus jam tergemina vice. Ubi egreſſus eſt, interrogat iſtum hujus adventus cauſam; cum illius fieret certior, modeſte & nunc ipſi ſuam reſponſionem fuit largitus. Tandem dixit hic abeunti Hilleli: mi venerande Doctor, adhuc plures quæſtiones ex te percontari geſtio. Poſtquam hoc audivit, lubentiſſime illi ſtatit aſſedit ac dixit: mi fili! confidenter me interroga, quicquid velis, æquo animo omnia percipiam, & decenti modeſtia omnia dubia tua dirimam. Quum hanc facilitatem obſervavit homo hic, qui ei ſtomachum facere ſtuduit, dixit ille: tunc Hillel es? reſpondit ei; Ita. Ipſe iterum dixit: nunquam tui ſimilis poſt te veniet; cauſam expiſcanti. Hilleli retulit; ego namque nunc 400. ſiclorum jacturam tui cauſa feci, quia contendebam cum nonnullo, me tibi eſſe bilem moturum. Hoc cum audiret Hillel, reſponſavit: inpoſterum ſapere diſcas, & ſcias, te prius adhuc tot ſiclos amiſſurum, quam animum meum iræ affectui reddideris ſuccumbentem. Conf. C. Helvici Jüdiſche Hiſtorien / oder Talmudiſche Rabbiniſche wunderbare Legenden gedruckt zu Gieſen Anno 1611. pag. 49. 50. vel Tr. Talm. Schabb. cap. Bamme. Add. Maaſæh. Buch cap. 12.

XXI. Accingere nunc nos oportet ad contemplanda fata, quæ inter Hillelem noſtrum, & ipſius Collegam Schammai interceſſere. Antequam vero pergimus, tenemur iſta adponere, quæ de hujus vitæ curriculo agunt. Sed quod dolendum, multo rariora ſunt iſta, quæ ad nativitatem & educationem Schammai attinent, quam quæ de Hillele erant dicenda. Quare fruſtra is, qui a nobis jam parentes illius expectat nominandos, etres geſtat, ſatisfactionem ſperat. Interim tamen dicere poſſumus. Schammai

mai annis minorem fuiſſe Hillele, quia hujus diſcipulus quondam extitit, ut Bartoloccius hoc refert pag. 789. Vol. II. Bibl. Rabb. Taotam vero ſibi hujus diligentia comparavit eruditionem, ut a multis Hilleli ſi non par, proximus certe putaretur. Hinc etiam ſucceſſit. Menahemo, qui ἀμέσως poſt filios Bethiræ dignitate אב בית דין h. e. Patris domus judicii functus eſt, &, relicto officio ſuo, vel ad principes Regis Perſarum, ut Schalſchelet Hakkabbala pag. 26. ex חגיגה refert; vel ad Herodem, quod Lightfoot cit. l. pag. 6. affirmat, profectus eſt. Hoc in munere Schammai optime quoque, ſe geſſit, adeo ut haud unquam iſtæ dignitates viros aut egregios magis, aut doctiores habuiſſe viderentur. Mox quoque præceptoris ſui ſtrenuus eſt factus æmulus, & alteram juxta illum Scholam ſive Sectam condidit, quæ etiam a ſuo nomine בית שמאי dicta fuit. Tanta etiam felicitate tantoque applauſu diſpiculorum docuit, ut majorem horum numerum conſequeretur, quam ipſe Hillel. Conf. Lightfoot. cit. loc. pag. 6. Cæterum notetur de Schammai, quod vir fuerit opulentiſſimus, & quotidie delicate vixerit. Sic enim legitur de iſto in Gemara Cod. בצירה cap. I. p. 16. id medio ferme: תניא אמרו עליו על שמאי הזקן כל ימיו אוכל לכבוד שבת מצא בהמה נאה אומר זו לשבת מצא אחרת נאה הימנה מניח את השניה ואוכל את הראשונה Eſt traditio: Dixerunt de Schammai: inveniebat pulcrum animal, dicebat, hoc ſit pro die Sabbathi, inveniebat aliud melius, hoc ſecundum reſervabat pro Sabbatho, & primum comedebat.

XXII. Aſt, ut eo melius duorum horum Doctorum litigia inveſtigemus, & accuratius de iſtis judicemus, non ab re erit, paucis quoque illorum mentes & animi temperiem depingere. De Hillele jam dictum eſt, quod vir fuerit humili, placido atque pacifico ingenio, imo etiam paupertatis non ignarus; ſed Schammai contraerat acriore & iratiore ſemper animo; ſeu ut Bunæus eum vocat pag. 70. Vir truculentus & ambitioſus: Hinc etiam Schammai in deciſionibus ſuis plerumque auſteritatem potius quam benignitatem eſt ſecutus; Hillelis vero opiniones leniores, & pauperibus magis favorabiles fuerunt. Clariſſime hoc comprobat commune illud proverbium, quod inter Judæos hodiernum circumfertur: לעולם יהא אדם ענותן כהלל ולא יהא קפדן כשמאי perpetuo ſit homo quivis manſuetus, ſicut Hillel, neutiquam vero ita iracundus, veluti Schammai. Conf. Buxtorf. Lexicon Col. 2086.

XXIII. Indolem Schammai iræ nimis deditam etiam aliqua commenta hiſtoria depinxit Judæorum antiquitas, quæ hoc tenore fluit: Acceſſiſſe dicitur quondam aliquis ex Gojim Schammai petens ab eo, ut ipſum ſub hac conditione doceat Judæorum dogmata & religionem, dum ſtare poſſit altero pedum ſuorum. Schammai, hoc audito, maxima excanduit ira, illumque a ſeſe baculo repulit. Ubi illum reliquit, venit ad Hillelem, idemque eodem pacto huncce popoſcit. Cui Hillel citra omnem moram promiſit gratificationem, & informavit etiam illum, uſque dum altero pedum ſteterat. Dicebat namque ei: Hocce præceptum, quod nunc ſum tibi propoſiturus, per omnes tuæ vitæ dies magna cum cura ſerves & exerceas: alteri ne feceris, quod tibi fieri nolis. Hoc eſt compendium, & ſynopſis totius Judaicæ Religionis; reliqua omnia ſunt modo ulteriores interpretationes hujus dicti. Vide Maaſaeh-Buch cap. 14.

XXIV. Quemadmodum vero diſcipuli plerumque Doctorum & præceptorum ſuorum, quos perpetuo audiunt & deperunt, mores & ingenia induunt: ita etiam diſcipuli Hillelis & Schammai aſſuefacti ſunt iſtis affectibus, quibus præceptores ipſorum maxime præ reliquis fuerunt obnoxii. Illius nempe Hillelis auditores exoſculabantur pacem ac manſuetudinem, & exercebant patientiam, quare & זכו בית הלל לקבוע הלכה כמותן מפני שהם נוחין ועלובין, digni cenſebantur Hillelis familiares, ut ſecundum eos definiretur conſtitutio; quia iſti ſilebant injuria affecti, conf. הליכות עולם pag. 202. Schammai vero diſcipuli flagrabant odio, & dira iracundia; hinc etiam, dum Hillel adhuc hac vitali aura fruebatur, adeo ſunt furiis agitati, ut non modo ipſum cum ſuis diſcipulis gravibus proſcinderent conviтiis, ſed & ipſi periculoſas ſæpius ſtruerent inſidias, & inter ſeſe conſpirarent, illum in atrio templi nefanda cæde e medio ſuſtollere, uti hoc Clar. Ligthfoot Vol. II. Operum ſuorum pag. 6. ex Talmud Hieroſ. adducit. Quid? tanta ſumebat incrementa hæc ſimultas horum diſcipulorum Schammæanorum, ut Hillelianos trucidare non vererentur; ſic enim Talmud in Sabbath cap. 3. dicit בית שמאי הורגין בתלמידי הלל ועמדו להם בנפשותם Domus Schammai necavit diſcipulos Hillelis, & inſidiata eſt ipſis.

XXV. Hæ duæ Scholæ aliquamdiu in ſumma quidem pacis & unionis concordia

dia Mosaicam Legem interpretatæ sunt, sed non diu post subortæ sunt inter illos hæ dividiæ & vehementia litigia. Quas dissensiones utique magnum scandalum excepisse vel ex eo possumus conjecturare, quod dies illa, qua hæc ruptura facta est, nempe IX. mensis Adaris, non infausta minus Israelitis fuisse dicatur, quam dies ista, qua factus est vitulus. Hinc etiam factum, ut anniversarium instituerent jejunium, de quo pluribus consuli potest Bartolocius Lib. II. pag. 708. At enim vero licet hæc omnia ita sese habeant, nihilominus hæ contentiones adeo celebrantur & laudibus efferuntur a Judæis, ut illas non vereantur divinas vocare. Sic enim scribit Rabbi Nathan in Pirke Avoth cap. 5. pag. מאה ושמנים כל מחלוקת שהיה לשם שמים סופה להתקיים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקיים איזו היא מחלוקת שהיא לשם שמים זו מחלוקת הלל ושמאי ושאינה לשם שמים זו מחלוקת קרח ועדתו h. e. Omnis lis, quæ fit propter Deum, illa in finem usque firma manebit; quæ vero non fit propter Deum, illa etiam non in finem durabit. Sed quæ contentio fit propter Deum? Hæc, quæ dicitur contentio Hillelis & Schammai. Reliquæ vero, quæ non fiunt propter Deum, sunt controtentiones rebellis Korah & ejus collegii. Huic addi potest, quod in Massech. עירובים cap. I. legitur אלו ואלו דברי אלהים חיים Hæc & illa sunt verba Dei viventis.

XXVI. Disputationum & disceptationum, quibus inter se invicem certabant, ingentem numerum nobis Talmud exhibet Nos tantum modo unum alterumve specimen adducemus, ex quibus facile etiam de cæteris judicandum erit. Nimirum in Gemara Babylonia Gitin hęcce leguntur verba: תניא אמרו בית הלל לבית שמאי והלא כבר נאמר דבר אמרו להם בית שמאי והלא כבר נאמר ערוה אמרו להם בית חלל אם נאמר ערוה ולא נאמר דבר הייתי אמר משום ערוה תצא משום דבר לא תצא לכך נאמר דבר ואלו נאמר דבר ולא נאמר ערוה הייתי אומר משום דבר שנשא לאחר ומשום ערוה לא תנשא לאחר וכל שכן האי דבר מאי עבדי ליה נאמר כאן דבר ונאמר להלן דבר על פי שנים עדים או על פי שלשה עדים יקום דבר מה להלן בשני עדים אף כאן בשני עדים ובית הלל מי כתיב ערוה בדבר ובית שמאי מי כתיב או ערוה או דבר ובית הלל להכי כתיב ערוה דבר דמשמע הכי ומשמע הכי id est Traditur, ad hunc modum disputasse Scholam Hillelis cum Schola Schammai. Illi dicunt, nonne diserte in Lege nominatur דבר ratio, causa, verbum quodcunque; Schammai dixisse: nonne etiam expresse additur turpitudinis nota ערוה. Dixerunt illis Hilleliani, si diceretur ערוה tantummodo, & non diceretur דבר ratio, posset omnino quis dicere, ob turpitudinem egrediatur mulier; & non excedat ob causam & rationem turpitudinis; unde factum, ut etiam דבר res & ratio adderetur. Et si diceretur modo דבר, ratio, & non diceretur simul ערוה turpitudo, posset quis dicere, propter causam demissam posse nubere alii, sed ob turpitudinem repudiatæ idem non licere, quare est additum vocabulum ערוה Ad hæc Schammeani: Vocabulum דבר hic, uti alibi (sumendum.) Dicitur enim Deut. XIX. 15. in ore duorum aut trium testium firmabitur דבר seu res quælibet. Uti nunc ibi ad דבר contestandum requiruntur duo tresve testes: ita etiam hic requiruntur testes. Beth Hillel excepit: ideo scriptum est, turpitudinem rei, ut non solum turpitudo in re, sed etiam sive turpitudo ipsa, sive qualiscunque intelligatur causa, conf. Seldenum in Uxore Hebræa Lib. III. cap. XX. p. 330. 331. Hoc autem voluerunt Hilleliani per rationem turpitudinis: sufficere ad repudiandam uxorem, si ea v. g. incederet non velata, si retectis brachiis, aut denudatis pectoribus ab alio conspiceretur, si vel domi vel foris aliquid faceret, quod viro displiceret, imo si marito esculenta nimia salsedine, aut nimia tostione male conficeret, conf. Ligthfoot. cit. loc. pag. 291.

XXVI. Dein contrarii sibi invicem erant de ceremoniis circa illud oleum aromatibus conditum, & in sacris epulis potissimum usitatissimum observandis. Verba Hebraica hæc sunt בית שמאי אומרים כוס בימינו ושמן ערב בשמאלו אמר על הכוס ואחר כך אומר על שמן ערב בית הלל אומרים שמן ערב בימינו וכוס בשמאלו אמר על שמן ערב וטחו בראש השמש אם היה שמש תלמיד חכם טחו בכותל שאין שבחו של תלמיד חכם להיות יוצא מבושם Schola Schammæana dicit, poculum dextra teneat, & oleum vero sinistra. Recitet primum benedictionem super poculum, & dein super oleum. Schola Hilleliana dicit: oleum teneat dextra, poculum sinistra. Benedicat super oleum suave, atque illinat capiti ministrantis; si vero ministrans sit discipulus sapientum, illinat parieti; nam indecorum est discipulo Sapientum olere aromate, conf. Hierosf. Talmud. Berachoth fol. II. col. 2. Pari modo disceptarunt circa תרומה sive oblationem istam frugum sacerdotibus dari præceptam Deut. XVIII. 4. Deus quidem nullam certam determinavit mensu-

furam, fed cujufvis liberalitati reliquit hoc integrum; ut vero Sacerdotum avaritia compefceretur, & populi fordes declinarentur, fapientes fcholæ aliquo modo normam præfcribere voluerunt: Domus Hilleliana procul dubio dixit: עין יפה אחת מארבעים בית שמאי אומר משלשים והבינונית מחמשים ועין רעה מששים, Oculus liberalis det unum de quadraginta: Domus Schammai vero dixit, unum de triginta; medius oculus, id eft, nec liberalis nec avarus, det unum de quinquaginta; illiberalis unum de fexaginta. Nos quod fi forte dicere debeamus, quid per has phrafes intelligatur, unum de triginta, & unum de quadraginta, refpondemus, refpexiffe videntur ad menfuram Cori Rabbini, adeo, ut unum de triginta idem fit ac trigefima pars; unum de quadraginta quadragefima pars. Et quia Chomer habet vel decem Ephas, vel triginta fata, erit fexagefima pars Chomeri dimidium unius fati; unum de quinquaginta five quinquagefima pars conftituet tres partes, fi fatum per quinque dividitur; pars trigefima erit totum fatum; quadragefima vero pars conficiet tres quadrantes fati. Conf. Librum Talmudicum תרומות cap. 4.

XXVII. Infuper etiam de profelyto non convenerunt, cum decidendum effet, quando Pafcha comederet: בית שמאי אומרים טובל ואוכל את פסחו לערב בית הלל אומרים הפורש מן הערלה כפורש מן הקבר h. e. Domus Schammai dixit: baptizet fe (profelytus) & comedat Pafcha adhuc eodem vefpere: Hillelis vero Schola dixit: Separans fe a præputio five Ethnicifmo eft idem, ac fi fepararetfe a fepulcro, conf. Tract. Talmud. פסחים Cap. 8. circa finem. Cæterum notetur, has quoque duas Scholas circa Hillel five Hymni iftius, qui comprehendit Pfalmos fexto, & incipit ab initio Pf. 113. fefeque dilatat ufque ad finem Pf. 118., divifionem diffenfiffe. Conftat enim, partem ejus primam recitatam fuiffe in medio convivii, & alteram rejectam ufque ad finem. Ratione prioris portionis itaque dixit Schola Schammæana, fefe terminare iftam in fine Pf. 113. Hilleliana vero in fine 114. Evolvatur Cl. Lightf. Vol. II. Hor. Hebr. in Evang. Marc. pag. m. 459.

XXVIII. Poffemus quidem plures difsceptationes in medium producere, fed quia multitudo illarum id nobis prohibet, citaffe juvabit adhuc aliqua loca Talmudica, ubi plures poffunt offendi, quas cuilibet in Rabbinicis fefe exercituro vertendas & legendas relinquimus. Evolvatur itaque מסכת שבת, ubi fol. 4. plurima erunt de lotione manuum; & fol. 10. col. 1. viginti & quatuor res de levioribus Scholæ Schammæanæ, & gravioribus Hillelianæ. In כתובות fol. 32. col. 3. funt quædam de puritate manuum. Imprimis vero adfumatur Cap. VIII. fol. 11. col. 4. ex Beracoth, ubi plurimæ inter fe difcrepantes regulæ de modo & ordine confecrandæ diei; de ufu vini atque aromatum, & quæ funt reliqua, poffunt offendi.

XXIX. Ingens itaque hoc diffidium inter has duas. Scholas exortum adeo adaugebatur, ut omnem ferme Judæam in partes diftraheret. Nam Hillelis Affeclæ dehortabantur homines a ftatutis Schammæanorum rigidioribus, quafi in errorum Lernam atque caliginem protruderent; Schammæani contra execrabantur Hillelianorum dogmata, tanquam lenes fraudes & maligna blandimenta, dirifque etiam vovebant tartaris, quotcunque fefe adjunxerint iftis. Quare etiam factum, ut fæpius homines redderentur incerti & dubii, quibus ex illis obtemperarent. Et quanquam non raro tentabatur, illorum controverfias & difcordias reconciliare, femper tamen hoc facturi fruftra fuere; unde in commune abiit proverbium: Controverfias inter Difcipulos Hillelis & Difcipulos Schammai vel ipfiffimum Eliam Thisbiten non poffe dirimere; quod femper Schammæanorum pertinaciam & amarulentiam vetaffe putandum eft. Hæc enim adeo fuit magna, ut Scholæ Hillelianæ nunquam cefferit, nifi in unica tantummodo re, quam legere eft in Trum. cap. V. fol. 43. cum tamen Schola Hillelis voluntarie interdum graviora Scholæ Schammæanæ decreta in fe fufceperit, vid. exemplum in Hal. 6. Cap. 6. Maffecheth דמאי Interim tamen, quod omnino mirere, utræque licet hæ domus maximam erga femet foverint diffenfionem & inimicitiam, tamen connubia inter fe contrahere non verebantur, veluti hoc ex מסכת קדושין fol. 58. col. 4. difpalefcet.

XXX. Enim vero hac fententiarum fuarum obftinatione Schammæani plerumque invidiam aliorum in fe derivarunt, merueruntque, ut in plurimis fecundum Hillelis familiam ftatueretur. Antequam enim prodiret Bath Kol, ex æquo amplecti licuit, vel decreta Scholæ Hillelianæ, vel decreta Scholæ Schammæanæ. Sex tamen referuntur nobis controverfiæ, in quibus Schammai familiam fecuti funt Judæi: Et funt fequentes: בית שמאי מכברין את הבית ואחר נוטלין לידים

לידים ובית הלל נוטלין לידים ואחר מכבדין את הבית Schola Schammæi dixit: purgent domum primum; deinde manus lavent; Hilleliana vero dixit: lavent primum manus, deinde purgent domum. מי שאכל ולא בירך בית שמאי אומרים יחזור למקומו ויברך ובית הלל אומרים יברך במקום שנזכר Qui comedit, sed non benedixit; huic familia Schammai dixit, ut ad locum suum redeat ac benedicat; at Hilleliani voluerunt, ut eo loco benedicat, ubi meminit. סדין בציצית בית שמאי פוטרים ובית הלל מחייבין Lodicem, quoad peniculamentum familia Schammai absolvit, ac Hillelis familia obligat. NB. per סדין intelligunt טלית pallium vel vestem istam, quam, non modo ad amictum corporis usurpavere, sed & ad duplicem usum in religione sua: nam I.) huic vesti annexa fuerunt peniculamenta ציצית, fimbriæ, de quibus Num. XV. 38. agitur: II.) ista simul capita obvelarunt inter orandum. כמה חוטין הוא נותן בציצית בית שמאי אומרים ארבעה חוטין ובית הלל אומר שלשה Quot fila peniculamento indat? Schola Schammai inquit: quatuor fila; at Schola Hillelis dixit, tria. כמה תהא משולשלת בית שמאי אומרים ארבעה ובית הלל אומרים שלשה Quantus erit filiorum contextus: Familia Schammai quatuor digitorum, Hillelis vero trium determinabat. סוכה שאינה חזקת ראשו ורובו ושלחנו בית שמאי פוסלים ובית הלל מכשירין.

Tugurium, quod non capit hominis caput majoremque ejus partem cum mensa, Familie Schammai rejectaneam judicavit, Hilleliana vero dignum censuit. Conf. הליכות עולם pag. 202. unde hęc excerpsimus; Extant hę Controversię in Talmud Hieros. & quidem duæ priores in Codice ברכות; tres sequentes in Cod. מנחות; ultima vero in סוכה. Quod si vero Seldenum in Uxore Hebræa consulamus, is præter has sex citatas adhuc alias memorat, quas Hillelis decretis prætulerunt antiqui, & hoc quidem arbitro R. Chananiah Ben Ezechia, in quem utraque familia compromiserat Lib. II. Cap. XX. pag. 32.

XXXI. Duravit hæc dissensio inter Judæos per trium annorum spatium; veluti hoc Rabbi Ava ex R. Samuele refert, usque dum per vocem de cœlo missam confirmaretur, secundum Hillelianorum Constituta esse procedendum. Nam תני יצאת בת קול ואמרה אלו ואלו דברי אלהים חיים אבל הלכה בדברי בית הלל היכן יצאת בת קול רבי ביבי אמר בשם רבי יוחנן ביבנה יצאת בת קול Traditur, egressam illam vocem dixisse, & hujus & illius sunt verba Dei viventis; at vero ab omnibus esse Hillelianorum accipienda. Ubinam vero egressa est hæc vox? Rabbi Bebi nomine Rabbi Jochanan ait, in Jabne Urbe (quæ urbs est maritima ab Hierosolymis CCXL. stadiis dissita) Vocis illam filiam egressam esse. Hoc ubi factum, cædem meruit, qui in decreta Hillelis peccavit. Omnia hæc quam clarissime illustrabunt verba Talmudica ex Berachoth cap. I. hal. 3. excerpta, quæ ita fluunt: בית שמאי אומרים בערב כל אדם יטו ויקראו ובבקר יעמדו שנאמר ובשכבך ובקומך ובית הלל אומרים כל אדם קורא בדרכו שנאמר ובלכתך בדרך אם כן למה נאמר ובשכבך ובקומך בשעה שבני אדם שוכבים ובשעה שבני אדם עומדים אמר רבי טרפון אני הייתי בא בדרך והטתי לקרות כדבר. בית שמאי וסכנתי בעצמי מפני הלסטים אמרו לו כדי היית לחוב בעצמך שעברת על דברי בית הלל id est familiare Schammai; dixerunt, omnis homo vespertino tempore incurvet se & recitet phylacteria; matutino vero stet; dictum namque est (Deuter. VI. 7.) & quum cubueris, & quum surrexeris. Familiares vero Hillelis dixerunt, omnis homo phylacteria sua legat ubicunque sit; dicitur namque cit. loco, & quum iveris in via. Quod si itaque se res hoc modo habeat, cur dicitur, cum cubueris, & surrexeris? ideo, ut, homines & eo tempore, quo cubant, & illo tempore, quo surgunt, (scil. id facere debeant.) Dixit R. Tarphon (Hic omnino iste videtur hostis, qui cum Justino Martyre disputavit de Veritate Messiæ) quod erat in via, & procubuit secundum statutum Schammai, & periculum mihi accersivi coram latronibus. Dixerunt illi: merito tu reus illorum factus esses, quia transgressus es Statutum Hillelis.

XXXII. Nunc omnino quæritur, num recte sese habeant verba ista, quæ divus Hieronymus in Commentario suo ad Jes. VIII. & quidem ad hancce prophetiam: (*Et erit vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israel*) scripsit! *Duas domus esse duas Familias Schammai & Hillel, ex quibus orti sunt Scribæ & Pharisæi*. Nos respondemus paucis: multos quidem dari etiam inter eruditione Clarissimos Viros, qui hoc cum Hieronymo affirmant, quod ex hisce duabus Scholis profecti fuerint Scribæ & Pharisæi, inter quos etiam referatur Hornius in Hist. Eccles. ubi pag. 35. Edit. Hartnacciana ita docet: *Pharisæorum Origo ita habet. Paulo ante Christum natum duo Judæorum doctores*

res Schammai & Hillel florebant, *qui legem ſecundum Traditiones interpretandam ſibi ſumſerunt*. *Eorum ſectatores Phariſæi & Scribæ dicti*. Aſt enim vero viguiſſe Phariſæos quam plurimos annos jam ante natales Hillelis inter Judæos ex hiſtoriarum monumentis patet, & magis credendum, illam hæreſin ab Antigono Sochæo, qui trecentos annos propemodum jam ante Chriſti nativitatem vixit, originem ſuam ſumſiſſe; quod etiam verba Talmudica ex Bava Batra teſtari videntur: primo templo diruto oriebantur multi Phariſæi in Iſraele, qui & carne & vino abſtinebant, eo quod nihil de carne guſtandum vellent, priuſquam quid de ea ſacrum factum in altari fuerit, nec de vino hauſtum, priuſquam quid de eo in altari fuerit libatum.

XXXIII. Poſtquam vidimus itaque controverſias aliquas, quas hæ duæ Scholæ habuerunt inter ſe, reſtat etiam, ut de morte horum duorum Conditorum loquamur. Sed ad Schammai quod attinet, nihil conſignavit Antiquitas de iſta; hinc neſcii ſumus, utrum ante obitum, an poſt obitum Hillelis vita ſua functus ſit. Immo nec de poſteris ejus invenimus aliquid literis proditum. De Hillele vero rurſus habemus, quæ ad mortem ejus ſpectant. Ex quo facile eſt judicandum, Schammai auctoritatem tandem inter ipſos Judæos valde expiraſſe. Obiit autem Hillel Hieroſolymis anno Mundi 3768. ſecundum ſcil. Computum Rabbinorum, qui poſt Chriſti nativitatem fuit propemodum duodecimus, veluti Lightfootus cit. Libr. pag. 257. hoc affirmat, cum vixiſſet 120. annos, ex quibus quadraginta Babylone ferme in otio conſumſit & in obſcuritate; quadraginta in labore & ſudore literis & legum interpretationibus conſecrato; quadraginta denique in honore & præmiorum fruitione, quæ per laborem ſibi acquiſivit. Et quod maximum omnium, non exſpiravit cum morte ejus inſimul & auctoritas & honorum multitudo, ſed multiplicata potius & excellentior reddebatur. Ipſe enim & poſt fata ſua volitabat per ora virum, & nunquam ejus memoria ſine reverentia a Judæis injiciebatur; deinde reſidebat & principatus dignitas penes filium & poſteros ejus, uſque dum Synagoga penitus ſepeliretur. Novimus namque quod הלל ושמעון וגמליא׳ ושמעון נהגו נשיאותן לפני הבית מאה שנה hoc Hillel, & filius ejus Simeon, atque ejus filius Gamaliel, atque ejus filius Simeon principatum geſſerunt per annos centum ante vaſtatum templum. Poſt hunc Simeonem, qui in excidio urbis trucidatus eſt, ſucceſſit Jochanan, qui nullus fuit ex poſteris Hillelis, ideo vero eſt princeps factus Synedrii, quia Simeonis filius nondum erat capax iſtius officii obeundi. Mortuo vero iſto, ſucceſſit dictus filius, cujus nomen erat Gamaliel, & quidem cum addito numero ſecundus. Hanc excepit Simeon III. qui parens eſt Rabbi Judæ Sancti, qui ſuo tempore nonnullis Meſſias creditus eſt.

XXXIV. Ingens hic nobis ſuppeditatur controverſia de Simeone filio noſtri Hillelis, num ſcilicet iſte fuerit homo pius, qui ulnis ſuis Mundi Salvatorem, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cum in purificatione Matris ſuæ Mariæ Deo offerretur, ſuſcepit, & gratias cœleſti Numini egit, quod Spiritus ſancti promiſſionem hanc de Jeſu Chriſto videndo adhuc antequam ſatis cederet factam clementiſſime expleverit, ſuamque de iſta re ſuſceptam ſpem & lætitiam inanem & irritam eſſe minime conceſſerit? Nos ſi dicamus, quid res ſit; omnino plurimi Eruditorum hoc credere videntur, adeo, ut vix temerarii nomen iſte effugere potuerit, qui aliud affirmare diſcuperet. Enim vero non poſſumus non hic noſtra dubia hoc de aſſerto divulgare. Primum illorum eſt, quod minus videatur ſimile vero, noſtrum Simeonem poſt Hillelem demum ex hac miſeriarum valle beata morte diſceſſiſſe. Hillel enim, uti in præcedentibus vidimus, annum circiter duodecimum poſt Chriſti nativitatem occubuit, ergo Simeon adhuc pluſquam duodecim vixiſſet annos, quod vero de iſto non credendum, qui peculiari gratia uſque ad illud momentum a morte tantum ſecurus reddebatur, quo ſibi promiſſum Mundi Salvatorem oculis ſuis uſurpare poſſet, hoc vero viſo, Legi naturæ viam lethi calcando ſatisfacturus. Quare etiam pium hoc deſiderium manifeſtavit, & mortis tempus, quod Deus cum illo quaſi pacto aliquo huc uſque ſuſpendit, anxie expetit, dicens! *Domine*, *nunc dimittes ſervum tuum in pace; oculi namque mei viderunt ſalutare tuum*, *quod præparaſti*. Quod vero ad illud argumentum attinet, quo potiſſimum hæc ſententia fulcitur, quod Liber Pirke Avoth hunc Simeonem in catalogo Principum Synedrii omittat, & pro eo filium ejus nepotem Hillelis Gamalielem adducat, non eſt putandum, idcirco ipſum fuiſſe prætermiſſum, quia Chriſtum pro Meſſia cognovit,

ſed

ſed quod ſenio jam confectus illam dignitatem amplius non obire valuit. Omne hoc probare videtur ipſe Abarbanel in ſuis Adnotationibus ad dictum Librum Rabb. ſcriptis, pag. 40. dicens: למה לא נזכר כאן בסדר הקבלה רבן שמעון שהיה בנו של הלל ואביו רבן גמליאל ולא זכר האב וזכר הבן שהוא רבן גמליאל זה הוא רבן גמליאל הראשון והזקן id eſt Cur hic non fit mentio, quod Rabban Simeon ſucceſſerit (Hilleli:) hic enim erat filius ejus, & pater Gamalielis: non vero memorat Patrem, ſed potius filium, qui eſt R. Gamaliel, qui eſt ille Gamaliel primus & ſenex. Ipſe huic dubio reſpondet: והנראה לי בזה הוא הרבן גמליאל הנזכר במשנתינו הוא רבן גמליאל הזקן בנו רבן שמעון בנו של הלל ולפי שהלל האריך ימים שמת בן מאה ועשרים שנה קבל רבן גמליאל זה סמנו ולכן נזכר אחריו וידמה שלא נמצא לשמעון אביו מאמר ראוי שיוחס עליו ולכן לא נזכר שמו בכאן ובזה עצמו תמצא בכתוב שנקרא זרובבל בן שאלתיאל והוא לא היה בנו כי אם בן פריה בן שאלתיאל hoc eſt: In hac re mea eſt ſententia, hunc eſſe ipſum Rabban Gamalielem cujus fit mentio in Traditionibus noſtris. Hic Rabban Gamaliel ſenex filius Rabban Simeon, filii Hillelis. Sed quia Hillel prolongavit dies ſuos, ita, ut vir 120. annorum obiret, accepit hic Gamaliel principatum ab iſto, & ideo ſtatim poſt illum ejus fit mentio. Suſpicio vero eſt, quia Simeonis patris ejus non invenitur ſcriptum ſive dictum aliquod, quod dignum fuiſſet ſua familia, ideo non occurrit nomen ejus heic loci. Simile huic invenies in Scriptura, quod vocatur Serubabel filius Sealthielis; ſed non erat filius ejus; verum erat filius Phadajah filii Serubabelis. conf. 1. Chron. III. 19. & Excell. D. Langii Diſſert. III. de Genealogia Chriſti pag. 71. ſeqq. Alterum dubium eſt, quod ſi Simeon Hillelis filius iſte fuiſſet, qui Jeſum in brachiis ſuis habuit, nonne credendum, ipſum etiam Gamalielem filium ſuum omni cura in ſalutari religione informatarum fuiſſe, & utpote virum oraculo cœleſti de veritate Meſſiæ certiorem factum, illi oſtenſurum fuiſſe, falli iſtum, qui ulterius religioni Judaicæ addictus futurum Meſſiam expectare vellet. Sed nunc legimus de filio ejus Gamaliele, quod acerrimus fuit propugnator Judæorum religionis, & celeberrimus Doctor Scholæ Hieroſolymitanæ, quem & Sanctus Apoſtolus Paulus fideliſſimum ſuum olim fuiſſe præceptorem prædicavit, Act. XXII.

XXXV. Tandem nunc reſtat, ut illam utilitatem quoque oſtendamus, cujus ſupra in noſtra præfatione memineramus. Ea vero in diverſis occurrit ſcripturæ N. Teſtam. explicandis locis, ubi Chriſtus cum hujuſmodi diſcipulis Hillelianis & Schammæanis diſputaſſe legitur. Pertinet huc ille locus Matth. XIX. 3. ubi Phariſæi ex Chriſto quæſiverunt, num liceret uxorem ſuam a ſe repudiare quacunque etiam de cauſa: Hæc enim ſane quæſtio nunquam melius explicabitur, ac ſi notum fuerit, quo modo & Schola Hilleliana & Schammæana hac de re inter ſe diſceptaverit, uti ſupra vidimus §. 26. Illa namque viro conceſſit uxoris repudium, ob quamcunque cauſam, etiam ſi nullam amplius in oculis ipſius invenit gratiam, vel ſi alibi pulcriorem & venuſtiorem ſua uxore deprehendit feminam; Schammæana vero tantummodo cauſam repudii ſtatuit thalami furta ſive adulteria. Claritas accedet etiam notitia Hillelis & Schammai querimoniæ iſti Phariſæorum Matth. XV. v. 2. de tranſgreſſione ſtatuti illius lotionem manuum ante cibos ſumendos præcipientis; illam enim non modo Hillelem & Schammai ordinaſſe, ſed & multa de iſta fuiſſe commentatos diximus etiam in ſeq. §. 28. Lux affundetur toti Capiti Matth. XXIII. taxanti Phariſæorum ſtatuta de phylacteriis dilatandis, & illorum ſtudium Rabbini titulum affectandi. Plurimos namque tunc ex auditoribus ejus diſcipulos Hillelis & Schammai fuiſſe, vel ex eo colligere nobis licet, quia Chriſtus tum illis, qui rigorem ſectabantur, tum etiam iſtis, qui ſuperſtitiones amabant, ſtultitiam objicit; & quod juramentum ipſis per cœlum & terram interdicit: Utriuſque enim Scholæ diſcipuli conſueverant per cœlum jurare dicentes: השמים בן הוא per cœlum res ita ſe habet. Conf. Buxt. Lex. Talm. col. 3441. Quid; & hoc auſim affirmare, Chriſtum ſanantem hydrope laborantem hominem Luc. XIV. accuſatoribus ſuis ſtatuta hujuſmodi Scholæ objeciſſe, quando dixit: *quis veſtrum eſt, qui aſinum & bovem ſuum, cum inciderit in puteum, non extraxerit, ipſo etiam Sabbatho?* Nam ut in omnibus Legibus divinis diſpenſationes & reſtrictiones fecerunt, ita non dubitandum, ſed aſſerendum potius, & Legi de Sabbatho ipſos exceptionem aliquam addidiſſe. Interim tamen hic nobis Chriſtianis Judæi adverſantur, & pertinaciter mentiuntur quando dicunt, mala fide & ſine omni fundamento prorſus hæc adduci: nuſ-

nusquam enim illud Sabbatho facere Judæis fuisse licitum. Sic enim Auctor נצחון pag. 209. loquitur: שאמר מי בכם אדם שיש לו צאן אחת וכו׳ והלא שקר הוא שכן נלוי לכל העמים שאין ישראלים רשאים להעלות שום בהמה בשבת לא מבאר ולא מחפורה hoc est Quod ait: quis homo erit ex vobis, qui habet ovem unam &c. Annon id falsum est? Notum enim omnibus gentibus, non licere Judæis extrahere illam pecudem, sive e puteo sive e fovea in Sabbatho.

XXXVI. Hoc commento Judæorum fraus contra Talmudis fidem & antiquorum Judæorum testimonium labefactare annisa est Christi Messiæ adventum, & ostendere, suppositium Librum esse nostrum N. T. quia tam audacter contra decreta & religionem Judæorum loqui solet. Hoc omnino velle mihi videntur. Sed accede nunc mendax & nequam, qui superiora scripsisti, & vide, quanto pudore nunc te oporteat suffundi, cum ex ipsis Talmudis verbis te confutare possimus: ecce quam mascule codex Schab. f. 128. dicta tua eludat dicens: אמר ר׳ יהודה אמר רב בהמה שנפלה לאמת המים סביא כרים וכסתות ומניח תחתיה ואם עלתה עלתה מיתיבי בהמה שנפלה לאמת המים עושה לו פרנסה במוקמה בשביל שלא תמות פרנסה אין כרים וכסתות לא קשיא הא דאיפשר בפרנסה איפשר בפרנסה אין ואי לא מביא כרים וכסתות ומניח תחתיה Dixit R. Juda, quod docuerit Rab, cujus bestia in foveam aquæ inciderit, pulvinos adducat atque cervicalia, & eidem substernat: Quæ si ascenderit, ascendat. Sed objicio nunc, sive oppono, ([illegible] est vocabulum, quo quis Rabbinorum ad aliam Mischnæ auctoritatem provocat, & quasi instantiam facit) quod alibi Talmud jumento in foveam incidenti pabulum permittat in loco suo, ne morte pereat; alimentum ibi conceditur, sed pulvillos & cervicalia non commendat. Resp. Nulla est Contrarietas: hoc, (scilicet valet,) si pabulo conservari potest; illud, quando solo pabulo conservari non potest. Si enim tantummodo pabulo conservari potest, id præbeatur; sin minus, adductos pulvinos & cervicalia ei substernat, (quibus ascendat.) Et quamvis nostri moderni Judæi strenue negent, nunquam vel se, vel Majores suos profanasse id genus opere Sabbathum, nihil tamen nobis nocebunt: namque dicere possumus, utique illo tempore, quo Christus in mundo viveret, Judæos plures observasse credendum est ritus & mores, quos ex illis duabus Scholis sæpius jam dictis hauserunt, quorum hodie nullum pene restat vestigium. Id quod etiam apud nos diversis exemplis potest illustrari. Nam sæpius factum, hanc & illam Academiam peculiares statuisse sententias, quibus etiam diu nonnulli auscultarunt, quas vero hodie vix amplius offendere nobis licebit.

XXXVII. Nunc finis imponendus erit nostræ commentationi, quam de Hillele atque Schammai, nec non de Scholis eorum consignare decrevimus. Fatendum quidem, omnia hæc majore dexteritate debuisse confici & exponi, sed nostri ingenii modulus sublimiora non præstare valet. Interim tamen confidimus & spe nitimur firma, fore, ut B. L. hisce omnibus pro sua Benignitate adquiescat, illiusque meminerit, quod prima sequentem, honestum sit, etiam in secundis & tertiis subsistere. Cætera & Deo pro hisce clementer nobis concessis viribus agimus Gratias, & precamur eum, ut & in posterum nobis sua gratia adsit, & id semper nos doceat, quod vergat in sui gloriam, patriæ emolumentum, proximi & meam perpetuam felicitatem!